A
11
114

Zv-1

7-a-3

№

1
IX-114

Tomus Duodecimus.

# D. THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI

COMPLECTENS

TERTIAM PARTEM SVMMAE THEOLOGIAE

*Cum Commentariis*

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS

D. D. THOMAE DE VIO, CAIETANI,

CARDINALIS TITVLI S. SISTI

Cuius Quæſtiones ac Titulos, & quæ commentariis continentur, Indices qui ſequuntur oſtendunt.



ROMAE M. D. LXX.

# AD ADRIANVM SEXTVM PONT. MAX.

## THOMAE DE VIO CAIETANI CARDINALIS S. XISTI, IN TERTIAE PARTIS D. THOMAE AQVINATIS COMMENTARIOS, PRAEFATIO.

*Sapientia attingit a fine vſque ad finem fortiter, ac diſponit omnia ſuauiter. Sapien. 8.*

ETſi diuinam hanc ſententiam beatiſsime pater in mundi adminiſtratione, Deus Opt. Max. omni tempore veriſsimam eſſe oſtendit, dum ſua præpotente vi, hæc omnia pulcherrima opera effecit, quæ videmus, atq; pro ſui incomprehenſibilis conſilii prudentia & benignitate, cum magno vſu & commoditate generis humani, in debitos fines dirigit vniuerſa: ſuperioribus tamen diebus ſingulari quadam ratione, altitudinem illam diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ ſuæ qua fortiter & ſuauiter agit, ſeſe ad nos inclinaſſe, clarioribus omni luce ſignis oſtendit. Nam quum pro deligendo Pont. Max. in conclaui eſſemus, vndæq; illæ comitiorum quodam quaſi æſtu efferueſcerent, tantoq; impetu ſtudiorum, huc illuc incertæ ferrentur, ita vt nulla, deinde iam ſpes in tanta patrum diſſenſione, creandi pontificis haberetur, ecce repente æterna ſapientia æmiſſo in nos ſpirituſancto, qui quondam ſuper aquas ferebatur, fluctus varios motuſq; petẽtium ſedauit, atque humanos conatus deuicit fortiter. Ad vnius nãq; vocem (vt de Ambroſio legitur) qua cardinalis Derthuſenſis Põtificatu Max. dignus oſtendebatur, ita deo agẽte oẽs cõmoti ſunt, vt ſine mora omniũ ſuffragiis in ſummũ Pont. deligereris. Quis vero digitũ dei hũc fuiſſe nõ videat? nã quum hominũ cõſilio & fauoribus ea res agitur, petitorũ pręſentia quæ vrgeat, principũ gratia & fauor, cæteraq; id genus quamplurimũ valere ſolent. Tantũ vero abeſt, vt eiuſmodi turõnibus fretus; quibus hoĩes niti cõſueuere, hãc celſiſsimã apoſtolicę dignitatis ſedẽ cõſcenderis, vt quũ hiſpaniã prouinciã Cæſaris nomine gubernares, patribus fere omnibus ignotus, principũq; fauores ad alios accederẽt, a te vno vnus ſpirituſſanctus non receſſerit, ſed oẽs vicerit fortiter: vt nulla habita rõne abſentię tuę, quæ nõ parũ detrimenti chriſtianæ reipub. afferre poſſe videbatur: nulla, ꝙ nũquã Romæ fuiſſes, id quod periclitanti eccleſiæ ac præſentaneo remedio indigenti obeſſe nonnihil ſuſpicari poteramus: nulla, ꝙ Cæſaris doctor & pater extitiſſes, quæ res factioſorũ mentes quàm maxime perturbare potuiſſet, ſuffragãtibus oĩbus ad tanti honoris culmen euectus ſis. Præferebat certe noſtris oculis ſpiritus ille ſapiẽtiæ & fortitudinis, lumen quoddã immẽſũ religionis, pietatis, prudentię, liberalitatis, integritatis & eruditionis tuæ: quibus excellentiſsimis virtutibus in tãti muneris functione adhibitis, & abſentiæ tuæ & nunq̃ viſæ à te Romæ, dãna ſiqua forẽt cumulatiſsime ſarcires: teq; nõ Cęſari ſingularẽ, ſed cæteris ẽt principibus oĩbusq; aliis chriſtianis populis paſtorẽ, doctorẽ & patrẽ cõem exhiberes. Fortiter igitur nobiſcũ egit deus fortis, vt ſic itidẽ ſuauiter cũcta diſponeret. Quid .n. ſuauius eccleſiæ euenire poterat, hoc tpe quo turpiſsimis moribus fœdata, bonis ſpiritualibus deſtituta, ignorantiæ tenebris obſeſſa, nouis hæreſum tẽpeſtatibus agitata, bellorũ tumultibus inter Chriſtianos principes cõcuſſa, turcarũ impietate labefactata ac diminuta exiſtit, q̃d inquã ſuauius ſpõſæ iſti eccleſiæ tot ac tãtis malis afflictæ euenire poterat, quàm te ſpõſũ datũ diuinitus intueri? Qui innocẽtia & vitę integritate veterẽ illã eccleſiæ ſanctimoniã in noſtrã ætatẽ reuocaturus ſis: qui ſummo ſtudio ac diligẽtia nihil nõ inſtauratũ relinques: qui ſanæ doctrinæ ſplẽdore illo, qui in tot libris quos edidiſti lucet, oẽm ignorãtiæ caliginẽ diſsipabis. Qui clariſsima tua authoritate, diuino iudicio nũc tantũ ãplificata, & nationẽ germanã, apud quam ſemp valuiſti quãplurimũ, oĩbus hæreſũ maculis quę nunc in illa fundũtur expurgabis, & inter chriſtianos principes cõpoſitis rebus, ferocẽ turcã magnis copiis Italiæ minitãtẽ retardabis, extermінabiſq;. Credo æquidẽ (nec vana erit fides) optimũ deũ, qui ſuis manibus te in hac Petri ſede collocauit, iſtã ẽt tibi aduerſus turcas fælicẽ victoriã reſeruaſſe, vt prius reformatis per te chriſtianorũ & ſacerdotũ ꝑcipue moribus, barbaræ illæ nationes, tũ demũ credere incipiãt in chriſti eccleſia verã eſſe religionẽ & pietatẽ, q̃d ob multorũ vitę turpitudinẽ hactenus illis incredibile viſum eſt. Quẽadmodũ igit̃ diuina ſapiẽtia in te deligẽdo attigit a fine vſq; ad finẽ fortiter, ac ſuauiter vniuerſa diſpoſuit, ita & tu cũ primis religione tũ illa ẽt qua maxime fulges ſapiẽtia & cõſilio, in gubernãda republica chriſtiana, fines totius orbis attinges fortiter, ſuauiterq; prophana & ſacra diſpones. Ita.n. chriſtianorũ oĩum vota expoſcũt: q prope voce vna in te ſpẽ illã ſeſe habere clamãt, vt cũcta inſtaures ac reformes. Ita virtus tua & integritas requirũt, quibus res oẽs quãtæcunq; ſint & quãtũuis difficiles, te iãpridẽ gerere & cõficere poſſe probauiſti. Ita demũ mirabilis hæc tui electio, quæ ab illo qui facit mirabilia magna ſolus profecta eſt, merito & optimo ſuo iure poſtulat, vt iuſte iudices in nationibus, ruinas eccleſiæ impleas, auaritiæq; tanquã hydræ capita renaſcẽtia, igne charitatis extirpes. Mihi vero in hoc cõi chriſtianorũ gaudio, quo maxime itidẽ meæ lętitiæ ſignũ aliquod & indiciũ exhiberẽ, oblata ẽ occaſio iſta, diſponẽte ſuauiter ſpiritu ſancto, vt hæc noſtra in Tertiã partẽ diui Thomæ Cõmentaria, licet ſuperiori anno abſoluta fuiſſent, vſq; in præſens tñ in publicũ nõ exirẽt, quo ſic tibi nominatim illa dedicaremus. Cui.n. alii potius? Pulchre ſiquidẽ congruit, vt has noſtras de Chriſto elucubratiões, tibi Chriſti Vicario cõſecremus, iudexq; illarũ ſis & cẽſor, qui eruditiſsimus & ouium Chriſti paſtor exiſtis: vt quũ de tuo nutu chriſtianarũ rerũ ſumma pẽdeat, nihil eorum quæ ad doctrinam pietatis pertinent, abſque tua cenſura & comprobatione peruulgetur. Illum igitur cui laboraui, quique non in furore, ſed in benignitate ſua te principem nobis dedit, precor vt ſanctitatem tuam quàm maxime lõgæuã eſſe velit: quo fęlici ſucceſſu de tot malis ſubleuata eccleſia, in dignitatẽ priſtinã reſtituat.

Vale pater beatiſsime Romæ die X. Martij. Anno ſalutis. M D X X I I.

# TERTIAE PARTIS SVMMAE DIVI THOMAE AQVINATIS

## QVAESTIONVM ET ARTICVLORVM INDEX.


QVAESTIO I.

¶ De conuenientia incarnationis Chriſti.

1 Trum conueniens fuerit deum incarnari.
2 Vtrum fuerit neceſſarium ad reparationem humani generis.
3 Vtrũ ſi non fuiſſet peccatũ deus fuiſſet incarnatus.
4 Vtrum principalius ſit incarnatus ad tollendum originale peccatum quàm actuale.
5 Vtrum conueniens fuerit deum incarnari a principio mundi.
6 Vtrum eius incarnatio differri debuerit vſq; ad finem mũdi.

QVAESTIO II.

¶ De modo vnionis verbi incarnati quo ad ipſam vnionem.

1 Vtrum vnio verbi incarnati ſit facta in natura.
2 Vtrum ſit facta in perſona.
3 Vtrum ſit facta in ſuppoſito vel hypoſtaſi.
4 Vtrum perſona vel hypoſtaſis Chriſti poſt incarnationem ſit compoſita.
5 Vtrum ſit facta aliqua vnio animæ & corporis in Chriſto.
6 Vtrum natura humana fuerit vnita verbo accidentaliter.
7 Vtrum ipſa vnio ſit aliquid creatum.
8 Vtrum ſit idem quod aſſumptio.
9 Vtrum ſit maxima vnionum quæ creaturis conueniunt.
10 Vtrum vnio duarum naturarum in Chriſto fuerit facta per gratiam.
11 Vtrum eam aliqua merita præceſſerint.
12 Vtrum gratia fuerit homini Chriſto naturalis.

QVAESTIO III.

¶ De modo vnionis ex parte perſonæ aſſumentis.

1 Vtrum aſſumere conueniat perſonæ diuinæ.
2 Vtrum conueniat diuinæ naturæ.
3 Vtrum natura poſſit aſſumere abſtracta perſonalitate.
4 Vtrum vna perſona poſſit aſſumere ſine alia.
5 Vtrum quælibet perſona poſſit aſſumere.
6 Vtrum plures perſonæ poſſint aſſumere vnã naturã numero.
7 Vtrum vna perſona poſſit aſſumere duas naturas numero.
8 Vtrum magis fuerit conueniens de perſona filii ꝙ aſſumpſerit humanam naturam, quàm de alia perſona diuina.

QVAESTIO IIII.

¶ De modo vnionis ex parte naturæ humanæ aſſumptæ.

1 Vtrum humana natura fuerit magis aſſumptibilis a filio dei q̃ alia natura.
2 Vtrum aſſumpſerit perſonam.
3 Vtrum aſſumpſerit hominem.
4 Vtrum fuiſſet conueniens ꝙ aſſumpſiſſet humanam naturam ſeparatam a ſingularibus.
5 Vtrum fuiſſet conueniens ꝙ aſſumpſiſſet humanam naturam in omnibus eius ſingularibus.
6 Vtrum fuiſſet conueniens ꝙ aſſumpſiſſet humanam naturam in aliquo homine ex ſtirpe Adæ progenito.

QVAESTIO V.

¶ De modo vnionis ex parte partium humanæ naturę.

1 Vtrum filius debuerit aſſumere verum corpus.
2 Vtrum debuerit aſſumere corpus terrenũ. ſ. carnẽ & ſanguinẽ.
3 Vtrum aſſumpſerit animam.
4 Vtrum aſſumere debuerit intellectum.

QVAESTIO VI.

¶ De modo aſſumptionis quantum ad ordinem.

1 Vtrum filius dei aſſumpſerit carnem mediante anima.
2 Vtrum aſſumpſerit animam mediante ſpiritu ſiue mente.
3 Vtrum anima fuerit prius aſſumpta quàm caro.
4 Vtrum caro fuerit prius aſſumpta quàm animæ vnita.
5 Vtrum tota natura humana ſit aſſumpta mediãtibus partibus
6 Vtrum filius dei aſſumpſerit humanã naturã mediante gratia.

QVAESTIO VII.

¶ De coaſſumptis a filio dei in humana natura pertinentibus ad perfectionem. ſ. de gratia Chriſti prout eſt ſingularis homo.

1 Vtrum in anima Chriſti ſit aliqua gratia habitualis.
2 Vtrum in Chriſto fuerint virtutes.
3 Vtrum in Chriſto fuerit fides.
4 Vtrum in Chriſto fuerit ſpes.
5 Vtrum in Chriſto fuerint dona.
6 Vtrum in Chriſto fuerit donum timoris.
7 Vtrum in Chriſto fuerint gratiæ gratis datæ.
8 Vtrum in Chriſto fuerit prophetia.
9 Vtrum in Chriſto ſit plenitudo gratiæ.
10 Vtrum talis plenitudo ſit propria Chriſti.
11 Vtrum gratia Chriſti ſit infinita.
12 Vtrum gratia Chriſti potuerit augeri.
12 Qualiter hæc gratia ſe habeat ad vnionem, an. ſ. ſubſequatur vel præcedat.

QVAESTIO VIII.

¶ De gratia Chriſti ſecundum ꝙ eſt caput eccleſiæ.

1 Vtrum Chriſtus ſit caput eccleſiæ.
2 Vtrum ſit caput omnium quantum ad corpus, vel ſolum quantum ad animas.
3 Vtrum ſit caput omnium hominum.
4 Vtrum ſit caput angelorum.
5 Vtrum gratia ſecundum quãm eſt caput eccleſiæ ſit eadem cũ gratia habituali ſecundum ꝙ eſt quidam homo ſingularis.
6 Vtrum eſſe caput eccleſię ſit proprium Chriſti.
7 Vtrum diabolus ſit caput omnium malorum.
8 Vtrum antichriſtus poſſit etiam dici caput malorum.

QVAESTIO IX.

¶ De coaſſumptis a filio dei in natura humana pertinentibus ad perfectionem. ſ. de ſcientia Chriſti in communi.

1 Vtrum Chriſtus habuerit aliquam ſcientiam præter diuinã.
2 Vtrũ habuerit ſcientiã quã habent beati vel comprehẽſores.
3 Vtrum habuerit ſcientiam inditam vel infuſam.
4 Vtrum habuerit aliquam ſcientiam acquiſitam.

QVAESTIO X.

¶ De ſcientia beata quæ pertinet ad animam Chriſti.

1 Vtrũ aĩa Chriſti cõprehenderit verbum, ſiue diuinã eſſentiã.
2 Vtrum cognouerit omnia in verbo.
3 Vtrum anima in verbo cognouerit infinita.
4 Vtrum videat verbum ſiue diuinam eſſentiã clarius qualibet alia creatura.

QVAESTIO XI.

¶ De ſcientia indita vel infuſa animæ Chriſti.

1 Vtrum ſ͠m hanc ſcientiam Chriſtus ſciat omnia.
2 Vtrũ hac ſciẽtia vti potuerit nõ cõuertendo ſe ad phãtaſmata.
3 Vtrum hæc ſcientia fuerit collatiua.
4 Vtrum hęc ſcientia in Chriſto fuerit minor ſciẽtia angelorũ.
5 Vtrum fuerit ſcientia habitualis.
6 Vtrum fuerit diſtincta per diuerſos habitus.

QVAESTIO XII.

¶ De ſcientia animæ Chriſti acquiſita vel experimentali.

1 Vtrum ſecundum hanc ſcientiam cognouerit omnia.
2 Vtrum in hac ſcientia profecerit.
3 Vtrum aliquid ab homine didicerit.
4 Vtrum Chriſtus aliquid acceperit ab angelis.

QVAESTIO XIII.

¶ De potentia animæ Chriſti.

1 Vtrum habuerit omnipotentiam ſimpliciter.
2 Vtrũ habuerit omnipotentiã reſpectu corporaliũ creaturarũ.
3 Vtrum habuerit omnipotentiam reſpectu proprii corporis.
4 Vtrum habuerit omnipotentiam reſpectu propriæ ſuæ voluntatis.

QVAESTIO XIIII.

¶ De defectibu quos Chriſtus in humana natura aſſumpſit quantum ad corpus.

1 Vtrum filius dei aſſumere debuerit in humana natura corporis defectus.
2 Vtrũ aſſumpſerit neceſſitatẽ his defectibus ſubiacendi.
3 Vtrum contraxerit hos defectus.
4 Vtrum aſſumpſerit omnes huiuſmodi defectus.

QVAESTIO





QVAESTIO XV.

¶ De defectibus quos Chriſtus aſſumpſit in humana natura. quantum ad animam.

1 Vtrum in Chriſto fuerit peccatum.
2 Vtrum in eo fuerit fomes peccati.
3 Vtrum in eo fuerit ignorantia.
4 Vtrum anima Chriſti fuerit paſſibilis.
5 Vtrum in Chriſto fuerit dolor ſenſibilis.
6 Vtrum in Chriſto fuerit triſtitia.
7 Vtrum in Chriſto fuerit timor.
8 Vtrum in Chriſto fuerit admiratio.
9 Vtrum in Chriſto fuerit ira.
10 Vtrum ſimul fuerit viator & compræhenſor.

QVAESTIO XVI.

¶ De his quæ conſequuntur vnionem quantum ad ea quæ conueniunt Chriſto ſecundum ſe.

1 Vtrum hæc ſit vera, Deus eſt homo.
2 Vtrum hæc ſit vera, homo eſt Deus.
3 Vtrum Chriſtus poſſit dici homo dominicus.
4 Vtrum ea quæ conueniunt filio hominis, poſſint prædicari de filio Dei, & econuerſo.
5 Vtrum ea quæ conueniunt filio hominis, poſſint prædicari de diuina natura, & de humana ea quæ conueniunt filio Dei.
6 Vtrum hæc ſit vera, filius Dei factus eſt homo.
7 Vtrum hæc ſit vera, homo factus eſt Deus.
8 Vtrum hæc ſit vera, Chriſtus factus eſt creatura.
9 Vtrum hæc ſit vera, iſte homo (demonſtrato Chriſto) incępit eſſe vel fuerit ſemper.
10 Vtrum hæc ſit vera, Chriſtus ſecundum ꝙ homo eſt creatura.
11 Vtrum hæc ſit vera, Chriſtus ſecundum ꝙ homo eſt Deus.
12 Vtrum hæc ſit vera, Chriſtus ſecundum ꝙ homo eſt hypoſtaſis vel perſona.

QVAESTIO XVII.

¶ De his quæ pertinent ad vnitatem Chriſti quantum ad eſſe.

1 Vtrum Chriſtus ſit vnum vel duo.
2 Vtrum in Chriſto ſit tantum vnum eſſe.

QVAESTIO XVIII.

¶ De his quæ pertinent ad vnitatem Chriſti quantum ad voluntatem.

1 Vtrum in Chriſto ſit alia voluntas diuina & alia humana.
2 Vtrum in humana natura Chriſti ſit alia voluntas reſpectu ſenſualitatis, & alia reſpectu rationis.
3 Vtrum ex parte rationis fuerint in Chriſto plures volũtates.
4 Vtrum in Chriſto fuerit liberum arbitrium.
5 Vtrum voluntas humana Chriſti fuerit omnino conformis voluntati diuinæ in volito.
6 Vtrum in Chriſto fuerit aliqua contrarietas voluntatum.

QVAESTIO XIX.

¶ De his quæ pertinent ad vnitatem quantum ad operationem Chriſti.

1 Vtrum in Chriſto fuerit vna operatio diuinitatis & humanitatis vel plures.
2 Vtrum in Chriſto fuerint plures operationes ſecundum humanam naturam.
3 Vtrum ſecundum operationẽ humanã aliquid ſibi meruerit.
4 Vtrum per eam aliquid nobis meruerit.

QVAESTIO XX.

¶ De his quæ conueniunt Chriſto ſecundum ſubiectionem eius ad patrem.

1 Vtrum Chriſtus ſit ſubiectus patri.
2 Vtrum ſit ſubiectus ſibiipſi.

QVAESTIO XXI.

¶ De oratione Chriſti.

1 Vtrum Chriſto conueniat orare.
2 Vtrum conueniat ſibi ſecundum ſenſualitatem.
3 Vtrum conueniat ſibi orare pro ſeipſo an pro alijs tantum.
4 Vtrum oratio eius ſit exaudita.

QVAESTIO XXII.

¶ De ſacerdotio Chriſti.

1 Vtrum conueniat Chriſto eſſe ſacerdotem.
2 De hoſtia huius ſacerdotis.
3 De effectu huius ſacerdotij.
4 Vtrum effectus ſacerdotij huius pertineat ad ipſum ſolum, an ad alios.
5 De æternitate ſacerdotij eius.
6 Vtrum debeat dici ſacerdos ſecundum ordinẽ Melchiſedech

QVAESTIO XXIII.

¶ De adoptione Chriſti.

1 Vtrum conueniat Deo filios adoptare.
2 Vtrum hoc conueniat ſoli Deo patri.
3 Vtrum ſit proprium hominum adoptari in filios.
4 Vtrum Chriſtus poſſit dici filius adoptiuus.

QVAESTIO XXIIII.

¶ De prædeſtinatione Chriſti.

1 Vtrum Chriſtus ſit prędeſtinatus.
2 Vtrum ſit prædeſtinatus ſecundum quòd homo.
3 Vtrum eius prædeſtinatio ſit exẽplar noſtræ prędeſtinationis.
4 Vtrum ſit cauſa noſtræ prædeſtinationis.

QVAESTIO XXV.

¶ De adoratione Chriſti.

1 Vtrum vna & eadem adoratione ſit adoranda diuinitas Chriſti, & eius humanitas.
2 Vtrum caro Chriſti ſit adoranda adoratione latriæ.
3 Vtrum adoratio latriæ ſit exhibenda imagini Chriſti.
4 Vtrum ſit exhibenda cruci Chriſti.
5 Vtrum ſit exhibenda matri eius.
6 Vtrum reliquiæ ſanctorum ſint adorandæ.

QVAESTIO XXVI.

¶ De hoc ꝙ Chriſtus dicitur Dei & hominum mediator.

1 Vtrum eſſe mediatorem Dei & hominum ſit proprium Chr̃o.
2 Vtrum hoc ei conueniat ſecundum humanam naturam.

QVAESTIO XXVII.

¶ De ſanctificatione beatæ Virginis.

1 Vtrum beata Virgo fuerit ſanctificata ante natiuitatem ex vtero.
2 Vtrum fuerit ſanctificata ante animationem.
3 Vtrum per huiuſmodi ſanctificationem fuerit ſibi ſublatus totaliter fomes peccati.
4 Vtrum per huiuſmodi ſanctificationem fuerit conſecuta, vt numquàm peccaret.
5 Vtrum per huiuſmodi ſanctificationem adepta fuerit plenitudinem gratiarum.
6 Vtrum ſic ſanctificari, fuerit ſibi proprium poſt Chriſtum.

QVAESTIO XXVIII.

¶ De virginitate beatæ Mariæ.

1 Vtrum fuerit Virgo in concipiendo.
2 Vtrum fuerit Virgo in partu.
3 Vtrum permanſerit Virgo poſt partum.
4 Vtrum votum virginitatis emiſerit.

QVAESTIO XXIX.

¶ De deſponſatione matris Dei.

1 Vtrum Chriſtus debuerit de deſponſata naſci.
2 Vtrum fuerit verum matrimonium inter matrem domini & Ioſeph.

QVAESTIO XXX.

¶ De annuntiatione beatæ Virginis.

1 Vtrum conueniens fuerit annuntiari ei quod in ea generandum erat.
2 Vtrum conueniens fuerit hæc annuntiari per angelum.
3 De modo per quem ei annuntiari debebat.
4 De ordine annuntiationis.

QVAESTIO XXXI.

¶ De conceptione Saluatoris, quantum ad materiam de qua corpus eius eſt conceptum.

1 Vtrum caro Chriſti fuerit ſumpta de Adam.
2 Vtrum fuerit ſumpta de Dauid.
3 Vtrum genealogia Chriſti cõueniẽter texatur ab Euãgeliſta.
4 Vtrum decuerit Chriſtum naſci de fœmina.
5 Vtrum fuerit de puriſſimis ſanguinibus Virginis eius corpus formatum.
6 Vtrum caro Chriſti fuerit in antiquis patribus ſecundum aliquid ſignatum.
7 Vtrum caro Chriſti in patribus fuerit peccato obnoxia.
8 Vtrum fuerit decimata in lumbis Abrahæ.

QVAESTIO XXXII.

¶ De conceptione Chriſti quantum ad principium actiuum.

1 Vtrum Spirituſſanctus fuerit principium actiuum in conceptione Chriſti.
2 Vtrum poſſit dici, quòd Chriſtus ſit conceptus de Spirituſancto.
3 Vtrum poſſit dici, quòd Spirituſſanctus ſit pater Chriſti ſecundum carnem.
4 Vtrum beata Virgo aliquid actiue egerit in conceptione Chriſti.

QVAESTIO XXXIII.

¶ De modo & ordine conceptionis Chriſti.

1 Vtrum corpus Chriſti in primo inſtanti conceptionis fuerit formatum.
2 Vtrum in primo inſtanti conceptionis fuerit a verbo aĩatum.
3 Vtrum in primo inſtanti conceptionis fuerit a verbo aſſumptum.
4 Vtrum conceptio illa fuerit naturalis vel miraculoſa.

QVAESTIO XXXIIII.

¶ De perfectione prolis conceptæ.

1 Vtrum

Vtrum in primo inſtanti conceptionis Chriſtus fuerit ſancti ficatus per gratiam.
2 Vtrum in eodem inſtanti habuerit vſum liberi arbitrij.
3 Vtrum in eodem inſtanti potuerit mereri.
4 Vtrum in eodem inſtanti fuerit plene comprætenſor.

QVAESTIO XXXV.

¶ De natiuitate Saluatoris.
1 Vtrum natiuitas ſit naturę vel perſonæ.
2 Vtrum Chriſto ſit attribuenda alia natiuitas præter ęternam.
3 Vtrum ſecundum natiuitatem temporalem beata Virgo ſit mater Chriſti.
4 Vtrum debeat dici mater Dei.
5 Vtrum Chriſtus ſecundum duas filiationes ſit filius Dei patris, & Virginis matris.
6 De modo natiuitatis, vtrum ſcilicet fuerit natus ſine dolore matris.
7 Vtrum conueniens fuerit eum naſci in Bethleem.
8 Vtrum fuerit congruo tempore natus.

QVAESTIO XXXVI.

¶ De manifeſtatione Chriſti nati.
1 Vtrum natiuitas Chriſti debuerit eſſe omnibus manifeſta.
2 Vtrum debuerit aliquibus manifeſtari.
3 Quibus manifeſtari debuerit.
4 Vtrum debuerit ipſe ſe manifeſtare vel potius manifeſtari per alios.
5 Per quæ alia manifeſtari debuerit.
6 De ordine manifeſtationis.
7 De ſtella per quam manifeſtata fuit eius natiuitas.
8 De veneratione Magorum, qui per ſtellam Chriſti natiuitatem cognouerunt.

QVAESTIO XXXVII.

¶ De legalibus circa puerum Ieſum obſeruatis.
1 Vtrum debuerit circumcidi.
2 Vtrum fuerit conuenienter ei nomen impoſitum.
3 Vtrum debuerit offerri in templo.
4 Vtrum mater Dei debuerit purganda ad templum accedere.

QVAESTIO XXXVIII.

¶ De baptiſmo Ioannis.
1 Vtrum conueniens fuerit, ꝙ Ioannes baptizaret.
2 Vtrum ille baptiſmus fuerit a Deo.
3 Vtrum contulerit gratiam.
4 Vtrum alij præter Chriſtũ illo baptiſmo debuerint baptizari.
5 Vtrum baptiſmus ille ceſſare debuerit Chriſto baptizato.
6 Vtrum baptizati baptiſmo Ioannis, eſſent poſtea baptizandi baptiſmo Chriſti.

QVAESTIO XXXIX.

¶ De baptizatione Chriſti.
1 Vtrum Chriſtus debuerit baptizari.
2 Vtrum debuerit baptizari baptiſmo Ioannis.
3 De tempore baptiſmi.
4 De loco baptiſmi.
5 De eo, quòd ſunt ei cæli aperti.
6 De Spiritusſancti apparitione in ſpecie columbæ.
7 Vtrum illa columba fuerit verum animal.
8 De voce paterni teſtimonij.

QVAESTIO XL.

¶ De modo conuerſationis Chriſti.
1 Vtrum Chriſtus debuerit ſolitariam vitam ducere, an inter homines conuerſari.
2 Vtrum debuerit auſteram vitam ducere in cibo, & potu, & veſtitu, an alijs communem.
3 Vtrum debuerit abiecte viuere in hoc mundo, an in diuitijs & honore.
4 Vtrum debuerit viuere ſecundum legem.

QVAESTIO XLI.

¶ De tentatione Chriſti.
1 Vtrum conueniens fuerit Chriſtum tentari.
2 De loco tentationis.
3 De tempore tentationis.
4 De modo & ordine tentationis.

QVAESTIO XLII.

¶ De doctrina Chriſti.
1 Vtrum Chriſtus debuerit prædicare ſolum Iudæis vel etiam gentilibus.
2 Vtrum in ſua prædicatione debuerit turbationem Iudæorum vitare.
3 Vtrum debuerit prædicare publice vel occulte.
4 Vtrum debuerit docere ſolo verbo vel ſcripto.

QVAESTIO XLIII.

¶ De miraculis a Chriſto factis in generali.
1 Vtrum Chriſtus debuerit miracula facere.
2 Vtrum fecerit ea virtute diuina.
3 Quo tempore inceperit miracula facere.
4 Vtrum per miracula fuerit ſufficienter oſtenſa eius diuinitas.

QVAESTIO XLIIII.

¶ De miraculis Chriſti in ſpeciali.
1 De miraculis quæ Chriſtus fecit circa ſpirituales ſubſtantias, vtrum fuerint conuenientia.
2 De miraculis quæ Chriſtus fecit circa cæleſtia corpora.
3 De miraculis quę Chriſtus fecit circa homines.
4 De miraculis quæ Chriſtus fecit circa irrationales creaturas.

QVAESTIO XLV.

¶ De transfiguratione Chriſti.
1 Vtrum conueniens fuerit Chriſtum transfigurari.
2 Vtrum claritas transfigurationis fuerit claritas glorioſa.
3 Vtrum conuenienter adducti fuerint teſtes huiuſmodi transfigurationis.
4 De teſtimonio paternæ vocis.

QVAESTIO XLVI.

¶ De paſſione Chriſti.
1 Vtrum conueniens fuerit Chriſtum pati pro liberatione hominum.
2 Vtrum fuerit alius modus poſſibilis liberationis humanę.
3 Vtrum iſte modus fuerit conuenientior.
4 Vtrum fuerit conueniens, ꝙ in cruce pateretur.
5 Vtrum ſuſtinuerit omnes paſſiones.
6 Vtrum dolor quem in paſſione ſuſtinuit fuerit maximus.
7 Vtrum tota anima eius pateretur.
8 Vtrum paſſio eius impediuerit gaudium fruitionis.
9 De tempore paſſionis.
10 De loco paſſionis.
11 Vtrum fuerit conueniens Chriſtum ſimul cum latronibus crucifigi.
12 Vtrum paſſio Chriſti ſit eius diuinitati attribuenda.

QVAESTIO XLVII.

¶ De cauſa efficiente paſſionis Chriſti.
1 Vtrum Chriſtus fuerit ab alio occiſus vel a ſeipſo.
2 Ex quo motiuo ſeipſum tradiderit ad patiendum.
3 Vtrum pater tradiderit eum ad patiendum.
4 Vtrum fuerit conueniens, ꝙ per manus gentium pateretur vel potius a Iudæis.
5 Vtrum occiſores eius eum cognouerint.
6 De peccato eorum, qui Chriſtum occiderunt.

QVAESTIO XLVIII.

¶ De modo efficiendi paſſionem Chriſti.
1 Vtrum paſſio Chriſti cauſauerit noſtrã ſalutem per modum meriti.
2 Vtrum per modum ſatisfactionis.
3 Vtrum per modum ſacrificij.
4 Vtrum per modum redemptionis.
5 Vtrum eſſe redemptorem ſit proprium Chriſti.
6 Vtrum cauſauerit effectum noſtrę ſalutis ꝑ modum efficiẽtiæ.

QVAESTIO XLIX.

¶ De effectibus paſſionis Chriſti.
1 Vtrum per paſſionem Chriſti ſimus liberati a peccato.
2 Vtrum per eam ſimus liberati a poteſtate diaboli.
3 Vtrum per eam ſimus liberati a reatu pœnæ.
4 Vtrum per eam ſimus Deo reconciliati.
5 Vtrum per eam ſit nobis aperta ianua cæli.
6 Vtrum per eam fuerit Chriſtus adeptus exaltationem.

QVAESTIO L.

¶ De morte Chriſti.
1 Vtrum conueniens fuerit Chriſtum mori.
2 Vtrum per mortem fuerit ſeparata vnio diuinitatis & carnis.
3 Vtrum fuerit ſeparata vnio diuinitatis & animæ.
4 Vtrum Chriſtus in triduo mortis fuerit homo.
5 Vtrum corpus eius fuerit idem numero mortuum & viuum.
6 Vtrum mors eius fuerit aliquid operata ad noſtram ſalutem.

QVAESTIO LI.

¶ De ſepultura Chriſti.
1 Vtrum fuerit conueniens Chriſtum ſepeliri.
2 De modo ſepulturæ eius.
3 Vtrum corpus eius fuerit in ſepulchro reſolutum.
4 De tempore quo iacuit in ſepulchro.

QVAESTIO LII.

¶ De deſcenſu Chriſti ad inferos.
1 Vtrum conueniens fuerit Chriſtum ad inferos deſcendere.
2 In quem infernum deſcenderit.
3 Vtrum totus fuerit in inferno.
4 Vtrum aliquam moram ibi traxerit.
5 Vtrum ſanctos patres ab inferno liberauerit.
6 Vtrum de inferno liberauerit damnatos.
7 Vtrum liberauerit pueros in peccato originali defunctos.
8 Vtrum liberauerit homines de purgatorio.


QV AE-




QVAESTIO LIII.

¶ De reſurrectione Chriſti.
1 Vtrum neceſſe fuerit Chriſtum reſurgere.
2 Vtrum neceſſe fuerit ipſum tertia die reſurgere.
3 Vtrum ipſe primus reſurrexit.
4 Vtrum ipſe fuerit cauſa noſtræ reſurrectionis.

QVAESTIO LIIII.

¶ De qualitate Chriſti reſurgentis.
1 Vtrũ poſt reſurrectionẽ Chriſtus habuerit uerũ corpus.
2 Vtrum corpus eius fuerit glorioſum.
3 Vtrum reſurrexit cum corporis integritate.
4 Vtrum corpus eius reſurrexerit cum cicatricibus.

QVAESTIO LV.

¶ De manifeſtatione reſurrectionis.
1 Vtrum reſurrectio Chriſti omnibus hoĩbus manifeſtari debuerit, an ſolum quibuſdam ſpecialibus perſonis.
2 Vtrum fuerit conueniens ꝙ eis uidentibus reſurgeret.
3 Vtrũ poſt reſurrectionẽ debuerit cũ ſuis diſcipulis cõuerſari
4 Vtrũ fuerit cõueniẽs ꝙ diſcipulis ſuis ĩ aliena effigie appareret.
5 Vtrũ reſurrectionẽ ſuã argumẽtis ꝓbare debuerit.
6 De ſufficientia illorum argumentorum.

QVAESTIO LVI.

¶ De cauſalitate reſurrectionis Chriſti.
1 Vtrũ reſurrectio Chriſti ſit cã nr̃æ reſurrectionis corporũ.
2 Vtrum ſit cauſa noſtræ iuſtificationis animarum.

QVÆSTIO LVII.

¶ De aſcenſione Chriſti.
1 Vtrum fuerit conueniens Chriſtum aſcendere.
2 Secundum quam naturam conueniat ſibi aſcenſio.
3 Vtrum propria uirtute aſcenderit.
4 Vtrum aſcenderit ſuper oẽs cęlos corporeos.
5 Vtrum aſcenderit ſuper oẽs ſpirituales creaturas.
6 De effectu aſcenſionis Chriſti, utrũ ſit cã noſtrę ſalutis.

QVÆSTIO LVIII.

¶ De ſeſſione Chriſti ad dexteram patris.
1 Vtrum ſedeat ad dexteram patris.
2 Vtrum conueniat ei ſecundum diuinam naturam.
3 Vtrum conueniat ſibi ſ̃m humanam.
4 Vtrum hoc ſit proprium Chriſti.

QVÆSTIO LIX.

¶ De iudiciaria poteſtate Chriſti.
1 Vtrum iudiciaria poteſtas ſit attribuenda Chriſto.
2 Vtrum conueniat ſibi ſ̃m ꝙ homo.
3 Vtrum eam ex meritis ſit adeptus.
4 Vtrũ eius ptãs iudiciaria ſit ulis reſpectu oĩum hoĩum.
5 Vtrũ præter iudiciũ, quod agit ẽt hoc tpe ſit expectãdum aliud iudicium uniuerſale per ipſum futurum.
6 Vtrũ eius iudiciaria ptãs ẽt ad angelos ſe extendat.

QVÆSTIO LX.

¶ De ſacramentis, quid ſit ſacramentum.
1 Vtrum ſacr̃m ſit in genere ſigni.
2 Vtrum omne ſignum rei ſacræ ſit ſacr̃m.
3 Vtrum ſacr̃m ſit ſignum unius rei tm̃ uel plurium.
4 Vtrum ſacr̃m ſit ſignum, quod eſt res ſenſibilis.
5 Vtrum ad ſacr̃m requiratur determinata res ſenſibilis.
6 Vtrum ad ſacr̃m requiratur ſignificatio, quæ eſt per uerba.
7 Vtrum requirantur determinata uerba.
8 Vtrum illis uerbis poſſit aliquid addi uel ſubtrahi.

QVÆSTIO LXI.

¶ De neceſſitate ſacramentorum.
1 Vtrum ſacr̃a fuerint neceſſaria ad ſalutem humanam.
2 Vtrum fuerint neceſſaria in ſtatu ante peccatum.
3 Vtrũ fuerint neceſſaria in ſtatu poſt pc̃m̃ ante Chriſtum.
4 Vtrum fuerint neceſſaria poſt Chriſti aduentum.

QVÆSTIO LXII.

¶ De effectu principali ſacr̃orum qui eſt gratia.
1 Vtrum ſacr̃a nouæ legis ſint cauſa gratiæ.
2 Vtrũ gr̃a ſacr̃alis aliqd addat ſup gr̃am uirtutũ & donorũ
3 Vtrum ſacramenta contineant gratiam.
4 Vtrum ſit in eis aliqua uirtus ad cauſandum gratiam.
5 Vtrum talis uirtus in ſacr̃is deriuetur a paſſione Chriſti.
6 Vtrum ſacr̃a ueteris legis gratiam cauſarent.

QVÆSTIO LXIII.

¶ De effectu ſacramentorum qui eſt character.
1 Vtrum ex ſacr̃is cauſetur character aliquis in anima.
2 Quid ſit ille character.
3 Cuius ſit character.
4 In quo ſit ſicut in ſubiecto.
5 Vtrum ſit indelebilis.
6 Vtrum omnia ſacr̃a imprimant characterem.

QVÆSTIO LXIIII.

¶ De cauſa ſacramentorum.
1 Vtrum ſolus deus interius operetur in ſacramentis.
2 Vtrum inſtitutio ſacr̃orum ſit ſolum a deo.
3 De ptãte quam Chriſtus habuit in ſacramentis.
4 Vtrum illam ptãtem potuerit aliis communicare.
5 Vtrum ptãs miniſterii in ſacr̃is conueniat malis.
6 Vtrum mali peccent diſpenſando ſacramenta.
7 Vtrum angeli poſſint eſſe miniſtri ſacramentorum.
8 Vtrum intentio miniſtri requiratur in ſacramentis.
9 Vtrũ requirat̃ ibi recta fides, ita ꝙ infidelis nõ poſſit tradere ſacr̃m.
10 Vtrum requiratur ibi recta intentio.

QVÆSTIO LXV.

¶ De numero & modo ſacramentorum.
1 Vtrum ſint ſeptem ſacramenta.
2 De ordine eorum adinuicem.
3 De comparatione eorum.
4 Vtrum omnia ſacr̃a ſint de neceſſitate ſalutis.

QVÆSTIO LXVI.

¶ De ſacro baptiſmi quantũ ad ea quæ ad ipſum pertinẽt.
1 Quid ſit baptiſmus, utrum. ſ. ſit ablutio.
2 De inſtitutione huius ſacramenti.
3 Vtrum aqua ſit propria materia huius ſacr̃i.
4 Vtrum requiratur aqua ſimplex.
5 Vtrum hęc ſit cõueniens forma huius ſacr̃i. Ego te baptizo in nomine patris & filii & ſpiritusſancti.
6 Vtrũ aliquis poſſit baptizari ſub hac forma, ego te baptizo in noĩe Chr̃i.
7 Vtrũ immerſio ſit de neceſſitate baptiſmi.
8 Vtrum requiratur trina immerſio.
9 Vtrum baptiſmus poſſit reiterari.
10 De ritu baptiſmi.
11 De diſtinctione baptiſmatum.
12 De comparatione baptiſmatum.

QVÆSTIO LXVII.

¶ De miniſtris baptiſmatis.
1 Vtrum ad diaconum pertineat baptizare.
2 Vtrum hoc pertineat ad preſbyterũ, uel ſolũ ad ep̃m.
3 Vtrum laicus poſſit ſacr̃m baptiſmi conferre.
4 Vtrum hoc poſſit facere mulier.
5 Vtrum non baptizatus poſſit baptizare.
6 Vtrũ plures poſſint ſimul baptizare unũ & eũdẽ.
7 Vtrũ neceſſe ſit eẽ aliquẽ qui baptizatũ de ſacro fonte recipiat.
8 Vtrũ ſuſcipiens aliquem de ſacro fonte obligetur ad eius inſtructionem.

QVÆSTIO LXVIII.

¶ De ſuſcipientibus baptiſmum.
1 Vtrum oẽs teneantur ad ſuſcipiendum baptiſma.
2 Vtrum aliquis poſſit ſaluari ſine baptiſmo.
3 Vtrum baptiſmus ſit differendus.
4 Vtrum peccatores ſint baptizandi.
5 Vtrũ pc̃õrib⁹ baptizatis ſint imponẽda opera ſatisfactoria.
6 Vtrum requiratur confeſſio pc̃õrum.
7 Vtrum requiratur intentio ex parte baptizati.
8 Vtrum requiratur fides.
9 Vtrum ſint pueri baptizandi.
10 Vtrũ pueri iudæorũ ſint baptizandi inuitis parentibus.
11 Vtrũ aliqui ſint bapizãdi in maternis uteris exiſtentes.
12 Vtrum furioſi & amentes ſint baptizandi.

QVÆSTIO LXIX.

¶ De effectibus baptiſmi.
1 Vtrũ per baptiſmum auferantur oĩa peccata.
2 Vtrum per baptiſmum liberetur hõ ab oĩ pœna.
3 Vtrum baptiſmus auferat oẽs pęnalitates huius uitæ.
4 Vtrum per baptiſmũ conferant̃ hoĩ gr̃æ & uirtutes.
5 De effectibus uirtutũ qui per baptiſmum conferuntur.
6 Vtrũ ẽt paruuli per baptiſma gr̃as & uirtutes accipiant.
7 Vtrũ per baptiſmũ aperiat̃ baptizatis ianua regni cæleſtis.
8 Vtrũ baptiſm⁹ æqualẽ effectum habeat in hoĩbus baptizatis.
9 Vtrũ fictio impediat effectum baptiſmi.
10 Vtrũ recedente fictione baptiſmus obtineat effectũ ſuum.

QVÆSTIO LXX.

¶ De circunciſione quæ præceſſit baptiſmum.
1 Vtrũ circunciſio fuerit præparatoria & figura baptiſmi.
2 Vtrum fuerit conuenienter inſtituta.
3 Vtrum ritus circunciſionis fuerit conueniens.
4 Vtrum circunciſio conferret gratiam.

QVÆSTIO LXXI.

¶ De præparatoriis quæ cõcurrunt ſimul cum baptiſmo.
1 Vtrum catechiſmus debeat præcedere baptiſmum.
2 Vtrum baptiſmum debeat præcedere exorciſmus.
3 Vtrum ea quæ agũtur in catechiſmo & exorciſmo aliquid efficiant uel ſolum ſignificent.
4 Vtrum baptizandi debeant catechizari, uel exorcizari per ſacerdotes.

QVÆSTIO LXXII.

¶ De ſacramento confirmationis.
1 Vtrum confirmatio ſit ſacramentum.
2 De materia huius ſacramenti.
3 Vtrũ ſit de neceſſitate ſacr̃i, ꝙ chriſma fuerit per ep̃m conſecratum.


4 De

4 De forma ipſius.
5 Vtrum imprimat characterem.
6 Vtrum character confirmationis characterem baptiſmalem, (præſupponat.
7 Vtrum conferat gratiam.
8 Cui competat recipere hoc ſacramentum.
9 In qua parte recipiatur.
10 Vtrum requiratur aliquis qui teneat confirmandum.
11 Vtrum hoc ſacr̃m per ſolos epiſcopos detur.
12 De ritu eius.

QVÆSTIO LXXIII.

1 Vtrum euchariſtia ſit ſacramentum.
2 Vtrum ſit unum uel plura.
3 Vtrum ſit de neceſſitate ſalutis.
4 De nominibus eius.
5 De inſtitutione ipſius.
6 De figuris eius.

QVÆSTIO LXXIIII.

¶ De materia euchariſtię ſ̃m ſpeciem.
1 Vtrum panis & uinum ſint materia huius ſacr̃i.
2 Vtrũ materiã huius ſacr̃i requiratur determinata quãtitas.
3 Vtrum materia huius ſacr̃i ſit panis triticeus.
4 Vtrum ſit panis azimus, vel fermentatus.
5 Vtrum materia huius ſacr̃i ſit vinum de vitę.
6 Vtrum ſit admiſcenda aqua.
7 Vtrum aqua ſit de neceſſitate huius ſacr̃i.
8 De quantitate aquę quæ apponitur.

QVÆSTIO LXXV.

¶ De conuerſione panis & vini in corpus & ſanguinẽ Chr̃i.
1 Vtrum in hoc ſacr̃o ſit corpus Chriſti ſ̃m veritatem. (nẽ
2 Vtrũ ĩ hoc ſacr̃o remaneat ſ̃ba panis & vini poſt cõſecratio
3 Vtrum ſubſtantia panis poſt cõſecrationẽ huius ſacr̃i annihiletur, aut in priſtinam materiam reſoluatur.
4 Vtrum panis poſſit conuerti in corpus Chriſti.
5 Vtrum in hoc ſacr̃o remaneant accidentia panis & vini.
6 Vtrum remaneat forma ſubſtantialis panis.
7 Vtrum iſta conuerſio fiat in inſtanti.
8 Vtrum hæc ſit vera, ex pane fit corpus Chriſti.

QVÆSTIO LXXVI.

¶ De modo quo corpus Chriſti exiſtit in hoc ſacr̃o.
1 Vtrum totus Chriſtus ſit ſub hoc ſacr̃o.
2 Vtrum totus Chriſtus ſit ſub vtraque ſpecie ſacr̃i.
3 Vtrum totus Chriſtus ſub vtraque parte ſpecierum.
4 Vtrũ dimenſiones corporis Chriſti totæ ſint ſub hoc ſacr̃o.
5 Vtrũ corpus Chriſti ſit ſub hoc ſacr̃o localiter. (ſecrationẽ.
6 Vtrũ corp⁹ Chr̃i moueat ad motũ hoſtiæ, vel calicis poſt cõ
7 Vtrũ corp⁹ Chr̃i ſub hoc ſacr̃o poſſit ab oculo aliquo videri.
8 Vtrum verũ corpus Chriſti remaneat in hoc ſacr̃o cũ miraculoſe apparet ſub ſpecie pueri vel carnis.

QVÆSTIO LXXVII.

¶ De accidentibus remanentibus in hoc ſacr̃o.
1 Vtrum accidentia ſint ſine ſubiecto.
2 Vtrũ quãtitas dimẽſiua ſit ſubiectũ accidentiũ aliorum.
3 Vtrũ hmõi accidẽtia poſſint immutare aliqđ corp⁹ extrinſecũ
4 Vtrum poſſint corrumpi.
5 Vtrum poſſit ex eis aliquid generari.
6 Vtrum poſſint nutrire.
7 Vtrũ in fractione panis ſpẽs ſacr̃alis frangatur.
8 Vtrum vino conſecrato poſſit liquidum admiſceri.

QVÆSTIO LXXVIII.

¶ De forma huius ſacramenti.
1 Vtrũ hęc ſit cõueniẽs forma huius ſacr̃i, hoc eſt corpus, &c.
2 Vtrũ forma cõſecrationis panis ſit cõueniẽs, hoc eſt corp⁹ &c.
3 Vtrũ ſit cõueniẽs forma cõſecrationis ſãguinis, hic ẽ calix &c.
4 Vtrum in verbis dictarum formarũ ſit aliqua vis creata effectiua conſecrationis.
5 Vtrum locutionis in prædictis formis ſint verę.
6 De comparatione vnius formę ad aliam.

QVÆSTIO LXXIX.

¶ De effectibus huius ſacramenti.
1 Vtrum hoc ſacr̃m conferat gratiam.
2 Vtrum effectus huius ſacr̃i ſit adeptio gloriæ.
3 Vtrum effectus huius ſacr̃i ſit remiſſio peccati mortalis.
4 Vtrum per hoc ſacr̃m remittatur peccatum veniale.
5 Vtrum per hoc ſacr̃m remittatur tota pœna peccati.
6 Vtrum hoc ſacr̃m preſeruet hominem a peccatis futuris.
7 Vtrum hoc ſacr̃m proſit aliis quam ſumentibus.
8 Vtrũ per pct̃m veniale impediatur effectus huius ſacr̃i.

QVÆSTIO LXXX.

¶ De uſu ſiue ſumptione huius ſacr̃i in cõi. (& ſpũaliter.
1 Vtrũ ſint duo modi mãducãdi hoc ſacr̃m. ſ. ſacramentaliter,
2 Vtrũ ſoli hoi conueniat manducare ſpũaliter hoc ſacr̃m.
3 Vtrũ ſolius hois iuſti ſit manducare ſacr̃aliter.
4 Vtrum peccator manducans ſacr̃aliter peccet.
5 Vtrum hoc ſit grauiſſimum omnium peccatorum.
6 Vtrũ peccator accedens ad hoc ſacr̃m ſit repellendus. (ſacr̃i.
7 Vtrũ nocturna pollutio ĩpediat hoiem a ſumptiõe huius
8 Vtrum ſit ſolum a ieiunis ſumendum.
9 Vtrum ſit recipiendum a non habentibus vſum rationis.
10 Vtrum ſit quotidie ſumendum.
11 Vtrum liceat omnino abſtinere.
12 Vtrum liceat conficere corpus ſine ſanguine.

QVÆSTIO LXXXI.

¶ De vſu quo Chriſtus vſus eſt iſto ſacr̃o.
1 Vtrum ipſe Chriſtus ſumpſerit corpus ſuum & ſanguinem.
2 Vtrum dederit ea iudæ.
3 Vtrũ dederit & aſſumpſerit corpus paſſibile & impaſſibile.
4 Quõ ſe habuiſſet Chr̃s ſub hoc ſacr̃o, ſi fuiſſet ĩ triduo mortis reſeruatũ aut cõſecratũ.

QVÆSTIO LXXXII.

¶ De miniſtris huius ſacramenti.
1 Vtrum conſecrare hoc ſacr̃m ſit proprium ſacerdotis.
2 Vtrũ plures ſacerdotes ſimul poſſint eãdẽ hoſtiã cõſecrare.
3 Vtrũ diſpenſatio huius ſacr̃i pertineat ad ſolũ ſacerdotem.
4 Vtrum liceat ſacerdoti conſecranti a cõione abſtinere.
5 Vtrum ſacerdos peccator poſſit conficere hoc ſacr̃m.
6 Vtrũ miſſa mali ſacerdotis minus ualeat quam boni.
7 Vtrũ hæretici & ſchiſmatici, vel excõicati poſſint conficere (hoc ſacr̃m.
8 Vtrum degradati.
9 Vtrum peccent a talibus cõionem recipientes.
10 Vtrũ liceat ſacerdoti omnino a celebratione ceſſare.

QVÆSTIO LXXXIII.

¶ De ritu huius ſacramenti.
1 Vtrũ in celebratione huius myſterii Chriſtus immoletur.
2 De tempore celebrationis.
3 De loco & aliis q̃ pertinent ad apparatũ huius celebratiõis.
4 De his quę in celebratione huius myſterii dicuntur.
5 De his quæ circa celebrationem huius myſterii fiunt.
6 De defectib⁹ q̃ circa celebrationẽ hui⁹ myſterii cõmittunẽ

¶ De ſacr̃o pniæ.

QVÆSTIO LXXXIIII.

1 Vtrum pœnitentia ſit ſacramentum.
2 De materia huius ſacramenti.
3 De forma ipſius.
4 Vtrum impoſitio manus requiratur ad hoc ſacr̃m.
5 Vtrum hoc ſacr̃m ſit de neceſſitate ſalutis.
6 De ordine eius ad alia ſacramenta.
7 De inſtitutione eius.
8 De duratione ipſius.
9 De continuitate eius.
10 Vtrũ poſſit iterari.

QVÆSTIO LXXXV.

¶ De pęnitentia ſ̃m q̃ eſt virtus.
1 Vtrum pęnitentia ſit virtus.
2 Vtrum ſit virtus ſpecialis.
3 Sub qua ſpecie virtutis contineatur.
4 De ſubiecto eius.
5 De cauſa eius.
6 De ordine eius ad alias virtutes.

¶ De defectu pniæ.

QVÆSTIO LXXXVI.

1 Vtrũ omnia peccata mortalia per pniam auferantur.
2 Vtrum poſſint ſine pnia tolli.
3 Vtrũ poſſit vnum remitti ſine alio.
4 Vtrum pnia auferat culpam remanente reatu.
5 Vtrũ remaneãt reliquiæ pctõrum. (tũ eſt ſacr̃m.
6 Vtrũ auferre pct̃m ſit effectus pniæ ĩquãtũ eſt virt⁹ vel ĩquã

QVÆSTIO LXXXVII.

¶ De remiſſione venialium peccatorum.
1 Vtrũ ſine pnia pct̃m veniale poſſit remitti.
2 Vtrum poſſit dimitti ſine gratię infuſione.
3 Vtrũ pctã venialia remittant̃ p aſperſionẽ aquæ benedictæ, & tunſionem pectoris, & orõnem dñicam, & aliã hmõi.
4 Vtrum peccatum veniale poſſit remitti ſine mortali.

QVÆSTIO LXXXVIII.

¶ De reditu pctõrum per pniam dimiſſorum.
1 Vtrũ pctã p pniam dimiſſa redeãt ſimplr p ſequẽs peccatũ.
2 Vtrũ aliquo mõ p ingratitudinẽ redeãt ſpãlius ſ̃m quędam (pctã.
3 Vtrũ redeant in æquali reatu.
4 Vtrũ illa ingratitudo p quã redeunt ſit ſpãle peccatum.

QVÆSTIO LXXXIX.

¶ De recuperatione virtutum per pniam.
1 Vtrum per pniam reſtituantur virtutes.
2 Vtrum reſtituantur in æquali quantitate.
3 Vtrum reſtituatur pęnitenti ęquales dignitas.
4 Vtrum opera virtutũ p pct̃m ſequens mortificentur.
5 Vtrũ opera mortificata p pct̃m per pniam reuiuiſcant.
6 Vtrũ opera mortua, i. ſine caritate facta p pniam viuificentũ.

QVÆSTIO XC.

¶ De partibus pniæ in generali.
1 Vtrum pnia habeat partes.
2 De numero partium eius.
3 Quales partes ſint.
4 De diuiſione eius in partes ſubiectiuas.

¶ Quæſtionum & articulorum tabulæ finis.

# CONTENTORVM IN COMMENTARIIS TERTIAE PARTIS ALPHABETICA ANNOTATIO.

ABSOLVTIONIS forma licet conſiſtat in his duobus verbis, ſ. Abſoluo te, ſiquis tamen aliis verbis vteretur (puta remitto tibi peccata) ſacramentum eſſet perfectum. q. 84. art. 3.
1 ¶ Abſtractionis duplicis, ſcilicet ex parte rei & ex parte intellectus dilucidatio. q. 3. ar. 3.
2 Abſtractionis per modum reſolutionis nomine, quid intelligatur. q. 3. ar. 3. ad 3m.
3 Abſtractis per intellectum diuinis perſonalitatibus an poſſit intelligi natura diuina aſſumere. q. 3. ar. 3. ad 2m.
1 ¶ Actus habetur ſecundum quandam eminentiam, ergo eſt actiuus aliorum, an valeat conſequentia. q. 8. ar. 5.
1 ¶ Affirmatio ſi eſt cauſa affirmationis & negatio negationis, iſta regula tenet in ſolis cauſis propriis. quæſt. 64. art. 6. ad 1m.
1 ¶ Agens proprie dicitur poſſe vt in proprium effectũ & vt in propriam naturam, quod vnica tranſmutatione poteſt educere de potentia in actum. q. 28. ar. 1. ad 5m.
1 ¶ Altaris & aliarum rerum eccleſiaſticarum inanimatarũ conſecratarum virtus. q. 83. ar. 3.
1 ¶ Amydum. Euchariſtia. 5.
1 Analogia. Nomen. 5.
1 ¶ Angeli deficere a neceſſitate reparationis, quomodo intelligatur. q. 4. arti. 1.
2 Angeli. Miniſtrare. 1.
1 ¶ Anima ſeparata an in communi reſurrectione huius vel illius reuerſa ad corpus retineat ſuam propriam terminationem, an perdat illam & termineтur perſonalitate totius. quæſt. 6. arti. 3.
1 ¶ Antichriſtus an dicatur caput omnium malorum, tam dæmonum quàm hominum. q. 8. ar. 8.
1 ¶ Arguere an liceat a deſtructione antecedẽtis. q. 17. ar. 1.
1 ¶ Armeni. Euchariſtia. 7.
1 ¶ Aſcendiſſe Chriſtum in cœlum virtute animæ glorificatæ, cum dicitur, intelligitur tantùm de motu locali aſcenſionis. q. 57. arti. 3.
1 ¶ Aſſumi naturam per ſe ſeparatã nõ fuiſſe cõueniens, quõ intelligatur. q. 4. ar. 4.
2 Aſſumptibile non attenditur ſecundum potentiam paſſiuam naturalẽ, ergo ſecundum congruentiam, an valeat conſequentia. q. 4. ar. 2.
3 Aſſumptionis terminus proprius quid ſit, abſolutum ne aliquid, vel relatiuum. q. 2. ar. 8.
4 In Aſſumptionis myſterio an ſit ordo naturæ partium humanæ naturæ adinuicem & partium ad totũ. quæſt. 6. a. 1. ad Duran.
5 In aſſumptione carnis quõ dicitur animam mediare ſecundum S. Tho. q. 6. ar. 1. ad 3m.
6 Dupliciter poteſt intelligi ſubſiſtentiam animæ præexiſtẽtẽ in aſſumptione corrumpi. q. 3. ar. 3.
7 An verbum aſſumpſerit humanam naturam mediantibus eius partibus. q. 6. ar. 5. ad 1m.
8 An perſonæ diuinæ conueniat primo ratione eſſentiæ diuinæ aſſumere terminatiue. q. 3. ar. 2.
9 An ſit poſſibile diuinis perſonis, vt duæ vel tres aſſumant vnam naturam humanam. q. 3. ar. 6. ad Sco.
10 Plures perſonæ non poſſunt aſſumere vnam perſonã. Ibidem ad Duran. in expoſitione authoritatis. Anſel. ſ. plures perſonæ non poſſunt aſſumere vnum eundemque hoĩem.
1 ¶ Athanaſij ſimilitudo, ſcilicet Nam ſicut anima rationalis & caro vnus eſt homo, ita & c. intelligitur quantum ad vnitatem ſuppoſiti. q. 2. ar. 1.
1 Augmentum non eſſe ſine motu locali intelligitur de motu locali formaliter vel æquiualenter. q. 33. ar. 1.

BAPTIZARE aliquem extra neceſſitatis caſum, eo modo quo in neceſſitatis caſu licet, an ſit peccatum mortale. q. 67. ar. 4. & 5.
2 Baptizare vnum quomodo duo poſſint vel non poſſint, & qua forma vti debeant. q. 67. ar. 6.
3 Baptizari an debeant filii Iudæorum & Gentilium inuitis parentibus. q. 68. ar. 10.
4 Baptizato ficte an recedente fictione incipiat baptiſmus valere ad ſalutem. q. 69. ar. 9. & 10.
5 Baptiſmus quomodo recedente fictiõe valeat ad ſalutem. q. 69. ar. 9. & 10.
6 Baptizatos fuiſſe Ioannem & Apoſtolos a Chriſto rationabile eſt. q. 38. ar. 6.
7 Baptizandus an de neceſſitate debeat habere intentionem ſuſcipiendi baptiſmum. q. 68. ar. 7. Miniſter. 5.
8 Baptizando plures ſi non intercederet alia mutatio quàm dicere, baptizo vos, non videretur ad hoc magna neceſſitas exigi. q. 67. ar. 6. ad 2m.
9 Baptizandi & prædicandi officium non conuenire diaconis, quomodo verum ſit. q. 67. ar. 1.
10 Baptiſmus verus an ſit, ſi aliqua ex tribus immerſionibus omittatur. q. 66. ar. 8.
11 Baptiſmus quare ſit irreiterabilis. q. 66. ar. 9.
12 Baptiſmi proprius effectus quis ſit. q. 62. ar. 1.
13 Baptiſmi differendi tempus quomodo debeat determinari. q. 68. arti. 3.
14 Baptiſmo quare attribuatur aperire ianuam Paradiſi, cum ſit per ſe primo effectus mortis Chriſti. q. 69. ar. 7.
15 Baptiſmalem exorciſmum aperire ſenſus, & vnctionem in vertice baptizati operari conſeruationem gratiæ baptiſmalis, quomodo intelligatur. q. 70. & 71. ar 3.
Eccleſia. 2. Euchariſtia. 2. Fictio. 1. Miniſter. 2. 3.
1 ¶ Beatitudinem eſſe qua Deus eſt diues, quomodo intelligatur. q. 23. ar. 3.
1 Beato cuilibet conuenit videre oĩa ad ſe ſpectãtia. q. 10. a. 2.
1 ¶ De boni ratione loqui, aliud eſt quàm loqui de ratione talis boni. q. 1. ar. 1. in cor.

.C.

CHARACTER ſacramentalis, an ſit deputatiuus hominis ad cultum Dei. q. 63. ar. 2.
2 Character ſub quo genere generaliſſimo ponat̃, & in qua ſpecie. q. 62. ar. 2. ad Sco. & Duran.
3 Character eſt in genere potentiæ. Ibidem.
4 Character eſt ſpiritualis potentia, quia conuenit miniſtris Chriſti. Ibidem.
5 Character non eſt per ſe in genere. Ibidem.
6 Character an ſit ſubiectiue in potentia animæ. quæſt. 63. arti. 4. ad Sco. & Duran.
7 Character an ſit in intellectu. q. 63. ar. 4.
8 Character in baptiſmo tenet locum diſpoſitionis & formæ. q. 69. ar. 9. & 10.
9 Character an ſit potentia pure paſſiua. q. 72. arti. 5.
10 Character confirmationis de neceſſitate præſupponit characterem baptiſmi. q. 72. ar. 6.
11 Character ſacrorum ordinum de neceſſitate præſupponit characterem baptiſmi. Ibidem.
1 Charitatis feruor in hac vita quis ſit qui non compatitur peccatum veniale. q. 87. ar. 1.
1 ¶ Cauſæ duæ totales virtutibus propriis agentes ac eiuſdẽ rationis, non poſſunt vnum & eundem per ſe effectum producere. q. 7. ar. 6.
1 ¶ Celebrare. Euchariſtia vl.
1 ¶ Circunciſio Chriſtianorum Indorum dicentium ſe circuncidi vt conformentur Chriſto an ſit licita. q. 57. art. 1.

1 ¶ Columba in cuius ſpecie ſpiritusſanctus deſcendit ſuper Chriſtum baptizatum, an fuerit verũ animal.q.39.ar.7.
1 ¶ Cometa quare putatur eſſe potius ſignum mortis principum quàm aliorum hominum.q.36.ar.7.
1 ¶ Communicare ſe aliis importat perfectionem, ad minus in his quibus communicatur q.1.ar.1.in cor.
2 Communicare ſeipſum pertinet ad boni rationem, non quidem determinate per modum naturæ aut libere, ſed cõmuniter & indeterminate ad vtrunque modũ. Ibidem.
2 Communicare cum excommunicatis per concilium Conſtantien. conceſſum eſt, præterquàm in duobus caſibus, quæſt.82.ar.9.
4 Communio an non ſolum eccleſiæ, ſed etiam Chriſti præcepto ſit neceſſaria, q.80.ar.11.
5 Communio popularis ſub vtraque ſpecie, an ſit licita. ea. q.ar.12.prin.
6 Communio ſub vtraque ſpecie, an ſit in præcepto. Ibidem de hac ſpecialiter materia, quæſtiuncula.1.
7 Communio ſub vtraque ſpecie, an ſit neceſſaria omnibus, comprehendendo etiam infantes. Ibidem.
8 Communio dicta an ſit neceſſaria omnibus adultis, An omnibus ſacerdotibus, An omnibus confitentibus. Ibidem.
9 Communio ſub vtraque ſpecie, an ſit vtilior quàm ſub ſpecie panis tantum. eo. ar. quæſtiuncula.2.
10 Communio popularis ſub vtraque ſpecie, an expediat eccleſiæ Chriſti. eo. ar. q.3.
11 Iudicium diſcretionis requiſitæ ad communionem in pueris, debet a parentibus & confeſſore fieri. q.80.ar.9.ad vlt.
1 ¶ Confiteri ſemel in anno, an iuſtus.ſ.ſine peccato mortali exiſtens teneatur.q.65.ar.2.ad 4m.
2 Confitens ſua peccata ante baptiſmum receptum, non eſt abſoluendus.q.68.ar.5.& 6.
1 ¶ Confirmationis ſacro deputantur fideles ad ſeruitium ſpeciale ſpectans ad officium principis.q.65.ar.3.ad 2m.
2 Confirmationis ſacramẽti an Eps ſit ita proprius miniſter ꝙ a non Epo facta nulla eſt, & tamen ex diſpenſatione Apoſtolica non Eps poſſit illam conferre.q.72.ar.8.9.10.& 11.
3 Chriſma per totum.
1 ¶ Coniunctionis in littera poſita diſtinctio ex parte extremorum, vel ex parte termini, an ſit ſufficiens.q.2.ar.9.
2 Coniunctionis humanæ naturæ cum perſona filii Dei duplex acceptio, q.2.ar.10.
3 Coniuncta duo realiter, an vbi eſt vnum oporteat eſſe & reliquum.q.76.ar.2.
1 ¶ Cõuerſio duplex.ſ.formalis & ſubſtãtialis.q.75.ar.4.
1 ¶ Compoſitio ex contrariis, an ſit prima cauſa mortis & aliorum defectuum humanæ naturæ, an vero peccatum, quæſt.15.arti.5.
2 Compoſitionis ratio imperfectionem componentium formaliter importat.q.2.ar.4.ad 3m. Dubium.
3 Compoſitionis multiplex genus. Ibidem.
1 Conſecrare. Sacerdotes.3.
1 ¶ Conſtantinum fuiſſe mundatum a lepra in baptiſmo nullius authoritate conſtat, q.69.ar.8.argumen.3.
1 ¶ Contritio ſecundum eſſentiam an ſit pars ſacramenti, quæſt.90.arti.2.
1 ¶ Contactus Chriſti quilibet an ſit ſanctificatiuus materiæ ſacramenti, an ſolus contactus in vſu conſtitutiuo ſacramenti, q.72.ar.3.
1 ¶ Conueniens claudit in ſe poſſibile, & addit ſuper illud, q.1.ar.1, in ti.
1 ¶ Conuerti vnum in aliud poteſt dupliciter, ſcilicet per tranſubſtantiationẽ & per tranſmutationem.q.2.ar.1.
2 Conuertibilitas cuiuſcunque creaturæ in quamcunque aliam ſecundum agens virtutis infinitæ, quomodo intelligatur.q.75.ar.4.ad 3m.
3 Conuertibilitas ratio totius vnius rei in totam aliam rem eſt communicatio earum in communi natura entis communis omnibus creaturis tantum.q.75.ar.4.ad 3m.
1 ¶ Corpus eſſe vicinius perſonæ propriæ, animam autem naturæ humanæ, quomodo intelligatur.q.6.ar.1.ad 2m.
2 Corpus quando ſit animale & quando ſpirituale ſecũdũ Auguſtinum.q.54.ar.3.
3 Corpora elementaria ſicut habent duplices motus, ita corpora cæleſtia vltra naturalem inclinationem ad ſuos curſus poſſunt mutari in illud qđ author naturæ facit.44.ar.2.
4 Corporum cæleſtium viſione an poſſint comprehendi virtutes eorum.q.42.ar.1.ad Duran.
1 ¶ Creaturæ an poſſibilis ſit ſublimior gradus diuinæ viſionis quàm ſit gradus animæ Chriſti.q.10.ar.4.ad 3m.
2 Creaturas denominari aliquales ex eo quod conuenit eis ſecundum proprias cauſas, non autem ex eo quod cõuenit eis ſecundum primas & vniuerſales cauſas, quomodo ſit intelligendum.q.4.ar.2.
1 ¶ Chriſma eſt regularis materia confirmationis de neceſſitate præcepti & non de neceſſitate ſacramẽti, q.72.a.1.& 2.
2 Chriſma eſſe conſecratum ab epiſcopo an ſit de neceſſitate ſacramenti.q.72.ar.3.
3 Chriſmatis conſecrationẽ an Papa poſſit cõmittere ſingulari ſacerdoti. Ibidem.
Confirmatio per totum.
1 ¶ Chryſoſtomus. Paſſio.9. Paulus.1.
1 Chriſtus principalius venit abolere peccatum totius naturæ, quàm peccatum vnius perſonæ.q.1.ar.4.
2 Chriſtus ſi naturali generatione aliquem produxiſſet, purũ hominem produxiſſet.q.2.ar.5.ad 2m.
3 Chriſtus q̃uo dicatur caput eccleſiæ.q.8.ar.1.
4 Chriſtus in vſu ſcientiæ infuſæ non indigebat conuerſione ad phantaſmata ad Duran.q.11.ar.2.
5 Chriſtus an voluerit humana voluntate per alios homines aliquid fieri & non potuerit facere quòd fieret.q.13.ar.3.
6 Chriſtus certus erat de euentu mortis & reliquorum malorum futurorum, non ſolum inquantum Deus, ſed etiam inquantum homo, nec ſolum vt comprehenſor, ſed etiam vt viator.q.15.ar.7.
7 Chriſtus non debet dici homo dominicus, quia derogaret veritati vnionis, ſi dominus de illo homine prædicaretur denominatiue.q.16.ar.3.
8 Chriſtus an meruerit exteriora bona, quia dignitas merendi ſpectat ad charitatem, ac per hoc præſtat exteriorum bonorum præſentiæ coeuæ.q.19.ar.3.
9 Chriſtus prædeſtinatus eſt filius Dei, an hæc locutio ſit propria.q.24.ar.1.ad 2m.& 3m.
10 Chriſtus proprie eſt mediator inter Deum & hominem, q.26.ar.4.
11 Chriſtus ante Ioannis baptiſma quid exercuerit.q.4.ar.1.
12 Chriſtus fuit exemplum perfectionis in omnibus quæ per ſe pertinent ad ſalutem.q.4.ar.2.
13 Chriſtus quare nihil ſcripſerit.q.42.ar.4.
14 Chriſtus gloriam animæ ſuæ deriuauit in corpus in transfiguratione.q.45.ar.2.
15 Chriſtus ſua paſſione impleuit legem totam & omnem iuſtitiam omnis generis, iuris & præcepti.q.47.ar.2.
16 Chriſti animæ deſcenſus ad inferos, ad infuſionem luminis gloriæ in ſanctis patribus operatus eſt, applicando.ſ.ad eos virtutem ſuæ mortis.q.52.ar.2.
17 Chriſtus in ſuo deſcẽſu duo genera a purgatorio liberauit.a 8
18 Chriſtus an corporaliter viſus fuerit a Paulo, & an viſio illa tunc fuerit quando dixit Saule ſaule, quid me perſequeris.q.57.ar.7.
19 Chriſtus inquantũ hõ an ſtet vel ſedeat in cælo.q.58.ar.2.
20 Chriſtus ſecundum quòd homo an dicendus ſit filius Dei.q.58.ar.3.
21 Chriſti actiones humanæ poſſunt dupliciter conſiderari. Primo vt ſunt res quædam creatæ ac proinde finitæ. Secundo vt ſunt res pſonæ diuinæ vt proprii ſuppoſiti cuius ſũt, & ſic ſunt infinita entia perſonaliter, & infinitæ efficaciæ in genere meriti ſeu ſatisfactionis ex hoc ipſo quòd ſunt opera ipſius Dei, vt propriæ pſonę exercẽtis illa.q.1.a.2.ad 3m.
22 Chriſti perſona dupliciter diſtinguitur, primo ſecundum id quod in ſe eſt, ſecundo ſecundum rationem hypoſtaſis. quæſt.2.ar.4.
23 In Chriſti perſona ſunt duæ rationes ſubſiſtendi in duabus naturis, licet ſit ibi vnum ſubſiſtens ſimpliciter, & vna ratio ſubſiſtendi ſimpliciter. Ibidem.
24 Chriſti perſonam eſſe compoſitam an ſit ſimpliciter & formaliter vnum. Ibidem.
25 Chriſti natura humana ſe habet ad perſonã filii Dei ſicut ſe habet natura ſortis ad perſonam Sortis.q.2.ar.10.
26 Chriſti natura corporalis quomodo poſſit agere in angelos.q.8.ar.4.ad 3m.
27 Chriſti anima non videt in verbo quicquid videt verbum, q.10.ar.2.ad 2m.
28 Chriſti anima an ex hoc quòd ſcit omnia quæ ſcit Deus ſcientia viſionis, ſequatur ipſam ſcire infinita.q.10.ar.3.
29 Chriſti animã an bene concludatur habere per ſcientiam infuſã notitiam omnium ſingularium q.11.ar.1.
30 Chriſti anima an perfectius quocũq; angelo intuitiue cognouerit in proprio genere quicquid intueri vtrique datum eſt.q.11.ar.4.

31 Chriſti



31 Chriſti animæ ſpecies intelligibiles infuſæ an fuerint perfectiſſimæ.q.11.ar.6.ad Sco.
32 Chriſti animæ an inſit virtus inſtrumentalis ad omnia miracula.q.13.ar.2.
33 Chriſti priuilegium eſt mereri aliis ex cõdigno.q.19.ar.4.
34 Quomodo intelligatur ꝙ inquantum Chriſti humanitas operabatur virtute diuinitatis ſacrificium Chriſti erat efficaciſſimũ ad delenda peccata per gratiam. q.22.ar.3.ad 1m.
35 Chriſti carnem efficere, aliter attribuitur perſonæ ſpiritusſancti, & aliter filio eandem aſſumere.q.32.ar.1.
36 Chriſti corporis formatio in primo inſtanti fuit perfecta eſſentialiter, non autem quantitatiue.q.33.ar.1.
37 Chriſti animæ an inconueniat ꝙ aliqua perfectio actus ſecũdi ei de nouo aduenerit.q.34.ar.2.
38 Chriſti doctrinæ excellentia penes quæ attendatur.quæſt 42.art.1.
39 Chriſti anima an habuerit poteſtatem præſeruãdi corpus ſuum a morte.q.47.ar.1.ad Sco.
40 Chriſti anima vnde habuerit prædictam poteſtatem. Ibidẽ
41 De Chriſti clamore in cruce duplex modus dicendi. eodẽ art.ad 2m.
42 Chriſti mortis celeritas fuit & naturalis & volũtaria. Ibidẽ
43 Chriſti verba, Ego pono animam meam &c.& ſimilia quo modo intelligantur.q.50.ar.3.ad 1m.
44 Chriſti corpus viuum & mortuum an fuerit idem numero ſimpliciter.q.50.ar.5.ad Scotum.
45 Chriſti mors an fuerit meritoria ex parte animæ, q.50.ar.6
46 Chriſti corporis præſeruatio a putrefactione an atteſtetur virtuti ipſius naturæ & voluntariæ morti.q.51.ar.3.
47 Chriſti mortis tres dies, & dies creationis mundi diuerſimode ordinantur.q.51.ar.4.
48 Chriſti deſcenſus ad inferos, an fuerit ſecundum ſubſtantiam animæ, an ſolum ſm effectum.q.52.ar.2.
49 Chriſti pænalitates intrinſece vſque ad eius reſurrectionẽ durauerunt.q.52.ar.4.
50 Chriſti humanitas eſt velut vniuerſale inſtrumẽtum Dei ad facienda miracula, exceptis his quæ ſpectant ad primam creationem rerum.q.56.ar.1.
51 Chriſti corpus an conuenienter opinemur eſſe extra totã continentiam cælorum corporeorũ, ita ꝙ planta pedis eius ſit ſupra conuexum ſupremi cæli.q.57.ar.4.ad Duran.
52 An ſicut ex defectu materiæ magnificentiæ in Chriſto nõ ſequitur defectus magnificentiæ interioris, ita nec ex defectu materiæ fidei ſequatur defectus fidei in eodem, q.7.ar.3.
53 An ſpes in Chriſto reſpectu ſecundario ſperatorum fuerit habitus aliquis.q.7.ar.4.
54 An oporteat in Chriſto ponere ſcientiam inditam, propter hoc quia aliter intellectus poſſibilis eius fuiſſet imperfectus.q.9.ar.3.
55 In Chriſto non fuiſſe ſcientiam ex ſuo genere acquiſibilẽ per infuſionẽ, vt fuit in Adã, cur in litera aſſeratur.q.9.ar.4.
56 An in Chriſto conceſſa cognitione abſtractiua omnium ſingularium, concedenda ſit cuiuslibet ſingularis propria ſpecies in Chriſti intellectu.q.11.ar.1, ad Sco.
57 An in Chriſto fuerit cognitio intuitiua omnium ſingularium.ad Sco.q.11.ar.1.
58 Chriſto non eſt adempta poteſtas deriuãdi gloriam animæ ad corpus, ergo gloria illa claritatis quæ apparuit in Chriſto in transfiguratione, deriuata eſt ab anima, an hæc ratio valeat.q.45.ar.2.
59 Chriſto conuenientium mediante natura humana diſtinctio.q.48.ar.5.
60 Chriſtum deleuiſſe omnia peccata mundi, quomodo intelligatur.q.1.ar.4.
61 Chriſtum fuiſſe aſſumptum a diabolo quid ſit.q.41.ar.4.
62 Chriſtum palam docuiſſe & in occulto nihil fuiſſe locutũ, quomodo intelligatur.q.42.ar.3.
63 Chriſtum ſedere ad dexteram patris cum dicitur, quam diſtinctionem importet li ad.q.58.ar.2.

D

Debitum ſecundum decentiam ad opus operatum, eſt debitum ſecundum neceſſitatem ad opus operãs miniſtri. q.64.ar.6.
1 Dæmones an cognouerint Chriſtum eſſe Meſſiam in lege promiſſum.q.44.ar.1.
2 Dæmones an cognouerint Chriſtum eſſe verum Deum. q.44.ar.1.
4 Denominatio. Humanum.1.
1 ¶ Deus intelligi poteſt tribus modis pluſquã genere diuerſis communicare ſeipſum creaturæ.ſ. naturaliter, ſupernaturaliter, & eleuando creaturam ad ſuam propriam perſonalitatem.q.1.ar.1.in cor.
2 Deus an fallere poſſit.q.5.ar.5.
3 Deus eſt homo, an hæc propoſitio ſit in materia naturali, q.16.ar.1.ad 1m.
4 Deus eſt homo, an hæc propoſitio ſit per ſe. ad Duran. & Scotum. Ibidem.
5 Quomodo intelligatur, ꝙ in iſta propoſitione, Deus eſt pater, li Deus ſupponit pro perſona patris.q.16.ar.2.ad 2m.
6 An ſolius Dei natura prædicetur de ſuppoſito.q.17.ar.1.
7 In Deo nihil inueniri præter rationem ſuæ naturæ, quomodo intelligatur.q.2.ar.1.
8 In Deo inuenitur duplici modo ſubſiſtens & habens naturam.ſ.cõiter & incommunicabiliter.q.3.ar.2.
1 Diabolus. Quomodo diabolus machinãdo in mortẽ Chriſti exceſſerit modũ poteſtatis ſibi a Deo traditæ. q.49.ar.2. Chriſtus.62.
1 ¶ Differentia inter ſuppoſitum & naturam an habeat locũ in angelis.q.2.ar.2.in cor.
1 Diſplicere poteſt dupliciter ſumi, ſcilicet contrarie & negatiue.q.84.ar.8.& 9.
1 ¶ Diſtingui ſecundum rem contingit dupliciter, primo vt duæ res quarum vna nihil eſt alterius, ſecũdo ſic, vt vna res includat totam aliam, & ſuperaddat ei aliquid aliud. q.2. ar.2.in cor.
1 ¶ Diuina eminentia in timore reuerentiali Chriſti an habuerit rationem reuerendi quatenus eminentia Dei abſolute, an quatenus potens eſt infligere malum.q.7.ar.6.
1 Docere. Excellentior eſt modus docendi verbo quàm ſcripto.q.42.ar.4. Chriſtus.38.
1 ¶ Dolor eſt paſſio appetitus ſenſitiui ex corporis læſione percepta ſenſu.q.15.ar.5.
1 ¶ Donum nullũ perdi ſine culpa, q̃uo verificetur.q.50.ar.2.

E

1 Eccleſia. in hoc ꝙ eccleſia pro paruulis credit, intendit, renunciat, eſt quędam accommodatio.q.68.ar.9.
2 Eccleſiæ fides quomodo proſit infanti baptizato. quæſt.68. a.9.ad 2m.
1 ¶ Epiſcopus dum cõſecratur, an debeat Pontifici celebrãti concelebrare.q.82.ar.2.
Chriſma.2. Confirmatio.2.
1 Eſſe in perſona qđ eſt contra rationem formæ communis, quomodo intelligatur.q.4.ar.4.
Exiſtentia.1.2.
1 ¶ Euchariſtiæ ſacramentũ dicitur multa materialiter, quia partes eius ſe hãbent vt integrãtes vnum proprium finem, qui eſt refectio ſpiritualis, q.73.ar.2.
2 Euchariſtiæ ſacramentum an ſit abſolute neceſſarium ad ſalutem.q.73.ar.3.
3 Euchariſtiæ ſacramentum an eſſet in pane ſolum celebrandum vbi vinum non inueniretur.q.74.ar.1.
4 Euchariſtiæ ſacramentum debet fieri in materia pñti propter formam conſecrationis, ſcilicet Hoc eſt, vel Hic eſt. q.74.ar.2.
5 Euchariſtia. Quum triticum ab omnibus ponatur propria materia panis ſacramentalis, an etiã ex ſiligine, ſpelta, amydo, & paſta cruda confici poſſit panis conſecrabilis, & an ſolus panis aſſus ſit conſecrabilis.q.34.ar.3.
6 Vua non eſt conſecrabilis.q.74.ar.5.
7 In Euchariſtiæ ſacramento falſum eſt ꝙ græci offerant calicem domini cum vino tantum, hoc enim Armeni, non Græci olim faciebant. Ibidem ar.6.
8 In Euchariſtię ſacro debet modica aqua vino miſceri. Ibid.
9 An oporteat aquam ex qua ſit panis pro hoc ſacramento eſſe veram & naturalem, q.74.ar.7.
10 De exiſtentia corporis Chriſti in ſacramento euchariſtiæ, quid ex ſacra ſcriptura habeatur.q.75.ar.1.
11 Diuerſę opiniones circa nouitatem continentiæ & nouitatem conuerſionis. Ibidem.
12 In Euchariſtiæ ſacramento quomodo ſe habeãt adinuicem nouitas continentiæ & nouitas conuerſionis. Ibidem.
13 An hæc propoſitio, Aliquid non poteſt eſſe vbi prius non erat, niſi vel per loci mutationem, vel alterius conuerſionẽ in ipſum, ſit vera, & bene applicetur ad eſſe in ſacramento, q.75.ar.2.
14 In Euchariſtiæ ſacramento quot interueniant mutationes.q.75.ar.2.
15 In Euchariſtiæ ſacramento ſi ſubſtantia panis remaneret, non eſſet verum quod Chriſtus dixit, Hoc eſt corpus meũ. Ibidem.ad Sco.& Duran.

16 In Euchariſtiæ ſacramento ſi eſſet alia ſubſtantia ſub accidentibus panis quàm corpus Chriſti, an contrarietur venerationi Euchariſtiæ. Ibidem.
17 In Euchariſtiæ ſacramento panis non redigitur in nihilũ, ſed mutatur ſubſtantia panis in corpus Chriſti ſecundum Ambroſium.q.75.ar.3.ad $3^{m}$.
18 An conuerſio panis in corpus Chriſti præexiſtens & manens ſecundum ſuum eſſe antiquum ſit poſſibilis.q.75.ar 4.ad Sco. Conuertibilitas 1.
19 An hæc ſit propria, qđ erat panis eſt Chriſti corpus. Ibid.
20 Si corpus Chriſti habet partes & proprietates ſub modo ſacramentali, an ſimpliciter neceſſario ſequatur quòd habeat eas ſub exiſtentia naturali.q.76.ar.2. Intellectus 3.4.5.
21 Chriſtum eſſe ſub hoſtia eſt quoddam eſſe relatiuum.q.76.arti.6.
22 An ad motum hoſtiæ corpus Chriſti moueatur per accidens. Ibidem ad Sco.
23 In Euchariſtiæ ſacramento quomodo accidentia ſint ſine ſubiecto, diuerſæ opiniones.q.77.ar.1.2.3.
24 An in rarefactione ſpecierum ſacramentalium noua illa quantitate particula quæ per rarefactionem fit, fit naturaliter a naturali agente.q.77.ar.5.ad Sco.
25 De modo quo in inſtanti generationis nouæ ſubſtantiæ ex ſpeciebus ſacramentalibus, fit materia.q.77.ar.5.
26 An omnia verba quibus vtimur in conſecratione ſanguinis ſint de neceſſitate ſacramenti.q.78.in tribus primis ar.
27 An ſola verba conſecrationis a ſacerdote prolata prætermiſſio Canone, conficiant ſacramentum.q.78.ar.1.ad $4^{m}$.
28 Euchariſtia Sacramentum.3.
29 De veritate & cõſignificatione huius orõnis ſacramẽtalis, Hoc eſt corpus meum, & de demonſtratione quam in ea exercet, li hoc. Ibidem ar.5.
30 Euchariſtiæ ſacramenti oblatio ex ſui quantitate ſufficit ad ſatisfaciendum pro omni pœna, fit autem ſatisfactoria offerentibus vel pro quibus offertur ſecundum quantitatẽ ſuæ deuotionis.q.79.ar.5.
31 De tempore, modo & ſubiecto ſex effectuum Euchariſtiæ. q.79.arti.5.
32 Dominus cum dicit. Niſi manducaueritis &c. loquitur de manducatione ſpirituali in voto ſeu habitu.q.79.ar.1.
33 Euchariſtiæ ſacramentum ſumens ita poteſt eſſe diſpoſitus quòd nec conſequatur vitam gratiæ, nec de nouo mortaliter peccet ſumendo.q.79.ar.1.
34 Euchariſtię ſacramentum an ſit negandum peccatoribus occultis petentibus illud.q.80.ar.6.
35 Quum dicitur ſacramenti euchariſtiæ rẽ tantum eſſe gratiam ſuſcipientium, aut vnitatem eccleſiæ, aut corpus Chriſti myſticum, hæc omnia ſumuntur pro vno & eodem, ſcilicet gratia Dei.q.73.ar.1.ad $3^{m}$.
36 Habere rem ſacramenti euchariſtiæ per votum eccleſiæ, eſt ipſam habere per aſs ſacramentum ſeu in ſui initio, quoniam ſacramentum baptiſmi initium eſt ſpiritualis vitæ. q.73.arti.3.
37 Inter ſuſcipientem euchariſtiam & ſuſcipientem baptiſmum in peccato mortali, differentia.q.70.ar 3.ad $1^{m}$.
38 Euchariſtiæ ſacramentum ſumens contritus, ſed non confeſſus de peccato mortali habens copiam confeſſoris, an peccet mortaliter.q.80.ar.4.
39 Euchariſtiæ ſacramentum ſumens in peccato mortali, an committat grauius peccatum omnibus peccatis quæ ſunt contra puras creaturas.q.80.ar.5.
40 An expediat quotidie celebrare.q.80.ar.10.
1 ¶Exiſtere per ſe, & per ſe ſeparatim exiſtere, quomodo differant.q.2.ar.2.ad $3^{m}$.
2 Exiſtentia. An de mente D. Tho. nullum ſit in Chriſto eſſe actualis exiſtẽtiæ creatũ, ſed ſola exiſtẽtia increata.q.17.a.2.
3 An ita ſit in veritate quòd in Chriſto nulla ſit exiſtentia ſubſtãtialis niſi diuina. Ibidẽ ad Sco. Durã. & Io. de Neapoli.
1 ¶Experientia an ſolum pariat ſcientiam ſimilium ſecundum ſpeciem.q.12.ar.1.ad Duran.

F

FICTIO ſimul cum peccatis commiſſis poſt baptiſmum, per pænitentiam dicenda eſt.q.69.ar.2.ad $2^{m}$.& $3^{m}$.
1 Filium Dei aſſumpſiſſe hominem, an debeat concedi. q.4.ar.3.ad $2^{m}$.
2 Filiatio eſt ita ſuppoſiti vel ſubiecti, ꝙ nõ naturæ, ergo in Chřo nõ ẽ filiatio tẽporalis real, an hæc rõ valeat.q.35.a.5.
3 Filiatio temporalis Chriſti an ſit rõnis tm̃. Ibid. ad Sco.
1 ¶Finito omni poſſe fieri additionẽ, qualiter intelligaẽ.q.7. arti.12.ad $1^{m}$.
1 ¶Fomes peccati quomodo ſit inordinata concupiſcẽtia habitualis.q.27.ar.3
2 An ex hoc ꝙ fomes eſt concupiſcentia contraria rationi habitualiter, liceat inferre, quòd fomes eſt inclinatiuus ad malum & difficultatiuus in bono. Ibidem.
3 Quòd fomes in beata Virgine per diuinam prouidentiam perfectius ligabatur quàm per interiorem ſanctificationẽ, quomodo intelligatur. Ibidem.
1 ¶Formæ eiuſdem ſpeciei an poſſint eſſe ſimul in eodem ſubiecto.q.35.ar.5.
1 ¶Fruſtra eſt quod caret propria operatione, quomodo debeat intelligi, & an in dicta propoſitione ſit ſermo de omni propria operatione alicuius.q.9.arti.4.& ad Sco.& Duran. contra literæ concluſionem obiicientes.

G

GRATIA ſumitur aliquando vt comprædendit ſub ſe quemcunque infuſum habitum.q.2.ar.10.
2 Gratia cuiuslibet ſingularis perſonæ an habeat quantitatẽ alterius rationis a quantitate gratiæ Chriſti.q.7.ar.11.
3 Gratia cuiuslibet ſingularis perſonæ, an ſit velut virtus particularis, & gratia Chriſti velut virtus vl̃is. Ibidem.
4 Gratia vnionis in Chriſto duo in ſe claudit.q.7.ar.13.
5 Multorum dictorum. S. Tho. de gratia vnionis rõ. Ibidem.
6 Gratia Chriſti dupliciter dicitur prima.q.8.ar.1.
7 Gratia viatoris an ſit minor gratia comprædenſoris, etiam ſecundum ſuam quantitatem.q.34.ar.4.
8 Gratiæ intenſior gradus an comprædendatur ſub annexis quæ per deuotionem miniſtri impetrari poſſunt recipienti ſacramentum.q.64.ar.1.
9 Gratiæ habitualis quomodo finis ſit vnio pſonalis.q.7.a.12
10 Quare nullus pure viator attingat ad ſummum gratiæ ex parte gratiæ. Ibidem.
11 Dabile eſt ſummum poſſibile in gratia ſm̃. S. Tho.q.7.a.9.
12 Gratiam habitualem in Chriſto ponere, an neceſſe ſit, pro eo quòd Chriſtus mediator gratiam in alios redundantem habere debet.q.7.ar.1.
13 Chriſtum eſſe principium vniuerſale generis habentium gratiam, intelligitur de principio vniuerſali in tali genere non contento.q.7.ar.9.
14 Gratiam in nobis efficienter cauſare Chriſti actiões, quomodo intelligatur.q.8.ar.1.ad $1^{m}$.

H

HABITVS per ſe infuſi & habitus per ſe acquiſibiles ſunt diuerſarum rationum intrinſece & eſſentialiter.q. 9.ar.4.ad $2^{m}$.& $3^{m}$.
1 ¶Hæreſim incurrit ex verbis inordinate ꝓlatis, quomodo intelligatur.q.16.ar.8.
2 Hæreſis eſt Arriana dicere Chriſtum minorem patre. Ibid.
3 Hæreſis eſt dicere quòd Chriſtus eſt creatura. Ibidem.
4 Hæreſis noua quæ dicit Chriſtũ fuiſſe conceptũ ex tribus guttis ſanguinis circa cor btẽ Virginis refellitẽ.q.31.ar.5.
5 Cum hæreticis in vocabulis communicare quomodo prohibitum ſit.q.16.ar.8.
15 Hypoſtaſis. Hõ.1.2. Chriſtus 22. vniri.3.
1 ¶Homo dicitur & eſt Deus propter vnionem inquantum terminatur ad hypoſtaſim diuinã, an hæc ſit vera.q.2.ar.8.
2 Homo an prędicetur de Deo ſicut ſpecies de ſua hypoſtaſi.q.16.arti.1.ad Sco.
3 Hominem prædicari de Deo ratione relationis, quomodo verificetur.q.16.ar.4.ad $4^{m}$.
4 Homo eſt factus Deus, an in iſta propoſitione li homo poſſit ſupponere ſimpliciter & perſonaliter.q.16.ar.7.
5 Iſte homo factus eſt Deus, an hæc ſit vera. Ibidem.
6 Quare iſta dicitur ſimpliciter vera, Deus factus eſt hõ, iſta aũt ſimpliciter falſa, homo factus eſt Deus. Ibidem.
7 Iſte homo.i. Chřs incæpit eſſe, an hæc debeat ſimpliciter negari.q.16.ar.9.
1 ¶Humanũ. Quũ dr̃ ꝙ humana natura non conſtituit diuinam perſonã ſimpliciter, ſed cõſtituit eã ſm ꝙ denominaẽ a tali natura, qũo denoĩatio ſumatur.q.3.ar.1.ad $3^{m}$.
2 Humana natura in Chriſto, an inclinetur ad propriã perſonalitatem.q.4.ar.2.ad $3^{m}$.
3 Humanæ dignitatis explicatio.q.4.ar.6.
4 Humanitas qũ ſit in triplici intellectu. ſ. dĩno humano & angelico, quare. S. Th. probans humanitatẽ ſm ꝙ eſt in intellectu diuino aut hũano non eſſe aſſumptibilẽ, non meminit hũanitatis ſm eſſe qđ hẽt in intellectu angelico. Ibidẽ.
1 Honorari vt cã honoris nõ eſt honorari ſimpliciter, quia li vt cauſa honoris eſt conditio diminuens.q.25.ar.1.
2 ¶Hoſtia. Sacerdotes.3.







I

1 IAnua cæli per ſimilitudinem dicitur fruitionis diuinæ conſecutio.q.49.ar.5. Baptiſmus.16.
1 ¶Ignorantiam inter defectus communes vbi de defectibus corporis agitur computare, quomodo licuerit.q.14.ar.4.
1 ¶Imago. Proceſſus Diui Thomæ quo probat imaginẽ eſſe adorandam eadem adoratione qua Chriſtus, quomodo valeat.q.25.ar.3.ad Duran.
2 Imagines Dei an ſint licitę.q.25.ar.3.ad $1^{m}$.
1 ¶Incarnari plus ſignificat quàm exprimat, explicat enim carnem aſſumere vel carnem fieri, ſignificat autem hominem fieri.q.1.ar.1.in tit.
2 Quare non fuerit conueniens Deum incarnari immediate poſt peccatum, quinque rationes.q.1.ar.5.
3 Incarnatio Chriſti non debuit fieri in principio mundi, nec in finem mundi differri.q.1.ar.6.
4 Incarnationis myſterium quare nomine vnionis ſignificetur.q.1.ar.1.in tit. Vniri, & vnio per totum.
5 Incarnationis pluralitatem quare Sanctus Thomas hic nõ inueſtigauerit. Ibidem.
6 Incarnationis poſſibilitatem ſub titulo conuenientiæ tractauit. Ibidem.
7 De incarnatione dupliciter loqui contingit, ſcilicet dicendo, Deus vniuit ſe creaturæ, vel dicendo, Deus vniuit creaturam ſibi, ſed ſecundus modus vtpote formalis eſt melior. eo.ar.ad $1^{m}$.
1 ¶Ineſſe. In iſta maxima, Omne quod ineſt alicui perſonæ, ſiue pertineat ad naturam illius ſiue non, vnitur ei in perſona, ſumitur ineſſe proprie, vt ineſſe diſtinguitur contra extrinſecus adiacere.q.2.ar.2.
1 ¶Infernus puerorum a Sancto Thoma comprehenditur ſub inferno damnatorum.q.52.ar.2.
1 ¶Informandi duplex modus, ſcilicet in eſſe intelligibili, & concurrendo cum aliquo corporeo per modum formæ & materiæ ad conſtitutionem alicuius naturæ, q.2.ar.1.
1 ¶Ingratitudo quantificatur ex beneficio. q.88.ar.1.ad $1^{m}$.
1 ¶Intellectus creatus an poſſit ſimul videre infinita, ita quòd diſtincte cognoſcat quodlibet eorum. quæſt.10.artic.3.ad $2^{m}$.
2 Intellectus humanus an poſſit vti ſcientia infuſa non conuertendo ſe ad phantaſmata.q.11.ar.2.
3 Intellectus angelicus & animæ ſeparatæ & hominis beati an poſſit naturaliter videre exiſtentiã corporis Chriſti in Euchariſtia.q.76.ar.7.
4 Intellectus beatus an per actum beatificum videat corpus Chriſti in euchariſtia.q.76.ar.7.
5 An corpus Chriſti ſecundum eſſe ſacramentale non videatur ab intellectu viatoris, nec ab intellectu angelico naturaliter, quia iſte modus eſſendi eſt penitus ſupernaturalis. q.76.ar.7.
1 ¶Intelligẽdi actus quo Deus intelligit, an poſſit fieri actus intelligendi quo anima Chriſti formaliter intelligeret. Et ſi non, an hoc ſit quia eſt alterius naturæ. quæſt.2.artic.1. Chriſtus.30.31.32.33.
1 ¶Intendere dicitur quis aliquid tripliciter, ſcilicet actualiter, virtualiter & habitualiter.q.68.ar.8.ad $3^{m}$.
1 ¶Intentio iocoſa miniſtri an tollat veritatem ſacramenti. q.64.art 10.ad $2^{m}$.
1 ¶Iram componi ex triſtitia & appetitu vindictæ quomodo intelligatur.q.15.ar.9.
1 ¶Irregularitas homicidij ex defenſione commiſſi. q.89. artic.3.
1 ¶Iudæ peccatum an maius fuerit peccato Iudæorum.q.47. artic.6.
1 ¶Iudæorum maiores an cognouerint Chriſtum eſſe meſſiam.q.47.ar.5.
1 ¶Iudicium perfectum de re mutabili non poteſt ſuauiter dari ante illius conſummationem.q.59.ar.5.
1 Iudicia diuina extendunt ſe etiam ad ea quæ ſunt per accidens, q.59.ar.5.

L

LOcus vnus altior altero eſſe in ſuperficie conuexa cæli empyrei ad quem ſenſum dicitur, q.57.ar.5.
1 ¶Lunæ dies quotus fuerit quando Chriſtus mortuus eſt. q.46.ar 9.
1 ¶Lux maior offuſcat minorem, non quo ad ſubſtantiam lucis, ſed quo ad effectum.q.5.ar.4.ad $2^{m}$.

M

1 MAgdalenæ erroneæ viſionis rationabilis cauſa quando Chriſtum æſtimauit ortulanum.q.55.ar.4 ad $2^{m}$.
1 ¶Maiores quando & quomodo debeant reprehendi. q.42. artic.2. Iudæi.1.
1 ¶Maledictum eſſe a Deo quid ſit.q.46.ar.4.ad $3^{m}$.
1 ¶Maria virgo an ſit adoranda ratione Chriſti cui fuit intrinſece coniuncta adoratione latriæ.q.25.ar.5.
2 Maria virgo ſi ſanctificata fuiſſet ante animationem, an indiguiſſet redemptione Chriſti.q 27.ar.2.
3 Maria virgo non fuit ſanctificata ante animationem, ergo poſt animationem, an valeat conſequentia.q.27.ar.5.
4 Affirmandum vt rationi conſentaneum eſt, quòd in propria domo inuenta eſt in vtero habens.q.29.ar.2.ad $3^{m}$.
5 Maria virgo an ſit vere mater Chriſti, quia corpus Chriſti ex ipſa ſumptum eſt.q.35.ar.5.
1 ¶Mater an aliquo modo actiue concurrat ad generationẽ prolis.q.32.ar.4.ad Sco.
1 Materia propria formæ an ſit ante aduentũ formæ.quæſt.6. artic.4.
1 Medium rei in actibus noſtris moralibus dicitur, quia in æqualitate rei ad rem conſiſtit, medium vero rationis dicitur, quia in proportione intraneæ rationis ad operantem conſiſtit.q.48.ar.2.
2 Medium. Natura.5.
1 ¶Memoriam eſſe aliquam operationem contingit dupliciter.q.4.ar.4.
2 Primus actus meritorius tã in angelis quàm in anima Chriſti fuit vere actus liber, quàmuis ex natura determinatus ad bonum.q.34.ar.3. Chriſtus.21.22.
1 ¶Miniſtrare ſacramenta an angeli poſſint.q.64.ar.7.
2 Miniſter indignus in articulo neceſſitatis (quo laico licet baptizare) baptizans an excuſetur a peccato. quæſt. 64. art.6.ad $3^{m}$.
3 Miniſter indignus an excuſetur a peccato tam ſi baptizet cum ſolemnitate quàm ſine ſolemnitate. Ibidem.
4 An huiuſmodi adminiſtratio ſacramenti ab indigno miniſtro, ſit ex ſuo genere peccatum mortale. Ibidem.
5 Miniſtri mentalis intentio an exigatur ad perfectionem ſacramenti.q.64.ar.8.
6 Miniſtrum indignum in duobus caſibus licet inducere ad exhibitionem ſacramenti.q.64.ar.6.
7 Miniſtri eccleſiæ inſtrumentaliter operantur in ſacramentis, ergo poſſunt ſacramenta conferre etiam ſi ſint mali, an valeat conſequentia.q.64.ar.5.
1 ¶Miraculum quod Chriſtus fecit in nuptiis, rationabiliter creditur fuiſſe primum eius miraculum. q.43.ar.3.
2 Miracula quæ in ſacra ſcriptura nõ continentur an credenda ſint.q.27.ar.6.
3 Miracula quæ fecit Chriſtus manifeſtant ſufficienter ipſius deitatem.q.43.ar.4.
1 ¶Miſſa mali ſacerdotis, an ſit tanti meriti quanti eſt miſſa boni.q.82.ar.6.
1 Modus ſubſtantiæ & modus quantitatis in litera poſiti, in quo differant.q.76.ar.1.
2 Modo ſubſtantiæ, an intelligatur id quod communiter dicitur eſſe indiuiſibiliter. Ibidem.
1 ¶Motus in imaginem quatenus imago eſt, an ſit idem cum motu in rem ipſam.q.25.ar.3.
1 ¶Motus duplex quo inſtrumentum poteſt moueri, ſ. ſimplex & virtuoſus.q.62.ar.4.
1 ¶Mutatio omnis ſpecies quædam mortis eſt.q.54.ar.3.

N

1 NAtiuitas, quum dicitur quòd natiuitas attribuitur perſonæ vt ſubiecto naſcenti, intelligitur de ſubiecto denominationis.q.35.ar.1.
2 Natiuitas Chriſti non debuit manifeſtari omnibus, ne meritum fidei minueretur.q.26.ar.2.
1 ¶Natura omnis compoſita ex materia & forma, in ſe eſt cõmunicabilis pluribus, & de facto poteſt inueniri in pluribus, niſi conſtet ex tota ſua materia.q.2.ar.1.
2 Natura an ſicut eſt determinata ad vnum effectum, ita ſit determinata ad vnum modum producẽdi illum. quæſt.28. artic.1.
3 Naturæ ordine exiſtente ſecundum quodlibet genus cauſæ, cur Diuus Thomas ordinem naturæ duobus eorum appropriat.q.6.ar.5.
4 Naturæ ordinem ex parte materiæ in myſterio incarnationis cur Diuus Thomas pertranſierit. Ibidem.
5 Cur Diuus Thomas in hoc myſterio medij ſecundum naturæ ordinem ex parte agentis ſecundum ordinem operationis in corpore. art.5.q.6. non meminerit, quum tamen de illo in reſponſione ad primũ tractauerit.

6 Naturalis virtus non poteſt tranſmutare ad certam formã niſi determinatam materiam.q.28.ar.1.ad $5^{m}$.
1 ¶Nomen ab aliqua forma impoſitum nunquàm pluraliter dicitur niſi propter pluralitatem ſuppoſitorum.q.3.arti.7.ad $2^{m}$.
2 Nominis alicuius trium perſonarum omiſſio tollit veritatem baptiſmi.q.66.ar.6.
3 Nominum paſſiones ſecundum modus ſignandi non pro ratione, ſed pro manifeſtatione differentiæ inter naturam & perſonam Dei ſecundum rationem, an conuenienter allatæ ſint.q.2.ar.2.ad $1^{m}$.
4 Nominum mutatio quo ad ſignatum in ſacramentorum formis an tollat veritatem ſacramenti, ita ꝙ in ſolis nominibus quæ ſunt in communi vſu perficiatur ſacramentum. q.66.ar.5.ad $7^{m}$.
5 Nomina multiplicia ad vnum, in vno, vel ab vno, abuſiue vocantur analoga.q.60.ar.1.

O

OFFENSA. an directe opponatur gratiæ. q.86.art.2.
1 ¶Ordines tres de facto in vniuerſo inueniuntur, ſcilicet ordo naturæ, ordo gratiæ, & ordo Dei & creaturæ ſimul.q.1.ar.3.in reſponſione ad dubia in cor.
2 Ordo neceſſarius ſimpliciter eſt ad ſalutem eccleſiæ, loquẽdo de eccleſia ſimpliciter & abſolute.q.65.ar.4.
1 ¶Oratio ſicut & voluntas diſtinguitur in ſimpliciter vel ſecundum quid.q.21.ar.4.
1 ¶Originale & actuale peccatum in quo differant.q.1.a.4.

P

PANIS aſſus.Euchariſtiæ.5.
Paruuli in maternis vteris periclitantes, an poſſint per ſacramentum baptiſmi in voto parentum ſuſceptum ſaluari. q.68.ar.11.
1 ¶Pati eſt communius quàm dolere.q.46.ar.6 ad Sco.
1 ¶Paſſionis Chriſti neceſſitas an conuenienter quæratur, antequàm de eius poſſibilitate ſit quæſitum.q.46.ar.2.
2 Liberationis humanæ modus per Chriſti paſſionem conuenientior fuit, quàm per ſolam Deí voluntatem.q.46. artic.3.
3 Circa paſſionis Chriſti effectum tria notabilia.q.49.ar.5.
4 Paſſioni & morti tradere inuitum innocentem, eſt impiũ & crudele abſolute loquendo, non autem in ordine ad Deũ, cuius ſunt vita & mors.q.47.ar.3.ad $1^{m}$.
5 Paſſiones ſanctorum an eccleſiæ proficiant per modum redemptionis.q.48.ar.5.ad $3^{m}$.
6 Paſſionum Chriſti generalis quædam explicatio. quæſt. 46.arti.5.
7 Paſſionum generalitatem, ad literam quare Chriſtus ſuſceperit.ar.5.q.46.Ratio ſuperior.1.
9 Quomodo hæc Chryſo. verba intelligantur, ſed etſi abſq; morte corpus alicubi depoſuiſſet &c.q.46.ar.3.
1 Paſta.Euchariſtia.5.
1 ¶Pater vnica paternitate an referatur ad plures filios.q. 35.arti.5.
2 Patres ſancti in limbo cum quiete & immunitate a pœna ſenſus habebant dolorem ex ſpe dilata.q.52.ar.5.ad $1^{m}$.
1 ¶Paulus ita ſe obligatum omnibus Chriſti beneficiis aiebat, vt non ſolum vna cum aliis, ſed etiam ipſe teneretur ꝓ omnibus.q.1.ar.4.ad $3^{m}$.Chriſtus.18.
1 Paupertas per ſe voluntaria quæ ſit. q.40.ar.3.ad $1^{m}$.
1 ¶Peccãs ſecũdo an ex hoc ipſo grauius peccet quàm prius peccauerit.q.88.ar.1.ad $1^{m}$.
2 Peccata dimitti ſine fide paſſionis Chriſti explicite vel implicite, impoſſibile eſt potentia ordinaria q.49.ar.1.
3 Peccatum veniale an opponatur feruori charitatis. q.87. arti.1.ad $3^{m}$.
4 Peccata venialia an remittantur quandocunque gratia infunditur.q.87.ar.2.
1 Pænitentia an ſit de iure naturali quo ad dolorem & doloris remedium & aliquid ſignum doloris.q.84.ar.7.
2 Pænitentia virtus an ſit vere & proprie vna ſpetialis virtus diſtincta a cæteris virtutibus.q.85.ar.2.
3 Pænitentia an ſit virtus acquiſita.q.85.ar 6.
4 Pænitentiæ ſacramentum an habeat materiam ex qua conſtituatur.q.84 ar.1.& 2.ad Sco.
5 Pænitentiæ ſacramenti res an ſit interior pænitentia, an ornatus aliquis.Ibidem.
6 An totum ſacramentum pænitentiæ, compoſitum, ſcilicet ex materia & forma, cauſent remiſſionem peccatorum ratione vtriuſque partis.Ibidem.
7 Pœnitentiæ actus an contineatur ſub commutatiua iuſtitia, & an ſiſtat in commutatiua iuſtitia, & an reddat æquale ſimpliciter vel ſecundum acceptationem Dei tantum. q.85.ar.3.
8 An remiſſio culpæ ſit effectus pœnitentiæ vt eſt actus virtuoſus.q.86.ar.6.
6 Pænitentiæ ſacramenti partes an ſit contritio, confeſſio & ſatisfactio ad Sco.& Duran.q.90.ar.1.
10 Pœnitentiæ ſacramentum ſine ſatisfactione an ſit verum ſacramentum.q.90.ar.2.
1 ¶Perſona Quomodo verificetur quòd perſona diuina impedierit naturam humanam a propria perſonalitate. q.4. ar.2.ad $3^{m}$.
2 An ſola perſona diuina poſſit propter ſuam infinitatem ſubſiſtere in duabus naturis.q.3.ar.1.ad $2^{m}$.
3 Perſona diuina non ſolum eſt infinita in eſſendo & cauſando ratione diuinæ naturæ, ſed eſt etiam infinita in terminando ratio ſuæ perſonalitatis.q.3.ar.7.
4 Perſona ſeu hypoſtaſis quid addat ſupra naturã ſingularẽ. q.4.ar.7.ad $2^{m}$.ad Sco.& Aureolum.
5 Perſonæ incommunicabilitas an conuenienter aſſignetur per hoc quod eſt non poſſe prædicari de pluribus.q.3.ar.1.
6 Perſonæ quatuor attribuuntur, ſcilicet extrinſeca, accidentia inhærentia, partes & eſſentia ipſa etiam ſingularis.q. 2.ar.2.in ſecunda parte Cor.
7 Perſonam aliquam fieri hominem quæritur, non importat mutationem in ſubiecto acquirente naturam humanam, cum tamen fieri hominem abſolute importet mutationẽ in ſubiecto acquirente naturam humanam. quæſtio.16. arti.6.ad $2^{m}$.
8 Perſonalitatibus trium perſonarum per intellectum circũſcriptis an remaneat in intellectu vna perſonalitas Dei. q.3.ar.3.ad $2^{m}$.
1 Poſſibile vel impoſſibile in eccleſiaſticis myſteriis & naturalibus, attenditur ſecundum potentiam ordinariam.q. 75.arti.2.
2 Potens in vnum & non in amplius, habere poteſtatem limitatam ad vnum, quomodo intelligatur.q.3.ar.7.
3 Potentia diſtinguitur in naturalem & obediẽtialem .q.1. arti.3.ad $3^{m}$.
1 ¶Prædeſtinatio eſt ratio ordinis electorum in vitam æternam.q.24.ar.1.
2 Prædeſtinatio vt reſpicit prædeſtinata, præſupponit præſcientiam futurorum, non prædeſtinatorum, ſed eorũ quæ præſupponuntur vel ordinantur prædeſtinationem.quæſt. 1.arti.3 ad $4^{m}$.
3 Prædeſtinationis effectus duplices.q.1.arti.3.in reſponſione ad dubia.
4 Prædeſtinationis prophetia quomodo intelligatur cõpleri ſine noſtro arbitrio cauſante.q.30.ar.1.
1 ¶Prædicator verbi Dei quę debeat cauere.q.40.ar.3.
2 Prædicandi actus eſt de numero actuum conſecratorum.q. 64.ar.6.ad $1^{m}$.
1 ¶Productio.Naturalis modus productionis alicuius diuerſus penes hoc quod eſt produci in corpore vel extra & ante corpus, arguit diuerſitatẽ naturæ rei productæ.q.6.ar.3.
1 ¶Propheta. Ad prophetæ rationem requiritur quòd cognoſcat ea quæ ſunt procul ab his cũ quibꝰ ipſe ẽ.q.7.ar.4.
1 ¶Propoſitio affirmatiua falſa ex repugnantia terminorũ an poſſit fieri vera per additam reduplicationem vel determinationem non tollentem illam repugnãtiã. q.16.ar.10.

Q

QVotidie.Euchariſtia.vltimo.

R

RATIO ſuperior animæ Chriſti in eius paſſione an pateretur ex parte obiecti.q.46.ar.7.
1 ¶Reddere. Licet ad Deos & parẽtes non poſſit reddi æquiualens a creatura, poteſt tamen reddi æquiualens a diuina perſona incarnata.q.1.ar.2.ad $3^{m}$.
1 ¶Reducens aliqd de potẽtia in actũ, an hæc propoſitio ſit vera tã in cauſis principalibus ẽ in actu inſtr̃alibus.q.9.a.2.
1 Regi. Quum dr̃ inferiora regi per ſuperiora, intelligendum eſt per ſuperiora non ſecundum quid, ſed ſimpliciter & abſolute.q. 59.ar.6.Superiora.1.
1 ¶Remiſſio. An aliqua culpa a Deo remittaẽ ſine gr̃a.q.87.
2 Remiſſio pctõ mortali, remanere inordinatã cõuerſionẽ ad cõmutabile bonũ, qũo intelligatur.q.85.ar.4.ad $1^{m}$.
3 An ad remiſſionem peccati mortalis requiratur, vt homo actualiter ſingula mortalia deteſtetur.q.87.ar.1.
4 An ad remiſſionem peccati mortalis diſplicentia virtualis ſufficiat.Ibidem.







1 Relatio realis tria requirit, ſcilicet cauſam, ſubiectum & terminum.q.35.ar.5.Vnio 13.14
1 ¶Reſurgẽtes cum Chriſto an ad vitam pænitus immortalem ſurrexerunt.q.53.ar.3.

S

SACERDOTI, an liceat totaliter a celebratione miſſæ abſtinere.q.82.ar.10.
2 An peccatum huiuſmodi omiſſionis ſit peccatum mortale.Ibidem.
3 An plures ſacerdotes eandem hoſtiam conſecrare poſſint.q.82.ar.2.
4 An ſacerdotis noui Epiſcopo eos ordinanti concelebrent, dicendo ſimul cum ipſo verba conſecrationis.q.82.ar.2.
1 ¶Sacramentum an ſit vere & ſecundum rem cauſa inſtrumentaliter agens ad gratiam.q.62.ar.1.
1 Sacramentum cauſare in inſtanti non inconueuit, nec Deũ agere in tempore.q.62.ar.1.
3 Sacramentalis virtus inexiſtens verbis ſacramentalibus qd ſit.q.78.ar.4.
4 Sacramentũ imprimere characterem ex ſacra ſcriptura non habetur, ſed ex eccleſiæ authoritate non multum antiqua. q.63.ar.1.
5 Sacramentum perfici vbi ſanctificatio perficitur, quomodo intelligatur.q.66.ar.1.
6 Sacramentum an perficiatur ſolum nominibus quæ ſunt in communi vſu.q.66.ar.5.ad $7^{m}$.
7 Sacramentum recipiens cum peccato mortali vel quia eius conſcientiam non habet, vel quia non perfecte contritus, quando conſequatur gratiam in remiſſiõem peccatorum, ita quòd virtute ſacramenti fiat de attrito contritus: q.72.ar.7.
8 Sacramenta nouæ legis poſſunt conſiderari vt cauſæ & vt ſigna.q.80.ar.12.
9 Sacramentorum principalis effectus, eſt gratia diſtincta cõtra characterem.q.62.ar.1.
10 Sacramentalis gratia diſtinguitur ſpecie a gratia virtutum & donorum.q.62.ar.2.
11 Conditio requiſita ad ſacramenta, non ſufficit quòd ſit ſecundum habitum, ſed oportet quòd ſit ſecundum virtutẽ, q.64.ar.8.
12 Sacramentorum formæ licet in antiquis iuribus non inueniantur omnes expreſſæ, in concilio tamen Florentino ſub Euge.4.omnes expreſſæ ſunt.q.72.ar.4.
13 Sacramentis nouæ legis ineſt quædam virtus ſuperaddita, quæ quidem virtus nihil aliud eſt quàm motus quo inſtrumentum mouetur a principali agente.q.62.ar.4.
14 In ſacramentis res & verba coeunt in vnum ſignum, quia velut materia & forma conſtituunt vnum ſacramentum, quod non niſi vnum ſignum eſt.q.60.ar.6.ad $2^{m}$.
15 Ad ſacramenti perfectionem non requiritur de neceſſitate ſacramenti eius formam conſtitui ex cõmunioribus verbis in aliqua lingua: ſed tantum de neceſſitate præcepti eccleſiæ.q.60.ar.7.
16 In ſacramentis prolatio verborum corrupta non impedit formam ſacramentorum.Ibidem ad $3^{m}$.
17 In ſacramentis non debet eſſe tanta interruptio in forma verborum quòd continuitas orationis ſoluatur.q.60.ar.8.
18 Sacramentis an filii innocentes in ſtatu innocentiæ indiguiſſent.q.61.ar.2.
1 ¶Sacrificium offerri per modum ſatisfactionis quare dicatur, & effectum eius proprium eſſe quod ex vi ipſius quatenus ſatisfactorium eſt fit.q.22.ar.4.ad $2^{m}$.
2 Sacrificium Chriſti ſumitur dupliciter, ſcilicet ſecundum ſe, & ſecundum ſuum morale ſacrificium, ea.q ar.6.
3 Sacrificium Leuit.12.præceptum.vtrum offerretur pro matre an pro filio.q.38.ar.3.
1 ¶Sanguis qui erat in corpore Chriſti an eſſet diuinitati vnitus.q.5.as.2.
2 Sanguis Chriſti effuſus in paſſione, an totus reſurrexit cũ eo.q 54.ar.3.
3 Sanguis aliquando miraculoſe in calice apparens, qua adoratione ſit adorandus.q.76.ar.8.
4 Sanguinem totum reſumere an fuerit neceſſe Chriſto reſurgenti.q.54.ar.3.
1 ¶Sanctificatio poteſt ſumi dupliciter.q.27.ar.2.
2 Sanctificatio beatæ Virginis in vtero matris, an habeatur ex ſacra ſcriptura.q.27.ar 6.
3 Sanctificatio quæ fit per ſacerdotium Chriſti eſt perpetua, re conſecrata manente.q.63.ar.5.
4 Sanctificata ſi fuiſſet beata Virgo ante animationem, an incurriſſet peccatum originale.q.27. ar.2.
1 Satisfacere pro peccato non potuit purus homo ſufficienter adæquando culpam commiſſam, formaliter loquendo de puro homine, ſcilicet vt dicitur non ſolum per excluſionem coniunctionis cum diuino ſuppoſito, ſed etiam per excluſionem diuinæ miſericordiæ gratificãtis. Ad Sco.quæſt. 1.ar.2.ad $2^{m}$.
2 Satisfacere an poſſit vnus pro alio & non conteri aut confiteri, quia ſatisfactio eſt actus exterior.q.48.ar.2.
3 Satisfaciendi impoſſibilitatem cauſat infinitas offenſæ in puro homine, formaliter loquendo de puro homine.q.1. arti.2.ad $2^{m}$.fo.2.ad Sco.
4 Satisfactio Chriſti eſt perfecta & condigna ſecũdum æqualitatem ad culpam commiſſam.q.1.ar.2.ad $2^{m}$.
5 Omnis alia ſatisfactio efficaciam habet ex ſatisfactiõe Chriſti ex duplici capite, primo quia Chriſtꝰ cauſat charitatem & gratiam in nobis, qua noſtra ſatisfactio acceptatur, ſecũdo quia omnis ſatisfactio noſtra innititur perfectæ ſatisfactioni Chriſti.q.1.ar.2.ad $2^{m}$.
6 Satisfactio ſacramentalis ex hoc ipſo ꝙ eſt pars ſacramenti auget gratiam.q.90.ar.1.ad $2^{m}$.
7 ¶Sepulchri Chr̃i in petra exciſio ad quid ſpectet.q.51.ar.2
1 ¶Sexus. An valeat iſte proceſſus, diſtinctio ſexus eſt a natura propter diuerſam operationem ad generationem opportunam, ergo eſt penes diuerſitatem agentis & patientis, ergo tota virtus actiua eſt ex parte maris, paſſiua vero ex parte fœminæ q.32.ar.4.
1 ¶Siligo.Euchariſtia.5.
1 ¶Similitudo inter effectum & cauſam quomodo in tertia concluſione litteræ ſaluetur.q.50.ar.6.
2 Similitudines proprias vel poetarum tanquàm ſimulachra ſpiritualium interpretari, ſcribere aut prædicare præſumptuoſum eſt.q.60.ar.5.ad $1^{m}$.
3 Similitudo in litera aſſignata inter ſenſitiuum in homine & bruto, & humanam naturam in propria & aliena perſona, quomodo intelligatur.q.2.ar.2.ad $2^{m}$.
1 Socrates nihil ſcripſit ſub nomine ꝓprio. q.42.ar.3.fo.92. Chriſtus.27.
1 ¶Spelta.Euchariſtia.5.
1 ¶Spirituſſanctus, an recte inferatur eſſe effector filiorum Dei, quia efficit propriam operationem filiorum Dei, quæ eſt clamare Abba pater. q.23.ar.1.
1 ¶Status. Aliud eſt hominem poſt mortem ſortiri ſtatum immutabilem ſecundum animam, & aliud eſt ſortiri ſtatũ non impedibilem.q.59.ar.5.ad $1^{m}$.& $3^{m}$.
2 Quòd in ſtatu innocentiæ ſuperiora nullo dependebant ab inferioribus, intelligitur de ſtatu innocentiæ vt fuit in Adam.q.61.ar.2.Reg.1.
1 Subſiſtere in diuinis formaliter loquendo eſt magis perſonale quàm eſſentiale.q.3.ar.2.
1 ¶Subſtantia indiuidualis ſecundum materiam ſignatam quantitate percipitur a cogitatiua.q.76.ar.7.
2 Subſtantia indiuidualis vt habet modum eſſendi puræ ſubſtantiæ percipitur a ſolo intellectu.Ibidem.
1 ¶Suppoſitum. Illud quod ſuppoſitum dicitur addere ſupra naturam, an oporteat eſſe ens reale.q.2.ar.2.
2 Quod ſuppoſitum addit ſupra naturam an oportet eſſe intrinſecum ſuppoſito.q.2.ar.2.
3 Quid ſit illud quod ſuppoſitum addit intrinſecum ſibi ſupra hanc ſuam naturam.Ibidem.
4 Suppoſitum dicitur quia ſupponitur vniuerſis quæ in aliquo ſunt, eorum prædicationem recipiendo.q.2.ar.3.in ti.

T

TRADVCTIO. De qua traductione loquatur Euangeliſta, quum dicit beatũ Ioſeph, noluiſſe beatam Virginem traducere.q.23.ar.2.ad $3^{m}$.
1 ¶Tentatio Chriſti fuit virtuoſa contra noſtras tentationes.q.41.arti.1.
2 Tentatio oĩs ab intrinſeco an ſit peccatũ.q.41.ar.1.ad $3^{m}$.
3 Tentationum ordinis conueniens ratio in litera ponitur, ea.quæſt.articu.4.
4 An Chriſtus ſi miraculum feciſſet conuertendo lapidem in panem a ſe edendum, peccaſſet, eo.ar.ad $1^{m}$.
5 Tentationes vincendi modus eſt recurſus ad ſacras ſcripturas & exempla ſanctorum.q.41.ar.1.
6 Tentationum Chriſti ordinem explicat Matthæus ſecundum tempus.q.41.ar.4.ad $5^{m}$.
7 Tentatus quare fuerit Chriſtus a diabolo.q.41.ar.4.
1 ¶Timor. Motꝰ appetitꝰ ſenſitiui ex malo futuro apprehẽſo, abſtrahẽdo a certo vel incerto, an ſit vere timor.q.15.ar.7.

V

1 VErbum Dei aſſumpſiſſe humanam naturam in atho-mo, dupliciter exponitur.q.2.ar.5.ad $2^{m}$.

1 ¶Virginitati mentali non præiudicat conſenſus in copulam coniugalem, quia in copula coniugali non continetur copula carnalis niſi in potentia.q.29.ar.1.

1 ¶Virtus heroica non differt ſpecie a virtute communiter dicta.q.7.ar.2.ad $2^{m}$.

2 Virtus attribuitur capiti humano reſpectu virium & motuum reliquorum membrorum non tamquam primo inter membra principio, ſed tamquam cõprincipio primi ſimiliter membri, quod eſt cor.q.8.ar.1.

3 Virtutis perfecto an regulariter tollat fomitem. quæſt.15. artic. 2.

4 A virtute operatiua virtutem deitatis non eſſe comprehenſam ab humanitate Chriſti, an bene declaretur. quæſt. 10.artic.1.

5 Virtus. Sacramentum.3.

1 ¶Viſio Dei eſt ſoli Deo ſimpliciter naturalis, quæſt.9. art 2.ad $3^{m}$.

1 ¶Vnctio extrema quomodo præparet ad euchariſtiam, q.65.art.3.

1 ¶Vnio incarnationis quare eſt in perſona & non in natura.q.2.ar.2.ad $1^{m}$.

2 Vniri Deo in perſona nec conueniens eſt, nec inconueniens carni humanæ ſecundum conditionem ſuæ naturæ, quoniam neutram partem ſibi creatura vendicat. quæſt.1. art.1.ad $2^{m}$.

3 Vniri alicui in hypoſtaſi & vniri ſecundũ hypoſtaſim quomodo differant, q.2.ar.6.ad $3^{m}$.

4 Vnio diuiditur in vnionem in perſona, & vnionem in natura.q.2.ar.2.ad $3^{m}$.

5 Quòd vnio ſit ſecundum eſſe ſubſtantiale verbi vt eſt perſonæ, quomodo intelligatur.q.2.ar.6.ad $1^{m}$.& $2^{m}$.

6 Vnio humanæ naturæ ad verbum formaliter loquendo nõ eſt per vnionem inſtrumenti diffinienda. q.2.ar.6.ad $4^{m}$.

7 Vnio. Homo.1.

8 Vnio dicitur in facto eſſe & aſſumptio in fieri, an hæc differentia ſit ex parte rei poſita, q.2.ar.8.

9 Vnio incarnationis an ſit maxima poſt vnionem diuinæ Trinitatis.q.2.ar.9.

10 Vnio ad Deum ſecundum eſſe perſonale eſt maior & perfectior quàm ſecundum operationem, an ſit vera propoſitio.q.4.ar.2.ad $2^{m}$.

11 Vnionis myſterium quare incarnationis nomine ſignificetur.q.1.ar.1.in ti.

12 Vnionis diſtinctio quantum ad relationem quam ſignificat, vel quantum ad coniunctionem quam conſequitur, Et an dicta coniunctio ſit quid creatum.q.2.ar.7.

13 Vnionis & aſſumptionis differentia an ſit realis, vel rationis tantum. q.2.ar.8.

14 Vnionis relatio an ſit relatio æquiparantiæ. q.2.ar.8.

15 Vnionis & aſſumptionis prima differentia in littera poſita (ſcilicet quòd vnio ſignificat formaliter reſolutionem, aſſumptio actionem, vel paſſionem) qualiter intelligatur, q.2.art.8.

16 Vnionis in Chriſto gratia an ſit prior ordine executionis & intentionis gratia habituali ſeu ſumma gratia & gloria in eodem, q.34.ar.1.

17 Nulla operatio illius hominis qui eſt Chriſtus, potuit præcedere vnionem, q.2.ar.11.

18 Vnionis gratia quare eſt excellentius & permanentius donum q̃ gratia operationis.q.50.ar.2.

19 Vnioni incarnationis nihil tã ſimile inuenitur, vt eſt vnio animæ intellectualis ad corpus. quæſt.2.ar.6.ad $1^{m}$, & $2^{m}$. Athanaſius.1.

20 Vnionem naturæ humanæ in perſona verbi Dei negare, eſt negare humanam naturam ineſſe verbo Dei, quod eſt negare incarnationem.q.2.ar.2.

21 Vnionem animæ & corporis in Chriſto non conſtituitur noua perſona, ſed ad præexiſtentem perſonam Dei compoſita natura ſingularis ex anima & corpore adiuncta eſt.q.2. art.5.ad $1^{m}$.

1 ¶Volitum. Quadruplex diſtinctio; prima inter volitum & volibile, ſecunda inter magis & prius natura volitum, tertia inter prius natura vel a quo non conuertitur conſequentia vel prius cauſalitate, quarta inter prius natura volitum (prout prius eſt a quo non conuertitur cõſequentia) de facto vel poſſibili.q.1.ar.3.

2 Voluntatis actus per modum naturæ, diſtinctus contra actũ voluntatis per modum rationis contrarium eligentis, nihil aliud eſt q̃ velleitas.q.18.ar.5.

3 Voluntatis actualis immutatio, an ad omnem remiſſionem peccatorum actualium requiratur.q.86.ar.2.ad $1^{m}$.

1 Votum. Quòd fruſtra eſſet votum niſi impleretur quando oportunitas adeſſet, quomodo intelligatur.q.89.ar.11.

2 ¶Vua, Euchariſtia.5.


FINIS

# CONTENTORVM COMMENTARIIS TERTIAE PARTIS ORDINARIA ANNOTATIO.


DIuiſio operis in Prologo.

PLVS ſignificat incarnari quám exprimat, explicat enim carnẽ aſſumere vel carnem fieri, ſignificat autẽ hominem fieri.q.1.ar.1.

¶Quare vnionis myſterium nomine incarnationis ſignificetur.Ibidem.

¶Conueniens claudit in ſe poſſe, & addit ſuper illud.Ibid.

¶Diuus Thomas non inueſtigauit hic poſſibilitatem incarnationis: & quia nulla ſcientia probat ſuum ſubiectum, & quia ſub titulo conuenientiæ ſatisfecit etiam materiæ de poſſibilitate. Nec tamẽ diſſonat hic a ſeipſo in.2.Sen.a poſſibilitate inchoante, quia ibi non erat doctrinæ ordinator.Ibidem.

¶Aliud eſt loqui de ratione boni, & loqui de ratione talis boni, eo.ar.Cor.

¶Communicare ſe aliis importat perfectionem, ad minus in his quibus communicatur. Ibidem.

¶Communicare ſeipſum, pertinet ad boni rationem, non quidem determinate per modum naturæ aut libere, ſed cõmuniter & indeterminate ad vtrunque modũ.Ibidem.

¶Tribus modis pluſquàm generatione diuerſis, Deus intelligi poteſt communicare ſeipſum creaturæ primo quaſi naturaliter, ſecundo ſupernaturaliter, tertio eleuando creaturam ad ſuam propriam perſonalitatem.Ibidem.

¶Dupliciter & catholice contingit loqui de incarnatione, ſcilicet dicendo, Deus vniuit ſe creaturæ, vel de Deo, Deus vniuit creaturam ſibi, ſed ſecundus modus vtpote formalis eſt melior eo.ar.1.ad $1^{m}$.

¶Vniri Deo in perſona, nec conueniens nec inconueniens eſt carni humanæ ſecundum conditionem ſuæ naturæ, quoniam neutram partem ſibi creatura vendicat, eo.ar.1.$2^{m}$.

¶Purus homo non potuit ſufficienter, adequando culpam cõmiſſam ſatisfacere pro peccato, formaliter loquendo de puro homine, ſcilicet vt dicitur non ſolum per excluſionem coniunctionis cum diuino ſuppoſito, ſed etiam per excluſionem diuinæ miſericordiæ gratificantis. Ad Scõ.ar.2.$1^{m}$.

¶Infinitas offenſæ cauſat impoſſibilitatem ſatisfaciendi ſimpliciter, in puro homine, formaliter loquendo de puro homine.Ibidem.ad Sco.

¶Satisfactio Chriſti eſt perfecta & condigna ſecundũ æqualitatem ad culpam commiſſam quum ſiquidem actiones Chriſti humanæ poſſint conſiderari, vt ſunt res quædam creatæ ac perinde finitæ, vt ægrediuntur ac exercentur a diuino ſuppoſito, ſecundo modo ſunt infinita entia perſonaliter, & infinitæ efficaciæ in genere meriti ſeu ſatisfactionis.Ibidem ad Durandum.

¶Licet ad Deos & parentes non poſſit reddi æquiualens a creatura, poteſt non reddi a diuina perſona incarnata.Ibid.

¶Charitas in Chriſto ſatisfaciẽte ſe tenet ex parte Dei, non vt cui ſatisfaciendum eſt, ſed vt ſatisfactor eſt.Ibidem.

¶Omnis alia ſatisfactio efficax eſt participatiue ex ſatisfactione Chriſti, ex duplici capite, primo quia Chriſtus cauſat charitatem & gratiam in nobis, qua ſatisfactio noſtra acceptatur, ſecundo, quia omnis noſtra ſatisfactio innititur pfectæ ſatisfactioni Chri pro peccatis totius mundi.Ibid.

¶Diſtinctio potentiæ in naturalẽ & obedientialẽ.ar.3.ad $1^{m}$.

¶Hæc propoſitio, Prædeſtinatio præſupponit præſcientiam futurorum, intelligitur ſic, prædeſtinatio vt reſpicit prædeſtinata, præſupponit præſcientiam futurorum, non prædeſtinatorum, ſed eorum quæ præſupponuntur vel ordinantur per prædeſtinationem, eo.ar.ad $4^{m}$.

¶Quomodo dicta propoſitio ſit ad propoſitum ſolutionis argumenti, prædeſtinationem Chriſti neceſſariam abſq; peccato argumentis.Ibidem.

¶Duplices effectus prædeſtinationis.Ibidem.

¶Tres de facto in vniuerſo inueniuntur ordines, ſcilicet ordo naturæ, ordo gratiæ, & ordo Dei & creaturæ ſil.Ibidem.

¶Ad Sco.probatem ꝙ incarnatio ẽt ſine peccato fuiſſet, Ibid.

¶Quadruplex diſtinctio, prima inter volitum & volibile, ſecunda inter magis & prius natura volitũ, tertia inter prius natura vel a quo non conuertitur conſequentia, vel prius cauſalitate, quarta inter prius natura volitum, prout prius eſt a quo non conuertitur conſequentia de facto vel poſſibili, Ibidem.

¶Quomodo intelligatur, Chriſtum deleuiſſe omnia peccata mundi.arti.4.

¶Quomodo intelligatur peccatum originale per ſe loquendo eſſe maius extenſiue quám actuale, Ibidem.

Chriſtus principalius venit abſoluere peccatum totius naturæ quàm peccatum vnius perſonæ, eſt ſimpliciter & abſolute concluſio reſponſiua quæſito literæ.Ibidem.

¶Quomodo hæc Chryſo. verba intelligantur, ſed & qui pro omnibus ſe ſolum iudicaret obnoxium, eo.ar.ad $3^{m}$.

¶Quinque rationes quare non fuerit conueniens Deum incarnari immediate poſt peccatum, ar.5.

¶Duplex motus humanæ naturæ de imperfecto ad perfectum, propter quorum primum non decuit Deum incarnari in principio mundi, nec incarnationem differri in finem mundi propter $2^{m}$.ar.6.

DVPLICITER poteſt intelligi aliquid conuerti in aliud, ſcilicet per tranſubſtantiationem, & per tranſmutationem.q.2.ar.1.c.5.

¶Duplex modus informandi, ſcilicet in eſſe intelligibili, & concurrendo cum aliquo corporeo per modum formæ & materiæ ad conſtitutionem alicuius naturæ.Ibidem.

¶Omnis natura compoſita ex materia & forma, in ſe eſt communicabilis pluribus, & de facto poteſt inueniri in pluribus, niſi conſtet ex tota ſua materia, Ibidem.

¶Similitudo Athanaſij, ſicut anima rationalis & charo vnus eſt homo &c. intelligitur quantum ad vnitatem ſuppoſiti, eo.arti.ad $2^{m}$.

¶Diſtingui ſecundum rem contingit dupliciter, primo ſicut duæ res, quarum vna nihil eſt alterius, ſecundo ſic, vt vna res includat totam aliam, & ſuperaddat ei aliquid aliud, articu.2.Cor.

¶An differẽtia poſita in litera inter ſuppoſitum & naturam, habeat locum in angelis.Ibidem.

¶An illud, quòd ſuppoſitum dicitur addere ſupra naturam, oporteat eſſe ens reale.Ibidem.

¶An illud quod ſuppoſitum addit ſupra naturam, oporteat eſſe intrinſecum ſuppoſito.Ibidem.

¶Quid ſit illud quod ſuppoſitum creatum addit intrinſecum ſibi ſupra hanc naturam ſuam.Ibidem.

¶Quomodo verificetur quòd in Deo nihil inuenitur præter rationem ſuæ ſpeciei, Ibidem.

¶In iſta maxima, Omne quod ineſt alicui perſonæ ſiue pertineat ad naturam illius ſiue non, vnitur ei in perſona ſumitur ineſſe perſonæ proprie, vt ineſſe diſtinguitur contra extrinſecus adiacere.Ibidem.

¶An paſſiones nominum ſecundũ modos ſignificandi, conuenienter non pro ratione, ſed pro manifeſtatione differentiæ inter naturam & perſonam Dei ſecundum rationem, in litera afferantur, eo.ar.ad $1^{m}$.

¶Quomodo intelligatꝛ ſimilitudo in litera aſſignata inter ſenſitiuum in homine & bruto, & humanam naturam in propria & aliena perſona, eo.ar.ad $2^{m}$.

¶Diſtinctio inter per ſe exiſtere, & per ſe ſeparatim exiſtere, eo.ar.ad $3^{m}$.

¶An diſtinctio vnionis in vnionem in perſona, aut in natura, ſit ſufficiens: Ibidem.

¶Suppoſitum dicitur, quia ſupponitur vniuerſis quæ in aliquo ſunt, eorum prædicationem recipiendo, ar.3.in ti.

¶An conuenienter perſona Chriſti diſtinguatur ſecundum id quod in ſe eſt, & ſecundum rationem hypoſtaſis.ar.4.

¶An in perſona Chriſti ſint duæ rationes ſubſiſtẽdi in duabus naturis, & vnum ſubſiſtens duobus.Ibidem.

¶ An ſit ſimpliciter & formaliter verum, perſonam Chriſti eſſe compoſitam. Ibidem.
¶ Ratio compoſitionis imperfectionem componentium formaliter importat. Ibidem.
¶ Multiplex genus compoſitionis. Ibidem.
¶ Ex vnione animæ & corporis in Chriſto non conſtituitur noua perſona, ſed ad præexiſtentē perſonam Dei compoſita natura ſingulariter ex anima & corpore adiuncta eſt. arti. 5. ad $1^{m}$.
¶ Verbum Dama, Aſſumpſit naturam humanam in athomo dupliciter exponitur, eo. ar. ad $2^{m}$.
¶ Si Chriſtus naturali generatione aliquem produxiſſet, purum hominem produxiſſet. Ibidem.
¶ Nihil in rebus creatis inuenitur vnioni incarnationis tam ſimile vt ē vnio aīæ intellectiuæ ad corpꝰ, ar. 6. ad $1^{m}$. & $2^{m}$
¶ Et quomodo hæc vnio ſit ſecundum eſſe ſubſtantiale verbi, non vt eſt naturæ, ſed vt eſt perſonæ. Ibidem.
¶ Quid interſit inter vniri alicui in hypoſtaſi, & vniri ſecundum hypoſtaſim, eo. ar. ad $3^{m}$.
¶ Vnio naturæ humanæ ad verbum non eſt formaliter loquē do per vnionem inſtrumenti definienda, eo. ar. ad $4^{m}$.
¶ Diſtinctio de vnione, vel quantum ad relationem quam ſignificat, vel quantum ad coniunctionem quam conſequitur. Et an dicta coniunctio ſit quid creatum. ar. 7.
¶ An hæc ſit vera, Homo dicitur & eſt Deus propter vnionē, inquantum terminatur ad hypoſtaſim diuinā, eo. ar. ad $3^{m}$.
¶ An prima differentia inter vnionem & aſſumptionem poſita in litera ſit vera, ſcilicet quòd vnio ſignificat formaliter relationē, aſſumptio actionem vel paſſionem. ar. 8.
¶ Secunda differentia, ſcilicet quòd aſſumptio dicitur vt in fieri, vnio aūt ſicut ī facto eſſe, ex parte rei poſita ē. Ibidem.
¶ An relatio vnionis ſit relatio æquiparantiæ. Ibidem.
¶ Qualis ſit differentia inter vnionem & aſſumptionem, an rationis tantum, an etiam realis. Ibidem.
¶ Quid ſit proprius terminus aſſumptionis, abſolutum ne aliquod an relatiuum. Ibidem ad Sco.
¶ An diſtinctio in litera poſita, ſcilicet coniunctionem poſſe accipi ex parte extremorum vel ex parte termini, ſit ſufficiens. arti. 9.
¶ An vnio incarnationis ſit maxima poſt vnionem diuinæ trinitatis. Ibidem ad Duran.
¶ Natura humana Chriſti ſe habet ad perſonam filii Dei, ſicut ſe habet natura Sortis ad perſonam Sortis. ar. 10.
¶ Gratia aliquando ſumitur vt comprӕhendit ſub ſe quemcunque infuſum habitum. Ibidem.
¶ Duplex acceptio coniunctionis humanæ naturæ cum perſona filii Dei. Ibidem.
¶ Nulla operatio illius hominis qui eſt Chriſtus potuit præcedere vnionem. ar. 1.
AN incommunicabilitas perſonæ conuenienter aſſignetur per hoc quod eſt non poſſe prædicari de pluribus. quæſt. 3 arti. 1. ad $2^{m}$.
¶ An ſola diuina perſona poſſit ſubſiſtere in duabus naturis propter ſuam infinitatem. Ibidem ad Sco.
¶ Quomodo ſumatur denominatio, quum dicitur quòd natura humana non conſtituit diuinam perſonam ſimpliciter, ſed conſtituit eam ſecundum quòd denominatur a tali natura, eo. ar. ad $3^{m}$.
¶ An perſonæ diuinę conueniat primo ratione eſſentiæ diuinæ aſſumere terminatiue. ar. 2.
¶ In Deo inuenitur duplici modo ſubſiſtens & habens naturam, ſcilicet communiter & incommunicabiliter. Ibidem.
¶ Subſiſtere in diuinis formaliter loquendo, eſt magis perſonale quàm eſſentiale. Ibidem.
¶ Dilucidatio duplicis abſtractionis, ſcilicet ex parte rei & ex parte intellectus. ar. 3.
¶ An abſtractis per intellectum diuinis perſonalitatibus, poſſit intelligi natura diuina aſſumere. Ibidem.
¶ An circumſcriptis per intellectum perſonalitatibus trium perſonarum, remaneret in intellectu vna perſonalitas Dei, eo. arti. ad $2^{m}$.
¶ Quid intelligatur nomine abſtractionis per modum reſolutionis, eo. ar. ad $3^{m}$.
¶ An ſit poſſibile diuinis perſonis, vt duæ vel tres aſſumant vnam naturam humanam. ar. 6. ad Sco.
¶ An recte in litera exponatur authoritas Anſel. ſcilicet plures perſonæ non poſſunt aſſumere vnum & eundem hominem. Ibidem ad Duran.
¶ Quomodo intelligatur hæc propoſito, Quod poteſt in vnū & non amplius, habet potentiam limitatam ad vnū. ar. 7.
¶ Perſona diuina non ſolum eſt infinita in eſſendo & cauſando ratione naturæ diuinæ, ſed eſt etiam infinita in terminando ratione ſuæ perſonalitatis. Ibidem.
¶ Nunquàm nomen ab aliqua forma impoſitum, pluraliter dicitur, niſi propter pluralitatem ſuppoſitorum. Ad Sco. eo. arti. ad $2^{m}$.
AN hæc conſequentia valeat, Aſſumptibile non attenditur ſecundum potentiam paſſiuam naturalem, ergo ſecundum congruentiam, q. 4. ar. 1.
¶ Quomodo intelligenda ſit hæc propoſitio, Creaturæ denominantur aliquales ex eo quod conuenit eis ſecundū proprias cauſas, non autem ex eo quod conuenit illis ſecundū primas & vniuerſales cauſas. Ibidem.
¶ Quopacto intelligatur quòd in angelis deficit neceſſitas reparationis. Ibidem.
¶ An hæc propoſitio ſit vera, Maior & perfectior eſt vnio ad Deum ſecundum eſſe perſonale, quàm quæ eſt ſecundum operationem, eo. ar. ad $2^{m}$.
¶ Quid perſona ſeu hypoſtaſis addat ſupra naturam ſingularem. ar. 2. ad Sco. & Aureolum.
¶ An humana natura in Chriſto inclinetur ad propriam perſonalitatem, eo. ar. ad $3^{m}$.
¶ Quo pacto verificetur, ꝙ perſona diuina impedierit naturā humanam a propria perſonalitate. Ibidem.
¶ An debeat concedi, quòd filius Dei aſſumpſit hominem. arti. 3. ad $2^{m}$.
¶ Quomodo intelligitur, quod eſt contra rationem formæ communis, eſſe in perſona. ar. 4.
¶ De quibus operationibus communibus & meritoriis ſit ſermo, quum dicitur quòd non fuiſſet cōueniens naturam per ſe ſeparatam aſſumi: quia naturæ communi non poſſunt attribui niſi operationes communes & vniuerſales, ſecundū quas hō non meretur nec demeretur. Ibidem.
¶ Quare Diuus Thomas probans humanitatem ſecundū ꝙ eſt in intellectu diuino aut humano non eſſe aſſumptibilē, non meminerit humanitatis ſecundum eſſe quod habet in intellectu angelico. Ibidem.
¶ Explicatio quædam dignitatis humanæ. ar. 6.
NOTABILE ex Aug. propter vertentes in dubium, an Deus poſſit fallere. q. 5. ar. 1.
¶ An ſanguis qui erat in corpore Chriſti, eſſet diuinitati vnitus. arti. 2.
¶ Lux maior offuſcat minorem non quo ad ſubſtantiam lucis, ſed quo ad effectum. ar. 4.
AN in myſterio aſſumptionis ſit ordo naturæ partium humanæ naturæ adinuicem, & partium ad totum. quæſtio. 6. arti. 1. ad Duran.
¶ Quomodo intelligatur ꝙ corpus eſt vicinius perſonæ propriæ, anima autem naturæ humanæ, eo. ar. ad $2^{m}$.
¶ Quomodo apud Diu. Tho. anima dicatur mediare in aſſumptione carnis, eo. ar. ad $3^{m}$.
¶ Dupliciter poteſt intelligi ſubſiſtentia animæ præexiſtente corrumpi in aſſumptione ar. 3.
¶ An in communi reſurrectione anima ſeparata huius vel illius reuerſa ad corpus, retineat ſuam propriam terminationem, an perdat illam, & terminetur perſonalitate totius. Ibidem.
¶ Naturalis modus productionis alicuius, diuerſus penes hoc quod ē produci in corpore vel extra & ante corpus, arguit diuerſitatem naturæ rei productæ. Ibidem.
¶ An materia propria formæ ſit ante aduentum formæ. articu. 4. cap. 24.
¶ Cur exiſtente naturæ ordine ſecundum quodlibet genus cauſæ, Diuus Thomas, ordinem naturæ duobus eorum appropriet. ar. 5.
¶ Cur ordinem naturæ ex parte materiæ in myſterio incarnationis Diu. Tho. pertranſierit. Ibidem.
¶ Cur Doc. S. in hoc myſterio, medii ſecundū naturæ ordinē ex parte agentis ſecundum ordinem operationis in cor. huius ar. non meminerit, quum tamen in reſponſione ad primum, de illo tractauerit. Ibidem.
¶ An verbum aſſumpſerit naturam humanam mediantibus eius partibus, ad Sco. & Duran. eo. ar. ad $1^{m}$.
AN rite ratio redddatur quare neceſſe ſit ponere in Chriſto gratiam habitualem, per hoc quòd Chriſtus mediator gratiam in alios redundantem habere debet. q. 7. ar. 1.
¶ Virtus heroica non differt ſpecie a virtute communiter dicta, ar. 2. ad. $2^{m}$.
¶ An ſicut ex defectu materiæ magnificentiæ in Chriſto non ſequitur defectus magnificētiæ interioris, ita nec ex defectu materiæ



materiæ fidei ſequitur defectus fidei in eo. ar. 3.
¶ An ſpes in Chriſto reſpectu ſecundario ſperatorum fuerit habitus aliquis. ar. 4.
¶ An diuina eminentia in timore reuerentiali Chriſti habuerit rationem reuerentiæ quatenus eminentia Dei abſolute, an quatenus eſt potens infligere malum. ar. 6.
¶ Ad rationem Prophetæ requiritur, quòd cognoſcat ea quæ ſunt procul ab his cum quibus ipſe eſt. ar. 8.
¶ De mente Diui Tho. datur ſummum poſſibile in gratia. artic. 9.
¶ Iſta propoſitio, Chriſtus eſt vniuerſale principium generis habentium gratiam, intellectualiter de principio vniuerſali non contento in tali genere. Ibidem.
¶ An gratia cuiuslibet ſingularis perſonæ habeat quantitatē alterius rationis a quantitate gratiæ Chriſti, & an gratia cuiuslibet ſingularis perſonæ ſit velut virtus particularis, & gratia Chriſti velut virtus vniuerſalis. ar. 11. ad $3^{m}$.
¶ Quomodo finis gratiæ habitualis eſt vnio perſonalis. ar. 12.
¶ Quare nullus pure viator attingit ad ſummum gratiæ ex parte gratiæ. Ibidem.
¶ Quomodo verificetur hæc propoſitio, Omni finito poteſt fieri additio, eo. ar. ad $1^{m}$.
¶ Ratio multorum dictorum. San. Tho. de gratia vnionis articu. 13. ad $3^{m}$.
ESSE caput, dicitur de Chriſto Metaphorice ſolū. q. 8. ar. 1.
¶ Virtus attribuitur capiti humano reſpectu virium & motuum & reliquorum membrorum, non tanquam primo inter membra principio, ſed tāquàm conprincipio primi ſimpliciter membri, ſcilicet cordis. Ibidem.
¶ Gratia Chriſti dupliciter dicitur prima. Ibidem.
¶ Quomodo actiones Chriſti cauſent efficienter in nobis gratiam, eo. ar. ad $1^{m}$.
¶ Quomodo corporalis natura Chriſti poſſit agere in angelos. ar. 4. ad $3^{m}$.
¶ An valeat iſte proceſſus, actus habetur ſecundum quandam eminentiam, ergo eſt actiuus aliorū eiuſdem generis. ar. 5.
¶ An Antichriſtus dicatur caput omnium malorum tam dæmonum quàm hominum. ar. 8.
¶ An diabolus & Antichriſtus ſint duo capita, an vnum tantum. Ibidem.
AN ſit poſſibile actum intelligendi quo Deus intelligit, fieri actum intelligendi quo anima Chriſti formaliter intelligeret, & ſi nō, an hoc ſit quia eſt alterius naturæ. q. 9. ar. 1.
¶ An iſta propoſitio, Reducens aliquid de potentia in actum, eſt in actu, ſit vera, tam in cauſis principalibus quàm inſtrumentalibus. ar. 2.
¶ Viſio Dei eſt ſoli Deo ſimplr naturalis, eo. ar. ad $3^{m}$, c. 33.
¶ An bene in litera probetur hæc concluſio, oportet in Chriſto ponere ſcientiā inditam, per hoc qđ dicitur ꝙ eius intellectus poſſibilis fuiſſet imperfectus. ar. 3.
¶ Quomodo debeat intelligi hæc propoſitio literæ, fruſtra ē quod caret propria operatione, & an in dicta propoſitione ſit ſermo de omni propria operatione alicuius. ar. 4.
¶ Quæ ſcientia per ſe, & quæ per accidens dicatur infuſa. Ibidem.
¶ Habitus per ſe infuſi & habitus per ſe acquiſibiles ſunt diuerſarum rationum intrinſece & eſſentialiter, eo. articu. ad $2^{m}$. & $3^{m}$.
¶ Cur in litera aſſeratur in Chriſto non fuiſſe ſcientiā ex ſuo genere acquiſibilem per infuſionem, vt fuit in Adā. Ibidē.
AN bene declaretur, a virtute operatiua virtutē deitatis, nō eſſe compræhēſam ab humanitate Chriſti. q. 10. ar. 1. c. 35.
¶ Quomodo intelligatur hæc propoſitio, Cuilibet beato conuenit ꝙ videat omnia ſpectantia ad ſe. ar. 2.
¶ Anima Chriſti non videt in verbo quicquid videt verbum, eo. arti. ad $2^{m}$.
¶ An ex hoc quòd anima Chriſti ſcit omnia quæ ſcit Deus ſcientia viſionis, ſequatur ipſam ſcire infinita. ar. 3.
¶ An intellectus creatus poſſit ſimul videre infinita, ita quòd diſtincte cognoſcat quodlibet eorum, eo. ar. ad $2^{m}$. cap. 36.
¶ An ſit creaturæ poſſibilis ſublimior gradus diuinæ viſionis quàm ſit gradus animæ Chriſti. ar. 4. ad $3^{m}$.
AN conceſſa in Chriſto cognitione abſtractiua omnium ſingularium, concedenda ſit cuiuslibet ſingularis propria ſpecies in Chriſti intellectu. q. 11. ar. 1. ad Sco.
¶ An in Chriſto fuerit cognitio intuitiua omnium ſingularium. Ibidem ad Sco.
¶ An ex ratione literæ bene concludatur in anima Chriſti per ſcientiam infuſam notitia omnium ſingulariū. Ibidē.
¶ An naturale vinculum inter intellectum humanum & phātaſmata efficiat, vt non poſſit etiam infuſa vti ſcientia niſi conuertendo ſe ad phantaſmata. ar. 2.
¶ An Chriſtus indigeat conuerſione ad phantaſmata in vſu ſcientiæ infuſæ. Ibidem ad Duran.
¶ An anima Chriſti imperfectius quocunque angelo, intuitiue cognouerit in proprio genere quicquid intueri vtriq; datum eſt. ar. 4. ad Sco.
¶ An ſpecies intelligibiles infuſæ animæ Chriſti fuerint perfectiſſimæ. ar. 6. ad Sco.
AN ex viſione corporum cæleſtium poſſint compræhendi virtutes eorum. q. 12. ar. 1. ad $2^{m}$. ad Duran.
¶ An experientia pariat ſolum ſcientiam ſimilium ſecundum ſpeciem. Ibidem ad Duran.
HAEC propoſitio, Quælibet res habet potentiam actiuam reſpectu eorum ad quæ ſe extendit ſuæ naturę perfectio, intelligitur in genere rerum actiuarum. q. 113. ar. 1.
¶ An in anima Chriſti ſit virtus inſtrumentalis ad omnia miracula. ar. 2.
¶ An Chriſtus voluerit humana voluntate aliquid fieri per alios homines, & non potuerit facere ꝙ fieret. ar. 4.
QVOMODO licuerit hic vbi de defectibus corporis agitur, ignorantiam inter defectus communes computare. q. 14. ar. 4.
AN perfectio virtutis regulariter tollat fomitem. q. 15. ar. 2.
¶ Dolor eſt paſſio appetitus ſenſitiui ex corporis læſione, percepta ſenſu. ar. 5.
¶ An compoſitio ex contrariis ſit cauſa prima mortis & aliorum defectuum humanæ naturæ, an vero peccatum, eo. art. ad $1^{m}$.
¶ An motus appetitus ſenſitiui ex malo futuro appræhenſo, abſtrahendo a certo vel incerto, ſit vere timor. arti. 7.
¶ An ex hoc quòd Chriſtus omnia certo cognouit, ſufficienter excludatur timor quo ad incertitudinem euentus Ibidem.
¶ Quomodo intelligendum ſit iram componi ex triſtitia & appetitu vindictæ. ar. 9.
AN hæc propoſitio, Deus eſt homo, ſit in materia naturali. q. 16. ar. 1. ad $1^{m}$.
¶ An dicta propoſitio ſit per ſe. Ibidem ad Sco. & Duran.
¶ An homo prædicetur de Deo ſicut ſpecies de ſua hypoſtaſi. Ibidem ad Sco.
Quomodo verificetur ꝙ homo prædicatur de Deo ratione relationis, eo. ar. ad. $4^{m}$.
¶ Quomodo intelligatur quòd in iſta propoſitione, Deus eſt pater, li Deus ſupponit pro perſona patris. ar. 2. ad $2^{m}$.
¶ An congrue in littera reddatur ratio quare Ieſus Chriſtus non debet dici homo dominicus, per hoc quòd dicitur ꝙ derogaret veritati vnionis, ſi dominus de illo homine prædicaretur denominatiue. ar. 3.
¶ Quare perſonam aliquam fieri hominem, non importat mutationem in perſona acquirente naturam humanam, quum tamen fieri hominem abſolute importet mutationē in ſubiecto acquirente naturam humanam. ar. 6. ad $2^{m}$.
¶ An in iſta propoſitione, Homo eſt factus Deus, li homo poſſit ſupponere & ſimpliciter & perſonaliter. ar. 7.
¶ An etiam factum ſit quòd iſte homo ſit Deus. Ibidem.
¶ Quare iſta dicitur ſimpliciter vera, Deus factus eſt homo, iſta autem ſimpliciter falſa, homo factus eſt Deus. Ibidem.
¶ Quomodo intelligatur quòd ex verbis inordinate prolatis incurrit hæreſis, & quomodo prohibitum ſit communicare cum hæreticis in vocabulis. ar. 8. Cor.
¶ Non eſt euangelica, ſed Arriana vox, Chriſtus eſt minor patre, ſicut & hæc, Chriſtus eſt creatura. Ibidem.
¶ An ex eo quòd ſubiectum ſtat materialiter pro ſuppoſito, liceat inferre iſtam eſſe falſam, Iſte homo ideſt, Chriſtus incæpit eſſe, & an debeat dicta propoſitio negari. articu. 9. ad Duran. & Sco.
¶ An propoſitio affirmatiua falſa ex repugnantia terminorū poſſit fieri vera per additam reduplicationem vel determinationem non tollentem illam repugnantiā. ar. 10. ca. 50.
AN in ſolo Deo natura prædicetur de ſuppoſito. q. 17. ar. 1.
¶ An liceat arguere a deſtructione antecedentis. Ibidem.
¶ An de mente Diu. Tho. nullum ſit in Chriſto eſſe actualis exiſtentiæ de genere ſubſtantiæ creatum, ſed ſola exiſtētia increata. ar. 2.
¶ An ita ſit in veritatę quòd in Chriſto nulla ſit exiſtentia ſubſtātialis niſi diuina, Ibidē ad Sco. Durā. & Io. de Neapo.
VNIVERSALITER loquendo: actus voluntatis per modū naturæ, diſtinctus contra actum voluntatis ꝑ modū rōnis cōtrariū eligētis, nihil aliud eſt q̄ velleitas. q. 18 ar. 5.
An

AN Chriſtus meruerit exteriora bona, quia dignitas merendi ſpectat ad charitatem, ac per hoc pręſtat exteriorum bonorum præſentiæ cocuæ.q.19.ar.3.

¶Priuilegium Chriſti eſt mereri aliis ex condigno.ar.4.

SICVT voluntas diſtinguitur in ſimpliciter vel ſecundũ quid, ita oratio prout eſt petitio diſtinguitur in ſimpliciter vel ſecundum quid.q.21.ar.4.

QVOMODO intelligatur quòd inquantum Chriſti humanitas operabatur virtute diuinitatis, ſacrificium Chriſti erat efficaciſſimum ad delenda peccata per gratiam.q.22.arti 3.ad $1^{m}$.

¶Quare dicitur ſacrificium offerri per modum ſatisfactiõis, & effectum ipſius proprium eſſe quod ex vi ipſius quatenꝰ ſatisfactorium eſt fit.ar.4.ad $2^{m}$.

¶Sacrificium Chriſti ſumitur dupliciter, ſcilicet ſecundum ſe, & ſecundum ſuum mortale ſacrificium. ar.6.

QVOMODO intelligatur quòd habitudo eſt qua Deus eſt diues.q.23.ar.1.

PRAEDESTINATIO eſt diuina ab æterno præordinatio eorum quæ per gratiam facienda ſunt in tempora, ſeu ratio ordinis electorum in vitam æternam.quæſt.24.artic.1.

¶An hæc loquutio ſit per prima, Chriſtus prædeſtinatus eſt filius Dei.e.ar.ad $2^{m}$.& $3^{m}$.

HONORARI vt cauſa honoris non eſt honorari ſimpliciter, quia li vt cauſa honoris, eſt conditio diminuens. q.25.arti.1.

¶An motus in imaginem quatenus imago eſt, ſit idem cum motu in rem ipſam.ar.3.

¶An proceſſus Diui Tho. quo probat imaginem Chriſti eſſe adorandam eadem adoratione qua Chriſtus, ſit bonus. Ibidem ad Duran.

¶An Dei imagines ſint licitæ, eo.ar.ad $1^{m}$.

¶An beata virgo ratione Chriſti cui fuit intrinſece coniuncta, ſit adoranda adoratione latriæ.ar.5.

QVID & vnde tanti ſit illud quo Chriſtus meditat meretur, & ſatisfacit.q.26.ar.2.ad $1^{m}$.& $3^{m}$.

SANCTIFICATIO poteſt dupliciter ſumi, primo vt eſt de contrario in cõtrarium, ſecundo vt eſt de negatio in affirmatum.q.27.ar.2.

¶Quomodo valeat ille proceſſus: proles concepta ante infuſionem animæ rationalis non eſt culpæ obnoxia, ergo qũo cunque ante animationem beata virgo ſanctificata fuiſſet, non incurriſſet originalis peccati maculam, ergo non indiguiſſet redemptione Chriſti. Ibidem.

¶An ex hoc quòd beata virgo non fuit ſanctificata ante animationem, ſequatur quòd ſanctificatio eius fuerit poſt animationem Ibidem.

¶Quomodo fomes ſit inordinata concupiſcentia habitualis.arti.3.

¶An ex hoc quòd fomes eſt concupiſcentia contraria rationi habitualiter, liceat inferre quòd fomes eſt inclinatiuus ad malum & difficultatiuus in bono. Ibidem.

¶Dupliciter poteſt exponi li perfectiuus, quum dicitur quòd fomes in beata virgine perfectiꝰ ligabatur per diuinam prouidentiam quàm per interiorem ſanctificationẽ. Ibidem.

¶An authoritas Apoſtoli, Sed manifeſtatio ſpiritus &c. bene inducatur ad probandum quòd priuilegia gratiæ quæ dantur aliquibus præter communem legem, ordinantur ad vtilitatem.ar.6.

¶An ſanctificatio beatæ virginis in vtero matris, ex ſacra ſcriptura habeatur. Ibidem.

¶An credenda ſint miracula quæ in ſacra ſcriptura non continentur. Ibidem.

AN ſicut natura eſt determinata ad vnum effectum, ita ſit determinata ad vnum modum producendi illum.q.28.a.1.

¶Quomodo intelligatur hæc propoſitio, Virtus naturalis nõ poteſt tranſmutare ad certam formam, niſi determinatam naturam eo.ar.ad $5^{m}$.

¶Illud proprie dicitur agens poſſe vel proprium effectum & vt in propriam naturam, quod vnica tranſmutatione poteſt educere de potentia ad actum. Ibidem.

CONSENSVS in copulam coniugalem non præiudicat virginitati mentali, quia in copula coniugali non continetur copula carnalis niſi in potentia.q.29.ar.1.

¶Affirmandum vt rationi conſentaneum eſt, quòd in propria domo inuenta eſt beata virgo in vtero habens.arti.2. ad $3^{m}$.

¶Dubium eſt de qua traductione loquatur euangeliſta, quũ dicit, beatum Ioſeph noluiſſe beatam virginem traducere, an ſcilicet de traductione in infamiam, an ſimpliciter in domeſticum conſortium, an potius in vtrũque. Ibidem.

QVOMODO intelligatur propheciam prædeſtinationis compleri ſine noſtro arbitrio cauſante .q.30.ar.1.

REFELLITVR error nouiter exortus, dicens ex tribus guttis ſanguinis circa cor beatę virginis, Chriſtum eſſe conceptum.q.31.ar.5.

ALITER & aliter attribuitur perſonæ ſpirituſſan. efficere carnem Chriſti, filio aſſumere eadem.q.23.ar.1.

¶An ex eo quòd ſpirituſſan. efficit propriam operationem filiorum Dei, quæ eſt clamare abba pater, rectę infertur ꝙ ipſe eſt effector filiorum Dei. Ibidem.

¶Quomodo valeat iſte proceſſus, Diſtinctio ſexus ẽ a natura propter diuerſam operationem ad generationem oportunam, ergo eſt penes diuerſitatem agentis & patientis, ergo tota virtus actiua eſt ex parte maris, paſſio vero ex parte fœminæ.ar.4.

¶An mater concurrat aliquo modo actiue ad generationem prolis. Ibidem ad Sco.

QVVM dicitur augmentum non eſſe ſine motu locali, intelligitur de motu locali formaliter vel æquiualenter. quæſt.33.arti.1.

¶Formatio dominici corporis in primo inſtanti fuit perfecta eſſentialiter, non autem quantitatiue. Ibidem.

AN gratia vnionis in Chriſto ſit prior ordine exequutionis & intentionis, gratia habituali ſeu ſumma gratia & gloria in eodem.q.34.ar.1.

¶An inconueniat quòd aliqua perfectio actus ſecundi de nouo aduenerit animæ Chriſti.ar.2.

¶Primus actus meritorius tam in angelis quàm in Chriſti anima fuit vere actus liber, quàmuis ex natura determinatus ad bonum.ar.3.

¶Quid Diuus Tho. ſenſerit de hac quæſtione, An gratia viatoris ſit minor gratia comprehenſoris etiam ſecundum ſuam quantitatem.ar.4.

IN litera quum dicitur, quòd natiuitas attribuitur perſonæ vt ſubiecto naſcenti, intelligitur de ſubiecto denominationis.q.35.ar.1.

¶An bene probetur quòd beata virgo eſt vere mater Chriſti, per hoc quòd dicitur corpus Chriſti eſſe ſumptum ex virgine matre.ar.3.

¶Tria concurrunt ad relationem realem, ſcilicet cauſa, ſubiectum & terminus.ar.5.

¶An relationes plurificentur ſecundum terminos. Ibidem ad Sco.

¶An pater vnica paternitate referatur ad plures filios. Ibidem ad Sco.

¶An formæ eiuſdem ſpeciei poſſint ſimul eſſe in eodem ſubiecto. Ibidem ad Sco.

¶An hæc ratio valeat: Filiatio eſt ita ſuppoſiti vt ſubiecti, quòd non naturę, ergo in Chriſto non eſt filiatio temporalis realis. Ibidem ad Sco.

¶An filiatio temporalis Chriſti ſit rationis tantum. Ibidem ad Sco.

CHRISTI natiuitas non debuit, ne per atteſtationem quidem, omnibus manifeſtari, quia talis manifeſtatio minuiſſet meritum fidei.q.36.ar.1.

¶Quare cometa dicitur ſignum mortis principum, magis q̃ aliorum hominum.ar.7.ad $3^{m}$.

AN circunciſio Chriſtianorum indorum dicentium ſe circuncidi vt conformantur Chriſto, ſit licita.q.37.ar.1.c.84.

¶An ſacrificium Leuit.12. præceptum, pro peccato prolis offerretur.arti.3.

RATIONABILE eſt, quòd Ioannes & Apoſtoli baptizati fuerint a Chriſto.q.38.ar.6.

AN columba in cuius ſpecie deſcendit ſpirituſſan. ſup Chriſtum baptizatum, fuerit verum animal.q.39.ar.7.

QVID Chriſtꝰ ante Ioãnis baptiſma exercuerit.q.40.a.1.

¶Chriſtus fuit exemplum perfectionis in omnibus quæ per ſe pertinent ad ſalutem.ar.2.ad $1^{m}$.

¶Quæ debeat cauere verbi Dei prædicator.ar.3.

¶Quæ paupertas per ſe dicatur voluntaria.e.ar.ad.$1^{m}$.

VIRTVOSA fuit Chriſti tentatio contra noſtras tentationes.q.41.ar.1.

¶Modus vincendi tentationes, eſt recurſus ad diuinas ſcripturas & ſanctorum exempla, Ibidem.

¶An omnis tentatio ab intrinſeco, ſit peccatum. eodem articu.ad $3^{m}$.

¶Quare diabolus Chriſtum tentauerit.ar.4.

¶An conueniẽs ratio ordinis tentationum in litera ponatur ſcilicet



ſcilicet vt a leuioribus ad grauiora conſcendat tentatio ſpiritualium. Ibidem.

¶An Chriſtus ſi miraculum feciſſet conuertendo lapidem in panem ædendum a ſeipſo, peccaſſet eo.ar.ad $1^{m}$.

¶Ordinem tentationum Chriſti explicat Matthæus ſecundum tempus, eo.ar.ad $5^{m}$.

¶Quid ſit Chriſtum fuiſſe aſſumptum a diabolo. Ibidem.

PAENES quæ attendatur excellentia doctrinæ Chriſti. q.42.ar.1.

¶Quomodo & quando debeant publice reprahendi maiores.arti.2.

¶Quomodo intelligatur quòd Chriſtus palam docuit, & in occulto loquutus eſt nihil.ar.3.

¶Excellentior eſt modus docendi verbo quàm ſcripto.ar.4.

¶Socrates nihil ſcripſit ſub proprio nomine. Ibidem.

¶Quare Chriſtus nihil ſcripſerit. Ibidem.

RATIONABILITER creditur miraculum in nuptiis factum, fuiſſe ſimpliciter primũ Chriſti miraculũ.q.43.a.3.

¶Miracula quæ Chriſtus fecit, ſufficienter manifeſtant ipſius deitatem.ar.4.

AN dæmones cognouerint Chriſtum eſſe Meſſiam in lege promiſſum, item an cognouerint ipſum eſſe verum Deum. quæſt.44.ar.1.

¶Sicut corpora elemẽtaria habẽt duplices motus naturales, ita corpora cæleſtia vltra naturalem inclinationem ad ſuos curſus poſſunt immutari illud qđ author naturæ facit.ar.2.

QVOMODO iſta ratio litterę valeat, non eſt adempta Chriſto poteſtas deriuandi gloriam animæ ad corpus, ergo gloria illa claritatis quæ apparuit in Chriſto in transfiguratione, deriuata eſt ab anima.q.45.ar.2.

AN conuenienter in litera quæratur de neceſſitate paſſionis Chriſti ad ſalutem humanam, prius quàm quæſitum ſit de eius poſſibilitate.q.46.ar.2.

¶Quomodo intelligantur hæc Chryſo. verba, ſed etſi abſq; morte corpus alicubi depoſuiſſet &c.ar.3.

¶Quid ſit eſſe a Deo maledictum.ar.4.ad $3^{m}$.

¶Generalis quædam explicatio Chriſti paſſionum.ar.5.

¶Quare ad literam Chriſtus generalitatem paſſionum ſuſceperit. Ibidem.

¶Dolere importat actum appetitus animalis, pati autem cõmunius eſt.ar.6.ad Sco.

¶An ratio ſuperior animæ Chriſti in ipſius paſſione ex parte ſui obiecti pateretur.ar.7.

¶Quotus lunæ dies fuerit quando Chriſtus mortuus eſt. articu.9.

AN anima Chriſti habuerit poteſtatem præſeruandi corpus ſuum a morte.q.47.ar.1.ad Sco.

¶Vnde anima Chriſti habuerit prædictam poteſtatẽ. Ibidẽ.

¶Duplex modus dicendi de clamore Chriſti in cruce, eo. arti.ad $2^{m}$.

¶Celeritas mortis Chriſti fuit & naturalis & voluntaria. Ibidem.

¶Chriſtus ſua paſſione adimpleuit legem totam, & omnem iuſtitiam omnis generis iuris & præcepti.ar.2.

¶Hæc propoſitio, Innocẽtem hominem paſſioni & morti tradere inuitum eſt impium & crudele, intelligitur abſolute, & non in ordine ad Deũ, cuius ſunt vita & mors.a.3.ad.$1^{m}$.

¶An maiores Iudæorum cognouerint Chriſtum eſſe Meſſiam.arti.5.

¶An peccatum iudæ fuerit grauius peccato Principum Iudæorum.ar.6.ad $2^{m}$.

AN vnus poſſit pro alio ſatisfacere & non conteri aut confiteri, quia ſatisfactio eſt actus exterior.q.84.ar.2.

¶Medium rei in actibus noſtris moralibus dicitur, quia in æqualitate rei ad rem conſiſtit, medium vero rationis dicitur quia in proportione intraneæ rationis ad operantem conſiſtit. Ibidem.

¶Diſtinctio conuenientium Chriſto, mediante natura humana.arti.5.

¶An paſſiones ſanctorum proficiant eccleſiæ per modum redemptionis, eo.ar.ad $3^{m}$.

SINE fide paſſionis Chriſti explicite vel implicite, impoſſibile eſt potentia ordinaria hominem peccatorum remiſſionem conſequi.q.19.ar.1

¶Quomodo diabolus machinando in mortem Chriſti exceſſerit modum poteſtatis ſibi a Deo traditæ.ar.2.

¶Ianua cæli per ſimilitudinem dicitur fruitionis diuinæ conſequutio.arti.5.

¶Tria notabilia circa paſſionis Chriſti effectum. Ibidem.

ISTA propoſitio, Nullum donum diuinæ gratiæ perditur ſine culpa, habet locum ſolũ in dõis permanẽtibus.q.50.a.2.

¶Quare gratia vnionis eſt excellentius & permanentius donum quàm gratia operationis. Ibidem.

¶Quomodo intelligenda ſint hæc domini verba, Ego pono animam meam, & multa alia eiuſmodi.ar.3.ad $1^{m}$.

¶An corpus Chriſti viuum & mortuum fuerit idem numero ſimpliciter & omnibus modis. ar.5.ad Sco.

¶An mors Chriſti in facto eſſe, fuerit meritoria ex parte animæ.ar.6.

¶Quomodo ſaluetur ſimilitudo inter effectum & cauſam in tertia concluſione literæ poſita. Ibidem.

AD quid ſpectet exciſio ſepulchri Chriſti ĩ petra.q.51.a.2.

¶An pręſeruatio corporis Chriſti a putrefactione, atteſtetur naturæ ipſius virtuti & voluntariæ morti.ar.3.

¶Tres dies mortis Chriſti & creationis mundi diuerſimodę ordinantur.ar.4.

DIVVS Tho. in litera ſub inferno damnatorum compræhendit etiam infernum puerorum.q.52.ar.2.

¶An etiam ad infuſionem luminis gloriæ in ſanctis patribꝰ operatus ſit deſcenſus animæ Chriſti, applicando ſcilicet ad eos virtutem ſuæ mortis. Ibidem.

¶An deſcenſus Chriſti ad inferos fuerit ſecundum ſubſtanciam animæ, an ſolum ſecundum effectum. Ibid. ad Duran.

¶Pænalitates Chriſti vſque ad reſurrectionem eius durauerunt.arti.4.

¶Cum quiete & immunitate ſanctorum patrum in limbo a pæna ſenſus, ſtat dolor ſeu afflictio ex ſpe dilata.a.5.ad $1^{m}$.

Duo genera liberatorũ a Purgatorio in deſcenſu Chriſti.ar.8.

AN illi qui cum Chriſto ſurrexerunt, ad vitam pænitus immortalem ſurrexerint.q.53.ar.3.

CAELVM reſiſteret tactui ſiquis ad orbem Lunę pertranſire vellet, ibi exiſtens, non tamen ſentiretur tactu denſitas eius.q.54.ar.2.

¶Omnis mutatio ſpecies quædam mortis eſt.ar.3.

¶An totus ſanguis Chriſti in paſſione effuſus, reſurrexit cũ eo.ar.ad argu.

¶An Chriſto reſurgente, oportuerit ſanguinem ſecum reaſſumere. Ibidem.

¶Quando ſecundum Auguſt. corpus ſit animale & quando ſpirituale. Ibidem.

RATIONABILIS cauſa erroneæ viſionis Magdalenæ dum Chriſtum æſtimauit hortulanum.q.55.ar.4.ad $2^{m}$.

HVMANITAS Chriſti quum ſit organum coniunctum perſonaliter verbo Dei, eſt velut vniuerſale inſtrumentum Dei ad quæcunque miracula facienda, exceptis his quæ ſpectant ad primam rerum creationem.q.56.ar.1.

QVVM dicitur Chriſtum propria virtute glorificatæ animæ aſcendiſſe in cælum, non intelligitur niſi de ipſo motu locali aſcenſionis.q.57.ar.3.

¶An conuenienter opinemur corpus Chriſti eſſe extra totã continentiam cælorum corporeorũ, ita quòd planta pedis eius ſit ſupra ſuperficiem conuexam ſupræmi cœli. articu.4.ad Duran.

¶Ad quem ſenſum, ſupra conuexum ſeu in ſuperficie conuexa cæli empyrei dicatur vnus locus altior altero.ar.5.

¶An Chriſtus corporaliter viſus fuerit a Paulo, & an iſta viſio fuerit tũc quũ dixit, Saule ſaule qđ me perſequeris?a.6.

AN Chriſtus inquantum homo ſtet, an vero ſedeat in cælo.q.58.ar.1.

¶Quam diſtinctionem importet li ad quum dicitur Chriſtus ſederę ad dexteram patris.ar.2.

¶An iſta ſit concedenda, Chriſtus ſecundum quòd homo eſt filius Dei.ar.3.

PERFECTVM iudicium de re mutabili non poteſt ſuauiter dari ante illius conſumationem.q.59.ar.5.

¶Diuina iudicia extendunt ſe etiam ad ea quæ ſunt per accidens. Ibidem.

¶Aliud eſt hominem poſt mortem ſortiri ſtatum immutabilem ſecundum animam, & aliud eſt ſortiri ſtatum non impedibilem.eo.ar.ad $1^{m}$.& $3^{m}$.

¶Quum dicitur inferiora regi per ſuperiora, intelligendum eſt per ſuperiora, non ſecundum quid, ſed ſimpliciter & abſolute.arti.6.

NOMINA multiplicia ad vnum vel in vno vel ab vno, abuſiue vocantur analoga.q.60.ar.1.

¶Præſumptuoſum ac ſacrilegum eſt, proprias aut poetarum ſimilitudines tanquàm ſpiritualium ſimulacra interprætari, ſcribere aut prædicare.ar.5.ad $1^{m}$.

¶In ſacramentis res & verba coeunt in vnum ſignum, quia conſtituunt velut materia & forma vnum ſacramentum, quod

quod non niſi vnum ſignum eſt.ar.6.ad 2m.

¶Quando oratio habet perfectam ſignificationem ex proprietate vel accõmodatione vſus in cæteris loquutionib⁹, ſufficit ad ſacramenti perfectionem ſimilis oratio applicata ad materiam ſacramenti, nec eſt de neceſſitate ſacramenti illam orationem conſtitui ex communioribus verbis in aliqua lingua, ſed ſolum de neceſſitate præcepti eccleſiæ. articu.7.ad 2m.

¶Corruptio prolationis verborum in formis ſacramentorũ, nõ impedit ſacramẽti veritatẽ ſeu perfectionẽ.eo.ar.ad 3m.

¶Interruptio orationis quæ eſt forma ſacramenti non debet eſſe tanta ꝙ iuxta communem morem hominum continuitas ſoluatur ipſius orationis.ar.8.

AN ſolum de Adam intelligitur dicendũ literæ, ꝙ in ſtatu innocentiæ ſuperiora nullo modo dependebant ab inferioribus, & quòd anima quantum ad ſuperiorem partem non indiguiſſet accipere aliquid a corporalibus rebus ad ſui perfectionem.q.61.ar.2.

¶An filii innocentes indiguiſſent ſacramentis. Ibidem.

DE principali effectu ſacramentorum, qui eſt gratia diſtincta contra characterem.q.62.ar.1.

¶An ſacramentum ſit vere & ſecundum rem cauſa inſtrumẽtaliter agens ad gratiam. Ibidem ad Sco.

¶Non inconuenit ſacramentum cauſare in inſtãti, nec Deũ agere in tempore. Ibidem ad Sco.

¶An ſerra ſit effectiua cauſa inſtrumentalis. Ibidem ad Sco

¶Quid ſit effectus proprius baptiſmi.ar.2.

¶Gratia ſacramentalis diſtinguitur ſpẽ a gratia virtutum & donorum, non ſicut habitus ab habitu ſed ſicut gratuitum diuinum auxilium a gratuito habituali dono. Ibidem.

¶In ſacramentis nouæ legis eſt quædam virtus ſuperaddita, quæ quidem virtus nihil aliud eſt quàm motus quo inſtrumentum mouetur a principali agente ad proprium principalis agentis effectum inducendum.ar.4.

¶Duplex eſt motus quo inſtrumentum poteſt moueri, ſcilicet ſimplex & virtuoſus. Ibidem.

SACRAMENTA imprimere characterem, ex ſacra ſcriptura non habetur, ſed ex eccleſiæ authoritate non multũ antiqua.q.63.ar.1.

¶Quomodo valeat hæc conſequentia, Character ſacramentalis eſt deputatiuus hominis ad cultum conſiſtentem in recipiendo & tradendo, ergo eſt potentia.ar.2.

¶Sub quo genere generaliſſimo & in qua ſpecie ponatur character. Ibidem ad Sco. & Duran.

¶Quomodo valeat hæc literæ ratio, Si relatio characteris fundaretur immediate ſuper eſſentia animæ, conueniret naturaliter omni animæ. Ibidem ad Sco.

¶Quomodo valeat ratio literæ, probans quòd character non eſt habitus, quia omnis habitus eſt bonus vel malus. Ibidem. ad Sco.

¶An character ſit ſubiectiue in potentia animæ.articu.4.ad Sco. & Duran.

¶An character ſit in intellectu ad Sco.eo.ar.ad 3m.

¶Quomodo valeat ratio literæ probans characterem eſſe in intellectu, ſcilicet, quia diuinus cultus ad quem character diſponit, eſt quædam fidei proteſtatio per exteriora ſigna, ideo character eſt in intellectu in quo eſt fides. Ibidem.

¶Character non poteſt poni in alia potentia quàm intellectu vel voluntate. Ibidem.

¶Omnis ſanctificatio quæ fit per ſacerdotiũ Chriſti, eſt perpetuare conſecrata materia.ar.5.

AN interior gradus gratiæ compræhendatur ſub annexis effectui ſacramenti quæ per deuotionem miniſtri impetrari poſſunt recipienti ſacramentum.q.64.ar.1.

¶Quo pacto hæc ratio literæ valeat, Miniſtri eccleſię inſtrumentaliter operantur in ſacramentis, ergo poſſunt ſacramenta conferre, etiam ſi ſint mali.ar.5.

¶Debitum ſecundum decentiam ad opus operatum, eſt debitum ſecundum neceſſitatẽ ad opus operans miniſtri.a.6.

¶Iſta regula, Si affirmatio eſt cauſa affirmationis, & negatio negationis, tenet in ſolis cauſis propriis, eo.ar.ad 1m.

¶Actus prædicandi eſt de numero actuum cõſecratorũ. Ibid.

¶In duobus caſibus licet inducere indignum miniſtrum ad exhibitionem ſacramenti, eo.ar.ad 2m.

¶Ex indulto concilii Conſtan. licitum eſt ab excommunicatis miniſtris recipere ſacramẽta, niſi in duobus caſibus. Ibi.

¶An miniſter indignus in articulo neceſſitatis (quo laico licet baptizare) baptizans, excuſetur a peccato, eo.ar.ad 3m.

¶An Diu. Tho. in littera intendat excuſare ſacerdotem indignum in articulo neceſſitatis baptizantem, tam ſi baptizet cum ſolemnitate quàm ſine ſolẽnitate. Ibidem.

¶An huiuſmodi adminiſtratio ſacramenti ab indigno miniſtro ſit ex ſuo genere peccatum mortale. Ibidem.

¶An angeli poſſint adminiſtrare ſacramenta.ar.7.ad Sco.

¶An mentalis intentio miniſtri exigatur ad perfectionem ſacramenti.ar.8.

¶Conditio requiſita ad ſacramenta, non ſufficit quòd ſit ſecundum habitum, ſed oportet quòd ſit ſecundum virtutem, eo.ar.ad 3m.

¶Tripliciter dicitur quis aliquid intendere, ſcilicet actualiter virtualiter, & habitualiter. Ibidem.

¶An intentio iocoſa miniſtri, tollat veritatem ſacramenti. arti.10.ad 2m.

AN iuſtus (ideſt, ſine peccato mortali exiſtens) teneatur ſemel in anno confiteri.q.65.ar.2.ad 4m.

¶Quomodo extrema vnctio præparet ad Euchariſtiam. ar.3.

¶Quomodo fideles per confirmationem deputentur ad ſpeciale ſeruitium ſpectans ad officium principis. eo.a.ad 2m.

¶Quum ponitur ordo neceſſarius ſimpliciter ad ſalutem eccleſiæ, intelligit de eccleſia ſimpliciter & abſolute.ar.4.

QVOMODO iſte proceſſus valeat, Ibi pficitur ſacramẽtum, vbi perficitur ſanctificatio, ergo in aqua non perficitur ſacramentum, quia in illa non perficitur ſanctificatio. q.66.articu.1.

¶An mutatio nominum quo ad ſignatum in formis ſacramentorum, tollat veritatem ſacramenti, ita quòd in ſolis nominibus quæ ſunt in communi vſu perficiatur ſacramẽtum.ar.5.ad 7m.

¶Omiſſio nominis alicuius trium perſonarum tollit veritatem baptiſmi.ar.6.

¶An baptiſmus in nomine Chriſti aut Trinitatis celebrat⁹, valeat, Ibidem.

¶An trina immerſione intenta a miniſtro, ſi aliqua omittatur, ſit verus baptiſmus.ar.8.

¶Validæ ſunt rationes, S. Th. ex eo quòd in morte Chriſti baptizati ſumus, & quòd baptiſmus imprimit characterem, concludentis baptiſmum eſſe irreiterabile.ar.9.ad Sco.

QVOMODO verum ſit, prædicandi & baptizandi officium nõ conuenire diaconus.q.67.ar.1.

¶An baptizare extra neceſſitatis caſum eo mõ quo in neceſſitatis caſu licet, ſit peccatum mortale.ar.4.& 5.

¶Suppoſito quòd plures ſimul poſſint vnum baptizare vtroque abluente & dicente, Ego te baptizo, an etiam plures ſimul poſſint vnum baptizare vtroque abluente, & dicente, nos te baptizamus.ar.6.ad Duran. & Pe. de Pal.

¶An plures ſimul poſſint vnum baptizare, vno abluente & altero verba proferente, ita ꝙ vnitas miniſtri baptiſmi ex duobus perſonis partialiter concurrentibus integref. Ibid.

¶An Diu. Tho. ſufficienter diſcutiat formas quibus vti poſſent plures vnum baptizantes, ita quòd hanc quæſtionem diſcutiat non ſolum ſecũdum ritum Ro. eccleſiæ, ſed etiam ſecundum formam eccleſiæ Græcæ. Ibidem.

¶Quomodo fieri ſeu intelligi poſſit, duo agentia totalia q̃uis inſtrumentalia eiuſdem rationis, producere efficaciter ſimul vnum effectum, non perfectum magis quàm ſi ab vno eorum tantum produceretur, & hoc in ſubiecto capaci perfectoris effectus, & de effectu ſuſcipiente magis & minus. Ibidem.

¶Si baptizando plures non intercederet alia mutatio q̃ dicere baptizo vos, non videretur magna ad hoc neceſſitas exigi, eo.ar.ad 2m.

AN in caſu neceſſitatis, ad ſalutem puerorum ſufficiat baptiſmus in voto parentum.q.68.ar.1.& 2.

¶Qualiter debeat determinari temp⁹ dilatiõis baptiſmi.ar.3.

¶Sua peccata ex deuotione confitentes ante baptiſmum, nõ ſunt abſoluendi.ar.5.& 6.

¶An ex parte baptizati ita neceſſaria ſit intentio ſuſcipiendi ſacramentum baptiſmi, vt ſi illa deſit, baptiſmus nullus ſit.arti.7.

¶In hoc quòd eccleſia pro paruulis credit, intendit, & renunciat, eſt quædam accommodatio.ar.9.

¶Quomodo fides eccleſiæ proſit infanti qui baptizatur, eo. arti.ad 2m.

¶An filii Iudæorum ſeu aliorum infidelium poſſint ſeu debeant inuitis parentibus baptizari.ar.10.

¶An paruuli in maternis vteris periclitantes poſſint per ſacramentum baptiſmi in voto parentum ſuſceptum, ſaluari, arti.11.

QVARE aperire ianuam Regni cæleſtis, quum ſit per ſe primo effectus mortis Chriſti, attribuat ẽt baptiſmo.q.69.a.7.





¶Nullius authoritate conſtat Conſtantinum fuiſſe mundatum a lepra in baptiſmo.ar.8.argumen.3.

¶An recedente fictione baptizatus conſequatur remiſſionẽ peccatorum ex vi baptiſmi.ar.9.& 10.

¶Quomodo baptiſmus recedente fictione, incipiat valere ad ſalutem. Ibidem.

¶Character diuerſimode conſiderato baptiſmate tenet locũ & diſpoſitionis & formæ. Ibidem.

¶Fictio (quæ nihil aliud eſt quàm impeditio gratiæ) per pænitentiam delenda eſt ſimul cum peccatis cõmiſſis poſt baptiſmum, eo.ar.ad 2m.& 3m.

¶Aliud eſt dimidiam a Deo expectare veniam, & aliud variis mediis a Deo expectare veniam. Ibidem.

QVOMODO intelligatur ꝙ exorciſmus baptiſmalis aperit ſenſus, & ꝙ vnctio quæ fit in vertice baptizati, operatur conſeruationem gratiæ baptiſmalis.q.70.& 71.ar.3.

MIXTVM ex oleo & baptiſmo (quod chriſma vocatur) ẽ regularis materia confirmationis de neceſſitate præcepti & non de neceſſitate ſacramenti.q.72.ar.1.& 2.

¶An ſit de neceſſitate ſacramenti, materiam confirmationis eſſe conſecratam ab epiſcopo, ita quòd nec plenitudo apoſtolicæ poteſtatis poſſit diſpenſatiue ſubrogare ſimplicem ſacerdotem ad conſecrationem dictæ materię.ar.3.

¶An quicunque Chriſti contactus ſit ſanctificatiuus materiæ ſacramenti, an vero ſolus contactus in vſu conſtitutiuo ſacramenti. Ibidem.

¶Licet in antiquis iuribus non inueniantur expreſſæ omnes ſacramentorum formæ, in Concilio tamen Floren. omnes expreſſæ ſunt.ar.4.

¶An character ſit po^a^ pure paſſiua.ar.5.

¶Character confirmationis de neceſſitate præſupponit characterẽ baptiſmi, ſicut & ordo ſacer baptiſmum.ar.6.

¶Quando accedens ad ſacramentum cum peccato mortali, vel quia eius conſcientiam non habet, vel quia non perfecte contritus, gratiam ex ſacramento conſequatur in remiſſionem peccatorum, ita quòd virtute ſacri fiat de attrito contritus.ar.7.

¶An Epiſcopus ſit ita proprius miniſter confirmationis, ꝙ a non Epiſcopo facta nulla eſt, & tamen ex diſpenſatiõe apoſtolica non Epiſcopus poſſit illam conferre.ar.8.9.10.11.

QVVM dicitur, ſacramenti euchariſtiæ rem tantum eſſe gratiam ſuſcipientium aut vnitatem eccleſiæ, aut corpus Chriſti myſticũ, hæc omnia ſumũtur pro vno & eodem, ſcilicet gratia Dei.q.73.ar.1.ad 3m.

¶Sacramentum euchariſtiæ dicitur multa materialiter, quia partes eius ſe habent vt integrantes vnum proprium finẽ qui eſt refectio ſpiritualis.ar.2.

¶An ſacramentum euchariſtiæ ſit abſolute neceſſarium ad ſalutem.ar.3.

¶Habere rem ſacramenti euchariſtiæ per votum eccleſiæ, eſt ipſam habere per antecedens ſacramentum ſeu in ſui initio, quoniam ſacramentum baptiſmi initium eſt ſpiritualis vitæ. Ibidem.

AN ſi alicubi non inueniretur vinum, eſſet ſolus panis conſecrandus.q.74.ar.1.

¶Aliud eſt iudicium de præſentia & quantitate materiæ euchariſtiæ.ar.2.

¶Quum triticum ab omnibus ponatur propria materia panis ſacramentalis, an ex ſiligine, ſpelta, amydo, & paſta cruda poſſit confici panis conſecrabilis, & an ſolus panis aſſus ſit conſecrabilis.ar.3.

¶An Presbyter græcus in eccleſia græca, ritum græcum in cõſecrando ſeruare teneatur.ar.4.

¶Vua non eſt conſecrabilis.ar.5.

¶Falſum eſt ꝙ græci offerant calicem domini cum vino tantum, hoc enim Armeni non græci olim faciebant.ar.6.

¶An oporteat aquam ex qua fit panis pro ſacramento eſſe aquam veram & naturalem.ar.7.

¶An hæc propoſitio, Aliquid non poteſt eſſe vbi prius non erat, niſi vel per loci mutationem vel per alterius conuerſionẽ in ipſum, ſit vera, & bene applicetur ad eſſe in ſacramento.q.75. ar.2.ad Sco. & Duran.

¶In eccleſiaſticis myſteriis & naturalibus attenditur poſ'e vel impoſſibile ſecundum po^am^ ordinariam, Ibidem.

¶Quot ſimpliciter & abſolute loquendo interueniant in ſacramento euchariſtiæ mutationes. Ibidem.

¶Quomodo hæc ratio literæ valeat. Si ſubſtantia panis remaneret: non eſſet verum quod Chriſtus dixit, Hoc eſt corpus meum &c. ſed fuiſſet potius dicendũ, Hic eſt corp⁹ meũ Ibidem ad Sco. & Duran.

¶An ſi eſſet alia ſubſtantia ſub accidẽtibus panis quàm corporis Chriſti, contrariaretur venerationi euchariſtiæ. Ibidem ad Sco.

¶Soluitur ad Sco. tenentem, panem, quàmuis per accidens redigi in nihil.ar.3.ad 3m.

¶Duplex conuerſio. ſ. formal' & ſubſtantialis.ar.4.

¶An conuerſio panis in corpus Chriſti præexiſtens & manens ſecundum ſuum eſſe antiquum, ſit poſſibilis. Ibidem ad Sco.

¶An hæc ſit propria, quod erat panis, eſt corpus Chriſti. Ibi.

¶Ratio conuertibilitatis totius vnius rei in totam aliam rẽ, eſt communicatio earum in cõmuni natura entis cõis omnibus creaturis tm̃, eo.ar.ad 3m.

¶Quomodo intell'r modus conuertibilitatis totalis in litera poſitus. Ibidem.

¶Quomodo hæc ratio litteræ de conuertibilitate cuiuſque creaturæ in quãcunque aliam valeat, ſcilicet agens virtutis infinitæ quod habet actionẽ in totum ens, poteſt conuertere. &c. Ibidem ad Duran.

¶An forma ſubſtantialis panis conuertatur in animam Chriſti ſecundum quòd dat eſſe corporeum.ar.5.ad Sco.

AN hæc propoſitio ſit vera. Si aliqua duo ſunt realiter cõiuncta, vbicunque eſt vnum eorum, oportet & reliquum eſſe, q.76.ar.1.ad Duran.

¶Differentia inter modum ſubſtantiæ & modũ quantitatis in litera poſitos, eo.ar.ad 3m.

¶An per modũ ſbæ intelligatur in litera id quod cõiter dicitur, eſſe indiuiſibiliter. Ibidem.

¶An ſimpliciter neceſſario ſequatur, ſi corpus Chriſti habet partes & proprietates ſuas ſub modo ſacramentali, ꝙ hẽat eas ſub exiſtentia naturali.ar.2.ad Sco.

¶An non ſolum ſubſtantia corporis Chriſti, ſed etiam quantitas eius naturali concomitantia contineatur in hoc ſacramento.ar.3.

¶Chriſtum eſſe ſub hoſtia, eſt quoddam reſ'm.ar.6.

¶Vtrum corpus Chriſti ad motum hoſtiæ moueatur per accidens. Ibidem ad Sco. & Duran.

¶Subſtantia indiuidualis ſecundum materiam ſignatã quantitate percipitur a cogitatiua, ſubſtantia vero indiuidualis vt habet modum eſſendi puræ ſubſtantiæ, percipitur a ſolo intellectu.ar.7.

¶An intellectus tam angelicus, quàm animæ ſeparatæ q̃ etiã hominis beati poſſit naturaliter videre exiſtentiam corporis Chriſti in euchariſtia. Ibidem ad Sco.

¶An intellectus beatus per actum beatificum videat corpus Chriſti in euchariſtia. Ibidem ad Sco.

¶An corpus Chriſti ſecundum eſſe ſacramentale non videatur ab intellectu viatoris, nec ab intellectu angelico naturaliter, quia iſte modus eſſendi eſt pænitus ſupernaturalis, Ibidem ad Sco.

¶Qua adoratione adorandus ſit ſanguis aliquando miraculoſe in calice apparens.ar.8.

DVAE opiniones de modo eſſendi accidentium euchariſtiæ ſine ſubiecto.q.77.tribus primis ar.

¶Tres opiniones de modo quo in inſtanti generationis nouæ ſubæ ex ſpeciebus ſacramentalibus, ſit materia.ar.5.

¶An in rareſactione ſpecierum ſacramentalium, noua illa quantitatis particula quæ per rareſactionem fit, ſit naturaliter a naturali agente. Ibidem ad Sco.

¶An ſola verba conſecrationis prolata a ſacerdote conficiant ſacramentum euchariſtiæ, prætermiſſis aliis quæ in Canone miſſæ continentur, eo.ar.ad 4m.

¶Quid ſit virtus ſacramentalis inexiſtens verbis ſacramentalibus.ar.4.

¶De veritate & conſignificatione huius orationis ſacramentalis, Hoc eſt corpus meum, & de demonſtratione quam in ea exercet, li Hoc.ar.5.

DE tpe, modo & ſubiecto ſex effectuũ euchariſtiæ.q.70.ar.1.

¶Sumẽs euchariſtiã poteſt eſſe ita diſpoſitus, ꝙ nec ſequatur uitam gratiæ, nec de nouo mortaliter peccet ſumẽdo. Ibid.

¶Dominus quum dicit, niſi manducaueritis carnem filii hominis &c. loquitur de manducatione ſpirituali in uoto ſeu in habitu, eo.ar.ad 1m,

¶An differentia inter ſuſcipientem baptiſmum & ſuſcipientem Euchariſtiam, quo ad hoc quod eſt eſſe vel non eſſe in peccato mortali, ſit vera, ar.3.ad 1m.

¶Oblatio Euchariſtiæ ex ſui quantitate ſufficit ad ſatisfaciendum pro omni pęna, fit autem ſatisfactoria offerentibus vel pro quibus offertur ſecundum quantitatem ſuæ deuotionis.ar.5.

¶ An ſacrilegium indigne communicantium ſit grauius peccatū omnibus peccatis quæ ſunt cōtra puras creaturas.a.5.
¶ An occultis peccatoribus petentibus deneganda ſit communio.ar.6.
¶ Iudicium diſcretionis requiſitæ ad communionem in pueris, debet a parentibus & confeſſore fieri.ar.9.ad vl.
¶ An expediat quotidie celebrare.ar.10.
¶ Qualiter intelligatur, ꝙ fruſtra eſſet votum niſi impleretur quando opportunitas adeſſet.ar.11.
An communio popularis ſub vtraque ſpecie ſit licita.ar.12.
¶ An communio ſub vtraque ſpecie ſit in præcepto. Ibidem.
¶ An communio ſub vtraque ſpecie ſit neceſſaria oībus, comprehendendo etiam infantes. Ibidem.
¶ An dicta communio ſit neceſſaria omnibus adultis. Item an ſit neceſſaria omnibus ſacerdotibus. Item an ſit neceſſaria omnibus conficientibus. Ibidem.
¶ An vtilius ſit ſumere Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie, q̃ ſub ſpecie panis tantum. Ibidem.
¶ Sacramenta nouæ legis poſſunt conſiderari vt cauſę & vt ſigna, ibidem.
¶ An expediat eccleſiæ Chriſti ꝙ populus cōicet ſub vtraq; ſpecie. Ibidem.
REPVLSIO cuiuſdam Scoti chimerę, negātis, quòd corpus Chriſti ſub ſacramento annihilatum fuiſſet, ſi in propria ſpecie annihilatum fuiſſet, cōcedentis autem ꝙ in triduo corpus Chriſti ſub ſacramento fuiſſet mortuum, quia in ꝓpria ſpē fuit mortuū.q.81.ar.4.vide ſuperius.q.76.a.2.
AN plures ſacerdotes eandem hoſtiam conſecrare poſſint. Item an noui ſacerdotes concelebrent Epiſcopo, dicendo ſiꝰ cum ipſo conſecrationis verba. Item an conſecratus Epiſcopus debeat Pōtifici celebranti cōcelebrare.q.82.a.2.
¶ An Miſſa mali ſacerdotis ſit tanti meriti quanti eſt Miſſa boni.arti.6.
¶ In concilio Conſtantien. conceſſum eſt omnibus Chriſti fidelibus communicare cum excommunicatis in duobus caſibus.ar.9.
¶ An ſacerdoti liceat totaliter a celebratione abſtinere.
DE virtute altaris, eccleſiæ & aliorum inanimatorum conſecratorum.q.83.ar.3.
AN ſacramentum pænitentiæ habeat materiam ex qua conſtituatur.q.84.ar.1.& 2.ad Sco.
¶ An res ſacramenti pænitentiæ ſit interior pænitentia, an ornatus aliquis. Ibidem.
¶ An totum ſacramentum pænitentiæ (compoſitum ſcilicet ex materia & forma) cauſet remisſionem peccatorum ratione vtriuſque partis. Ibidem.
¶ Licet forma abſolutionis conſiſtat in his duobus verbis, ſcilicet abſoluo te, ſiquis tamen aliis verbis vteretur (puta remitto tibi peccata) ſacramentum eſſet perfectum.ar.3.
¶ An pænitentia ſit de iure naturali quo ad dolorem & doloris remedium & aliquid ſignum doloris.ar.7.
¶ Diſplicere poteſt ſumi contrarie & negatiue.ar.8.& 9.
AN pænitentia virtus ſit vere & proprie vna ſpālis virtus diſtincta a cæteris virtutibus.q.85.ar.2.
¶ An actus pænitētiæ contineatur ſub conmutatiua iuſtitia. Item an ſiſtat in cōmutatiua iuſtitia. Item an reddat æquale ſimpliciter, vel ſecundum acceptationem Dei tantum.ar.3.ad Sco.& Duran.
¶ An pænitentia ſit virtus acquiſita.ar.6.ad Sco. & Duran.
AN offenſa directe opponatur gratiæ.q.86.ar.2.
¶ An ad omnem remisſionem peccatorum actualium requiratur actualis immutatio voluntatis.eo.ar.ad 1m.
¶ Quomodo intelligatur quòd remiſſo peccato mortali, remaneat inordīata cōuerſio ad cōmutabile bonū.a.4.ad 1m.
¶ An remisſio culpæ ſit effectus pænitentiæ vt eſt actus virtuoſus.ar.6.
AN ad remisſionem peccati mortalis, requiratur vt homo actualiter ſingula mortalia deteſtetur.q.87.ar.1.
An virtualis diſplicentia ſufficiat ad remisſionem peccati mortalis. Ibidem.
An veniale peccatū opponatur feruori charitatis. Ad Duran. eo.arti.ad 3m.
¶ Quis ſit ille feruor charitatis in hac vita, qui non compatitur ſecum veniale. Ibidem.
¶ An quandocunque gratia infunditur, peccata venialia remittantur.ar.2.
¶ An aliqua culpa a Deo remittatur ſine gratia.ar.4.
AN ſecundo peccans, ex hoc ipſo grauius peccet quàm prius peccauerit.q.88.ar.1.ad 1m.
¶ Ingratitudo quantificatur ex beneficio.ar.3.
DE irregularitate homicidii ex defenſione cōmiſſi.q.89.a.3.
AN contritio, confesſio & ſatisfactio ſint partes ſacramenti pænitentiæ.q.9.ar.1.ad Sco.& Duran.
¶ An contritio ſecundum eſſentiam ſit pars ſaramenti.arti.2.ad Sco.& Duran.
¶ Satisfactio ſacramentalis ex hoc ipſo quòd eſt pars ſacramenti, auget gratiam.eo.ar.ad 2m.
¶ Ax ſacramentum pęnitentiæ ſine ſatisfactione ſit verum ſacramentum. Ibidem ad Duran.

FINIS.



# TERTIA PARS SVMMAE THEOLOGIAE ANGELICI DOCTORIS S. THOMAE AQVINATIS

*Cum commentariis*

## REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS D. D. THOMAE DE VIO, CAIETANI,

Ordinis Prædicatorum S. R. E. tituli S. Siſti Presbyteri Cardinalis, artium, & ſacræ Theologiæ Doctoris celeberrimi,

QVIA Saluator noſter &c. Debitum D.Tho.famulatum perſoluere cupiens, expeditis cōmentationibus triū librorū ſuæ ſummæ, ad vltimū me confero, expoſiturus textum multarū qōnum ſecundū modum in cōmentarijs 1.lib.inchoatū (vt petentibus hoc, morem geram) adducturus qđ rōnis fideiq; lumini conſonū apparebit, firmando ſemper rōne aut auctoritate oēm ſentētiam, vt nullus meę auctoritati reſeruetur locus. Diuiditur igitur præſens liber (vt in illius apparet principio) in partes tres prīcipales: quarū prima de dño noſtro Ieſu Chriſto vſque ad q.60. protenditur: ſecunda vero de ſacramentis inde inchoans, imperfecta relicta eſt ob immaturam doctoris mortem: tertia aūt de immortali vita reſurgentiū, omnino deficit. Nos autē ſi eius ope Deus dederit, quaſdā adiungemus qōnes circa vtilia ad animarū ſalutē, quæ opportunæ apparebunt, ne repetere aliorū dicta cōtingat. Prima autē pars de Ieſu Chro, in ſex partes diſtinguit: prima de vnione filij Dei & humanæ naturę vſque ad 15.q. incluſiue: ſecūda de his quæ conſequuntur vnionem, a 16.vſq; ad 26. tertia de ingreſſu Saluatoris in mundū, a 27. vſque ad 39. quarta de progreſſu Saluatoris in hoc mundo, a 40.vſq; ad 45. quinta de exitu Saluatoris ex hoc mundo, a 46.vſq; ad 52. ſexta demū de exaltatione Saluatoris poſt hāc vitā, a 53.vſq; ad 59.tractat. Scđa deīde prīcipalis pars de ſacris in octo diſtinguitur partes, quarum prima de ſacris in cōi, reliquæ ſeptē de ſingulis ſeptē ſacris ſigillatim tractant.

B

### PROLOGVS.

QVIA ſaluator noſter dominus Ieſus Chriſtus, teſte angelo, populum ſuum ſaluū faciens a peccatis eorum, viam veritatis nobis in ſeipſo demonſtrauit, per quam ad beatitudinem immortalis vitæ reſurgendo peruenire poſſimus, neceſſe eſt, vt ad conſumationē totius theologici negotij, poſt conſiderationem vltimi finis humanæ vitæ, & virtutum ac vitiorum, de ipſo omnium Saluatore, ac beneficijs eius humano generi præſtitis, noſtra conſideratio ſubſequatur. Circa quam primo cōſiderandum occurrit de ipſo Saluatore. Secundo, de ſacramentis eius, quibus ſalutem conſequimur. Tertio, de fine immortalis vitæ, ad quam per ipſum reſurgendo peruenimus. Circa primum duplex cōſideratio occurrit. Prima eſt, de ipſo incarnationis myſterio, ſm ꝙ Deus ꝓ noſtra ſalute factꝰ eſt hō. Scđa de his, quæ ꝑ ipſum Saluatorē noſtrum.i. Deū incarnatū ſunt acta & paſſa.

### QVAESTIO PRIMA.

*De conuenientia incarnationis, in ſex articulos diuiſa.*

CIRCA primum tria conſideranda occurrunt. Primo quidem, de conuenientia incarnationis Chriſti. Secundo, de modo vnionis verbi incarnati. Tertio, de his, quæ conſequuntur ad hanc vnionem.

Circa primum quærūtur ſex.

¶ Primo, Vtrum conueniens fuerit Deum incarnari.
C ¶ Secūdo, Vtrū fuerit neceſſariū ad reparationem generis humani.
¶ Tertio, Vtrum, ſi non fuiſſet peccatū, ſeu homo peccator, Deus incarnatus fuiſſet.
¶ Quarto, Vtrū principalius ſit incarnatus ad tollendum originale peccatum, quàm actuale.
¶ Quinto, Vtrū conueniens fuerit Deū incarnari a prīcipio mūdi.
¶ Sexto, Vtrū eius incarnatio differri debuerit vſq; in finē mundi.

D

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrū conueniens fuerit Deū incarnari.*

AD PRIMVM ſic ꝓcedit. Vr ꝙ nō fuerit cōueniēs, Deū incarnari. Cū.n. Deus ab æterno ſit ipſa eſſentia bonitatis, ſic optimū eſt ipſum eſſe ſicut ab æterno fuit: ſed Deus ab æterno fuit abſq; oī carne. ergo conuenientiſſimū eſt, ipſum non eſſe carni vnitū. Nō ergo
E fuit conueniens, Deum incarnari.
¶ 2 Præt. Quæ ſunt in infinitum diſtātia, inconuenienter iunguntur: ſicut inconueniens iunctura eſſet, ſi quis pingeret imaginem, in qua humano capiti ceruix iungeretur

¶ *Super Quæſtionis primæ Articulum primum.*

IN titulo 1.artic.1. quæſt. nota duos terminos, ſcilicet ly, incarnari, & ly, conueniens. Nam ly incarnari plus ſignificat quàm exprimat: explicat ſiquidem nihil aliud, quàm carnem aſſumere, vel carnē fieri: ſignificat autē hominem fieri etiā ſecundum carnem: ita quòd caro vt infimus terminꝰ quicquid nobilius eſt in homine, concludit: & vt ſic denominat naturam humanam integram: nam ſi Deꝰ vſq; adeo ſemet ipſum exinaniuit, vt conuenienter caro fieret humana, multo magis conueniens eſt, quòd ſit factus homo ſecūdum animam & humanitatem integram. Merito autem theologi hanc diuinam exinanitionē vocabulo incarnationis ſignificant: quia Ioannes Euangeliſta propter dictā rationem eodem docuit vocabulo, dicens, Et verbum caro factū eſt. Ly, conueniens cū ſe habeat ad poſſibile, vt minus commune ad magis cōmune, claudit in ſe poſſibile, & addit ſuper illud: omne ſiquidem cōueniens eſt poſſibile, ſed non econtra, ut patet de mōſtris. eſt enim monſtrum poſſibile, ſed non eſt conueniens. cum concluſum igitur fuerit, quòd Deū incarnari eſt cōueniens, monſtratum erit ſimul, ꝙ eſt poſſibile. Rurſus ſi perſpexerit quòd ly, conueniens, abſque quacumque determinatione in hoc titulo ponitur (dum non apponitur aliqua limitatio, puta, ad hoc uel illud, ſecundum hanc uel illam rationē, aut aliquid huiuſmodi) uidebis ꝙ quæſtio præ-

3.di.1.q.1. art.2. Et 1. cō. c.40.49 53.54.& 55 Et op.2.c. 5.& 6.& op. 3.c.207.& 208.

ſens de conuenientia incarnationis non ad hunc vel illum finẽ aut effectum, ſed abſolute eſt: & ppẽa ex proprijs Dei & incarnationis abſolute decidenda eſt quæſtio iſta. Cuius ſenſus eſt, an Deum fieri hoĩem, ẽt ſecundum carnem fuerit conueniens.

¶ In eodem tituli 1. ar. dubium occurrit: quia auctor videtur incœpiſſe ſaltando. nã ante iſtum articulũ debebat inquiri, an Deum incarnari ſit poſſibile: tum quia iſta quõ nõ debet indiſcuſſa relinqui, ſed in proprio loco tractari: conſtat autem poſſibile eſſe naturaliter prius, q̃ conueniens, cum ſit cõmunius, & innata ſit nobis via ex cõioribus procedendi, vt dicitur in 1. Phyſ. tum quia auctor ipſe nõ ſolus in principio 3. ſent. inchoati a poſſibilitate. cur ergo nõ inde incępit in hoc opere?

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ quia nulla ſciẽtia probat ſuum ſubiectum, ſed ſupponit illud, vt patet in 1. Poſt. & huius libri ſubiectum proprium eſt Ieſus Chriſtus, hoc eſt Deus incarnatus: ideo ars ipſa exegit, vt non quæreretur hic, an poſſibile ſit Deum incarnari: hoc.n. eſſet librum iſtũ non præſupponere Deum incarnatum. Nec tamen omnino indiſcuſſa dubitatio hæc relicta eſt: H ſed tractando conuenientiam incarnationis ex naturis extremorum, ſ. Dei, & humanæ naturæ (vt in hac litera fit) excluditur impoſſibilitas incarnationis, & manifeſtatur ſimul, vt dictum eſt conuenientia eiuſdem: ita ꝙ ſub titulo conuenientiæ ſatiſfactũ eſt, & materiæ de poſſibilitate incarnationis, & arti procedendi. Quòd autem in 3. ſent. auctor inchoauerit a poſſibilitate, non obſtat propoſito: quia in illo opere non erat ipſe ordinator doctrinæ, ſed vt commentator quæſtiones emergentes mouebat, hic autem ipſe auctor eſt ordinis doctrinæ: & ideo artificioſe procedens ſupponit Deum incarnatum, & quærit de illius conuenientia.

¶ In corpore eiuſdem 1. art. vnica eſt concluſio rñſiua quæſito. Conueniens fuit Deum incarnari. Probatur, Vnicuiq; rei conueniens eſt, quicquid competit illi ſecundum rationem ſuæ naturæ. ergo Deo conueniens eſt quicquid pertinet ad rationẽ boni. ergo Deo cõueniens eſt ſummo modo ſe cõicare creaturæ. I ergo conueniens fuit Deũ incarnari. Antecedens manifeſtatur ex hoc, ꝙ ratiocinari conuenit homini: quia ſecundum rõnem ſuæ rationalis naturæ competit. Prima vero cõſequentia probatur: quia ipſa natura Dei eſt eſſentia bonitatis, vt Dion. dicit. Secunda aũt conſequentia probatur: quia ad rationem ſummi boni ſpectat ſummo modo ſe cõicare creaturæ. Quod ꝓbatur: quia ad rationem boni ſpectat ſe cõicare alijs. Tertia denique conſequentia probatur: quia hoc, qđ eſt ſummum bonum, ſeu Deum ſummo modo ſe communicare creaturæ, maxime fit per hoc, ꝙ naturam creatam ſic ſibi cõiungit, vt ex Verbo, anima, & carne, vna fiat pſona, vt Aug. dicit. Hic eſt planus ꝓceſſus lrę.

¶ In antecedente huius proceſſus hoc ſolum notandum occurrit, quòd propter ſui claritatem in litera manifeſtatur in vna ſola natura, cum potuiſſet inductiue manifeſtari in omnibus: ſat enim fuit inchoaſſe inductionem in re tam manifeſta.

¶ In primo conſequente. ſ. Deo conueniens eſt quicquid pertinet ad rationẽ boni, memento diſtinguere quod aliud eſt loqui de ratione boni, & aliud de ratione talis boni, puta, angelici, cæleſtis, humani, leonini & aliorum ſpecialium bonorum. Multa namq; ſunt, quæ ſpectant ad rationem talis boni, quæ non ſpectant ad rõnem boni abſolute: latrare ſiquidem ad bonitatem canis, ratiocinari ad bonitatem hoĩs, moueri ad bonitatem cæli, & ſic de alijs proprijs bonis creaturarũ ſpectant: & tñ nihil horum ſpectat ad rationem boni ſimpliciter, & propterea nihil horum conuenit Deo; ſed quicquid pertinet ad rõnẽ boni non limitati ad hanc vel illã naturã creatã, ſed abſolute cõſiderati, totũ cõueniẽs ẽ attribuere Deo: qa natura Dei ẽ ipſa bonitas.

¶ Circa ſecundæ conſequentiæ. ſ. ergo Deo cõueniens eſt ſummo modo ſe communicare creaturæ probationem, ſ. quia ad rationem boni pertinet, vt ſe alijs communicet &c. dubium primo occurrit: quia communicare ſe alijs, nullam perfectionem importat: alioquin Deo ab æterno, dum ſe non communicauit alijs defuiſſet aliqua perfectio, quod eſt impoſſibile: quod autẽ F nullam perfectionem importat, nõ ſpectat ad rationem boni, cui nihil præter aut extra boni latitudinem conuenire fas eſt. non recte igiť aſſumiť, ꝙ cõicare ſe alijs ptinet ad rõnẽ boni.

¶ Circa eiuſdem ſequelæ probationem eandem dubium ſecundo occurrit: quia inefficax inuenitur, qm̃ tranſitur ex naturali conditione boni ad voluntariam boni cõditionem. Quod non licere patet ex eo, quòd voluntaria libere a bono ꝓcedunt: non.n. inferuntur ex naturalibus, vtpote neceſſarijs & alterius ordinis. nõ ergo ex quacumq; Dei naturali cõditione poteſt efficaciter inferri aliquod opus ipſius liberum, vt patet. Manifeſtatur aũt, hunc errorem in hoc paſſu interuenire: quia ex ſpectantibus ad rationem boni infertur ſummum bonum, ac per hoc Deum communicare ſeipſum creaturæ. Conſtat enim quòd pertinentia ad rationem boni conueniunt ipſi bono & Deo naturaliter, & ꝙ cõmunicare ſeipſum conuenit Deo ſummo bono libere: nõ recte igitur ꝓceſſum eſt in litera.

¶ Ad primum dubium dicitur, ꝙ licet poſſet diſtingui cõicare ſe alijs ſecundum quòd importat actionem, quæ eſt perfectio agentis in actu (quæ in Deo eſt ſua ſubſtantia) & ſecundum ꝙ importat illationem effectus ad extra, vt in 1. lib. patuit: quia tñ non oportet in propoſito ad hæc recurrere, ſcito ꝙ falſum ſimpliciter eſt, quòd communicare ſe alijs non importat perfectionẽ, & probatio eius non valet ex eo, quòd non ponit perfectionem in communicante, inferens ergo non importat perfectionẽ; ſtat. n. quòd importet perfectionem, & non in cõmunicante, ſed in illis, quibus communicatur. Et vere ſic eſt: nam bonum cõicare ſeipſum alijs, dato quòd nullam addat perfectionem bono cõicanti ſeipſum: neceſſario tamen perfectionẽ ponit in illis alijs, quibus ſeipſum communicat, & ad naturã boni ſpectat communicare ſeipſum alijs, non vt ipſum cõmunicans ſit melius, ſed vt alia bonificentur per ipſum, & propterea ratio literæ verum aſſumit, & optime procedit ad intentũ.

¶ Ad ſecundum dubium dicitur, ꝙ cum bonum ſit vnũ tranſcendentium & cõprehendat ſub ſe non ſolũ bonum ſecundũ eſſe naturæ, ſed ẽt bonam voluntatem ac per hoc abſtrahat ab vtroque eſſendi & cauſandi modo. ſ. per modum naturæ vel voluntatis: cõſequens eſt ꝙ id, quod pertinere dicitur ad rõnem boni, non minus q̃ ipſum bonũ & illius ratio abſtrahat a modo naturæ vel libertatis, ac per hoc cõicare ſeipſum pertinere ad boni rationẽ, intelligendũ eſt non determinate per modum naturæ, aut libere, ſed cõiter & indeterminate, vt in unoquoq; verificetur ſecundum illius modum. vnde & in litera non concluditur aliquis dictorum modorum cõmunicandi ſe: ſed abſolute ꝙ communicare ſeipſum creaturæ ſupremo modo (ſiue hoc fiat naturaliter, ſiue libere nõ exprimendo) ſpectat ad ſummum bonum ea rõne, quia ſi bono conuenit communicare ſe, conſequens eſt, ꝙ magis bono conuenit magis communicare ſe: & conſequenter ſummo bono conuenit ſumme communicare ſe. vnde patet, quòd non infertur voluntarium, ex naturali: ſed commune ex communi.

K ¶ In tertia cõſequentia memento primo formalr̃ intelligere terminos, diſtinguẽdo de creatura vel de creatura tali, puta, hoĩe, angelo vel cælo &c. nã nõ eſt hic ſermo de creatura tali, ſed de creatura abſolute, cũ aſſumit̃, ꝙ ſummo bono cõuenit ſũmo mõ ſe cõicare creaturę. Notate tecto verba, & ſignate myſteria: ex ſummo mõ cõicare ſe creaturæ, infertur incarnationis conuenientia. Tribus nãq; modis pluſquàm genere diuerſis Deus qui eſt ipſum ſummũ bonum, intelligi poteſt cõicare ſeipſum creaturæ. Primo, quaſi naturaliter communicando ſeipſum, & ſic communicauit ſeipſum uniuerſo, creando & conſeruando libere uniuerſum. Secundo, ſupernaturaliter communicando ſeipſum, & ſic communicauit ſeipſum uniuerſo eleuando omnes intellectuales & rationales ſubſtantias in conſortium diuinæ naturæ per gratiam: cuius non ſolum capaces gratuita benignitate effecit: ſed etiam actualiter participes ab initio, ut in 2. lib. auctor ex Auguſtini auctoritate deduxit. Eſt autem inter hos duos modos tanta diſtantia, ꝙ iuxta primũ modũ diſtributæ

equina: ſed Deus & caro in infinitum diſtant, cum Deus ſit ſimpliciſſimus, caro autem maxime compoſita, & præcipue humana. ergo incõueniens fuit, quòd Deus carni vniretur humanæ.

¶ 3 Præt. Sic diſtat corpus a ſummo ſpiritu, ſicut malitia a ſumma bonitate: ſed omnino inconueniens eſſet, quòd Deus, qui eſt ſumma bonitas, malitiam aſſumeret. ergo non fuit conueniens, quòd ſummus ſpiritus increatus corpus aſſumeret.

¶ 4 Præt. Inconueniens eſt, vt qui excedit magna, contineatur in minimo, & cui imminet cura magnorum, ad parua ſe transferat: ſed Deum, qui totius mundi curam gerit, tota rerum vniuerſitas capere non ſufficit. ergo videtur inconueniens, quòd intra corpuſculũ vagientis infantiæ lateat, cui parum putatur vniuerſitas, & G tandiu a ſedibus ſuis abſit ille regnator, atque ad vnum corpuſculum totius mundi cura transferatur, vt Voluſianus ſcribit ad Auguſt.†

Epiſt. 2. poſt medium illius tom. 1 inter opera Aug.

SED CONTRA, Illud videtur eſſe conuenientiſſimum, vt per viſibilia monſtrẽtur inuiſibilia Dei: ad hoc enim totus mundus eſt fa-



butæ ſunt participationes, imitationes atque ſimilitudines Dei, ſic vt conſtituerentur illis ſubſtantiæ rerum quas naturas entium dicimus, cum ſuis conditionibus naturalibus. Deus autem ipſe extra & ſupra totum vniuerſum in ſibi ſoli propria excellentiſſima natura remanet ſolus in ſuiipſius fruitione beatus. Iuxta ſecundum autem modum naturæ ſuę propria Deus communicauit creaturæ, ſcilicet videre Deum, frui Deo viſo per eſſentiam, eſſe conſortem diuinæ naturæ per gratiam inchoatiue, & per gloriam conſumate. Quæ quia nõ poſſunt ſic communicari, vt naturalia aut cõnaturalia ſint creaturæ, ideo ſupernaturaliter, ac ex ſuperabundantiore gratia Deus, quod ſibi ſoli ex naturali ordine remãſerat proprium, cõmune fecit creaturæ, vt corregnaret cum illo beata in illius quoque viſione ac fruitione: ita quod Dei communio, quæ impoſſibilis eſt naturali ordine, conceſſa eſt ſecundum ſupernaturalem ordinẽ gratiæ. Tam excellentiſſimus autem eſt amor ſummi boni erga creaturam, vt non ſat fuerit illi communicare ſe ſecundum naturalem ordinem creaturæ, creãdo vniuerſum, nec etiam ſat fuerit eidem communicare ſe creaturę ſecundum ordinem gratiæ eleuando ipſam ad conſortium diuinæ naturæ: ſed ad id vnum quod reliquum erat & inexcogitabile, eleuauit creaturam ad perſonalitatem, ſcilicet diuinam, quod ad tertium & ſupremum modum communicandi ſe ſpectat: ſecundum ſiquidem hunc tertium modum communicat ſe Deus creaturæ, non tribuendo illi ſimilitudinem, aut donum aliquod creatum naturalis, vel ſupernaturalis ordinis: ſed propriam perſonam ſecundum ſuam propriam ſubſiſtentiam, quam in ſemetipſa habet communicat creaturæ, ſicque ſibi Deo & creatæ naturæ communem perſonam facit, vt creatura, hoc eſt homo ſit ſecundum rem verbum Dei, quod eſt Deus. hic proculdubio eſt ſummus modus, quo ſummum bonum communicare ſe poteſt creaturæ: non eſt enim intelligibilis maior modus, quo poſſit communicari Deus creaturæ. Hoc autem modo Deum communicaſſe ſe creaturæ, & non ſolum creaturæ tali, A ex hoc quòd incarnatus eſt, ex eo patet, quòd incarnatio eſt eleuatio totius vniuerſi in diuinam perſonam. nam ſi pure ſpiritualis natura, vt eſt angelica, aſſumpta fuiſſet, creatura corporea eleuata non fuiſſet: & ſimiliter ſi cæleſtis natura fuiſſet aſſumpta, ſenſitiua, vegetatiuaque creatura, non fuiſſet huius eleuationis particeps: & ſimiliter, ſi ſolam corpoream quamcumque naturam aut vegetatiuam, aut ſenſitiuam aſſumpſiſſet, intellectualis natura eleuata non fuiſſet. Aſſumendo autem naturam humanam, quod ſignificatur per incarnationem, totius vniuerſi natura eleuata eſt ad diuinã perſonam: ita quòd Deus vere creaturæ abſolute ſe ſummo modo communicauit: quia toti vniuerſo ſe ſummo modo communicauit, dum incarnatus eſt: quia, vt in litera ex Auguſt. dicitur, ſic oĩa coeunt in vnam perſonam caro, anima intellectiua, & verbum Dei: hæc enim ideo auctor attulit ad ꝓbandam vltimã ſequelã: quia per hæc ſignificatur totum vniuerſum, ac per hoc cõmunio Dei ad creaturam abſolute. habes ergo hĩc potiſſimam rationẽ incarnatiõis ex bonitate diuina erga vniuerſum, ſi potiſſima ratio eſt, quo ex cõmuniſſimo bono, vtpote maxime diuino ſumit̃, quæ Dominus docuit Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.

¶ In reſponſione ad primum eiuſdẽ articuli primi, nota duplicem modum loquendi de incarnatione, vel dicendo, Deus vniuit ſe creaturæ, uel dicendo, Deꝰ vniuit creaturam ſibi, uterque ſanꝰ & catholicus, & ideo vterque in litera ponitur: ſed ſecundus melior, quia formalis, & iõ in litera primus corrigitur quodammodo per ſecundum. Et ratio eſt: quia ſecundus modus dicendi mutabilitatem ſignificat in creatura, tamquàm rem allatam ad Deum, & Deum ſignificat ut terminum, ac per hoc Deus ſignificatur ut immutatus: terminus enim abſque ſui mutatione terminare poteſt. In primo autem modo ſignificatur econtra, quantum eſt ex modo dicendi, nõ quo ad rem dictam. Melius eſt ergo vti ſecundo modo loquendi, & dicere, Deus uniuit creaturam ſibi.

¶ In rñſione ad ſecundũ eiuſdẽ art. nota, in litera haberi nega-

Lib. 3. Orthod. fid. c. 1. in med. illius.

ctus, vt patet per illud Apoſt. Roma. 1. Inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur: ſed ſicut Damaſ. dicit in principio 3. lib.* per incarnationis myſterium mõſtratur ſimul bonitas, & ſapientia, & iuſtitia & potentia Dei vel virtus. Bonitas quidem, quoniã non deſpexit proprij plaſ- B matis infirmitatem: iuſtitia vero, quoniam homine victo non alio quàm homine fecit vinci tyrannũ, neque vi eripuit ex morte hominem: ſapientia vero, quoniam inuenit difficillimi pretij decentiſſimam ſolutionem: potentia vero ſiue virtus infinita, quia nihil eſt maius, q̃ Deũ fieri hominem. ergo conueniens fuit Deum incarnari.

3 di. 1. q. 1. art. 3. ad 3. & q. 2. ar. 2. ad 1. Et d. 4 q. 1. ar. 1. q. 3. c. & a. 12.

RESPON. Dicendum, quòd vnicuique rei cõueniens eſt illud, quod competit ſibi ſecundum rationem propriæ naturæ: ſicut homini conueniens eſt ratiocinari, quia hoc cõuenit ſibi, inquantum eſt rationalis ſecundum naturam ſuam. Ipſa autem natura Dei eſt eſſentia bonitatis, vt patet p Dionyſium. 1. cap. de diui. nomi.† Vnde quicquid pertinet ad rationem boni, cõueniens eſt Deo: pertinet aũt ad rationẽ boni, ut ſe aliis communicet, ut patet per Dionyſ. 4. c. de diuinis no.* Vnde ad rationem ſummi boni pertinet, quòd ſummo modo ſe creaturæ communicet, quod quidem maxime fit per hoc quòd naturam creatam ſic ſibi coniungit, vt vna perſona fiat ex tribus, verbo, anima, & carne, ſicut dicit Auguſt. 13.† de Trini. Vnde manifeſtum eſt, quòd conueniens fuit Deum incarnari.

†ca. 1. a medio illius.

*cap. 4. circa princip.

Li. 13. c. 17 non procul a prin. to. 3

Inf. q. 2. ar. 1. Et 3. di. 1 q. 1. ar. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd incarnationis myſteriũ non eſt impletum per hoc, quòd Deus ſit aliquo modo a ſuo ſtatu immutatus, in quo ab æterno fuit: ſed E per hoc, quòd nouo modo ſe creaturæ vniuit, vel potius eam ſibi. Eſt autem conueniens vt creatura, quæ ſecundum rationem ſui mutabilis eſt, non ſemper eodem modo ſe habeat. & ideo ſicut creatura incœpit eſſe, cum prius non eſſet: ita conuenienter cum prius non eſſet vnita Deo in perſona, poſtmodum ei fuit vnita.

AD 2m dicendum, quòd vniri Deo in vnitate perſonę, non fuit conueniens carni humanæ ſecundum cõditionem ſuæ naturæ: quia hoc erat ſupra dignitatem ipſius: conueniens tamen fuit Deo ſecundum infinitam excellentiam bonitatis eius, vt ſibi eam vniret pro ſalute humana.

AD 3m dicendum, quòd quælibet alia conditio, ſecundum quã creatura quæcumq; differt a creatore, a Dei ſapientia eſt inſtituta, & ad Dei bonitatẽ ordinata. Deus enim propter ſuam bonitatem, cũ ſit increatus, immobilis & incor- C poreus, produxit creaturas mobiles & corporeas. Et ſimiliter malum pœnæ a Dei iuſtitia eſt introductum propter gloriam Dei: malum vero culpæ committitur per receſſum ab arte diuinæ ſapientiæ, & ab ordine diuinæ bonitatis. & iõ Deo conueniens eſſe potuit aſſumere naturam creatam, mutabilem, corporeã & pœnalitati ſubiectam: non autẽ fuit ei conueniens aſſumere malum culpæ.

AD 4m dicendum, quòd, ſicut D Auguſt. reſpondet in epiſtola ad Voluſianum,* non habet hoc chriſtiana doctrina, quòd ita ſit Deus infuſus carni humanæ, vt curam gubernandæ vniuerſitatis vel deſeruerit, vel amiſerit, vel ad illud corpuſculũ quaſi contractam tranſtulerit: hominum enim eſt iſte ſenſus, nihil niſi corpora valentium cogitare.* Deus autem non mole, ſed virtute magnus eſt: vnde magnitudo virtutis eius, nullas in anguſto ſentit anguſtias. Non eſt incredibile, ſi verbum hominis tranſiens, ſimul auditur a multis & a ſingulis totum, quòd verbum Dei permanens, ſimul vbique ſit totum. Vnde nullum inconueniẽs ſequitur Deo incarnato.

Ex epiſt. 3. aliquantulum a prin. tom. 2.

In ead. epi. ante med.

tiuam, ſcilicet vniri Deo in perſona; non fuit conueniens carni humanæ ſecundum conditionem ſuæ naturæ, & non habetur affirmatiua inconuenientis. Et merito, quia vere negatur de quacumque creatura conuenientia, & quæcumque naturalis potentia ad vnionem perſonalem cum Deo: falſo tamen affirmaretur repugnantia aut inconuenientia ad huiuſmodi vnionem, quoniā neutrā partē ſibi creatura vendicat. Creatura .n. ſecundū naturæ ſuæ conditionem nō habet, vnde ſibi vendicet conuenientiā ad talem vnionem, nec habet vnde ſibi vendicet inconuenientiam ad eandem: ſed totus ordo creaturæ ad huiuſmodi vnionem, ad excellentiā bonitatis & poteſtatis diuinæ ſpectat, ſola logica & obedientiæ potentia in creatura ſaluatur.

3.di.4.q.3.art.1.ad 3. Et 4.di.10.art.1.ad 3. Et diſt.43.ar.2.q.2.ad 2. Et 4.cō.c.55.2. Et Pſ. 45.

1.part.q.4.ar.1.& 2.

## ARTICVLVS II.

*Verum neceſſarium fuerit ad reparationem generis humani uerbum Dei incarnari.*

AD SECVNDVM ſic ꝓceditur. Videtur ꝙ non fuerit neceſſarium ad reparationem humani generis, verbū Dei incarnari. Verbo .n. Dei, cū ſit Deus perfectus (vt in primo habitum eſt*) nihil virtutis per carnē aſſumptā accreuit. Si ergo verbū Dei incarnatū humanam naturam reparauit, ēt abſq; carnis aſſumptione eam potuit reparare.

¶2 Præt. Ad reparationem humanæ naturæ quæ ꝑ peccatū collapſa erat, nihil aliud requiri videbatur, q̃ quod homo ſatisfaceret pro peccato: ſed homo, vt videtur, ſatisfacere potuit pro peccato: non .n. Deꝰ ab hoīe plus requirere debet, q̃ poſſit, & cum pronior ſit ad miſerendum, q̃ ad puniendum, ſicut

F ēt accepta ſecundū totam rationem meriti in ea fuit bonum finitum: quia non erat bonum increatum, nec per conſequens acceptatur a Deo infinite ex parte obiecti: quia nō fuit Deus beatus amando illam paſſionem, ſicut eſt beatus amando eſſentiā ſuam. Arguitur ēt, quia infinitas offenſæ non eſt infinitas ſimpliciter, ſed ſecundum quid. ergo non ſatisfacientem infinitū ſimpliciter, vt eſt filiꝰ Dei, ſed infinitum ſecundū quid exigit: quilibet aūt homo amās Deum ex gratia ſeu charitate, eſt ſic operans infinitū ſecundum quid, vt patet. Non ergo ex infinitate offenſæ Dei inferri poteſt efficaciter infinita efficacia ſatisfacientis, ſic ꝙ ſit ſuppoſitum diuinum, ac per infinitū ſimpliciter quod tamen in litera fit.

hominiimputat ad pęnam actum peccati, ita imputare debet ad meritū actū contrariū. Non ergo fuit neceſſariū ad reparationem humanæ naturæ, verbum Dei incarnari.

¶3 Præt. Ad ſalutē hoīs præcipue pertinet, vt Deū reuereatur: vnde dicitur Malach. 1. Si ego pater, vbi G honor meus? ſi dominꝰ, vbi timor meus? ſed ex hoc ipſo hoīes Deum magis reuerentur, ꝙ eum conſiderant ſup oīa eleuatū, & ab hominū ſenſibus remotū: vnde in Pſ. 112. dicitur, Excelſus ſuper oēs gentes dn̄s, & ſuper cælos gloria eius. & poſtea ſubditur. Quis ſicut dn̄s Deus noſter? Quod ad reuerentiā pertinet. ergo vr̄ nō conuenire humanæ ſaluti, ꝙ Deus nobis ſimilis fieret per carnis aſſumptionem.

SED CONTRA, Illud, per H quod humanum genus liberatur a perditione, eſt neceſſariū ad humanam ſalutem: ſed myſteriū di-

¶Contra tertium. ſ. ꝙ ſatisfactio Chriſti eſt cōdigna ſecundū æqualitatem ad culpā cōmiſſam, occurrit durandus in 3. ſent. diſt. 20. q. 2. Chriſtus inquantū homo, vel rōne humanæ naturæ non potuit reddere æquiualens beneficiis omnibus ab ipſo receptis. ergo non potuit reddere æquiualens pro peccatis humanę naturę, nec ipſiuſmet ſi peccaſſet. Antecedēs patet: quia Deo & parentibus non poteſt reddi æquiualens, vt dr̄ 8. Eth. Cōſequentia eſt nota: tū quia redditio æquiualentis oportet ꝙ ſit de non alias debito illi, cui redditur: tum quia, ſi actus Chriſti non ſufficit ad adæquandū beneficia, conſtat ꝙ nihil ſupereſt ſibi, quo poſſit aliorū culpas adæquare. Et quia Duran. in verbis iſtis inſinuat ſe loqui de Chriſto ſ̄m ꝙ hō, quaſi abſtrahē do a ſuppoſito diuino patet oppoſitū eſſe de mente eius, dum in 4. ſent. di. 15. q. 1. tam tertiū, q̄ quartum hic dictū impugnans dicit. Quidā dicunt, ꝙ licet hō ex ſe non poſſit ſatisfacere redden- I do æquiualens: poteſt tn̄ ex hoc, ꝙ ſibi cōicatur meritum paſſionis Chriſti, qđ fuit aliquo modo infinitum: ſed primum. ſ. ꝙ nullus poſſit reddere æquiualens ſimpliciter, videtur melius dictū: quia nec ipſe Chriſtus ſecundum ꝙ homo, potuit Deo reddere æquiualens beneficiis acceptis. cum ergo quicquid erat in Chriſto, ſecundum humanam naturam eſſet totum obligatū Deo, & ei debitum, non potuit eſſe ſatisfactio de condigno pro quocumque peccato, conſiderando naturam operis vel rei: ſed ſolum ſecundum gratuitā acceptationē Dei. hæc ille. Vbi patet ex hoc ipſo, ꝙ impugnat poſitionem dicentem, ꝙ ſatisfactio Chriſti eſt infinita, ꝙ non loquitur de Chriſto ſecundum ꝙ homo, abſtrahendo a ſuppoſito diuino: quoniā poſitio illa tenet infinitatem eſſe in opere Chriſti humano quidem, ſed ratione ſuppoſiti, cuius eſt operari: ſed loquitur de Chriſti ſatisfactione, quā mediante natura aſſumpta effecit, tā gratias agendo, q̄ adæquando pctā.

¶Contra quartum dictum, ſ. ꝙ omnis alia ſatisfactio efficax eſt K ex ſatisfactione Chriſti, occurrit ipſemet auctor in 4. ſent. diſtin. 15. q. 1. art. 2. ad primum, dicens. Alii dicunt, quòd etiam quantum ad auerſionem, pro peccato ſatis fieri poteſt, virtute meriti Chriſti, quod quodammodo infinitum fuit. Et in hoc idem redit quod prius dictum eſt, ſcilicet quòd non poteſt ſatisfacere ſecundum æqualitatem, ſed ſecundum acceptationem diuinam: quia per fidem mediatoris gratia data eſt credentibus: ſi tamen alio modo gratiam daret, ſufficeret ſatisfactio per modum prædictum. Vbi patet quòd auctor idem dat iudicium de ſatisfactione mea, ſiue habeam gratiam per fidem Ieſu Chriſti, ſiue aliunde haberem gratiam, ac per hoc non fit ex ſatisfactione Chriſti ſatisfaciens ſimpliciter, ſed ſolùm ſecundum acceptationem, cuius oppoſitum hic docere videtur. Et ſimiliter non fit ex ſatisfactione Chriſti efficax, cuius oppoſitum expreſſe hic docet.

¶Ad horum euidentiam aduertendum eſt, quòd quæſtio de ſatisfactione pro peccato tria habet in hoc opere loca, primus eſt hic, vbi de neceſſitate incarnationis ꝓ reparādo humano genere tractat. Scdus ē inferꝰ, vbi de neceſſitate paſſionis Chr̄i tractat.

¶ *Super Quæſtionis primæ Articulum ſecundum.*

IN titu. ar. 2. nota ꝙ in hoc artic. nō quæritur abſolute, an Deum incarnari fuerit neceſſarium, vt in 1. art. fuit quæſtio de incarnationis conuenientia abſolute: ſed quæritur hic de neceſſario ad certum finem. ſ. reparationem humanam. ſupponitur. n. hic genus humanum lapſum perdidiſſe ſalutem ſuam, & quæritur an ad reparationem ipſius neceſſariū fuerit Deum incarnari. Et ſcito, quod quęſtio iſta tractatur a magiſtro ſententiarū in 3. ſent. diſ. 20. reſpectu tn̄ paſſionis Chriſti.

¶ In corpore artic. quatuor fiunt. Primo, ponitur diſtinctio bimembris de neceſſario ad aliquem finem. Secundo, iuxta primū membrum ponitur prima concluſio negatiua, & probatur ex ratione diuinæ potentiæ. Tertio, iuxta ſecundum membrum ponitur ſecunda concluſio affirmatiua, & probatur ſimul cum prima auctoritate Auguſtini. Quarto, probatur ſola ſecunda concluſio I tripliciter. Primo, de vtilitate ad promotionem ad bonum quintuplex ſ. fidei, ſpei, charitatis, operis recti, & diuini conſortii. Secundo, de vtilitate remotiua mali ēt quintuplicis, ſeruitutis diabolicæ, deiectionis propriæ, præſumptionis, ſuperbiæ, ſeruitutis peccati. Tertio, quia ſunt plurimæ aliæ incomprehenſibiles homini vtilitates. Et contextus literæ clarus eſt valde.

¶In reſponſione ad ſecundum eiuſdem 2. art. dubia multa occurrunt circa multa ibi dicta: dicuntur ſiquidem ibi quatuor. Primo, ꝙ purus homo non potuit ſufficienter adæquando culpam commiſſam ſatisfacere pro peccato. Secundo, ꝙ vna huius ratio eſt: quia peccatū contra Deum commiſſum habet quandam infinitatem ex offenſa diuinæ maieſtatis. Tertio, ꝙ ſatisfactio Chriſti eſt perfecta ſecundū adæquationem ad culpam commiſſam. Quarto, quòd omnis puri hominis ſatisfactio efficaciam habet a ſatisfactione Chriſti. Et horum ſingula ſuas habent obiectiones.

¶Contra primum ſiquidem arguit Scotus in 4. ſent. diſt. 15. q. 1. K ſatisfactio eſt redditio æquiualentis pro æquiualenti: ſed quantum malum fuit auerſio a Deo per peccatum, tantum bonū eſt conuerſio ad Deū per charitatem. ergo purus homo potuit æquiualens reddere. Præterea, quantum bonū natum fuit ineſſe actui meo, tantum bonum & non plus abſtulit peccatum meū, & tantum bonum poteſt ineſſe actui ſecundo. ergo per illum actū omnino æquiualens redditur. Tertio, Deus de potentia abſoluta potuiſſet dare peccatori poſt attritionem tamquàm diſpoſitionem & meritum de congruo gratiam, per quam motus eius fieret contritio, & ſic per ſatisfactionem æquiualētem deleuiſſet peccatum: quia per illum actum redderetur Deo æquiualens illi bono, quod abſtulit peccatum. Affert quoq; Capreolus in lib. 15. diſt. 4. argumentum Aureoli: ſed in idem redit cum dictis.

¶Contra ſecundum dictum. ſ. quod infinitas offenſæ cauſat impoſſibilitatem ſatisfaciendi puro homini, arguit Scot. ibidem. Si infinitas in peccato prohiberet ſatisfactionem poſſibilem, etiam prohiberet eam poſitam in paſſione Chriſti: quia paſſio Chriſti

Tertius

Tertius eſt in tractatu de ſacramēto pœnitentiæ, vbi de tertia A illius parte, quæ ſatisfactio eſt, tractandum eſt. Et in hoc ultimo loco de ſatisfactione pro peccato actuali directè tractandum eſt: in primis autem duobus communius tractatur, quia de ſatisfactione etiam pro peccato originali tractatur. Vnde in præsēti litera duas rationes auctor attulit, ad oſtendendum, ꝙ purus homo ſatisfacere non potuit pro peccato. quarum prima directe reſpicit peccatum originale: ſecunda autem communiter de peccato ſub quo tam originale, quam actuale, quod eſt ſimpliciter peccatum (quod conſtat ſolum eſſe mortale) comprehenditur, loquitur. hic fit, ut onus hoc in loco acceperim diſſerendi de ſatisfactoris ſufficiētia. nō enim rationē ſecundam literæ, & concluſionē illius pertranſire potui ſine huiuſmodi diſcuſſione. Et niſi obiectiones arguentium exigerent, concluſionē, ut ex illa ſecunda, quæ impugnatur, ratione tātum tractarem, nec immiſcerem uinculum de debito gratitudinis uinculo ſatisfaciendi, ſicut nec auctor hic miſcet, ſed reſeruarem hæc tractatui de pœnitentia. Vnde, ut obiectionibus fiat ſatis, dicetur & de hoc, quantum oportet hic ſcire. Et quoniam in primo dubio auctor non uidetur intellectus, ideo ſenſus literæ prædeclarandus eſt. Purus homo in hac quæſtione intelligitur non ſolū per excluſionem coniunctionis cū diuino ſuppoſito, ſed etiam per excluſionem diuinæ miſericordiæ gratificantis opus hominis ad hoc, quod Deo acceptū ſit. Probo ſingula ex litera. Excluſio diuini ſuppoſiti patet, quia purus homo diſtinguitur cōtra Chriſtum Deum & hominē. Excluſio diuinæ miſericordiæ gratificantis opus ad hoc, quod ſit acceptum patet: quia ſatiſfactio per æqualitatem diſtinguitur contra ſatisfactionem per gratiam acceptantis. Ex hac enim diſtinctione iūcta primæ patet, quod cū dicitur, Purus homo ſatisfacere non poteſt ſecundum æqualitatem pro peccato, & ſimiliter quod Chriſtus ſatiſfacere poteſt pro peccato ſecundum æqualitatem: ſenſus eſt, quod ſecluſa miſericordia dei acceptantis opus alicuius pro ſatisfactione, loquendo de uiribus puri hominis & uiribus Dei & hominis, purus homo non poteſt ſatisfacere: Deus & homo poteſt ſatisfacere. Et licet hic ſenſus ſit ſufficienter probatus ex litera, & manifeſtus ſit ex hoc, quod eſt uere formalis de puro hoīe, ut ſatisfactore ipſi Deo pro peccato, & de Deo & homine ut ſatisfactore Deo pro peccato: amplius etiā manifeſtatur auctoritate auctoris in 4. ſent. diſtin. 15. quæſt. 1. artic. 2. ad primum, ubi habet hæc uerba. Sicut offenſa habuit quandā infinitatē diuinæ maieſtatis: ita & ſatisfactio accipit quandā infinitatem ex infinitate diuinæ miſericordiæ, prout eſt gratia informata, per quam Deo acceptū redditur quod homo reddere poteſt, hæc ille. Vbi clare uides, ꝙ diuina miſericordia gratificans ſatisfactionem e regione ponitur contra id, qđ homo reddere poteſt, & quod conſtat per miſericordem gratiam ſatisfactionis vim aſſequi, & ſatisfactionem ēt infinitam quodammodo eſſe. Confirmaturq; idem ſenſus ex diuino Theologiæ cōpendio ad fratrem Rainaldum in 2. par. in cap. 16. Vnde patet primo, ꝙ omnia argumenta inferentia, ꝙ homo concurrente gratia, ſeu charitate poteſt ſatisfacere pro peccato, non ſunt contra auctorem intellectum: ſed contra ipſum non vere, nec formaliter intellectum. Patet ſecundo differentia aliorum ab auctore. nam alii doctores charitatem ſeu gratiam ad ſatisfactionem concurrentem, ex parte hominis ſatisfactoris poſuerunt: & ideo dixerunt purum hominem poſſe pro peccato ſatisfacere. Auctor vero gratiam & charitatem ex parte diuinæ miſericordiæ gratificantis, ac per hoc acceptantis opus humanum poſuit, hominemq; purum cum ſuis viribus, & ſimiliter Deum & hominem cum ſuis viribus ex parte ſatisfactoris poſuit: & ideo dixit illum non poſſe, Chriſtum vero poſſe ſatisfacere. Et ſalua illorum reuerentia, dupliciter reprehenſibiles ſunt:

Ariſt. 5. metaph. tex. 6. tom. 3.

uinæ incarnationis eſt hmōi, ſ̄m illud Ioā. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. ergo neceſſarium fuit ad humanā ſalutem, Deum incarnari.

RESPON. Dicendū, ꝙ finem aliquem dr̄ aliquid eſſe neceſſarium †dupliciter. Vno modo, ſine quo aliquid eſſe nō poteſt: ſicut cibus eſt neceſſarius ad cōſeruationem humanæ uitæ. Alio modo, per qđ melius & conuenientius peruenitur ad finem: ſicut equus neceſſarius eſt ad iter. Primo modo, Deū incarnari non fuit neceſſarium ad reparationē humanę naturę. Deus .n. per ſuam omnipotentem virtutem poterat humanā naturā multis alijs modis reparare. Secundo aūt modo neceſſarium fuit, Deum incarnari ad humanæ naturæ reparationem. Vnde Auguſtinus* dicit 13. de Trini. cap. 10. Verum etiam oſtendamus, non alium modum poſſibilem Deo defuiſſe (cuius poteſtati omnia ęqualiter ſubiacent) ſed ſanandæ miſeriæ noſtræ con- B ueniētiorem alium modum non fuiſſe. Et hoc quidem conſiderari poteſt, quantum ad promotionem hominis in bonum. Primo quidem, quantum ad fidem, quæ magis certificatur ex hoc, quòd ipſi Deo loquenti credit. Vnde Aug. dicit 11. de ciui. Dei,* Vt homo fidentius ambularet ad veritatem, ipſa veritas Dei filius hoīe aſſumpto cōſtituit atq; fundauit fidem.

Li. 13. c. 10. nō longe a princ. to. 3.

Lib. 11. c. 2. a med. to. 5.

& quia contra poſitionem auctoris appoſuerunt ſitam vt contrariam, in quo monſtratur nō penetraſſe eos hanc poſitionē; & quia non formaliter de puro homine, & de Deo homine vt ſatisfactoribus ſimpliciter, vel ſecundum acceptationem diuinæ miſericordiæ locuti ſunt, vt auctor fecit, & propterea tamq̄ claram ſententiam nō aliter probauit: qm̄ clariſſima vere ē formalr̄ intellecta.

¶Ad primi ergo dubij obiectionem ex Scoto dicitur, quod antecedēs eſt verū: vt patet ex allegatis verbis auctoris ex 4. ſent. ſed cōſequentia negatur: quia qō eſt de puro homine vt ſatisfactore per æqualitatem, excludendo diuinam gratificationē acceptātem: conſequentia aūt infert de homine, nō excludendo, ſed includendo diuinam miſericordiam acceptātē ꝑ gratiā, vt patet. Ad ſcd̄m dicitur, ꝙ formaliter loquendo, actus meus, vt meꝰ natus eſt tollere longe maius bonū potēs illi ineſſe, q̄ poſſit ſcd̄o re- C ponere in ſeipſo, qm̄ vt meus actus eſt pctm̄ mortale tollens charitatē, & vt meus actus numq̄ poterit charitate informari, iuxta illud Oſeę 13. Perditio tua ex te, ſalus aūt ex me. Et propterea cū dr̄, tātū bonum poteſt ineſſe actui ſecundo, negetur loquendo de actu ſecundo, vt eſt hoīs, vt diſtinguitur contra Deū gratificantem. nam loquendo de hoīe, vt includit actum gratificantem, ſatisfaceret quidem ſcd̄m acceptantis gratiam, & non ſecundum æqualitatem eius, quod reddit. Ad tertiam dr̄ admittendo caſum, & ſubiungēdo ꝙ in tali caſu, quia gratia ſe teneret ex parte Dei, cui ſatisfactio fieri debet, ideo non eſſet ſatisfactio ex parte hoīs: ſed ex parte Dei acceptantis per ſuam gratiam, vt dictū eſt. Et ratio eſt: quia ſatiſfactio peccatoris ſufficiens ſimpliciter, habet non pro principio, ſed pro termino recuperationē diuinæ placationis: qm̄ ad hoc conſtat ſatisfactionem pro offenſa illata alicui ordinari, alioquin non reparaetur amicitia per ſatisfactionem. Eſt ergo charitas per ſa- D tisfactionem acquirenda ab ipſo Deo, & non pręſupponenda, & ſi eius præuentionem miſericordem præſupponis, iam non eſt ſatisfactio, niſi ex miſericordia præueniente, vt ſit ſufficiens ſatisfactio: hmōi aūt ſatisfactio diſtinguitur contra ſatisfactionem per æqualitatē. vnde idem eſt ſatisfactori cōcedere gratiā, qua actus ſuus fiat ſatisfactio, & ſatisfactionem illius inſufficientē, ex miſericordia acceptare. Et eſt implicatio in adiecto, dicere, ꝙ homo poteſt ſatisfacere ſimpliciter Deo pro cōmiſſo peccato, & quod hoc poteſt per charitatē ex diuina miſericordia faciente de attrito contritum: quia ipſum informari charitate ex gratia Dei conſtituit, nō præſupponit ſatisfactionem, ac per hoc ſatisfactio talis nō eſt ſufficiens, niſi ex acceptatione diuina, quæ diſtinguitur contra ſatisfactionem ſimpliciter.

¶Ad ſecundi quoq; dubij obiecta, ex eadē radice patet reſponſio, quantum ad ſenſum literæ: nam infinitas offenſæ ex hoc, ꝙ Deus eſt offenſus, cauſat impoſſibilitatem ſatisfaciēdi ſim- E pliciter in puro homine, ut dictum eſt, ſ. ut excludit diuinum ſuppoſitum & diuinam miſericordiā gratificantem. Quantum autē ad id, quod obiectio Scoti tangit de infinitate meriti, ſeu ſatisfactionis Chriſti, in ſequenti dubio explicabitur.

¶Ad alterā uero obiectionē directe cōtra rōnē literæ rn̄detur, ꝙ infinitas offenſæ licet ſit infinitas non ſimpliciter, hoc ē in genere entis ſed quædā, hoc eſt in genere mali: eſt. n. offenſa Dei malū infinitū, ſicut linea infinita eſſet quantitas infinita. Et huiuſmodi infinita ſi appellētur infinita ſ̄m quid, quia diſtinguunē cōtra ens infinitū ſimpliciter, quod eſt ſolus Deus, conceditur, ꝙ infinitas offenſæ eſt infinitas ſ̄m quid: & quod ipſā adæquaret infinitas etiā ſ̄m quid actus charitatis in Deū, ſi ſatisfactor aliquis ex propriis uiribus poſſet talē actū exhibere Deo offenſo. Sed qm̄ non ſolū purus homo, ſed nec quęcumque pura creatura ad hoc ſe poteſt extēdere: ideo oportet ſatisfactorē eſſe infinitū ſimpliciter, qui. ſ. ex propriis uiribus poſſit actū infinitum ſecundum quid adæquantem offenſam

infinitam ſm quid, exhibere Deo. Et ideo optime & efficaciter in litera ex infinitate offenſæ Dei infertur, quod oportet ſatisfactorem ſimpliciter eſſe non ſolum hominem, ſed etiam Deum, vt ſic ex propriis viribus exhibeat actum infinitæ efficaciæ.

¶Ad tertium dubium reſpondetur, quod actiones Chriſti humanæ, ſcilicet amare Deum, voluntarie pati, & huiuſmodi, habent duas conditiones. Altera eſt, quod ſunt res quædam creatæ, & ſic ſunt finita entia ſimpliciter: non enim ſunt Deitas. Altera eſt, quod ſunt res perſonæ diuinæ, vt proprii ſuppoſiti cuius ſunt, & ſic ſunt infinita entia perſonaliter, & ſunt infinitæ efficaciæ in tali genere, puta, meriti ſeu ſatisfactionis, ex hoc ipſo, quod ſunt opera ipſi⁹ Dei, vt pprię pſonæ exercentis opera illa. Et ex hoc patet primo ſolutio obiectionis Scoti in dubio præcedenti, nam paſſio Chriſti licet fuerit bonum finitū eſſentialiter: fuit tamen bonum infinitū perſonaliter, & propterea fuit infinitæ efficaciæ in ſatisfaciendo: nullum autem cuiuſcumque puræ creaturæ meritū eſt infinitum perſonaliter. Patet deinde huius tertii dubii veritas: quoniam ex hoc ipſo, quod perſona Chriſti ſoluit pro peccato, ſatisfactio ipſa eſt infinita perſonaliter, ac per hoc adæquans offenſam infinitam ex infinitate maieſtatis offenſæ. Et ſicut adæquat offenſas totius mundi contra diuinam maieſtatem: ita adęquat beneficia collata toti vniuerſo a Deo glorioſo: ita q actio Chriſti ex hoc ipſo quod eſt infinita perſonaliter, ſufficiens eſt ad adęquandum & excedēdum omnia tam naturæ aſſumptæ, quàm reliquo vniuerſo collata beneficia: & ſimiliter ad excedendum offenſas totius mundi in Deum: quoniam quanto maior eſt ſatisfactor, aut gratiarū actor, tanto efficacior eſt. Si ergo in infinitum excedit omnes peccatores & omnes creatas res, conſequens eſt quod ſufficiat pro omnibus, & excedat omnia. Vnde Chriſtus ſufficienter gratias egit Deo pro omnibus beneficiis ſuæ humanitati collatis, & ſatisfecit pro peccatis totius mundi ex hoc ipſo, quod perſona diuina agebat gratias, & ſatisfaciebat: quia perſona diuina excedit in infinitum hæc omnia. Et nihil obſtat, quod perſona diuina mediante humana natura hæc operabatur: nam humana opera, ſupra hominem operabatur, diuine ſcilicet, vt inferius clare patebit, cum de infinitate operum Chriſti, & modo operandi eiuſdē erit ſermo. Et licet ad Deos, & parentes non poſſit reddi æquiualēs a creatura: poteſt tamen reddi æquiualens a diuina perſona incarnata. Et rurſus licet quanto magis creatura gratias agit Deo, tanto magis Deo obligetur, quia ipſa gratiarū actio nouū eſt beneficium, quod tunc accreſcit creaturæ ex diuina largitate: quia tamen in perſonam diuinam in ſe nullum redundat beneficium ex gratiarum actione, ſic nec vllum eſt ſibi a principio incarnationis præſtitum beneficium: ideo ipſa ex hoc ipſo, quod humanos actus diuinos perſonaliter exhibet Deo, oīa creata ſufficienter adæquat & excedit. Vbi ſcito, quod quia verbū caro, ex propriis viribus ſuæ perſonæ habet charitatem & gratiā in anima informante carnem aſſumptam (iuxta illud, Quaſi vnigeniti a patre plenum gratiæ & veritatis) charitas nō ſe tenet in Chriſto ex parte Dei, vt cui ſatisfaciendum eſt, ſicut in ceteris hominibus dictum eſt computari: ſed ſe tenet ex parte perſonæ ſatisfacientis, hoc eſt ipſius Dei, vt ſatisfactor ē. Et proprerea nō poteſt de Chriſti ſatiſfactione dici, quod eſt æquiualens per acceptationē, & non per æqualitatem, ſicut de aliorum ſatiſfactionib⁹ dictū eſt.

¶ Ad quartum dubium prędeclaranda eſt veritas rei, & deinde ad verba auctoris deſcendendū eſt. Chriſtus dominus ſecūdum veritatem dupliciter cauſat ſatiſfactionem noſtrā: primo, vt cauſans charitatem & gratiā in nobis, qua ſatisfactio noſtra acceptatꝛ: ſecundo, vt ſatisfactor perfecte pro peccatis totius mundi. Et ex hoc ſatisfactio mea habet ex duob⁹ capitibus efficaciā: primo, ex charitate in me, qua fit, & eſt Deo accepta: ſecundo, ex hoc quod innititur ſuper ſatisfactione Chriſti. Et quoniam neutro modo ſatisfactio mea ē ſufficiēs ſimpliciter, ſed ſecundum acceptationē, quia charitas ſe tenet ex parte Dei acceptantis, & cōicatio ſatisfactionis Chriſti miſericorditer mihi fit, non transferendo æqualitatem ſimpliciter in meam ſatisfactionem, ſed plus & minus, participantē Chriſti ſatisfactionem conſtituendo: ideo nō eſt ſenſus huius literæ, q ſatisfactio mea habeat efficaciam æqualitatis ſimpliciter ex ſatisfactione Chriſti, vt obiectum eſt: ſed eſt ſenſus, q habet ex ſatisfactione Chriſti efficaciā, ſicut imperfecta participatiue habent a perfectis eſſe & poſſe: ſicut ignita habent ab igne efficaciam. Nec in 4. ſenten. auctor contrariū dicit: ſed dicit hoc quoniā docet, q quantū ad hoc, quod eſt, ſatisfactionem meam non eſſe ſufficientem ſimpliciter, ſed per acceptationem diuinam, in idem redit, dicere, quod ſatisfactio mea eſt ex charitate & ex cōione paſſionis Chriſti. Et hoc verum eſt: quia ex neutro capite redditur ſufficiens in ſe ſimpliciter. Conſiderauit quoq; ibidē auctor ſatisfactionē meā, vt eſt ex merito Chriſti per cōionē gr̄æ & charitatis: & iō dixit, quod

Li.13.c.10. non procul a prin.to.3.

Cap. 4. in prin.to.4.

Eod.li.& c. 4. non procul a princ. tom. 4.

In ſer.9.circa princ. illius, & eſt ſerm.13. in ordine.t.10

* li.3. c.17. circa princ. tom. 3.

Cap.16. procul a princip. tom.

*in ſerm. poſt medi. illius, incipit hic ſaluator noſter.

Li.13.c.1 ante medi. tom.3.

*eod.lib. ca. habetur poſt medi. lius.

† lib.13.de Tri.cap. tom.3.

In ſermo. poſt medi. lius.

Secundo, quantum ad ſpem, quæ p hoc maxime erigitur. Vnde Aug. dicit 13. de Tri.†Nihil tam neceſſariū fuit ad erigendam ſpem noſtram, quàm vt demonſtraretur nobis quantum diligeret nos Deus. qd vero huius rei iſto indicio manifeſtius, quàm quod Dei filius naturæ noſtræ dignatus eſt inire conſortium? Tertio, quantum ad charitatem, quæ maxime per hoc excitatur. Vnde Aug. dicit in lib. de Catechizandis rudibus.*Quæ maior eſt cauſa aduentus Domini, niſi vt oſtēderet Deus dilectionem ſuam in nobis? Et poſtea ſubdit.†Si amare pigebat, ſaltem reamare non pigeat. Quarto, quantum ad rectam operationem, in qua nobis exemplū ſe prębuit. Vnde Aug. dicit in quodam ſermone de nati. domini, Homo ſequendus non erat, qui videri poterat, Deus ſequendus erat, qui videri non poterat: ut ergo exhiberetur homini, & qui videretur ab hoīe, & quē homo ſequeretur, Deus factus eſt homo. Quinto, ad plenā participationem diuinitatis, quæ vera eſt hominis beatitudo & finis humanæ vitę, & hoc collatum eſt nobis per Chriſti humanitatē. Dicit. n. Aug. in quodam ſermone de nati. dn̄i.* Factus eſt Deus homo, vt hō fieret Deus. Similiter & hoc vtile fuit ad remotionem mali. Primo. n. per hoc homo inſtruitur, ne ſibi diabolū pręferat, & eū veneretur, qui eſt actor peccati. Vn̄ Aug. dicit 13.* de Tri. Quandoquidē ſic potuit Deo coniūgi humana natura, vt fieret vna perſona, ſuperbi illi maligni ſpiritus non ideo ſe audeant homini præponere, quia non habent carnem. Secūdo, per hoc inſtruimur quanta ſit dignitas humanæ naturæ, ne eam inquinemus peccando.

Vnde Aug. dicit in lib. de vera relig.† Demonſtrauit nobis Deus q̄ excelſum locū inter creaturas habeat humana natura, in hoc q hominibus in vero hoīe apparuit. Et Leo Papa dicit in ſermo. de nati.* Agnoſce o Chriſtiane dignitatem tuā: & diuinæ conſors factus naturæ, noli in veterē vilitatē degeneri conuerſatione redire. Tertio, quia ad præſumptionem hoīs tollēdā, gratia Dei nullis meritis pręcedentibus in hoīe Chriſto in nobis cōmendatꝛ, vt dr̄ in 13. de Tri.†Quarto, quia ſuperbia hoīs, quæ maxime impedimento eſt, ne inhæreatꝛ Deo, per tantā Dei humilitatem redargui poteſt atque ſanari, vt dicit Aug. ibi.*Quinto, ad liberandū hominē a ſeruitute pc̄ti, qd̄ quidem, vt Aug. dicit 13. de Trin.† fieri debuit ſic, vt diabolus iuſtitia hoīs Ieſu Chriſti ſuperaretur, qd̄ factū eſt Chriſto ſatisfaciēte pro nobis. Hō aūt purus ſatisfacere non poterat p toto humano genere: Deus aūt ſatisfacere non debebat: vnde oportebat Deū & hoīem eē Ieſum Chriſtū. Vnde & Leo Papa dicit in ſerm. de nati.*Suſcipitur a virtute infirmitas, a maieſtate humilitas, vt qd̄ noſtris remedijs cōgruebat, vnus atq; idē Dei & hominū mediator, & mori ex vno, & reſurgere poſſet ex altero. Niſi. n. eſſet ver⁹ Deus, nō afferret remediū, niſi eſſet verus hō, non præberet exēplū. Sunt autem & aliæ plurimæ vtilitates, quæ cōſecutæ ſunt, ſupra apprehenſionem ſenſus humani.

Ad primum ergo dicendum, q ratio illa procedit ſecundū primum modum neceſſarij, ſine quo ad finem perueniri non poteſt.

Ad 2m dicendum, quòd aliqua ſatisfactio pōt dici dupliciter ſufficiens. Vno modo perfecte, quia eſt



quod ſi aliunde gratiam quis haberet, eodem modo. ſ. ſecundum acceptationem ſatisfaceret: hic autem altius & formaliter contemplatus eſt ſatisfactionem Chriſti, vt perfectam ſimpliciter in ordine ſatisfactionum, & addidit priori doctrinæ, quod hinc omnis puri hominis ſatisfactio ſuſtentatur ſuper ſatisfactione Chriſti: ita quod ſi quis aliunde gratiam haberet non vt membrum Chriſti, ſatiſfactio eius eſſet ſecūdum acceptationem ex diuina miſericordia per charitatem gratificante illā: ſed non haberet efficaciam ex ſatisfactione Chriſti: & ideo imperfectior eſſet. Mea autem ſatisfactio, quia membrum Chriſti ſum, efficax ē & ex charitate, & ex ſatisfactiōe Chriſti. Et quia ex Chriſti capite & nobis membris cōſtituitur vna perſona myſtica, iō ſatisfactio mea cōiuncta ſatisfactioni Chriſti ſit æqualis ſimpliciter, vt eſt ſatisfactio myſticæ perſonæ: immo & quandoque ſuperexcedit, iuxta illud ad Coloſſen. 1. Adimpleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti, in carne mea pro corpore eius, quod eſt eccleſia.

*¶ Super Quæſtionis primæ Articulum tertium.*

IN art. 3. eiuſdem quæſtio. duo fiunt: primo, referuntur diuerſæ opiniones circa quæſitum: ſecundo, reſpondetur quæſito, præferendo ſecundam opinionem duabus concluſionibus, altera de facto, directe reſponſiua quæſito negatiue, altera de poſſibili aſſerente partem affirmatiuam. Prima concluſio eſt, Peccato nō exiſtente incarnatio non fuiſſet. Probatur, in ſacra ſcriptura vbique incarnationis ratio ex peccato primi hominis aſſignatur. ergo incarnationis opus ordinatum eſſe a Deo in remedium peccati, conuenientius dicitur. ergo peccato non exiſtente, incarnatio non fuiſſet. Antecedens pro euidenti aſſumitur. Prima conſequentia probatur, quia ea quæ ex ſola Dei volūtate ſupra omne debitum creaturæ proueniunt, nobis non innoteſcunt, niſi quatenus in ſacra ſcriptura (in qua diuina nobis volūtas manifeſtatur) traduntur. Sc̄da concluſio eſt, Deus potuiſſet peccato nō exiſtente incarnari. Probatur, quia potentia Dei non limitatur ad hoc, ſcilicet quòd incarnatio ſit in remedium peccati.

¶ Circa verba literæ nota duo: primo, quod ly, conuenientius comparationem exercet reſpectu alterius opinionis contrariæ, ita quod ex reuelatis in ſacra ſcriptura de diuina volūtate, conuenientius dicitur pars negatiua, quam affirmatiua: ſecundo, quod auctor loquitur de opere incarnationis vt ſic, & non vt redemptiuo & liberatiuo, vt Scotus gloſſandas dicit auctoritates dicentes, quod ſine peccato non fuiſſet incarnatio.

¶ In reſponſione ad tertium, nota diſtinctionem de potentia naturali & de potentiá obedientiali hinc ſumi, & quomodo diſtinguuntur, quòd naturalis infra ordinem naturalium ſiſtit: obedientialis vero ſecundum ordinem ad diuinam potentiam attenditur: illa ſemper impletur, iſta quandoque impletur, & quandoque non impletur.

¶ In reſponſione ad quartum eiuſdem artic. 3. dubium occurrit, primo circa illam propoſitionem prædeſtinatio præſupponit præſcientiam futurorū, quia falſa eſt. Nam prædeſtinatio Petri non præſupponit præſcientiam Petri prædeſtinandi, aut ſaluandi: ſed econtra, præſcientia Petri ſaluandi præſupponit prædeſtinationem Petri, vt patet ex hoc, quod ideo ſcit Deus Petrum ſaluandum, quia prædeſtinauit eum, & non ideo prædeſtinauit Petrum quia præuidit Petrum ſaluandum, vt patet ex prima parte, q. 23. art. 5. vbi determinatum eſt, quod præſcientia meritorum non eſt cauſa prædeſtinationis.

¶ Dubium ſecundo occurrit, quia impertinens eſt ſolutioni argumenti de prædeſtinatione Chriſti, quod ſupponatur præſcientia futurorum, quia ſiue præſupponatur ſiue non, oportet ex voluntate diuina reddere rationem quare prædeſtinatus eſt per tale medium, vel ſub tali ratione, vt in corpore huius articuli ſit, & non ex parte intellectus præuidentis: præuiſio enim non eſt ratio futuri effectus, vt patet.

¶ Dubium eſt tertio ex Scoto in 3. ſentē. diſtin. 7. quæſt. 3. ex ratione prædeſtinationis animæ Chriſti inferente, ſine prędiudicio tamē, quod incarnatio etiā ſine peccato fuiſſet. Probatque hoc multipliciter. Primo, prædeſtinatio cuiuſcumque ad gloriam præcedit ex parte obiecti naturaliter præſciētiam peccati, vel damnationis cuiuſcumque. ergo multo magis hoc eſt verum de prædeſtinatione illius animę ad ſummam gloriam. Secūdo, ordinate volens, per prius vult finē, & poſt hoc, quod eſt eſt fini propinquius. ergo ſicut prius vult alicui gloriam q̄ gratiam, ita inter prædeſtinatos quibus vult gloriam ordinate, prius vult gloriam illi, quem vult eſſe proximū fini, ac per hoc prius animæ Chriſti, quàm alteri vult gloriam & prius cuilibet vult gloriam & gratiam, quàm præuideat illi oppoſita iſtorum habituum. ſ. gratiæ & gloriæ. ergo prius vult animæ Chriſti gloriam quàm præuideat Adam caſurum. Tertio, redemptio ſiue gloria animæ redimendæ non eſt tantum bonum, quantum eſt gloria animæ Chriſti. ergo non pp ſolam iſtam cauſam videtur Deus prædeſtinaſſe illam animam ad tantam gloriam. Quarto, quia non eſt veriſimile tantum ſummum bonum in entibus eſſe tantum occaſionatum, ſ. pp minus bonū. Quinto, non eſt veriſimile Deum prius præordinaſſe Adam ad tantum bonū, quàm Chriſtū, quod tamen ſequeretur. Immo vlterius ſequeretur abſurdius. ſ. q Deus prædeſtinando Adā ad gloriam, prius præuidiſſet ipſum caſurum in peccatum, quàm prædeſtinaſſet Chriſtū ad gloriam, ſi prædeſtinatio illius animæ tantū eſſet pro redemptione aliorum: quia redemptio non fuiſſet, niſi caſus & delictū præceſſiſſet. Et hoc ſit ſextum Scoti argumentū. Ex quibus concludit Scotus quòd prius natura, quā aliquid præuidebatur circa peccatorem, ſiue de peccato, ſiue de pœna, Deus elegit ad cæleſtem curiam omnes, quos habere voluit, ſiue angelos, ſiue homines in certis & determinatis gradibus, & nullus eſt prædeſtinatus tantum, quia alius præuiſus eſt caſurus, vt ſic nullū oporteat gaudere de lapſu alterius. Et hoc pro ſeptimo argumento.

¶ Ad euidentiam horum ſciendum eſt, q hæc propoſitio, prædeſtinatio ſupponit præſcientiam futurorum, poteſt intelligi primo reſpectu omnium futurorum, & ſic videtur non intelligibilis: nam prædeſtinatio Petri non præſupponit præſcientiam futuræ gloriæ Petri, quod patet ſic. Præſcientia futuri præſupponit futurū ſub ratione futuri: qm̄, vt dr̄ in 1. Poſt. qđ non eſt non poteſt ſciri: gloria autem Petri eſt primo futura per prædeſtinationem, vt patet. eſt igitur ſecundum naturæ ordinem primo prædeſtinatio Petri ad gloriam, & ex hoc gloria Petri eſt futura, & ſic præuidetur a Deo. Supponit ergo præſcientia alicuius futuri prædeſtinationē, ac per hoc prædeſtinatio non præſupponit præſcientiam omnium futurorum. Secundo, poteſt intelligi de prædeſtinatione quo ad conſtituta per prædeſtinationé, & præſcientiā reſpectu aliorum futurorum, ita q ſenſus eſt, prædeſtinatio, vt reſpicit prædeſtinata, præſupponit præſcientiam futurorum non prædeſtinatorum, ſed eorum, quæ præſupponuntur, vel ordinantur per prædeſtinationem. Et ſic propoſitio eſt vera. Quam vt clarius intelligas diſtingue inter effectus prædeſtinationis: quoniam quidam ſunt non ſolū ordinati, ſed conſtituti per prædeſtinationem, vt gloria & gratia, & vniuerſaliter finis & media vt ſic: quidam autem ſunt ſolum ordinati contra prædeſtinationem, vt anima illius hominis, qui eſt ſanctus Petrus, & reliqua ſpectantia ad naturalem ordinem vniuerſi: hæc. n. futuri rationē habent

3. di. 1. q. 1. art. 3. Et 4. di. 43. ar. 2. q. 1. 2. Et veri. q. 29. art. 4. ad 3. & 1. Ti. 1. co. 1. fi.

condigna per quandā adæquationem ad recompenſationem culpæ commiſſæ, & ſic hominis puri ſatisfactio ſufficiens eſſe non potuit pro peccato: tum quia tota humana natura erat per pc̄tm̄ corrupta, nec bonum alicuius perſonæ, vel etiam plurium poterat per æquiparantiā totius naturæ detrimentum recompenſare: tum etiā, quia peccatum contra Deum commiſſum, quandam infinitatē habet ex infinitate diuinæ maieſtatis: tanto .n. offenſa eſt grauior, quanto maior eſt ille, in quem delinquitur. Vnde oportuit ad condignam ſatisfactionem, vt actus ſatisfacientis haberet efficaciam infinitam, vtpote Dei & hominis exiſtens. Alio modo poteſt dici ſatisfactio hominis eſſe ſufficiens imperfecte, ſcilicet ſecundum acceptationē eius, qui eſt ea contentus, quàmuis non ſit condigna. Et hoc modo ſatisfactio puri hominis eſt ſufficiens. Et quia omne imperfectū præſupponit aliquid perfectū, a quo ſuſtentetur, inde eſt q oīs puri hominis ſatisfactio efficaciam habet a ſatisfactione Chriſti.

Ad 3m dicendum, q Deus aſſumendo carnem, ſuam maieſtatem non minuit, & per conſequens nō minuitur ratio reuerentiæ ad ipſum, quę augetur per augmentum cognitionis ipſius. Ex hoc autem, quòd nobis appropinquare voluit per carnis aſſumptionem, magis nos ad cognoſcendum attraxit.

## Articvlvs III.

### *Vtrum ſi homo non peccaſſet, Deus incarnatus fuiſſet.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur q ſi homo non pec-

caſſet, nihilominus Deus incarnatus fuiſſet. Manente.n.cauſa, manet effectus: ſed, ſicut Augu. dicit 13. de Tri.* alia multa ſunt cogitãda in Chriſti incarnatione præter abſolutionẽ a peccato, de quibus dictum eſt. † ergo ẽt ſi homo non peccaſſet, Deus incarnatus fuiſſet.

*li. 13. c. 17. in princip. tom. 3.

† ar. præced.

¶ 2 Præt. Ad omnipotentiam diuinę virtutis pertinet, vt opera ſua perficiat, & ſe manifeſtet per aliquem infinitum effectum: ſed nulla pura creatura poteſt dici infinitus effectus, cũ ſit finita per ſuam eſſentiam. In ſolo autem opere incarnationis videtur præcipue manifeſtari infinitus effectus diuinæ potentiæ, per quam in infinitum diſtantia coniunguntur, inquantum factũ eſt, ꝙ homo eſſet Deus: in quo etiam opere maxime videtur perfici vniuersũ, per hoc ꝙ vltima creatura. ſ. homo primo principio coniungitur, ſcilicet Deo. ergo etiam ſi homo non peccaſſet, Deus incarnatus fuiſſet.

¶ 3 Præt. Humana natura per peccatum non eſt facta capacior gratiæ: ſed poſt peccatũ capax eſt gratię unionis, quæ eſt maxima gratia. ergo ſi homo nõ peccaſſet, humana natura huius gratiæ capax fuiſſet, nec Deus ſubtraxiſſet humanæ naturæ bonum, cuius capax erat. ergo ſi homo non peccaſſet, Deus incarnatus fuiſſet.

G ¶ 4 Præt. Prædeſtinatio Dei eſt æterna: ſed dicitur Rom. 1. de Chriſto, Qui prædeſtinatus eſt filius Dei in uirtute. ergo ẽt ante peccatũ neceſſariũ erat filiũ Dei incarnari, ad hoc ꝙ Dei prædeſtinatio impleretur.

¶ 5 Præt. Incarnationis myſteriũ eſt primo homini reuelatum, ut patet per hoc, quod dixit, Hoc nunc os ex oſſibus meis, &c. quod Apo. dicit eſſe magnum ſacramentũ in Chriſto & ĩ eccleſia, ut patet Eph. 5. Sed homo non potuit eſſe præ-
H ſcius ſui caſus, eadem ratione qua nec Angelus, vt Aug. probat ſuper Gene. ad literam. † ergo ẽt ſi hõ nõ peccaſſet, Deus incarnatus fuiſſet.

Sed contra eſt, quod Augu. dicit in lib. de Verbis domini,* exponẽs illud quod habetur Luc. 19.

Lib. 11. c. 18. tom. 3.

In ſer. 36. & de verb. apoſt. ſer. 8. tom. 10.

habent ab æterno ex prouidentia diuina, & non ex prædeſtinatione diuina: ſed prædeſtinatio quaſi ſuperueniẽs, ſicut ordo gratiæ ſuperuenit ordini naturæ, ordinat animam s. Petri in gloriã æternam mediante gratia &c. Et quoniam inter præſuppoſita a prædeſtinatione non ſolum ſunt res naturales conſtituentes vniuerſum ſecundũ naturalem ordinẽ, ſed etiã defectus in puræ naturalibus, vt monſtra, & in animalibus, vt ægritudines, & in rationalibus, vt ignorantia & malum moris, qđ eſt peccatum): ideo ſicut, ſimpliciter loquendo, prædeſtinatio præſupponit ꝓuidentiam vniuerſi naturalis: ita ſimpliciter loquendo præſupponit præſcientiam futurorũ pertinentium ad ordinem vniuerſi naturalem, & defectuũ in illo futurorũ. Inter quæ conſtat contineri peccata hominum: quoniam non ſpectat noſtrum peccare ad ordinẽ gratiæ, ſed ad ordinem naturæ, quia ex nobis ſolis peccamus, vt patet, & auctoritate ſcripturæ firmatur Oſeæ 13. Perditio tua ex te, Iſrael. Et hinc patet falsã eſſe Scoticam imaginationem, ꝙ prius Petrus prædeſtinetur ad gloriã, q̃ præuideatur peccaturus: qm̃ ſicut prius præuidetur Petrus ſecundum ea, quæ ſecluſo ordine gratiæ ſibi conueniunt, quàm prædeſtinetur (quia prius præuidetur ſecundum futura ſibi ſecundum ordinem ſimplicis prouidentiæ diuinæ, quàm ſecundum futura ſibi ſecundum ordinem diuinæ prędeſtinationis) ita prius præuidetur peccaturus quàm prædeſtinetur, eadem ratione: quia. ſ. Petrum peccare ſpectat ad or-
I nem diuinæ prouidentiæ, & per ſuperuenientem ordinem diuinæ prædeſtinationis ęternam punitionem. Et ſi perſpicacius tres, qui de facto in vniueſo inueniuntur, ordines conſiderauerimus, videlicet ordinem naturæ, ordinem gratiæ, & ordinem Dei, & creaturę ſimul, videbimus, ꝙ ſecundus ſupponit primum, & tertius præſupponit vtrumque, & ſimiliter præordinatio & præuiſio primi præſupponitur a præordinatione & præuiſione ſecundi, & ſimiliter præordinatio & præuiſio tertii præſupponit præordinationem & præuiſionem vtriuſque: ita quod Deus primo ordinauit vniuerſum ſecundum ordinem naturæ, & quoniam vniuerſum ſecundum talem ordinem nõ attingit ad fruitionem diuinam, ſuperaddidit ordinem gratiæ: & quoniam talis ordo non pertingit ad vnionẽ ſummo modo poſſibilẽ cum Deo, præordinauit creaturam ad vnionem perſonalem cum Deo. Quocirca cum peccata pertineant partim ad ordinem naturæ, & par-
K tim ad ordinem gratiæ, vt oppoſita illi, cõſequens eſt, quòd prædeſtinatio Ieſu Chriſti, vt ſit filius Dei, præſupponat præuiſionem futurorum peccatorum, vtpote ſpectantium ad præſuppoſitos ordines in genere cauſæ materialis.

¶ Vnde ad ſingula deueniendo, ad primum dubium dicitur, ꝙ propoſitio illa eſt vera, vt declaratum eſt, & eſt ad propoſitum argumenti, quod prædeſtinationem Chriſti neceſſariam abſque peccato arguebat. Reſponſio namque ad hoc non exigit, quod prædeſtinatio Chriſti ſupponat præſcientiam gloriæ Chriſti: ſed requirebat, quod præſupponit præſcientiam peccatorũ, in quorum remedium Chriſtus eſt prædeſtinatus: ordinatio namque medicinæ præſupponit notitiam morbi.

¶ Ad ſecundum vero dubium dicitur, quòd in hac reſponſione ad quartum argumentum, quæ nunc diſcutitur, non erat reddenda rõ prædeſtinationis incarnationis in remediũ peccati: ſed ſuſtinendum erat, ꝙ cum prædeſtinatæ incarnationis neceſſitate ſtat, ꝙ prædeſtinata ſit in remedium peccati. Et hoc manifeſtatur ratione, quia prædeſtinatio præſupponit præſcientiam fu-

F turorum antecedentium, qualia ſunt peccata, vt declaratum eſt. Et exemplo prædeſtinationis alicuius, puta Pauli mediante oratione alterius, puta, Stephani, quod exemplum ſi etiam quo ad præſcientiam medii intelligendum creditur, exponendum eſt ꝙ prædeſtinatio Pauli, quoad conuerſionis effectum præſupponit præſciẽtiam orationis Stephani, & ſic de aliis, vt ſic ſit ſimile etiam quoad hoc, quòd prædeſtinatio incarnatiõis præſupponit præſcientiam peccati humani.

¶ Ad tertium ex Scoto dubium dicitur, quadruplici vtendo diſtinctione. Prima eſt inter volitum & volibile, nam aliud eſt illud eſſe magis volibile, & aliud eſt illud eſſe magis volitũ: ſalus.n. omnium hoĩum eſt magis volibilis ſm̃ ſe, q̃ ſalus aliquorũ tm̃, vt patet, quia lõge maius eſt: non tñ eſt magis bonũ volita a Deo, qui licet velit voluntate antecedẽte, oẽs homines ſaluos fieri, non tñ vult volũtate beneplaciti ſalutem omniũ, ſed quorundam tantum hominũ, vt patet. Non poteſt ergo ex hoc, quod aliquid ex parte obiecti ſecundum ſe eſt maius bonum, ac per hoc magis volibile, inferri. ergo eſt magis volitũ a Deo. Secunda eſt inter magis & prius natura volitum. Tertia eſt, inter prius natura, vel a quo non conuertitur conſequentia, vel prius cauſalitate. Quarta eſt, inter prius natura volitum, prout prius eſt a quo non conuertitur conſequentia, de facto vel poſſibili: accipiendo.n. prius natura, hoc eſt prius cauſalitate ſecundum aliquod genus cauſæ, coincidunt prius & magis ſecundum illud genus cauſæ: volumus.n. prius & magis ſanitatem, quàm purgationem ſecundũ genus cauſæ finalis: econtra autem ſecundum genus cauſæ materialis locando diſpõnes ex parte materiæ. & quia cauſa finalis eſt ſimpliciter & abſolute prior, ideo volumus ſimpliciter & abſolute prius & magis ſanitatem. ſed ſi ſumatur prius natura, a quo non conuertitur conſequentia (vt Scotus ſumit in propoſito) vtere quarta diſtinctione inter ſic prius volitum de facto, vel prius volitum de poſſibili: & dicito, quod multorum ordinate volitorum, quorum vnum ſe habet vt finis, aliud vt medium, aliud vt effectus: illud, quod eſt finis, conſtat eſſe magis prius natura, hoc eſt, cauſalitate volitum, & reſpectu diuinæ voluntatis loquendo, conſtat, ꝙ eſt prius natura de poſſibili volitum, non autem quòd ſit prius natura volitum de facto, hoc eſt, conſtat, quod poteſt eſſe volitum illud ſine medio, & effectu: non tamen conſtat, quod de facto ſit a Deo volitum illud, ſine tali medio, effectu & occaſione. Et hoc eſt in quo deficiunt argumenta Scotica, quia ex magis & prius cauſalitate, & prius natura ſecundũ conſequentiam volito de poſſibili a Deo, infert volitum eſſe a Deo de facto. At ſi aſſumat, ꝙ finis eſt magis & prius natura ſecundum conſequentiam de facto a Deo volitus, petitio principii committitur: quia aſſumitur probandum, hoc enim cum ratione probari non poſſit (quia nemo nouit quæ ſunt Dei, niſi ſpiritus Dei) oportet ad ſcripturas ſacras deuenire, ſi noſſe volumus, quod de facto Deus ordinauit incarnationem futuram, ſiue Adã peccet, ſiue non. Nos.n. quia ex ſcriptura non habemus incarnationem niſi redemptiuã, dicimus quod licet potuiſſet deus velle incarnationem etiam ſine redemptione futuram: de facto tamen noluit eam niſi ſic, quia ipſe non aliter reuelauit ſuam voluntatem, quæ ex ſola ipſius reuelatione cognoſci poteſt. Cum ergo primo arguitur, Prædeſtinatio cuiuſcumque ad gloriam præcedit ex parte obiecti &c. dicitur ꝙ ꝓpoſitio eſt ſimpliciter falſa, loquendo de præuiſione pc̃ti (vt patet ex dictis) quia ꝓdeſtinatio ad gloriã præſupponit ordinẽ ꝓuidẽtiæ, in quo præuidentur pc̃tã.

¶ Ad



Venit filius hominis quærere, & ſaluum facere quod perierat. ergo ſi homo non peccaſſet, filius hominis non veniſſet. Et 1. ad Tim. 1. ſuper illud verbum, Chriſtus venit in hunc mundum, vt peccatores ſaluos faceret, dicit glo.* Nulla cauſa veniendi fuit Chriſto domino, niſi peccatores ſaluos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla eſt medicinæ cauſa.

Aug. ſer. 9. de ver. apoſto. in prin. tom. 10.

Respon. Dicendum, ꝙ aliqui circa hoc diuerſimode opinantur. Quidam.n. dicunt, ꝙ etiam ſi homo non peccaſſet, Dei filius incarnatus fuiſſet. Alii vero cõtrarium aſſerunt: quorum aſſertioni magis aſſentiendum videtur. Ea enim quæ ex ſola Dei voluntate proueniunt ſupra omne debitum creaturæ, nobis innoteſcere non pñt, niſi quatenus in ſacra ſcriptura traduntur, per quam diuina voluntas nobis innoteſcit. Vnde cum in ſacra ſcriptura vbique incarnationis ratio ex peccato primi hominis aſſignetur, conuenientius dicitur incarnationis opus ordinatũ eſſe a Deo in remediũ contra peccatum, ita quod peccato non exiſtente incarnatio non fuiſſet, quãuis potentia Dei ad hoc non limitetur: potuiſſet enim etiam peccato non exiſtente Deus incarnari.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ omnes aliæ cauſæ, quę ſunt aſſignatæ,* pertinent ad remediũ peccati. Si.n. homo nõ peccaſſet, perfuſus fuiſſet lumine diuinæ ſapientiæ, & iuſtitiæ rectitudine perfectus a Deo ad omnia neceſſaria cognoſcenda & agenda: ſed quia homo deſerto Deo, collapſus erat ad corporalia, conueniens fuit, vt Deus carne aſſumpta ẽt per corporalia ei ſalutis remedium exhiberet. Vnde dicit Aug. ſup illud Io. 1.* c. Verbum caro factum eſt, Caro te obcæcauerat, caro te ſanat: quoniam ſic venit Chriſtus, vt de carne, carnis vitia extingueret.

Ar. 1. & ar. præced.

Tract. 2. in Ioan. circa fi. tom. 9.

Ad 2m dicendum, ꝙ in ipſo modo productionis rerum ex nihilo diuina virtus infinita oſtenditur. Ad perfectionem ẽt vniuerſi ſufficit, ꝙ naturali modo creatura ordinetur in Deum ſicut in finem: hoc aũt excedit limites ꝑfectionis naturę, vt creatura vniatur Deo ĩ ꝑſona.

Ad 3m dicendum, ꝙ duplex capacitas attendi poteſt in humana natura. Vna quidem ſecundum ordinem potentiæ naturalis, quæ a
B Deo ſemper impletur, qui dat vnicuique rei ſecundum ſuam capacitatem naturalem. Alia vero ſecundum ordinem diuinę potentię, cui omnis creatura obedit ad nutum, & ad hoc pertinet iſta capacitas. Non autem Deus omnẽ talem capacitatem naturæ implet, alioquin Deus non poſſet facere in creatura niſi quod facit, qđ falſum eſt, vt in primo habitum eſt.* Nihil autẽ prohibet ad aliquid maius humanam naturam productã eſſe poſt
C pc̃tm̃: Deus.n. permittit mala fieri, vt inde aliquid melius eliciat. Vnde dr̃ Ro. 4. Vbi abundauit delictũ, ſuperabũdauit & gratia. Vnde & in benedictione cerei paſchalis dicitur, O felix culpa, quæ talẽ ac tãtũ meruit habere redemptorẽ.

p. p. q. 105. art. 6.

Ad 4m dicendum, ꝙ prædeſtinatio præſupponit præſcientiã futurorum: & ideo ſicut Deus prædeſtinat ſalutem alicuius hoĩs per orationes aliorum implẽdam, ita
D etiam prædeſtinauit opus incarnationis in remedium humani pc̃ti.

Ad 5m dicendũ, ꝙ nihil prohibet alicui reuelari effectũ, cui non reuelatur cauſa. potuit igitur primo hoĩ reuelari incarnationis myſterium, ſine hoc ꝙ eſſet præſcius ſui caſus. Non.n. quicumque cognoſcit effectũ, cognoſcit & cãm.

D. 67.

## Articvlvs IIII.

*Vtrum principalius Chriſti incarnatio facta fuerit ad tollendum peccatum originale, quàm actuale.*

E

Ad qvartvm ſic ꝓceditur. Videtur ꝙ Deus principalius incarnatus fuerit in remediũ actualium peccatorum, quàm in remedium originalis peccati. Quanto

¶ Ad ſecundum dicitur, quòd ordinate volens prius natura, hoc eſt cauſalitate finali, & prius natura, hoc eſt ſecundum non conſequentiam, de poſſibili tamen vult finem & propinquius fini: non autem de facto: quia ſtat cum illo ordine, ꝙ ſimul de facto velit connexionem illorum, ita ꝙ non velit finem ſine tali medio & occaſione, qa ſic ei complacet. Et ideo nihil valent illationes de facto, inferentes, quòd prius natura Deus gloriã velit ſine peccati remedio.

¶ Ad tertium etiam patet ex dictis, quòd ſtat Deum nolle de facto maximum bonum, niſi cõnexum tali minori bono.

¶ Et ſilr ad quartum dicitur, quod nõ dedecet diuinã ſapientiã diſpoſuiſſe tam excelſum bonum ſe facturam, non niſi occaſionaliter peccato ſuam miſericordiam ad id prouocante.

¶ Ad quintum negatur ſequela: quoniam, vt Apoſtolus dicit, prædeſtinauit alios conformes fieri imaginis filii ſui. Chriſtus ẽ ergo primus prædeſtinatus de facto.

¶ Ad ſextum dicitur, quod non eſt abſurdum Deum prius ꝓuidiſſe caſum Adę, quàm prædeſtinaſſe Chriſtum: ſicut non eſt abſurdũ, Deum prius præuidiſſe leporem curſurum, & monſtra futura, & reliqua ad naturæ ordinem ſpectantia, quàm prædeſtinaſſe Chriſtum.

¶ Ad ſeptimum reſtat dicendum, quòd cum dicitur, Nullus eſt prędeſtinatus, qa alius præuiſus eſt caſurus, propoſitio eſt vera, quia præuiſio futuri caſus Adę nõ eſt ſufficiens cauſa ꝓdeſtinationis Chriſti: ſed ſi ſupra præuiſionem futuri caſus Adæ apponatur miſericordia Dei volentis caſum illum, vt ſuum computare, & per ſeipſum ſatisfacere, iam habebitur, ꝙ ideo Chriſtus eſt prædeſtinatus filius Dei: quia Deus vult ſatisfacere pro caſu humano. Nec ex hoc oportet gaudere de lapſu alterius, ſed de miſericordia Dei, qui alterius lapſum præuiſum conuertit in alterius bonum.

*¶ Super Quæſtionis primæ Articulum quartum.*

In art. 4. eiuſdem primæ quæſt. corpore tria fiunt. Primo, manifeſtatur id quod quæſtio hæc ſupponit: ſ. Chriſtum deleſſe omnia peccata mundi. Cum enim hæc quæſtio ſit comparatiua (. ſ. an principalius pro originali quã pro actualibus pc̃tis Deus incarnatus ſit) præſupponit poſitiuam certam. ſ. quod pro vtriſq; peccatis incarnatus ſit, & hoc eſt quod primo in litera dicitur. Vbi nota quod non eſt ſermo de omnibus peccatis ſimpliciter, ſed de omnibus peccatis hominũ: quoniã non venit Chriſtus pro peccatis angelorum, & hoc denotat litera cum dicit, ſed ad deletionẽ omnium peccatorũ, quæ poſtmodum . ſ. poſt originale ſuperaddita ſunt. Secundo, monſtratur modus, quo Deus incarnatus deleuit omnia peccata. ſ. non ſecundum effectum, ſed ſecundum ſufficientiã remedii, ita quod duæ ponuntur hic concluſiones. Prima negatiua, Nõ omnia peccata hominũ delentur per Chriſtũ. Et ratio huius eſt defectus hominũ. Probatur auctoritate domini Ioã. 3. Secunda affirmatiua, Chriſtus exhibuit quod ſufficiens fuit ad omnium peccatorũ deletionem. Probatur ex Apoſtolo. Vbi nota quod quia actus actiuorũ fiunt in patiente diſpoſito, & nõ in his, quæ agentis actionem, non ſuſcipiunt: ideo quantumcumq; ignis ſit ſufficiens cauſa calefaciendi aliquem, niſi ille proximus ſit igni non caleſit, non ex defectu ignis, ſed hominis, qui non accedit ad ignem. Attulit Chriſtus medicinam ſufficientiſſimã pro omnibus, & niſi iungamur Chriſto per fidem & obedientiam, in peccatis noſtris remanemus, non ex defectu remedii, ſed ex defectu noſtro, dum magis amamus tenebras ſenſiblium bonorũ, quam lucem intelligibilis diuinique boni. Tertio, in litera reſpondetur quæſito duabus concluſionibus, altera implicite, altera explicite. Prima quæ non explicatur, eſt, Quantum ad magnitudinem peccati intenſiuam, Chriſtus principalius venit ad tollendum peccatum actuale, quam originale. Secunda, quæ explicatur, eſt. Quantum ad magnitudinem extenſiuam peccati, Chriſtus principalius venit ad tollendum peccatum originale, quàm actuale. Vtraque concluſio aſſumit vnam & eandem maiorem. ſ. Tanto principalius ad alicuius peccati deletionem Chriſtus venit, quãto illud peccatum maius eſt: ſed ſubſumit diuerſam minorem: nam pro prima ſubſumitur, peccatum actuale eſſe maius intenſi-

3. diſ. 1. q. 1. a. 2. ad 6. Et opuſ. 10. ar. 28. & opuſ. 11. art. 23. Et opu. 33. ar. 21.

intenſiue: pro ſecunda vero, peccatum originale eſſe maius extenſiue.

¶ Vbi duæ ſtatim occurrunt dubitationes. Prima eſt, quia falſum eſt, quod regulariter loquendo, peccatum originale ſit maius extenſiue, q̃ actuale: quoniam omnes infecti originali ſunt etiã infecti actuali peccato regulariter loquendo, & ſublatis impedimentis, quod dico ꝓpter beatam uirginem, & infantes mortuos antequàm poſſent, actualiter peccare.

†lib. 5. c. 8. cir. fi. to. 7.

*lib. 2. ſent. diſ. 33. q. 2. ar. 2.

¶ Secunda dubitatio eſt, quia ex litera non habetur concluſio ſimpliciter reſpõſiua quæſito, ſed ſolum ſecundũ quid: nõ enim habetur an abſolute dicendum ſit, ꝙ Chriſtus principalius pro originali venit, & ſimiliter nõ habetur, an dicẽdum ſit, quod Chriſtus principalius ꝓ actuali peccato venit, vt patet: ſed habetur, ꝙ ſecundum hoc, ideſt intenſiuã, & ſecundum illud, ideſt extenſiuam magnitudinem venit principalius pro hoc vel illo.

Lib. 2. inter fin. & med. tom. 5.

¶ Ad primum dicitur, ꝙ per ſe loquendo inter originale & actuale peccatũ hæc eſt differentia, quòd actuale, vt in litera dicitur, eſt peccatũ proprium ſingularis perſonæ, quæ facit illud: originale aũt eſt peccatum proprium naturæ humanæ, ab Adã ſeminariè procedentis: & ideo originale per ſe loquendo eſt commune infinitis hominibus, pro quãto natura humana poteſt ſic infinitis communicari: & ideo tollit bonũ generis humani per ſe loquendo, tollendo bonũ in natura communi generi humano. Peccatum autem actuale non niſi bonum huius perſonæ tollit, & accidit peccato meo, quod alter etiã peccet, & ſic de aliis. Stando igitur infra latitudinẽ ſermonis per ſe, optime ſonat differentia poſita: nõ enim accidit peccato naturæ eſſe

Habetur in glo. ordi. in hoc loco.

enim peccatum eſt grauius, tanto magis humanæ ſaluti aduerſatur, propter quã Deus eſt incarnatus: ſed peccatum actuale eſt grauius, quàm originale peccatum: minima enim pœna debetur originali peccato, vt Auguſt. dicit contra Iulianum.† ergo principalius incarnatio Chriſti ordinatur ad deletionem actualium peccatorũ, quàm ad deletionem originalis peccati.

¶ 2 Præt. Peccato originali nõ debetur pœna ſenſus, ſed ſolum pœna damni, vt in ſecundo habitum G eſt:* ſed Chriſtus venit pro ſatisfactione peccatorum, pęnam ſenſus pati in cruce, non autem pœnam damni, quia nullum defectum habuit diuinæ viſionis, aut fruitionis. ergo principalius venit ad deletionẽ pc̃tĩ actualis, q̃ originalis.

¶ 3 Præt. Sicut Chryſ. dicit in 2. de compunctione cordis. †Hic eſt affectus ſerui fidelis, vt beneficia domini ſui, quæ communiter omnibus data ſunt, quaſi ſibi ſoli præſtita reputet: quaſi .n. de ſe ſolo lo- H quens Paulus ita ſcribit ad Gal. 2. Dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me: ſed propria peccata noſtra ſunt actualia: originale .n. eſt commune peccatum. ergo hũc affectum debemus habere, vt exiſtimemus eum principaliter propter actualia peccata veniſſe.

Sed contra eſt, quod Ioan. 1. dicitur, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi, quod exponens Beda dicit, † Peccatum mundi dicitur originale peccatũ, I quod eſt commune totius mũdi.

Respon. Dicendum, ꝙ certum eſt, Chriſtum veniſſe in hũc mundum nõ ſolum ad delendum illud peccatum, quod traductum eſt originaliter in poſteros: ſed etiam ad deletionem omnium peccatorũ, quæ poſtmodũ ſuperaddita ſunt: Non ꝙ omnia deleantur (quod eſt pp defectum hominum, qui Chriſto non inhærent, ſm illud Ioan. 3. Venit lux in mundũ, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lu- K cem) ſed quia ipſe exhibuit quod ſufficiens fuit ad omnium peccatorum deletionem. Vnde dicitur Rom. 5. Non ſicut delictum, ita & donum: nam iudicium ex vno in cõdemnationem, gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem. Tanto autem principalius ad alicuius peccati deletionẽ Chriſtus venit, quanto illud peccatum maius eſt. Dicitur autem aliquid maius dupliciter. Vno modo intenſiue: ſicut eſt maior albedo, quæ eſt F intenſior. Et per hunc modum maius eſt peccatũ actuale, quàm originale: quia plus habet de ratione voluntarij, vt in ſecũdo habitum eſt.* Alio modo dicitur aliquid maius extenſiue: ſicut dicitur maior albedo, quæ eſt in maiori ſuperficie. Et hoc modo peccatum originale (per quod totum genus humanum inficitur) eſt maius peccato actuali, quod eſt proprium ſingularis perſonæ. Et quantũ ad hoc Chriſtus principalius venit ad tol- G lendum originale peccatũ, inquantum bonũ gentis diuinius & eminentius eſt, quàm bonum vnius, vt dicitur 1. Ethic. †

Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de intenſiua magnitudine peccati.

Ad 2m dicendum, ꝙ peccato originali in futura retributione non debetur pœna ſenſus: pœnalitates tamen, quas ſenſibiliter in hac vita patimur, ſicut famẽ, ſitim, mortem, & alia hmõi, ex peccato origi- H ginali procedũt: & ideo Chriſtus, ut plene pro pc̃tõ originali ſatisfaceret, ſenſibilem dolorem pati voluit, vt mortem, & alia huiuſmodi in ſeipſo conſumeret.

Ad 3m dicendũ, ꝙ ſicut Chryſ. ibidem* dicit, verba illa dicebat Apoſtolus, non quaſi diminuere volens ampliſſima, & per orbem terrarum diffuſa Chriſti munera: ſed vt pro omnibus ſe ſolum indicaret obnoxium. Quid .n. intereſt ſi & aliis præſtitit, cũ quę tibi ſunt præſtita, ita integra ſunt, & ita pſecta, quaſi nulli alij ex his aliquid fuerit præſtitum? Ex hoc ergo, ꝙ aliquis debet reputare ſibi beneficia Chriſti præſtita eſſe, non debet exiſtimare, ꝙ non ſint alijs præſtita: & ideo non excluditur, quin principalius venerit abolere peccatum totius naturæ, quàm peccatum vnius perſonæ: ſed illud peccatum naturæ ita perfecte curatũ eſt in vnoquoque, acſi in vno ſolo K eſſet curatum: & ideo propter vnionem charitatis, totum quod omnibus eſt impenſum, vnuſquiſque debet ſibi aſcribere.

## Articvlvs V.

*Vtrum conueniens fuerit Deum incarnari ab initio mundi.*

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur quòd cõueniens fuiſſet Deum incarnari a principio humani generis. Incarnationis .n. opus ex immenſitate diuinæ charitatis ꝓceſſit, ſecundũ illud Eph. 2.

in toto genere, ſicut accidit peccato perſonæ.

¶ Ad ſecundum dicit, ꝙ auctor explicãdo ſecũdã concluſionẽ, & non primã; & addendo ſecundæ concluſioni rationẽ, ſ. quia bonum gentis diuinius & eminentius eſt, quam bonũ vnius, inſinuauit cõcluſionem reſponſiuam quæſito ſimpliciter & abſolute illã eſſe, quam expreſſit in reſpõſione ad tertium, principalius venit abolere peccatum totius naturæ, quàm peccatũ vnius perſonæ.

1. 2. q. 81. art. 1.

Lib. 1. ethi. c. 2. circa fi. tom. 5.

¶ In reſponſione ad tertiũ aduerte, quod illorum verborum, ſ. ſed vt qui pro omnibus, ſe ſolum indicaret obnoxium, ſenſus vnica ſubaudita coniunctione (dicendo ſe ẽt ſolum indicaret obnoxium) clarus adeo eſt, vt nihil reſtet obſcuritatis. Paulus enim ita ſe obligatum omnibus Chriſti bñficiis aiebat, vt non ſolũ vna cum aliis, ſed etiam ipſe teneretur ꝓ omnibus: tum propter perfectam illorũ adeptionem in ſeipſo, acſi pro ipſo ſolo cõceſſa fuiſſent: tũ propter charitatis vnionem cum aliis, qua omniũ bona ſua putabat. Hæc enim duo in litera tanguntur, vt patet.

Loco in argum. citato

¶ *Super Quæſtionis primæ Articulum quintum.*

In art. 5. eiuſdem 1. quæſt. corpore duæ ſunt concluſiones, iuxta duplicem ſtatum humani generis in ſui principio .ſ. innocentiæ & lapſus. Vertitur .n. in quęſtionem, an in in principio humani generis debuerit incarnatio eſſe, & ꝓpterea iuxta duplicem ſtatum in principio, duplici reſpondetur concluſione, vtraq; negatiua. prima eſt, Non fuit cõueniens a principio humani generis ante peccatum deũ incarnatum fuiſſe. Probatur. Opus incarnationis principaliter ordinatur ad reparationem

1. 2. q. 98. arti. 6. cor. Et 3. di. 1. q. 1. art. 4. Et 4. cõt. c. 55. ad 9. Et Iſa. 2. & Gal. 4. li.



parationem naturæ per abolitionem peccati. ergo nõ fuit cõueniens ante peccatum Deum incarnari. Probatur ſequela ratione: quia medicina non datur niſi infirmis: & auctoritate domini duplici. Secunda eſt: Non fuit cõueniens Deũ ĩcarnari ſtatim poſt peccatum. Probatur quadrupliciter. Primo, ex conditione peccati, Humanum peccatum prouenerat ex ſuperbia hominis. ergo eo erat modo liberandus, vt humiliatus cognoſceret ſe liberatore indigere: ſed hoc cõuenienter fit relinquendo hominẽ, primo in ſtatu naturæ, deinde ſub iugo legis, vt expertus ſecũdum vtriuſque vires defectum ſuũ, clamaret pro gratia. ergo &c. Oĩa clara ſunt ĩ litera. Et cõfirmaẽ magis ex reſpõſione ad primum, ducendo ad inconueniens ſuperbiæ ſ. contemptum, ſi ſtatim incarnatio poſt peccatum fuiſſet. Secundo, ex ordine promotionis in bonum: quæ ratio in reſpõſione ad tertium magis explicatur, ita ꝙ ſic eſt formanda. Humanam naturã lapſam conuenit procedere de imperfecto ad perfectum. ergo conſumata eius perfectio in vnione ad Deum non ſtatim habenda erat. Antecedens ꝓbatur Apoſtoli auctoritate in litera. Conſequentia autẽ, vt manifeſta relinquitur; & merito, quia non procederet de imperfecto ad ꝑfectum, quaſi progrediẽdo per media, & appropinquando ad diuinam vnionem, ſi ſtatim incarnatio fuiſſet. nam defuiſſet vnio ſecundũ intellectum magis ac magis illuſtratũ, ſecundũ ſucceſſionẽ temporum: & ſimiliter media vnio per charitatem patriarcharum ac prohpetarũ, & ſĩr media vnio ꝑ diuturnum famulatũ vnĩ populi exhibitum Deo in ſacrificiis, quibus initiabatur humanum ge-nus ad futurũ illud Ieſu Chriſti in ara crucis ſacrificiũ. Tertio, ex dignitate verbi incarnati, & patet. & ſimiliter quarto ex uitando tempore fidei. Et tu adde quintum ex ſoliditate fidei: nam ſi ſtatim fuiſſet incarnatus, fictio putaretur antiquorũ. Nũc autem, ex quõ Chriſti incarnationẽ tot non ſolũ uerba, ſed ſcripturæ prophetarum præceſſerunt, tanta expectatio tot ſęculorũ fuit de Meſſia, mens noſtra in fide ſolidatur. Quam fidei ſecuritatem tetigit Apoſt. 1. ad Corint. 13. bis de Chriſto replicans, ſecundum ſcripturas. Et propterea eccleſia in Symbolo poſt articulũ reſurrectionis Chriſti, appoſuit ly, ſecundum ſcripturas, quod refertur ad omnes præcedentes de incarnatione articulos: ita quod ſenſus eſt. Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutẽ deſcendit de cælis, incarnatus, homo factus, crucifixus, paſſus, ſepultus, & reſurrexit ſecundum ſcripturas, ne videãtur incarnatiõis myſteria omnem humanam capacitatẽ excedẽtia, nouiter conficta.

Li. 3. proſa 10. parum a princ.

Eſt gl. Ambro. in hũc locum to. 5

Inſ. q. 4. ar. 1. c. Et q. 43 a. 3. ad 2. Et q. 44. art. 3. c. Et veri. q. 29. art. 4. ad 5.

Glo. ordin. ibidem.

Aug. tract. 31. in Ioan. ante mediũ tom. 9.

¶ In reſponſione ad ſecundum perſpice, ꝙ reſponſio conſiſtit in hoc quod ratio ex pluralitate ſaluandorum non eſt efficax: quia ſaluandi ex diuina prædeſtinatione ſunt miſericorditer ſaluandi, ꝓut ipſe magis hos, quam illos elegit. Cuius nulla eſt ratio, niſi diuina voluntas.

Deus, qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, & cũ eſſem⁹ mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto: ſed charitas non tardat ſubuenire amico neceſſitatem patiẽti, ſecundum illud Prouerb. 3. Ne dicas amico tuo: uade & reuertere, cras dabo tibi, cum ſtatim poſſis dare. ergo Deus incarnationis opus differre non debuit, ſed ſtatim a principio per ſuam incarnationem humano generi ſubuenire.

¶ 2 Præt. 1. Timo. 1. dicitur, Chriſtus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere: ſed plures ſaluati fuiſſent, ſi a principio humani generis De⁹ incarnatus fuiſſet: plurimi enim ignorantes Deum, in ſuo peccato perierũt in diuerſis ſceleribus. ergo cõuenientius fuiſſet, quòd a principio humani generis Deus incarnatus fuiſſet.

¶ 3 Præt. Opus gratiæ non eſt minus ordinatum, quàm opus naturę: ſed natura initium ſumit a perfectis, vt dicit Boet. in lib. de conſol.* ergo opus gratiæ a principio debuit eſſe perfectum: ſed in opere incarnationis cõſideratur perfectio gratiæ ſecundum illud, Verbum caro factum eſt, & poſtea ſubditur, Plenum gratiæ & veritatis. ergo Chriſtus a principio humani generis debuit incarnari.

Sed contra eſt, quod dicitur Gal. 4. At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege. Vbi dicit glo.† ꝙ plenitudo tẽporis eſt, quod præfinitum fuit a Deo patre, qñ mitteret filiũ ſuum: ſed Deus ſua ſapientia omnia definiuit. ergo conuenientiſſimo tempore Deus eſt incarnatus. Et ſic cõueniens nõ fuit, ꝙ a principio humani generis Deus incarnaretur.

Respon. Dicendum, ꝙ cum opus incarnationis principaliter ordinetur ad reparationem humanæ naturæ per peccati abolitionẽ, manifeſtum eſt quòd non fuit conueniens a principio humani generis ante peccatum Deum incarnatum fuiſſe: non .n. datur medicina niſi iam infirmis. Vnde ipſe Dominus Matth. 9. dicit, Non eſt opus valẽtibus medico, ſed male habentibus: non .n. veni vocare iuſtos, ſed peccatores. Sed nec etiam ſtatim poſt peccatum cõueniens fuit Deum incarnari. Primo quidem, propter conditionem humani peccati, quod ex ſuperbia prouenerat. Vnde eo modo erat homo libe- A randus, vt humiliatus recognoſceret ſe liberatore indigere. Vnde ſuper illud Gal. 3. Ordinata per angelos in manu mediatoris, dicit glo.* Magno Dei conſilio factum eſt, vt poſt hominis caſum non illico Dei filius mitteretur. Reliquit .n. Deus prius hominem in libertate arbitrij in lege naturali, vt ſic vires naturæ ſuæ cognoſceret, vbi cum deficeret, legem accepit, qua data inualuit morbus nõ legis, ſed B naturæ vitio, vt ita cognita ſua infirmitate, clamaret ad medicum, & gratiæ quæreret auxiliũ. Secundo, propter ordinem promotionis in bonum, ſecundũ quem ab imperfecto ad perfectum proceditur. Vnde Apoſtol. dicit. 1. Cor. 15. Non prius quod ſpirituale eſt, ſed quod animale, deinde quod ſpirituale. Primus homo de terra terrenus: ſecundus homo de cælo cæleſtis. Tertio, propter dignitatem verbi incarnati: quia ſuper illud C Gal. 4. At vbi venit plenitudo temporis, dicit glo.* Quanto maior iudex veniebat, tanto præconum ſeries longior præcedere debebat. Quarto, ne feruor fidei temporis prolixitate tepeſceret: quia circa finem mundi frigeſcet charitas multorum. Vnde Luc. 18. dicitur. Cum filius hominis veniet, putas inueniet fidem in terra?

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ charitas non differt amico ſubuenire, ſalua tamen negotiorum D opportunitate & perſonarum conditione. Si enim medicus ſtatim a principio ægritudinis medicinam daret infirmo, minus proficeret, vel magis læderet, quàm iuuaret. Et ideo ẽt dñs non ſtatim a principio incarnationis remediũ humano generi exhibuit, ne illud contẽneret ex ſuperbia, ſi prius ſuam infirmitatem non cognoſceret.

Ad 2m dicendum, ꝙ Auguſt. ad hoc reſpondet in libr. de ſex quæſtionibus Paganorum,* dicẽs q. 2. quòd tunc voluit Chriſtus homi- E nibus apparere, & apud eos prædicari ſuam doctrinam, quando & vbi ſciebat eſſe, qui in eum fuerant credituri: his enim temporibus & his in locis tales homines in eius prædicatione futuros eſſe præſciebat, quales non quidem omnes, ſed tamen multi in eius corporali præſentia fuerunt, qui nec in eum ſuſcitatis ab eo mortuis credere voluerunt. ſed hanc reſponſionem reprobans idem Aug.* in lib. de perſeuerantia dicit. Numquid poſſumus dicere Tyrios & Sidonios talibus apud ſe virtutibus factis credere noluiſſe, aut credituros non fuiſſe, ſi fierẽt, cum ipſe Deus atteſtetur eis, quod acturi eſſent magnæ humilitatis pœnitentiam, ſi in eis facta eſſent diuinarum illa ſigna virtutum? proinde, vt ipſe ſoluens ſubdit, ſicut

In Epiſt. 49 q. 2. a med. tom. 2.

Cap. 9 non procul a fi. tom. 7.

ſicut Apoſtolus ait, Non eſt volentis, neque curren- F tis, ſed miſerentis Dei, qui his quos præuidit, ſi apud eos facta eſſent, ſuis miraculis credituros, quibus voluit ſubuenit: alijs aūt non ſubuenit, de quibus in ſua prædeſtinatione occultè quidē, ſed aliud iuſte iudicauit: ita miſericordiam eius in his, qui liberant̃, & veritatem in his, q̃ puniūtur, ſine dubitatione credamus.

D.1021. Ad 3ᵐ dicendum, ꝙ perfectum quidem eſt ᵈprius imperfecto, in diuerſis quidem tempore & natura: (oportet enim ꝙ perfectum ſit, quod alia ad perfectionem adducit) ſed in vno & eodem imperfectum eſt prius tempore, etſi ſit poſterius natura. Sic ergo imperfectionem naturæ humanæ duratione præcedit æterna Dei perfectio: ſed ſequitur ipſam conſumata G perfectio eius in vnione ad Deum.

niēs eſſe patet: quia primum aduerſatur progreſſui humanæ naturæ de imperfecto ad perfectum: ſecūdum aduerſat̃ auctoritati diuini verbi incarnati, ad deducendum de potentia ad actum conſumatum naturam humanam in propriis ſuppoſitis iuxta ſecundum motū. Cetera ſunt clara. D.1021.

## Articvlvs VI.

*Vtrum incarnatio differri debuerit uſque ad finem mundi.*

Ad sextvm ſic proceditur. Videtur ꝙ incarnationis op⁹ differri debuerit vſque in finem mundi. Dicitur enim in Pſalm. Senectus mea in miſericordia vberi, ideſt, in nouiſſimo, vt gloſ.* dicit. Sed tempus incarnationis eſt maxime tempus miſericordiæ ſecun H dum illud Pſal. Quoniam venit tempus miſerendi eius. Ergo incarnatio differri debuit vſque in finem ſæculi.

¶ 2 Præt. Sicut dictum* eſt, perfectum in eodem, tempore eſt poſterius imperfecto. ergo illud quod eſt maxime perfectum, debet eſſe omnino vltimum in tempore: ſed ſumma perfectio humanæ naturę eſt in vnione ad verbum: quia in Chriſto complacuit, omnem ple- I nitudinem diuinitatis inhabitare, vt Apoſt. dicit Col. 1. Ergo incarnatio differri debuit vſq; ī finē mūdi.

¶ 3 Præt. Non eſt conueniens fieri per duo, quod per vnū fieri poteſt: ſed vnus Chriſti aduētus ſufficere poterat ad ſalutem humanę naturæ; qui erit in fine mundi. ergo non oportuit, ꝙ antea veniret p incarnationem. Et ita incarnatio differri debuit vſq; in finē mundi.

Sed contra eſt, ꝙ dicitur Abac. 3. In medio annorum notum facies. Non ergo debuit incarnationis myſterium, per quod K mundo innotuit, vſque in finem mundi differri.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut non fuit conueniens Deum incarnari à principio mundi: ita nō fuit conueniens, ꝙ incarnatio differretur vſque in finem mūdi. Quod quidem apparet, primo ex vnione diuinæ & humanæ naturæ. Sicut enim dictum eſt,* perfectum vno modo tempore præcedit imperfectum, alio modo econuerſo, imperfectum tempore pręcedit perfectum. In eo enim, ꝙ de imperfecto fit perfectum, imperfectum tēpore præcedit perfectum: in eo vero quod eſt cauſa perfectionis efficiens, perfectum tempore ᵈ præcedit imperfectum. In opere autem incarnationis vtrumque concurrit: quia natura humana in ipſa incarnatione eſt perducta ad ſummam perfectionem. Et ideo non decuit, ꝙ a principio humani generis incarnatio facta fuiſſet: ſed ipſum verbum incarnatum eſt perfectionis humanæ naturę cauſa efficiēs, ſecundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus. & ideo nō debuit incarnationis opus vſque in finem mundi differri: ſed perfectio glorię, ad quam perducenda eſt vltimo natura humana per verbum incarnatum, erit in fine mundi. Secundo ex effectu humanæ ſalutis: ut enim dicitur in lib. de q. vet. & no. Teſt.* in poteſtate dantis eſt, quando vel quantum velit miſereri. Venit̃ ergo quando & ſubueniri debere ſciuit, & gratum futurum beneficium: cum enim languore quodam humani generis, aboleſcere cœpiſſet cognitio Dei inter homines, & mores immutarentur, eligere dignatus eſt Abraham, in quo forma eſſet renouatæ notitiæ Dei & morum, & cum adhuc reuerentia ſegnior eſſet, poſtea per Moyſen legem literis dedit. Et quia eam gentes ſpreuerunt, non ſe ſubiicientes ei, neque hi qui acceperunt, eam ſeruauerunt; motus miſericordia dominus, miſit filium ſuū, qui data omnibus remiſſione peccatorum, Deo patri illos iuſtificatos offerret. Si aūt hoc remedium differretur vſque in finem mundi, totaliter Dei notitia & reuerentia, & morum honeſtas abolita fuiſſet in terris. Tertio apparet hoc fuiſſe conueniens ad manifeſtationē diuinæ virtutis, quæ pluribus modis homines ſaluauit, non ſolum per fidem futuri, ſed etiam per fidem præſentis & præteriti.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ glo. illa exponit de miſericordia perducēte ad gloriam: ſi tn̄ referatur ad miſericordiā exhibitam humano gn̄i per incarnationem Chriſti, ſciendum eſt, ꝙ ſicut Aug. dicit in lib. retracta.* tp̄s incarnationis poteſt comparari iuuētuti humani generis, propter vigorem feruoremq; fidei, q̃ per dilectionem operatur: ſenectuti aūt, quę eſt ſexta ætas, propter numerum tēporum, qa Chriſtus venit in ſexta ætate. Et quāuis in corpore non poſſit ſimul eſſe iuuētus & ſenectus, poteſt tn̄ ſimul eſſe in anima, illa propter alacritatem, iſta propter grauitatē. Et ideo in li. 83. q. alicubi dicit Aug.* ꝙ nō oportuit diuinitus venire magiſtrum, cuius imitatione humanum genus in mores optimos formaretur, niſi tempore iuuentutis. Alibi autem dicit † Chriſtum in ſexta ætate humani generis, tamquam in ſenectute veniſſe.

Ad 2ᵐ dicēdum, ꝙ opus incarnationis nō ſolū eſt cōſiderādū, vt termin⁹ mot⁹ de impfecto ad pfectū; ſed ēt vt principiū pfectiōis ī humana natura, vt dictū eſt.*

Ad 3ᵐ dicendum, ꝙ ſicut Chryſoſt. dicit ſuper illud Ioan.† Non miſit Deus filium ſuū, vt iudicet mundum, Duo ſunt Chriſti aduentus, primus quidem, vt remittat peccata: ſecūdus, vt iudicet mundū: ſi.n. hoc non feciſſet, vniuerſi ſimul pditi eſſent; oēs.n. peccauerunt, & egent gloria Dei. Vnde patet, ꝙ nō debuit aduentum miſericordiæ differre vſq; in finem mundi.

* Gl. ordin. ſuper illud, ab inſurgētibus ī me.

Artic. p̄ced. ad 3. arg.

* Aug. li. q. ex noua teſta. q. 83. circa prin. tom. 4.

Lib. 1. c. 26 non mult. ante medi. tom. 1.

* Lib. 83. q. q. 44. in medio. tom. 4.

† Lib. 1. de Geñ. contra Manich. c. 23. tom. 1.

* In corp. arti.

† Hom. 27. i Ioā. inter medium & finem. to. 3.

*Arti. p̄ced. ad 3.

¶ Super Quæſtionis primæ Articulum ſextum.

In arti. 6. eiuſdem primæ q. vnica eſt concluſio negatiue reſpondens quæſito: Non fuit conueniēs incarnationem differri in finem mundi. Probatur tripliciti ratione in litera. Vbi pro clariori intelligentia primæ rationis, nota quod duplex eſt mot⁹ humanæ naturæ de imperfecto ad perfectū, vnus reſpectu ipſius naturæ, vt diſtinguitur contra ſuppoſitum: alter reſpectu naturæ in ſuppoſitis propriis. Secundum primum motum incarnatio ſe habet vt terminus: quoniam in opere incarnationis natura humana in Deum aſſumpta eſt. Iuxta autem ſecūdum motum gloria animæ, & corporis in futuro mundo ſe habet vt terminus, quando homines glorificabuntur conſumatè. Et in hoc ſecundo motu myſterium incarnationis non ſe habet vt terminus, ſed vt principium effectiuum: quoniā Chriſtus dux omnium hominum ad gloriā conſumatam per ſuam reſurrectionem, &c. eſt. propter primum motum nō decuit īcarnari Deū in principio mundi, vt prædictum eſt. propter ſecundum motum non decuit differri incarnationem in finem mundi. Ex ipſa igit̃ vnione duarum naturarum, diuinæ ſcilicet & humanæ in Chriſto, neutrum conue

Locis ſupra art. 5. citatis.

¶ Super



# QVAESTIO II.

*De modo unionis uerbi incarnati, in duodecim articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandum eſt de modo vnionis verbi incarnati. Et primo, quantum ad ipſam vnionem. Secundo, quantum ad perſonam aſſumentem. Tertio, quantum ad naturam aſſumptam.

Circa primum quæruntur duodecim.

¶ Primo, vtrum vnio verbi incarnati ſit facta in natura.
¶ Secundo, vtrū ſit facta in pſona.
¶ Tertio, vtrum ſit facta in ſuppoſito vel hypoſtaſi.
¶ Quarto, vtrum perſona vel hypoſtaſis Chriſti poſt incarnationem ſit compoſita.
¶ Quinto, vtrum ſit facta aliqua vnio aīæ & corporis in Chr̄o.
¶ Sexto, vtrū natura humana fuerit vnita verbo accidentaliter.
¶ Septimo, vtrum ipſa vnio ſit aliquid creatum.
¶ Octauo, vtrum ſit idem quod aſſumptio.
¶ Nono, vtrū ſit maxima vnionū.
¶ Decimo, vtrum vnio duarum naturarum in Chriſto fuerit facta per gratiam.
¶ Vndecimo, vtrum eam aliqua merita præceſſerint.
¶ Duodecimo, vtrū gratia vnionis fuerit homini Chriſto naturalis.

## Articvlvs primvs.

*Vtrum unio uerbi incarnati ſit facta in natura.*

Ad primvm ſic procedit̃. Videtur ꝙ vnio verbi incarnati ſit facta in vna natura. Dicit enī Cyrillus, & inducitur in geſtis cōcilii Chalcedonēſis,* Non oportet intelligere duas naturas, ſed vnā naturam Dei verbi incarnatam. Quod quidem non eſſet, niſi vnio E fieret in natura. Ergo vnio verbi incarnati facta eſt in natura.

¶ 2 Præt. Atha.† dicit, Sicut anima rationalis, & caro vnus eſt homo, ita Deus & hō vnus eſt Chriſtus: ſed anima rationalis & caro conueniunt in cōſtitutione vnius naturæ humanæ. Sic ergo Deus, & hō cōueniūt in conſtōne alicuius naturę. ergo vnio facta eſt ī natura.

¶ 3 Præt. Duarum naturarum vna nō denominatur ex altera, niſi aliquo modo inuicē tranſmutentur: ſed diuina natura & humana in Chriſto ab inuicem denominant̃. dicit.n. Cyrillus diuinam naturā eſſe incarnatam, & Greg. Nazanzenus* dicit humanam naturam eſſe deificatam, vt patet per Dam.† er- B go ex duabus naturis videtur eſſe facta vna natura.

Sed contra eſt, quod dr̄ in determinatione concilii Chalcedonen.* Cōfitemur in nouiſſimis diebus filium Dei vnigenitum in duabus naturis inconfuſe, immutabiliter, indiuiſe, inſeparabiliter agnoſcēdum, nūquam ſublata differentia naturarum pp vnionem. ergo vnio non eſt facta in natura.

Respon. Dicendū, ꝙ ad hu- C ius qōnis euidentiam oportet conſiderare quid ſit natura. Sciēdum eſt ergo, ꝙ nomen naturæ a naſcēdo eſt dictum: vnde primo eſt impoſitum hoc nomen ad ſignificandum generationem viuentium, q̃ natiuitas vel pullulatio dr̄, vt dicatur natura quaſi naſcitura. Deinde translatū eſt nomē naturæ ad ſignificandum principiū huius gn̄onis. Et quia principiū gn̄onis in rebus viuentibus eſt intrinſecū, vlterius deriuatum eſt nomē naturæ, ad ſignificandum quodlibet principiū D intrinſecum motus, ſ̃m ꝙ Philoſophus dicit ī 2. Phyſi.* ꝙ natura eſt principiū motus in eo, in quo eſt p ſe & non ſ̃m accidēs. Hoc autem principium vel forma eſt, vel materia: vnde qn̄q; natura dr̄ forma, qn̄q; vero materia. Et qa finis generationis naturalis eſt ī eo quod generatur, eſſentia ſpeciei, quam ſignificat definitio, inde eſt ꝙ huiuſmodi eſſentia ſpeciei vocatur ēt natura. Et hoc mō Boetius naturā definit in lib.* de Duabus na. dicens, Natura eſt vnāquāq; rem informans ſpecifica differentia, q̃. ſ. E cōplet definitionem ſpeciei. Sic ergo nunc loquimur de natura, ſ̃m quod natura ſignificat eſſentiam, vel quod quid eſt, ſiue qdditatem ſpeciei. Hoc aūt mō accipiendo naturā, impoſſibile eſt vnionē verbi incarnati eſſe factam in natura.

¶ Tripliciter.n. aliquid vnū ex duobus vel pluribus cōſtituitur. Vno mō ex duobus integris, perfectis remanentib⁹. Quod quidē fieri nō

¶ Super Quæſtionis ſecundæ Articulum primum.

In artic. 1. q. 2. declarandus eſſet titulus, niſi in corpore articuli declararetur.

¶ In corpore articuli ſunt duæ partes principales: in prima declaratur titulus, declarando quid ſignificet in propoſito ly natura. Vbi nota ꝙ Auctor diſcurrendo per diuerſas ſignificatiōes, ordine quodam conuenientes nomini naturæ, decernit ī hac quæſtione naturam ſignificare eſſentiam rei, & ex hac determinatione vt clarificatum reliquit titulum articuli. Et vere ſic eſt: quoniā ex hoc ipſo, quòd Naturæ nomine eſſentiam intelligimus, clare conſtat, quid eſt vniri in natura, ſcilicet vniri ad eſſentię integritatem, vt expreſsè Auctor deduxit ex eodem præſuppoſito in 4. contra Gen. cap. 41. Quærere igitur an vnio verbi incarnati ſit facta in natura, eſt quærere an verbum & humana natura ſint vnita ī vna eſſentia, an conuenerint ad integrādam vnam eſſentiam. In ſecunda parte corporis reſpondetur quęſito negatiue vnica concluſione: Impoſſibile, eſt vnionem Verbi incarnati eſſe factam in natura. Hæc autem concluſio tali modo & ordine in litera probatur. Primo ponitur diſtinctio trimembris de modo, quo aliquid vnū ex pluribus conſtitui poteſt: primus modus eſt, ꝙ aliquid vnum fiat ex pluribus perfectis, remanentibus in ſua integritate: ſecūdus modus eſt, quod aliquid vnum fiat, ex pluribus perfectis quidem, ſed non permanentib⁹, ſed tranſmutatis: tertius eſt, quod aliqd vnum fiat ex pluribus permanentibus quidē, ſed impfectis. Et iuxta ſingulos modos ſuato ordine quo recitati ſunt, p̄bat concluſionē propoſitam tripliciter, vt patet clare in lr̄a.

¶ Circa illam literę rationem, qua probatur, non poſſe aliquid cōuerti in di- A uinam naturam, quia eſt ingenerabilis, aduerte ꝙ dupliciter poteſt intelligi aliquid conuerti in aliud. Primo per tranſubſtantiationem: ſicut panis in ſacramento altaris conuertitur, in corpus Chriſti. ſecundo per tranſmutationem: ſicut alimentum conuertitur in corpus animalis, quod nutritur: & ſimiliter elementa conuertuntur in miſtum, ſecundum opinionem tenentium elementa non remanere ſecundum ſuas ſubſtātias in miſto. Non eſt in præſenti ratione ſermo de cōuerſione primo mō: quoniam non valeret ratio: qa ex hoc, ꝙ aliquid eſt ingenerabile, non ſequitur quod non poſſit diuina virtute tranſubſtātiari ī ipſum: quin potius de facto ī corpus Chriſti glorioſum, quod eſt incorruptibile & ingenerabile, conuertitur panis in Euchariſtia: ſed eſt ſermo de cōuerſione ſecundo modo: quia de tali diſputatur in ſecūdo mō, quo ex pluribus perfectis trāſmutatis fit vnum, vt patet in litera.

¶ Circa rationem illam, quia diuina natura & humana nō poſſunt conſtituere aliquid per modum formæ & materiæ, nota duo. Primum eſt ly præſertim corporei: dixit enī hoc Auctor ad præſeruādum ſermonem ſuū ab informatione ſecundum eſſe intelligibile. Dictum eſt enim in 1. lib. q. 12. ꝙ diuina eſſētia poteſt eſſe forma intelligibilis intellectus creati: ſed alterius rationis ac ordinis eſt eſſe formam in eſſe intelligibili intellectus creati, & conuenire cū aliquo corporeo per modū formæ & materiæ ad conſtituendū aliquam naturam. hoc enim maximam imperfectionē & informationem rei ſecundum eſſe materiale poneret ī diuina natura: illud autē nullam imperfectionē, aut informationem ſecundum eſſe ponit in diuina eſſentia, vt ibi patuit. Secūdum eſt, ꝙ ſequela, in litera ſubiuncta, ſcilicet ſequeret̃ enim quod ſpecies reſultans eſſet communicabilis pluribus, fundatur ſuper illa p̄poſitione: Oīs natura

Infr. arti. 2. & 6. cor. & 12. ad 1. & q. 50. art. 2. Et 3. diſt. 1. qō. 2. art. 1. & di. 5. q. 1. art. 2. & 3. Et 4. con. c. 35. 37. & 41 Et veri. q. 20. art. 1. c. Et vnio. arti. 1. Et op. 3. cap. 211. 212. & 225

* Actio. 1. poſt epiſc. Cyrilli ad Ioan. epiſt. Anthio. nō multū procul.

† In ſymbolo fidei ſuę.

* Nazanzenus ī epi. 1. ad Clidonium ante medium.

† Lib. 3. ortho. fidei c. 6. 7. a medio.

In ſymbolo fidei ibi poſito, reperies id to. 1 conc. 4. generaliū Coloniæ impreſſorū anno d. 1530.

*Li. 2. Phy. teſt. 3. to. 2.

* in 2. pagi. a princ. lib.

poteſt niſi in his, quorū forma eſt compoſitio, vel ordo, vel figura: ſicut ex multis lapidibus abſq; aliquo ordine adunatis, per ſolam cōpoſitionem fit aceruus: ex lapidibus aūt, & lignis ſecundū aliquem ordinem diſpoſitis, & etiam ad aliquam figurā redactis, fit domus. Et ſecūdum hoc poſuerunt aliqui vnionem eſſe per modum confuſionis, quæ.ſ. eſt ſine ordine, vel ꝑ modum commaſſationis, quæ.ſ. eſt cū ordine. Sed hoc nō pōt eſſe. Primo quidem: quia cōpoſitio, vel ordo, vel figura non eſt forma ſubſtantialis, ſed accidentalis. Et ſic ſequeretur, ꝙ vnio incarnationis nō eſſet per ſe, ſed per accidēs, quod infra improbabit.* Secundo, quia ex huiuſmodi nō fit vnum ſimpliciter, ſed ſecundum quid: remanēt enim plura actu. Tertio, quia forma taliū non eſt natura, ſed magis ars: ſicut forma domus. Et ſic non conſtitueretur vna natura in Chriſto, vt ipſi volunt. Alio modo fit aliquid vnum ex perfectis, ſed tranſmutatis: ſicut ex elementis fit miſtum. Et ſic aliqui dixerūt vnionem incarnationis eſſe factam per modum complexiōis. Sed hoc non pōt eſſe. Primo quidem, quia natura diuina eſt omnino īmutabilis, vt in 1. parte dictū eſt.† vnde nec ipſa pōt conuerti in aliud, cum ſit incorruptibilis: nec aliud in ipſam, cum ipſa ſit ingenerabilis. Secundo, quia id qđ eſt cōmiſtum, nulli miſcibilium eſt idē ſpē: differt.n. caro a quolibet elementorum ſpecie. Et ſic Chriſtus nō eſſet eiuſdē naturæ cum patre, nec cum matre. Tertio, quia ex his q̄ plurimum diſtant, non pōt fieri cōmiſtio: ſoluitur.n. ſpēs vnius eorum, puta ſi quis guttā aquæ amphoræ vini apponat. Et ſecundum hoc cum natura diuina in infinitū excedat humanam naturam, non poteſt eſſe miſtio: ſed remanebit ſola natura diuina. Tertio modo fit aliquid ex aliquibus non permiſtis vel ꝑmutatis, ſed imperfectis: ſicut ex anima & corpore fit hō: & ſilr ex diuerſis membris, vnum corpus cōſtituitur. Sed hoc dici non pōt de incarnationis myſterio. Primo quidem, quia vtraq; natura eſt ſecundum rōnem ſuam ꝑfecta, diuina.ſ. & humana. Secundo, quia diuina natura humana nō poſſunt conſtituere aliquid ꝑ modum partium q̄titatiuarū, ſicut mēbra conſtituunt corpus: quia natura diuina eſt incorporea. Neq; per modū formę & materiæ: quia di-

F uina natura non pōt eſſe forma alicuius, ꝓſertim corporei. Sequeretur.n. ꝙ ſpecies reſultans eſſet cōmunicabilis pluribus: & ita eſſēt plures Chriſti. Tertio, quia Chriſtus nō eſſet humanæ naturæ, neq; diuinæ naturæ. Differentia.n. addita variat ſpeciē, ſicut vnitas numerum, ſicut dr̄ in 8. Metaphy.†

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ auctoritas Cyrilli exponitur in 5. Synodo* ſic. Si quis vnam naturā verbi Dei incarnatam dicens, non ſic accipiat, ſicut patres docuerūt,
G quia ex diuina patura & humana, vnione ſecundum ſubſiſtētiam facta, ſed ex talibus vocibus naturā vnam ſiue ſubſtantiam diuinitatis & carnis Chriſti introducere conetur, talis anathema ſit. Nō ergo ſenſus eſt, quòd in incarnatione ex duabus naturis ſit vna natura conſtituta: ſed ꝙ natura verbi Dei, carnem uniuit ſibi in perſona.

AD 2m dicendum, ꝙ ex anima & corpore cōſtituitur in vnoquoque noſtrum duplex vnitas, natu-
H ræ & perſonæ. Naturæ quidem ſecundum ꝙ anima vnitur corpori, formaliter perficiens ipſum, vt ex duobus fiat vna natura, ſicut ex actu & potētia, vel materia & forma. Et quantum ad hoc non attēditur ſimilitudo: quia natura diuina non poteſt eſſe corporis forma, vt in primo probatum eſt.† Vnitas vero perſonæ conſtituitur ex eis, inquantum eſt unus aliquis ſubſiſtens in carne & anima. Et quantum ad hoc attenditur ſimilitudo:
I unus enim Chriſtus ſubſiſtit in diuina natura & humana.

AD 3m dicendum, ꝙ ſicut Damaſc.* dicit, Natura diuina dicitur incarnata: quia eſt unita carni perſonaliter, non ꝙ ſit in naturā carnis conuerſa. Similiter & caro dicitur deificata (ut ipſe dicit) non ꝑ cōuerſionem, ſed per unionem ad uerbum ſaluis ſuis proprietatibus naturalibus, ut intelligatur caro deificata: quia facta eſt Dei uerbi caro, non quia facta ſit Deus.

K

## ARTICVLVS II.

*Vtrum unio uerbi incarnati ſit facta in perſona.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ unio uerbi incarnati non ſit facta in perſona. Perſona enim Dei non eſt aliud a natura ipſius, ut habitū eſt in primo.† Si ergo unio non eſt facta in natura, ſequitur ꝙ non ſit facta in perſona.

¶ 2 Præt. Natura humana non eſt minoris dignitatis in Chriſto, ꝗ in nobis: perſonalitas autem ad dignitatem pertinet, ut in primo habitum eſt.† Cum ergo natura humana in nobis propriam perſonalitatem habeat, multo magis habuit propriam perſonalitatem in Chriſto.

¶ 3 Præter. Sicut Boet. dicit in lib. de dua. na.* Perſona eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia: ſed uerbum Dei aſſumpſit naturam humanam indiuiduam. natura enim uniuerſalis non ſubſiſtit ſecundum ſe, ſed in nuda contemplatione conſideratur, ut Damaſc. dicit.† ergo humana natura habet ſuam perſonalitatem. Non ergo uidetur, quòd ſit facta unio in perſona.

SED CONTRA eſt, quod in Chalcedo.* ſynodo legitur, Non in duas perſonas partitum aut diuiſum, ſed unum & eūdem filium unigenitum Deum Verbum, do-
B minum noſtrum Ieſum Chriſtum confitemur. ergo facta eſt unio uerbi in perſona.

RESPON. Dicendum, ꝙ perſona aliud ſignificat, quàm natura. Natura enim, ut dictum eſt,* ſignificat eſſentiam ſpeciei, quam ſignificat definitio. Et ſi quidem his,

natura cōpoſita ex materia & forma, ē communis pluribꝰ, quæ ex primo Cæli ſumitur. Quæ propoſitio vera dicitur, quantum eſt ex ſe: poteſt.n. aliūde, puta ex hoc, quod conſtat ex tota ſua materia non inueniri, niſi in vno natura illa, vt de mundo ibidem dicit. Eſt igitur omnis natura ex materia & forma compoſita, ſecundum ſe communis pluribꝰ, & de facto poteſt inueniri in pluribus, niſi conſtet ex tota ſua materia. Et quia natura illa reſultās ī Chriſto ex diuina natura, vt forma, & humana, vt materia non conſtaret ex tota ſua materia (vt patet: quia multæ aliæ naturæ humanæ ſingulares inueniuntur vltra illam, quæ eſt in Chriſto) ſequitur ꝙ de facto poſſet natura illa reſultans plurificari: ac per hoc poſſent eſſe plures, immo infiniti Chriſti eiuſdē ſpeciei ſpāliſſimę.

* Art.6. huius quæſt.

¶ In eodem primo articulo in reſpōſione ad ſecundum circa ſimilitudinem ab Athanaſio datam, perſpice quod ſimilitudo dicitur tenere quantum ad hoc, ideſt quantum ad vnitatem ſuppoſiti vtrobiq;. Nec aliud ſonant verba Athanaſii, niſi ſimilitudinem quo ad vnitatem ſuppoſiti: dicendo, ſicut anima rōnalis & caro vnus eſt homo. nam vnus homo vnum ſuppoſitum manifeſte ſignificat, & non ponit ſimilitudinem quo ad vnitatem naturæ, nec quo ad modum conſtituendi vnum ſuppoſitum. neque enim illo modo vnum ſuppoſitū Chriſti conſtat ex diuina & humana natura, ſicut vnus homo conſtituitur ex anima & corpore: quoniam vnus homo, puta Petrus, conſtituitur ex anima & corpore, vt veris partibus componentibus ipſum Petrum: eſt enim perſona Petri compoſita ex hac anima & hoc corpore, vt partibus ſuis. Chriſtus autē non conſtituitur in ſuo eſſe perſonali ꝑ vtrāque naturam, diuinam.ſ. & humanam, vt infra patebit. Intellige igitur ſimilitudinem quantum ad ipſam vnitatem ſuppoſiti, vtrobique ſubſiſtentis ī duobus: ibi in natura animæ rationalis & carnis, hic in natura Dei & hominis: diuerſimode tamen iuxta diuerſas conditiones eorūdē. Diligenter autē penſato illa verba literæ: Vnitas vero perſonę conſtituitur ex eis, ſcilicet anima & corpore vnitis, inquantum eſt vnus aliquis ſubſiſtens in carne & aīa. oportet nāque hæc ſcrutari in q.4. art.2. vbi inquiretur, & definiendum eſt quid perſona humana, puta Petrus, addit ſupra ſuam, hoc eſt ſingularem humanitatē, qua eſt hic homo.

† P.p.q.9. art.1.

† Li.8. tex. 10.

In concil. Conſtanti. can. 8. ſed iſtud cōcil. 5. generale

*¶ Super quæſtionis ſecundæ Articulum ſecundum.*

IN articulo ſecundo eiuſdem ſecundæ quæſtionis præclarandus eſſet titulus, niſi in corpore articuli declararet.

† P.p.q.39. art.8.

¶ In corpore igitur articuli tria fiūt. primo declaratur ly ꝑſona. Secūdo ly vniri in perſona: ꝑ hæc enim duo titulus patet. Tertio reſpondetur quęſito vnica cōcluſiōe affirmatiua. Vnio verbi incarnati eſt facta in perſona, ita quod non in natura.

Li.3. orth. fid. c.6.

¶ Primum fit declarando differentiam inter perſonā & naturam, ex diuerſa ſignificatione nominum naturæ, & perſonæ. Vbi ſcito ꝙ perſonæ & naturæ nominibus non intelligimus hæc vocabula, natura, & ꝑſona, quæ importāt naturam & perſonā in actu ſignato, ſed nomina quę ſignificāt naturam & perſonam in actu exercito, vt humanitas, & hic homo, ſeu Sortes, & ſic de aliis: ita quod ex eo ꝙ aliud ſignificat humanitas, & ſimilia nomina naturarum, & aliud ſignificat Sortes, & alia nomina perſonarum, monſtratur differentia in rebus ſignificatis, ſcilicet natura & perſona. Procedit autē litera ex differentia inter naturam & ſuppoſitum, ad differētiam inter naturam & perſonam, a communioribus tradens doctrinā.

Locis ſup. ar.1. indicatis.

P.p.q.3. ar.8.

† P.p.q.? art.3.

Aliquātum a prin. ... licet in ... pagin.

Suppoſitum.n. cum idem ſit quod prima ſubſtantia, commune eſt omni naturæ generis ſubſtantiæ, perſona autem in ſola rationali ſeu intellectuali natura inuenitur: ita quod ſicut ſuppoſitū ſignificat primam ſubſtātiam, in quacumque ſpecie ſubſtantię ſit, ita perſona ſignificat primam ſubſtantiam in genere intellectualis ſubſtantię. Et propterea in litera dicitur, quod differentia aſſignata inter naturam & ſuppoſitum, intelligenda eſt etiam inter naturam & perſonam: contrahitur enim per ly perſona, ly natura ad rationalem: & perinde eſt ac ſi diceretur ſuppoſitum naturæ rationalis.

† Lib.3. c. 11. & lib.1. c.11. ad ſenſum ſaltē.

*Habetur ī cōci. 1. epheſino in epi. ſynodi ad Neſtoriū: & etiam in loco citato art. ꝑced. in arg. Sed cōtra.

¶ Et quoniam diuerſimode in diuerſis inuenitur aliud & aliud, quod ſignificatur nominibus naturæ & perſonæ: quia ī quibuſdam inuenitur aliud ſecundum rem, in quibuſdam aliud ſecundum rationem tantum: ideo in litera poſt propoſitam differentiā ſignificati per naturam a ſignificato per perſonā, quatuor facit, Primo oſtendit quare in quibuſdam ſecundum rem diſtinguuntur natura, & ſuppoſitum dicens hoc ideo eſſe, quia naturæ poteſt inueniri aliquid coniunctum, præter id quod de ratione ſua formali eſt. Et hanc rationem ita ponderat Auctor, vt ex affirmatione affirmationē, & ex negatione negationem inferat, hoc eſt, quod in illis ſubſtantiis, in quibus inuenitur aliquid vltra naturam ſpecificam, ſuppoſitum & natura diſtinguuntur ſecūdum rem: & in illis, in quibus nil inuenitur præter naturam ſpecificā ſuppoſitum & natura non diſtinguuntur ſecundum rem. Secundo explanat in quibus ſubſtantiis manifeſte ſubſumi poteſt diſtinctio talis ſecundum rem vel non diſtinctio, & dicit, quod in ſubſtantiis compoſitis ex materia & forma, in quibus inueniuntur & accidentia & principia indiuiduantia pręter naturam ſpecificam, ſuppoſitum & natura diſtinguuntur ſecundum rē. Tertio declarat, qualiter diſtinguuntur ſecundum rem, & dicit. Diſtinguuntur non tamquàm duæ res ſeparatæ, ſed tāquam eadem ſuperaddens aliqua alia. Vbi nouitii diſtinguant, quod diſtingui ſecundum rem contingit dupliciter: primo, ſicut duæ res, quarum vna nihil eſt alterius, vt albedo & dulcedo, vt Sortes & Plato, &c. alio modo ſic, vt vna res includat totam aliam, & ſuperaddat ei aliquid aliud, & hoc modo ſuppoſitum diſtinguitur a natura ſecundum rem: quia ſcilicet includit naturam, & addit aliqua alia. Et ne hoc voluntarie dici videatur, ex duobus effectibus hoc probat, primo ex modo ſignificandi: quia hinc prouenit, quod ſignificatur ſuppoſitum per modum totius, & natura per modū partis formalis, perfectiuæ ſuppoſiti. Secundo, ex negatiua ꝑdicatione: quia hic hō non eſt ſua humanitas: ex hoc.n. ꝙ Sortes eſt vt totum quoddam reſpectu naturæ & aliorum ſuperadditorum, prouenit vtrumque, & quod ſic ſignificetur vt totum & natura vt pars, cōſtitutiua tn̄ ipſius, & ꝙ falſa ſit affirmatio naturę de Sorte, vtpote partis de toto. Quarto ſub alio mēbro ſubſumit ſubam diuinā, in qua natura & ſuppoſitū ſola rōne diſtinguuntur: quia nihil in Deo vltra ſuā naturam inuenitur.

¶ Sed occurrunt circa hæc multa dubia. Primum eſt, an differentia realis poſita hic inter ſuppoſitum & naturam, habeat locum in angelis. Et eſt ratio dubii: quia in prima parte qō.3. artic.3. dixit Auctor in ſubſtantiis ſeparatis ſuppoſitum eſſe idē ſecundum rem, quod natura: ita quod Gabriel eſt ſua Gabrielitas: cuius oppoſitum dicitur hic de Sorte, quod ſcilicet non eſt ſua humanitas. In oppoſitum autem eſt: quia hic dicitur, quod in quibus inuenitur aliquid præter naturam ſpeciei, ſuppoſitum differt ſecundum rem a natura: quia in ſuppoſito includitur natura ſpeciei, & quædam alia quæ ſunt præter naturam ſpeciei. Cōſtat autem in angelis inueniri multa præter naturam ſpeciei, vt exiſtentia actualis, & alia accidentia: quamuis non inueniantur in eis principia indiuiduantia. ergo &c.

¶ Secundum dubium eſt an illud, quod ſuppoſitum dicitur ad-
A dere ſupra naturam, oporteat eſſe ens reale, an ſufficiat quod ſit negatio aliqua ſecundum doctrinam Auctoris.

¶ Tertium dubium eſt, an illud, quod addit ſuppoſitum ſupra naturam, oporteat eſſe intrinſecum ſuppoſito: an ſufficiat quod ſit extrinſecum. Et eſt ſermo de ſuppſito & natura ſingulari: hoc eſt de Sorte & hac ſua humanitate. Et eſt ratio dubii difficultas videndi quid eſt illud intrinſecum, & diuerſitas opinionum, & noſtrum etiam dictum in Commentariis Primæ partis in loco allegato, vbi diximus quod non differunt intrinſece.

¶ Quartum dubiū eſt quid ſit illud qđ ſuppoſitum creatū, addit intrinſecum ſibi ſupra hanc naturam ſuam. Et eſt ratio dubii: quia hinc non apparet quid ſit illud & propter rei obſcuritatem & propter varias opiniones. inde autem cogimur aliquid dicere: quoniam dicimus & affirmamus verbum Dei non aſſumpſiſſe perſonam humanam, ſed aſſumpſiſſe hanc humanitatem, & dicimus quod perſona humana eſt inaſſumptibilis: hæc autem natura aſſumpta eſt.

* Ar. ꝑced.

C Quintum dubium eſt circa illud, quod in Deo nihil inuenitur præter rationem ſuæ ſpeciei: quàm in Deo confitemur perſonales proprietates realiter inter ſe diſtantes, præter vnicam, abſolutam ac communem omnibus diuinis perſonis eſſentiam.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd ſententia literæ iſtius procul dubio locum habet in angelis, vt patet inferius in q.4. artic. primo ad tertium, vbi natura angeli abſque angeli perſonalitate aſſumptibilis a diuina ponitur perſona (quod conſtat non eſſe intelligibile ſi ſuppoſitum, & natura eſſent omnino idem ſecundum rem) & quòd in angelis propter hanc literæ rationem, quam Auctor etiam in Quolib.2. quæſt.2. artic.2. tractat, ſuppoſitum differt ſecundum rem a natura: non tamen omni modo quo differunt hæc in compoſitis ex materia & forma, vt ibidem dicitur: quia ſuppoſitum in ſubſtantiis materialibus differt a natura etiam, quia includit ſingularitatem naturæ, quam nō includit natura. Talis autem differentia non ſaluatur inter ſuppoſi-
D tum, & naturam in ſubſtantiis ſeparatis: ſed illa differentia, quæ ponitur hic, communis eſt omnibus ſubſtantiis creatis, ſcilicet quod ſuppoſitum includit naturam etiam hanc, & addit quædā alia: natura autem etiam hæc non includit illa. Nec obſtat doctrina habita in Prima parte: quoniam ibi eſt ſermo de identitate reali & intrinſeco reali deſignatiuo naturæ, ita quod cum pluribus modis poſſit contingere diſtinctio ſuppoſiti a natura, ibi non eſt ſermo, niſi de illo modo. quo differunt penes aliquid reale intrinſecum deſignatiuum naturæ: quomodo clare patet ſuppoſitum differre ab eſſentia per definitionem ſignificatam in ſubſtantiis materialibus. Sortes enim manifeſte differt ab humanitate: quia includit principia indiuiduantia, quæ determinant naturam, ſcilicet humanitatem, conſtituendo humanitatem eſſe hanc: quamuis non differat per hoc ſolum Sortes ab humanitate: ſic enim in angelis non differunt ſuppoſitum & natura. Nec propterea Auctor fuit ibi diminutus, aut falſus excluſo illo mo-
E do diſtinctionis ſuppoſiti a natura, concludens identitatem ſuppoſiti & naturæ in ſubſtantiis immaterialibus, & conſequenter in Deo: quoniam etſi proceſſus iſte ſolus reprehendi poſſit: iunctus tamen articulis ſequentibus irreprehēſibilis fuit, quoniam ex ſequentibus, in illa met q. articulis excluduntur a Deo (de quo eſt principalis quæſtio) alii modi, quibus poteſt ſuppoſitum ſecundum rem diſtingui a natura. excludendo enim compoſitionem ex eſſentia & eſſe & quocumque accidente, & quacumque componibilitate, ſatis clare patet, quod eſſentiæ illi nihil præter rationem ſpeciei iunctum eſt, ac per hoc omnes modi, quibus ſuppoſitum poteſt diſtingui a natura, excluſi ibi inueniuntur a Deo, non autem ab angelis de quibus non erat tunc quæſtio. Senſus ergo doctrinæ illius eſt, quod in ſubſtantiis immaterialibus ſuppoſitum & natura ſunt idem, ſecundum rem intrinſece, ita quod ly intrinſece, referatur ad naturam etiam hanc: an autem referatur etiam ad ſuppoſitum, ſub dubio relinquatur: quoniam inferius diſcutiendum eſt.

¶ Ad ſecundum dubium dicitur, quod proculdubio oportet eſſe ens

ens reale quod ſuppoſitum addit ſupra naturam; quia eſt illud, quo differt ſecundum rem a natura. Conſtat enim quod differentia ſecundum rem inter aliqua non eſt, niſi ratione alicuius entis realis in hac autem litera dicit, ꝙ eſt differentia ſecundum rem. Igitur oportet quod ſit ſecundum aliquam realitatem.

¶ Ad tertiũ & quartum dubium reſpondendum eſt in q. 2. art. 2. vbi melius intelligi poterunt dicẽda, poſtquam tot de perſona interim diſcuſſa apertaque fuerint.

¶ Ad quintum dubium dicitur, quod ĩ Deo præter rationẽ ſuæ naturæ nihil aliud inuenitur: aliud autem dico non ſolum realiter, ſed formaliter loquẽdo de formalitate diuinæ naturæ, prout ipſa ĩ ſe ex ſe eſt. Deitas nãque ſi definiretur ſecundum ſua merita, clauderet in ratione ſua formaliſſima & ſimpliciſſima, non ſolum quid eſt ſapiẽtiæ, intellectus voluntatis, & reliquarum abſolutarũ perfectionum: ſed quid eſt paternitatis, filiationis, ac proceſſionis. Sed quia noſter intellectus non poteſt illius celſitudinem capere, more noſtro diſtinctas rationes formales eſſentiæ & perſonalis proprietatis formamus, fultas in re vnica, excellenti re, & quidditate, virtualiter continente has diſtinctas rationes, quas formamus.

quæ ad rationem ſpeciei pertinẽt, nihil aliud adiunctum inueniri poſſet, nulla neceſſitas eſſet diſtinguendi naturam a ſuppoſito naturę, quod eſt indiuiduum ſubſiſtens in natura illa: quia vnumquodque indiuiduum ſubſiſtens in natura aliqua, eſſet omnino idem cum ſua natura. Contingit autem in quibuſdam rebus ſubſiſtentibus inueniri aliquid, quod non pertinet ad rationem ſpeciei, ſcilicet accidentia & principia indiuiduantia (ſicut maxime apparet in his, quæ ſunt ex materia & forma compoſita) & ideo in talibus etiam ſecundum rem differt natura & ſuppoſitum, non quaſi omnino aliqua ſeparata: ſed quia in ſuppoſito includitur ipſa natura ſpeciei, & ſuperadduntur quædam alia, quæ ſunt pręter rationem ſpeciei. vnde ſuppoſitum ſignificatur vt totum, habens naturam ſicut partem formalem & perfectiuam ſui: & propter hoc in compoſitis ex materia & forma, natura non prædicatur de ſuppoſito: non enim dicimus, quòd hic homo ſit ſua humanitas. Si qua vero res eſt, in qua omnino nihil aliud eſt præter rationem ſpeciei vel naturæ ſuæ (ſicut eſt ĩ Deo) ibi, non eſt aliud ſecundum rem ſuppoſitum & natura, ſed ſolum ſecundum rationem intelligendi: quia natura dicitur, ſecundum ꝙ eſt eſſentia quædam: eadem vero dicitur ſuppoſitum, ſecundum ꝙ eſt ſubſiſtens. Et quod eſt dictũ* de ſuppoſito, intelligendum eſt de perſona in creatura rationali vel intellectuali: quia nihil aliud eſt perſona, quàm rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia, ſecundum Boetium. † Omne igitur quod ineſt alicui perſonæ, ſiue pertineat ad naturam eius ſiue non, vnitur ei in perſona. ſi ergo humana natura verbo dei non vnitur in perſona, nullo modo ei vnitur, & ſic totaliter tollitur incarnationis fides, quod eſt ſubruere totam fidẽ Chriſtianam. Quia ergo Verbum habet naturam humanã ſibi vnitam, non autem ad ſuam naturam diuinam pertinentem, conſequens eſt quòd vno ſit facta in Verbi perſona, non autem in natura.

*In iſto met art.

† In lib. de duab. naturis, aliquantulũ a principio.

¶ Secundum autem, quid ſcilicet eſt vniri in perſona, declaratur ponendo vnam vniuerſalem, Omne quod ineſt alicui perſonæ, ſiue pertineat ad naturam eius, ſiue non, vnitur ei in perſona. Vbi ſcito latitudinem vnionis in perſona habere triplicem gradum. Ad cuius clarificationem recolendum eſt, ꝙ alicui perſonæ quatuor attribuuntur, primo extrinſeca, vt veſtis & locus: ſecundo accidentia inhærentia, vt albedo & huiuſmodi: tertio, partes, vt manus & reliqua membra: quarto eſſentia, ipſa etiam ſingularis, vt hæc humanitas: habet enim Sortes veſtem, albedinem, manum, & hanc ſuam humanitatem. Sed primum horum non eſt vnitum Sorti in perſona: quia conſtat aliud eſſe ſuppoſitum veſtis, & aliud ſuppoſitum perſonæ veſtitæ illa veſte: ſuppoſitum enim veſtis eſt ſubſtantia panni, non homo qui veſtitur. Reliqua vero tria vniuntur Sorti, in perſona: nam ſubiectum accidentium Sortis eſt ipſe Sortes: & ſimiliter Sortes eſt qui integratur ex ſuis membris, & qui conſtituitur in eſſe ſuo ſpecifico indiuiduato per hanc ſuam humanitatem. Eſt autem inter illos tres modos vnionis in perſona diuerſitas magna: quoniam accidentia vniuntur quidem Sorti in perſona, ſed non vt pertinentia ad integritatem perſonæ, vt patet. Partes vero vniuntur in perſona Sortis, vt integrantes ipſius perſonam. Natura autem ſingularis vnitur perſonæ Sortis, vt cõſtitutiua ipſius Sortis: ita quod tam partes, quam natura vniuntur Sorti in perſona ſubſtantialiter, ſed partes ſecundum eſſe ſubſtantiale partiale: natura vero ſecundum eſſe ſubſtantiale totius naturæ. Et quia in hoc articulo ſola quæſtio de vnione in perſona tractatur, & inferius diſcutienda eſt in articu. 6. an huiuſmodi vnio in Chriſto ſit ſubſtantialis vel accidentalis: ideo præſenti propoſito ſufficit indiſtincte determinare, quod vnio eſt in perſona, non curando de modo ſeu gradu vnionis perſonalis. Et propterea in litera dicitur, ꝙ omne quod ineſt alicui perſonæ, ſiue pertineat ad naturam eius, ſiue non, vnitur ei in perſona. Et per hæc patet titulus articuli.

¶ Concluſio reſponſiua probatur ſic. Verbum habet naturam humanam ſibi vnitam, & non ad ſuam naturam diuinam pertinentem. ergo vnio eſt facta in Verbi perſona & non in natura. Antecedens patet ex fide. Conſequentia probatur: quia ſi non vnitur ei in perſona, nullo modo vnitur ei, ac per hoc tota fides ſubuertitur. Aſſumptum fundatur ſuper illa maxima. Omne quod ineſt alicui perſonæ, ſiue pertineat ad naturam eius, ſiue non, vnitur illi in perſona. Ex hoc enim patet, quod negare vnionem naturæ humanæ in perſona verbi Dei eſt negare naturam humanã ineſſe verbo Dei, quod eſt negare incarnationẽ.

¶ Sed eſt circa proceſſum hunc quæſtio, quoniam maxima illa. Omne quod ineſt alicui perſonæ, ſiue pertineat ad naturam illius ſiue non, vnitur ei in perſona: aut intelligitur, quod ly ineſt, verificetur pro quocumque modo ineſſendi, aut de aliquo ſeu aliquibus modis ineſſendi. Si intelligitur latiſſime pro quocumque modo ineſſendi, falſa cõprobatur: cum etiam veſtis dicatur eſſe in perſona veſtita, quam conſtat nõ vniri in perſona. Si intelligitur reſtricta ad aliquem, vel ad aliquos eſſendi modos (puta vt forma in ſubiecto, aut pars in toto, aut ſecundum eſſe ſubſtantiale vel accidentale) probanda eſſet Minor, ſcilicet, quod verbum Dei habeat naturam humanam vnitam ſibi tali modo. Proceſſus ergo iſte aut deficit in illa maxima, aut in probatione ſubſumptorum.

¶ Ad hoc dicitur quod in illa maxima, Omne quod ineſt alicui perſonæ, &c. ſumitur ineſſe perſonæ proprie, vt ineſſe diſtinguitur contra extrinſecus adiacere: quemadmodum veſtis, locus, tempus, & alia huiuſmodi adiacent nobis, & non ſunt ſecundum veritatem in nobis. Vnde non oportet deſcẽdere ad determinatos modos eſſendi in perſona: ſed ſufficit, quod uere inſit perſonæ quocumque modo illud uerificetur. Et quia ſecũdum fidei doctrinam uerbum Dei factus eſt homo ſecundum rem, ideo non oportet probare, ſed ſupponere veritatem ſubſumpti, ſcilicet quod natura humana ineſt verbo Dei ſecũdum rem: exiſtit ſiquidem humanitas Chriſti non per ſeipſam: ſed in verbo Dei: quamuis modus, quo exiſtit in illo, non ſit manifeſtus. Procedit igitur ratio literæ, efficaciter ad concluſionem intentam.

¶ In reſponſione ad primum eiuſdem ſecundi articuli dubium occurrit, quoniam quæſtio & argumentum eſt de rebus, ſcilicet de vnione naturæ humanæ ad diuinam perſonam vel naturam: reſponſio autem recurrit ad diſtinctionem rationis ſecundum modos ſignificandi. Hoc autem non licere patet ex eo, quod abſtrahendo ab omnibus modis ſignificandi, qui ad voces ſpectant & contemplando intellectualiter myſterium incarnationis ſicut angeli, conſtat quod vnio ſecundum rem intelligitur facta in perſona, & non natura verbi. Non erat igitur ad modos ſignificandi recurrendum pro ratione, quare vnio eſt facta in perſona verbi, & non in illius natura.

¶ Ad hoc dicitur, quod Auctor altiſſimam reddit rationem, quare vnio eſt in perſona, & non in natura: & eſt adeo profunda ac formalis, vt non ſolum comprehendat quare vnio eſt in perſona Verbi, & non in illius natura, ſed etiam comprehendat quare vnio eſt in perſona Dei, & non in Dei natura: ita quod dato quod Deus non eſſet trinitas, ſed deitas ipſa, per ſeipſam perſona eſſet (vt philoſophi intelligunt Deum ſubſiſtere.) reſponſio iſta inuenitur ſatisfactiua argumento, cui non ſatisfaciunt reſponſiones recurrentium ad diſtinctionem inter eſſentiam diuinam & formale conſtitutiuum perſonæ & alia huiuſmodi dicentium, vt patet. Merito autem Auctor hoc fecit: quia argumentum ex identitate naturæ Dei, cum Dei perſona procedit quocũque modo perſona in Deo ponatur, ſiue ſecundum Philoſophos, ſiue ſecundum veritatem reuelatam. Stat igitur reſponſio in hoc, quod quia natura diuina habet rationem naturæ, & perſona diuina habet rationem ſubſiſtentis in natura, & hanc differentiam manifeſtat diuerſus modus ſignificandi, & vnio naturæ humanæ in myſterio incarnationis non addit aliquid rationi naturæ: ſed bene addit aliquid rationi perſonæ, quia addit ſubſiſtere in natura humana: ideo vnio facta eſt non in natura, ſed in perſona. Et quod non adiunctum fuerit aliquid ad naturam dei, probatur in litera, quia nec per appoſitionem, nec tranſmutationem. Quòd vero adiunctũ fuerit aliquid perſonæ dei, probatur: quia humana natura vnitur perſonæ dei vt perſona dei in natura humana ſubſiſtat, ex eo enim quòd perſonæ, vt diſtinguitur contra naturã, eſt ſubſiſtere in natura, ſequitur manifeſte quòd apponẽdo pſonæ, quòd in aliqua alia natura ſubſiſtat, vnio fit in perſona. vnde patet quòd paſſiones nominum ſecundũ modos ſignificandi non pro ratione, ſed pro manifeſtatione differentiæ inter naturã & perſonam dei ſecundum rationem, allatæ ſunt. Et ratio realis altiſſima ad realem cõcluſionem allata ẽ, manifeſtãs, quòd ẽt cum omnimoda identitate formali naturæ & perſonæ diuinæ, ſtat ꝙ vnio ẽ facta ĩ pſona & nõ in natura dei.

In cor. arti.

Ad primum ergo dicendũ, quòd licet in deo non ſit aliud ſecundũ rem natura & perſona, differt tamen ſecundum modum ſignificandi, ſicut dictum eſt, *quia perſona ſignificat per modũ ſubſiſtentis. Et quia natura humana ſic vnitur verbo, vt verbũ in ea ſubſiſtat, non aũt vt aliquid addatur ei ad rationẽ ſuæ naturæ, vel vt eius natura in aliud tranſmutetur, ideo vnio humanæ naturę ad verbũ dei, facta eſt in perſona nõ in natura.

Ad 2^m dicendum ꝙ perſonalitas intantum pertinet ad dignitatẽ alicuius rei & perfectionẽ, inquãtum ad dignitatem alicuius rei & perfectionem eius pertinet, quòd per ſe exiſtat, quod ĩ nomine perſonæ intelligitur. Dignius autem eſt alicui, quòd exiſtat in aliquo ſe digniori, quàm ꝙ exiſtat per ſe. Et ideo ex hoc ipſo humana natura dignior eſt in Chriſto, quàm in nobis, ꝙ in nobis quaſi per ſe exiſtẽs propriam perſonalitatem habet, in Chriſto autem exiſtit in perſona verbi. Sicut etiam eſſe completiuũ ſpeciei pertinet ad dignitatem formæ, tamen ſenſitiuum nobilius eſt in homine propter coniunctionẽ ad nobiliorem formam completiuam, quàm ſit in bruto animali, in quo eſt forma completiua.

Ad 3^m dicendum ꝙ verbum dei non aſſumpſit humanam naturam in vniuerſali, ſed in atomo, ideſt, in indiuiduo (ſicut Dama. dicit †) alioqn oporteret ꝙ cuilibet homini conueniret eſſe dei verbũ, ſicut conuenit Chriſto. Sciendũ eſt tñ, ꝙ non quodlibet indiuiduũ in genere ſubſtantiæ etiã in rationali natura habet rationẽ perſonæ, ſed

† Lib. 3. orth. fid. cap. 11.

¶ In reſponſione ad ſecundum, dubium occurrit circa ſimilitudinẽ in litera aſſignatam inter ſenſitiuum in homine & bruto, & humanam naturam in propria & aliena perſona, nam falſum aſſumitur, quod ſenſitiuũ in bruto eſt forma completiua: eſt .n. uelut forma generica tàm in homine quàm in bruto, vt patet. Et propterea non eſt mirũ ſi eſt nobilius in homine, ad quẽ trahitur per nobiliſſimam differentiam ſui generis, ſcilicet rationale.

¶ Ad hoc dicitur, quòd ſimilitudo literæ optima eſt, & optime declarat propoſitum, ſed ſupponit inter animam intellectiuam & animas aliorum animalium tantam eſſe diuerſitatem, quòd iſtæ ſunt in genere formarum materialium, illa vero eſt in genere formarum immaterialium. Ac per hoc ſenſitiuum ad formas brutorum ſe habet, vt ad res infra latitudinem ſui generis, ad animam vero intellectiuã, quæ eſt hominis forma, & ex qua radicaliter ſumitur propria hominis differentia, ſe habet vt ad formam nobilioris ordinis. Hoc enim ſuppoſito, quod conſtat eſſe verũ, patet quòd ſenſitiuum in bruto, quia per propriam ſui generis formam eſt, habet infra ſui generis latitudinem, hanc dignitatem, quæ eſt eſſe completiuum in ſpecie. In homine vero, quia non per propriam ſui ordinis formam eſt, non habet infra ſui ordinis latitudinem, hanc dignitatem, quę eſt eſſe completiuum in ſpecie. Et ſimiliter natura humana in ceteris hominibus habet infra propriæ ſpeciei latitudinẽ dignitatem proprię perſonalitatis, in Chriſto vero non hẽt propriæ perſonalitatis dignitatẽ. Sed ſicut ſenſitiuo dignius eſt habere eſſe ſpecificum cõpletum per formam nobilioris ordinis, ſcilicet per animã intellectiuã, ita natura humana ĩ Chriſto maiori donata eſt dignitate ex hoc, quòd ad perſonalitatẽ diuinam aſſumpta eſt. Ex quibus clare patet ſenſus literæ & ſimilitudinis ſine vlla diſſonantia.

¶ In reſponſione ad tertium nota ly ſeparatim, appoſuit ſiquidem Auctor ly ſeparatim, vt ſciant nouitii diſcernere inter per ſe exiſtere, & per ſe ſeparatim exiſtere: cuilibet namque ſubſtantiæ ſiue completæ, ſiue incompletæ conuenit per ſe exiſtere, nam per hoc diſtinguitur contra accidens, cui conuenit non per ſe, ſed in ſubiecto exiſtere, accidentis enim eſſe eſt ineſſe, ſubſtantia aũt eſt ens per ſe. Sed per ſe ſeparatim exiſtere, nulli ſubſtantiæ, quæ eſt pars alterius, conuenit: quia non exiſtit ſeparatim a ſuo toto. Et ſimiliter non conuenit humanitati Chriſti, q̃uis non ſit pars, quia non exiſtit ſeparatim a verbo dei, ſed in verbo dei, ſed ſi ſepararetur a verbo dei, per ſe ſeparatim exiſteret: ſicut ſi pars aliqua ſepararetur a ſuo toto, per ſe ſeparatim exiſteret.

¶ Occurrit hoc in loco, vbi primo diſtinguimus vnionẽ in perſona ab vnione in natura, tranſeundo cum communi curſu doctorum, quòd vnio incarnationis aut eſt in natura, aut in perſona ſeu hypoſtaſi, vt patet in 3. Senten. occurrit inquam quæſtio nõ facilis de ſufficiẽtia diſtinctionis dictæ, ſ. aut in natura, aut in perſona, & conſequenter de proceſſu huius articuli & aliorum. Eſt autem ratio dubii, quia aliter in communi loquendo de natura & ſuppoſito, & aliter in ſpeciali loquendo in diuinis ſecundum fidem reuelatis inuenimus: nam in communi loquẽdo ſubſtantia non dicitur niſi de duobus, ſcilicet natura & habẽte naturam, hoc eſt prima ſubſtantia, vt patet ex 5. Metaph. & in hoc artic. In diuinis autem inuenim⁹ tria, ſcilicet naturã, habentem naturam vt indiuiduum naturæ, & habentem naturã vt hypoſtaſim, ita ꝙ inter deum & & creaturas hæc eſt differentia in propoſito, quòd in creatis ſubſtãtiis indiuiduũ naturæ & hypoſtaſis ſolo nomine diſtinguũtur, & idem ẽ inueniri aut deeſſe indiuiduum naturæ & hypoſtaſim, ut patet in natura humana aſſumpta a verbo dei. Eſt enim aſſumpta natura hæc, ſ. hæc humanitas: & quia nõ eſt ibi propria hypoſtaſis humanæ naturæ (nam humanitas illa non habet propriã perſonalitatem) deficit quoque ibi propriũ indiuiduũ naturæ humanæ: nullus .n. hic hõ ibi inuenitur niſi filius dei, ſicut nulla perſona, nulla hypoſtaſis ibi inuenitur, niſi filii dei. Solo igitur nomine diſtinguunt hic homo & hypoſtaſis, ſuppoſitũ ſeu perſona humana, puta Sortes, & propterea in creaturis duo tñ inueniuntur, natura ſcilicet & ſuppoſitum. In deo autem magna inuenitur differentia inter indiuiduũ naturæ diuinæ, hoc eſt hunc deũ, & hypoſtaſim, nam hic deus cõis eſt ſm rem Patri, & Filio, & Spirituiſancto, & conſequenter non ſignificat hypoſtaſim, de cuius ratione cõſtat eſſe incõmunicabilitatẽ, tàm Pater aũt, q̃ Filius q̃ Spiritusſanctus perſonã ſeu hypoſtaſim diuinã ſignificat. Et propterea tria cũ inueniantur in deo, ſ. hæc deitas, hic deus, & perſona, puta verbũ dei, inſufficiẽtiæ primo arguitur diſtinctio facta, aut vnio eſt facta in natura, aut in perſona: nam poſſet dici, ꝙ eſt facta nec in natura nec in pſona, ſed in indiuiduo naturæ diuinæ, ſ. in hoc deo. Ruit quoq; proceſſus literæ, ꝙ ſi vnio verbi incarnati non eſt facta in perſona, nullo mõ natura humana vnitur ei. Ruit & illa maxima, Omne quod ineſt alicui perſonæ, ſiue pertineat ad naturam eius, ſiue non, vnitur ei in perſona, quoniam ſi natura humana aſſumpta eſſet ab hoc deo, non vniretur in perſona, ſed in indiuiduo naturæ, & tamen ineſſet perſonæ verbi, quia verbum eſt hic deus.

¶ Ad hoc dubiũ quadrupliciter reſpõdet. Primo, negando quòd inueniatur in diuinis pter hypoſtaſes indiuiduũ naturæ, ſ. hic deus, licet inueniatur hæc deitas, qm̃ hoc eſſet ponere quaternitatẽ in diuinis. Sed hæc reſpõſio falſa eſt, tum qa ĩ diuinis omne abſtractũ hẽt ſuum propriũ cõcretũ, nec inuenitur differẽtia ibi inter abſtractũ & concretũ niſi in modo ſignificandi: cõſtat aũt ꝙ ibi inuenit non ſolũ deitas, ſed deitas hæc, igitur non ſolũ inuenitur deus, ſed deus hic, & quũ hoc qđ ſignifico, dicendo deus hic, ſit cõe ſecũdũ rem Patri, & Filio & Spirituiſancto, ſequitur ꝙ præter hypoſtaſes ĩueniatur ibi hic deus ſignificãs indiuiduũ naturæ diuinæ cõe tribus pſonis: tum qm̃ in diuinis inuenitur deus vnus numero, cõis patri, & Filio, & Spi. ſan. ergo inuenitur deus hic cõis Patri, & Filio, & Spi. ſan. Cõſequentia patet, quia idẽ addit ly vnus numero ſupra ly de⁹, qđ addit ly hic, ſupra ly deus. Antecedẽs patet ex fidei ſentẽtia, qua confitemur Patrẽ, & Filiũ, & Spi. ſan. eſſe unũ numero deũ, dũ dicimus, de⁹ pater, deus fil. deus ſpi. ſan. & tñ nõ tres dii, ſed vnus eſt deus: eſt enim proculdubio ſermo de vnitate numerali. Nec hoc eſt ponere quaternitatẽ, ſicut nec ponendo hoc cõcretũ deus, ponitur quaternitas: ſignificat .n. habentem deitatẽ, ſicut hic deus, vtroque ſiquidem

ſomine ponitur vnus numero habens deitatem, communis tribus perſonis: quamuis ly Deus non explicet vnitatem numeralem, quam explicat ly hic Deus. Secũdo reſpondetur, quòd quãuis ponatur in diuinis indiuiduum naturæ, ſcilicet hic Deus: quia tamen nullus eſt hic Deus, niſi pater aut filius aut ſpiritusſãctus, & aſſumptio oportet ꝙ fiat ad hunc Deũ determinate. ſ. vel patrẽ, vel filium vel ſpiritumſanctũ, ideo hic De⁹ non poſſet aſſumere naturã niſi vt eſt ꝑſona, & ideo vnio aut eſt ĩ natura aut in perſona. Sed hæc reſponſio ambigua, vel falſa eſt, & eius dicta examinãda sũt in q. 3. ar. 3. vbi tractabitur, an abſtracta per intellectum ꝑſonalitate in Deo poſſit fieri aſſũptio naturæ humanæ. Tertio reſpondetur diſtinguẽdo ly vnio, dicendo ꝙ æquiuocatur de vnione: quĩ alterius rõnis eſt vnio verbi incarnati, ab vnione, qua hic Deus eſſet incarnatus. In hoc aũt articulo quæſtio eſt de vnione verbi incarnati, vt patet in illi⁹ titulo, ita quòd ſupponitur hic vnio verbi incarnati, & quęrĩt qualitas vnionis, ſupponitur, perſonã filii Dei, quam verbum ſignificat, eſſe incarnatã, eſſe vnitã carni, & quærit̃ mod⁹, quo eſt facta hæc vnio, an ſcilicet in perſona. Vbi autem hic Deus incarnatus eſſet, non ſupponeretur verbũ incarnatum: ſed ſupponeretur hũc Deum incarnatũ, & quæreretur modus vnionis, an in natura, an in perſona, an in ſolo indiuiduo naturæ. Patet aũt vniones has eſſe diuerſarum rationũ ex eo, ꝙ vnio verbi incarnati eſt ad incõmunicabilem terminum. verbum.n. incommunicabile eſt cuiq; ſuppoſito, vnio autem huius Dei incarnati ſi eſſet, ad communicabilem eſſet terminum: eſt.n. hic Deus cõmunis omnibus perſonis diuinis. Sed hæc reſponſio licet veritatẽ dicat quo ad id, quod de facto inuenitur in vnione verbi incarnati: quia ſecundũ veritatem vnio terminatur ad incommunicabilem terminũ vt ſic, non ſatisfacit tamen difficultati motæ formaliter, quoniam in hoc artico. etſi ſupponitur verbum incarnatũ, non tamen ſupponitur, vnionem hãc eſſe in perſona, ac per hoc non ſupponitur vnionẽ eſſe ad terminũ incõicabilem, immo cum verbũ incarnatum ſit ſecundũ ſe, & naturæ diuinæ, & ſubſiſtens in natura diuina, & perſona (eſt enim ipſa deitas & Deus, & eſt hic deus, & eſt verbum) ſicut in primo articulo quæſitum eſt, an vnio verbi incarnati ſit facta in natura, ita deinde debebat inquiri, an ſit facta in indiuiduo naturæ, & demum quæri an ſit facta in perſona, vt ſic diſcuſſus eſſet omnis modus vnionis, quo verbũ incarnatũ vnitum intelligi poteſt carni. etenim ſicut ſi verbũ incarnatum vnitum eſſet carni in natura, vnitum diceretur ipſum verbum carni, ita ſi verbum incarnatum vnitum eſſet carni, quatenus eſt indiuiduũ naturæ, quatenus eſt hic Deus, diceret̃ verbũ incarnatũ vnitum carni. Vnde quarto reſpondetur, diſtinguẽdo ly perſona, quòd perſona ſumitur dupliciter, primo ſecundũ cõpletam rationem perſonæ ſeu hypoſtaſis, & ſic ſignificat ſingulare habens naturã ſubſtantialem incõmunicabiliter, ita quòd incommunicabilitatem denotauerit Boetius in definitione perſonæ per ly indiuidua ſubſtantia: quoniã æquiualet ad ly ſubſtantia prima, quæ alio nomine dicitur hypoſtaſis. Alio modo ſumit̃ ſecundum rõnem quidẽ perſonæ, ſed imperfectã, & ſic ſignificat ſingulare habens ſubſtantialẽ naturam, ita ꝙ ſola incõicabilitas illi deeſt ad perfectam rõnem perſonæ. Et hac diſtinctione ſtãte F dicitur, quòd nomen perſonæ ſeu hypoſtaſis aut ſuppoſiti poteſt ſumi dupliciter, primo ſimpliciter, & ſic appellatione perſonæ in diuinis non venit hic Deus, quia non hẽt completam rõnem perſonæ: ſed ſolũ pater aut filius vel ſpiritusſanctus: alio modo vt perſona diſtinguitur contra naturã, ita quòd ex vno extremo ponatur natura vt ſic & ex alio extremo ponatur perſona, ſicut cum diſtinguimus naturã, contra habentẽ naturã, & ſic appellatione perſonæ venit nõ ſolũ perſona complete, ſed perſona incõplete, venit nõ ſolũ pater, aut filius aut ſpiritusſanctus: ſed etiã hic Deus. Et qa in hoc articulo ſermo eſt de ꝑſona, ut diſtinguitur contra naturã ut ſic, ut patet in proceſſu articuli ex communib⁹ Deo & reliquis ſubſtantiis, ideo perſona hic ſumitur vt cõprehendit etiam hũc Deũ, & propterea optime dictũ ẽ, ꝙ ſi non vniretur in perſona, nullo modo vniretur. Et reliqua dicta ſolida sũt. Patet aũt hanc eſſe intẽtionẽ Auctoris, ex eo quòd in litera in corpore articuli, pro eodem habetur indiuiduum ſubſiſtens in natura, & ſuppoſitũ, cõſtat aũt hunc Deum eſſe indiuiduum ſubſiſtẽs in natura diuina, & non habere completam rationẽ ſuppoſiti. Et rurſus dicitur in corpore articuli loquẽdo de Deo quòd natura diuina dicitur ſuppoſitũ ſecundũ quod eſt ſubſiſtens. Quid clarius? Conſtat .n. hunc Deum ſignificare naturam diuinam, ſecundũ quòd eſt ſubſiſtens: eſt enim hic De⁹ ſubſiſtens in natura diuina, vt patet ex modo ſignificandi. Communiter igitur ſuppoſiti ſeu perſonæ ratio hic ſumitur, vt ſcilicet ſignificat hoc ſubſiſtens in natura. Et ideo hæc quarta reſpõſio amplectenda eſt, vtpote literæ conſona, & omnem ambiguitatem tollens.

*3. diſt. 6. q. 1. art. 1. & diſt. 7. q. 1. art. 1. c. & diſt. 10. q. 1. ar. 2. q. 3. & 4. cõt. c. 34. 38. & 39. Et vnio. ar. 1. 2. & 3. ad 4. & 5. ad 9. Et quolib. 4. artic. 8. & quolibet 9. q. 2. ar. 1. & 3. cor. Et opuſ. 1. c. 21 & 22. & opuſ. 3. cap. 217. 218. 219. & 220

† c. 36. a medio. tom. 3.

* Eſt epiſt. 10. c. 4. Paulo a principio.

ſolum illud quod per ſe exiſtit, nõ aũt quod exiſtit in alio perfectiori. vnde man⁹ Sortis quãuis ſit quoddã indiuiduum, nõ tñ eſt perſona, quia nõ per ſe exiſtit: ſed in quodã perfectiori. ſ. in ſuo toto. Et hoc ẽt poteſt ſignificari in hoc, ꝙ perſona dicitur ſubſtãtia indiuidua: non.n. manus eſt ſubſtantia, ſed pars ſubſtantiæ. Licet ergo hæc humana natura ſit quoddã indiuiduum in genere ſubſtantiæ, quia tamen nõ per ſe ſeparatum exiſtit, ſed in quodã perfectiori, ſcilicet in perſona Dei verbi, conſequens eſt quòd non habeat perſonalitatem propriam. Et ideo facta eſt vnio in perſona.

## Articvlvs III.

*Vtrum unio uerbi incarnati facta ſit in ſuppoſito uel hypoſtaſi.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur ꝙ vnio verbi incarnati non ſit facta in ſuppoſito, ſiue in hypoſtaſi. Dicit enim Auguſt. in Enchi. † Diuina ſubſtantia & humana, vtraque eſt vnus Dei filius: ſed aliud propter verbum, & aliud propter hominem. Leo Papa etiam dicit in epiſtola ad Flauianũ: * vnũ horũ coruſcat miraculis, aliud ſuccumbit iniuriis: ſed aliud & aliud differt ſuppoſito. ergo vnio verbi incarnati nõ eſt facta in ſuppoſito.

G ❡ 2 Præt. Hypoſtaſis nihil aliud eſt, quã ſubſtãtia particularis, vt Boet. dicit in lib. de Dua. na. † Manifeſtũ eſt aũt, quòd in Chriſto eſt quædã alia ſubſtantia particularis præter hypoſtaſim verbi. ſ. corpus & anima & compoſitum ex eis. ergo in ipſo eſt alia hypoſtaſis præter hypoſtaſim verbi.

❡ 3 Præt. Hypoſtaſis verbi nõ continetur in aliquo genere, neq; ſub ſpecie, vt patet ex his, quę in prima parte dicta ſunt: * ſed Chriſtus, ſecundum ꝙ eſt factus homo, continetur ſub ſpecie humana, dicit enim H Diony. 1. c. de Diui. no. † Intra naturæ noſtræ terminos venit, qui omnẽ totius naturæ ordinẽ ſupereminenter excedit. Non autem continetur ſub ſpecie humana, niſi ſicut hypoſtaſis quædam humanæ ſpeciei. ergo in Chriſto eſt alia hypoſtaſis præter hypoſtaſim verbi Dei: & ſic idem quod prius.

SED CONTRA eſt, quòd Damaſc. dicit in 3. lib. In domino Ieſu Chriſto duas naturas cognoſcim⁹, vnam autem hypoſtaſim.

† Aliquãtulũ a principio li. ſcilicet ĩ tertia pagina.

*p. p. q. 3. artic. 5.

† cap. 1. a multũ ante medium.

*li. 3. orth. fid. ca. 3. & 5.

Infr. art. 6. c. & q. 16. art. 1. c.

I

❡ *Super Quæſtionis ſecundæ Articulum tertium.*

IN titulo articuli tertii duo declaranda ſunt, quæ tamẽ in corpore articuli habentur. Primo declarandi ſunt termini. ſ. ſuppoſitum & hypoſtaſis: ſecundo declaranda eſt ratio quæſtionis. Suppoſitum, vt in litera dicitur ea ratione vocatum eſt, quia ſupponitur vniuerſis, quæ in aliquo ſunt, ſiue ſint ſubſtantialia, ſiue accidentalia: ſupponitur autem per hoc, quòd illorũ prædicationem recipit. Vnde ſuppoſitũ hominis eſt hic homo, puta K Sortes, quia hic homo eſt, de quo prædicantur tã eſſe hominem, quàm eſſe albũ, quantũ, filiũ, locatũ, agẽs, &c. Et quia ſuppoſitũ eſt nomẽ ſecũdæ intentionis ſicut genus, ideo ſuppoſitũ ſignificat propriã denominationẽ primæ ſubſtãtiæ puta hui⁹ hominis ſeu Sortis, & ꝓpterea nõ inuenitur ſuppoſitum in aliis prædicamẽtis: ſed in ſolo prædicamẽto ſubſtãtiæ. Hypoſtaſis aũt Græcũ eſt vocabulũ & idẽ ſignificat quod apud nos ſubſtãtia, loquẽdo de ſubſtãtia, q̃ proprie, principaliter & maxime dr̃, vt habetur in prædicamẽtis, hoc eſt ſignificat primã ſubſtantiã, rõ huius qõnis non hẽt ortũ a re, ſed ab opinione: qm̃ ſecundũ rem in qõne præcedentis articuli de vnione in perſona, tractatum eſt de vnione ĩ hypoſtaſi ſeu ſuppoſito, qm̃ in natura rõnali ſeu intellectuali loquendo, ſynonyma ſunt perſona, hypoſtaſis & ſuppoſitum. quodlibet enim horum nihil aliud importat, quàm primam ſubſtantiam in natura rationali: ſed ignorantia (ut in litera dicitur) quorundam propriam uocem ignorantium diſtinguendo intellectu hæc, & dicendo quòd vnio eſt facta in perſona, & non hypoſtaſi, obtinuit, vt poſt articulum de vnione in perſona, inquireret̃ de vnione in hypoſtaſi.

❡ In corpore articuli non opus eſt diſtinctione, ſed annotatione, quod in determinatione huius articuli patet, tam primam, quàm tertiam opinionem relatam a magiſtro Senten. in 6. diſtin. tertii ſent. eſſe hæreſim olim ab eccleſia damnatam. Nã prima ponit duas in Chriſto hypoſtaſes: tertia autem nõ ſolum duas ponit hypoſtaſes, ſed etiã negat vnionem in perſona, proprie loquẽdo, vt patet ibi.

❡ In eodem articulo in reſpõſione ad ſecundum ſunt illa verba de humanitate Chriſti notanda, ſcilicet, quia tamẽ venit in vnionem cuiuſdam completi, ſcilicet totius Chriſti, prout eſt deus & homo, &c. Ingerunt ſiquidem hæc verba difficultatem de compoſitione Chriſti, de qua quia ſequens tractat articul⁹, trãſeamus.

† Infr. ar. 6. c. & q. 16. art. 1. c.

*In 3. pagina a princi. libri.

† In cõcil. 2. Cõſtãti. qđ eſt 5. generale. can. 5. to. 1. cõcil. D. 706.

† In 3. pagina a princi. libri.



RESPON. Dicendũ ꝙ quidam A ignorantes habitudinem hypoſtaſis ad perſonam, licet concederent in Chriſto vnam ſolam perſonam, poſuerunt tamẽ aliam hypoſtaſim † Dei, & aliam hominis, ac ſi vnio ſit facta in ꝑſona, non in hypoſtaſi.

QVOD quidem apparet erroneum, tripliciter. Primo, ex hoc, ꝙ perſona ſuper hypoſtaſim non addit niſi determinatam naturam. ſ. B rationalem, ſecundum quòd Boet. dicit in lib. de Dua. na. * ꝙ perſona ẽ rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia, & ideo idem eſt attribuere propriam hypoſtaſim humanæ naturæ in Chriſto, & propriam perſonam. Quod intelligentes ſancti Patres, vtrũque in concilio quinto apud Cõſtantinopolim † celebrato damnauerunt, dicentes: Si quis introducere conetur ĩ myſterio Chriſti duas ſubſiſtentias, ſeu duas perſonas, anathema[d] ſit: nec enim abiectionem perſonæ vel ſubſiſtentiæ C ſuſcepit ſancta Trinitas, incarnato vno de ſancta Trinitate deo verbo. Subſiſtentia aũt idem eſt quod res ſubſiſtens, quod eſt proprium hypoſtaſis, vt patet per Boet. in lib. de Dua. na. † Secundo, quia ſi detur, ꝙ perſona aliquid addat ſuper hypoſtaſim, in quo poſſit vnio fieri, hoc nihil aliud eſt quàm proprietas ad dignitatem pertinens; ſm ꝙ a quibuſdam dicitur, quòd perſona eſt hypoſtaſis proprietate diſtincta, ad dignitatem pertinente. Si ergo facta ſit vnio in ꝑſona, & nõ in hy- D poſtaſi, cõſequens erit ꝙ non facta ſit vnio, niſi ſm dignitatem quandã. Et hoc eſt approbãte ſynodo Epheſina, damnatum a Cyrillo † ſub his verbis: Si quis in vno Chriſto diuidit ſubſiſtentias poſt adunationem ſola copulans eas coniunctione, quæ ſecundũ dignitatem quandã, vel auctoritatẽ eſt vel ſm potentiã, & nõ magis concurſu ſecundũ adunationẽ naturalem, anathema ſit. Tertio, quia tantum hypoſtaſis eſt cui attribuuntur operationes & proprietates naturæ, & ea etiam quæ ad naturę rationem pertinent in concreto: dicimus enim ꝙ hic homo ratiocinatur, & eſt riſibilis, & eſt animal rationale. Et hac ratione hic homo dicitur eſſe ſuppoſitum: quia ſcilicet ſupponitur his, quæ ad hominem pertinent, eorum prædicationẽ recipiens. Si ergo ſit alia hypoſtaſis in Chriſto præter hypoſtaſim verbi, ſequitur ꝙ de aliquo alio quàm de verbo verificẽtur ea, quæ ſunt hominis, puta eſſe natum de Virgine, paſſum, crucifixum, & ſepultum. Et hoc etiam damnatum eſt approbante concilio Epheſi. ſub his verbis: † Si quis perſonis duabus vel ſubſiſtentiis eas, quæ ſunt in Euangelicis & apoſtolicis ſcripturis, impartitur voces, aut de Chriſto a Sanctis dictas, aut ab ipſo de ſe, & quaſdam quidem velut homini præter illud ex Deo verbũ ſpecialiter intellecto applicat, quaſdam vero velut Deo decibiles, ſoli ex Deo patre verbo, anathema ſit. Sic ergo patet eſſe hæreſim olim ab eccleſia damnatam, dicere quòd in Chriſto ſunt duæ hypoſtaſes, vel duo ſuppoſita, ſiuę quòd vnio nõ A ſit facta in hypoſtaſi vel ſuppoſito. Vnde in eadem ſynodo legitur. † Si quis non confitetur carni ſecundum ſubſiſtẽtiam vnitum ex Deo patre verbum, vnũque eſſe Chriſtũ cum ſua carne, eundẽ, ſcilicet Deum & hominem, anathema ſit.

In Epheſinæ Syn. 1. cano. 3. to. 1. concil.

In Epheſinæ ſynodi 1. can. 4. to. 1. concil.

In cano. 2. Ephe. 1. Synodi q̃ fuit vna ex 4 principalibus.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſicut accidentalis differentia facit alterum, ita differentia eſſentialis facit aliud. Manifeſtum eſt autem quòd alteritas, quę prouenit ex differentia accidentali, poteſt ad eandem hypoſtaſim vel ſuppoſitũ pertinere in rebus creatis, B eo quòd idem numero poteſt diuerſis accidentibus ſubeſſe, non autem contingit in rebus creatis, quòd idem numero ſubſiſtere poſſit diuerſis eſſentiis vel naturis, ſed vnus & idem Chriſtus ſubſiſtit in duabus naturis. Vnde ſicut quod dicitur alterum & alterum in creaturis, non ſignificat diuerſitatem ſuppoſiti, ſed ſolum diuerſitatem formarum accidentaliũ, ita quòd dicitur Chriſtus aliud & aliud, non importat diuerſitatem ſuppoſiti vel hypoſtaſis, ſed diuerſitatem naturarũ. Vnde Greg. Nazanzenus dicit in epiſtola ad Didymum, † Aliud & aliud ſunt ea, ex quibus Saluator eſt, non autem alius & alius, dico vero aliud & aliud econtrario, quàm in Trinitate haber, ibi enim, Alius & alius dicimus, vt non ſubſiſtentias C confundamus, non autem, Aliud & aliud.

In epiſt. 1. ad Celidonium inter principium & mediũ, incipit Honorandiſſimo.

AD 2m dicendum, quòd hypoſtaſis ſignificat ſubſtantiam particularem, non quocumque modo, ſed prout eſt in ſuo complemento. Secũdum vero quòd venit in vnionem alicuius magis completi, non dicitur hypoſtaſis, ſicut manus vel pes. Et ſimiliter humana natura in Chriſto quamuis ſit ſubſtantia particularis: quia tamen venit in vnionem cuiuſdã cõpleti . ſ. totius Chr̃i, prout eſt Deus & hõ, nõ poteſt dici hypoſtaſis vel ſuppoſitum. Sed illud cõpletum ad quod concurrit, dicitur eſſe hypoſtaſis vel ſuppoſitum.

AD 3m dicendum, ꝙ in rebus creatis res aliqua ſingularis nõ ponitur in genere, vel in ſpecie ratione D eius, quod pertinet ad eius indiuiduationem, ſed ratione naturæ, quæ ſecundum formam determinatur, cum indiuiduatio magis ſit ſecundum materias in rebus compoſitis. Sic ergo dicendum eſt, quòd Chriſtus eſt in ſpecie humana ratione naturæ aſſumptæ, nõ ratione ipſius hypoſtaſis.

## Articvlvs IIII.

*Vtrum perſona vel hypoſtaſis Chriſti poſt incarnationem ſit compoſita.*

AD QVARTVM ſic procedit̃. Videtur ꝙ perſona Chriſti nõ ſit compoſita. Perſona enim Chriſti non eſt aliud quàm perſona vel E hypoſtaſis Verbi, vt ex dictis patet: * ſed in Verbo non eſt aliud perſona & natura, vt patet ex dictis in Prima parte. † Cũ ergo natura Verbi ſit ſimplex (vt in primo * oſtẽſum eſt) impoſſibile eſt quòd perſona Chriſti ſit compoſita.

❡ 2 Præt. Omnis cõpoſitio vr̃ eſſe ex partibus: ſed diuina natura non poteſt habere rõnẽ partis: quia oĩs pars habet rõnem imperfecti. Ergo impoſſibile eſt, quòd perſona Chriſti ſit compoſita ex duabus naturis.

❡ *Super Quæſtionis ſecundæ Articulum quartum.*

IN titulo 4. artic. difficillimi hoc ſolum aduertẽdum occurrit, ꝙ ratio huius quæſtionis eſt multiplex antiquorum doctorum auctoritas, exprimens Chriſti perſonã cõpoſitã, vt hic & in 3. ſentẽ. a Magiſtro in diſt. 6. habes.

❡ In corpore articuli ponitur vna diſtinctio bimembris de perſona Chriſti, & iuxta ſingula mẽbra ſingulæ apponuntur cõcluſiones. Diſtinctio eſt Perſona dicitur dupliciter, primo ſm id qđ in ſe eſt, ſecũdo ſm

3. diſt. 6. q. 2. art. 3.

*Art. 2.

† p. p. q. 3. ar. 7. & per totã quæſt.

rationem hypoſtaſis. Prima concluſio eſt, Perſona Chriſti ſecundũ illud quod in ſe eſt, eſt omnino ſimplex. Probatur, quia natura verbi Dei eſt omnino ſimplex. Secunda concluſio eſt, Perſona Chriſti ſecũdum rationem hypoſtaſis eſt cõpoſita. Probatur, Perſona Chriſti ſecundũ rationem perſonæ ſeu hypoſtaſis ſubſiſtit in duabus naturis: ergo eſt ibi vnũ ſubſiſtẽs, & duæ rationes ſubſiſtẽdi. ergo ſic perſona eſt cõpoſita. Antecedens probat᷑: quia ratio hypoſtaſis conſiſtit in hoc, quod eſt ſubſiſtere in aliqua natura, ex hoc.n. manifeſte habetur, ꝙ verbum Dei ſecundum perſonæ ſeu hypoſtaſis rationẽ ſubſiſtit in duabus naturis. Prima vero conſequẽtia quoad primã partem euidẽs eſt ex dictis: quo ad ſecũdam, ex vi antecedentis aperte ſequitur, ꝙ ſi ſubſiſtit in duabus naturis, oportet quamlibet naturã eſſe rationem ſubſiſtendi in illa: ſecunda vero ſequela probatur: quia vnũ duobus ſubſiſtit. ex hoc nãque ꝙ duæ ſubſiſtendi rationes ſic coeunt in vnam perſonam, vt vnum duobus ſubſiſtat, conſequens eſt ꝙ perſona ſic, hoc eſt ſecundum rationem hypoſtaſis eſt compoſita.

*art. 2. lib. 3. orth. fi. c. 3. 4. & 5.

¶ Circa dicta hic, multa occurrunt dubia. Primum eſt circa diſtinctionem in litera poſitam: nã non apparet ſenſus illius, tum quia membra diſtinctionis concidunt, quoniam perſona Chriſti ſecundum id quod in ſe eſt, habet rationem perſonæ, implicat enim dicere oppoſitum (& rurſus perſona Chriſti ſecundum rationem perſonę eſt illud, quod in ſe eſt, cum perſonaliter, formaliter & realiter ſit vnum verbum dei) tum quia in prima diſtinctione diſtinguitur verbum dei aut contra ſuam perſonalitatem, vt vnita eſt humanæ naturæ, aut contra perſonalitatem in communi. Non poteſt dici primum: quia æque ſimplex eſt verbũ dei, vt ſua perſonalitas, vt patet. Nec ſecundum: quia hic ſenſus non conſonat verbis, quibus diſtinctionis membra ſignificantur in litera. nam ſecundum membrum explicatur in litera per rationem hypoſtaſis ſimpliciter & abſolute, & non per rationẽ hypoſtaſis contractæ ſeu determinatæ, quatenus ſubſiſtit in natura humana, vt patet in litera: iuxta hunc autem ſenſum oportet dicere, ꝙ ſecundum membrum eſt perſona Chriſti, quatenus hypoſtaſis humana. Neque tertium: quia ſic etiam ſecundũ in litera membrum clauderetur in primo, & afferret implicationem contradictoriorum. nam quod de facto in re conuenit alicui ſecundum rationem prædicati ſuperioris, conuenit illi ſ᷑m id qđ in ſe eſt, vt patet inductiue. quicquid.n. de facto in re conuenit Sorti ſecundum rationem animalis, conuenit Sorti ſ᷑m id quod in ſe eſt, vt ſentire, moueri, & huiuſmodi. Sortes enim ſecundũ illud qđ in ſe eſt mouetur & ſentit, ac per hoc quicquid conuenit perſonæ Chriſti ſeu Verbi ſecundum communem rationem perſonæ, de facto & in re conuenit illi ſecundum ꝙ in ſe eſt. Perſona enim ſeu hypoſtaſis in communi prædicatum ſuperius eſt reſpectu Chriſti ſeu Verbi, vt patet. Et hinc vlterius inferunt᷑ duo contradictoria. ſ. quòd perſona Chriſti ſecundum quod in ſe, eſt omnino ſimplex, & eſt compoſita.

¶ Secũdum dubium eſt circa illas literæ propoſitiones. ſ. eſt ibi, hoc eſt in perſona Chriſti alia & alia ratio ſubſiſtendi, & ſimiliter vnum duobus ſubſiſtit. Videntur enim ambæ falſæ, & contra doctrinam Auctoris. Falſæ quidem: quia in perſona Chriſti non eſt ſecundum fidem catholicam niſi vna ſubſiſtentia, quæ ſcilicet eſt ex natura diuina, ad quam trahitur per aſſumptionẽ natura humana. ſola ergo diuina natura eſt perſonæ Chriſti ratio ſubſiſtendi, ac per hoc falſum eſt, quod habeat aliã & aliam rationem ſubſiſtendi. Et eadem ratione falſum eſt, quòd vnum ſubſiſtat duobus: quia ly duobus, denotat duas rationes ſubſiſtendi, quamuis verum ſit, quòd vnum ſubſiſtat in duobus. Contra Auctorem vero: quia in quarto contra Gent. cap. 49. in ſolutione ſecundæ obiectionis dicit, Verbum dei non habet ſubſiſtẽtiam ex natura humana, ſed magis naturam humanam ad ſuam ſubſiſtentiam trahit, non enim per illam, ſed in illa ſubſiſtit. Hæc ibi. Quæ ſub aliis verbis repetit ibidem in ſolutione quintæ obiectionis. Non poſſunt enim hæc ſimul ſtare, nã ſi natura humana, vt hic dicitur, eſt ratio ſubſiſtendi perſonæ Chriſti ſequitur ꝙ perſona Chriſti per naturam humanam, & ex natura humana, ſubſiſtat, & ſi non ſubſiſtit per naturam humanam neque ex natura humana, ſequitur quòd natura humana non ſit illi ratio ſubſiſtendi.

¶ 3 Præt. Quod componitur ex aliquibus, videtur eſſe homogeneum eis, ſicut ex corporibus, non componitur niſi corpus. Si ergo ex duabus naturis aliquid ſit in Chriſto compoſitum, conſequens erit, quòd illud non erit perſona, ſed natura, & ſic in Chriſto erit facta vnio in natura, quod eſt contra prædicta.*

Sed contra eſt, quòd Damaſ. dicit. 3. lib.* In domino Ieſu Chriſto duas naturas cognoſcimus, vnã aũt hypoſtaſim ex vtraq; cõpoſitã.

Respon. Dicendum, quòd perſona ſiue hypoſtaſis Chriſti dupliciter poteſt conſiderari, uno modo ſecundum illud, quod eſt in ſe, & ſic eſt omnino ſimplex, ſicut & natura Verbi: alio modo ſecundum rationem perſonæ vel hypoſtaſis, ad quam pertinet ſubſiſtere in aliqua natura, & ſecundũ hoc perſona Chr̃i ſubſiſtit in duab⁹ naturis.

¶ Tertium dubium eſt, an ſit ſimpliciter & formaliter verum, perſonam Chriſti eſſe compoſitam. Et quidem quòd ſit formaliter verum, apparet ex eo, quòd compoſitio conuenit perſonæ Chriſti ſecundum ipſam rationem perſonæ, vt in litera hac dicitur: quod autem conuenit alicui ſecundum aliquam rationẽ formalem, cõuenit illi ſub nomine illius rationis formaliter. Verbi gratia: quia congregare viſum conuenit ſubſtantiæ ſecũdum rationem nigri, ſi ſubſtantia ſub nomine nigri ſignificetur ꝓpoſitio enuntians congregare viſum de illa, erit vera formaliter, quamuis denominatiuę: vt ſi dicatur, Aethiops eſt cõgregatiuus viſus. Eſt ergo formaliter vera iſta enuntiatio, perſona Chriſti eſt compoſita, ex quo eſſe compoſitum attribuitur Chriſto ratione perſonæ, vt dictum eſt. Et ex hoc vlterius ſequitur, quòd ſit ſimpliciter vera, retenta identitate ſubiecti.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd diſtinctionis membra contra ſe inuicem diſtinguuntur per hoc, quòd ly in ſe eſt, denotat verbum dei ſecundum illud quod conuenit ſibi ad intra, ſub quo conſtat comprehendi eſſe deum, eſſe filium dei, eſſe ſubſtantiam, ſapientiam, & reliqua, quæ conueniunt ei ex natura vel proprietate perſonali, ita quòd loqui de perſona Chriſti ſecundum illud quod in ſe eſt, eſt loqui de perſona Chriſti, ſecundum illud quod conuenit ſibi ad intra: loqui vero de perſona Chriſti ſecundum rationem hypoſtaſis, eſt loqui de perſona Chriſti indefinite ſecundum illud quod conuenit illi ad intra, & ſecundum illud quod conuenit eidem ad extra. nam perſona Chriſti eſt perſona naturæ diuinæ, & eſt perſona naturæ humanæ, ita quòd vbi in primo membro indiſtincte continentur quæcumque conueniunt verbo dei ad intra, in ſecundo membro diſtincte vnum eorum ſumitur, ſcilicet eſſe perſonam ſeu hypoſtaſim. Et quoniam eſſe hypoſtaſim ſeu perſonam de facto comprehendit indiſtincte, & eſſe hypoſtaſim ad intra reſpectu diuinæ naturæ, & eſſe hypoſtaſim ad extra reſpectu humanæ naturæ, ideo diſtinctio cum ſuis membris ſolida inuenitur, nec vnum membrum includit diſtincte aliud. Et ſimile eſt ac ſi diſtingueretur diuina ſapientia dupliciter, ſecundum quòd eſt in ſe, & ſecundum rationem ſapientiæ: & ſimiliter diuina paternitas ſecundum quòd in ſe eſt, & ſecundum rationem paternitatis, & ſic de ſimilibus. Manifeſte namque apparet ex his, quòd membra non coincidunt: quia licet eſſe ſapientiam conueniat ſapientiæ ſecundum quòd eſt in ſe, alia tamen eſt conſideratio ſapientiæ ſecundum rationem ſapientiæ vt ſic, & alia conſideratio eius ſecundum quod in ſe, vt eſt ipſa deitas &c. Et ſic eſt in propoſito, quòd licet eſſe perſonam ſeu hypoſtaſim conueniat verbo dei ſecundum illud quod in ſe eſt, alia tamen eſt conſiderato eius, cum in eo conſideratur illud quod eſt ad intra, & alia conſideratio eius, quum conſideratur in eo ratio hypoſtaſis, qua non ſolum ad intra, ſed ad extra, extendit ſe. Non eſt ergo diſtinctio iſta in membra totaliter ſeparata, ſed in primo includitur aliquid ſecundi, & in ſecundo aliquid primi, vt patet ex dictis, & in exemplis allatis.

Vnde ad quæſitũ ſecundæ obiectionis dicendum eſt tertium, ſcilicet quòd in hac diſtinctione verbum dei diſtinguitur contra perſonalitatem in communi, hoc eſt abſolute ſumptam, vt ipſa textus verba ſonant, dicendo alio modo ſecundum rationem perſonæ, vel hypoſtaſis, ad quam pertinet ſubſiſtere in aliqua natura. Vbi clare perſpicere potes, ſecundum membrum conſiſtere in ratione hypoſtaſis ſine additione vlla. Et cum contra hoc obiicitur primo, quia ſecundum in litera membrum clauderetur in primo, reſpondetur quòd hoc non eſt verum ſimpliciter, hoc eſt totaliter, ſed ſecundum aliquid, vt patet ex dictis, quod non eſſe inconueniens monſtratum eſt. Et cum obiicitur ſecundo, quia hic inferuntur duo contradictoria ſimul, ſcilicet quòd perſona Chriſti ſecundum illud quod in ſe eſt, non eſt compoſita, & eſt compoſita: quia quod de facto & in re conuenit alicui ſecundum rationem prædicati ſuperioris, conuenit illi ſecundum illud quod in ſe eſt, &c. reſpondetur quòd quaſi in æquiuoco laboramus: aliud ſiquidem eſt conuenire aliquid Sorti ſecundum illud quod in ſe eſt, hoc eſt conuenire illi quod in ſe eſt Sortes, & aliud eſt aliquid conuenire Sorti ſecundum illud quod in ſe eſt, hoc eſt, eſſe de numero eorum quæ conueniunt Sorti ſecundum ſuam ſubſtantiam. Currere enim conuenit Sorti ſecundum illud, quod in ſe eſt in primo ſenſu, & non conuenit Sorti ſecundum illud quod in ſe eſt in ſecundo ſenſu: quia currere conuenit illi rei, quæ eſt Sortes, ſed non eſt de numero intrinſecorum Sorti. Simile quid accidit in propoſito: quoniam eſſe perſonam tam ad intra, quàm ad extra, conuenit verbo dei ſecundũ illud quod in ſe eſt, hoc eſt illi rei, quæ verę eſt in re verbũ dei. ipſa enim perſona filii dei deus verus, eſt perſona diuinæ & humanæ naturæ. Et non conuenit verbo dei ſecundum illud, quod in ſe eſt in ſecundo ſenſu, hoc eſt non eſt de numero eorum, quę conueniunt verbo Dei ad intra, vt patet, iuxta hunc namque ſenſum conuenit verbo Dei ſecundum id quod in ſe eſt, eſſe perſonam ad intra, ſcilicet in diuina natura. Illa ergo Maior aſſumpta ſi in primo ſenſu ſumatur, vera eſt, ſed vt patet, non obſtat huic doctrinæ: quia in litera verbum dei ſecundum quòd in ſe eſt, ſumitur in ſecundo ſenſu. Nec infert contradictoria, ſed infert, verbum dei eſſe ſecundum id quod in ſe eſt, hoc eſt illam rem, quæ eſt verbum dei eſſe & omnino ſimplicem & eſſe compoſitam, quod ſecundum diuerſa eſt verum, vt in litera patet: ſi vero ſumatur in primo ſenſu, falſa eſt, vt patet in exemplis de currere & moueri.



Vnde licet ſit ibi vnum ſubſiſtens, eſt tamen ibi alia & alia ratio ſubſiſtendi, & ſic dicitur perſona cõpoſita, in quantum vnum duobus ſubſiſtit.

Et ꝑ hoc patet reſpõſio ad primũ.

Ad 2m dicendum, ꝙ illa compoſitio perſonæ ex naturis, non dicitur eſſe ratione partium, ſed potius ratione numeri: ſicut omne illud, in quo duo conueniunt, poteſt dici ex eis compoſitum.

Ad 3m dicendũ, ꝙ non in omni cõpoſitione hoc verificat᷑, ꝙ illud quod componitur, ſit homogeneũ cõponentibus, ſed ſolũ in partibus

¶ Ad ſecundum dubium, dicitur, diſtinguendo ſimpliciter vel in tali natura. Vbi nota quod licet proprie loquendo non poſſit fieri diſtinctio iſta niſi in naturis partialibus, conſiderando naturalem ordinem vniuerſi, quia non inuenitur vna hypoſtaſis ſubſiſtens in pluribus naturis ſimpliciter, ſed ſolum in pluribus naturis partialibus, vt Sortes ſubſiſtit in natura animæ rationalis & in natura carnis: quia ſingulariſſimum tamen eſt incarnati Verbi myſterium, diſtinctione dicta opus eſt: verbum ſiquidem dei ſubſiſtit ſimpliciter & in natura diuina & in natura humana, ſed ſubſiſtere ſimpliciter & in natura diuina, ex vno & eodem habet, ſcilicet ex hoc quod eſt eſſe verbum dei. nam ex hoc dicitur & ſubſiſtens in diuina natura, & dicitur ſine additione aliqua, ſubſiſtens. Subſiſtere autem in humana natura aliunde habet, nam hoc conuenit ei ex tempore, & non conſtituit ipſum in ſubſiſtere ſimpliciter: quia præſupponit ipſum ſubſiſtere. Si loquamur ergo de ſubſiſtere ſimpliciter, vna eſt ratio ſubſiſtendi in perſona Chriſti: quia vnum eſt ibi ſubſiſtere ſimpliciter, ſicut vnica ſubſiſtentia, & vnicum ſubſiſtens. Sed ſi ſit ſermo de ſubſiſtere in tali natura, duæ ſunt in perſona Chriſti rationes ſubſiſtendi tam in fieri, quàm in facto eſſe altera ſubſiſtendi in natura diuina, altera ſubſiſtendi in natura humana. Et ratio quidem ſubſiſtendi in natura diuina eſt in fieri generatio æterna, in facto eſſe autem eſſe deum. ratio vero ſubſiſtendi in natura humana in fieri eſt aſſumptio humanæ naturæ, in facto eſſe autem, eſſe hominem; ex hoc enim quod Verbum factum eſt caro, hoc eſt homo, ita quod vere eſt homo, ſubſiſtit verbum in humana natura, in qua prius non ſubſiſtebat. Sunt ergo in perſona Chriſti duæ rationes ſubſiſtendi in duabus naturis, diuina ſcilicet & humana, licet ſit ibi vnum ſubſiſtens ſimpliciter, & vna ratio ſubſiſtendi ſimpliciter. Et ſimiliter vnum ſubſiſtit duobus vt rationibus ſubſiſtendi in duobus, ſcilicet in eſſe diuino & eſſe humano. Et per hæc patet quo pacto non diſſonent a ſe inuicem diuerſa dicta Auctoris: quoniam dicta hic vera ſunt de ſubſiſtere in tali natura, dicta alibi vera ſunt de ſubſiſtere ſimpliciter. Et ſi inſtetur, quòd auctor hic ponit duas rationes ſubſiſtendi ſine additione aliqua, & non dicit quòd eſt alia & alia ratio ſubſiſtendi in tali & tali natura, reſpondetur, quod quia iam pręmiſerat ibidem pro fundamento, ad hypoſtaſim ſpectare ſubſiſtere in aliqua natura, ideo abſque repetitione ſubintelligi voluit, quod de ratione ſubſiſtendi in aliqua natura ſermo ſuus eſt.

¶ Ad tertium dubium habita ratione eorum, quæ Auctor in tertio ſent. diſt. 6. dicit (quamuis non tam alta ſint vt hæc) reſpondetur quod quia apud nos compoſitio abſque imperfectione componentium intelligi non poteſt, ſalua ſua ratione formali, ideo non ſimpliciter, neque formaliter admittenda videtur in perſona Chriſti, ſed cum determinatione aliqua tollente imperfectionem vnius componentis admitti poteſt, & admiſſa eſt ſimpliciter & formaliter ab antiquis & ab Auctore. Ad cuius aliqualem cognitionem (quoniam, vt Dion. dixit, eſt ineffabilis) conſiderandum eſt multos eſſe compoſitionis modos, vt in q. 3. primæ par. habitum eſt, compoſitio namque alia eſt ex partibus quantitatiuis, alia ex materia & forma, alia ex natura & ſuppoſito, alia ex eſſentia & eſſe, alia ex genere & differentia, alia ex ſubiecto & accidente, & omnes important imperfectionẽ vtriuſq; cõponentis vt patet diſcurrẽdo. Sed ſi ab vna illarũ, hoc eſt a cõpoſitione ex natura & ſuppoſito, auferatur quod eſt imperfectionis ex parte ſuppoſiti, ſaluari poteſt in perſona Chriſti compoſitio ex natura humana & ſuppoſito, & ſecũdum hoc perſona Chriſti eſſet compoſita. Et quoniã iſte modus compoſitionis conuenit perſonæ Chriſti ſecundum rationem perſonæ ſeu hypoſtaſis inquantum. ſ. perſona Chriſti ſubſiſtit in natura humana, ideo hoc modo perſona Chriſti poteſt dici compoſita. Et intantum inuenitur huiuſmodi compoſitio in perſona Chriſti, vt dicat Auctor in lib. 4. contra Gen. cap. 49. in ſolutione ſextę obiectionis, quòd natura humana eſt ſimplicior, quam Verbum inquantum verbum eſt hic homo. Et poſtea in ſolutione decimæ obiectionis declarat quid ſignificat᷑, & ſupponitur per ly hic homo dicens, id quod in natura humana ſubſiſtit, eſt hic homo, & hoc quo ad ſignificationem. vnde ipſum Verbum ſupponitur, cum dicitur, hic homo, & hoc quo ad ſuppoſitionem. Et in quæſt. de vnione Verbi incarnati artic. 1. ad 15. dicit, quòd natura humana eſt ſimplicior, & formalior illo homine, qui eſt Verbum caro factum, & non verbum ſecundum ſe. Sed quoniam talis compoſitio eſt compoſitio vnius cum alio ſeu aliis, & vnius ex alio ſeu aliis (& in litera ſolum tractari videtur compoſitio ex his, quoniam tractatur compoſitio perſonæ Chriſti, quaſi ſubſiſtat ex duabus naturis, ut patet in literæ proceſſu) ideo vtroque compoſitionis modo perſona Chriſti ſecundum perſonæ rationem compoſita inuenitur. ſ. & compoſitione ex his, inquantum in duobus eſſe, diuino. ſ. & humano ex duabus ſubſiſtit naturis (de diuina quidem natura patet, quòd ex illa ſubſiſtit, de humana autem in ſymbolo Athanaſii habetur, dum dicitur, Perfectus homo ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens, vbi expreſſe Chriſtus vt perfectus homo dicitur ſubſiſtens ex anima rationali & humana carne, & non ſolum in anima rationali & humana carne, magiſter quoque Sẽt. in 3. diſt. 6. & 7. pluries affirmat Chriſti perſonam ex duabus ſubſiſtere naturis, exponendo ſecundam opinionem, quæ eſt determinatio, quam hic docemur, quam omnes catholici amplectuntur: in profeſſione quoque Epiſcoporum, quando ordinantur, dicitur, Credis vnicum & vnum filium dei in duabus & ex duabus naturis? & reſpondetur, Credo, vt patet in Pontificali eccleſiæ Romanę) et compoſitione cum his inquantum ꝑſona Verbi coniungitur cum hoc, quod eſt eſſe hunc hominem, non quod aſſumpſerit hunc hominem, ſed quia facta eſt hic homo aſſumendo hanc humanitatem. Sed quomodo hoc ſit, excedit humanam mentẽ, ſat ſit nobis noſſe, quia eſt, dum reuelatũ eſt, quod Verbum eſt ille homo, qui vocatur Chriſtus: quo homine vt ſic, natura humana ideo ſimplicior dicitur, quia ad hũc hominem ſpectant & principia indiuiduantia & accidentia, quę habet, quæ vniuntur illi non in natura, ſed in perſona, quæ nõ clauduntur in natura humana. Ad quæſitum ergo dicitur, quod duo obſtant compoſitioni perſonæ Chriſti ſimpliciter & formaliter enuntiandæ, alterum eſt ratio compoſitionis, quæ quia imperfectionem componẽntium formaliter importat, nõ poteſt formaliter & ſimpliciter attribui perſonæ Chriſti: alterum eſt generalis regula ſeruanda in attributis Chriſto, ſi ſunt communia naturæ, & perſonæ, & oppoſitum conuenit perſonæ, vt inferius patebit de hoc, quod eſt eſſe creaturam, & incipere eſſe, ne denotetur quòd perſona Chriſti in ſe ſit compoſita, ſit creatura, inceperit eſſe, & huiuſmodi. Vnde ad primam obiectionem dicitur, quòd defectus prædicationis formalis hic eſt ex parte prædicati, quod formaliter ſumptum non cõuenit perſonæ. Defectus autem prædicationis ſimpliciter eſt ex parte communitatis prædicati reſpectu talis ſubiecti, ſcilicet perſonæ Chriſti vendicantis ſibi in ſe oppoſitum, ſcilicet omnimodam ſimplicitatem, & propterea merito Auctor illas duas conditiones, quæ arguendo ad alteram partem tanguntur appoſuiſſe videtur, & doctores poſteriores non vtuntur compoſitionis nomine in myſterio incarnationis: quo tamen vtendum puto cum aliquo adiectiuo, puta ꝙ eſt cõpoſitio ineffabilis, ꝙ ſine quacumque imperfectione alterius componentis vel aliquo huiuſmodi. Et hoc ad denotandum, quod coniunctio iſta intima eſt ſubſtantialis, quia inveritate eſt talis, quãuis ſupra intellectũ noſtrũ. Propter hoc.n. antiqui doctores Diony. Auguſt. Damaſce. & Auctor cũ ſexta

Synodo (vt in corpore articuli ſexti inferius recitat̃) cõpoſitionis nomine vſi ſunt: quamuis explicare eam non potuerint.

¶ In reſponſione ad ſecundum eiuſdem quarti articuli, aduerte ꝙ Auctor non dicit, ꝙ compoſitio perſonæ Chriſti ex naturis eſt ratione numeri, vt prima facie apparet, ſed comparatiuam dicit, quòd potius eſt ratione numeri, quàm ratione partium. Quod eſt dicere, quòd naturæ illæ potius habent rationem duorum conuenientium in vnum, quàm rationem partium cõuenientium in vnum. Hoc autem conſtat eſſe veriſſimũ: quia ratio partis repugnat diuinitati & quodammodo humanitati, ratio autem duorum cõuenientium in vnum nõ repugnat eiſdẽ. Cum quo tamen ſtat quod compoſitio iſta longe maior ſit, quàm duorũ cõuenientium in vnã perſonam, vt patet ex dictis & dicẽdis, ſpecialiter in hac quæſtione ſecunda.

Inf. q. 16. ar.1.c. Et 3. diſt. 6. q.3. ar. 1. Et 4. cõt. gẽt. 37. & 41. Et op. 3. ca. 215.

* Art. 2. & 3. præced.

† li. 3. orth. fid. c. 3. circa mediũ.

¶ *Super Quæſtionis ſecundæ Articulum quintum.*

TItulus artic. 5. clar⁹ eſt in ſe. Et oritur quæſtio hæc cum ex difficultate rei in ſe, quia in Chriſto non eſt propria hypoſtaſis, quæ conſurgere deberet ex vnione animæ & corporis, tũ ex erroribus eorũ, qui negauerunt in Chriſto talem vnionem.

¶ In corpore 5. articuli vnica eſt concluſio reſpõſiua q̃ſito affirmatiue, cum ſuo corollario. Concluſio eſt iſta: Neceſſe eſt dicere, ꝙ in Chriſto fuerit anima vnita corpori. Probatur: Ad rationem ſpeciei humanæ pertinet, ꝙ anima corpori vniatur. ergo neceſſe eſt quòd ĩ Chriſto anima fuerit vnita corpori. Antecedens probat̃ dupliciter. Primo: quia forma non conſtituit ſpeciem, niſi per hoc ꝙ eſt actus materiæ. ex hoc.n. patet ꝙ non eſt ſpecies humana niſi anima ſit act⁹ corporis, quod eſt eſſe vnitum corpori. actus enim eſt vnitus materię, cuius eſt actus. Secundo: quia hoc, ſcilicet animam eſſe in corpore, eſt terminus generationis ordinatæ a natura ad ſpeciem. ex hoc nãque quòd natura per generationem tẽdit ad ſpeciem, & terminatur ad vnionem animæ & corporis, manifeſte patet, quòd ſpecies conſtituitur ex coniunctione animæ & corporis. Et ſic patet antecedens. Conſequentia vero probatur: quia Chriſtus dicitur homo vniuoce cum aliis hominibus. Probatur: quia eſt eiuſdem ſpeciei. Probatur: quia eſt in ſimilitudinẽ hominum factus. Et eſt proculdubio ſermo de ſimilitudine ſubſtantiali: quia eſt ſermo de ſimilitudine hoĩum nõ ꝺ ſimilitudine hoĩu; quãtorum, aut qualium, aut q̃uolibet aliter ſe habẽtium, homo enim ſubſtantiæ ſpeciei humanæ & non quantitatis aut qualitatis nomen eſt. Ex hoc namque, quòd eiuſdem eſt ſpeciei Chriſtus, quatenus homo, cum aliis hominibus, ſequitur manifeſte quòd ſi ſpecies humanæ naturæ in aliis conſtituitur ex vnione animæ & corporis, in Chriſto quoque talis vnio exigatur. Corollarium eſt, ꝙ contrarium dicere eſt hæreticum. Probatur: quia derogat veritati humanitatis Chriſti, vt patet ex dictis.

*In feſto circũciſ. domini in laudibus.

3. diſ. 2. q. 1. ar. 3. q. 3. ex diſt. 7. q. 1. ar. 1, c. princip.

¶ In reſpõſione ad primũ eiuſdem articuli, diſce hinc optimum ac clarũ loquẽdi modum in hoc myſterio, ſcilicet quòd ex vnione animæ & corporis in Chriſto non conſtituitur noua perſona: ſed ad præexiſtentem perſonam Dei, compoſita natura ſingularis ex anima & corpore adiuncta eſt. Oportet ergo ex hac anima & hoc corpore vnitis aut conſtitui nouam perſonã humanã, aut antiquã perſonam conſtitui in hoc, ꝙ ſit perſona humana. Et hoc ſecundũ verificatur in Chriſto: hypoſtaſis enim verbi Dei inquantum eſt hic homo, per naturam humanã hanc conſtituitur, vt Auctor in quarto contra Genti. cap. 49. in ſo-

*Art. 1. ius q. ...

*Citati arg.

*vt patet Ariſt. ... taphy. 6. & 25. multo...

*lib. 3. c...

*lib. 3. c...

continui. Nam continuũ non cõponitur niſi ex cõtinuis: animal vero componitur ex anima & corpore, quorum neutrum eſt animal.

## ARTICVLVS V.

### *Vtrum ſit facta aliqua unio animæ, & corporis in Chriſto.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ in Chriſto non fuerit vnio animę & corporis. Ex vnione.n. animæ & corporis in nobis cauſatur perſona, vel hypoſtaſis hominis. Si ergo aĩa & corpus fuerunt in Chr̃o vnita, ſequitur ꝙ fuerit ex vnione eorũ aliqua hypoſtaſis conſtituta: nõ aũt hypoſtaſis verbi Dei, quæ eſt æterna. Ergo in Chriſto erit aliqua perſona vel hypoſtaſis præter hypoſtaſim Verbi, quod eſt contra prædicta.*

¶ 2 Præt. Ex vnione animæ & corporis conſtituitur natura humanæ ſpeciei. Damaſc. aũt dicit in 3. lib.* ꝙ in Dño Ieſu Chr̃o non eſt cõmunem ſpecie macci pere. Ergo in eo non eſt facta aĩæ & corporis vnio.

¶ 3 Præt. Anima non coniungitur corpori, niſi vt viuificet ipſum: ſed corp⁹ Chriſti poterat viuificari ab ipſo verbo Dei, qđ eſt fons & principium vitæ. Ergo in Chriſto non fuit vnio animæ & corporis.

SED CONTRA eſt, ꝙ corpus nõ dicitur animatũ, niſi ex vnione animæ: ſed corpus Chriſti dicitur animatũ, ſ̃m illud, quod Eccleſia* cantat, Animatũ corpus ſumens, de Virgine naſci dignatus eſt. Ergo in Chr̃o fuit vnio animæ & corporis.

RESPON. Dicendũ ꝙ Chriſt⁹ dicitur hõ vniuoce cum aliis hominibus, vtpote eiuſdẽ ſpeciei exiſtẽs, ſ̃m illud Apoſtoli Philip. 2. In ſimilitudinem hominũ factus. Pertinet autẽ ad rõnem ſpeciei humanæ, ꝙ anima corpori vniatur. non.n. forma cõſtituit ſpeciem, niſi per hoc, ꝙ ſit actus materiæ, & hoc eſt, ad quod generatio terminatur, ꝑ quã natura ſpeciem intendit. Vnde neceſſe eſt dicere, quòd in Chriſto fuerit anima corpori vnita, & contrarium eſt hæreticum, vtpote derogans veritati humanitatis Chriſti.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd ex hac ratione moti videntur illi, qui negauerunt vnionem animæ & corporis in Chriſto: ne per hoc ſcilicet cogerentur perſonam nouã vel hypoſtaſim in Chr̃o inducere: q̃a videbãt, ꝙ in puris hominibus ex vnione aĩæ ad corpus cõſtituitur ꝑſona. Sed hoc ideo in puris hõibus accidit: quia aĩa & corpus ſic in eis coniunguntur, ut ꝑ ſe exiſtant. Sed in Chr̃o vniuntur ad inuicem, vt adiuncta alteri principaliori, quod ſubſiſtit in natura ex eis cõpoſita, & ꝓpter hoc ex vnione aĩæ & corporis in Chr̃o non conſtituitur noua hypoſtaſis, ſeu perſona: ſed aduenit ipſum coniunctum ꝑſonæ, ſeu hypoſtaſi præexiſtẽti. Nec propter hoc ſequitur, ꝙ ſit minoris efficaciæ vnio animę & corporis in Chr̃o, q̃ in nobis: quia ipſa coniunctio ad nobilius non adimit virtutẽ, aut dignitatẽ, ſed auget, ſicut aĩa ſenſitiua in animalibus conſtituit ſpeciẽ, quia conſideratur vt vltima forma, non autem in hominibus, quamuis in nobis ſit virtuoſior & nobilior: & hoc propter adiunctionem vlterioris & nobilioris perfectionis, ſcilicet animæ rationalis, vt etiam ſupra dictum eſt.*

AD 2^m dicẽdũ, ꝙ verbũ Damaſ.* poteſt intelligi dupliciter. Vno mõ, vt referat̃ ad humanã naturã, quæ qdẽ non habet rõnem cõis ſpeciei, ſ̃m ꝙ ẽ in vno ſolo indiuiduo, ſed ſcđm ꝙ eſt abſtracta ab omni indiuiduo, prout in nuda contẽplatione conſideratur, vel ſcđm ꝙ eſt in oĩbus indiuiduis. Filius aũt Dei nõ aſſumpſit humanã naturã, prout ẽ in ſola conſideratione intellectus: quia ſic nõ aſſumpſiſſet ipſam rem humanæ naturæ, niſi forte diceret̃, ꝙ humana natura eſt quædã idea ſeparata, ſicut Platonici* poſuerunt hominẽ ſine materia: ſed tũc filius Dei non aſſumpſiſſet carnẽ, contra illud quod dicitur Luc. vlti. Spiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. Similiter etiam non poteſt dici, ꝙ filius Dei aſſumpſerit humanam naturã, prout eſt in omnibus indiuiduis eiuſdẽ ſpeciei: quia ſic oẽs homines aſſumpſiſſet. Relinquit̃ ergo, vt Damaſ.* poſtea dicit in eodẽ lib. ꝙ aſſumpſerit naturam humanã in atomo. i. in indiuiduo, nõ quidẽ in alio indiuiduo, qđ ſit ſuppoſitũ vel hypoſtaſis illius naturæ, q̃ in perſona filij Dei. Alio mõ poteſt intelligi dictum Damaſ.* vt nõ referat̃ ad naturam humanã, quaſi ex vnione aĩæ & corporis nõ reſultet vna cõis natura, q̃ ẽ



in ſolutione ſeptimæ obiectionis dicit. Quod eſt dicere ꝑſonam Verbi cõſtitui in hoc qđ eſt eſſe perſonã humanã ꝑ hanc naturã humanã: hic.n. homo perſonam humanam ſignificat.

¶ In reſponſione ad ſecundum eiuſdem articuli aduerte, quod Damaſceni verbum tam tritum. ſ. verbum aſſumpſit naturã humanam in atomo, dupliciter exponitur. Primo, quòd ly in atomo importet ly in indiuiduo, & ſic exponitur in litera præſenti. Et quia proprie loquẽdo, natura humana in indiuiduo eſt idẽ quod natura humana in hoc homine, nam hic homo eſt indiuiduum naturę humanæ, & hic homo eſt hypoſtaſis naturæ humanæ, & conſequenter hæc verba inſinuant, ꝙ Verbum aſſumpſerit naturam humanam iam in hoc homine, iam in hypoſtaſi, iam perſonatam: quia quod aſſumitur, præſupponitur aſſumptioni ſecundum naturæ ordinem, ideo Auctor ad excludendum talem ſenſum addidit, Nõ in alio indiuiduo, quod ſit ſuppoſitũ vel hypoſtaſis illius naturæ, q̃ in perſona filii Dei. Iuxta quem modum exponuntur ſimiles loquutiones in 6. & 7. di. 3. ſent. vt patet ibi. Secũdo exponitur facilius, ita ꝙ ly in atomo, importet ly ſingularem, & ſic clarus ſenſus eſt, quòd Verbũ aſſumpſit naturã humanã ſingularẽ: quia aſſumpſit naturam humanã hãc. Et iuxta hunc ſenſum eſt valde tritũ, nec eget gloſſa.

*lib. 3. ca. 3. in medio.

*lib. 2. tex. 37. tom. 2.

¶ In eadem reſponſione ad ſecundum circa verba. Neque.n. generatus eſt, neque vmquã generabitur alius Chriſtus, &c. aduerte quòd ſi Chriſtus eſſet naturæ cõpoſitæ ex deitate & humanitate, natura illa eſſet communis Chriſto & filiis ſuis, quos naturaliter virtute illius naturæ generaſſet, ita quòd genuiſſet filiũ eiuſdem naturæ. ſ. compoſitæ ex deitate & humanitate, & ſic genuiſſet alium Chriſtum. Sed quia hoc eſt impoſſibile, arguit Damaſcenus a deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedẽtis. ſ. ex hoc, quod non poteſt generari alius Chriſtus ex deitate & humanitate cõpoſitus, ꝙ in Chriſto non eſt natura compoſita ex deitate & humanitate. Nunc autem, quia perſona tantum Chriſti ponitur cõpoſita modo prius dicto ſi Chriſtus naturali generatione aliquem produxiſſet, quum virtute humanæ naturæ innocentis generaſſet, purũ hominem produxiſſet. generãs enim generat ſibi ſimile, non in perſona, ſed in natura.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem articuli, nota illa verba, Vnumquodque formaliter eſt, per formam ſuam: quoniam in q. 17. cum tractabitur an in Chriſto ſint plura eſſe, diſcutienda ſunt, & quomodo ſtat doctrina illic data cum iſta.

¶ *Super Quæſtionis ſecundæ Articulum ſextum.*

IN titulo articuli 6. ly accidentaliter ſumitur, vt diſtinguitur contra ſubſtantialiter, ita quod *modus coniunctionis in quæſtionẽ* vertitur, an ſubſtantialis, an accidentalis ſit. Vbi aduerte ꝙ poſtquam determinatum eſt, quod humana natura eſt coniuncta *filio Dei in perſona*, quæritur an ſit coniuncta ei ſubſtantialiter, vel accidentaliter. Et hoc quia vt patet ex ſuperius aſſignata latitudine vnitorum alicui in perſona, aliquid vnitur Sorti in perſona accidentaliter, vt albedo & reliqua accidentia, quæ ſunt in Sorte, & aliquid vnitur Sorti in perſona ſubſtãtialiter, vt mẽbra ſua & natura ſua. Hæc aũt quæ dicimus patent ex eo, quod dicendo, Sortes eſt albus aut magnus, enũtiamus eſſe accidẽtale Sortis: dicendo aũt, Sortes eſt capitatus aut hõ, enuntiamus vtrobique eſſe ſubſtãtiale Sortis. Quia igitur perſonæ poteſt aliquid in perſona vniri tam ſubſtantialiter, q̃ accidentaliter ideo merito poſtquam concluſum eſt, naturam humanam eſſe vnitã filio Dei in perſona, quæritur an ſit illi vnita ſubſtantialiter an accidentaliter. Hic eſt ſenſus tituli.

humana: ſed eſt referendũ ad vnionẽ duarũ naturarũ, diuinæ. ſ. & humanæ, ex quibus nõ cõponitur aliquid tertium quod ſit quædam natura cõmunis: quia ſic illud eſſet natũ prædicari de pluribus, & hoc ibi intẽdit. Vnde ſubdit,* Neque.n. generat⁹ eſt, neque vmquã generabitur alius *Chriſtus*, ex deitate & humanitate, ĩ deitate & humanitate Deus ꝑfectus, idẽ & hõ perfect⁹.

AD 3^m dicendum, quòd duplex eſt principiũ vitæ corporalis. Vnũ quidem effectiuum, & hoc modo verbum Dei eſt principium omnis vitæ. Alio modo eſt aliquid principium vitæ *formaliter*: cum.n. viuere, viuentibus ſit eſſe (vt dicit Philoſophus 2. de anima*) ſicut vnumquodque formaliter eſt per formam ſuam; ita corpus viuit per animam. & hoc modo non ponitur corpus viuere per verbum, quod non poteſt eſſe corporis *forma*.

## ARTICVLVS VI.

### *Vtrum natura humana fuerit unita uerbo Dei accidentaliter.*

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quod humana natura fuerit vnita verbo Dei accidentaliter. Dicit enim Apoſt. Philip. 2. de filio Dei, ꝙ habitu inuentus eſt vt homo: ſed habitus accidentaliter aduenit ei, cuius eſt, ſiue accipiatur habitus, prout eſt vnum de decem prædicamentis, ſiue prout eſt ſpecies qualitatis. Ergo humana natura accidẽtaliter vnita ẽ filio Dei.

¶ 2 Præt. Omne quod aduenit alicui poſt eſſe completum, aduenit ei accidentaliter: hoc.n. dicimus accidens, quod poteſt & adeſſe & abeſſe alicui præter ſubiecti corruptionem. Sed natura humana aduenit ex tẽpore filio Dei, habenti eſſe perfectum ab æterno. Ergo aduenit ei accidentaliter.

¶ In corpore articuli tres ſunt principales partes, in prima narrant̃ duæ hæreſes extremæ circa quæſitũ. In ſecunda ad alteram earum reducuntur duæ opiniones extremæ poſitæ a Magiſt. ſent. in 6. diſt. 3. ſent. In tertia ponitur ſententia fidei.

¶ Quo ad primũ, clare cõſtat, allatas hæreſes eſſe extremas, dũ Euthicetis error cõiunctionẽ in Chriſto intantũ ſubſtantialẽ eſſe dicit, quod ex ſubſtantiis duabus cõpoſita eſt vna natura: Neſtorii autem error cõiunctionẽ iſtã in tantum accidentalem poſuit, ꝙ ſeparauit perſonã filii Dei a perſona filii hominis. Ille confundit naturas, & vnã tam naturã, q̃ perſonã poſuit eſſe in Chr̃o: iſte ſeparauit & naturas & ꝑſonas, dicens in Chr̃o duas eſſe & naturas & ꝑſonas: coniunxit autem eas accidentali vnione penes quinque, vt in litera clare habes. Hæc de primo.

1. q. 17. ar. 1 c. Et 3. diſ. 6. q. 3. ar. 2. Et 4. con. c. 37. 41. & 49. Et vnio. ar. 1. cor. & ad 13. Et opu. 3. c. 215 Et Phi. 2. col. 5.

¶ Quo ad ſ̃m poſteriorũ magiſtrorũ errores tractantur, qui putantes ſe catholice dicere, opiniones duas introduxerũt extremas, apud Magiſtrũ ſent. ſ. primã & tertiam, cum ambę ex parte vnius extremi, hoc ẽ Neſtoriani erroris ſe teneãt. nã vtrique conueniunt in hoc, ꝙ ponunt in Chr̃o diuerſas hypoſtaſes, ita ꝙ alia eſt hypoſtaſis filii Dei, & alia hypoſtaſis filii hominis, ac ꝑ hoc vtriq; ſeparãt in Chr̃o & naturas & hypoſtaſes ſeu ſuppoſita. Et accidentalẽ proinde vnionẽ ponũt humanæ naturæ ad perſonã filii Dei, quamuis diuerſimode: quia primi ponunt ſub nomine perſonæ, dicendo hypoſtaſes duas vniri in perſona: quod monſtratũ eſt nõ eſſe intelligibile, niſi perſonæ nomẽ accidẽs ſignificet. Alii vero ponunt vniri per modũ veſtis, cõſtat nãque ꝙ eſſe veſtitum, accidentale tm̃ eſſe ponit in perſona, quę veſtita eſt. Et omnia clare patent in litera.

¶ Quo ad tertiũ primò ponitur ſententia fidei, quæ vere eſt media. ſ. ꝙ vnio eſt ſ̃m ſubſtantiã, vt ſubſtãtia importatur per perſonã, hypoſtaſim, vel ſuppoſitũ, & hoc cõtra Neſtoriũ & poſteriores magiſtros, & ꝙ nõ eſt ſ̃m ſubſtantiam, vt ſubſtantia importatur per eſſentiã, naturã ſeu quidditatẽ, & hoc contra Euthicetẽ & Dioſcorum. Probaturque auctoritate ſextæ Synodi, vbi patet, Vnionem carnis ad verbũ Dei ſ̃m compoſitionẽ, quæ eſt ſecundũ ſubſtantiam, confeſſam eſſe. Secundo modum loquendi docet circa recitatas ſententias tres a Magiſtro ſen. in 6. diſt. tertii, ꝙ. ſ. nulla earum vocanda eſt opinio, ſed ſecunda dicenda eſt ſententia doctrinaq; fidei, tam prima aũt q̃ tertia hæreſis a cõcilio dãnata appellãda eſt. Vbi ſcito ꝙ licet tp̃e Magiſtri ſen. & illorũ magiſtrorũ, quorũ hic Auctor meminit, iam eſſent dãnatæ ambæ iſtæ hæreſes: quia tm̃ occultũ erat cõprehendi poſitiones iſtas ſub illis damnatis, & putabatur iſtas ab illis tm̃ diſtare, vt ſeparatæ eſſent ab illis; ideo excuſati fuerunt & auctores & ſequaces earũ, & qui tãquã opiniones illas habuerũt. Sed ex quo tanta conceſſa eſt poſterioribus perſpicacitas, vt viderent & diſcernerent inter illas, & vnicuique locum ſuum darent, non amplius excuſarent̃ qui hm̃õdi poſitiones, vt opiniones aſtruerent.

¶ In reſponſione ad primum & ad ſecundum aduerte primo, ꝙ cõmune eſt vtriq;. ſ. habitui & accidẽti vniri & accidẽtaliter Sorti. nã indumentũ nõ niſi accidentale eſſe ponit in Sorte, eſſe.n. veſtitũ accidẽtale eẽ eſt, & albedo accidẽtale eſſe ponit in Sorte: differẽtia aũt inter ipſa eſt, ꝙ indumentũ eſt in ſe ſubſtãtia q̃dam, puta pãnus laneus, albedo aũt eſt in ſe accidens, ita quod albedo & eſt in ſe accidẽs, & accidentaliter coniungitur Sorti. Indumẽtum aũt eſt in ſe ſubſtantia, ſed accidẽtale tm̃ eſſe cõfert Sorti. ſ. eſſe veſtitum. Et quia natura humana eſt in ſe ſubſtantia, & aduenit verbo Dei poſt eius eſſe cõpletũ, ideo accidentaliter coniuncta verbo Dei æſtimata eſt: quemadmodum habitus ſeu indumentum acccidentaliter iungitur Sorti.

G

§ 3 Præt. Quicquid non pertinet ad naturam ſeu eſſentiam alicuius rei, eſt accidens eius, quia omne quod eſt, aut eſt ſubſtantia, aut accidens: ſed humana natura non pertinet ad eſſentiam, vel naturam diuinam filij Dei: quia nō eſt facta vnio in natura, vt ſupra dictum eſt. *Ergo oportet ꝙ natura humana accidentaliter filio Dei aduenerit.

*Ar. 1. hui⁹ quæſt.

§ 4 Præt. Inſtrumentum accidentaliter aduenit: ſed humana natura in Chriſto fuit diuinitatis inſtrumentū. Dicit. n. Damaſce.* in tertio libro, ꝙ caro Chriſti inſtrumētum diuinitatis exiſtit. Ergo videtur, ꝙ humana natura fuerit filio Dei vnita accidentaliter.

*lib. 3. ort. fidei ca. 15. poſt medium.

H

SED CONTRA eſt, quòd illud, quod accidentaliter prædicatur, non prædicat quid, ſed quantū vel quale, vel aliquo alio modo ſe habens. Si ergo humana natura accidentaliter adueniret, cum dicit̃, Chriſtus eſt homo, non prædicaretur quid: ſed quale, aut quantum, aut aliquo alio modo ſe habens, quod eſt contra decretalem Alex. Papæ dicentis, Cum Chriſtus ſit perfectus Deus & perfectus homo, qua temeritate audēt quidam dicere, quòd Chriſtus ſecundum ꝙ eſt homo, non eſt quid?

I

RESPON. Dicendum, quòd ad huius quęſtionis euidentiam ſciendum eſt, quòd circa myſteriū vnionis duarum naturarum in Chriſto, duplex hęreſis inſurrexit. Vna quidem confundentiū naturas: ſicut Euthicetis & Dioſcori, qui poſuerunt quòd ex duabus naturis eſt conſtituta vna natura, ita quod cōfitentur Chriſtum eſſe ex duabus naturis, quaſi ante vnionem diſtinctis: non autem in duabus naturis, quaſi poſt vnionē naturarum diſtinctione ceſſante.

Alia vero fuit hæreſis Neſtorij & Theodori moſueſteni, ſeparantiū perſonas, poſuerunt enim aliam eſſe perſonam filij Dei, & filij hominis. Quas dicebant ſibiinuicem eſſe vnitas, primo quidem ſecundum inhabitationem: inquantum ſcilicet verbū Dei habitauit in illo homine ſicut in templo. Secundo per vnitatem affectus, inquantum ſcilicet voluntas illius hominis eſt ſemper conformis voluntati verbi Dei. Tertio ſecundū operationē, prout ſcilicet dicebant hominem illum eſſe verbi Dei inſtrumētum. Quarto ſecundum dignitatem honoris, prout omnis honor, qui exhibetur filio Dei, coexhibetur filio hominis propter coniunctionem ad filium Dei. Quinto ſecundum æquiuocationem, ideſt communicationem nominum, prout ſcilicet dicimus illum hominem eſſe Deū

¶ Sed æſtimationē hanc eſſe falſam non ſolum manifeſtatur ex antedictis, quia ſcilicet vnio veſtis ad Sortem, non eſt in perſona, quia alia eſt hypoſtaſis veſtis, & alia hypoſtaſis Sortis veſtiti: ſed etiam quia talis vnio vt terminatur ad ſortem, eſt ſecundum eſſe accidentale, quoniam non ponit in Sorte niſi eſſe veſtitum quod conſtat eſſe de genere accidentis. Natura autem humana, ſic eſt coniuncta verbo Dei, vt conferat verbo Dei eſſe ſubſtātiale, quoniā cōfert illi eſſe hominem: cōſtat autē ꝙ eſſe hominē, eſt in genere ſubſtātiæ, & non in genere accidentis: filius ſiquidē dei ſic homo factus eſt, vt veriſſime ſit homo. Vnde fingendo quod veſtis ſit nomē ſubſtātiæ, pro claritate doctrinæ, cōiunctio veſtis ad perſonā veſtitam eſt ſecundū eſſe accidētale: quia non confert veſtitæ perſonæ, ꝙ ſit veſtis, ſed quod ſit veſtita: ſed humana natura coniungitur perſonæ diuinæ ſecundum eſſe ſubſtātiale: quia confert verbo Dei, quòd ſit homo ſecūdum rei veritatē ſimpliciter & nō in intellectu aut imaginatione aut repræſentatione, aut ſecundum quid. Et hoc eſt qđ Auctor in quarto cōtra Gen. cap. 49. in ſolutione vltimę obiectionis explicauit: hoc eſt quod extra de hær. in ca. cum Chriſtus, Alexander tertius explicauit, ubi ſub anathemate inhibēs, ne quis audeat dicere, quod Chriſtus, ſecundum quòd homo, non eſt aliquid, quia eſt verus homo, contra eos loquitur qui dicebant ꝙ Chriſtus ſecūdum quòd homo non eſt aliquid, ſed ad aliquid ſeu aliqualis: hoc enim ſequitur ad omnes ponētes vnionem naturæ humanæ ad hypoſtaſim filii Dei eſſe accidentalem. Nam ſecundum huiuſmodi poſitiones, ſicut ſortem eſſe veſtitū, aut eſſe magnum, aut honorabilem, & ſuper alios, non eſt Sortem eſſe aliquid, ſed ad aliquid, aut aliqualē, &c. ita filium Dei eſſe hominē, non eſſet eſſe aliquid, ſed ad aliquid aut aliqualem, &c. Vnde Auctor optime in hoc articulo induxit decretalem illam ad probandam vnionem humanæ naturæ ad Verbum eſſe ſubſtantialem. Et Scotus in vltima quæſt. 6. diſt. 3. ſen. dicit quòd per iſtā decretalem condemnata eſt tertia opinio illic a Magiſtro ſen. recitata, ſcilicet ꝙ humana natura vnita eſt Verbo vt habitus, per hæc manifeſtans quòd ly aliquid ſumitur in dicta Decretali vt diſtinguitur cōtra ad aliquid, aliquale, aliquantū, & reliqua accidentium genera. Quæ ſolum conuenire Chriſto ſecundum ꝙ homo, dicebat poſitio illa, & quæcumque alia ponens vnionem iſtam accidentalem.

¶ Aduerte ſecundo propter exemplum quod in litera datur, de vnione animæ ad corpus, ꝙ dicentes vnioni Verbi & naturæ humanæ maxime ſimilem eſſe vnionem ſubſtantiæ & accidentis, ſublato hoc, ꝙ ſubſtantia informatur per accidens ſicut potentiale per actuale, aberrant iſti valde quoniam ſublata informatione non remanet inter ſubſtantiam & accidens niſi vnio accidentalis, vt patet ex hoc quod de facto ſunt ibi duo, primum, quòd ſubſtantia iungitur accidenti ſubſtentando illud, ſecundū quòd informatur per illud. Conſtat autem quòd de facto nūc ratione neutrius inter accidens, & ſubſtantiam eſt coniunctio ſubſtantialis, ſed ſolum accidentalis. ergo ſi tollatur ſecundum. ſ.

F informatio, non niſi accidentalis vnio remanet. Non ergo ſimillimum exemplum hoc, ſed abducens ab vnione ſubſtantiali inter verbum & naturam humanam. Quòd autem quidā dicunt, huic vnioni maxime ſimilem eſſe inſitionem, eo quòd ramus inſitus cum ramo naturali arboris vnitur in vnitatem ſuppoſiti, quia eadem vtriuſque rami arbor eſt, & non vnitur ei in vnitatem naturæ, quando ramus inſitus alterius naturæ eſt (nec obſtat ꝙ inſitio fiat per contactum, ſeu continuationem, quoniā quod facit in corporibus ſitus, hoc facit in ſpiritualibus ordo ſecundum Auguſt. conſonat autem hæc ſimilitudo doctrinæ ſacrę Scripturæ apoc. 5. uicit leo de tribu Iuda radix Dauid, & 12. ego radix Dauid, per hæc enim patet filium Dei ſe habere ad Dauid, hoc eſt ad naturam ſuam ex Dauid, vt radix) hoc inquam magis ad metaphoricam, quàm ad ꝓpriam theologiam ſpectat. nam falſum eſt ꝙ ramus naturalis, & ramus inſitus ſint vniti in vno ſuppoſito ſecūdum veritatem. Quod ex 5. Meta. patet, cum dicitur, quod quæcūq; ſunt vnū numero, ſunt vnū ſpecie, quāuis non econtra, conſtat aūt ad ſenſum, quod ramus inſitus & ram⁹ naturalis diſtinguuntur ſpecie, vt patet ex fructibus. ſunt igitur diſtincti numero in genere ſubſtantiæ, quod eſt diſtingui ſuppoſitaliter ſecundum veritatem: quāuis ſecundum apparentiā vnū appareat ſuppoſitum arboris. habet enim ſe arbor ſuſcipiens inſitionem quaſi terra, alimentū ex ſe præſtans ramo inſito: ita quod inter ramum inſitum & plantatum differentia conſiſtit in primo alimento. Nā ramus plantatus in terra inde primum habet alimentum impurum, & digerit illud: ramus vero inſitus ex arbore habet primum alimentum iam depuratum in trunco arboris habile ad ſui nutritionem augmentationem & fructificationem. Vnde ramus inſitus ponit quaſi radices in arbore, vnde nutritur, ſicut plantatus ponit radices in terra vnde alitur. & propter ea non cuiuſcūque K naturæ ramus poteſt cuilibet arbori inſeri: ſed oportet proportionem eſſe inter alimentum decoctum pro arbore, & alimentum rami talis naturæ. At ſi quiſpiam dixerit maximam poſitam eſſe ſimilitudinem inſitionis ad incarnationē, quando ramus inſitus eſt eiuſdem ſpeciei cum trunco, quia tunc ſit vnum ſuppoſitum vtriuſque quia continuatur ramus inſitus arbori, aduertat hæc dicens, quod iam exit ab vnione inſitionis, quatenus inſitio eſt: quoniam inſitio ad ramos alterius ſpeciei extenditur, & declinat ad inſitionem talem, ſcilicet per vnitatem continuitatis. Quod, formaliter loquendo, nihil aliud eſt dicere, quàm dicere, vnitatem aduenientis partis alicui toti continuo, maxime eſſe ſimilem vnioni incarnationis quod eſt ridiculū. Reuereātur ergo antiquos doctores, & dicāt cum Auctore in quarto contra Gent. cap. 41. nihil in omnibus creatis inueniri, huic vnioni tam ſimile, ſicut eſt vnio animæ intellectiuæ ad corpus: quod etiā hic confirmatur, dum ſimilitudo iſta affertur, & explanatur. Vbi aduerte, quod ſimilitudo iſta quantum ad vnum nō tenet, quātum ſcilicet ad hoc, quod anima vnitur corpori, vt forma materiæ, ac per hoc vt pars comparti vnius humanæ naturæ ex eis



& filium Dei. Manifeſtum eſt aūt iſtos omnes modos accidentalem vnionem importare. Quidam autem poſteriores magiſtri, putantes ſe has hæreſes declinare, in eas per ignorantiam inciderunt. Quidam enim eorum conceſſerunt vnam Chriſti perſonam: ſed poſuerunt duas hypoſtaſes ſiue duo ſuppoſita, dicentes hominem quendam compoſitum ex corpore & anima a principio ſuæ conceptionis eſſe aſſumptum a Dei verbo. Et hæc eſt prima opinio quam Magiſter ponit in 6. diſtinct. tertii lib. ſententiarum.* Alii vero volentes ſeruare vnitatem perſonæ poſuerunt Chriſti animam non eſſe corpori vnitam: ſed hæc duo ſeparata ab inuicem, eſſe vnita verbo accidentaliter, vt ſic non creſceret numerus perſonarum. Et hæc eſt tertia opinio, quam magiſter ibidem* ponit. Vtraque autem harum opi. incidit in hæreſim Neſtorij. Prima[d] quidē: quia idem eſt ponere duas hypoſtaſes, vel duo ſuppoſita in Chriſto, quod ponere duas perſonas, vt ſupra dictum eſt.* Et ſi fiat vis in nomine perſonæ, conſiderandum eſt, quòd etiā Neſtorius vtebatur vnitate perſonæ propter vnitatem dignitatis & honoris. Vnde etiam ſexta Synodus definit anathema eum.* qui dicit vnam perſonam ſecūdum dignitatem & honorem & adorationem, ſicut Theodorus & Neſtorius inſanientes conſcripſerunt. Alia verò opinio incidit in errorem Neſtorij, quantū ad hoc, quòd poſuit vnionem accidentalē: non enim differt dicere, quòd verbum Dei vnitum eſt homini Chriſto ſecundum inhabitationem, ſicut in templo ſuo (ſicut dicebat Neſtorius) & dicere quòd vnitū fuit verbum Dei homini ſecūdum indutionem, ſicut veſtimento: ſicut dicit tertia opinio, quę etiam peius dicit aliquid, quàm Neſtorius, ſcilicet quòd anima & corpus nō ſunt vnita. Fides autem catholica medium inter prædictas poſitiones tenens, non dicit vnionem factā Dei & hominis ſecundū eſſentiam vel naturam, neque etiam ſecundum

*diſ. 6. §. 2. lib. 3. ſentē.

In lit. d. 1. D. 706.

Art. 3. hui⁹ quæſt.

*habet̃ in Syno. 2. Cōſtāt. can. 4.

accidens: ſed medio modo ſecundum ſubſiſtētiam ſeu hypoſtaſim. Vnde in ſexta Synodo* dicitur, Cū multis modis vnitas intelligatur, qui iniquitatem Apollinarij & Euthicetis ſequuntur, interemptionē eorum, qui conuenerunt colentes, ideſt interimentes vtramque naturam, vnionem ſecundum confuſionem dicunt: Theodori autem & Neſtorij ſequaces, diuiſione gaudentes, affectualem vnitatem introducunt: ſancta vero Dei Eccleſia, vtriuſque perfidiæ impietatem reiiciens, vnionem uerbi Dei ad carnem ſecūdum compoſitionem confitetur, quod eſt ſecundū ſubſiſtentiam. Sic ergo patet, quòd ſecunda trium opinionum, quas Magiſter* ponit, quæ aſſerit unam hypoſtaſim Dei & hominis, nō eſt dicenda opinio, ſed ſententia catho- C licæ fidei: ſimiliter etiā prima opinio, quæ ponit duas hypoſtaſes, & tertia quæ ponit vnionem accidentalem,[d] non ſunt dicendæ opiniones, ſed hæreſes in conciliis ab Eccleſia damnatæ.

B

*habet̃ in cōcil. 2. Cōſtāt. cani. 4.

lib. 3. ſentē. diſt. 6.

D. 250.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut Damaſ.* dicit in 3. lib. non neceſſe eſt omnifariam & indefectiue aſſimilari exempla: quod enim eſt in omnibus ſimile, idem utique erit, & non exemplum, & maxime in diuinis: impoſſibile. n. D eſt ſimile exemplum inuenire in omnibus, & in Theologia, ideſt in deitate perſonarum & in diſpenſatione, ideſt in myſterio incarnationis. Humana ergo natura in Chriſto aſſimilatur habitui, ideſt ueſtimento, non quidem quantum ad accidentalem vnionem: ſed quantum ad hoc quòd Verbum uidetur per humanā naturam, ſicut homo per ueſtimentum. Et etiam quantum ad hoc, quòd ueſtimentū mutatur: quia ſcilicet formatur ſecundum figuram eius, qui induit ip- E ſum qui a ſua forma non mutatur propter ueſtimentum. Et ſimiliter humana natura aſſumpta a uerbo Dei eſt meliorata, ipſum autem uerbum Dei non eſt mutatum: ut Augu. exponit in lib.* 83. quæſtio.

*li. 3. orth. fid. c. 26. in fine.

AD 2[m] dicendum, quòd illud

*li. 83. quę. q. 73. non lōge a fine to. 4.

ex eis compoſitæ, vt tam hic quàm ibi expreſſe dicitur ſub aliis tamen verbis: ſed tenet quantum ad hoc, quod anima, vnitur corpori vt inſtrumento coniuncto, vt ibi dicitur: vel, & in idem redit, quantum ad hoc, quod corpus aſſumitur ad eſſe propriū animæ prout eſt perſonæ ſeu ſubſiſtentis. Et de vnione quidem per modum inſtrumenti in loco proprio, hoc eſt in reſpōſione ad quartū erit ſermo: hic autē declaranda vtcūq; eſt vnio ad eſſe, vt ē perſonæ. Ad cuius aliqualē perceptionem fingamus animam rationalem ꝑ ſe ſubſiſter̃ ante corpus, ſicut de facto ita eſt in animabus defunctorū ante reſurrectionem: ſubſiſtunt. n. interim per ſeipſas abſque corpore aliquo: hoc ſtāte conſidera, quod anima per ſe ſubſiſtens aduenienti ſibi duo communicat corpori. ſ. eſſe & ſubſiſtere, vel dupliciter cōmunicat ſuū eſſe corpori. Primo per modū naturæ, & hoc facit informando corpus: ex hoc. n. quod informat ipſum, dat ei eſſe ſpecificū, quod natura ſignificat. Secundo per modum perſonę, & hoc facit communicando ſuum ſubſiſtere corpori ita quod non ſolum ipſa anima ꝑ ſuum ſubſiſtere ſubſiſtat, ſed corp⁹ ſubſiſtat per illudmet ſubſiſtere: ſubſiſtit enim corpus adueniens non per nouū ſubſiſtere, ſed ꝑ antiquam animæ ſubſiſtentiam. Quocirca ſi in vnione rationalis animæ & corporis cōſideretur ſecundus tantum modus abſtrahendo à primo, habebitur exemplum in rerū natura īter reliqua ſimillimū, quomodo vnio eſt humanę naturæ ad Verbum ſecundum eſſe ſubſtantiale ipſius Verbi: non vt eſt naturæ, ſed vt eſt ꝑſonę, vt in litera dicitur. Nā ſicut anima rationalis corpus ſibi vnitum in reſurrectione trahit ſecluſa informatione ad eſſe ſuum, prout eſt ꝑſonæ, hoc ē prout eſt ſubſiſtere, & non trahit ad eſſe ſuum, prout eſt naturæ, hoc eſt, prout eſt cōferens eſſe ſpecificū: ita verbū Dei naturā humanam ſibi vnitā trahit ad eſſe ſuum, vt eſt perſonæ, hoc eſt vt eſt ſubſiſtere: quia natura humana in Chriſto non per ſe ſeparatim exiſtit, ſed in verbo Dei, ac per hoc ſubſiſtere Verbi eſt ſubſiſtere

A humanæ naturæ: ille. n. homo qui vocatur Ieſus Chriſtus, vere eſt ſubſiſtens, & non alia ſubſiſtentia quā increata & æterna ſubſiſtentia filii Dei, & nō trahit ad eſſe ſuum, vt eſt naturæ, hoc eſt vt confert naturā deitatis. nō. n. humana natura in Chr̄o ad naturā deitatis tranſit aut aliquā aliam naturā ex illa acquiſiuit, ſicut corpus ex vnione ad eſſe animæ vt eſt naturæ nouam ex illa naturam ac ſpeciem acquirit. Et hæc nō ſolum ꝑ exempli ſimilitudine, ſed pro expoſitione reſponſionis ad ſecundum ſufficiant pro nunc.

¶ In reſpōſione ad tertium caute & ꝑſpicaciter cōſidera, quod proprie ſeu propriiſſime loquēdo, vniri alicui in hypoſtaſi, communius eſt, quam vniri illi ſecundū hypoſtaſim. nam quicquid pertinet ad hypoſtaſim, ſiue ſubſtātiale, ſiue accidētale ſit, vnitur Sorti in hypoſtaſi ſeu ꝑſona, vt in art. 2. huius quæſt. Auctor dixit, ſed non omne tale vnitur Sorti ſecundū hypoſtaſim. Et hoc dico ſumendo ly in, vt denotat ſolum ineſſe perſonæ, & ly ſm̄, vt addit modū coniūctionis inter perſonam & illud quod vnitū eſt illi ſecundum ꝑſonam. ſ. per modū ſubſiſtentis. Eſt. n. videre in Sorte eſſe album, & eſſe capitatū, & vtrūque eſt vnum Sorti in perſona: quia vt patet in 5. Meta. cap. de vno, quęcūque ſunt in aliquo indiuiſa ſunt vnum in illo. Sortes aūt & ſua albedo nō ſunt diuiſi ſubiecto ſeu hypoſtaſi: qm̄ vna & eadē eſt ſubſtātia prima, quæ eſt Sortes, & alba, & ſimiliter quæ eſt Sortes & q̄ eſt capitata. Sed eſſe albū non eſt vnum Sorti ſm̄ hypoſtaſim: quia nec Sortes ſubſiſtit ex albedine aut in albedine, nec eſſe albū, ſubſiſtit ꝑ ſubſiſter̃ Sortis. hoc. n. album, quod eſt ī Sorte, nō ſubſiſtit, quia natura accidētis, neq; ꝑ ſeipſam, neque per aliud nata eſt ſubſiſtere. Sed eſſe capitatum eſt vnū Sorti ſm̄ hypoſtaſim, quāuis partialiter quia caput pars eſt Sortis: quia & Sortes ſubſiſtit ſm̄ eſſe capitatum, vtpote ſubſtātiale, & eſſe capitatū ſubſiſtit per Sortē: quia hoc capitatū ſubſiſtit Sortis ſubſiſtētia. Quia igitur natura humana vnita eſt filio Dei, vt non ſolū inſit illi, & prædicet̃ de illo, ſicut

(ſicut eſſe album ineſt filio Dei, & prædicatur de eo, dum dicit, Chriſtus ſeu filius Dei eſt albus) ſed vt filius Dei ſubſiſtat ex humana natura, & in humana natura, quãuis diuerſimode, vt p̃declaratũ eſt: qm̃ ſubſiſtere ex humana natura intelligit, inquantũ eſt perſona: ſubſiſtere uero in humana natura abſolute admittitur de verbo Dei.

Et ſimiliter humana natura cõſtituit verbũ Dei in hoc, qd̃ eſt eſſe perſonã humanam: in hoc, quod eſt eſſe hypoſtaſim humanæ naturæ: in hoc, quod eſt eſſe hunc hominem. Et ſic natura humana loco propriæ ſubſiſtẽtię ſortitur ſubſiſtentiam propriam filii Dei, & per illam ſubſiſtit, non ꝑ ſeipſam. Quia inquam per modum ſubſiſtẽtiæ vnio eſt inter perſonam filii Dei & naturam humanam, ideo dicitur quod ẽ vnio ſecundum hypoſtaſim: & dicitur in litera hac, quòd vnio ſecundum hypoſtaſim ſufficit ad hoc, quòd non ſit vnio accidentalis. Vbi clare videre potes quod diximus. nam ſi vnio ſecundũ hypoſtaſim excludit vnionem eſſe accidentalem, conſequens clare eſt, ꝙ vniri ſecundum hypoſtaſim, non eſt tantũ coniungi hypoſtaſi per ineſſe hypoſtaſi: quoniã cõiungi hypoſtaſi per ineſſe tantum, non excludit vnionem eſſe accidentalẽ, vt patet de albedine coninncta hypoſtaſi Sortis per ineſſe tantum. Plus ergo exigit vnio ſecundum hypoſtaſim.

D.12.

*lib. 5. meta. tex. 15. to. 3.

Et cum proprium hypoſtaſis ſit ſubſiſtere in natura, conſequens eſt quòd vnio ſecundum hypoſtaſim, exigat communionem ſecundum ſubſiſtere, quam in propoſito inueniri declaratum eſt.

¶ In reſponſione ad quartum eiuſdem 6. articuli, aduerte duo, primo veritatem rei, deinde proceſſum Auctoris. Quo ad primum: quia inſtrumentum eſt nomen cauſæ, vniri alicui, vt inſtrumentum, non tranſcendit vnionem comprehenſam infra genus ſeu latitudinem cauſarum, & ideo eſt talis vnio in cauſando. Et quia vnio humanæ naturæ ad Verbum (de qua eſt ſermo) non eſt in cauſando, ſed in eſſendo ſecundum eſſe ſubſtantiale ſubſiſtentiæ: ideo Cyrillus in litera allatus reprobat Chriſtum tãquam inſtrumenti officio aſſumptum. Si enim prima ſeu ſumma vnio humanæ naturæ ad Verbum eſſet vnio inſtrumenti, iam non eſſet vnio in perſona, nec ſecundum perſonam, nec in eſſendo, ſed in cauſando, quod maximi erroris eſt. Inter verbum ſiquidem Dei & naturam humanam vnio eſt hypoſtatica, & non ſecundum aliquod genus vel modum cauſæ, ſed ſecundum aliquod genus ſeu modum entis per ſe, quod eſt ſubſtantia, quia eſt ſecundum ſubſiſtentiam, quæ non dicit cauſam ſeu cauſalitatem, ſed ſubſtantiam. Pateat autem hoc nouitiis ex hoc, quòd vnio filii Dei cum natura humana propria eſt filio, ita quòd nec Patri nec Spirituiſancto conuenit: omnis autem cauſalitas filii Dei reſpectu naturæ aſſumptæ communis eſt toti trinitati: quoniam indiuiſa ſunt trinitatis opera ad extra. non eſt ergo definienda vnio naturæ humanæ ad Verbum per vnione inſtrumenti: ſi tamen non firmetur ſnĩa ſuper rõne inſtrumẽti vt ſic, ſed ſuper rõne inſtrumentalis, hoc eſt coniuncti, hoc eſt ſpectantis ad hypoſtaſim, iam ab ordine cauſandi ad ordinem eſſendi, & ab vnione in cauſando ad vnionem in eſſendo venitur: & ad iam dictam vnionem ſecũdum ſubſtantiam recurſus, & reſolutio fit: & patet quod prima & maxima ratio vnionis non ponitur in vnione inſtrumenti, ſed in vnione coniunctionis, qua inſtrumentum ſpectat ad hypoſtaſim. Quocirca licet ſentẽtia iſta de vnione per modum inſtrumẽti cõiuncti ſit vera, minus tamen formalis eſt. quia non attenditur ratio inſtrumenti vt ſic, ſed coniunctionis perſonalis, in qua pendent lex & prophetæ, hæc quo ad veritatem. In proceſſu vero Auctoris video ipſum ſeipſo altiorem. nam in quarto cõtra Gẽ. cap. 41. vnionẽ Verbi incarnati declarauit ſecundum vnionem inſtrumenti cõiuncti, & hoc fecit, quaſi a poſterioribus, & notioribus nobis, manuducẽs ad tam excelſam unionem. In hoc autem loco altius cõtemplatus inſtrumẽti, vt ſic rationẽ & vnionem hypoſtaticam, ſtatim in principio reſponſionis inſtrumẽti vnionem ab vnione hypoſtatica ſeparauit, dicens, Nõ oẽ quod aſſumitur vt inſtrumentum, &c. & ad vnionem perſonalẽ reducendam dixit. Et Neſtoriũ inde cõfundit, atque Damaſcenum exponit. Proceſſit ſiquidem hic nõ a poſterioribus, ſed a priori ex vnione hypoſtatica, ſaluans vnionem inſtrumenti talis, dum ex hoc quòd inſtrumentum aliquod pertinet ad eſſe hypoſtaſis, ſaluat naturam humanam, poſſe dici vnitam Verbo, vt inſtrumẽtum coniunctum. Tu ergo vtrinque profice, hinc reſolutionem, inde manuductionem ſumens.

*li. 3. orth. fidei ca. 15. a medio.

Inf. art. 8. & 3. diſt. 1. q̃ſt. 2. art. 1. q. 3. ad 2. & d. 5. q. 1. a. 1. q. 1. & di. 7. q. 2. ar. 1. & 4. cõt. g. 39. & 41.

aduenit poſt eſſe completum, accidentaliter aduenit, niſi trahatur in communionem illius eſſe completi: ſicut in reſurrectione corpus aduenict animæ præexiſtenti: non tamen [d] accidentaliter, quia ad idem eſſe aſſumetur, vt ſcilicet corpus habeat eſſe vitale per animã. non eſt autem ſic de albedine: quia aliud eſt eſſe albi, & aliud eſt eſſe hominis, cui aduenit albedo. Verbum autem Dei ab æterno eſſe cõpletum habuit ſecundum hypoſtaſim, ſiue perſonam: ex tempore autem aduenit ei natura humana nõ quaſi ſumpta ad vnum eſſe, prout eſt naturæ, ſicut corpus aſſumitur ad eſſe animæ: ſed ad vnum eſſe, prout eſt hypoſtaſis vel perſonæ. Et ideo humana natura non vnitur accidentaliter filio Dei.

AD 3[m] dicendum, ꝙ accidens diuiditur contra ſubſtantiam. Subſtantia autem (vt patet 5. Met.*) dupliciter dicitur. Vno modo pro eſſentia ſiue natura: alio modo pro ſuppoſito ſiue hypoſtaſi. Vnde ſufficit ad hoc, ꝙ non ſit vnio accidentalis, quòd ſit facta vnio ſecundum hypoſtaſim, licet non ſit facta vnio ſecundum naturam.

AD 4[m] dicendum, quòd nõ omne quod aſſumitur vt inſtrumentũ, pertinet ad hypoſtaſim aſſumentis, ſicut patet de ſecuri, & gladio: nihil tamen prohibet, illud quod aſſumitur ad vnitatem hypoſtaſis, ſe habere vt inſtrumentum: ſicut corpus hominis vel membra eius. Neſtorius ergo poſuit, quòd natura humana eſt aſſumpta a Verbo ſolum per modum inſtrumenti: non autem ad vnitatẽ hypoſtaſis. Et ideo non concedebat, quòd homo ille vere eſſet filius Dei, ſed inſtrumentum eius. Vnde Cyrillus dicit ĩ Epiſtola ad Monachos Ægypti, Hunc Emanuelem, ideſt Chriſtum, non tamquàm inſtrumenti officio aſſumptum dicit Scriptura, ſed tamquàm Deum vere humanatum, ideſt hominem factum. Damaſcenus * autem poſuit naturam humanam in Chriſto eſſe, ſicut inſtrumentum ad vnitatem hypoſtaſis pertinens.

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum unio naturæ diuinæ & humanæ ſit aliquid creatum.*

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd vnio naturæ diuinæ & humanæ, non ſit aliquid creatum. Nil enim creatum in Deo, poteſt eſſe: quia quicquid eſt in Deo, Deus eſt: ſed vnio eſt in Deo: quia ipſe Deus eſt humanæ naturæ vnitus. Ergo videtur, quòd vnio non ſit aliquid creatum.

¶ 2 Præt. Finis eſt potiſſimum in vnoquoque: ſed finis vnionis eſt diuina hypoſtaſis, ſiue perſona, ad quam terminata eſt vnio. ergo videtur, quòd huiuſmodi vnio maxime debeat iudicari ſecundum conditionem diuinæ hypoſtaſis, quæ non eſt aliquid creatum. Ergo nec ipſa vnio eſt aliquid creatũ.

¶ 3 Præt. Propter quod vnũquodque, & illud magis, vt dicit Philoſoph. ſed homo dicitur eſſe creator, propter vnionem. Ergo multo magis ipſa vnio non eſt aliquid creatum, ſed creator.

SED CONTRA, Omne quod incipit eſſe ex tempore, eſt creatũ: ſed vnio illa ab æterno non fuit, ſed incœpit eſſe ex tempore. Ergo vnio eſt aliquid creatum.

RESPON. Dicendum, quòd vnio, de qua loquimur, eſt relatio quædam, quę conſideratur inter diuinam naturam & humanam, ſecundum quòd conueniunt in vna perſona filij Dei. Sicut aũt in prima parte dictum eſt, * omnis relatio quæ conſideratur inter Deum & creaturam, realiter quidem eſt in [d] creatura (per cuius mutationem talis relatio innaſcitur) non autem eſt realiter in Deo, ſed ſecũdum rationem tantum: quia non innaſcitur ſecũdum mutationem Dei. Sic ergo dicendum eſt, quòd hęc vnio, de qua loquimur, non eſt in Deo realiter, ſed ſecundum rationem tantum: in humana autem natura, quæ creatura quædam eſt, realiter eſt, & ideo oportet dicere quòd ſit quiddam [d] creatum.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ hæc vnio non eſt in Deo realiter, ſed ſecundum rationem tantum. dicitur enim Deus vnitus creaturæ, ex hoc quòd creatura eſt vnita Deo abſque eius mutatione.

AD 2[m] dicendum, quòd ratio relationis, ſicut & motus dependet ex fine vel termino: ſed eſſe eius dependet a ſubiecto. Et quia vnio talis non habet eſſe reale niſi in natura creata (vt dictum eſt*) conſequens eſt quod habeat eſſe creatũ.

### ¶ Super Quæſtionis ſecundæ Articulum ſeptimum.

TItulus art. 7. eiuſdem 2. quæſtio. in corpore articuli ſtatim declaratur.

¶ In corpore articuli duo facit, primo declarat quid ſit Vnio, de qua eſt quæſtio, ſecundo reſpondet quæſito concluſione affirmatiua. Quo ad primum dicit, quòd vnio de qua eſt quæſtio, eſt relatio quædam inter duas naturas coniunctas in vna perſona filii dei: ita quòd tria de vnione dicit, primo quod quid eſt dicendo, quod eſt relatio quædam: ſecundo extrema dictæ relationis, dicendo inter diuinam naturam & humanam: tertio fundamentum dictæ relationis dicendo ſecundum quòd conueniunt in vna perſona filii Dei. Vbi nota quòd eſt hic quæſtio de vnione, quantum ad relationem, quam ſignificat, & non de vnione quantum ad fundamentum, ad quod conſequitur, quod eſt coniunctio naturarum in perſona filii Dei, quam concluſum eſt eſſe vnionẽ ſubſtantialem, & non ſm̃ eſſe relatiuum. Et ſic patet titulus articuli.

¶ Quo ad ſecundum concluſio eſt, Vnio pro relatione eſt aliquid creatum. Probatur: Omnis relatio inter Deum & creaturã eſt realiter in creatura, & non in Deo. ergo iſta vnionis relatio non eſt in Deo realiter, ſed in natura humana ẽ realiter. ergo ẽ aliquid creatum. Antecedens & ex dictis in prima parte aſſumitur, & probatur: quia innaſcitur per mutationem creaturę, & non per mutationẽ Dei. Conſequentia prima ex declaratione tituli patet, ſecunda aũt relinquitur per ſe nota: quia quicquid realiter ẽ ĩ creatura, ẽ creatũ.

¶ In hoc articulo cautiſſime aduerte diſtinctionem prædictam de vnione, vel quantum ad relationem, quam ſignificat, vel quantum ad coniunctionem in perſona, ad quam conſequitur: quoniã plus differũt hæc duo, quàm cælũ & terra. Vnio enim pro relatione eſt in genere relationis, & eſt ens reale creatum, vt in litera dicitur. Vnio autem pro coniunctione naturæ humanæ in perſona diuina cum conſiſtat in vnitate, quæ eſt inter naturam humanam & perſonam filii Dei, eſt in genere ſeu ordine ſubſtantiæ, & non eſt aliquid creatum, ſed creator. Quod ex eo conſtat, quòd vnum nõ addit ſupra ens naturam aliquam, & vnumquodque per illudmet, quod eſt ens, eſt & vnum. quod enim eſt ens accidentale per aliquam formam, eſt vnum accidentale per illam, & quod eſt ens relatiuum, habet vnitatem ſecũdum eſſe relatiuum, & quod eſt ens per formam ſubſtantialem habet vnitatem ſecundum eſſe ſubſtantiæ. Ac per hoc natura humana in Chriſto, quia per eſſe ſubſtantiale ſubſiſtentiæ perſonæ filii Dei eſt iuncta naturæ diuinæ, oportet quod illud vnum eſſe, in quo indiuiſę ſunt natura diuina & humana in Chriſto, ſit eſſe vnum ſubſtantiale & diuinum. Et vere ſic eſt, quia eſſe ſubſiſtentiæ filii Dei, in quo non diſtinguuntur ambæ naturæ, ſubſtantia eſt, Deus eſt: quia verbum Dei eſt, vna & eadem quippe ſubſiſtentia ſubſiſtit filius Dei in natura diuina, & in natura humana, & cõſequenter diuina & humana natura Chriſti ſunt indiuiſæ in illa ſubſiſtentia vtrique communi, quamuis inter ſe valde diſtinguantur. Et ſi contra hanc doctrinam obiiciatur, quòd huiuſmodi coniunctio incœpit eſſe ex tempore, & conſequenter eſt aliquid creatum, reſpondendum eſt, quod hæc coniunctio, quantum ad illud, quod ponit in ipſo eſſe ſecundũ ſe, non incœpit eſſe ex tempore, ſed eſt ab æterno, ſed quantum ad hoc, quòd natura humana ſortita ſit illud ſubſiſtere, incœpit eſſe ex tempore. Verbi gratia. Si anima rationalis fuiſſet ab æterno ſine corpore, quando fuiſſet in tempore iuncta corpori, nec eſſe corporis incępiſſet in tempore: quia non eſt aliud eſſe corporis, quam illud æternum eſſe animæ. Nec vnum eſſe ſubſtantiale corporis cum anima, incœpiſſet ex tempore, quantum ad illud quod ponit illa vnitas in eſſe ſecundum ſe: quia ens & vnũ cum multipliciter dicatur, quod proprie eſt, actus eſt, vt dicitur in 2. de anima. Sed bene incępiſſet ex tempore illud vnum eſſe quantum ad hoc, quod corpori illud æternum eſſe communicaretur, quod fieret per generationem, qua corpus traheretur ad eſſe animæ. Ita enim accidit in propoſito, dum per aſſumptionem natura humana trahitur ad eſſe ſubſiſtentiæ filii Dei. ex hac enim aſſumptione ſubſiſtentia, qua filius Dei in ſola ſubſiſtebat natura diuina, communicatur naturæ humanæ, ita vt etiam ipſa natura humana per illam ſubſiſtat, & filius Dei in humana natura ſubſiſtat, hoc autem eſt vnum eſſe in perſona ambas naturas. Vbi patet, nihil creatum interuenire, niſi paſſionem, qua natura humana trahitur ad eſſe Verbi. Super hanc autem coninnctionem, ſuper hoc vnum eſſe fundatur conſecutiue vnio pro relatione, ſicut ſuper coniunctionem ſubſtantialem corporis & animæ, fundatur relatio vnionis inter animam & corpus. Eſt igitur, vt vnico verbo dicatur, vnio naturarum in Chriſto relatio creata quædam, hoc eſt, conſequens earũdẽ vnitatem perſonalem increatam. Et quia argumenta aureoli a Capreolo allata in 5. diſtin. tertii ſenten. q. prima, procedunt contra dicentes nõ eſſe aliam vnionẽ, quàm relatiuam ĩter humanam naturam in Chriſto & deum (quod longe eſt a doctrina Auctoris, expreſſe ponentis, vnionem, quo ad relationem, conſequi vnionem ſecundum vnitatẽ perſonalem, ita ꝙ vnio ſignificat relationem non qualemcumque, ſed cõſequentem naturarum vnitatem perſonalem, ideo non cenſui ipſa aliter afferenda & ſoluẽda, vtpote non contra doctrinã Auctoris in veritate, & quæ ex hac vnica dicta reſponſione confutantur.

*Poſte. tex. 5. non lõge a fine to. 1.

*P. p. q. 13. art. 7. D. 1089.

D. 1190.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem 7. articuli dubium occurrit circa illius principium. Homo dicitur, & eſt Deus propter vnionem, inquantum terminatur ad hypoſtaſim diuinam: tum quia falſum eſt, quod vnum extremum vnionis ſit reliquum, quia vnio terminatur ad reliquum extremum, non enim corpus eſt anima, propterea quia vnio corporis terminatur ad animam. (vnde male dicitur, quod homo eſt deus propter vnionem, quia vnio terminatur ad hypoſtaſim diuinam) tum quia dato, quòd eſſet verum, ſequeretur quod homo non eſſet deus ſubſtantialiter, ſed relatiue, quod iam reprobatum eſt. Et tenet ſequela; quia eſſe aliquid propter terminum relationis non eſt eſſe illud ſubſtantialiter, ſed relatiue, vt patet. Et ſi ad hæc dicatur, quod Auctor loquitur de vnione quantum ad fundamentum, non quantum ad relationem, contra hanc reſponſionem litera clamat, aperte ſubdens, non tamen ſequitur quòd ipſa vnio ſit creator vel deus: quia quod aliquid dicatur creatum, hoc magis reſpicit eſſe ipſius, quàm rationem. Conſtat enim hæc verba de vnione quantum ad relationem dici, de qua in reſponſione ad ſecundum dixit, quod rationem habet ex termino, eſſe verò habet ex ſubiecto, ſicut motus.

*In cor. ar.

¶ Ad hoc dicitur, quod ſecundum rem homo eſt deus propter vnionem ſecundum vnitatem perſonalem, quam importat, ad quam conſequitur relatio vnionis, & hoc non eſt vertendum in dubium. Sed quoniam in idem redit dicere, homo eſt deus propter vnitatem perſonalem duarum naturarum, quam conſequitur vnionis relatio, & dicere, homo eſt deus, propter vnionem, inquantum terminatur ad hypoſtaſim diuinam: ideo verba Auctoris calumnianda non ſunt. Manifeſtatur autem, quod dicimus aduertendo, quod relatio vnionis eſt non ſolum inter naturas duas, diuinam ſcilicet & humanam, ſed etiam eſt inter naturam humanam & hypoſtaſim diuinam. nam & vna natura vnita eſt alteri, & humana natura vnita perſonæ diuinæ, & econtra diuina perſona vnita eſt humanæ naturæ. Seruatur autem differentia in loquendo, dum de vnione inter naturas, aut inter perſonam & humanam naturam eſt ſermo: quia quãdo de vnione inter naturas eſt ſermo exprimimus naturas pro terminis vnionis, & vnitatem perſonalem vtriuſque naturæ ponimus non pro termino: ſed cauſa ſeu fundamento relationis vnionis, ut clare videre potes in principio corporis huius articuli, vbi declarando titulum dicitur quod vnio, de qua loquimur, eſt relatio quædam, quæ conſideratur inter diuinam naturam & humanam, ſecundum quod conueniunt in vna perſona filii dei. Quando vero loquimur de eadem relatione vnionis inter naturam humanam & perſonam filii dei, ponimus ex parte termini vnitatem perſonalem filii dei in utraque natura: quoniã relatio iſta unionis non eſt quæcumque unionis relatio, nec ad hypoſtaſim diuinam quomodolibet, ſed ad hypoſtaſim filii unam perſonaliter

naliter in vtraque natura. Sicut enim unionis relatio inter corpus & animam non eſt ad animam quomodolibet ſe habentem, ſed ad animam communicantem ſubſtantiale ſuum eſſe corpori, ita relatio unionis humanæ naturæ ad hypoſtaſim diuinam, non eſt ad hypoſtaſim filii dei qualitercumque ſe habentem, ſed ad filii dei hypoſtaſim unam perſonaliter ſecum, hoc eſt cum humana natura. Et quia Auctor in hac reſponſione ad tertiũ loquitur de relatione unionis inter naturam humanã & perſonam filii dei (ut clare ſonãt uerba literæ, dicentis, inquantum terminatur ad hypoſtaſim diuinam) non dixit, ad naturam diuinam, ut prius dixerat, ſed dixit ad hypoſtaſim diuinam, ideo coniunctionem perſonalẽ, ſeu, quod idem eſt, unitatem perſonalem ex parte termini relationis unionis poſuit. Et perinde ualet, ac ſi dixiſſet, Homo eſt deus propter unionem, inquantum in illa inuenitur ſecundum rem unitas perſonalis diuinæ hypoſtaſis cum humana natura. Et ſi expoſitionem ad uerbum deſideras, dicito, Homo eſt Deus propter unionem, hoc eſt relationem unionis, non ſimpliciter, ſed cum iſta conditione explanante quomodo apponimus ly propter, ad relationem unionis, ſcilicet inquantum terminatur ad hypoſtaſim diuinam, ita quòd ly inquantum terminatur ad hypoſtaſim, diminuit cauſalitatem relationis immo adimit cauſalitatem a relatione, & transfert cauſalitatem illam ad terminum. Sicut enim cum dicimus, quòd generationis motus, inquantum terminatur ad ſubſtantiam, eſt in genere ſubſtantiæ, intendimus quòd generatio ratione termini ſortitur, & dat eſſe ſubſtantiale: ita dum dicitur, quòd relatio unionis inquantum terminatur ad hypoſtaſim diuinam, hoc eſt ratione hypoſtaſis diuinæ, ad quam terminatur, dat quod homo eſt deus. Et eſt ſermo de hypoſtaſi diuina, non qualitercumque ſe habente, ſed terminante in rerum natura relationem unionis naturæ humanæ ad ipſam: hypoſtaſis ſiquidem diuina terminans relationem realem unionis ad ipſam, eſt hypoſtaſis diuina (ut dictum eſt) non qualitercumque ſe habens, ſed una perſonaliter cum humana natura. Conſtat autem euidentiſſime, quod ratione talis termini homo eſt deus, ac per hoc admitti potuit, quod relatio unionis ratione talis termini dat, quod homo eſt deus, & conſequenter dici uere potuit, quod deus eſt homo propter unionem, inquantum terminatur ad diuinam hypoſtaſim.

3. diſt. q. 5. art. 1. q. 3.

¶ Ad primam igitur obiectionem dicitur, quòd falſum ſupponit: quod ſcilicet ideo homo propter unionem ſit deus, quia uerum eſt in communi loquendo, unum extremum unionis eſt reliquum: quia unio terminatur ad reliquum, hanc enim uniuerſalem nec ſomniauimus: ſed ut declaratum eſt, fundatur ueritas dicti in litera ſuper hoc, quia hoc extremum unionis huius eſt tale, ſcilicet hypoſtaſis diuina una perſonaliter cum natura humana.

¶ Ad ſecundam quoque dicitur, quòd homo eſt deus ſecundum ſubſtantiam: eſſe namque deum, quod communicatur homini, non eſt eſſe relatiuum, ſed in genere ſeu ordine ſubſtantiæ. Et quamuis eſſe aliquid in communi loquendo propter terminum relationis præciſe, ſit eſſe relatiuum, eſſe tamen aliquid ratione talis termini, ſcilicet perſonæ diuinæ, unius perſonaliter cum natura humana, non eſt eſſe relatiuum, ſed eſſe diuinum. Et ſic patet, quòd non extorquendo literam, ſed de unione quo ad relationem loquendo, uera eſt litera.

Ad 3m dicendum, quod homo dicitur creator, & eſt deus propter vnionem, inquantum terminatur ad hypoſtaſim diuinam: nõ tamen ſequitur quòd ipſa vnio ſit creator vel deus: quia quòd aliquid dicatur creatum, hoc magis reſpicit eſſe ipſius, quàm rationẽ.

## Articvlvs VIII.

### *Vtrum unio Verbi incarnati ſit idem, quod aſſumptio.*

Ad octavvm ſic proceditur. Videtur quod idẽ ſit vnio, quod aſſumptio. Relationes enim ſicut & motus ſpecificantur ſecundum terminum: ſed idem eſt terminus aſſumptionis & vnionis, ſcilicet diuina hypoſtaſis. Ergo videtur quòd non differant vnio & aſſumptio.

¶ 2 Præt. In myſterio incarnationis idem videtur eſſe vniens & aſſumens, vnitum & aſſumptum: ſed vnio & aſſumptio videntur ſequi actionem & paſſionem vnientis & vniti, vel aſſumentis & aſſumpti. Ergo videtur idem eſſe vnio, quod aſſumptio.

¶ Præt. Damaſcenus * dicit in 3. lib. Aliud eſt vnio, aliud incarnatio: nam vnio ſolam demonſtrat copulationem, ad quem autem facta eſt non adhuc; humanatio autem & incarnatio determinant, ad quem ſit facta copulatio. Sed ſimiliter aſſumptio non determinat, ad quem facta ſit copulatio. Ergo videtur vnio idem eſſe quod aſſumptio.

*li. 3. orth. fidei ca. 11.

Sed contra eſt, quòd diuina natura dicitur vnita, non autem aſſumpta.

Respon. dicendum, quòd ſicut dictum eſt, * vnio importat relationem quandam diuinæ naturæ & humanæ ſecundum quòd conueniunt in vna perſona. Omnis autem relatio, quæ incipit eſſe ex tempore, ex aliqua mutatione cauſatur: mutatio autem conſiſtit in actione & paſſione.

*Ar. præce.

Sic ergo dicendum eſt, quòd prima & principalis differentia inter aſſumptionem & vnionẽ eſt, quòd vnio importat ipſam relationem, aſſumptio autem actionem, ſecundùm quam dicitur aliquis aſſumens, vel paſſionem, ſecundum quam dicitur aliquid aſſumptum. Ex hac autem differentia accipitur ſecundo alia differentia, nam aſſumptio dicitur ſicut in fieri, vnio autem ſicut in facto eſſe, & ideo vniens dicitur eſſe vnitum, aſſumens autem non dicitur eſſe aſſumptum. Natura enim humana ſignificatur, vt in termino aſſumptionis ad hypoſtaſim diuinã, per hoc quòd dicitur homo. vnde vere dicimus, quòd filius Dei qui eſt vniens ſibi humanam naturam eſt homo. Sed humana natura in ſe conſiderata, ideſt in abſtracto, ſignificatur vt aſſumpta, non aũt dicimus ꝙ filius Dei ſit humana natura. Ex eadẽ etiam ſequitur tertia differentia, quòd relatio præcipue æquiparantiæ non magis ſe habet ad vnum extremũ, quàm ad aliud: actio autem & paſſio diuerſimode ſe habent ad agens & patiens, & ad diuerſos terminos. Et ideo aſſumptio determinat terminum a quo, & ad quem, dicitur enim aſſumptio quaſi ab alio ad ſe ſumptio: unio autem nihil horum determinat. vnde indifferenter dicitur, quòd humana natura eſt vnita diuinæ, & econuerſo. Non autem dicitur diuina natura aſſumpta ab humana, ſed econuer-

¶ *Super Quæſtionis ſecundæ Articulum octauum.*

IN titulo articuli 8. ſunt tres termini, Vnio, Aſſumptio, & Idem. Et primus quidem terminus declaratus eſt in præcedenti articulo, ſecundus in corpore declarabitur, tertius autem abſolute ſumendus eſt, ſicut iacet. In calce autem articuli ſoluendo exprimetur qua diuerſitate ſeu differentia ſunt non idem, puta reali, uel rationis, uel utraque.

¶ In corpore articuli reſpondetur quæſito unica concluſione. Inter unionem & aſſumptionem triplex eſt differentia. Declaratur manifeſtando ſingula mẽbra ſigillatim & ordinate, ita ut proceſſus clarus ſit in litera.

¶ Et prima quidẽ ac principalis differentia eſt in re formaliter ſignificata, nam unio ſignificat relationem, aſſumptio actionem uel paſſionem, & ſic ſunt in diuerſo genere, ſicut relatio diuerſum eſt genus ab actione & paſſione. Et quod unio ſignificet relationem, in litera non probatur, ſed aſſumitur ex præcedenti articulo. Ex quo ad manifeſtandam dictam differentiã, primo probatur, in hoc myſterio inueniti ſecundum rem duo, ſcilicet ipſam relationem unionis, & actionem & paſſionem, quia omnis relatio recipiens eſſe reale ex tempore, cauſatur ex aliqua mutatione, mutatio autem in actione & paſſione conſiſtit. Relatio igitur unionis inter naturam humanam & diuinam in Chriſto, cum inceperit eſſe ſecundum rem in natura humana ex tempore, oportet quòd ex aliqua cauſata ſit mutatione, quæ in aliquo patiente ex aliqua actione fit. Duobus igitur inuentis in hoc myſterio, ſcilicet relatione unionis & actione, & paſſione, cum unio ſignificet relationem, conſequeus eſt quod aſſumptio ſignificat actionem uel paſſionem. Et manifeſtatur conſequentia: quia aſſumptione aliquis dicitur aſſumens tamquam agens, & aliquid dicitur aſſumptum tamquam patiens.

¶ Secunda autem differentia eſt: quia aſsumptio dicitur ſicut in fieri, unio autem ſicut in facto eſse. Probatur ex ſigno ſeu effectu: quia uniens dicitur eſse unitum, aſsumens autem non dicitur eſse aſsumptum, hoc eſt, unitum prædicatur de uniente, dicendo, hoc eſt illud: aſsumptum autem non ſic prædicatur de aſsumente. Et quod hoc deriuetur ex dicta differentia, manifeſtatur, quia inter ly homo & ly natura humana, hæc eſt differentia in myſterio Incarnationis, quòd homo ſignificat naturam humanam, ut in termino aſsumptionis, conſtat autem terminum aſsumptionis ſpectare ad incarnationem, ut in facto eſse, natura uero humana ſignificat naturam humanam, ut quę aſsumitur, quod conſtat ſpectare ad incarnationem, ut in fieri. Dicimus autem quòd uniens, ſcilicet filius dei, eſt homo, & nõ dicimus, quod idem aſsumens eſt natura aſsumpta.

¶ Tertia uero differentia eſt, quod aſsumptio determinat terminum a quo, & ad quem, unio autem nihil horum determinat. Huius differentiæ primo redditur ratio ex prima: quia relatio æquiparantiæ non magis ſe habet ad unum extremum, quam ad aliud, actio autem & paſſio diuerſimode ſe habent ad agens & patiens, & ad diuerſos terminos. Ex hoc enim ſequitur, quòd cum unio ſit relatio æquiparantiæ, nullum extremorum determinet, aſsumptio autem, quia eſt actio uel paſſio, determinare poteſt ſibi terminos a quo, & ad quem. Secunda manifeſtatur de aſsumptione ex etymologia nominis. Tertio manifeſtatur ex ſigno, ſcilicet quòd indifferenter unum extremum dicitur unitum alteri, non autem aſsumptum, ut patet in litera clare.

¶ Circa hæc dubium primo occurrit de prima differentia. Nam non ſolum aſsumptio, ſed etiam unio ſignificat actionem: quod etiam ex litera probatur, dum dicitur, quòd uniens dicitur eſſe unitum, & filius eſt uniens ſibi naturam humanam, & in reſponſione ad ſecundum, quòd perſona Patris uniuit naturam humanam Filio. Certum eſt enim, quòd unire eſt agere, & ideo



ideo commune eſt Patri & Filio & Spirituiſancto, & ſimiliter quod vniens eſt agens. Ruit igitur differentia prima.

¶ Dubium ſecundo occurrit de ſecunda differentia: quia aut intelligitur quo ad rem ſignificatam, aut quo ad modum ſignificandi. Non quo ad modum ſignificandi: quia tam vnire quàm aſſumere ſignificat per modum verbi, omne autem verbum ſignificat per modũ fluxus, & fieri. Nec quoad rem ſignificatam: quia natura humana, de qua verificatur, ꝙ eſt vnita, non prædicatur de quocumque vniente: quia nec Deus nec Filius eſt natura humana.

¶ Dubium tertio occurrit de eo quod in tertia differentia dicitur, vnionem hanc eſſe relationem æquiparantiæ, quia conſtat ex præcedenti articulo eſſe relationem in, & ex altero tantum extremo: quoniam in ſola natura humana habet eſſe: relatio autem æquiparantiæ, vt ipſum nomen ſonat, æque ſe habet ad vtrumque extremum.

¶ Dubium quarto occurrit, qualis ſit differentia inter vnionem, & aſſumptionem, an rationis tantum, an etiam realis. Et eſt ratio dubii: quia in litera in calce reſponſionis ad tertium concluditur, quòd aſſumptio differt ratione ab vnione & incarnatione, clarumque videtur quòd aſſumptio non differt realiter, ſed ratione tantum ab incarnatione. cum ergo ſimul contraponantur aſſumptioni, ſola rationis differentia apparet. In oppoſitum autem eſt: quia actio & paſſio diſtinguuntur realiter a relatione conſequente coniunctum, quod per actionem & paſſionem fit: ſed aſſumptio & vnio ſic ſe habent. ergo.

¶ Dubium quinto eſt de termino aſſumptionis, ad quid ſcilicet terminatur, ac quis eſt proprius terminus aſſumptionis, an abſolutum aliquod vel relatiuum. Et eſt ratio dubii ex parte rei: quia per iſtam actionem nullum abſolutum fit in perſona diuina, & ſimiliter nullum abſolutum ponitur in natura humana, ſed nec etiam in perſona diuina realis relatio acquiritur, ſed in ſola natura humana fit de nouo ſolummodo relatio realis vnionis ad perſonam Filii: conſtat autem ꝙ terminus actionis proprius eſt illud ens, quod fit per actionem illam. ſola igitur relatio realis vnionis huius naturæ humanæ ad perſonam Filii, eſt terminus proprius actionis & paſſionis, aſſumptionis nomine importatæ.

¶ Ratio vero dubii ex parte noſtra eſt, quia doctores aliqui hoc dicunt. Scotus enim in 3. ſen. diſt. 1. quæſt. 1. tenet huiuſmodi aſſumptionem terminari ad relationem vnionis: quia nullum eſt ibi abſolutum nouum tam in natura, quàm in perſona, ponens hanc relationem non ſpectare ad genus relationis, ſed eſſe de genere reſpectuum extrinſecus aduenientium, qui ſcilicet non neceſſario ſequuntur fundamentum etiam poſito termino, quales dicit eſſe vnionis reſpectus inter animam & corpus, ſi præexiſtentia ſeorſum vnirentur de nouo, & panis & quantitas Sacramenti vnirentur, nullum enim abſolutum in huiuſmodi vnionibus acquireretur, fundans vnionis relationem, ſed ad ſolam vnionis relationem terminaretur actio vnitiua.

¶ Durandus quoque in 3. ſenten. diſtinct. 5. quæſt. 2. tenet actionis, quæ aſſumptionis nomine ſignificatur, proprie loquendo, terminum intrinſecum eſſe reſpectum vnionis, quem dicit eſſe, non relationis genericæ, ſed modum quendam realem, ſicut inhærere eſt modus realis conſequens naturam accidentis. Ad huiuſmodi namque reſpectus dicit poſſe eſſe motum & actionẽ naturalem: quamuis ad vnionem naturæ humanæ in perſona diuina, ſola diuina actio potuerit terminari.

¶ In oppoſitum autem eſt, quòd Auctor hic dicit in calce corporis articuli, quòd aſſumptio determinat pro termino ad quem perſonalitatem diuinam, vt ſcilicet perſona diuina in humana natura ſubſiſtat. Conſtat autem hoc non eſſe reſpectum, ſed eſſe abſolutum, vtpote de genere ſeu ordine ſubſtantiæ. ergo.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd prima differentia optima eſt, quantum ad formale ſignificatum. Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt fundamentum in litera poſitum, ſcilicet quòd in myſterio incarnationis quantum ad propoſitum ſpectat duo tantum inueniuntur, ſcilicet actio & paſſio & relatio vnionis, & quòd relatio vnionis nõ fit alia actione & paſſione ab illa actione & paſſione, quam ſignificat aſſumptio, ſed illa actio, quæ eſt aſſumere, factio ẽ vnionis, non curando ꝑ nunc de modo, quo fit vnionis relatio per actionem illã: hoc enim ad quintum dubium ſpectat. Huic enim fundamento ſi ſupponas, quod ly vnio, eſt & nomen dum declinatur, hæc Vnio, vnionis, eſt & verbum, dum dicimus, Vnio, vnis, vniui, vnitum, & quòd idem formaliter ſignificat vt nomen, & vt verbum, ſicut ſimilitudo & aſſimilare, videbis quòd quia nomen unionis formaliter ſignificat relationem, etiam verbum uniendi ſignificat formaliter relationem: ſignificat enim unire, unionem facere, ſicut aſſimilare, ſimilitudinem facere. Si namque diligentius ad poſitum fundamentum retuleris ſignificatum hoc, ſcilicet facere vnionem, clare perſpicies, quòd quum ly facere, illam ſupponat actionem quam aſſumptio ſignificat, inter vnionem & aſſumptionem hanc primo inuenies differentiam, quòd aſſumptio actionem & paſſionem formaliter explicat, quæ in incarnatione inuenitur: unio vero & unire inde deriuatum, formaliter relationem explicat, quamuis unire per modum actionis ſignificet illam relationem. Conceditur ergo, quòd in communi unio verbum ſignificat actionem, hoc eſt vnionem facere: ſed quia in propoſito ly facere non dicit actionem propriam ipſius relationis diſtinctam contra actionem ſignificatam per ly aſſumere, ideo & vera eſt differentia prima aſſignata in propoſita materia, quod vnio ſignificat formaliter relationem, aſſumptio actionem vel paſſionem, & verum ſimul eſt quòd vnire ſignificat actionem eandem, vt terminatur ad relationem, ſignificat enim vnionem facere, & propterea toti Trinitati attribuitur Vnire, & eſſe vnientem, vt in litera dicitur.

¶ Ad ſecundum dubium dicitur, quòd differentia ſecunda intelligitur, quo ad rem ſignificatam: quia ſcilicet res ſignificata per Vnire, hoc eſt facere relationem vnionis, non eſt niſi vt in facto eſſe: quia non eſt niſi in termino aſſumptionis. intelligi enim oportet prius natura terminari aſſumptionem, quàm conſurgat aſſumpti relatio vnionis, quoniam non vnitur niſi per aſſumptionem: ſicut oportet prius natura terminari dealbationem, quàm conſurgat vnio albedinis cum ſubiecto. quia igitur aſſumere vt aſſumere eſt efficax ſicut via, & aſſumere vt eſt facere vnionẽ, efficax, non niſi in termino inuenitur, ideo ex parte rei differentia ſecunda poſita eſt, quòd aſſumere dicitur vt in fieri, vnire autem vt in facto eſſe. Nec effectus allatus hic in litera, intelligendus eſt vniuerſaliter vt obiectio opponit, quoniam conſtat ex litera non eſſe verum vniuerſaliter, quòd vniens eſt vnitum. Pater enim eſt vniens & non eſt vnitum: quia non eſt homo. Sed eſt intelligendus permiſſiue, hoc eſt, quòd hinc prouenit, quòd permittitur aliquod vniens eſſe vnitum, ſi tamen ſignificatur vt in facto eſſe, vt in termino, & propterea in litera caute dicitur. Vnde vere dicimus,

dicimus, quòd filius dei, quia eſt vniens ſibi naturam humanam, eſt homo. Aſſumens autem nec vniuerſaliter, nec particulariter eſt aſſumptum: quoniam aſſumptum oportet ordine naturæ præexiſtere, nulla autem perſona diuina aut natura, eſt id, quod præexiſtit aſſumptioni, quod per naturam in abſtracto ſignificatur.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quòd relatio vnionis dupliciter conſiderari poteſt, ſcilicet realiter, & formaliter. Et ſi conſideretur ſecundum eſſe formale, hoc eſt, ſecundum ſuam rationem formalē, ſic proculdubio eſt relatio æquiparantiæ, ſicut ſimilitudo, æqualitas, & identitas. Si vero conſideretur ſecundum eſſe reale, ſic non eſt relatio æquiparantiæ*, vt obiectio probat. Vnde ſecundum diuerſas conſiderationes, diuerſimode contingit loqui de huiuſmodi relationibus inter creaturam & deum: quia quandoque negantur eſſe relationes æquiparantiæ, & verum eſt realiter, & quandoque affirmantur, & verum eſt formaliter. Saſſe igitur ac diſcrete intellige diuerſa, quæ contraria apparent dicta, vt non ſint contraria.

*In cor. art.

¶ Ad quartum dubium dicitur, quòd aſſumptio differt & re, & ratione ab vnione & vnire, quamuis ſola ratione differat ab incarnatione & humanatione. Et quidem quòd diſtinguatur realiter ab vnione, patet ex hoc, quòd tam actio, quàm paſſio ſignificata aſſumptionis nomine diſtinguitur realiter à relatione vnionis conſequente. Et ne ambiguitas aliqua reſtet de aſſumptione paſſiua, probatur: quia aſſumptio paſſiua importat relationem cauſalitatis paſſiuæ, & denotat, vt ita dixerim, hominem deum fieri, vt ab hoc, ita quòd relatio importata per aſſumptionem paſſiuam eſt ly ab hoc: quoniam ſecundum rem eſt relatio, qua natura humana a tota Trinitate eleuata eſt ad eſſe diuinum. Relatio autem vnionis eſt naturæ humanæ ad filium dei primo, & ad naturam diuinam conſequenter, & non eſt relatio cauſalitatis paſſiuæ, alioquin communiter eſſet ad totam Trinitatem. Quòd vero diſtinguatur realiter ab vnire, ideo dixi, & verificatur non ſecundum ipſas actiones, ſed ſecundum terminos, quoniam proprius terminus eius actionis, qui eſt aſſumere realiter, differt a proprio termino actionis, quæ eſt facere relationem vnionis vt ſic, vt in ſequenti patebit dubio: quamuis vnum & idem ſit facere quod per aſſumere & vnire importatur (vt prædictum eſt) quod per ſe primo terminatur ad proprium terminum aſſumptionis, & ex conſequenti ad vnionis relationem, vt nunc nunc patebit. Quòd vero ſola ratione differat ab humanatione & incarnatione, patet quia eadē eſt actio, idem terminus diuerſimode, vt in litera dicitur explicatus. Ex hoc autem quòd in litera dicitur, quòd vnio differt ratione ab aſſumptione, aut econuerſo, non habetur quòd differant ſola ratione ſicut reliqua, quibus connumeratur. Ad veritatem ſiquidem literæ ſufficit, quòd differant ratione, & non exigitur quòd ſola.

¶ Ad quintum dubium dicitur, quòd aſſumptio habet pro termino ſuo, propriiſſime loquendo ens abſolutum, ſuper quod fundatur relatio vnionis, eſt autem illud ens abſolutum non perſona filii dei ſola, non hæc natura humana ſola, ſed filium dei eſſe hominem: quoniam nec perſona diuina, nec hæc natura humana fit per aſſumptionem, quamuis fuerit ſimul facta cum aſſumptione. Sed filium dei eſſe hominem fit per aſſumptionem, & ita fit quòd eſt primum eſſe quod per aſſumptionem fit, & ad quod aſſumptio primo tendit: acquiſiuit enim filius dei per aſſumptionem eſſe hominem quod eſt eſſe in genere ſubſtantiæ, & non in genere relationis aut cuiuſuis reſpectus. Et ad hoc eſſe per ſe primo incarnationem ordinari, patet ex Symbolo fidei dum, dicitur de filio dei, Et incarnatus eſt de Spirituſancto ex Maria virgine, & homo factus eſt. Hinc enim clare patet, quòd tam actio quam paſſio, quæ in incarnatione interuenit, ad hoc per ſe primo ordinata & terminata eſt, quòd filius dei factus eſt homo proculdubio non relatiue, ſed ſubſtantialiter, alioquin non eſſet homo. non enim eſt vere homo qui non eſt ſubſtantialiter homo, cum eſſe hominem ſit eſſe ſubſtantiam animatam ſenſibilem rationalem, & non ſit relatiue tantum ſe habere ad ſubſtantiam animatam ſenſibilem rationalem. Et quia conſtat præſuppoſito hoc eſſe abſoluto, relationem vnio-

ſo: quia humana natura adiuncta eſt ad perſonalitatem diuinam, vt ſcilicet perſona diuina in humana natura ſubſiſtat.

Ad primvm ergo dicendū, quòd vnio & aſſumptio non eodem modo ſe habēt ad terminum, ſed diuerſimode, ſicut dictum eſt.*

Ad 2m dicendum, quòd vniens & aſſumens non omnino ſunt idē: nam omnis perſona aſſumens eſt vniens, non autem econuerſo. Nam perſona Patris vniuit naturam humanam Filio, non autem ſibi, & ideo dicitur vniens, non aſſumens, quaſi ad ſe ſumens. Perſona autem filii, quæ ſibi humanam naturam vniuit, eſt vniens & aſſumens. Et ſimiliter non eſt idem vnitum & aſſumptum: nam G diuina natura dicitur vnita, & non aſſumpta.

Ad 3m dicendum, quòd aſſumptio determinat, cui facta eſt copu-

F nis fundari ſuper hoc eſſe, ideo dicendum eſt, quod ad relationē vnionis in hoc myſterio, nulla actio aut paſſio, nulla mutatio per ſe primo terminatur, vt Auctor expreſſe dicit in 3. ſentent. diſtin. 2. q. 2. art. 2. q. 3. ſed eſt vera relatio, more aliarum relationum, non producta per ſeipſam, iuxta doctrinam 5. Phyſico. ſed conſurgens ex nouo eſſe abſoluto facto ex aſſumptione. Vnde negare relationē vnionis habere fundamentum abſolutum, ita ꝙ per incarnationem nullum ens abſolutum factum eſt, & cum hoc dicere ꝙ filius dei eſt factꝰ homo, & eſt vere homo ſecundū rem, eſt ignorare propriā vocem, & confiteri cū ſententia fidei verbis ſolis, ꝙ deus eſt homo ſubſtantialiter, cum Neſtorio autē conſentire ſecundum rem, quòd deus eſt homo accidentaliter, & ſecundum eſſe relatiuum. Eſt & amplecti ſecundum verba Decretalem damnantem dicentes Chriſtum, ſecundum quòd homo, non eſſe aliquid, & refutare eam ſecundum rem: quia ſi ſolum eſſe relatiuum fit de nouo in myſterio incarnationis, filius dei ſecundum quòd homo, non aliquid, ſed ad aliquid eſt.

¶ Vt autem negantium vnionis relationem habere nouum eſſe abſolutum factum per incarnationem pro fundamento, & ſimiliter aſſumptionem terminari ad nouum eſſe abſolutum ſubſtantiæ, ſcilicet filium dei eſſe hominem, error conuincatur, ex fundamentis eorum in philoſophia monſtratur. H Manifeſtum ſiquidem eſt, quòd ſi albedo & ſubiectum ſeorſum præexiſterēt, & ſimiliter panis & quantitas, & ſimiliter materia & corpus, & poſtea vnirentur, relatio vnionis inter ea ſuper nouo eſſe abſoluto conſurgeret, cuius oppoſitum ab aduerſariis aſſumitur ad propoſitum. Nec hoc, quod dicimus, eget probatione, ſed manifeſtatione. conſtat enim quòd ſubiectum in primo exemplo acquireret de nouo eſſe album, & in ſecundo eſſe quantum, & in tertio eſſe viuum, nec poteſt inficiari quin quodlibet horum eſſe ſit & eſſe abſolutum, & de nouo per actionem vnitiuam factū. Patet igitur quòd relatio vnionis eſt vere relatio de genere relationis, conueniens cum illis in modo eſſendi & fiendi. Ex his patet ſolutio omnium obiectorum.

I ¶ Et ſi contra prædictam ſententiam afferantur duæ rationes Scoti ibidem contra abſolutum fundans relationem vnionis, primo, quia illud abſolutum neceſſario eſſet vnitum verbo ſi eſt, nulla enim videtur talis entitas in creatura, ſecundo, quia talis entitas aut eſſet ſubſtantialis aut accidentalis, non accidentalis, vt patet, nec ſubſtantialis, quia eſſet eadem materiæ aut formæ aut compoſitæ ſubſtantiæ: ſed quicquid eſt idem alicui ſubſtantiæ, manet manente illa, natura igitur aſſumpta, ſi dimitteretur a verbo, retineret illud, ac per hoc eſſet fundamentum vnionis abſque vnione: reſpondendum ex dictis eſt, quòd, vt dicitur 7. Meta. non fit ſphæra, non fit æs, ſed fit ſphæra ænea, & ſimiliter in propoſito non fit filius dei, non fit humana natura, ſed fit filius Dei homo. Et ſimiliter ſicut ſi albedo & Sortes vnirentur acquireret de nouo Sortes eſſe album, & ſi poſtea ſepararentur, tam Sorte, quàm albedine ſeorſum conſeruatis, amitteret Sortes eſſe album, ita quòd licet non corrumperetur albedo, K corrumperetur tamen eſſe album, ſicut in vnione non generaretur albedo, ſed eſſe album. Eſſe enim album ſignificat eſſe abſolutum in compoſitione conſiſtens, quod generatur & corrumpitur per vnionem & ſeparationem. Et ſimiliter ſi corpus & anima ſeparatim exiſtentia vnirentur, acquireret corpus eſſe viuum, & ſi poſtea ſepararentur, vtroque ſeorſum conſeruato, amitteret corpus eſſe viuum, quod eſt eſſe ſubſtantiale in compoſitione conſiſtens. Ita in propoſito: quia filius dei acquiſiuit per aſſumptionem, eſſe hominem proportionaliter loquendo, ſi ſepararetur natura humana a Filio, amitteret filius dei eſſe hominem, quod acquiſierat, quod conſtat eſſe abſolutum ens ſubſtantiale in compoſitione conſiſtens. Et loquor non de compoſitione animæ, & corporis, quam eſſe præſupponit, ſed de compoſitione naturæ & ſuppoſiti, in qua conſiſtit eſſe hominem: oportet enim aliquem hominem eſſe hominem, & impoſſibile eſt etiam fingere eſſe hominem in rerum natura, niſi aliquem hominem. Ita igitur, quantum ad propoſitum ſpectat, ſe habet eſſe hominem ad filium Dei, qui uere eſt homo, ſicut ſe habet eſſe ui-

uum



num ad corpus ſeu eſſe album ad ſubiectum: & ſimiliter ita ſe habet natura humana ad eundem Dei filiū, ſicut anima ad corpus & albedo ad ſubiectum. Et propterea, vt iā dictū eſt, quēadmodum generatur ex vnione, & corrumpitur ex ſeparatione nō albedo nec ſubiectum, ſed eſſe album, & ſimiliter nō anima nec corpus ſed eſſe animatū, & eſſe viuū, ita ex vi aſſumptionis nō fit filius Dei, nō fit natura humana, ſed fit eſſe hominem non in communi, ſed hunc: & ſimiliter, ſi ſepararetur natura humana, corrumperetur non natura humana, ſed eſſe hominem hunc. Nā ſi ſibi relinqueretur natura humana, non eſſet idē homo, ſed alius homo fieret, qui in natura illa ſubſiſteret: non enim Chriſtus ſubſiſteret in illa natura, ſed alius homo. Vnde ſi verbaliter etiam deſideras reſpondere habes, ꝙ eſſe hominem, eſt illa entitas abſoluta, quæ fundat relationem vnionis in myſterio incarnationis, & quòd iſta entitas ſi eſt, neceſſario eſt vnita Verbo. Impoſſibile eſt ſiquidem inueniri idē eſſe hominem ſeparatum a Verbo: quāuis poſſit iueniri eadem natura humana ſeparata a verbo: quoniam eſſe hominem, numeratur ad numerationem indiuiduorum hominis. Si enim natura humana ſepararetur a Verbo, eo ipſo quòd fieret, & eſſet alius homo, eſſet aliud numero eſſe hominem, quo ille alius eſſet homo, & aliud quo nunc verbum Dei eſt homo: quoniam vt iam dictum eſt, eſſe hominem in compoſitione naturæ & ſuppoſiti conſiſtit, ac per hoc variato ſuppoſito, variabitur numeraliter. Sicut ſi albedo migraret de ſubiecto in ſubiectum, eſſet aliud & aliud numero eſſe album, iuxta numerum ſubiectorum: & ſimiliter ſi anima migraret de corpore in corpus, eſſet aliud, & aliud numero eſſe viuum, iuxta numerationē corporum eadem ratione, quia in compoſitione hæc omnia conſiſtunt, & diuerſitas numeralis diuerſitatem ſubiectorum, ſeu ſuppoſitorum comitatur. Et ſic patet, quòd eſt aliqua entitas abſoluta, quæ quodammodo eſt in natura creata, ſcilicet, humana natura Chriſti, ſcilicet eſſe hominem, quæ ſi eſt eadem numero, neceſſario eſt vnita perſonæ diuinæ.

3. diſt. 5. q. 1. art. 1. q. 1. & 4. cōtr. c. 41.

¶ Ad ſecundam autem obiectionem dicitur, quòd iſta entitas eſt ſubſtantialis, & identificatur ſubſtantiæ compoſitæ, hoceſt, huic homini: non autem huic naturæ humanæ. Et ideo ſi hæc natura aſſumpta dimitteretur, non remaneret relatio vnionis: quia nec remaneret hic homo idem numero. Et ſicut ſtat, ꝙ remaneret hæc eadem numero natura humana, & non remanere idem hic homo, ſed eſſet alius numero homo, alia numero ſubſtantia compoſita, de prima ſubſtantia, nō de quidditate loquēdo, ita ſtat, quòd natura aſſumpta poteſt dimitti non remanente eodem hoc homine: immo implicat contradictoria remaneret eundem hunc hominem, & naturam aſſumptam dimitti: quia tunc in natura dimiſſa ſubſiſteret alius homo, & non Chriſtus, & ſubſiſteret Chriſtus, & non alius homo. Et error proceſſus Scotici eſt ex eo, quòd ſubſtantia compoſita eſt duplex, ſcilicet natura, & indiuiduū, ſcilicet hæc humanitas & hic homo. Nec oportet illud quod eſt idem ſubſtantiæ compoſitæ, hoceſt, huic homini, eſſe idem huic humanitati: & ideo non oportet remanē te humanitate hac, ſi dimitteretur, remaneret id, quod eſt idem

latio ex parte aſſumentis, inquātū aſſumptio dicitur quaſi ad ſe ſumptio: ſed incarnatio & humanatio ex parte aſſumpti, quod eſt caro, vel natura humana. Et ideo aſſumptio differt ratiōe, & ab vnione, & ab icarnatione ſeu humanatione.

### Articvlvs ix.

*Vtrum unio duarum naturarū in Chriſto ſit maxima unionum.*

Ad nonvm ſic proceditur. Videtur quòd vnio duarum naturarum in Chriſto nō ſit maxima vnionum. Vnitum enim deficit in ratione vnitatis ab eo quod eſt vnum, eo quòd vnitum dicitur per participationem, vnum autē per eſſentiam: ſed in rebus creatis aliquid dicitur ſimpliciter eē vnū, ſicut præcipue patet de vnitate ipſa, quæ eſt principium numeri. ergo huiuſmodi vnio, de qua loquimur, nō importat maximā vnitatē.

¶ 2 Præt. Quanto ea, quæ vniuntur magis diſtant, tāto minor eſt vnio: ſed ea quæ ſecundum hanc vnionem vniuntur, maxime diſtant, ſcilicet natura diuina & humana: diſtant enim in infinitum. ergo huiuſmodi eſt minima vnio.

¶ 3 Præt. Per vnionem fit aliquid vnum: ſed ex vnione animę & corporis in nobis fit aliquid vnum in perſona & natura: ex vnione autē diuinæ & humanę naturæ fit aliqd vnū ſolū in pſona. ergo maior eſt vnio animæ ad corpus, quàm diui B næ naturæ ab humanā: & ſic vnio de qua loquimur, non importat maximam vnitatem.

Sed contra eſt, quòd Augu. dicit 1. Trin.* quòd homo potius eſt in Filio dei, quàm Filius in Patre: Filius aūt eſt in Patre per vnitatem eſſentię, homo vero eſt in Filio per vnionem incarnationis, ergo maior eſt vnio incarnationis, quàm vnitas diuinæ eſſentię, quę tamen eſt maxima vnionū: & ſic per conſequens vnio incarnationis importat maximam vni C tatem.

Li. 1. ca. 10. ante mediū tom. 3.

Respon. Dicendum, quòd vnio importat coniunctionem aliquorum in aliquo vno. Poteſt ergo vnio incarnationis dupliciter accipi, uno modo, ex parte eorum quæ coniunguntur: alio modo, ex parte eius, in quo coniunguntur, & ex hac parte, huiuſmodi vnio

A huic homini, quale eſt eſſe hominem inuentum in hoc homine, qui eſt Chriſtus. Et hæc dicta ſint, loquendo de termino aſſumptionis ſecundum rem, hoceſt, actionis & paſſionis intellectæ per nomen aſſumptionis: nam loquendo de termino aſſumptionis, vt importatur in vocabulo aſſumendi, remitto te ad literam, quòd natura humana eſt vt terminus a quo, & pſona diuina eſt vt terminꝰ ad quē. Quæ ideo pro nouitiis dixerim, vt non putēt doctrinam datam a verbis Auctoris diſcrepare: ſed attendant quòd ſecūdum uarias conſiderationes varie aſſignari poteſt terminus. Nos autem ad rem ſpectauimus, vt actioni reali & effectui tam excellenti ſuum proprium, ac primo terminum in re realem aſſignaremus. Et licet non manifeſtauerimus, quomodo quod dictum eſt, ſit: manifeſtauimus tamen ex fidei doctrina, quòd ita eſt. Et hoc ſufficere debet in tanto myſterio quod, vt Aug. dicit ſi rationē haberet: nō eſſet admirabile, & ſi exemplum haberet, non eſſet ſingulare. Et ideo caute exempla accipienda ſunt, vt ſcilicet, vtcumque perſpiciamus myſterii altitudinem, nec metiamur illud viribus ingenioli humani.

¶ *Super Quæſtionis ſecundæ Articulum nonum.*

D In articulo nono, aduerte primo, quòd cum iam diſtinctum ſit de vnione vel pro relatione vnionis, vel pro coniunctione, ad quam conſequitur relatio vnionis, hoc in loco non ſumitur vnio pro relatione, ſed pro coniunctione ipſa, vt patet in principio corporis articuli, & ex conditione, quæ de ipſa inquiritur, ſcilicet de excellentia eius reſpectu reliquarum coniunctionum. Ridiculum enim hoc eſt, quærere de relatione, niſi ratione fundamenti. nam ſecluſa ratione fundamēti, nulla vnionis relatio eſt maior altera: ſed ideo vnio materiæ & formæ eſt maior vnione ſubſtantiæ & accidentis, quia fundamentum eſt magis indiuiſum, vt patet.

¶ Aduerte ſecundo, quòd non quæritur explicite de vnione naturæ & perſonæ utrum ſit maxima: ſed de vnione naturarum in perſona, verūtamen & hoc in reſpōſione ad vltimū tractabitur.

¶ In corpore articuli duo fiunt, primo, ponitur diſtinctio bimēbris: deinde reſpondetur quæſito cum diſtinctione iuxta membra propoſitæ diſtinctionis. Eſt autem diſtinctio iſta: Vnio incarnationis E dupliciter conſideratur, vel ex parte naturarum coniūctarum, vel ex parte eius in quo coniunguntur. Probatur diſtinctio, quia vnio claudit in ſe duo, primo, extrema, quæ iungūtur: ſecundo, vnum in quo coniunguntur: eſt enim vnio coniunctio aliquorum in aliquo vno. Principalis concluſio reſponſiua quæſito eſt, Vnio naturarum in Chriſto ex parte eius, in quo vniuntur, eſt maxima. Probatur, quia vnitas diuinæ perſonæ, in qua vniuntur, eſt maxima. Secundaria concluſio eſt, Huiuſmodi vnio ex parte naturarum, quæ coniunguntur non eſt maxima, nec aliter probatur.

¶ Circa diſtinctionem in litera aſſignatam, dubium non diſſimulandum occurrit: quoniam videtur deficiens, quia coniunctio aliquorum in aliquo vno, poteſt accipi non ſolum ex parte eorum, quæ coniunguntur, vel ex parte eius, in quo coniunguntur: ſed

habet præeminentiam inter alias vniones: nam vnitas perſonæ diuinæ, in qua vniuntur duæ naturæ, eſt maxima. Nõ autem habet præeminentiam ex parte eorum, quæ coniunguntur.

Ad primvm ergo dicẽdum, quòd vnitas diuinæ perſonæ eſt maior, quàm vnitas numeralis, G quæ ſcilicet eſt principium numeri. Nam vnitas diuinæ perſonæ, eſt vnitas increata, per ſe ſubſiſtens, non recepta in aliquo per participationem, eſt etiam in ſe completa, habens in ſe quicquid pertinet ad rationem vnitatis: & ideo non competit ſibi ratio partis, ſicut vnitati numerali, quę eſt pars numeri, & quæ participatur in rebus numeratis. Et ideo quantum ad hoc, vnio incarnationis præeminet vnitati numerali, ratione, ſcilicet, vnitatis diuinę perſonæ, nõ autem ratione naturæ humanæ, quæ non eſt ipſa vnitas diuinæ perſonæ, ſed eſt ei vnita.

Ad $2^{m}$ dicendum, quòd ratio illa procedit ex parte coniunctorum, non autem ex parte perſonæ, in qua facta eſt vnio.

Ad $3^{m}$ dicendum, quòd vnitas diuinæ perſonæ eſt maior vnitas, quàm vnitas, & perſonæ & naturæ in nobis. Et ideo vnio incarnationis eſt maior, quàm vnio animæ & corporis in nobis.

Quia vero illud, qđ in contrariũ obiicitur falſum ſupponit. ſ. quòd

tur: ſed etiam ex parte coniunctionis extremorum in illo vno. F Verbi gratia, coniunctio corporis & animæ in Sorte, poteſt accipi ex parte animæ & corporis, vel ex parte Sortis, vel ex parte coniunctionis illorum in Sorte. Et in litera hoc tertium membrum deficit, & tamen hoc eſt principalius membrum in propoſito conſiderãdum: quoniam non dicitur proprie loquendo, vnio maior ex parte extremorum, nec ex parte termini, ſed ex parte coniunctionis extremorũ in termino. Contingit ſiquidem in Sorte coniungi multa accidentia quæ licet ex parte eius in quo coniunguntur, ſcilicet perſona Sortis, habeant maximam vnitatem: nõ tamẽ ꝓpterea ſunt maxime vnũ, quia coniunctio ipſa in Sorte non eſt maxima, ſed minima.

¶ Dubium ſecũdo oritur hinc circa cõcluſionem principalẽ, quoniam non niſi abuſiue ſaluatur, ex illa vnionem incarnationis eſſe maximam poſt vnionem trinitatis diuinæ, quod tamen & Auctor ſaluare nititur in litera, H & Bernar. in lib. de conſideratione, aſſerit. Et probatur ſequela: quoniam nõ niſi abuſiue diceretur, quòd vnio creaturarum vniuerſi eſt maxima, quia ex parte eius, in quo vniuntur, eſt maxima: quia vnitas Dei in quo vniuntur eſt maxima vnitas. ita. n. dicitur in litera, quòd diuinæ humanæq; naturæ vnio in Chriſto eſt maxima ex parte eius, in quo vniuntur, quia vnitas diuinæ perſonæ, in qua vniuntur, eſt maxima. Et ſimiliter non ſolũ vnitas naturarum diuinæ & humanæ eſſet maxima, ſed etiam vnio accidentium Chriſti, puta, viſus & auditus, eſſe albi & criſpi, eſſet maxima ex parte eius, in quo vniuntur, quia vniuntur in perſona diuina, cuius vnitas eſt maxima: hoc enim non eſt ſaluare *vnionem incarnationis eſſe maximam niſi* abuſiue, vt patet. Et multiplicatur dubium ex Durando in 3. diſt. 3. ſent. q. 1. dicente vnionem incarnationis eſſe maximam, quantum ad dignitatem, & non quantum ad intrinſecam rationem vnionis. Et hoc ſecundum probat, quia illa vnio eſt, quantum ad rationem vnionis maxima, cuius extrema magis & intimius efficiunt, vel I efficiuntur vnum: ſed extrema multarum vnionum, & non incarnationis ſunt talia. ergo. Maior probatur, quia vnione vt ſic, aliqua ſunt vnum: ratio autẽ vnius eſt ratio indiuiſi. Minor vero, quia materia & forma conſtituunt vnum per eſſentiam, & vnum eſt *inſeparabile ab alio manente conſiſtentia:* non ſic autem conſtat eſſe extrema incarnationis. Vnde gloſſat Durandus Bernardum, quòd intelligitur de maxima vnione quantum ad dignitatem.

¶ Ad hanc quæſtionem reſpondetur, quod diſtinctio male intelligitur: nam neutrum diſtinctionis membrum accipiendum eſt ſecũdum ſe, ita quòd cum diſtinguitur, coniunctionem poſſe accipi ex parte extremorum vel ex parte termini, non intelligitur ex parte extremorum ſecundum ſe, & ſimiliter non intelligitur ex parte termini ſecundum ſe: ſed quemadmodum primum mẽbrum intelligitur ex parte *extremorum inter ſe, ita ſecundum* intelligitur ex parte termini vt coniungentis. Et ſic non deficit tertium membrum: ſed tertiũ membrum eſt id, quod diſtinguitur K in primum & ſecundum. Nam coniunctio ipſa duorum in aliquo vno, diſtinguitur, quia accipi poteſt ex parte extremorũ inter ſe, vel ex parte eius, in quo coniunguntur vt ſic. Verbi gratia, Coniunctio animæ & corporis in homine poteſt dupliciter accipi, primo, ex parte animæ & corporis, non ſecundum ſe (ſic enim valde diſtant) ſed inter ſe, quia inter ſe iungũtur, vt actus ſubſtantialis & potentia: alio modo, ex parte eius, in quo iunguntur, inquantũ *iunguntur in illo*, puta, inquantum *ſunt in* vna natura compoſita, puta, humanitate, vel inquantum ſunt in vna perſona, puta, Sorte. Et hic eſt verus ſenſus diſtinctionis literæ: obiectiones autem procedunt contra alium ſenſum, quo ſumuntur extrema, quæ iunguntur ſecundum ſe, & id in quo iunguntur ſecundum ſe. Et ideo non eſt mirum ſi deficit, ſi deducit ad inconuenientia, & ſi non ſaluat intentum niſi abuſiue.

¶ Ex his patet ſolutio ſecundi dubii. nam ſenſus literæ eſt, quòd *naturæ diuinæ & humanæ, quæ in myſterio incarnationis vniũtur*, coniunctio dupliciter poteſt accipi, vel ex parte naturarum inter ſe (& ſic per ſe nota relinquitur pars negatiua, ſicut vere eſt per ſe nota, quia inter ſe nõ vniũtur, niſi ſicut cauſa, & inſtrumentum cauſæ, vbi conſtat non eſſe maximam vnionem) uel ex parte eius, in quo vniuntur, hoceſt ex parte perſonalis coniũctionis, quã obtinẽt in vna perſona diuina: hoc enim idem eſt ac dicere, ex parte perſonæ diuinæ, in qua coniunguntur vt ſic, ac dicere ex parte perſonæ diuinę inquantum eſt perſona, vtriuſque naturæ: hoc enim eſt accipere coniunctionem ex parte eius, in quo iunguntur vt ſic, hoc eſt, formaliter loquendo. Quocirca quia, vt patet ex prius dictis, vniuntur in perſona diuina ſubſtantialiter & non accidentaliter, vt accidentia Chriſti, & vniũtur ſubſtantialiter, non vt partes (vt manus & caput) ſed vt totum, vt natura ipſa, vt hæc humanitas vnitur Sorti, & vniuntur non ſolum ſubſtantialiter abſque partium imperfectione, ſed ſic ſubſtantialiter vniuntur in vna ſimpliciſſima & indiuiſibiliſſima ac incomponibili vnitate ſubſtantiali perſonali communi vtrique naturæ, vt ſuperet merito omnem aliam vnionem quorumcumque in alio vt ſic, ita quòd licet anima, & corpus Sortis vniantur ſubſtantialiter, & in vna natura humanitatis, & in vna perſona Sortis: non tamen magis, ſed pluribus modis vniuntur, quam natura diuina & humana in Chriſto: quia vniuntur & in natura, & in perſona, iſtæ autem vniuntur tantum vno modo, ſcilicet, in perſona: ſed vnio hæc in iſto vno modo, eſt maior, quàm ſit illa in vtroque: quia in myſterio incarnationis vnitas communis extremis, ſecundum quam propriiſſime & formaliter quantificatur coniunctio, in tertio eſt vnitas perſonalis ſimpliciſſima & incomponibilis, & indiuiſibiliſſima, ad quam conſtat, quòd nec vnitas perſonalis Sortis, nec vnitas eſſentialis humanitatis, nec ambæ ſimul aſcendunt, vt patet. Notanter autem dixi, vnionem in alio, dixi enim hoc ad præſeruandam doctrinam hanc ab vnione aliquorum inter ſe: quoniam vt in litera patet, non ex hac parte, ſed ſolum ex parte vnionis in aliquo vno, vnio naturarum in Chriſto eſt maxima. Si tamen vnio hæc incarnationis perſpiciatur, vt eſt duorum inter ſe, ſcilicet perſonæ diuinæ & humanæ naturæ, ſic etiam inuenitur maxima, & excedens omnes alias uniones propter dictam rationem. Et ſecundum quid excedit vnionem Trinitatis, vt dicitur in reſponſione ad vltimum ex Auguſt. quia homo potius eſt in filio Dei, quàm Filius in Patre, quia ſcilicet, idem eſt ſuppoſitum hominis & Filii Dei, non eſt autem idem ſuppoſitum Patris & Filii: appellatur autem ſecundum quid maior hinc iſta unitas, quia homo importat utrumque, *naturam ſcilicet humanam & ſuppoſitum*, & non quo ad naturam ſignificatam, ſed quo ad ſuppoſitum tantum eſt magis in Filio quam Filius in Patre: merito, autem, quod ſecundum aliquid ſui eſt magis unum, & ſecundum aliquid minus unum appellatur ſecundum quid, & non ſimpliciter magis unum. Et per hæc patet expoſitio literæ totius articuli.

¶ Ad Durandum autem dicitur, quòd extorquet Bernardi ſententiam, & uilificat eam: de unione enim inquantum unio, ſecundum ipſam rationem unionis loquitur Bernardus, præponens *unionem Trinitatis*, quæ non eſſet præponenda quo ad dignitatem, quia tota Trinitas non eſt dignior perſona filii. formaliter igitur Bernardus, formaliter & Auctor loquitur, formaliter & nos intelligimus, atque ſaluamus, unionem incarnationis eſſe poſt unitatem Trinitatis maximam ſimpliciter. Et cum dicitur, Illa ſunt magis



maior ſit vnio incarnationis, quàm vnitas perſonarum diuinarum in eſſentia, dicendum eſt ad auctoritatem Auguſt.* quòd humana natura non eſt magis in filio Dei, quàm filius dei in patre, ſed multo minus: ſed ipſe homo quantum ad aliquid eſt in filio magis, quàm filius in patre, inquantum ſcilicet idem ſupponitur in hoc quod dico homo, prout ſumitur pro Chriſto, & in hoc quod dico, filius dei, non autem eſt idem ſuppoſitum patris & filij.

*poſitam ĩ arg, ſed cõ. ua.

## Articvlvs x.

*Vtrum unio duarum naturarum in Chriſto ſit facta per gratiam.*

Infr. q. 6. artic. 6. Et veri. q. 29. art. 2. Et 3. diſt. 13. qõ. 3 artic. 1.

AD DECIMVM ſic proceditur. Videtur quòd vnio incarnationis non ſit facta per gratiam. Gratia enim eſt accidens quoddã, vt in ſecunda parte habitum eſt.* ſed humanæ naturæ vnio ad diuinam non eſt facta per accidens, vt ſupra oſtenſum eſt.† ergo videtur quòd vnio incarnationis non ſit facta per gratiam.

*P. ſec. Q. 110. art. 1. & 3.

†Art. 6. huius quæſt.

¶ 2 Præter. Gratiæ ſubiectum eſt aĩa: ſed ſicut dr̃ Coloſ. 2. in Chriſto habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter, ergo videtur ꝙ illa vnio non ſit facta per gratiam.

¶ 3 Præter. Quilibet ſanctus deo vnitur per gratiam. ſi igitur vnio incarnationis fuit per gratiam, videtur quòd non aliter dicatur Chriſtus eſſe Deus, quàm alij ſancti homines.

Sed contra eſt, quòd Auguſt. dicit in lib. 2. de Prædeſt.* ſanctorum, ea gratia fiat ab initio fidei ſuæ homo quicumque Chriſtianus, qua gratia homo ille ab initio ſuo factus eſt Chriſtus: ſed homo ille factus eſt Chriſtus per vnionem ad diuinam naturam, ergo vnio illa fuit per gratiam.

*cap. 15. añ med. to. 7.

Respon. Dicendum, quòd ſicut in ſecunda parte dictum eſt,* gratia dupliciter dicitur, uno modo voluntas dei gratis aliquid dantis: alio modo ipſum gratuitum donum dei. Indiget autem humana natura gratuita dei voluntate ad hoc, quòd eleuetur in deũ, cum hoc ſit ſupra facultatem ſuæ naturæ. Eleuatur autem humana natura in deum dupliciter, uno modo per operationem, qua ſcilicet ſancti cognoſcunt & amant deum: alio modo per eſſe perſonale, qui quidem modus eſt ſingularis Chriſto, in quo humana natura aſſumpta eſt ad hoc, quòd B ſit perſona filij dei. Manifeſtum eſt autem, quòd ad perfectionem operationis requiritur, quòd potentia ſit perfecta per habitum: ſed quòd natura habeat eſſe in ſuppoſito ſuo, non fit mediante aliquo habitu.

*3. diſt. 13. q. 3. art. 1.
*P. S. q. 110. art. 1.

Sic ergo dicendum eſt, quòd ſi gratia accipiatur ipſa dei voluntas gratis aliquid faciens, vel gratum ſeu acceptum aliquem habens, vnio incarnationis facta eſt C per gratiam, ſicut & vnio ſanctorum ad deum per cognitionem & amorem: ſi vero gratia dicatur ipſum gratuitum dei donum; ſic ipſum, quod eſt, humanam naturam eſſe vnitam perſonæ diuinæ, poteſt dici quædam gratia, inquantum nullis præcedentibus meritis hoc eſt factum, non autem ita ꝙ ſit aliqua gratia habitualis, qua mediante talis vnio fiat.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ gratia, quę eſt accñs, eſt q̃dam ſimilitudo diuinitatis participata ĩ D homine. Per incarnationem aũt humana natura nõ dr̃ participaſſe ſimilitudinem aliquam diuinę naturæ, ſed dr̃ eſſe coniũcta ipſi diuinæ naturæ in pſona filij: maius aũt eſt ipſa res, q̃ ſilitudo eius participata.

Ad $2^{m}$ dicendum, ꝙ gratia habitualis eſt ſolum in anima: ſed gratia, i. gratuitum dei donum, quod eſt vniri diuinæ perſonę, pertinet ad totam naturam humanã, quæ componitur ex anima & corpore. Et per hunc modum dr̃ plenitudo diuinitatis ĩ Chr̃o corporaliter habitaſſe: q̃a eſt vnita diuina natura E non ſolũ aĩæ, ſed etiã corpori: quãuis etiã poſſit dici, ꝙ dr̃ habitaſſe in Chriſto corporaliter. i. non vmbraliter, ſicut habitauit in ſacramẽtis veteris legis, de quibus ibidem ſubditur, ꝙ ſunt vmbra futurorũ,

magis vnum, quorum extrema magis, & intimius conſtituunt A vnum, dicitur quòd addendum eſt huic propoſitioni, vel ſunt vnum inter ſe, vel in tertio, alioquin negetur: quia voluntaria eſt. Nam ex intrinſeca ratione vnionis & vnius nihil aliud habetur, quàm quòd vnita aut fiunt aut ſunt vnum, hoc eſt indiuiſa inter ſe vel in tertio: perſonæ enĩ diuinæ non fiunt, ſed ſunt vnum in tertio, hoc eſt in diuina eſſentia. Et ſimiliter in propoſito duæ naturæ ſunt vnum in perſona diuina, & natura humana eſt vna perſonaliter cum perſona diuina. Et ſic negatur Minor, ſcilicet quòd materia & forma magis, & intimius ſunt vnũ in eſſentia humanitatis: non enim eſt minus vnum, vnũ in perſona ſubſtantialiter & ſimpliciſſima, quàm vnum in ſubſtantia & perſona compoſita. Et cum probatur ex inſeparabilitate, reſpõdetur quòd etiam hic non poteſt fieri ſeparatio, ſalua conſiſtentia omnium extremorum: quoniam ſi humana natura ſeparetur a verbo, non eſſet idem, ſed alius homo, & ſimiliter perſona diuina amitteret eſſe hominem. Conſtat autem, quòd tam eſſe hominem, eſt eſſe ſubſtantiale, q̃ eſſe alium hominẽ, eſt eſſe aliam ſubſtãtiam. Etſi hæc apparent mirabilia & incomprehẽſibilia nobis, non propterea ſunt reiicienda, ſed credenda, & veneranda.

¶ *Super Quæſtionis ſecundæ Articulum decimum.*

Titulus articuli decimi clarus eſt.

¶ In corpore articuli duo fiunt. primo ponitur diſtinctio bimembris de gratia, ſecundo reſpondetur quæſito tribus concluſionibus. Diſtinctio eſt, Gratia, pro voluntate dei gratuita, vel pro gratuito dono.

¶ Vbi nota duo, primum eſt, quod in vtroque membro fit mentio de gratuito: quia voluntas qñq; eſt debita qñq; gratuita: voluntas. n. iuſtitiam miniſtrãtis eſt voluntas ex debito dantis vnicuiq; qđ ſuũ eſt: voluntas aũt non ex debito, nec mercenarie, nec vi, aut metu dantis, ſed amore bñuolentiæ gratuita eſt: & ſilr donum gratuitum eſt, quod ex tali voluntate datur. Secũdum eſt, quod appellatione doni gratuiti non ſolũ venit habitualis gratia, ſed etiam quòdcũq; donum gratis conceſſum, ſiue illud ſit actuale aliquod auxiliũ, ſiue quæcũq; alia res. Vnde quia hoc membrum ſubdiuiditur in litera, quamuis non ſub forma ſubdiuiſionis, ideo numerus cõcluſionum excedere videtur mẽbra diuiſionis, cum tñ in veritate iuxta tria membra in litera poſita, ſ. gratuitã voluntatem dei, & gratuitum donum habitualis grãe, gratuitum donum ipſius vnionis, tres ſint concluſiones.

¶ Prima igitur concluſio eſt, ſumendo gratiam ꝓ gratuita dei voluntate, vnio incarnationis facta eſt per gratiã, ſicut & vnio ſanctorum ad deum per cognitionem & amorem. Probatur, quia ad hoc ꝙ natura humana eleuetur in deum ſiue per eſſe perſonale, ſiue per operationem, eget dei voluntate gratuita: quia vtrumque eſt ſupra facultatem naturæ ſuæ. Secunda concluſio eſt, ſumendo gratiã pro gratuito dei dono, hoc eſt gratia habituali, vnio incarnationis non eſt facta per gratiam, vnio vero ſanctorũ ad deum fit per gratiã. Probatur: quia in cõi loquendo formaliter ad pfectionem operationis requirit, ꝙ potentia ſit pfecta p habitũ, ad hoc aũt ꝙ natura ſit in ſuo ſuppoſito, nõ exigitur habitus aliquis. Dr̃ia aũt inter has duas vniones in hoc cõſiſtit, ꝙ vnio ſanctorum ad deum eſt p eleuationẽ ad operationes cognitionis & amoris: vnio aũt Chriſti eſt p eleuationẽ naturæ humanæ ad eſſe pſonale filij dei, nulla ergo gratia hic mediat ſed ibi.

* 8. diſ. 4. q. 3. art. 2. & q. 2. Et coloſ. 2. l. 2. co. 3.

¶ Vbi nota primo, ꝙ hinc habes apud Auctorẽ, eodẽ ſe habere modo naturã humanam Chr̃i ad pſonam filij dei, ſicut ſe haberet ad pſonã ꝓpriã, & ſicut ſe habet natura Sortis ad pſonã Sortis. nã hinc habes, ꝙ ex eo ꝙ formalr loquẽdo inter naturã & ꝓprium ſuppoſitũ nullus exigit habitus, ideo inter naturã humanam & perſonã filij dei in Chriſto nullus exigitur habitus. fundatur. n. hic proceſſus ſuper illa ꝓportionalitate, vt patet. Nota ſecũdo, ꝙ grãe habitualis in propoſito nomẽ nõ reſtringitur

corpus autem eſt Chriſtus: prout ſcilicet corpus contra vmbram diuiditur. Dicunt etiam quidam, ꝙ diuinitas dicitur in Chriſto habitaſſe corporaliter, ideſt tribus modis, ſicut corpus habet tres dimenſiones, vno modo, per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, ſicut in ceteris creaturis: alio modo, per gratiam gratum facientem, ſicut in ſanctis: tertio, per vnionem perſonalem, quod eſt propriũ ſibi.

VNde patet reſpõſio ad 3^m: quia ſcilicet vnio incarnationis non eſt facta ſolum per gratiam habitualem, ſicut alij ſancti vniuntur deo, ſed ſecundum ſubſiſtentiam ſiue perſonam.

## ARTICVLVS XI.

*Vtrum unionem uerbi incarnati aliqua merita præceſſerint.*

AD VNDECIMVM ſic proceditur. Videtur quòd vnio incarnationis fuerit aliqua merita ſubſecuta: quia ſuper illud Pſalmi 32. Fiat miſericordia tua ſuper nos, quemadmodum, &c. dicit glo. * Hic inſinuatur deſiderium Prophetæ de incarnatione, & meritum impletionis. ergo incarnatio cadit ſub merito.

¶ 2 Præter. Quicumque meretur aliquid, meretur illud, ſine quo illud haberi non poteſt: ſed antiqui patres merebantur vitam æternam, ad quam peruenire non poterant, niſi per incarnationem. dicit enim Greg.* in lib. 13. mor. Hi qui ante Chriſti aduentum in hunc mundum venerunt, quantamlibet iuſtitiæ virtutem haberent, ex corporibus educti, in ſinum cæleſtis patriæ ſtatim recipi nullo modo poterant: quia nondum ille venerat, qui iuſtorum animas in perpetua ſede collocaret. ergo videtur quòd meruerint incarnationem.

¶ 3 Præt. *de beata virgine cantat, quòd Dominum omnium meruit portare, quod quidem factum eſt per incarnationem. ergo incarnatio cadit ſub merito.

SED CONTRA eſt, quòd Auguſtin. dicit in lib.* de Prędeſt. San. Quiſquis in capite noſtro præcedentia merita ſingularis illius generationis inuenerit, ipſe in nobis pręcedentia merita multiplicatę regenerationis inquirat. ſed nulla merita p̃ceſſerunt regenerationem noſtram, ſecundum illud Ti. 3. Nõ ex operibus iuſtitię,

[Margin: * innuitur in gl. interlineari, ibi. — * lib. 11. 20. circa ... nem. — * in offi... ad ma... — * c. 15. ... pcul ... tom. 7.]

ritur ad gratiam, quæ ponitur in eſſentia animæ, vt diſtinguit̃ a charitate & aliis habitibus infuſis: ſed communiter ſumitur vt compræhendit ſub ſe quęcumque infuſum habitum. Et hoc habes in litera ex eo, quòd habitus ad perfectionem operationis requiſitus, in potentia operatiua ponitur, quod non verificatur de gratia reſtricta ad habitũ in eſſentia, vt patet.

¶ Tertia concluſio eſt, ſumendo gratiã pro gratuito dei dono, quicquid ſit illud, vnio incarnationis eſt gratia. Probatur: quia eſt donum dei cõceſſum humanitati Chriſti nullis præcedentibus meritis.

¶ Vbi nota primo, quòd hoc modo loquendo de gratia, ipſa vnio appellat̃ gr̃a modaliter: quia ſcilicet gratuite facta eſt, ſ. abſque vllo merito, & hinc fit vt in Chriſto ponatur vltra habitualẽ gratiã, gratia vnionis, q̃ eſt ipſa vnio gratuito conceſſa. Nota ſecũdo, quòd caute Auctor locutus, nõ dixit, quòd hoc modo ſumendo gratiam vnio ſit facta per gratiam, ſicut dixit in præcedentibus concluſionibus, & ſicut quæſitum eſt in titulo articuli: ſed dixit quod ipſa vnio eſt gratia. Et ratio eſt: quia li per, denotat cauſalitatem gratię ſuper vnione: eiuſdem autem ad ſeipſum non eſt cauſalitas.

[Margin: 1. 2. q. 98. ar. 4. c. & 3. di. 4. q. 3. ar ti. 1. & Ro. 1. l. 3. col. 2. fi. & Heb. 1. l. 4. col. 3.]

¶ In reſponſione ad primum eiuſdem articuli, nota ex ſupra dictis in artic. 7. eiuſdem q. quòd coniunctio humanæ naturæ cum perſona filij Dei (quæ nihil aliud eſt, quàm vtriuſque indiuiſio in eſſe perſonali ipſius filij Dei) poteſt dupliciter accipi, ſcilicet vel ſecundum illam entitatem poſitiuam, quæ eſt illud eſſe perſonale iſtius naturæ creatæ, vel ſecundum mutationem & relationem, qua vnitur, & vnita relatiue dicitur humana natura perſonæ illi: nullum ſiquidem aliud ens reale apparet interueniſſe, aut inueniri in hoc myſterio, vltra extrema. Et ſi quidem vnionis gratia pro gratuito dono ſumatur ſecundo modo, ſic eſt donum creatum: quoniam tam mutatio paſſiua, qua natura humana eleuata eſt ad eſſe perſonale dei, quàm relatio vnionis, inter creatas res eſt. Si vero vnionis gratia ſimiliter pro dono gratuito ſumatur primo modo, ſic quo ad rẽ datam increatum donum eſt, quia data eſt perſonalitas diuina naturæ creatæ: quo ad ſubſtantialem vero compoſitionem ſeu coniunctionem perſonalitatis cum natura, donum creatum eſt, vt patet. Et quia vnionis gratia, hæc omnia concludit, ideo quandoque res increata ponitur, vt in hac litera, dum dicitur, maius autem eſt ipſa res, quàm ipſa ſimilitudo eius participata; & eſt ſermo de re diuinæ naturæ & perſonæ, in qua vnionis gratia conſiſtit. Quandoque autem ponitur res creata, dum ex voluntate dei gratuita facta dicitur in hac litera, & diffuſe inferius artic. 12. huiuſmet q. & verum eſt quantum ad communionem illius eſſe diuini ad naturam humanam, quæ per aſſumptionem facta eſt, & ad quam relatio vnionis conſequit̃.

### Super Quæſtionis ſecundæ Articulum vndecimum.

IN titulo articuli 11. vide, quòd in præcedenti, & hoc, atque ſequenti articulo quæſtio eſt de cauſa vnionis. Et quoniam triplex illius cauſa aſſignatur, ſcilicet gratia, merita & natura, ideo expedito decimo articulo de gratia in hoc 11. quæritur de meritis, an ſcilicet vnio hæc ex meritis fuerit: & demum in 12. quæritur an ſit naturalis Chriſto, &c. hoc eſt, a natura.

¶ In corpore articuli ſunt tres concluſiones. Prima eſt: Nulla Chriſti opera fuerunt meritoria vnionis. Probatur: Ille homo, qui eſt Chriſtus, a principio ſuæ conceptionis fuit filius dei hypoſtatice. ergo omnis illius hominis operatio ſubſequuta eſt vnionem. ergo nulla ei' operatio potuit eſſe meritum vnionis. Antecedens declaratur primo, & differentia inter ſententiam fidei & hæreſim Photini. Et probatur ſecundo auctoritate angeli Luc. primo. Conſequentiæ autem relinquuntur, vt per ſe notæ, & vere ſic eſt: quoniam prima patet ex hoc ipſo, quòd omnis operatio cuiuſcumque hominis præſupponit illum hominem: oppoſitum enim non eſt intelligibile. Idem autem eſt dicere, quòd omnis opatio Chriſti præſupponit vnionem, & dicere quòd præſupponit perſonam illius hominis: quoniam nõ niſi per vnionem habetur perſona illius hominis: quoniam eſt ipſa perſona filij Dei. Ex hoc igitur quòd perſona illius hominis eſt perſona filij dei per vnionem naturæ humanæ ad perſonam filij Dei, optime & euidenter ſequitur, quòd omnis operatio illius hominis præſupponit vnionem, quia præſupponit illum hominem. Secunda quoque patet ex hoc, quòd meritum præcedit ſaltem naturæ ordine præmium, vt patet.

¶ Dubium hoc in loco nonnullum occurrit: quia licet hinc habeatur, quòd omnis operatio illius hominis ſubſecuta eſt vnionem, non tamen hinc habetur, quòd omnis operatio illius naturæ humanæ ſubſecuta eſt vnionem. Et diceret quiſpiam, quòd illa natura humana ſicut ſecundum ſe præſupponitur naturæ ordine vnioni (quia aſſumptio præſupponit quod aſſumitur) ita ſecundum aliquod opus eius, puta intelligere & velle, quæ ſunt inſtantanea, præſupponitur ordine naturæ aſſumptioni: & per illud velle informatum charitate natura illa meruit aſſumi in eodẽ inſtãti tp̃is, & prius natura.

¶ Ad hoc dubium non oportet aliunde, quam ex literæ fundamento reſpondere, ita tamen vt non ſit ſermo de potentia diuina abſolute, cum dicitur, quod non potuit aliqua operatio præcedere vnionem: ſed de potentia quam ordo rerum habet ſimpliciter, & in myſterio incarnationis. Cum enim natura humana in Chriſto aſſumatur ad eſſe perſonale Dei, idem eſt ordo naturæ humanæ Chriſti ad perſonam filij dei, qui eſt naturæ humanæ Sortis, ad perſonam Sortis. Et ideo ſicut natura Sortis prius natura perſonatur per Sortem, quam operetur, tum quia eſſe perſonale, vtpote ſubſtantiale, eſt prius, quam operari, tum quia primus terminus vt quod generationis, eſt ipſe Sortes, & deinde naturæ ordine conſequuntur operationes etiam naturaliſſimæ, vt ſi ſol fieret, primo fieret ſuppoſitum ſolis, & deinde luceret, quamuis in eodem inſtanti: ita prius natura humanitas Chriſti perſonatur per verbum dei, quàm operetur propter vtramque dictam rationem: quia ſcilicet perſonari ſpectat ad eſſe ſubſtantiale (confert enim ſubſiſtere, quod primæ ſubſtantiæ ſolius eſt) & quia primus terminus generationis Chriſti, vt quod, fuit perſona filij dei, dicente Angelo, Quod ex te naſcetur ſanctum vocabitur proculdubio cum rei veritate filius dei. Non poteſt ergo poni, quòd anima Chriſti prius natura, quàm vniretur, intelligeret aut amaret.



quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis. ergo nec illam Chriſti generationẽ aliqua merita præceſſerunt.

RESPON. dicendum, quòd quantum ad ipſum Chriſtum, manifeſtum eſt * ex præmiſſis, quòd nulla eius merita potuerunt pręcedere vnionem. Non enim ponimus, quòd ante fuerit purus homo, & poſtea per meritum bonę vitæ obtinuerit eſſe filius Dei, ſicut poſuit Photinus: ſed ponimus quòd a principio ſuę conceptionis ille homo vere fuerit filius Dei, vtpote non habens aliam hypoſtaſim, quàm filij Dei, ſecundum illud Luc. 1. Quod ex te naſcetur ſanctum, vocabitur filius Dei. Et ideo omnis operatio illius hominis ſubſecuta eſt vnionem. ergo nulla eius operatio potuit eſſe meritum vnionis: ſed neque etiam opera alterius cuiuſcumq; hominis potuerunt eſſe meritoria huius vnionis ex condigno. Primo quidem: quia opera meritoria hominis proprie ordinantur ad beatitudinem, quæ eſt virtutis præmium, & conſiſtit in plena Dei fruitione. Vnio autem incarnationis, cum ſit in eſſe perſonali, tranſcendit vnionem beatæ mentis ad deum, quę eſt per actum fruentis: & ideo non poteſt cadere ſub merito. Secundo, quia gratia non poteſt cadere ſub merito: quia eſt merendi principium. Vnde multo minus incarnatio cadit ſub merito, quæ eſt principium gratiæ, ſecundum illud Ioan. 1. Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Tertio, quia incarnatio Chriſti eſt reformatiua totius humanæ naturæ: et ideo non cadit ſub merito alicuius hominis ſingularis: quia bonum alicuius puri hominis non poteſt eſſe cauſa boni totius naturæ: ex congruo tamen meruerunt ſancti patres incarnationem, deſiderando & petendo: congruum enim erat vt deus exaudiret eos, qui ei obediebant.

Et per hoc patet reſponſio ad PRIMVM.

AD 2^m dicendum, quòd hoc eſt falſum, quòd ſub merito cadit omne illud, ſine quo præmium eſſe non poteſt: quædam enim ſunt, quæ non ſolum requiruntur ad præmium, ſed etiam præexiguntur ad meritum, ſicut diuina bonitas, & eius gratia, & ipſa hominis natura. Et ſimiliter incarnationis myſterium eſt principium merẽdi: quia de plenitudine Chriſti omnes accepimus, vt dicitur Ioan. 1.

AD 3^m dicendum, quòd beata Virgo dicitur meruiſſe portare dominum omnium, non quia meruerit ipſum incarnari: ſed quia meruit ex gratia ſibi data illum puritatis & ſanctitatis gradum, vt congrue poſſet eſſe mater Dei.

## ARTICVLVS XII.

*Vtrum gratia unionis fuerit homini Chriſto naturalis.*

AD DVODECIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ gratia vnionis non fuerit homini Chriſto naturalis. Vnio enim incarnationis non eſt facta in natura, ſed in perſona, vt dictum eſt: * ſed vnumquodq; denominatur a termino.* ergo gratia illa magis debet dici perſonalis, quàm naturalis.

¶ 2 Pręter. Gratia diuiditur contra naturam, ſicut gratuita, quæ ſunt a deo, diſtinguuntur contra naturalia, quæ ſunt a principio intrinſeco: ſed eorum, quæ ex oppoſito diuiduntur, vnum non denominatur ab alio. ergo gratia Chriſti non eſt ei naturalis.

¶ 3 Præt. Naturale dicitur, quod eſt ſecundum naturam: ſed gratia vnionis non eſt naturalis Chriſto ſecũdum naturam diuinam (quia ſic conueniret alijs perſonis) nec etiam naturalis eſt ei ſecundum naturam humanam: quia ſic conueniret omnibus hominibus, qui ſunt eiuſdem naturæ cum ipſo. Igitur videtur, quòd nullo modo gr̃a vnionis ſit Chriſto naturalis.

SED CONTRA eſt quod Aug. dicit in Enchir. * In humanæ naturæ ſuſceptione fit quodammodo ipſa gr̃a illi homini naturalis, qua nullum poſſit admittere peccatũ.

RESPON. dicendum, quòd ſecundum Philoſophum in 5. Metaphy. * natura vno modo dicitur ipſa natiuitas, alio modo eſſentia rei. Vñ naturale põt aliquid dici dupliciter, uno mõ, qđ eſt tm̃ ex principiis eſſentialib' rei: ſicut igni naturale eſt ſurſum ferri: alio mõ dr̃ eſſę homini naturale, quod ab ipſa natiuitate habet, ſm̃ illud Eph. 2. Eramus natura filij iræ. Et Sap. 12. Nequam eſt natio eorũ, & naturalis malitia ipſorum. Gratia igitur Chr̃i ſiue vnionis, ſiue habitualis nõ põt dici naturalis, quaſi cãta ex principijs humanæ naturę ĩ Chr̃o; quãuis poſſit dici naturalis, quaſi

[Margin: * Art. p̃ced. — Inf. q. 7. ar. 13. ad 2. & q. 34. artic. 3. ad 2. & 3. diſtin. 4. q. 3. art. 2. q. 1. art. 1. & 2. huius quęſt. — * c. 40. poſt med. to. 3. — * li. 5. Met. tex. 5. to. 3.]

¶ Secunda concluſio eſt, Nulla opera cuiuſcumque alterius hominis potuerunt eſſe meritoria huius vnionis ex condigo. Probatur tripliciter. Primo, quia vnio iſta ſuperat vnionẽ beatitudinis, quæ proprie cadit ſub merito. Secundo, quia vnio iſta eſt principium gratiæ, quæ non poteſt cadere ſub merito. Tertio, quia vnio iſta eſt reformatiua toti' humanæ naturæ, cuius totius bonum, conſtat non poſſe a ſingulari puro homine cauſari.

¶ Tertia concluſio eſt, Sancti patres meruerunt incarnationem de congruo deſiderando & petendo. Probatur: quia congruum eſt deum exaudire ſibi obedientes. Et hoc etiam modo exponi põt, quòd beata virgo meruit Chriſtum portare, ſcilicet merito cõgrui.

### Super Quæſtionis ſecundæ Articulum duodecimum.

IN titulo articuli duodecimi nota quòd ideo in titulo apponitur ly homini, ita quòd nõ quæritur verum gratia vnionis ſit Chriſto naturalis, ſed an ſit naturalis Chriſto homini, vt denotaretur, quòd difficultas huius dubij ex parte eius, quod eſt eſſe hominem, ſe tenet. Non enim eſt quæſtio de Chriſto, ſecundum ꝙ deus: ſed ſecũdum quòd eſt homo, an gratia vnionis ſit illi naturalis.

¶ In corpore artic. duo ſiũt. primo ponitur vna diſtinctio de ly naturalis: ſecundo reſpondetur quęſito tripliciter. Diſtinctio eſt ſecundum naturale dupliciter, vel quod cauſatur ex principijs eſſentialibus rei, ſicut paſſio ex principiis ſubiecti, ſicut moueri deorſum ex principiis corporis grauis, vel quod ab ipſa natiuitate habetur. Probatur primo diſtinctio: quia natura dr̃ dupliciter. 5. Met. ſ. de eſſentia & de natiuitate. Probatur ſecundò ſcdm mẽbrum, auctoritate duplici ſacræ ſcripturæ.

¶ Nota hic, ꝙ ſecũdum membrum, ſ. naturale a natiuitate, dupliciter intelligi poteſt, vno mõ, vt denotetur ſola coæuitas, quia, ſ. inceperunt ſimul tempore, ſicut de cæco a natiuitate dicimus, quia cæcitas ſimul incępit cũ homine, qui eſt cęcus: alio modo, vt denotetur non ſola conduratio, ſed ẽt cauſalitas, ita quòd ex vi natiuitatis habeat illud: ſicut dicimus, quòd ſextus digitus eſt naturalis ex natiuitate in vtero, quia, ſ. ex vi talis natiuitatis abũdãtis ĩ materia, &c. Iſte ſortitus eſt ſextum digitum. In p̃poſito intelligit̃ ſm̃ mẽbrum vtroq; modo: & ad ſecundum membrum ſpectat auctoritas Apoſtoli, Eramus natura filij iræ: quoniã ex vi natiuitatis noſtræ per propagationem ex Adam ſumus filij iræ, dum ex vi natiuitatis noſtrę in vtero inficimur peccato originali. Ad primum autem modũ ſpectat auctoritas Sapientiæ: quoniã Chananæi, de quibus loquitur, non ex vi natiuitatis cõtrahebant peccata parentum, ſed malitia illorum ita cito incipiebat, vt dicatur ĩ vtero incępiſſe, iuxta cõſuetum modũ loquẽdi ſermone emphatico.

¶ Prima concl'o eſt: Gr̃a ſiue vniõis ſiue habitualis nõ eſt naturalis Chr̃o, vt cãta, ex principijs humanæ naturę. Scd'a cõcl'o eſt: Gr̃a vtraq; põt dici naturalis Chr̃o, q̃ſi p̃ueniẽs ex nã diuina Chr̃i in naturã humanã eiuſdem.

eiuſdem, Tertia cõcluſio eſt: Gratia vtraque eſt naturalis Chriſto, ſumendo naturale a natiuitate. Probatur in primo ſenſu, hoc eſt ſecundum coæuitatem: quia ab initio cõceptionis fuit natura humana diuinæ perſonæ vnita, & hoc quo ad gratiam vnionis: & anima eius fuit munere gratiæ repleta, & hoc quo ad gratiam habitualem. In ſecundo autem ſenſu, hoc eſt ex vi natiuitatis, ꝓbatur in reſponſione ad tertium ex proprietate natiuitatis Chriſti: quia ſic conceptus eſt ex Spirituſancto vt eſſet idem naturalis filius dei & hominis, teſtante hanc natiuitatis vim angelo dicente, Spirituſſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi, dum ſubdit ideoq́; & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius dei. Illa enim cauſalis, ideoq́ue & quod naſcetur ex te, erit filius dei, manifeſtat ad hoc eſſe ordinatam actionẽ Spirituſſancti, vt ex vi talis natiuitatis natum, eſſet filius dei, quod ĩ ipſa gratia vnionis conſiſtit. Gratia autem habitualis, vt in proprio tractatu patebit, eſt in Chriſto velut proprietas, cõſequens gratiam vnionis, ſicut ſplendor ſolem.

¶ Nota hic tria, primo, quòd quamuis in litera diuiſæ ſint explanationes & ꝓbationes tertiæ concluſionis ſecũdum duos aſſignatos in ſecundo membro ſenſus, quia tamen veri ſunt, in litera ponuntur, & breuius vniti clarent nouitijs: ideo adunaui dicta in reſponſione ad tertium, & iunxi corpori articuli. Secundo, quòd Auctor plus donauit, quàm promiſit, dum quæſiuit de gratia vnionis, & reſpondit de gratia vnionis & habituali. Tertio, quòd dum in ſecunda concluſione dicitur, quòd gratia Chriſti poteſt dici naturalis ex diuina natura, Auctor caute appoſuit duo vocabula, primo, poteſt dici: ſecundo, quaſi proueniens. Eſt ſiquidem conſiderandum, quod ad hoc, vt aliquid dicatur proprie naturale a natura pro eſſentia, duo concurrunt: primum eſt cauſalitas: ſecundum modus cauſandi. oportet enim, vt cauſetur a natura, & quòd naturali modo non libere cauſetur a natura: ſic enim paſſio a principiis naturę, ſic ferri ſurſum a leuitate cauſatur, ſic naturale diſtinguitur contra liberum. In propoſito autem, quia omnis cauſalitas dei, ad extra eſt libera, & nulla eſt naturalis, ideo gratia in Chriſto ex diuina natura cauſata deficit a naturali in modo quo fit, & poteſt dici naturalis, quo ad primum, quia ex diuina cauſatur natura. Quo ad ſecundum vero poteſt dici naturalis non formaliter: quia in veritate non naturaliter, ſed libere cauſatur, ſed quaſi virtualiter ſeu conditionaliter, hoc eſt, quia ſi diuinæ naturæ competeret ad extra, vterque modus cauſandi, ſcilicet naturaliter vel libere, vtraque gratia in Chriſto naturaliter cauſaretur: quia gratia vnionis ſpectat ad eſſe perſonale ipſius diuinæ naturæ, ac per hoc ad cauſalitatem naturalem pertineret, ſi ibi inueniretur: gratia vero habitualis ĩ Chriſto ſpectaret ad proprietatem humanæ naturæ iunctæ, iam ſecundum eſſe diuinæ naturæ. Et propterea Auctor dixit, Dici poteſt naturalis quaſi proueniens, ſignificans per hoc quaſi naturalem modum, quo gratia in Chriſto fieri dici poteſt, quamuis in veritate non ſit modus naturalis. hoc autem ſingulariter de gratia Chriſti dici poteſt: quia reliquis hominibus & etiam angelis conſtat, quòd non ſolum dat, ſed daret deus gratiam ſuam prout vult, vtpote non communicans ſuum eſſe perſonale, nec iunctis ſibi ſecundum eſſe influens.

proueniens in naturam humanam Chriſti, cauſante diuina natura ipſius. Dicitur autem naturalis vtraque gratia in Chriſto, inquantum eam a natiuitate habuit: quia ab initio conceptionis fuit natura humana diuinæ perſonæ vnita, & anima eius fuit munere gratiæ repleta.

Ad primum ergo dicendum, quòd licet vnio non ſit facta in natura, eſt tamen cauſata ex virtute diuinæ naturæ, quæ eſt vere natura Chriſti: & etiam conuenit Chr̃o a principio ſuæ natiuitatis.

Ad 2^m dicendum, quòd non ſecundum idem dicitur gratia & naturalis: ſed gratia quidem dicitur, inquantum non eſt ex merito: naturalis autem dicitur, inquantum eſt virtute diuinæ naturæ in humanitate Chriſti ab eius natiuitate.

Ad 3^m dicendũ, ꝙ gratia vnionis non eſt naturalis Chriſto ſecũdum humanam naturam, quaſi ex principiis humanæ naturæ cauſata: & ideo non oportet, quòd conueniat omnibus hominibus: eſt tamen naturalis ei ſecundum humanam naturam propter proprietatem natiuitatis ipſius, prout ſic conceptus eſt ex Spirituſancto, vt eſſet idem naturalis filius dei & hominis. Secũdum vero diuinam naturam eſt ei naturalis, inquantum diuina natura eſt principium actiuum huius gratiæ, et hoc conuenit toti Trinitati, ſ. huius gratiæ eſſe actiuum principium.

## QVAESTIO III.

*De modo unionis ex parte perſonæ aſſumentis, in octo articulos diuiſa.*

Deinde cõſiderandum eſt de vnione ex parte perſonæ aſſumentis.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo, vtrum aſſumere conueniat perſonæ diuinæ.

¶ Secundo, vtrum conueniat naturæ diuinæ.

¶ Tertio, vtrum natura poſſit aſſumere abſtracta perſonalitate.

¶ Quarto, vtrum vna perſona poſſit aſſumere ſine alia.

¶ Quinto, vtrum quælibet perſona poſſit aſſumere.

¶ Sexto, vtrum plures perſonæ poſſint aſſumere vnam numero naturam.

¶ Septimo, vtrum vna perſona poſſit aſſumere duas numero naturas.

¶ Octauo, vtrum magis fuerit conueniens de perſona filij dei, ꝙ aſſumpſerit humanam naturã, quàm de alia perſona diuina.

### Articvlvs primvs.

*Vtrum perſonæ diuinæ conueniat aſſumere naturam creatam.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd perſonę diuinę, non conueniat aſſumere naturam creatã. Perſona.n. diuina ſignificat aliquid maxime perfectũ: perfectũ aũt eſt, cui non poteſt fieri additio. Cum igitur aſſumere ſit quaſi ad ſe ſumere, ita quòd aſſumptum addatur aſſumenti, videtur quod perſonæ diuinæ non conueniat aſſumere naturam creatam.

¶ 2 Præt. Illud, ad quod aliquid aſſumitur, communicatur quodammodo ei, quod in ipſum aſſumitur: ſicut dignitas communicatur ei, qui in dignitatem aſſumitur: ſed de ratione perſonæ eſt, quòd ſit incommunicabilis, vt in prima parte dictum eſt.* ergo perſonæ diuinæ non conuenit aſſumere, quod eſt ad ſe ſumere.

*p.p.q.29. art.1.

¶ 3 Præter. Perſona conſtituitur per naturam: ſed inconueniens eſt, quòd conſtitutum aſſumat conſtituens: quia effectus non agit in ſuam cauſam. Ergo perſonæ non conuenit aſſumere naturam.

Sed contra eſt, quod Auguſtinus dicit de fide ad Petrum,* Formam, id eſt naturam ſerui in ſuam accepit deus, ille ſcilicet vnigenitus, perſonam: ſed deus vnigenitus eſt perſona. ergo perſonæ competit accipere naturam, quod eſt aſſumere.

*In lib. de fi. ad Pet. c. 2. a med. tom. 3.

Respondeo Dicendum, quòd in verbo aſſumptionis duo importãtur, videlicet principium actus & terminus: dicitur enim aſsumere, quaſi ad ſe ſumere. Huius autem ſumptionis, perſona eſt & principium & terminus. Principium quidem, quia perſonæ proprie competit agere: huiuſmodi autem ſumptio carnis per actionem diuinam facta eſt. Similiter etiam perſona eſt huius ſumptionis terminus: quia ſicut ſupra dictum eſt,* Vnio facta eſt in perſona non in natura. Et ſic patet, ꝙ propriiſſime competit perſonæ, aſsumere naturam.

*q. præced. art. 1. & 2.

Ad primvm ergo dicendum, quòd cum perſona diuina ſit infinita, non poteſt ei fieri additio. Vnde Cyrillus dicit in epiſt. ſynodali Ephe.* conci. Non ſecundum appoſitionem coniunctionis intelligimus modum, ſicut etiam in vnione hominis ad Deum, quæ eſt per gratiam adoptionis, non additur aliquid deo: ſed illud quod diuinum eſt, apponitur homini. Vnde non Deus, ſed homo perficitur.

*In epiſt. 1. ſyn. Epheſ. ad Neſtor. circa medium illi⁹.

Ad 2^m dicendum, quòd perſona dicitur incommunicabilis, inquantum non poteſt de pluribus ſuppoſitis prædicari: nihil tamen prohibet plura de

¶ Super Quæſtionis tertiæ Articulum primum.

Titulus articuli primi Quæſtionis tertię clarus eſt.

¶ In corpore articuli vnica eſt concluſio reſponſiua quæſito. Perſonæ competit propriiſſime aſſumere naturam. Probatur: Perſona eſt principiũ & terminus aſſumptionis, ergo ſibi conuenit propriiſſime aſſumere. Antecedẽs quo ad primam partem probatur: quia aſſumere eſt actio diuina: agere autem proprie eſt perſonę. Quo ad ſecundam vero: quia vnio facta eſt non in natura, ſed in perſona, vt patet ex ſupra dictis. Conſequentia autem probatur: quia in verbo aſſũptionis importantur tria, principiũ, actus, & terminus: quoniam aſſumere dicitur quaſi ad ſe ſumere. Ex hoc nãque quòd aſſumere importat hæc tria, & hæc omnia competũt perſonæ, quia ipſa eſt principium & terminus actus talis, vt in antecedente dicitur, conſequens manifeſte eſt, quod aſſumere propriiſſime competat perſonæ.

3. di. 5. q. art. 1.

¶ Vbi nota tria: primo, quod exponendo aſſumere quaſi ad ſe ſumere, quia ly ſe eſt pronomen reciprocum, dupliciter ſeu bis denotat illud, pro quo ſtat concurrere ad actionem illam, vno modo ſeu ſemel vt principium, & ſemel ſeu alio modo vt terminum. Et propterea Auctor ex hoc, quòd aſſumere dicitur quaſi ad ſe ſumere, dixit quòd importat principium & terminum actus: niſi enim ly ſe, vtrumque denotaret, non eſſet ad ſe ſumere, ſed eſſet ſumere ad alium. Secundo, quòd in litera in concluſione additur ly propriiſſime: quia, vt infra patebit, non ſoli perſonæ conuenit aſſumere, ſed ſoli perſonæ conuenit propriiſſime. Tertio, quòd hic eſt ſermo de perſona diuina vt ſic, non curando, vtrum ſit vna ſola perſona diuina, vel plures, vtrum abſoluta vel relatiua: eius ſiquidem eſt proprie agere, vt quod agit, & eius eſt terminare vnionem perſonalem vt quod ſubſiſtit in vtraque natura.

¶ In reſponſione ad primum eiuſdem primi articuli, aduerte quòd tam mirabilis eſt hæc incarnationis coniunctio, vt cum hoc, quod fatemur Deum vere acquiſiuiſſe eſſe hominem, quia vere factus eſt homo: quia tamen huiuſmodi ſubſtantiale eſſe acquiſiuit ſine quacumque ipſius dei mutatione, ac per hoc ſine quacũque ſui perfectione, ideo hic vere quoque dicitur, quòd nihil eſt per incarnationẽ additum Deo, & quòd non deus, ſed homo per incarnationem perficitur. Et ad hoc tantum allatum eſſe exemplum de vnione adoptionis noſtræ intellige: quia ſicut in vnione filiorum adoptiuorum non additur aliquid Deo, ſed quod diuinum eſt, apponitur homini, ita proportionaliter in vnione naturalis Filij nihil apponitur deo, ſed deus iungitur homini, vt homo perfectus ſit, hoc eſt, vt homo ſit deus, quod infinitam perfectionem apponit naturæ humanæ.

¶ In reſponſione ad ſecũdum, dubium occurrit circa incõmunicabilitatem ꝑſonæ, vt in litera deſcribitur, ſcilicet penes hoc, quòd non poteſt de pluribus ſuppoſitis prædicari. Videtur ſiquidẽ ſatis rudis huiuſmodi aſſignatio incommunicabilitatis: quoniam talis incommunicabilitas conuenit cuilibet ſingulari creato, tam in genere accidentis, quàm in genere ſubſtantiæ. nam hoc album & ſimiliter hæc albedo, & hæc humanitas, non poteſt de pluribus ſuppoſitis prædicari: quia vt in antepredicamentis dicitur, cuilibet ſingulari conuenit non dici de ſubiecto.

¶ Ad hoc dicitur, quòd in theologia non potuit forte breuius, clarius & formalius deſcribi incommunicabilitas perſonæ, quàm deſcripta eſt in litera: quia apud theologos omnis natura eſt communicabilis pluribus ſuppoſitis, quamuis diuerſimode: quia natura diuina communis eſt per identitatem Patri & Filio & Spirituiſancto. Et hæc natura creata poteſt eſſe communis per aſſumptionem (vt infra patebit) Patri & Filio & Spirituiſancto: perſona quoque communis eſt pluribus naturis, vt patet de perſona filij dei ſubſiſtente in duabus naturis diuina & humana, & de perſona Sortis communi pluribus, accidentalibus tamen naturis, vt in litera dicit̃. Reſtat ergo, vt propria incommunicabilitas perſonæ conſiſtat in hoc, quòd non poſſit eſſe communis pluribus ſuppoſitis, hoc eſt ſibi ipſi & alteri ſuppoſito, & hoc eſt quod in litera exprimitur, per non poſſe prædicari de pluribus ſuppoſitis. Vnde doctrina eſt ſubtiliſſima: ſed obiectio errat in hoc, quòd pro eodem accipit non prædicari de pluribus, de quo Ariſto. loquitur in antepræedicamentis: & non prædicari de pluribus ſuppoſitis, de quo Auctor in litera loquitur, quum hæc diſtent valde: quoniam non poſſe prædicari de aliquo vel aliquibus, vt ſuperius de inferiori, conuenit omni ſingulari, vt obiiciendo bene dicitur: ſed non poſſe prædicari de pluribus ſuppoſitis, ſoli perſonæ conuenit: quia ſoli perſonæ repugnat. Nam & hæc humanitas, & quæ illi ineſt, hæc albedo, poteſt de pluribus ſuppoſitis prædicari, vt patet, ſi a pluribus diuinis perſonis aſſumeret̃.

¶ In eadem reſponſione ad ſecundum, dubium occurrit circa illud: hoc autem eſt proprium diuinæ perſonæ, propter eius infinitatem, vt fiat in ea concurſus naturarum non accidentaliter, ſed ſecundum ſubſiſtentiam, & de concluſione & de ratione eius. Duo ſiquidem hic dicuntur: primo affirmatur hæc concluſio, ſcilicet, quòd ſola diuina perſona poteſt ſubſiſtere in duabus naturis: ſecundo aſſignatur ratio iſtius concluſionis, infinitas diuinæ perſonæ. Vbi duæ quæſtiones determinantur: prima eſt, an aliqua perſona creata poſſit ſubſiſtere in duabus naturis, aſſeritur ſiquidem hic pars negatiua, dum dicitur quòd proprium eſt diuinæ perſonæ, vt fiat in ea concurſus naturarum ſecundum ſubſiſtentiam: ſecunda eſt, an hæc proprietas conueniat diuinæ perſonæ propter infinitatem ipſius; aſſeritur namque in litera pars affirmatiua. Et primam quidem q. Scot. in 3. ſenten. diſtinc. 1. q. 4. diſputat, & dubiam relinquit: ſecundam autem ibidem tractans, oppoſitum tenet, arguitq́ue dicens. Iſta ratio non videtur cõcludere: quia verbũ non eſt infinitum ſecũdum rationem perſonalitatis ſuæ, ſecundum quam ſubſtantificat naturam aſſumptam. igitur non requiritur infinitas in illo ſuppoſito, quod ſic ſubſtantificat. Antecedens patet: q̄a tunc aliqua perfectio formaliter deeſſet Patri, quæ eſt in Filio.

¶ Ad horum euidentiam primo ſoluenda eſt obiectio Scoti: & exinde ſoliditas, vtriuſque dicti in litera monſtranda. Ad obiectionem ergo Scoti negandum eſt antecedens: quamuis poſſit diſtingui, dicendo quòd verbum eſſe infinitum ſecũdum rationem perſonalitatis ſuæ, poteſt dupliciter intelligi, ſcilicet radicaliter vel formaliter, & quòd verbum eſt infinitum ſecũdum rationem deitatis radicaliter, quia ex deitate quicquid eſt in deo, infinitatem habet: ſed ſecundum ſuam perſonalitatem eſt formaliter infinitum: quoniam perſonalitas diuina non eſt conſtitutiua perſonæ niſi infinitæ. Et quemadmodum perſonalitas verbi, ſcilicet filiatio diuina eſt formaliter ſubſiſtens, alioquin non eſſet conſtitutiua perſonæ, quæ formaliter eſt ſubſiſtens, ita eſt formaliter infinita: quia ſubſiſtentia formaliter incluſa in perſonalitate verbi, nec eſt finita nec abſtrahens a finito & infinito, ſicut relatio, inquantum relatio: quia ſubſiſtentia perfectionem ſonat ſimpliciter, vt patet. Nec propterea ſequitur, vt Scotus arguit, probando antecedens, quòd aliqua perfectio formaliter deeſſet Patri, quæ eſt in Filio; quoniam eandem perfectionem, quam perſonalitas verbi formaliter dicit in Filio, perſonalitas Patris dicit in Patre, vt patet de perfectione ſubſiſtentiæ. Sed contingit hic errare, ſi perſonalitates diuinas ſic formaliter metimur, vt eas nihil aliud formaliter eſſe putemus, quàm quod relationi reali formaliter conuenit, quod alienum eſt a celſitudine perſonalitatis diuinæ formaliter ſumptæ: quoniam, vt dictum eſt, conuenit illi formaliter ſubſiſtentia, alioquin non eſſet perſonalitas: quia non eſſet conſtitutiua ſe tota perſonæ. Conſtat autem quòd filius dei, quatenus ſubſiſtens, naturam humanam ſubſtantificat. Vnde patet, quòd verbum ſecundum illam ſuæ perſonalitatis rationem, qua eſt ſubſiſtens, ac per hoc infinitæ ſubſiſtentiæ, vices humanæ perſonæ formaliter & eminenter in myſterio incarnationis ſupplet: eſt enim verbum perſona humanæ naturæ. Et confirmatur, quia per illud idem, quo verbum ſubſiſtit in duabus naturis, diuina ſcilicet, & humana, poteſt ſubſiſtere, quantum eſt ex parte ſua in infinitis naturis: quoniam vbi pluralitas non facit differentiam, nec infinitas faceret differentiam, ſi infinitas impoſſibilis eſſet. Sed verbum per ſuam perſonalitatem, quatenus eſt conſtitutiua perſonæ (quod eſt dicere, quatenus eſt conſtitutiua ſubſiſtentis in diuina natura) habet quòd poſſit in duabus naturis ſubſiſtere, ergo ꝑ ſuam perſonalitatẽ, vt ſubſiſtẽtẽ in diuina na-

tura, poteſt ſubſiſtere in infinitis naturis, ſed poſſe ſubſiſtere in infinitis naturis eſt ſubſiſtentiæ infinitæ. igitur ſubſiſtentia, qua Verbum de facto ſubſtantificat humanam naturam, exigit infinitatem. Eadem enim eſt conditio eius, qua nunc ſubſiſtit in duabus, & qua ſubſiſteret in infinitis. F

¶ Præterea, Verbi perſonalitas in ſua formali rõne claudit ſubſiſtentiam. ergo pfectiõem ſimpliciter. ergo eſt infinita formaliter. Antecedens probatum eſt. Prima conſequẽtia probatur, primo, quia ſubſiſtentia non ſolum eſt perfectio, ſed maxima perfectio: nullum namque diuinum eſſet perfectũ niſi ſubſiſtens. Secundo, ex definitione perfectionis ſimpliciter ſcilicet, ꝙ in quolibet melior eſt ipſa, quàm non ipſa, arguitur ſic. In quolibet ente vt ſic, melior eſt ſubſiſtentia, quàm quodlibet ſibi incompoſſibile. ergo eſt perfectio ſimpliciter. Tertia conſequentia eſt euidẽs etiam apud Scotum: quoniam omnis perfectio ſimpliciter, eſt in Deo infinita formaliter. Ex dictis igitur ſi bene conſiderentur, fidelitas literæ tam in concluſione quam illius ratione apparet. nam ex hoc, quod perſona diuina ex ſuæ perſonalitatis perfectione, quam illius ſubſiſtentia ponit, habet quod poſſit in pluribus naturis ſubſiſtere, manifeſte habetur, quod quum illa perfectio ſit infinita, proprium erit diuinæ perſonæ ob eius infinitatem, quod in ea fiat concurſus naturarum, ſecundum ſubſiſtentiam. Et per hoc ſolutio vtriuſque quæſtionis apparet.

*q.2. art.1.

¶ Nec ex his ſequitur, vt Scotus ibidem q.5. conatur deducere, diuinam naturam eſſe per ſe primo terminum vnionis, propterea quia infinitas primo eſt naturæ, quoniam infinitas Dei, vt eſt naturæ, dat perfectionem infinitam in eſſendo & in cauſando, vt autem eſt perſonæ, dat perfectionem infinitam in terminando. Quo fit, vt quia terminare naturam aſſumptam, nullam cauſalitatem dicit, conſequenter infinitas in terminãdo, nullam cauſalitatem det: & tamen conſtat, quod exigitur ad hoc, quod vna perſona ſubſiſtat in infinitis naturis, ſi eſſent. Quando ergo obiicit Scotus, quod continentia virtualis in termino, quæ æquiualere poteſt tot perſonis, pertinet ad dependentiam inter cauſam & cauſatum vt ſic, ſimpliciter negãdum eſt, & dicendum eſt, quod quia terminare naturam alienam ſubſiſtendo in illa ex infinitate perſonæ, non in cauſando ſed in terminando prouenit, ideoque vocatur quaſi continentia virtualis perſonalitatum in perſona diuina, non ſpectat ad dependentiam cauſæ & cauſati vt ſic: ſed ad dependentiam perſonæ finitæ in terminando ad perſonam infinitam in terminando. Et quia hoc conuenit cuilibet diuinæ perſonæ ratione ſuæ propriæ perſonalitatis: ideo, vt infra patebit, propria perſonalitas Verbi, ſcilicet filiatio, eſt de facto per ſe primo terminus incarnationis. I

¶ In eodem primo articulo in reſponſione ad tertium, aduerte, vt caute verbum denominationis intelligas, quum legis ꝙ natura humana non conſtituit diuinam perſonam ſimpliciter, ſed conſtituit eam, ſecundum quod denominatur a tali natura. Non enim ſumitur hic denominatio pro quacumque denominatione, quum denominentur aliqua ab extrinſeco, vt Sortes dicitur locatus aut veſtitus, aliqua ab accidente, vt Sortes dicitur albus, & aliqua a ſubſtantia, vt Sortes dicitur animatus vel corporeus: ſed ſumitur pro denominatione ſubſtantiali: neque reſtringitur hic denominatio ad denominationem in anteprædicamentis definitam: quamuis & de illa litera hæc verificetur, de denominatione ſubſtantiali loquendo. Nam perſona filij Dei eſt vere perſona humana: & inquantum eſt perſona humana, conſtituitur per naturam humanam, ita quod natura humana in Chriſto non conſtituit filij Dei perſonam, quatenus eſt perſona, ſed quatenus eſt perſona humana. Et hoc intendit litera quoniam ly humana, denominationẽ ſubſtantialem a natura hominis importat. Et quoniam filij Dei perſona ſic facta eſt perſona humana, vt ipſe filius Dei vere ſit homo: ideo dixi, quòd denominatio iſta non ſic reſtringitur, quin verificetur etiam ſubſtantialis vniuocatio: perſona ſiquidem verbi ita eſt humana, quod eſt etiam homo vniuoce cũ reliquis hominib⁹. Tanta eſt autem excellentia incarnationis, vt non poſſit vnica via aut ratione dici, ſed oporteat multis viis ac modis myſterij illius cognitionẽ qualemcumque inueſtigare: & ideo nũc ꝑ denominationẽ, nunc per vniuocationem incedimus.

persona prædicari. Vnde non eſt contra rationem perſonæ ſic communicari, vt ſubſiſtat in pluribus naturis; quia etiam in perſonam creatam poſſunt plures naturæ cõcurrere accidentaliter: ſicut in perſona vnius hominis inuenitur quãtitas & qualitas. Hoc autem eſt proprium diuinæ perſonæ, propter eius infinitatem, vt fiat in ea concurſus naturarum, non quidem accidentaliter, ſed ſecundum ſubſiſtentiam. G

Ad 3ᵐ dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt,* natura humana non conſtituit perſonam diuinam ſimpliciter: ſed conſtituit eam ſecundum quòd denominatur a tali natura. Non enim ex natura humana habet filius Dei, quòd ſit ſimpliciter, cum fuerit ab æterno: ſed ſolum quòd ſit homo: ſed ſecundum naturam diuinam conſtituitur perſona diuina ſimpliciter. Vnde perſona diuina non dicitur aſſumere diuinam naturam, ſed humanam. H

## ARTICVLVS II.

*Vtrum diuinæ naturæ conueniat aſſumere.*

Ad secundum ſic procedit. Videtur quòd naturæ diuinæ non conueniat aſſumere: quia, ſicut dictum eſt,* aſſumere dicitur quaſi ad ſe ſumere: ſed natura diuina non ſumpſit ad ſe humanam naturam, quia non eſt facta vnio in natura, ſed in perſona: ſicut ſupra dictum eſt.* Ergo naturæ diuinæ non competit aſſumere naturam humanam.

3.di.5.q.1 art.1. — *Art. præ. — *q.2.art.1. & 2.

¶ 2 Præter. Natura diuina communis eſt tribus perſonis. Si ergo naturæ conuenit aſſumere, ſequitur quòd conueniat tribus perſonis. Et ita Pater aſſumpſit naturam humanam ſicut & Filius, quod eſt erroneum.

¶ 3 Præt. Aſſumere eſt agere: agere autem conuenit perſonæ, non naturæ, quæ magis ſignificatur vt principium, quo agens agit. Ergo aſſumere non conuenit naturæ.

Sed contra eſt, ꝙ Aug. dicit in lib. de Fide ad Pet.* Illa natura quæ ſemper genita manet ex Patre, id eſt, quæ eſt per generationem æternam accepta a Patre, naturam noſtram a matre ſine peccato ſuſcepit. B

*c.2. inter pri. & med. c. tom. 3.

Respondeo Dicendum, quòd ſicut dictum eſt,* in verbo aſſumptionis duo ſignificantur, ſcilicet principium actionis & terminus eius. Eſſe autem aſſumptionis principium, conuenit naturæ diuinæ ſecundum ſeipſam: quia eius virtute aſſumptio facta eſt, ſed eſſe terminum aſſumptionis non conuenit naturæ diuinæ ſecundum ſeipſam: ſed ratione perſonæ, in qua conſideratur. Et ideo primo quidem, & propriiſſime perſona dicitur aſſumere: ſecundario autem poteſt dici, ꝙ etiam natura aſſumpſit naturã ad ſui perſonam. Et ſecundum etiam hunc modum dr̃ natura incarnata,

*c.2. inter princip. & med. c. to. 3

¶ *Super Quæſtiõis tertiæ Articulum ſecundum.*

In titulo articuli ſecundi, nota omnes tres terminos: nam ly naturæ diuinæ, in hoc articulo ſumitur, nõ vt ſumitur per modum naturæ tantum, vt ſignificatur nomine Deitatis: ſed etiam vt ſumitur, per modum ſubſiſtentis in natura vt ſic, vt ſignificatur nomine Dei ſeu Dei huius: ita quod appellatione naturæ diuinæ venit hoc in loco nõ ſolum deitas, ſed Deus & Deus hic. Nec hoc ego ſomnio, ſed ex reſponſione ad tertiũ clare habeo, vt ibi declarabitur, & nunc ſupponatur, ita quod natura diuina ſumitur hic, vt diſtinguitur contra perſonã ſimpliciter, hoc eſt ſecundum completam rationem perſonæ.

¶ Ly conueniat ſumitur non de poſſibili, ſed de facto: quoniã an natura poſſit aſſumere, in ſequenti tractabitur articulo, ſed an de facto verum ſit, quod deitas, deus, hic deus aſſumpſerit naturam, quæritur, vt patet ex reſponſione ad ſecundum, vbi dr̃, quod aſſumere conuenit naturæ diuinæ rõne pſonæ verbi.

¶ Ly aſſumere, vniuoce ſumitur, vt. ſ. terminatur ad vnionem perſonalem verbi, qualis deſcripta iam in antedictis eſt, vt ex reſponſione ad ſecundum iam allegata, patet.

¶ Rurſus aduerte, ꝙ quum quærit hic an naturæ diuinæ conueniat aſſumere intentio qõnis eſt, an ſic cõueniat, quod poſſit vere dici, quod natura diuina aſſumpſit naturam humanã. Et in hoc clauditur, an naturæ diuinæ conueniat aſſumere, vt quod aſſumit, ita ꝙ non ſufficit quæſtioni dicere, quod natura diuina eſt, qua ſeu quo facta eſt aſſũptio: ſed inquirimus an ſit quod, ſeu quæ aſſumpſit naturã humanam. Hæc de titulo.

¶ In corpore articuli vnica eſt concluſio principalis. Naturæ conuenit ſecundario aſſumere naturã. Probatur. Aſſumens eſt principiũ & terminus aſſumptionis: ſed natura diuina eſt ſm̃ ſe principium, & non ſm̃ ſe, ſed ratione perſonæ eſt terminus aſſumptionis. ergo natura diuina eſt ſecundario aſſumens, ſ. ad ſui perſonam. Maior probatur ex eo, quod in verbo aſſumptionis importatur vtrũque, ſ. principium & terminũ aſſumptionis eſſe idem. Minor quo ad primam partem probatur: quia virtute naturæ diuinæ aſſumptio facta eſt: quo ad ſecundam vero: quia eſſe terminum aſſumptionis conuenit primo perſonæ, vt patet ex præcedenti articulo. Vbi quia etiam dictũ eſt, quòd perſona eſt etiam principium aſſumptionis vt quod, ideo hic repetitur, quòd propriiſſime & additur quòd primo conuenit perſonæ aſſumere. Secunda autem concluſio adiuncta propter clarificanda ſimilia eſt, quòd natura diuina ꝑ hunc modum, ſcilicet ſecundario eſt incarnata: quia ſcilicet carnem ad ſui perſonam aſſumpſit. K

¶ In reſponſione ad ſecundum, quo ad omnes eius partes, nota pro ſequenti articulo. Tria enim hic dicuntur, primũ eſt de cõitate conueniẽtium naturæ diuinæ ſecundũ ſe, vt diſtinguitur contra perſonam. Secundum de aſſumere, quod de facto ei conuenit ratione verbi. Tertium de illa ſubiuncta cauſali, ſcilicet: & ideo illi ſoli perſonæ conuenit. Ad hæc enim in ſequenti articulo recurſus erit.



¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem ſecundi articuli, aduerte quod quia argumentum ad hoc tendebat, quod naturæ diuinæ non cõueniebat aſſumere, ẽt vt principio aſſumptiõis, hoc eſt vt principio, quod aſſumere dicitur: quia natura habet rationem principij, vt quo, non vt qd. & Auctor intendit quod naturæ diuinæ conuenit aſſumere ĩ ratione principij non ſolũ quo, ſed quod: ideo in hac reſponſione dicit, ſicut quo ad eſſe, idem eſt in Deo quo & qđ, ita quo ad agere. Et ideo natura diuina eſt quo Deus agit aſſũptionem, & quod agit illam: quia eſt ipſe Deus agens, quod nihil aliud eſt, quam dicere, quia deitas hæc eſt hic Deus: hæc enim ſunt abſtracta & concreta naturæ diuinæ ſingulariter ſignificatæ. Vbi clare videre potes bene expoſitum fuiſſe titulum articuli. Habes quoque hinc ſenſum dictorum in corpore articuli de termino aſſumptionis, quum dicitur quod naturæ diuinæ non conuenit eſſe aſſumptionis terminum ſecundum ſe, ſed ratione perſonæ. Nam hinc patet & ex reſponſione ad ſecundum, quod appellatione Perſonæ hic intelligitur ſola perſona ſimpliciter & perfecte habens rationem perſonæ, vt eſt verbum Dei, & appellatione Naturæ intelligitur, tam natura in abſtracto, quam in concreto, tam deitas, quàm Deus, tam hæc deitas quàm hic Deus. Habes enim hinc, quod ipſe ſeu hic Deus, concurrit ad aſſumere, vt principium quod & non vt terminus, habes ex reſponſione ad ſecundum, quod ideo ſoli perſonæ verbi conuenit aſſumere vt termino: quia eſſe terminum aſſumptionis conuenit deitati ratione perſonæ verbi. Quid clarius? Reſtat igitur indubitata apud auctorem cõcluſio, quod per ſe primo terminus aſſumptionis in myſterio incarnationis eſt perſona Verbi vt ſic, vt diſtinguitur contra naturam & indiuiduũ naturæ & alias perſonas, hoc eſt, eſt verbum vt diſtinguitur a deitate hac, & hoc Deo, & Patre & Spiritu ſancto.

¶ Quæſtio non diſſimulanda ex Durand. in 3. Sentẽ. diſt. 1. q. 2. occurrit, probante quod perſonæ diuinæ cõuenit primo ratione eſſentiæ diuinę aſſumere terminatiue, ita quod ad vnionem perſonalem verbi cum natura humana non conſequitur: ſed præexigitur vnio naturæ diuinæ cum natura humana. Præmittit autem ſuppoſitionem vnam, ſ. ſubſiſtere in diuinis, eſt vnicum & abſolutum, ac per hoc competit omnibus perſonis diuinis ratione eſſentiæ, ſicut cetera eſſentialia. Hanc autem ſuppoſitionem probat dupliciter. Primo ratione: quia perſona diuina, per aliud formaliter eſt ſubſiſtens, & per aliud formaliter eſt ſuppoſitum: quia per eſſentiam & non per proprietatem relatiuam eſt ſubſiſtens: & per proprietatem relatiuam eſt ſuppoſitum: quia ſubſiſtere dicit eſſe ſecundum perfectiſſimum modum eſſendi: perfectiſſimus autem modus eſſendi eſt in ſe exiſtere non ad aliud eſſe: eſſentia autem facit formaliter in ſe exiſtere, proprietas autem relatiua ad aliud eſſe. igitur ſubſiſtere in diuinis eſt per eſſentiam, & non per proprietatem relatiuam. Secundo auctoritate Auguſt. in 5. de Trini. Omnis res ad ſeipſam ſubſiſtit, quanto magis Deus? Probari quoque poteſt tertio ad hominem, ſcilicet ad S. Thomam, quia apud ipſum in quæſt. de poten. q. 9. art. 5. ad 3. eſſentia diuina nõ habet ſubſiſtere a proprietatibus perſonalibus, ſed econtra proprietates perſonales habent, quod ſubſiſtant ab eſſentia diuina. Hac igitur ſuppoſitione ſtante probat Durandus intentum ſic. Perſona diuina per illud, quo ſubſiſtit, primo terminat dependentiã naturæ aſſumptæ. ergo ratione eſſentiæ diuinæ primo terminat. antecedens eſt per ſe notum. Conſequentia autem ex ſuppoſitione probata patet: quia per eſſentiam diuinam, & nõ per proprietatem perſonalem ſubſiſtit. Et ſic patet, quod terminare aſſumptionem & vnionẽ primo conuenit naturæ diuinę. Et directe ſunt hæc contra doctrinam præſentis articuli; vbi expreſſe dicitur, quod eſſe terminum aſſumptionis, non conuenit naturæ diuinæ ſecundum ſe, ſed ratione perſonæ.

A ¶ Ad hanc quæſtionem ſic procedendum eſt, quod primo oſtẽdendum eſt, quòd ſubſiſtere in diuinis eſt eſſentiale & perſonale ſicut res: ita quod ſicut tam eſſentia quàm perſona quælibet eſt ſecundum ſeipſam formaliter res, & ſimul non quatuor, ſed tres res ſunt, ita tam eſſentia, quàm perſona quælibet eſt ſecundum ſeipſam formaliter ſubſiſtens, & ſimul non ſunt quatuor, ſed tres ſubſiſtentiæ. Deinde ad quæſitum deueniendũ eſt. Ad euidentiã autem primi nõ eſt ꝓcedẽdum ex ſignificatione ſubſiſtentiæ, quam iſte vel ille aſſignat: ſed ex his quæ ab omnibus acceptantur. Et propterea, hinc inchoandum reor, ꝙ infra latitudinem ſubſtantiarum ſermonem hũc intelligendo, differentia manifeſta inuenitur inter naturam etiam ſingularem & ſubſiſtens in natura, in hoc, quod ratio naturæ etiam huius eſt pura ratio naturæ ſingularis: ratio vero ſubſiſtentis in natura eſt ratio habentis naturam illam, quod ſub aliis verbis dicitur, natura eſt, vt quo, ſubſiſtens eſt vt quod. Manifeſtatur differentia hæc inductiue in hac humanitate & hoc homine, hac deitate, & hoc Deo &c. C Probaturque ſic eſſe in re ex ipſo incarnationis myſterio: in quo fatemur inueniri hanc humanitatem ſine hoc homine proprio illi humanitati: quoniam non eſt ibi hic homo, niſi filius dei. Ex hoc enim, quod huic humanitati nihil deeſt, niſi propria ſubſiſtentia, & niſi proprium ſubſiſtens in hac humanitate, & conſtat quod non deeſt, niſi proprium habens illam humanitatem, manifeſte patet quod ratio ſubſiſtentis in natura, & ratio habentis naturam, vna & eadem eſt. Inter ſubſtantiam autem diuinam & creatas hæc eſt in propoſito differentia, quod in creatis vnica tantum ratione, vnico tantum modo inuenitur habens naturam, ſcilicet vt hypoſtaſis ſeu vt prima ſubſtantia, quoniam in creaturis non eſt differentia inter indiuiduum naturæ & primam ſubſtantiam ſeu hypoſtaſim. In deo autem inuenitur duplici ratione & modo habens naturam, ſcilicet habens naturam communiter, vt hic deus: & habens naturam incommunicabiliter, vt patet: ac per hoc inuenitur ſubſiſtens in natura communiter vt hic deus: & ſubſiſtens in natura incommunicabiliter, vt quælibet diuina perſona. D Conſtat enim, quod hic deus vt ſic ſubſiſtit eſſentialiter, tam Pater autem quàm Filius, & quàm Spiritusſanctus vt ſic, ſubſiſtit perſonaliter: hic deus ſubſiſtit formaliter deitate. Filius autem ſubſiſtit formaliter ſua perſonalitate, quæ eſt ipſa filiatio. Alia ergo eſt ratio ſubſiſtendi huic deo: & alia filio, ſicut alia eſt ratio deitatis & perſonalitatis, & ſimiliter alius eſt modus ſubſiſtendi, quo hic deus ſubſiſtit quoniam ſubſiſtit eſſentialiter & communiter: & quo filius ſubſiſtit, quoniã ſubſiſtit perſonaliter & incommunicabiliter.

¶ Et ne quis me putet noua cudere, probatur ratione & auctoritate, ſubſiſtere eſſe etiam perſonale in diuinis, & eſſe formaliter magis perſonale, quam eſſentiale: quamuis radicaliter ſit eſſentiale. Probantur ſingula. Quod ſubſiſtere ſit perſonale, patet ſic. Perſonalitas diuina eſt formaliter perſonale. ergo ſubſiſtentia. Tenet ſequela, alioquin perſonalitas non conſtitueret perſonam, ſed relatiuum tantum: ſi enim paternitas non conſtituit ipſum quaſi ſubiectum relationis paternæ, conſtat quod non conſtituit perſonam Patris, E & ſi conſtituit perſonam Patris, conſtituit quaſi ſubiectum paternæ relationis: ipſum autem quaſi ſubiectum paternæ relationis conſtat eſſe ſubſtantiam indiuiduam, ſubſiſtentiam, hypoſtaſim. Idem eſt ergo dicere, quod ſubſiſtentia non eſt perſonalis, & dicere quod perſonalitas non eſt perſonalis, quum perſonalitas ſubſiſtentia ſit: quia conſtituere perſonam eſt conſtituere ſubſtantiam indiuiduam in natura intellectuali. Et confirmatur: quia etiam fingendi data licentia, impoſſibile eſt intelligere ſubſtantiam indiuiduam in natura intellectuali, & non intelligere ſubſiſtens in natura intellectuali. Conſtat autem luce clarius, quod ly Subſtantia indiuidua, loco cuius ponimus ſubſiſtens importat formaliter perſonalitatem. claudit ergo perſonalitas in ſe formaliter

non quaſi ſit in carnem conuerſa, ſed quia naturam carnis aſſumpſit. Vnde Damaſcenus dicit,* Dicimus naturam Dei incarnatam eſſe, ſecundum beatos Athanaſium † & Cyrillum.*

*Li. 3. orth. fid. c. 6. ad finem.

† Athana. i ſymb. ſuo fidei.

* Cyrill. in conc. Chal. act. 1. poſt epiſt. Cyril. ad Ioã. epi, Antioch.

G AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ly ſe, eſt reciprocum, & refert idem ſuppoſitum. Natura autem diuina non differt ſuppoſito a perſona Verbi: & ideo inquantum natura diuina ſumit naturam humanam ad perſonam verbi, dicitur eam ad ſe ſumere. Sed quamuis Pater ſumat naturam humanam ad perſonam verbi, non tamen propter hoc ſumit eam ad ſe: quia non eſt idem ſuppoſitum Patris & Verbi, & ideo non poteſt dici proprie, quod Pater aſſumat naturam humanam.

AD 2^m^ dicendum, quòd illud quod conuenit naturæ diuinæ ſecundum ſe, conuenit tribus perſonis: ſicut bonitas, ſapientia, & huiuſmodi. Sed aſſumere conuenit ei ratione perſonæ verbi, ſicut dictum eſt.* Et ideo ſoli illi perſonæ conuenit.

* In corp. art.

AD 3^m^ dicendum, quòd ſicut in Deo,ª idem eſt quod eſt, & quo eſt; ita etiam in eo idem eſt quod agit, & quo agit: quia vnumquodque agit, inquantum eſt ens: Vnde natura diuina eſt illud, quo Deus agit, & eſt ipſe Deus agens.

ª D. 1081.

ARTICVLVS III.

*Vtrum abſtracta perſonalitate per intellectum, natura poſſit aſſumere.*

H AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd abſtracta perſonalitate per intellectum, natura non poſſit aſſumere. Dictum eſt* enim, quòd naturæ conuenit aſſumere ratione perſonæ:

* art. præced.

ſubſiſtentiam, nec oppoſitum eſt intelligibile. Et confirmatur: quia niſi eſſet Trinitas ſubſiſtentium, non eſſet Trinitas perſonarum: ſed eſſet ſola Trinitas relationum vt ſic, hoc eſt ſecundum eſſe & non ſecundum perſonalitates, quod a fidei doctrina alienum eſt, confitente quod alia eſt perſona Patris, alia Filij, alia Spiritus ſancti. Auctoritas ad hoc Auctoris eſt in prima parte, quæſtione quadrageſima, vbi dicit arti. 3. in cor. proprietates perſonales non intelliguntur aduenire hypoſtaſibus diuinis quaſi formæ ſubiecto præexiſtenti, ſed ferunt ſecum ipſas hypoſtaſes: & in reſpõſione ad ſecundum dicit, paternitate nõ ſolum eſt Pater, ſed qs ſeu hypoſtaſis. Quid clarius? Et in quæſtione nona, de pot. Dei, articulo quarto dicit, perſona diuina formali ſignificatione ſignificat diſtinctũ ſubſiſtens in natura diuina.

¶ Quòd autem ſubſiſtentia magis ſit formaliter perſonale, quàm eſſentiale, ex duobus patet, primo, quia perſona in communi in formali ſuo ſignificato includit ſubſiſtens, vt Auctor expreſſe dicit in dicto articulo dictæ quæſt. de potentia Dei, & patet ex definitione Boe. quia in recto ſignificat ſubſtantiam indiuiduam, hoc eſt ſubſtantiam primam, quam conſtat eſſe ſubſiſtens primum: natura autem in communi non ſignificat ſubſiſtens. Secundo, ex eo quod ſubſiſtens in natura diuina vt ſubſiſtens, habet rationem perſonæ, quamuis incomplete: ex eo namque quod etiam in natura diuina ſubſiſtens, quamuis communiter, induit quandam rationem perſonæ appropinquando ad rationem perſonæ, & habendo rationem perſonæ incõplete, ſignum habetur, quod ſubſiſtere, quod habere rationem ſubſiſtentis magis conuenit formaliter perſonæ, quam naturæ. magis ergo eſt formaliter pſonale, quam eſſentiale. Notanter autem dixi, formaliter: quia I radicaliter conſtat diuinam eſſentiam habere primo rationem ſubſiſtentis: ita quòd ſi ſic loqui licet, perſonæ diuinæ mendicant ſubſiſtentiam ab eſſentia, & non econtra. Et ſecundum hoc ſaluatur differentia inter Deum & creaturas, quod in creaturis natura mendicat ſubſiſtere ab hypoſtaſi: non enim ſubſiſtit hæc humanitas niſi per hypoſtaſim: in diuinis vero deitas ſeipſa ſubſiſtit. Et ideo paternitas conſtituit hypoſtaſim paternam, quia eſt eadem deitati: ita quod ex deitate habet quaſi originaliter ſeu radicaliter, ex ipſa autem formaliter, quod ſubſiſtat quod conſtituat hypoſtaſim, quod eſt conſtituere ſubſiſtens hypoſtatice.

¶ Ex his autem patet, quid dicendum ad Durand. quod ſuppoſitio ſcilicet quodammodo eſt vera, & quodammodo falſa: quoniam ſubſiſtere non vno modo dicitur, ſed eſſentialiter, vel K perſonaliter: & ſi referatur ad ſubſiſtere eſſentiale, vera eſt: ſi autem ad perſonale, falſa eſt: ſunt enim in diuinis tres ſubſiſtentiæ perſonales, ſicut tres primæ ſubſtantiæ, ſicut tres perſonæ.

¶ Ad rationem autem Durandi dicitur diſtinguendo, quòd pſona diuina per aliud eſt ſubſiſtens eſſentialiter, quia per eſſentiam: & per aliud ſuppoſitum, quia per proprietatem perſonalem, ſed per hoc idem et ſubſiſtens perſonaliter. ſubſiſtit enim in perſona & eſſentialiter, quia eſt hic Deus, & perſonaliter, quia eſt hæc perſona. Et quum dicitur, ſubſiſtere dicit eſſe ſecundum perfectiſſimum modum eſſendi, tranſeat: ſed non valet, ergo non eſt per relationem diuinam, inquantum eſt forma perſonalis, ſed bene valet, ergo non eſt per eã, inquantum eſt relatio. & ſimiliter valet, ergo non per ad aliud ſe habere vt ſic, cum quo ſtat, quod ſit per ad aliud ſe habere, vt eſt forma hypoſtatica. Similiter nihil obſtat quod ſubſumitur, ſed perfectiſſimus modus eſſendi eſt in ſe, non ad aliud: conceditur ſiquidẽ totum formaliter loquẽdo. Et dicitur, quod ſubſiſtere nõ dicit F modum eſſendi ad aliud, formaliter loquendo: cum quo ſtat, quod dicat modum eſſendi conſtitutum per ad aliud, non inquantum ad aliud, ſed *inquantum eſt forma hypoſtatica*, vt latius in commentarijs primæ partis tractatum eſt.

¶ Ad auctoritatem Auguſt. dicitur, quòd ſicut ſubſtantia indiuidua, formaliter loquendo, non eſt ad aliud, ſed ad ſe, & ſimiliter pſona non eſt ad aliud, ſed ad ſe (nullus enim eſt perſona aut ſubſtãtia indiuidua ad aliud) ita ſubſiſtens eſt ad ſe, & non ad aliud. Et hoc ſolum intendit Auguſtinus, vt patet ex diſcurſu ipſius ex communibus Deo & creaturis. Et hoc eſt veriſſimum, vt patet exercẽdo hęc: nulla enim res dicitur ſubſtantia indiuidua, aut hypoſtaſis aut perſona, aut ſubſiſtens, ad aliud. Sed ſicut cum his ſtat, quòd gratia materiæ, ſubſtantia indiuidua & hypoſtaſis, & perſona in diuinis ſignificat relationem non ad aliud, ſed vt rem hypoſtaticam, ita ſtat quod ſubſiſtens & ſubſiſtentia ſignificet relationem vt rem hypoſtaticam. Ad probationem ad hominem, tertiò allatam ex auctoritate Auctoris, iam dictum eſt.

1. di. 5. q. 1. art. 3.

¶ Ex his quoque patet, quid dicendum ſit ad rationem Duran. contra propoſitum, nam tota ratio conſiſtit in hoc: per illud primo perſona terminat dependentiam naturæ aſſumptæ per quod ſubſiſtit. Et ad hoc dicendum eſt iuxta dicta, quod ſi ſubſiſtit, ſtat pro ſubſiſtere eſſentialiter, falſum aſſumitur: ſi autem ſtat pro ſubſiſtere perſonaliter, verum dicitur. ſed arguens in primo ſenſu loquitur, & probat minorem eius: & ideo nihil contra Auctoris ſolidam doctrinam concludit: Et hæc reſponſio data eſt non faciendo difficultatem I in verbo dependentiæ, quum Arguens dixit, terminat dependentiam naturæ aſſumptæ, quod ideo dico; quia dependentia non niſi inter cauſam & effectum vt ſic, proprie ſaluari videtur: terminus autem aſſumptionis vt ſic, nullam cauſalitatem ad naturam aſſumptam habet: alioquin tota Trinitas neceſſario eſſet terminus aſſumptionis: quia indiuiſa eſt cauſalitas Trinitatis ad extra. Et hoc magis manifeſtatur, quòd perſona diuina ratione proprietatis perſonalis (cuius non eſt ſecundum ſe cauſare) primo terminat aſſumptionem: & non ratione naturæ, cuius eſt ſecundum ſe cauſare. Nam & perſonæ diuinæ ratione proprietatis perſonalis conuenit per ſe primo terminare naturam vſqueadeo, vt etiam natura diuina interminata quodammodo ſit ſecundum ſe, & ad proprietatem perſonalem vltimo terminetur: intelligimus enim hunc Deum quaſi interminatum, donec determinemus K Patrem aut Filium aut Spiritumſanctum. Ex hoc igitur, quod perſonalitas diuina ipſam naturam diuinam terminat, oſtenditur quod Verbum ratione ſuæ perſonalitatis, primo terminat naturam aſſumptam: vt ſic vna Verbi perſona terminet duas naturas, diuinam ſcilicet & humanam, ſicut ſubſiſtit in duabus naturis, diuina ſcilicet & humana, quamuis diuerſimode. Omnia igitur conſonant veritati doctrinæ articuli huius, dicentis quòd aſſumere terminatiue conuenit primo perſonæ, ita quod naturæ non conuenit niſi ratione perſonæ.

*Super Quæſtionis tertiæ Articulum tertium.*

TItulus articuli, quia in corpore articuli declaratur, pertranſeundus eſt: eo tamen pacto, vt poſt declarationem literæ amplius declaretur.

¶ In



ſed quod conuenit alicui ratione alicuius, remoto eo, non poteſt ei conuenire: ſicut corpus, quod eſt viſibile ratione coloris, ſine colore uideri non poteſt. ergo abſtracta perſonalitate per intellectum, natura aſſumere non poteſt.

¶ 2 Præt. Aſſumptio importat terminum unionis, ut dictum eſt:* ſed unio non poteſt fieri in natura, ſed ſolum in perſona. ergo abſtracta perſonalitate, natura diuina non poteſt aſſumere.

Ar. 1. huius quæſt.

¶ 3 Præt. In Prima parte dictũ eſt.* ꝙ in diuinis abſtracta perſonalitate, nihil manet: ſed aſſumẽs eſt aliquid. ergo abſtracta perſonalitate, non põt diuina natura aſſumere.

p. p. q. 40. artic. 3.

SED CONTRA, eſt quod in diuinis perſonalitas dr̃ ꝓprietas, perſonalis q̃ triplex eſt. ſ. paternitas, filiatio & proceſſio, ut in prima parte dictum eſt:* ſed remotis his per intellectum, adhuc remanet Dei omnipotentia, per quam eſt facta incarnatio: ſicut angelus dicit *Lucæ 1.* Non erit impoſſibile apud Deum omne uerbum. ergo uidetur, quòd remota perſonalitate, natura diuina poſſit aſſumere.

p. p. q. 30. art. 2.

B RESPON. Dicendum, quòd intellectus dupliciter ſe habet ad diuina. Vno modo, vt cognoſcat Deum ſicuti eſt, & ſic impoſſibile eſt, ꝙ circunſcribatur per intellectum aliquid a Deo, & ꝙ aliud remaneat: quia totum, quod eſt in Deo, eſt unum, ſalua diſtinctione perſonarum. Quarum tamen, una tollitur ſublata alia: quia diſtinguuntur ſolum relationibus, quas oportet eſſe ſimul. Alio modo ſe-

A ¶ In corpore articuli duo fiunt. Primo diſtinguitur, ac declaratur vnus terminus quæſtionis. ſ. ly, abſtracta. Secundo, reſpõdetur quæſito vnica concluſione. Diſtinctio duplex in litera ponitur. Vna explicite de duplici modo, quo ſe habere poteſt intellectus ad diuina, vel cognoſcendo Deum, ſicuti eſt, vel cognoſcendo Deum per modum ipſius intellectus. ſ. multipliciter & diuiſim. Altera implicite de duplici abſtractione, vel ex parte rei, vnde fit abſtractio, vel ex parte intellectus tantum: prima .n. abſtractio ſpectat ad primum modũ cognoſcendi rem. ſ. ſicuti eſt: ſecunda autẽ abſtractio ſpectat ad ſecundum modum cognoſcendi rem. ſ. multipliciter & diuiſim, quod in re vnũ eſt. Iuxta primum membrum tã modi cognoſcendi, quàm abſtractionis dicitur, ꝙ eſt impoſſibile aliquid abſtrahi in Deo: quoniã omnia ſunt ibi vnum, ſalua diſtinctione perſonarum &c. Iuxta ſecundum modum tam cognitionis, quàm abſtractionis dicitur, quòd poſſibile eſt aliquid abſtrahi in Deo: quia poteſt cognoſci vnum, non cognoſcendo aliud, vt patet de attributis, & ꝓprietatibus perſonalibus.

¶ Nota hic, quòd primus modus cognitionis, & abſtractionis perſpicietur impoſſibilis in diuinis, ſi videbis quare habet locum in creaturis, & in quibus. Quando enim in re inuenitur aliud & aliud eſſe ſiue in actu, ſiue in potentia, tunc inuenitur abſtractio ex parte rei: nam album ab homine, & econtra abſtrahere poſſum ex parte rei: quia aliud eſt eſſe album, & aliud eſſe hominem. Formam quoque a materia, & econtra abſtraho: quia aliud eſt materia aliud forma, aliud enim eſt corpus, aliud anima. Animal quoque a rationali, & econtra abſtraho ex parte rei: quia aliud eſt eſſe animal, aliud eſt eſſe rationale, quamuis in aliquo coincidant in vnã rem, & ſimile eſt de alijs huiuſmodi iudicium. Et per oppoſitum ſi aliqua, quæ dicuntur plura, ita ſimpliciter coeant, vt nec actu, nec potẽtia diſtinctionem aliquam habeant, ſed vna ſimpliciſſima res ſit altioris ordinis æquiualens omnibus, non habet ibi locum abſtractio ex parte rei: quoniam abſtractio ex parte rei diſtinctionem aliquam ex parte rei pro fundamento ipſius exigit: alioquin ex parte rei non ſe tenet, cum abſtractio diſtinctionem quandam ita includat, vt ſine diſtinctione non ſit intelligibilis. Eo namque ipſo quod abſtraho, diſtinguo, vel diſtinctionem ſuppono & propterea ſi ex parte rei eſt abſtractio, ex parte rei ſupponitur diſtinctio. Vnde, quia Deus eſt ſimpliciſſima res altiſſimi ordinis omnia præhabens in ſua *vnica re reali & formali*, ideo nulla ibi ex parte rei poteſt fieri abſtractio, ſalua tamen perſonarum diſtinctione. Nec propterea cenſenda eſt fictitia abſtractio ex parte intellectus tantum, quoniã talis abſtractio licet non habeat in re diſtinctionem ſibi correſpondentem, habet tamẽ alterius rationis fundamentum in re. ſ. celſitudinem rei virtualiter præhabentis huiuſmodi diſtinctionem. Et vt vnico verbo dicatur, abſtractio ex parte rei & abſtractio ex parte intellectus tantum differunt ſicut effectus ex cauſa vniuoca, & ex cauſa æquiuoca, quoniam in prima, diſtinctio abſtractionis eſt ex diſtinctione inuenta in re: in ſecunda vero diſtinctio abſtractionis eſt, nõ ex diſtinctione inuenta in re, ſed ex re virtualiter continente huiuſmodi diſtinctionem. In nulla igitur huiuſmodi abſtractionum eſt mendacium, ſed utraque uere fulta, quamuis difformiter ex parte rei.

¶ Et per hoc patet titulus articuli, ſub quali abſtractione uertitur in dubium, cum quæritur, an abſtracta perſonalitate &c. Patet enim, quod de abſtractione ex parte intellectus tantum eſt quæſtio, quoniam perſonalitas & deitas nullo modo diſtinguuntur ex natura rei, ſed eſt ibi una ſimpliciſſima res, unius in ſe ſimpliciſſime adeo excelſæ rõnis formalis, ut habeat formaliter & propria deitatis & propria perſonalitatis & propria ſubſtantiæ & propria relationis: & propterea uirtualiter dicitur continere talium diſtinctionem, quod abuſiue ab alijs uocatur diſtingui formaliter ex natura rei. Sed his omiſſis, & ſobrie intellecta abſtractione perſonalitatis, quouis modo exprimatur, dupliciter poteſt titulus articuli huius intelligi. Primo, ut abſtractio perſonalitatis fiat a Deo. Secundo, ut abſtractio perſonalitatis non fiat a Deo, ſed ab actu incarnationis etiam terminatiue. *Si enim perſonalitas abſtrahi intelligitur a Deo*, ſenſus eſt, an ſi Deus non haberet perſonalitatem, quam de facto habet, poſſet aſſumere, & præcipue terminatiue. Si uero abſtractio fiat ſolum ab ab actu incarnationis, ſenſus eſt, an exiſtẽte Deo, ſicuti eſt. ſ. vno in ſubſtãtia & trino in perſonis, poſſit hic Deus, inquantum hic Deus ſecũdum ſe, non ratione Patris, aut Filij, aut Spiritusſancti aſſumere, hoc eſt, & facere, & terminare aſſumptionem. Et in C primo quidem ſenſu communiter a doctoribus tractari uidetur, & ab auctore hic tractatur: in ſecundo autem tangi quidẽ inuenio a Auctore aliqualiter, ſed ordinate diſcuti, minime. Abſoluenda igitur eſt quæſtio hæc, primum in primo ſenſu, proſequendo expoſitionem literæ: & deinde in ſecundo tractanda eſt ſenſu. Hæc de primo.

¶ Quo ad ſecundum, cõcluſio reſponſiua quæſito affirmatiue eſt. Abſtracta ſecundo modo perſonalitate, poſſumus intelligere naturam diuinam aſſumentem. Hæc concluſio non aliter probatur in litera: quia ſoluendo obiectiones in reſponſionibus argumentorum ſufficienter manifeſtatur.

¶ In reſponſione ad primum, dubium nouitiorum occurrit, circa illud, Erit aliquid ſubſiſtens, & per conſeqens perſona: quia non ualet conſequentia, In natura intellectuali eſt ſubſiſtens, ergo perſona, ut patet ex antedictis: nã hic Deus eſt ſubſiſtens in natura intellectuali: & tamen non eſt perſona.

D ¶ Ad hoc dicitur, ꝙ in litera non infertur ex ſubſiſtentia perſonalitas: ſed ex ſubſiſtentia circunſcriptis alijs infertur perſonalitas. Hæc autem illatio optima eſt: quoniam circunſcriptis alijs, ſubſiſtens in natura intellectuali eſt incommunicabile, ac per hoc perſona: ita quòd circumſcriptio ſic accipienda eſt, ut apponat incommunicabilitatem. Et hoc clarius in reſponſione ad ſecundum patebit nunc nunc.

¶ In reſponſione ad ſecundum, dubium ſimile præcedenti occurrit circa illud, Circumſcriptis per intellectum perſonalitatibus trium perſonarũ, remanebit in intellectu una perſonalitas Dei, ut Iudæi intelligunt. Quoniã uidetur hoc eſſe falſum: quia abſtrahentium non eſt mendacium, cõſtat autem in Deo non eſſe quatuor perſonalitates, unam ſcilicet abſolutam, & tres relatiuas, ut abſtractis tribus perſonalitatibus, remaneat quarta: ſed eſſe tres tantum, quibus abſtractis nulla remanet perſonalitas, niſi chimerica. Falſum ergo eſt, quòd abſtractis E per intellectum perſonalitatibus Patris & Filij & Spiritusſancti, remaneat una perſonalitas: ſed remanet tantum hic Deus ſubſiſtens, ut patet.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ dupliciter contingit abſtrahere ſine mendacio. Vno modo, conſiderando id quod de facto eſt: aut intelligitur in re poſt abſtractionem, ſicut abſtrahendo naturalitatẽ a quanto, conſideramus quid conuenit quanto, & hoc modo abſtractis perſonalitatibus trium perſonarum a Deo, non remanet intelligenda in Deo perſonalitas, ſed ſubſiſtentia: quia ſolum remanet hic Deus, ut optime argumentum concludit. Alio modo conſiderando id, quod conſequenter eſſet aut intelligeretur ex abſtractione: ſicut in exemplo dato dicimus, quòd ſphæra tangeret ſecundum rem planum in puncto, quod nũc de facto non uidetur poſſibile cum hęc in re non inueniantur, & quòd quantumcumque quantum diuideret, actualiter ſemper remaneret idem numero, quod modo conſtat eſſe impoſſibile: quia ſaltem reſolueretur incontinens. Et hoc modo abſtracta

habet intellectus ad diuina, non quidem quaſi cognoſcēs Deum vt eſt: ſed per modum ſuum. ſ. multipliciter & diuiſim, id quod in Deo eſt vnum. Et per hunc modum poteſt intellectus noſter intelligere bonitatem, & ſapiētiam diuinam, & alia huiuſmodi, quæ dicuntur eſſentialia attributa, nō intellecta paternitate uel filiatione, quæ dicuntur perſonalitates. Et ſecundū hoc abſtracta perſonalitate per intellectum poſſumus adhuc intelligere naturam aſſumentem.

Ad primvm ergo dicendum, quòd quia in diuinis idē [d] eſt quo eſt, & quod eſt, quicquid eorum, quæ attribuūtur Deo in abſtracto, ſecundum ſe conſideretur alijs circumſcriptis, erit aliquid ſubſiſtēs,

ſtractis perſonalitatibus trium perſonarum a Deo, remaneret vna perſonalitas: quia. ſ. ſi nō eſſent in Deo perſonalitates triū perſonarum, eſſentia diuina eſſet vna tantum perſona abſoluta, vt iudæi & philoſophi intelligunt, & hoc intendit auctor in litera. Et ad euitandum mēdacium, in talibus abſtractionibus non oportet reſpicere ad veritatē eius, quod in re eſt: ſed ad veritatem eius, quod eſſet, hoc eſt ad veritatem conditionalis ſuper abſtractione fundatæ, puta, ſi quantum eſſet ſine naturalitate &c. ſi diuina natura eſſet ſine Trinitate perſonarū &c. & ſic de ſimilibus. Veritas. n. hmōi cōditionalium fugat mendacium ab abſtractione. Et diligētius ſi contemplatus fueris verba literę in reſponſione ad primum, inuenies ob dictū duplicem modum remanendi poſt abſtractionem, ſ. de facto, vel conſequenter, dictum eſſe ſub diſiunctione, bis remanere in diuinis ſubſiſtens vel perſonam abſtractis perſonalitatibus: de facto enim remanet ſubſiſtens: conſequenter autem remaneret perſona vna.

*D. 1081.* (beside "in reſponſione ad primum")

¶In reſponſione ad tertium dubium occrrit, quid intelligit auctor nomine abſtractionis per modum reſolutionis. Et eſt ratio dubii hinc inde ex hacmet reſponſione: quoniam ex principio huius reſponſionis apparet, ꝙ abſtractio per modum reſolutionis eſt abſtractio, qua aut vniuerſale a particularibus, aut forma a materia abſtrahitur: quoniā hæc abſtractio eſt de qua locutus eſt auctor in 1. par. q. 40. art. 3. cum dixit, abſtracta perſonalitate nihil manere, quā hic arguendo explicite affert, & reſpondendo exponit, ꝙ verum dictū eſt, loquendo de abſtractione per modum reſolutionis. Ex calce aūt huiuſmet reſponſionis apparet oppoſitum, dum dicitur, poteſt tū aliquid eorū quæ dicuntur de Deo, intelligi ſine alio, non per modum reſolutionis. Ex his enim verbis clare habetur, ꝙ abſtractio per modum reſolutionis non habet locum in Deo. Tunc ſic. Abſtractio per modum vniuerſalis & particularis, & ſimiliter per modum formæ & materiæ, habet locum in Deo: ſed abſtractio per modum reſolutionis non habet locum in Deo. ergo abſtractio per modum reſolutionis non eſt abſtractio, qua vniuerſale a particularibus, aut forma a materia abſtrahitur. Aſſumptum probatur: quia ſecundum abſtractionem vniuerſalis a particularibus, Deus abſtrahit a Patre, a Filio & Spirituſancto, vt ibidem auctor dicit, & ſecūdum abſtractionem formæ a materia, communis ſpiratio abſtrahit a patre. Vnde abſtractis perſonis, remanet Deus, & abſtracta cōi ſpiratione, remanet perſona patris, quàmuis ſecundum neutram abſtractionem abſtractis perſonalibus ꝓprietatibus remaneat hypoſtaſis, vt ibi dicitur.

¶Ad hoc dicitur, ꝙ ſermo literæ huius formaliter eſt intelligendus de abſtractione reſolutiua, & non de hac vel illa ſpecie abſtractionis reſolutiuæ. Pro cuius intellectu conſiderandum eſt, ꝙ quia reſolutio compoſitioni opponitur, cuius ſignum eſt, ꝙ vnaquęq; res in ea reſoluitur, ex quibus compoſita eſt, & quod vltimum in reſolutione primum in compoſitione dicitur: ideo vbi nulla eſt compoſitio rerum vel intellectuum, ibi nulla reſolutio formaliter, & proprie loquendo, locum habet. Compoſitionem autem intellectuum, dico, non ex parte intellectus tm̄ multipliciter intelligentis ſimpliciſſimum, ſed ex parte rei, qualis eſt compoſitio ex genere & differentia, vbi non rerum, ſed rationum compoſitio eſt, ex parte tamen rei: natura ſiquidem generis alia eſt a natura differentię. vnde & ſeparatæ inueniuntur, quàmuis in vnam rem coeant, & propterea ex natura rei oritur diſtinctio & compoſitio intellectuū generis & differentiæ, & conſequenter reſolutio, ita quod abſtractio reſolutiua continet ſub ſe abſtractionem generis a differentijs, & vniuerſalis a particularibus, & formæ a materia: qm̄ in omnibus his proprie ſumptis inuenitur compoſitio & reſolutio rerum, vel intellectuum ex parte rei. Et quoniam in Deo nulla eſt compoſitio ſiue ſecundum rem, ſiue ſecundum rationem ex parte rei:

F & per conſequens perſona, cum ſit in natura ītellectuali. Sicut igitur nūc poſitis ꝓprietatibus pſonalibꝰ in Deo dicimus tres pſonas: ita excluſis per intellectum proprietatibus perſonalibus, remanebit in cōſideratione noſtra, natura diuina, ut ſubſiſtens, & ut perſona. Et per G hunc modū poteſt intelligi, ꝙ aſſumat naturam humanā ratione ſuæ ſubſiſtentiæ uel perſonalitatis.

Ad 2^m dicendum, quòd etiam circūſcriptis per intellectum perſonalitatibus trium perſonarum, remanebit in intellectu una perſonalitas Dei, ut iudæi intelligunt, ad quam poterit terminari aſſumptio, ſicut nunc dicimus eam terminari ad perſonam verbi.

Ad 3^m dicendum, ꝙ abſtracta

ideo optime in litera dicitur, ꝙ in Deo non habet locum abſtractio reſolutiua: ita ꝙ hoc quòd in calce huius reſponſionis dicitur, eſt illudmet, quod dictum eſt in principio corporis huius articuli, ꝙ intelligendo Deum, ſicuti eſt, non habet in eo locum abſtractio. In cuius ſignum in calce huius reſponſionis contra ponitur id, quod in corpore articuli contrapoſitū eſt. ſ. abſtrahere ex parte intellectus tātum, multipliciter & diuiſim intelligētis qđ ſimplex eſt.

¶Ad id autē quòd obijcitur ex prima parte, dicitur quòd auctor hic loquitur de illa abſtractione, de qua ibi locutus eſt: ſed aliter, quia ibi locutꝰ eſt de ſpeciebꝰ abſtractionis reſolutiuæ. ſ. vniuerſalis a particularibus, & formæ a materia, hic loquitur de ipſis in ſuo genere. ſ. abſtractione reſolutiua. Rurſus ibi negat remanere pſonas admittēdo in illa materia abſtra-H ctionem non reſolutiuam, ſed quaſi ad modum reſolutiuarū: quoniam expreſſe ibi dicitur, ꝙ ibi nec uniuerſale, nec particulare, nec forma, nec materia inuenitur &c. hic negat nō ſolum in illa materia, ſed totaliter in diuinis habere locum abſtractionem reſolutiuam proprie & formaliter ſumptam. Quę conſtat non obſtare, ſi non reſolutiua abſtractio proprie & formaliter, ſed ad modū, ad imitationem reſolutiuæ abſtractionis, in diuinis admittitur abſtractio & uniuerſalis a particularibus & formæ a materia: vtraque enim ſic admiſſa continetur ſub abſtractione non reſolutiua, ſed ex parte intellectus tantum. Vnde omnia conſonant, & hæc de quæſtione hac in primo ſenſu.

¶In ſecundo autem ſenſu, an. ſ. abſtractis perſonalitatibus ab actu incarnationis poſſet natura diuina aſſumere humanam, prænotāda ſunt duo. Primum eſt, ꝙ iſta abſtractio intelligitur, quo ad hoc tantum, qđ eſt eſſe per ſe primo terminum aſſumptionis, ita ꝙ quemadmodum in cauſando abſtrahimus de fa-I cto a perſonis, non ſimpliciter, ſed tamquàm a per ſe primo ratione cauſandi (qm̄ indiuiſa ſunt opera Trinitatis, & diuinæ pſonæ cauſant p ſe primo, inquantū ſunt hic Deus, quia cauſant p ſe primo rōne naturæ) ita ſtādo in iſta hypotheſi, abſtractio fieret a p ſe primo terminare aſſumptionē, ut. ſ. pſonę non ſecundū ſe, ſed rōne ſubſiſtētis naturæ, hoc eſt inquantū ſunt hic Deus, per ſe primo terminarent aſſumptionem: ſicut de facto per ſe primo illam cauſant, inquantum ſunt hic Deus.

¶Secundum eſt, ꝙ diſputatio & deciſio quæſtionis iuxta hūc ſenſum, non debet egredi ad aliquam conditionem, quæ de facto non remanet in Deo ſtante huiuſmodi abſtractione, ſed cōſequenter eſſet, ut in priori ſenſu conceſſum eſt, & debet ſtare infra limites earum conditionum, quæ in Deo remanere de facto intelliguntur, ſtante huiuſmodi abſtractione. Et propterea quia abſtrahendo perſonalitates a per ſe primo terminare aſſumptionem, non remanet perſonalitas per ſe primo termi-K nans, ſed remanet ſubſiſtētia naturæ per ſe primo terminans, remanet hic deus per ſe primo terminans: ſicut modo de facto, hic Deus eſt per ſe primo cauſans, & rurſus quia perſonalitates non abſtrahunt a ſecundario terminare aſſumptionem, ſicut nec modo abſtrahunt a ſecundario, hoc eſt per naturam cauſare: quoniam oporteret perſonas per naturam terminare, ſicut oportet modo per naturam cauſare: ideo ſecūdum hoc procedendum eſt. Et dicendum eſt, quòd Deus poſſet aſſumere naturam humanam, & terminaretur tunc iſta aſſumptio per ſe primo non ad naturam diuinam, ut ſic: ſed ad indiuiduum naturæ diuinæ, hoc eſt ad ſubſiſtens in diuina natura, hoc eſt ad hūc Deum. Conſtat. n. tantam eſſe differentiam inter diuinam naturam, vt naturam, & ſubſiſtens in natura diuina, ut deitas nec genita, nec generans ſit in myſterio Trinitatis, Deus autē ſit generans & genitus, & a fortiori in myſterio incarnationis ſubſiſtens, ut ſubſiſtens terminaret, & non natura ut natura. Et quoniam ſubſiſtens in natura diuina habet rationem hypoſtaſis ſeu perſonæ, incomplete tamen, ut patet ex ſuperius



perſonalitate per intellectum, dicitur nihil remanere per modum reſolutionis, quaſi aliud ſit quod ſubijcitur relationi, & aliud ipſa relatio: quia quicquid conſideratur in Deo, conſideratur vt ſuppoſitum ſubſiſtens. Poteſt tū aliquid eorū, quæ dicuntur de Deo, intelligi ſine alio, non per modum reſolutionis, ſed per modū iā dictum.*

## Articvlvs IIII.

*Vtrum una perſona poſſit ſine alia naturam creatam aſſumere.*

Ad qvartvm ſic ꝓceditur. Videtur quòd vna perſona nō poſſit aſſumere naturam creatam, alia non aſſumente. Indiuiſa enim ſunt opera Trinitatis, vt dicit Auguſt.* in Enchir. ſicut autem trium perſonarum eſt vna eſſentia, ita & vna operatio: ſed aſſumere eſt operatio quædam. ergo nō poteſt conuenire vni perſonæ diuinæ, quin conueniat alij.

**Enchir. c. 38 a med. tom. 3.*

¶2 Præt. Sicut dicimus perſonam filij incarnatam, ita & naturam: tota enim diuina natura in vna ſuarum hypoſtaſum incarnata eſt, vt dicit Damaſ. in 3. lib.* ſed natura communis eſt tribus perſonis. ergo & aſſumptio.

*Li. 3. Orth. fidei c. 6.*

¶3 Præt. Sicut humana natura in Chriſto aſſumpta eſt a Deo, ita etiā & homines per gratiam aſſumuntur ab ipſo, ſecūdum illud Ro. 14. Deus illum aſſumpſit: ſed hæc aſ-

ſuperius dictis: iō ſi hic deus primo terminaſſet aſſumptionē, eſſet vnio nō in natura, ſed in perſona ſeu hypoſtaſi, cōplete tū quo ad p ſe primo terminū. Qđ ideo addo, quia quo ad ſecundarium terminum eſſet etiam vnio in perſona complete. nam ſicut hic Deus non inuenitur niſi Pater & Filius & Spirituſſanctus: ita tunc hic deus homo non inueniretur niſi Pater & Filius & Spirituſſanctus. Sicut enim nunc quicquid conuenit huic deo ſecūdum ſe, conuenit Patri & Filio & Spirituiſancto: ita tunc eſſe hominem, quia cōueniret huic deo ſecūdum ſe, hoc eſt non ratione trium perſonarum, conueniret cuilibet perſonæ diuinæ. Vt vtendo hac ratione habere hoc potes ab auctore in art. 2. huius q. in reſponſione ad ſecundū, & ſic vnio terminata per ſe primo ad hunc deum, terminaretur ſecundario ad omnes & ſingulas perſonas diuinas, ac per hoc conſiderato vtroq; termino. ſ. primario & ſecūdario humanæ naturę aſſumptę perſonalitas ꝓpria, qua careret, ſuppleretur perfecte quo ad perfectam rationem perſonalitatis, qualem ſuppletionē non faceret primarius terminus aſſumptionis ſecundum ſe. Quocirca tam aſſumptio, quā vnio huiuſmodi ſi fieret, non eſſet omnino eiuſdem rōnis cū aſſumptione & vnione, quæ facta ē: eſſet enim per ſe primo ad ſubſiſtens cōmune, quæ vero facta eſt per ſe primo ad ſubſiſtens, incommunicabile eſſet per ſe primo ad perſonam incomplete, quàmuis excellentiorem omni perſona creata, quæ facta eſt per ſe primo ad perſonam complete & iā excellentiorē omni perſona creata eſſet ſecundario ad omnes perſonas Trinitatis, quę facta eſt ita per ſe primo ad vnam illarum, ſcilicet verbum, quòd nullo modo ad alias duas. Eſſet tamen eiuſdem rationis aliqualiter, hoc eſt quo ad hoc, ꝙ eſſet vnio ſimilis vnioni in perſona, & iudicanda ſecundum dicta de vnione in perſona, incomplete tamen. Et ad oſtendendam hanc identitatem rationis in vtraque vnione, ſcilicet ſi fiat ad ſubſiſtēs in natura diuina, & ſi fiat per ſe primo ad perſonam, Auctor in litera præſentis art. diſiunctiue bis dixit ſubſiſtentiam vel perſonalitatem, & ſuperius in q. 2. vt ibi expoſitum eſt, vſus eſt hypoſtaſis, ſuppoſiti, & perſonæ nomine communiter ad perſonam complete & incomplete. Vnde nullam video in hac materia diſſenſionem inter auctoris doctrinam & Scot. in 3. ſent. di. q. 2. Cauendus tamen videtur in re hac Duran. ibibem, q. 4. non vt contrarius nobis: ſed vt contrarius veritati, & ignorans propriā vocem, aut abutens vocabulis. Veritati quidem contrarius pro quanto negat ſequi ſtāte hac hypotheſi, omnes perſonas. ſ. Patrem & Filium & Spiritumſanctum incarnatas: quia erroneum eſt vnam perſonam non poſſe incarnari ſine alia. Neſcio vnde iſte ſomniauit errorem hunc, ſtante illa hypotheſi, cum euidenter pateat, quòd ſtante poſitione iſta, oporteret perſonas diuinas, ita concurrere ad incarnationem terminando mediante natura, ſicut modo concurrunt cauſando illam mediante natura. Sed con-

*In corp. ar.* (beside "non ratione trium perſonarum")

*3. di. 1. q. 2. ar. 1.* (beside "in reſponſione ad ſecundū")

ſumptio communiter pertinet ad omnes perſonas. ergo & prima.

Sed contra eſt, quod Dionyſ. 2. cap. de diui. no.* incarnationis myſterium dicit pertinere ad diſcretam theologiam, ſecundum quā ſcilicet aliquid diſtinctim dicitur de diuinis perſonis.

*Cap. 2. p. 1. a medio, & ante med.*

B Respon. Dicendum, quòd, ſicut dictum eſt,* aſſumptio duo importat, ſcilicet actum aſſumentis, & terminum aſſumptionis. Actus autem aſſumentis procedit ex diuina uirtute, quæ communis eſt tribus perſonis: ſed terminus aſſumptionis eſt perſona, ſicut dictū eſt:* & ideo id quod eſt actionis in aſſumptione, commune eſt tribus perſonis: ſed id quod pertinet ad rōnem termini, cōuenit ita uni perſonæ, ꝙ non alij. Tres. n. C perſonæ fecerunt, vt humana natura uniretur uni perſonæ filij.

*Ar. 1. huius quæſt.*

*Ar. 1. huius quæſt.*

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ ratio illa procedit ex parte operationis. Et ſequeretur concluſio, ſi ſolam illam operationē importaret abſq; termino, qui eſt pſona.

Ad 2^m dicendum, quòd natura dicitur incarnata, ſicut & aſſumēs ratione perſonæ, ad quam terminata eſt unio, ſicut dictum eſt,* nō autem prout eſt communis tribus perſonis. Dicitur autem tota natura diuina incarnata: non quia ſit D incarnata in omnibus perſonis, ſed quia nihl deeſt de pfectione diuinæ naturæ, perſonæ incarnatæ.

*Ar. 1. huius quæſt.*

A ſtat modo verum ſimpliciter, & abſolute eſſe, quòd Pater cauſauit aſſumptionem illam, & ſimiliter Filius cauſauit, & ſimiliter Spirituſſanctus cauſauit: quia cauſant illam inquantum ſunt hic deus. ergo tunc eſſet ſimiliter verum ſimpliciter, quòd Pater & Filius & Spirituſſanctus terminarent aſſumptionem illam, & conſequenter quia cauſarēt & terminarent, vere ac neceſſario dicerētur incarnati. Quo modo autem vocabulis abutatur, aut propriam vocē ignoret, non eſt præſentis propoſiti oſtendere, vbi nō arguendi alios, ſed exponēdi D. Tho. prouincia aſſumpta eſt, ad veritatis notitiā capeſſendā, ſat ſi cautum reddidiſſe lectorem.

### ¶Super Quæſtionis tertiæ Articulum quartum.

Titulus intelligēdus eſt vt ſonat, ſcilicet, ut de una perſona uerificetur aſſumere, & de alia non.

¶In corpore articuli non ponitur formaliter, ſed elicitiue concluſio reſponſiua: nam in corpore nō habetur niſi iſta cōcluſio. Vna perſona poteſt aſſumere, ſine alia nō quo ad operationē, ſed quo ad terminū. Ex qua tamen habetur iſta vera ſimpliciter, vna perſona poteſt aſſumere ſine alia aſſumente. Et hāc principaliter intēdit auctor. Pro hac ergo in litera concluſio poſita primo manifeſtatur, quare duas partes habet: quia aſſumptio importat duo, ſcilicet operationē & terminum. Secundo probatur, quo ad partem negatiuam, ſcilicet non quo ad operationem: quia actus aſſumentis ſit virtute diuina communi tribus perſonis. Tertio probatur, quo ad partem affirmatiuam, ſcilicet quo ad terminum: quia terminus eſt perſona. Quarto manifeſtatur tota concluſio: quia tres perſonæ fecerunt naturam vniri vni perſonæ. Ex hac autē concluſione & eius probatione manifeſte ſequitur principaliter intenta concluſio tacita. nam ex eo quod aſſumere importat utrumque, ſ. operationem & terminum, oportet vtrumque E inueniri in illo, de quo uere enuntiandum eſt aſſumere & non alterum tantum. Et quia in nulla perſona diuina inuenitur utrumque, niſi in una tantum: ideo uni perſonæ conuenit aſſumere ſine alia aſſumente.

¶In reſponſione ad primum perſpice doctrinam datam in præcedenti articulo de quæſtione nouiter mota, conſonam eſſe auctori hic dicenti quòd ratio illa, ſcilicet ſicut eſſentia eſt communis &c. procedit ex parte operationis, & ſubiungenti, & ſequeretur concluſio, ſi ſolam illam operationem importaret aſſumptio abſque termino, qui eſt perſona. Vnde habes, quod ſi aſſumptio non importaret perſonam pro termino, quod aſſumptio eſſet communis tribus perſonis; ſed in hypoſtaſi ſeu abſtractione poſita, aſſumptio non importaret perſonam pro per ſe primo termino (de tali enim termino ſermo eſt) ſed hunc deum. igitur in tali caſu aſſumptio communis eſſet tribus perſonis ſecundum auctoris doctrinam.

¶Super

Ad 3^m^ dicendum, quòd aſſumptio quæ fit per gratiam adoptionis, terminatur ad quandam participationem diuinæ naturæ ſecundum aſſimilationẽ ad bonitatem illius, ſecundum illud 2. Pet. 1. Vt diuinæ conſortes naturæ &c. Et ideo huiuſmodi aſſumptio communis eſt tribus perſonis, & ex parte principij & ex parte termini: ſed aſſumptio, quæ eſt per gratiam vnionis, eſt communis ex parte principij, non autẽ ex parte termini, vt dictum eſt.*

## Articvlvs v.

*Vtrum quælibet perſona diuina potuerit humanam naturam aſſumere.*

Ad qvintvm ſic ꝓceditur. Videtur quòd nulla alia perſona diuina potuerit humanam naturam aſſumere, præter perſonam Filij. Per huiuſmodi enim aſſumptionem factum eſt, quòd deus ſit filius hominis: ſed inconueniens eſſet, quòd eſſe filiũ hominis conueniret Patri vel Spirituiſancto: hoc enim vergeret in cõfuſionem diuinarum perſonarum. ergo Pater vel Spirituſſanctus carnem aſſumere non potuit.

¶ 2 Præt. Per incarnationem diuinã homines aſſecuti ſunt adoptionem filiorum, ſecundum illud Roma. 8. Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed ſpiritum adoptionis filiorum: ſed filiatio adoptiua eſt participata ſimilitudo filiationis naturalis, quę non cõuenit nec Patri nec Spirituiſancto: vnde dicitur Ro. 8. Quos pręſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui. ergo videtur, quòd nulla alia perſona potuerit incarnari, præter perſonam filij.

¶ 3 Præt. Filius dicitur miſſus & genitus natiuitate temporali, ſecundum ꝙ incarnatus eſt: ſed patri non conuenit mitti, quĩ etiam eſt innaſcibilis, vt in prima parte habitum eſt.* ergo ſaltem perſona patris non potuit incarnari.

Sed contra eſt, quod quicquid poteſt Filius, poteſt Pater & Spirituſſanctus, alioquin nõ eſſet eadem potentia trium perſonarũ; ſed Filius potuit incarnari. ergo ſimiliter Pater & Spirituſſanctus.

Respõn. Dicendum, quòd ſicut dictum eſt,* aſſumptio duo importat. ſ. ipſum actum aſſumentis, & terminũ aſſumptionis: principium autem actus eſt virtus diuina: terminus autem eſt perſona. Virtus autem diuina communiter

F & indifferẽter ſe habet ad omnes perſonas: eadẽ etiã eſt cõmunis ratio perſonalitatis in tribus perſonis, licet proprietates perſonales ſint differentes. Quandocumque autem virtus aliqua indifferenter ſe habet ad plura, poteſt ad quodlibet eorum ſuam actionem terminare: ſicut patet in potẽtijs rationalibus, quæ ſe habent ad oppoſita, quorum vtrumque agere poſſunt. Sic ergo diuina virtus potuit naturam humanam vnire perſonæ Patris vel Spirituſſancti, ſicut vniuit eã perſonæ Filij: & ideo dicendũ, ꝙ Pater vel Spirituſſanctus potuit carnẽ aſſumere, ſicut & filius. G

Ad primvm ergo dicendum, quòd filiatio temporalis, qua Chriſtus dicitur filius hominis, nõ conſtituit perſonam ipſius, ſicut filiatio æterna: ſed eſt quiddam conſequens natiuitatem temporalem. Vnde ſi per hunc modum nomen filiationis ad Patrem vel Spiritũſanctũ transferretur, nulla ſequeretur cõfuſio diuinarũ perſonarũ.

H Ad 2^m^ dicendum, quòd filiatio adoptiua eſt quædam participata ſimilitudo filiationis naturalis: ſed fit in nobis appropriate a patre, qui eſt principium naturalis filiationis, & per donum Spirituſſancti, qui eſt amor Patris & Filij, ſecundum illud Gal. 4. Miſit deus ſpiritũ filij ſui in corda noſtra clamantem, Abba, pater: & ideo ſicut filio incarnato, adoptiuam filiationem accipimus ad ſimilitudinem filiationis naturalis eius, ita Patre I incarnato adoptiuã filiationem reciperemus ab eo, tamquàm a principio naturalis filiationis, & a Spirituſancto tamquàm a nexu communi Patris & Filij.

Ad 3^m^ dicendum, quòd patri conuenit eſſe innaſcibilem ſecundum natiuitatem æternam, quod non excluderet natiuitas temporalis. Mitti autem dicitur filius dei ſecũdum incarnationem, eo quòd eſt ab alio, ſiue quo incarnatio nõ ſufficeret ad rationem miſſionis. K

## Articvlvs vi.

*Vtrum plures perſonæ diuinæ poſſint aſſumere unam numero naturam.*

Ad sextvm ſic proceditur. Videtur ꝙ duæ perſonæ diuinæ non poſſint aſſumere vnam, & eandem numero naturam. Hoc. n. ſuppoſito, aut eſſent vnus homo vel plures: ſed non plures, ſicut enim vna natura diuina in perſonis pluribus, non patitur eſſe plu-

¶ *Super Quæſtionis tertiæ Articulum quintum.*

Titulus clarus eſt, nihil aliud apponendo, quam titulus ſonet, quod dico quia non quæritur, an ſimul potuerit alia perſona eandem naturam aſſumere, ſed ſimpliciter, an potuerit aſſumere: ad quod uerificandũ non requiritur ſimultas: ſed ſufficit, quod ſicut ſolus filius eſt incarnatus, ita ſolus Pater fuiſſet incarnatus, aut ſolus Spirituſſanctus. (Ar. 2. huius quæſt.)

¶ In corpore articuli unica eſt cõcluſio reſponſiua quæſito affirmatiue. Pater uel Spirituſſanctus potuit carnem aſſumere, ſicut & Filius. Probat. diuina uirtus potuit naturam humanã unire perſonæ Patris uel Spirituſſancti, ſicut vniuit eam perſonæ Filij. ergo Pater uel Spirituſſanctus potuit carnem aſſumere. Antecedens probatur ſyllogiſtice. Virtus indifferẽter ſe habens ad plura, poteſt ad quodlibet eorum ſuam actionem terminare: ſed uirtus diuina indifferenter ſe habet ad omnes perſonas. ergo. Maior manifeſtatur ex potentia rationali: Minor uero & ex parte uirtutis, quia uirtus diuina communiter & indifferenter ſe habet ad oẽs perſonas, & ex parte perſonarũ, quia cõmunis ratio perſonalitatis omnium perſonarũ eadẽ eſt, hoc eſt unius eſt rationis: quoniã quælibet diuina perſona eſt perſona diuina hac rõne, quia ſubſiſtit incommunicabiliter in diuina natura: licet proprietates pſonales, quib⁹ ſubſiſtũt, ſint diſtinctæ: ſicut quilibet homo una & eadem rõne eſt perſona: quia. ſ. ſubſiſtit in natura humana, quàmuis alia ſit perſonalitas mea & alia illius. Conſequentia autem probatur: quia cum aſſumptio duo importet, ſcilicet actum & terminũ, principiũ actus eſt uirtus diuina, terminus uero perſona: ex hoc. n. quòd utrumq; concurrere poſſe ĩ qualibet perſona, antecedens dicit, conſequens eſt quòd quælibet perſona poteſt aſſumere, quod concluſio dicit. Vbi nota, quòd hoc, quod pro probatione conſequentiæ ex principio corporis articuli allatum eſt, poteſt aliter introduci, ut ſcilicet uelut ſuppoſitio quædã monſtrans requiſita ad poſſe aſſumere, & ad quæ reſolui oportet potentem aſſumere, ſcilicet in uirtutem diuinam & perſonalitatem. Et ſic formatur ſyllogiſmus, ut ſupra ad probandum antecedens, & conſequentia relinquitur per ſe nota.

(3. di. 1. q. 2. ar. 3.) (p. p. q. 43. artic. 4. & q. 32. ar. 3.) (Ar. 1. huius quæſt.)

¶ *Super Quæſtionis tertiæ Articulum ſextum.*

Titulus articuli ex iã dictis patet intelligendus de perſonis diuinis ſecundum ſuas perſonalitates proprias, vt ab inuicem diſtinguuntur: poteſt ſiquidem dupliciter intelligi, an plures perſonæ diuinæ poſſint vnam & eãdem naturam aſſumere. Primo, loquendo de perſonis, vt conueniunt in natura diuina, hoc eſt ſecundũ quòd ſunt vnus deus, & in hoc ſenſu quæſtio ſuperius diſcuſſa eſt, & hic non quæritur. Secũdo, loquẽdo de perſonis, vt ab inuicẽ proprijs perſonalitatibus diſtinguuntur, ita quòd quælibet perſona trahat naturã illam ad ſuã propriam perſonalitatẽ, ſic vt non perſonetur in alia ex hoc, ꝙ perſonatur in vna, & econtra, ſed perſonetur in vna, vt diſtinguitur ab alia. Cuius oppoſitũ accideret, ſi hic deus primo incarnatus eſſet: quoniã vna & eadem ratione quælibet perſona diceretur incarnata, ſci- (3. di. 1. q. 2. ar. 4.)



res deos, ita vna natura humana in pluribus perſonis non patitur eſſe plures homines. Similiter etiã non poſſent eſſe vnus homo: quia vnus homo eſt iſte homo, qui demonſtrat vnam perſonã, & ſic tolleretur diſtinctio trium perſonarũ diuinarũ, qđ eſt inconueniens. Nõ ergo duæ aut tres perſonę poſſunt accipere vnam naturam humanã.

¶ 2 Præt. Aſſumptio terminatur ad vnitatem perſonæ, vt dictũ eſt.* ſed non eſt vna perſona Patris & Filij & Spirituſſancti. ergo nõ poſſunt tres perſonæ aſſumere vnam naturam humanam.

¶ 3 Præt. Damaſc.† dicit in 3. lib. & Aug. in 1. de Trin.* quòd ex incarnatione filij dei conſequitur, ꝙ quicquid dicitur de filio dei, dicitur de filio hominis, & econuerſo. Si ergo tres perſonæ aſſumerẽt vnam naturam humanam, ſequeretur ꝙ quicquid dicitur de qualibet trium perſonarum, diceretur de illo homine: & econuerſo, quæ dicerẽtur de illo homine, poſſent dici de qualibet trium perſonarũ. B Sic ergo id quod eſt proprium patris. ſ. generare filium ab æterno, diceretur de illo homine, & per conſequens diceretur de filio dei, quod eſt inconueniens. Non ergo eſt poſſibile, ꝙ tres perſonæ diuinæ aſſumant vnã naturã humanã.

Sed contra, Perſona incarnata ſubſiſtit in duabus naturis, diuina. ſ. & humana: ſed tres perſonæ poſſunt ſubſiſtere in vna natura diuina. ergo etiam poſſunt ſub-

(Ar. 2. huius quæſt.) († Damaſc. lib. 3. c. 3. & 4.) (* lib. 1. ex c. 11. 12. & 13. collig. to. 3.)

ta, ſcilicet ratione indiuidui naturæ. Et vt vnico verbo dicatur, quæſtio hic eſt, an plures perſonæ poſſint vnam numero naturam aſſumere, vt per ſe primo diuerſi termini aſſumptionis: ſic enim non quælibet perſona diuina ſed quęlibet perſona diuina aſſumens, per ſe primo terminaret aſſumptionem. Et ad hoc denotãdum auctor nõ quærit an oẽs perſonæ diuinę poſſint aſſumere, ſed an duæ, vt ex dualitate intelligas, ꝙ non eſt ſermo de pſonis, vt cõueniũt, ſed vt diſtinguũtur, ac per hoc quælibet ſit per ſe primo terminus aſsũptionis.

¶ In corpore articuli ſunt duæ concluſiones, prima eſt, Non eſt impoſſibile diuinis perſonis, vt duæ vel tres aſſumant vnam naturã humanam: ſecunda eſt, Eſſet tamen impoſſibile, vt aſſumerent vnam hypoſtaſim, vel perſonã humanam. Probatur vtraq; ſimul ex vnione aĩæ & corporis in Chriſto, non fit noua hypoſtaſis, neque perſona: ſed natura vna aſſumpta in diuinã hypoſtaſim, non per potẽtiam naturæ humanæ, ſed per potentiã diuinæ perſonæ. ergo magis eſt hoc iudicandum ſecundum conditionem diuinæ perſonæ aſſumentis, quàm ſecundum conditionem naturæ aſſumptæ. ergo non eſt impoſſibile diuinis perſonis &c. Antecedens eſt ex ſe euidens. Prima conſequentia probatur: quia tota ratio facti in myſterio incarnationis eſt potentia facientis ſecundũ Aug. Secunda vero conſequentia probatur: quia conditio diuinarum perſonarum talis eſt, quòd vna earum non excludit aliam a communione eiuſdem naturæ, ſed ſolum a cõmunione eiuſdem perſonæ. Vbi vides, quod ex hoc, quod non ſe excludunt a communione eiuſdem naturæ, tenet conſequentia quo ad primam concluſionem, & ex hoc quòd ſe excludunt a communione eiuſdem perſonæ, tenet conſequentia quo ad ſecundam concluſionẽ, quę auctoritate Anſelmi confirmatur.

¶ Aduerte in hoc proceſſu, quòd auctor vnico verbo excludit obiectiones arguentium ex conditione naturæ, dicendo, quòd natura communis pluribus ſuppoſitis eſt infinita ſeu illimitata: quoniam hoc ſoli diuinæ conuenit naturæ, & ſimiliter ꝙ quælibet natura finita eſt terminabilis totaliter vnico ſuppoſito. Hæc enim & ſimilia in litera ſoluuntur, dum dicitur, quòd non per potentiam naturæ aſſumptæ, ſed per potentiam perſonæ aſſumentis, hoc myſterium iudicandum eſt. Concedatur ergo ꝙ vna numero natura ſuapte natura communis pluribus ſuppoſitis, eſt illimitata ac infinita, & quòd nulla natura, niſi diuina eſt huiuſmodi. Et ſi aſſumeretur ad plures perſonalitates, nõ propterea eſſet ſuapte natura communis pluribus, ſed ex potentia facientis. Similiter omnis vna numero forma ſubſtantialis ſuapte natura vnica, totaliter terminatur perſonalitate propria: ſed ex hoc non habetur, quin diuina potentia poſſit pluribus alienis perſonalitatibus terminari: quoniam hoc non per potentiam naturæ, ſed per potentiã aſſumentis perſonæ fit. Et eſt ſemper ſermo de naturali potentia naturæ, & non de potentia obedientiali eiuſdem: potentia. n. obedientiæ eſt quæ reſpondet potentiæ perſonæ aſſumentis, & ſecundũ illam natura poteſt aſſumi ab vna, & pluribus diuinis perſonis.

¶ Circa primam concluſionem dubium ex Sco. in 3. di. 1. q. 2. occurrit, vbi tenens oppoſitum fundat ſe ſuper hac ratione. In omni dependentia eſſentiali vnum dependens non dependet præciſe, niſi ad vnum quod totaliter terminat eius dependentiam: ſed in iſta vnione eſt dependentia eſſentialis vnius naturæ, & vna perſona terminat totaliter eam. ergo. Maior probatur in omni dependẽtia cauſati ad cauſam. Et ſimile, inquit, videtur in omnibus dependentijs, quæ non ſunt cauſatorum ad cauſas, ꝙ cum dependentia alicuius fuerit totaliter terminata ad aliquid, ipſum non poteſt dependentia eiuſdem rationis dependere ad aliud. Et confirmatur hoc de accidente reſpectu plurium ſubiectorum primorũ. Minor probatur: quia perſonalitas creata totaliter terminaret ipſam, & illa ſtante non

A poſſet ſimul eſſe in alia perſona creata vel increata: non minus. n. terminat naturam & dependentiam eiuſdem perſonalitas cuiuſcumq; perſonæ diuinæ, q̃ terminaretur in ſe. igitur &c.

¶ Ad hanc Scoti rationem reſpondendũ eſt ſingula diſcutiendo, & ſic etiam principalem materiam declarando. Maior igitur ꝓpoſitio aſſumpta a Scot. nõ eſt vera, niſi triplici quaſi gloſſa ſubintellecta, prima eſt ſupra ly, dependentia, quòd intelligatur de dependentia proprie, & hoc dico: quoniã dependẽtia proprie non inuenitur ſine cauſalitate: quãuis. n. aliquid ſit alteri ſine cauſalitate annexum, non tamen dependẽtia proprie inter illa eſt, vt patet inter correlatiua, quorum neutrũ vt ſic ab altero depẽdet in quocumque genere cauſæ, & inter differentias diuiſiuas ex oppoſito eiuſdẽ generis, quarum neutra ab altera dependet: & tñ C tam correlatiua, quam huiuſmodi differentias ſimul eſſe oportet. Scotus autem dependentiæ nomine vtitur, & cum cauſalitate, vt patet. Et propterea ſi extenſo nomine vtendo dependentia, Maior non eſt vera niſi apponatur altera gloſſa ſupra ly, Non dependet, qđ intelligatur de dependentia omnino eiuſdẽ rationis, ita ꝙ ſit dependentia eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ, & in hoc Scotus conſentit: & altera ſupra ly, Totaliter, quod intelligatur tam intenſiue, quam extenſiue: quoniam dato, quòd vnum terminaret totaliter intenſiue, non propterea habetur quòd illud vnum terminaret totaliter extenſiue. Exemplum, albi vt quatuor ſimilitudinẽ terminat totaliter intenſiue aliud album, vt quatuor, non tamen terminat totaliter extenſiue: quia poteſt tertium poni ſimile. Oportet autem ad verificandã maiorem illam, hanc apponere gloſſam, alioquin non eſt vera de dependentia eſſentiali non cauſali: quoniam ex naturalis rationis lumine nulla apparet maior dependentia eſſentialis non cauſalis, quam ea, quę eſt vnius relatiui ad proprium correlatiuum: D quia definitur & eſſentialiter conſtituitur per eſſe ad aliud. Conſtat autem, ꝙ vnum relatiuũ ſic eſſentialiter dependet ab vno totaliter intenſiue terminante illud, quod non totaliter extẽſiue terminat illud, ut patet de duplo & dimidio, & æquali & ſimili, & alijs huiuſmodi: idem. n. duplum eadem numero dupleitate duplum eſt non ſolum ad A, dimidium, ſed ad B, & C, & unũ æquale eadem numero æqualitate æquale eſt omnibus ſibi æqualibus. At ſi quis dicat Scotum tenere, quòd non eadem æqualitate unũ æquale eſt æquale omnibus, & propterea in ſua uia proportionem eſſe ueram, facile obiicitur ꝙ ad concludendum aliquid impoſſibile, etiam per diuinã potentiam (ut nunc proceditur) non eſt ex opinatis, & refutatis ab alijs & cõmuni ſchola peripateticorum procedendum, qualis eſt iſta opinio ponens plura accidentia eiuſdem rationis in eodem ſubiecto ſecundum idem. Neganda eſt igitur iſta maior non acceptans dictam gloſſam.

E ¶ Ad probationem autem iſtius maioris pro quanto probat ipſam in dependentia eſſentiali cauſali, non oportet reſpondere: quia uera ac bona uidetur ſecundum ordinem inditũ cauſis & cauſatis, & diſputatio noſtra extra dependentiam cauſalem uerſatur. Sed cum ſubiungit Scotus, ꝙ ita etiam uidetur in omnibus dependentiis, quæ non ſunt cauſatorum ad cauſas, reſpondetur ꝙ non eſt idem de utriſque dependentiis iudicium, & patet inſtantia de dependentia unius relatiui totaliter intenſiue terminati ab uno, & tñ ab altero eiuſdem rationis omnino terminabili. Et ſuffragatur huic reſponſioni ratio: quoniam dependentia cauſalis ponit imperfectionem & indigentiam in cauſato, quæ ſi ſublata totaliter eſt ab una cauſa, implicat, ꝙ remaneat indigens altera cauſa. Sed dependentia non cauſalis poteſt ſine imperfectione & indigentia inueniri, ut patet in relatiuis, quæ in diuinis ſine omni imperfectione & indigentia inueniuntur, ac per hoc poteſt aliunde, puta, ex alterius conditione prouenire, ꝙ etiam terminet quod iam terminatum

[ter]minatum ab alio eſt. Et ſic eſt in propoſito, quòd nõ ex eo quòd filius dei imperfecte terminet perſonaliter naturam humanam, neque ex eo quòd natura humana aſſumpta a filio dei remaneat imperfecta perſonaliter prouenit, quòd pater poteſt ad illam propriã etiam perſonalitatem aſſumere, ſed ex conditione perſonæ Patris, hoc ẽ ex infinitate ſuæ ſufficientiæ prouenit, quòd etiam poteſt illammet perſonare.

q. 2. art. 5. ad. 1.

¶ Ad confirmationem de accidẽte reſpectu plurium ſubiectorũ primorũ, dicitur primo quòd nulla apparet implicatio contradictionis, quòd Deus accidẽti alicui det vnitatem numeralẽ in ſe, & conſeruando illã ponat illud accidens in pluribus ſubiectis primis ſecundum ſe, & quòd in tali caſu neutrũ eſſet ſubiectum primum extẽſiue, niſi ſecũdum ſe, hoc eſt quantum eſt ex parte ſui eſſet ſubiectũ primũ extenſiue, & daret vnitatem numeralem, ſed diuina potentia aliter de facto operatur. Dicitur ſecũdo, quòd dependentia accidentis a ſubiecto primo eſt dependentia cauſalis: eſt.n. ſubiectum primũ cauſa accidentis, vt patet, & ideo non confirmatur per hoc Maior illa quo ad dependentiam non cauſalem. Hæc de Maiore.

eſt epiſt. 3. non multũ ante med. tom. 2.

¶ Ad Minorem autem dicitur, quòd in iſta vnione eſt dependẽtia eſſentialis non cauſalis, ac per hoc non proprie dependentia. Sed transeundo hoc ad bonũ ſenſum, neganda ſunt duo, primo quòd in iſta vnione ſit dependentia vnius omnino rationis, ſecũdo quòd vna perſona, puta Verbũ totaliter eam terminet intẽſiue & extenſiue. Ratio primæ negationis eſt: quia perſonæ diuinæ perſonaliter ſumptæ ſunt quodammodo vnius & quodãmodo diuerſarum rationum. nam ſecundum communem rationem perſonalitatis ſunt vnius rationis, vt in præcedenti articulo patet, ſecundum vero proprias rationes ſuarum perſonalitatum ſunt diuerſarum rationũ: paternitas.n. & filiatio & proceſſio diuerſarum ſunt rationum. Conſtat aũt ex hoc, quòd humanitas Chriſti ita iuncta eſt Filio quod non Patri nec Spirituiſancto, aſſumptionẽ terminari per ſe primo ad perſonalitatẽ Filii ſm ſibi propriam rationẽ, alioquin terminaret primo ad cõmune Filio & patri & Spirituiſancto. Concurrerent igitur diuinæ perſonæ ad aſſumptionem, vt etiam ſunt diuerſarum inter ſe rationũ. Et conſequenter, naturam aſſumptã a Verbo vniri, & poſſe vniri alteri, Patri aut Spirituiſancto, alterius eſt rationis ab vniri Filio, & poſſe vniri Filio, ſi Ariſt. verũ dixit, 3. Phy. quòd poſſe ſanari & poſſe infirmari ſunt diuerſarũ rationũ, alioquin ſanari & infirmari eſſent idem. Ex hoc igitur, ꝙ perſonalitates, quæ ſunt termini vnionũ, ſunt diuerſarũ rationũ, habetur quòd potentia obedientiæ, qua natura aſſumpta poteſt vniri perſonæ Patris, alterius eſt rationis ab illa qua vnita eſt Filio, & qua poteſt vniri Spirituiſctõ. Et cõſequenter hr̃, ꝙ in iſtis vnionibus nõ eſſet dependentia vnius rationis ſimpliciter & abſolute, vt arguens aſſumit, ſed diuerſarũ rationũ ſimpliciter propter diuerſas rationes terminorũ per ſe primorum, vnius aũt rationis ſm communem rationem perſonalitatis. Ratio ſecundæ negationis iam patet, quòd licet Filius totaliter intenſiue terminet naturam humanã, & eius dependentiam ad perſonã, non tamen totaliter extẽſiue, nec ſecundũ omnem obedientialem potentiam alterius rationis.

¶ Ad probationem minoris, cum dicitur, Perſonalitas creata totaliter terminaret ipſam, & illa ſtante nõ poſſet ſimul eſſe in alia perſona creata vel increata, ergo pſonalitas increata, reſpõdetur concedendo antecedens pro vtraque parte, ſed negando ſequelã.

¶ Et ad probationem ſequelæ, cum dicitur, quia non minus terminaret naturam & dependentiam eiuſdem perſonalitas quæcumque diuinæ perſonæ, quàm terminaretur in ſe, poſſet negari hoc quantum ad non minus extenſiue. Veruntamen proprie loquendo, reſpondendum eſt, quòd non minus, ſed alio modo & alia ratione terminat perſona diuina, & ideo negatur ex hoc vltimo aſſumpto ſequela, quoniam peccat ratio ſecundum nõ cauſam vt cauſam. Non enim ideo quia minus terminet perſona F diuina, relinquit naturã adhuc aſſumptibilẽ, vt argumentum ponit: ſed quia alio mõ & alia ratione terminat, ideo relinquit naturã aſſumptam adhuc aſſumptibilem ab alia pſona diuina.

¶ Ad cuius clariorẽ perceptionem ſcito, quòd hæc humanitas, ſi propriam perſonalitatem haberet, modus habendi propriam perſonã eſſet, quia ipſa humanitas eſſet principium conſtitutiuum ſuæ perſonæ, ex vnione.n. animæ & corporis conſtitueretur non ſolum vna natura ſingularis, ſed etiã vna perſona, ratio quoque habendi propriã perſonam eſſet ſua ſubſtantialis ac perfecta natura extra cauſas ſuas in rerũ natura ſibi dimiſſa. Et quia hæc humanitas ſuapte natura non ſe extendere poteſt, niſi ad conſtituendam vnã perſonam ſibi propriam, & perſonæ repugnat aſſumi ab alia perſona in vnitate perſonali (interuenit ſiquidem H hic manifeſta implicatio contradictoriorum) ideo hæc humanitas ſic perſonatur ex propria perſona in Sorte, quòd terminatur in illa intenſiue & extenſiue. Nec poteſt ſtante illa vniri perſonaliter, cũ quacũque alia perſona creata vel increata: quia eſſent duo contradictoria ſimul vera, eſſent enim vna perſona, & non eſſent vna perſona cum aſſumente, vt patet. Sed hæc humanitas alio modo, & alia ratione perſonatur per aſſumptionẽ: quoniam non conſtituendo perſonam perſonatur, vt patet in humanitate Chriſti quæ perſonatur per perſonam verbi, quæ non conſtituitur per illam humanitatem, ſed fuit ab æterno. Et hinc prouenit differentia inter hanc humanitatẽ perſonatã propria perſonalitate, & perſonatam perſonalitate Verbi, ꝙ illa remanet in ſe inaſſumptibilis, iſta remanet in ſe aſſumptibilis: quoniam illa non poteſt aſſumi ſtante ſua perſonalitate, niſi aſſumeretur ſua perſonalitas, quæ non eſt aſſumptibilis, iſta vero quia in aliena I perſonalitate ſubſiſtit, poteſt aſſumi abſque hoc, ꝙ illa aliena ſibi appropriata perſonalitas aſſumatur. Ex diuerſo ergo mõ terminandi, propria vel aliena pſonalitate, patet quare natura perſonata propria perſonalitate nõ poteſt aſſumi, & quare perſonata aliena poteſt aſſumi: quia ſcilicet per propriam terminatur, conſtituendo illam, per alienam non conſtituendo illam. Diuerſa quoque ratio eſt vtrobique terminãdi. nam & diuina perſona terminat ex ſua infinitate, vtpote aliena perſona ſubſiſtens in alia natura (dictum eſt.n. ſupra ꝙ proprium eſt diuinæ pſonę ob ſui infinitatem ſubſiſtere ſimul in diuerſis naturis) & natura humana non naturali, ſed obedientiæ potẽtia pſonatur per alienam perſonã: perſona aũt Sortis non ex aliqua excellẽtia, ſed ex naturali adæquatione terminat perſonaliter naturam ſuam, & econtra natura ſua naturaliter eſt per illam adæquabilis perſonaliter. Et hinc etiam prouenit, quod cũ quælibet perſona diuina ſit infinita, quælibet perſonare poteſt humanitatem hanc nõ ex indigentia naturæ (vt dictum eſt) ſed ex ſufficientia perſonæ potentis communicare illi naturæ etiam ſuam perſonalitatem. K Ex his autem habes, quòd non ſolum dependentia huius humanitatis reſpectu ſingularum perſonarum diuinarum quo ad aſſumi, eſt diuerſarum rationum inter ſe, ſed etiam quòd dependentia ſeu terminatio huius humanitatis reſpectu diuinæ perſonæ & reſpectu perſonæ propriæ, ſunt diuerſarum rationum, licet omnes cõueniant in vna communi ratione termini, quia ſcilicet ſunt ad perſonam. Ruit ergo a fundamentis vndique fabrica Scotica, & merito: quoniam hanc humanitatem perſonari ſimul a pluribus perſonis diuinis, nihil aliud eſt, quàm communicare huic humanitati plures perſonalitates alienas infinitas, appropriando illas illi. Et per hæc patet, quare repugnat hanc humanitatẽ habere ſimul plures perſonalitates creatas, aut creatã & increatã: quia. ſ. vtrobique eſſet implicatio contradictoriorũ, dum natura hæc in propria perſonalitate poneretur vna perſona cũ alia pſona. Et nõ repugnat, habere ſimul plures pſonalitates increatas: q̃a p hoc nõ ponit̃, vnã perſonã aſſumi in vnitatẽ perſonalem alterius perſonæ. Et hæc pro nunc ſufficiant de hac q̃one.

¶ In

ſiſtere in vna natura humana, ita ſcilicet, quòd ſit vna natura humana a tribus perſonis aſſumpta.

Respon. Dicendum, quòd, ſicut ſupra dictum eſt, * ex vnione animæ & corporis in Chriſto, non fit neque noua perſona, neque noua hypoſtaſis, ſed fit vna natura aſſumpta in perſonam, vel hypoſtaſim diuinam, quod quidem non fit per potentiam naturæ humanæ, ſed per potentiam diuinæ perſonę. Eſt autem talis diuinarum perſonarum conditio, quòd vna earum non excludit aliam a communione eiuſdẽ naturæ, ſed ſolũ a comunione eiuſdẽ perſonæ. Quia igitur in myſterio incarnationis tota ratio facti, eſt potẽtia facientis (vt Aug. dicit in Epiſtola * ad Voluſianum) magis circa hoc eſt iudicãdum ſm conditionẽ diuinæ perſonæ aſſumẽtis, q̃ ſm conditionẽ naturæ humanæ aſſumptæ. Sic ergo nõ eſt impoſſibile diuinis pſonis, vt duæ vel tres aſſumant vnam naturã humanã. Eſſet tñ impoſſibile vt aſſumerẽt vnã hypoſtaſim, vel vnã pſonã humanã, ſicut & Anſel. * dicit in lib. G Cur Deus homo, ꝙ plures perſonæ non poſſunt aſſumere vnũ eundemque hominem, ſcilicet in vnitatem perſonæ.

lib. 2. Cur Deus homo cap. 9. circa principiũ.

Ad primvm ergo dicendum, quòd hac poſitione facta, ſcilicet quòd tres perſonæ aſſumerent vnã humanam naturam, verum eſſet dicere quòd tres perſonæ eſſent vnus hõ, propter vnã naturam humanã. Sicut.n. nũc uerũ eſt dicere, quòd tres perſonę ſunt vnus deus propter vnam diuinam naturam, ſic verum eſſet dicere, quòd eſſent vnus homo propter vnam naturã humanam. Nec ly vnus, importaret vnitatẽ perſonæ, ſed vnitatem in natura humana. Non.n. poſſet argui ex hoc, ꝙ tres perſonæ ſunt vnus homo, quòd eſſent vnus ſimpliciter: nihil.n. prohibet dicere, ꝙ homines, qui ſunt plures ſimpliciter, ſint vnus quantum ad aliquid, puta, vnus populus. Et ſicut Aug. * dicit 6. de Tri. diuerſum eſt natura ſpiritus dei & ſpiritus hominis, ſed inhærendo fit vnus ſpiritus, ſecũdum illud 1. Cor. 6. Qui adhæret deo, unus ſpiritus eſt.

Lib. 6. ca. 3. ante mediũ tom. 3.

Ad 2m dicendum, quòd illa poſitione facta, humana natura eſſet aſſumpta in vnitate, nõ vnius perſonæ, ſed in vnitatem ſingularum perſonarum, ita ſcilicet ꝙ ſicut diuina natura habet naturalem vni- C tatem cum ſingulis perſonis, ita natura humana haberet vnitatem cum ſingulis per aſſumptionem.

Ad 3m dicendum, quòd circa myſterium incarnationis fit communicatio proprietatum pertinẽtium ad naturam: quia quæcumque conueniunt naturæ, poſſunt prædicari de perſona ſubſiſtente in natura illa, cuiuſcumque naturæ nomine ſignificetur. Prædicta igitur poſitione facta, de perſona Patris poterũt prædicari, & ea quæ ſunt humanæ naturæ, & ea quæ ſunt diuinæ: & ſimiliter de perſona Filij & Spiritusſancti. Non aũt id quod cõueniret perſonæ Patris B ratione propriæ perſonę, poſſet attribui perſonæ Filij aut Spiritui ſacto, propter diſtinctionem perſonarum, quæ remaneret. Poſſet ergo dici, quòd ſicut pater eſt ingenitus, ita homo eſſet ingenitus, ſecundum quod ly homo ſupponeret pro perſona patris. Si quis aũt vlterius procederet, Homo eſt ingenitus, filius eſt homo, ergo filius eſt ingenitus, eſſet fallacia figuræ dictionis vel accidentis: ſicut & nunc dicimus deum eſſe ingenitũ, quia pater eſt ingenitus: nec tamẽ poſſumus concludere, quòd filius ſit ingenitus, quàmuis ſit deus.



¶ In eodem art. in calce corporis circa auctoritatem Anſelmi, aduerte, ꝙ Duran. in 3. ſent. diſt. 1. q. 3. latenter arguit auctorẽ quaſi exponentem per ly vnum eundemque hominem, perſonam humanam, dicens contra hanc expoſitionem. Anſelmus concedit ꝙ vna perſona aſſumpſit hominem, & negat plures perſonas poſſe aſſumere vnum hominem, non intelligitur igitur perſona p hæc. Sed quoniam Durãdus ipſe poſtmodum dicit Anſelmum dicere ſic, Impoſſibile eſt plures perſonas diuinas eſſe unam perſonam cum uno eodemq; homine, ex ſeipſomet conuincendus eſt. Anſelmus volebat excludere aliq̃d quod poſſit ſub apparẽti quæſtione cadere: non poteſt autẽ aliter cadere ſub apparenti quæſtione, ꝙ plures perſonæ diuinæ ſint vna perſona, niſi quia vnirentur in vna pſona humana. Et ſic exponit auctor: nõ enim poteſt intelligi, ꝙ ſint plures perſonæ diuinæ in vna pſona diuina: quia hoc ſtatim offert apparentem valde cõtradictionem. Exponẽdo igitur ſententiam Anſelmi, optime in litera dictum eſt, ſiue pręponatur ly vna perſona cum uno eodemq; homine, ſiue non præponatur ly una perſona & dicatur, Impoſſibile eſt aſſumere unum eundemque hominem: ſenſus.n. ſemper eſt idem. ſ. ꝙ impoſſibile eſt plures perſonas aſſumere unam perſonam. Nec id quod obijcit Durand. obſtat, quia aliud eſt dicere, aſſumit hominem, & aliud, aſſumit unum eundemque hominem. Nam prima propoſitio etſi eſt aliqualiter impropria gloſſatur tamẽ, ꝙ intelligitur quo ad naturam, ut patet ex magiſtro in 3. ſent. diſt. 6. Secunda aũt, propter ly unum eundemque, trahitur ad indiuiduum ſubſiſtens in natura humana, q̃d conſtat eſſe ſuppoſitũ: nullus.n. unus hõ inuenitur in natura humana aſſumpta, niſi filius dei.

¶ In eodem 6. art. in reſponſione ad primum aduerte diligenter uerba auctoris, dum hac poſitione facta dicit, ꝙ tres perſonæ eſſent unus homo, & tamen nõ propterea eſſent unus homo ſimpliciter. Dixit.n. hæc ambo pp differentiam, quæ eſſet inter unum deum, & unum hominem in tribus perſonis: q̃m tres perſonæ ſic ſunt unus deus, ꝙ ſunt unus numero deus, & eſt ibi uere unus deus ſimpliciter: ſed tres perſonæ ſic eſſent unus homo, ꝙ non eſſent unus numero homo: quia nullus eſſet ibi unus numero homo cõis Patri & Filio & Spirituiſancto: ſicut eſt unus numero deus cõis Patri, & Filio, & Spirituiſancto. Et ſimiliter non eſſet ibi unus homo ſimpliciter: quia E nõ eſſet homo unus ſecundum naturam & perſonam, quam unitatem importat unus homo ſimpliciter: ſed eſſent tres homines numero in una natura humana: quia eſſent plures perſonæ humanæ ſecundum unam naturam humanam: ſed quoniam hoc ad uocabula ſpectat, parui refert, ſi ſcitur quid eſſet in re, qualitercumque exprimeretur.

*¶ Super Quæſtionis tertiæ Articulum ſeptimum.*

In titulo art. 7. aduerte, ꝙ iſtæ quæſtiones, quæ hic mouentur de poſſibili, non ideo mouentur, ut diſcutiatur dei potentia: ſed ut exinde myſterium incarnationis factæ magis innoteſcat. Manifeſtatur ſiquidem ex his, quæ diſcutiendo has q̃ones, dicuntur, qualis, quãtus &c. eſt per ſe primo terminus A incarnationis. ſ. perſona uerbi, & qualis eſt hmõi unio ex reſpectu ad alias perſonas, & naturas magis, ac magis explicatur.

¶ In corpore articuli una eſt concluſio reſponſiua quæſito affirmatiue. Perſona diuina præter naturam quam aſſumpſit, poteſt aliam numero naturam aſſumere. Vbi antequàm afferatur probatio, nota ꝙ quia aſſumere principium & terminũ aſſumptiõis importat, ideo concluſio probatur primo ex parte principij, ſ. potentiæ diuinæ in diuina perſona: ſecundo, ex parte termini. ſ. perſonalitatis diuinæ. Vnde quo ad primũ probatur ſic. Quid poteſt in unum, & nõ in amplius, habet potentiam limitatam ad unum: ſed potentia diuinæ perſonæ eſt infinita, nec limitabilis ad aliquid creatum. ergo. Quo ad ſecũdum probatur ſic. Si non poſſet aſſumere aliam naturam, ſequeretur ꝙ perſonalitas diuinę naturæ eſſet, ita cõprehenſa per unam naturam, ꝙ ad eius perſonalitatem alia aſſumi non poſſet: ſed hoc eſt impoſſibile, quia increatũ a creato comprehẽdi non poteſt. ergo.

¶ Circa illam propoſitionẽ, Q̃d poteſt in unum & non in amplius, habet potentiam limitatã ad unũ, aduerte, quòd eſt intelligenda formaliter. ſ. inquantum eſt ex parte potentię, in ũnum & non in amplius, nam ſi aliunde prouenirer, ꝙ poſſet in unũ & non in amplius, puta, ex modo agendi, quia agit per modum naturæ, quæ eſt determinata ad unum, non argueret limitationem potentiæ: ſed ſi ex ipſa potentia eſt, ꝙ poſſit in unum tantum, limitationem in illa arguit: quoniam potentia, ut potentia, extendit ſe ad poſſibile, quod non comprehenditur ũnitate, ita quod excludat multitudinem. Vnde in artic. ult. q. 41. in 1. par. dictum eſt, ꝙ non ex impotentia patris eſt, quòd unus tantum filius genitus & generabilis in diuinis. Et quia hæc propoſitio procedit ex parte potentiæ, ideo ſimpliciter & abſolute aſſumpta eſt propoſitio illa.

3. di. 1. q. 2. art. 5.

¶ Circa probationem ex parte termini, nota diligentiſſime, auctorem habere pro inconuenienti ac impoſſibili, perſonam diuinam; ut terminum comprehendi a natura creata. Hoc.n. nihil aliud eſt dicere, quam docere (q̃d iam prælibauimus reſpondendo Scoto) hoc ꝙ perſona diuina non ſolum eſt infinita in eſſendo & cauſando ratione naturæ diuinæ, ſed eſt infinita in terminando ratione ſuæ perſonalitatis: incomprehenſibilitas ſiquidẽ increatæ perſonę, ut termini a natura creata, ut aſſumpta nihil aliud ſignificat quam infinitatem in terminando increatæ perſonæ. Et ut excelſa dei balbutiendo, ut poſſumus, reſonemus, dicendum eſt, ꝙ infinitas diuina, ut eſt naturæ ſeu naturalis, conſtituit infinitum ens & infinitam cauſam: ut autem eſt perſonæ ſeu perſonalis, conſtituit infinitam perſonam ut ſic, quod claudit in ſe infinitam in terminando. Et ideo poteſt quælibet diuina perſona ſubſiſtere non ſolum in pluribus naturis. ſ. naturali & aſſumpta: ſed ẽt in pluribus aſſumptis, & eadem ratione in infinitis, ſi infinitæ inuenirentur ſimul.

¶ In reſponſione ad primum perſpice, ꝙ conſiſtit in hoc, ꝙ natura ſubſtantiæ creatæ multiplicatur multiplicato ſuppoſito conſtituto per ipſam: non autem multiplicato ſuppoſito non conſtituto per ipſam, ut patet in litera.

¶ In reſponſione ad ſecundum obiectio Scoti. 3. ſent. di. 1. q. 3. occurrit dicentis contra hoc, quòd ſequeretur quòd poſſemus dicere,

Articvlvs VII.

*Vtrum una perſona diuina poſſit aſſumere duas naturas humanas.*

Ad septimvm ſic pceditur. Videtur ꝙ vna perſona diui-

na non poſſit aſſumere duas naturas humanas. Natura.n.aſſumpta in myſterio incarnationis non habet aliud ſuppoſitum præter ſuppoſitum perſonæ diuinæ, vt ex ſupradictis patet. * Si ergo ponatur eſſe vna perſona diuina aſſumens duas humanas naturas, eſſet vnū ſuppoſitum duarū naturarum eiuſdem ſpeciei, qđ videtur implicare contradictionem: non .n. natura vnius ſpeciei multiplicatur niſi ſecundū diſtinctionē ſuppoſitorum.

¶ 2 Præt. Hac ſuppoſitione facta, non poſſet dici, quòd perſona diuina incarnata, eſſet vnus homo: quia non haberet vnam naturam humanam. Similiter non poſſet dici, quòd eſſet plures: quia plures homines ſunt ſuppoſito diſtincti, & ibi eſſet tantum vnum ſuppoſitum. ergo prædicta poſitio eſt omnino impoſſibilis.

¶ 3 Præt. Incarnationis myſterio tota natura diuina eſt vnita toti naturæ aſſumptæ, ideſt, cuilibet parti eius: eſt .n. Chriſtus perfectus deus & pfectus homo, totus deus & totus homo, vt Damaſ.*dicit in 3.lib. ſed duæ humanæ naturę non poſſent totaliter ſibiinuicem vniri: quia oporteret ꝙ anima vnius eſſet vnita corpori alterius, & ꝙ ēt duo corpora eſſent ſimul, qđ confuſionem induceret naturarum. Non ergo eſt poſſibile, quòd vna perſona diuina duas humanas naturas aſſumat.

Sed contra eſt, quòd quicquid poteſt pater, poteſt filius: ſed pater poſt incarnationem filij poteſt aſſumere naturam humanam aliam numero ab ea, quam filius aſſumpſit: in nullo enim per incarnationē filij eſt diminuta potentia patris vel filij. ergo videtur quòd filius poſt incarnationem poſſit aliam humanam naturam aſſumere præter eam, quam aſſumpſit.

Respon. Dicendum, ꝙ illud quod poteſt in vnum, & non in K amplius, habet potentiam limitatam ad vnum: potentia autem diuinæ perſonæ eſt infinita, nec poteſt limitari ad aliquid creatum. Vnde non eſt dicendum, ꝙ perſona diuina, ita aſſumpſerit vnā naturam humanam, ꝙ non potuerit aſſumere aliam. Videretur enim ex hoc ſequi, quòd perſonalitas diuinæ naturæ eſſet ita comprehenſa per vnam naturam humanam, ꝙ ad eius perſonalitatem alia aſſumi non poſſit, quod eſt impoſſibile: non enim increatum a creato comprehendi poteſt. Patet ergo ꝙ F ſiue conſideremus perſonam diuinam ſecundum virtutem, quæ eſt principium vnionis, ſiue ſecundū ſuam perſonalitatem, quæ eſt terminus vnionis, oportet dicere ꝙ perſona diuina præter naturā humanam, quam aſſumpſit, poſſit aliam numero naturā humanam aſſumere.

Ad primvm ergo dicendum, quòd natura creata perficitur in ſua ratione per formam, quæ multiplicatur ſecundum diuiſionem G materiæ: & ideo ſi compoſitio materiæ & formæ conſtituat nouum ſupppſitum, conſequens eſt, quòd natura multiplicetur ſecundū multiplicationem ſuppoſitorum: ſed in myſterio incarnatiōis vnio formæ & materiæ, ideſt, animæ & corporis, non conſtituit nouum ſuppoſitum, vt ſupra dictum:* & ideo poſſet eſſe multitudo ſecundū numerum ex parte naturę propter diuiſionem materiæ abſque diſtinctione ſuppoſitorum.

H Ad 2ᵐ dicendum, quòd poſſet videri dicendum, quòd prædicta poſitiōe facta ſequeretur, ꝙ eſſent duo homines propter duas naturas abſque hoc, ꝙ eſſent ibi duo ſuppoſita: ſicut ecōuerſo tres perſonæ dicerentur vnus homo, propter vnam naturam aſſumptam, vt ſupra dictum eſt: * ſed hoc non videtur eſſe verum: quia nominibus eſt vtendum ſecundum quòd ſunt ad ſignificandum impoſita, I quod quidem eſt ex conſideratione eorum, quæ apud nos ſunt: & ideo oportet circa modum ſignificandi & conſignificandi conſiderare ea, quæ apud nos ſunt, in quibus numquàm nomen ab aliqua forma impoſitū pluraliter dicitur, niſi propter pluralitatem ſuppoſitorū. Homo enim, qui eſt duobus veſtimentis indutus, nō dicitur duo veſtiti, ſed vnus veſtitus duobus veſtimētis, & qui habet duas qualitates, dicitur ſingulariter aliqualis ſecundum duas qualitates. Natura autem aſſumpta quantum ad aliquid, ſe habet per modum indumenti, licet non ſit ſimilitudo, quantum ad omK nia, vt ſupra dictum eſt:* & ideo ſi perſona diuina aſſumeret duas naturas humanas, propter vnitatē ſuppoſiti, diceretur vnus [d] homo, habens duas naturas humanas. Contingit autem, quòd plures homines dicuntur vnus [d] populus, propter hoc quòd cōueniunt in aliquo vno: non autem propter vnitatem ſuppoſiti. Et ſimiliter ſi duæ perſonæ diuinæ aſſumerent vnā numero humanam naturam, dicerentur vnus homo, vt ſupra dictū eſt,* non vnitate ſuppoſiti, ſed inquantum conueniunt in aliquo vno.

Ad 3ᵐ dicendum, ꝙ diuina & humana natura non eodem ordine ſe habēt ad vnam perſonam diuinam, ſed per prius comparatur ad ipſam diuina natura, vtpote quæ eſt vnum cum ea ab æterno: ſed natura humana cōparatur ad perſonā diuinā per poſterius, vtpote

Ar.præced. & ar.2. huius q. & q. 2.ar.2.& 3.

Lib. 3. Ortho. fi. c.7.

Ar.præc

Ar.præc. ad 1.

q.2.ar.6 1.

D.1.

D.1.

q.2.ar.6 1.

dicere, quòd plures perſonę ſunt plures dij. Probatur: Secūdum hoc tale concretum habet vnitatem vel pluralitatē ex vnitate vel pluralitate ſuppoſiti.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ in litera nō dicitur affirmatiue multiplicari concretum multiplicato ſuppoſito, vt arguens forte accipit: ſed ponitur vniuerſalis regula negatiue, ſcilicet numquàm nomen ab aliqua forma impoſitum pluraliter dicitur, niſi propter pluralitatē ſuppoſitorū. Et iſta regula eſt vera tam in concretis adiectiuis, quàm ſubſtantiuis, tam ſubſtantialibus, quam accidētalibus, ita quòd ſemper ad pluralitatem concretorū exigitur pluralitas ſuppoſitorum: ſed cum hoc ſtat, quòd pluralitas ſuppoſitorū non ſufficiat quandoque, & exigitur etiam pluralitas formæ ſignificatæ, vt de cōcretis ſubſtantiuis in art. 3. q.39. 1.par. patet. Et propterea licet vnitas ſuppoſiti, optime inferat ſingularitatem cōcreti ſubſtantiui (quale eſt ly homo) non tamē multitudo ſuppoſitorū infert pluralitatem nominis ſubſtantiui. Et propterea nō ſequitur, ergo tres perſonæ ſunt dij: nec ergo tres perſonę homines in caſu præcedentis articuli, vt in hac etiam litera dicitur: & tamen bene ſequitur in caſu huius articuli. ergo verbū dei non eſt homines, ſed vnus homo.

¶ In reſponſione ad tertium perſpice rationem, quare præſentis articuli poſitione facta, hæc humana natura præaſſumpta nō aſſumeret aliam naturam humanā, quæ poſt aſſumeretur, cū qua tamen concurreret, in eandem numero perſonalitatem, & natura diuina aſſumeret quācumq; naturam humanam, quæ vniretur perſonaliter verbo dei.

Ratio inquam eſt, quia filius dei ē ſua deitas, non autem eſt ſua humanitas: hinc enim fit, vt cuicumque perſonaliter vnit' filius dei ꝑ ſe primo, eidem ſecūdario vniatur, dico & naturę aſſūptæ & cuilibet eius parti, vt patet ex auctoritate Damaſ. Et hinc fit, quòd vna humanitas non eſſet vnita alteri, ita quòd nec ipſi naturæ poſt aſſumptā ꝓcedēs vniretur, nec alicui eius parti, ſed per accidens coincidérent in vnā perſonam, inter ſe diſtinctæ etiā loco. Et ex hoc ſequeretur, ꝙ nō eſſet communio conuenientium illi perſonæ ſecundum vnam naturā aſſumptam cum conuenientibus ſibi ſecūdum aliam aſſumptam, immo poſſet ſimul mori ſecundū vnam, & viuere ſecundum aliam. Etſi verbi gratia ſm primā naturam vocaretur Chriſtus, & ſecundum ſecundā vocaretur Ioannes, mortuo Chriſto nō poſſet dici mortuus Ioannes: ſed bene diceretur mortuus deus & dei filius, & ſimiliter viuo Ioanne tantum, non vere diceretur viuus Chriſtus, ſed viuus deus & dei filius, & ſic de ſimilibus.



pote aſſumpta ex tempore a diuina perſona, non quidē ad hoc ꝙ natura ſit ipſa perſona, ſed quòd perſona in natura ſubſiſtat. filius.n.dei eſt ſua deitas, ſed non eſt ſua humanitas: & ideo ad hoc, ꝙ natura humana aſſumatur a diuina perſona, requiritur ꝙ diuina natura vnione perſonali vniatur toti naturæ aſſumptæ, id eſt, ſecundum omnes partes eius: ſed duarum naturarum aſſumptarum eſſet vniformis habitudo ad perſonam diuinam, nec vna aſſumeret aliā. Vnde non oporteret quòd vna earum totaliter alteri vniretur, ideſt, omnes partes vnius omnibus partibus alterius.

## Articvlvs VIII.

*Vtrum fuerit magis conueniens, quòd perſona filij aſſumeret humanā naturam, quàm alia perſona diuina.*

Ad octavvm ſic ꝓceditur. Videtur ꝙ nō fuerit magis cōueniens filium dei incarnari, q̃ Patrem, vel Spiritumſanctū. Per myſterium.n.incarnationis, homines ad verā dei cognitionem ſunt perducti, ſecundum illud Ioan. 18. In hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtim.perhi. veritati: ſed ex hoc, quòd perſona filij C dei eſt incarnata, multi impediti fuerunt a vera dei cognitione, ea quæ dicūtur de filio ſcdm humanā naturā referētes ad ipſam filij perſonam: ſicut Arrius, qui poſuit inæqualitatem perſonarum propter hoc, quòd dicitur Ioan. 14. Pater maior me eſt, qui quidem error non proueniſſet, ſi perſona patris incarnata fuiſſet: nullus enim ęſtimaſſet patrem filio minorem. Magis ergo videtur fuiſſe cōueniens, quòd perſona patris īcarnaretur, quàm perſona filij.

¶ 2 Præt. Incarnationis effectus videtur eſſe recreatio quædā humanę naturę, ſecundum illud Gal.vlt. In Chriſto Ieſu neq; circunciſio aliquid valet, nec præputium, ſed noua creatura: ſed potentia creandi appropriatur Patri. ergo magis decuiſſet patrem incarnari, q̃ filium.

¶ 3 Præt. Incarnatio ordinatur ad remiſſionem peccatorum, ſecundum illud Mat. 1. Vocabis nomen eius Ieſum: ipſe enim ſaluū faciet populum ſuum a peccatis eorum. Remiſſio autem peccatorum attribuitur Spirituiſancto, ſecundum illud Ioan. 20. Accipite Spiritumſanctum quorū remiſ. pec. re. eis. ergo magis congruebat perſonam Spirituſſancti incarnari, quàm perſonam filij.

Sed contra eſt, quòd Damaſ. dicit in 3.lib.* In myſterio incarnationis manifeſtata eſt ſapientia & virtus dei, ſapiētia quidem, quia inuenit difficillimi ſolutionē A pretij, q̃ decentiſſimam: virtus autem, quia victū fecit rurſus victorem: ſed virtus & ſapientia appropriantur filio, ſecundum illud. 1. Cor. 1. Chriſtum dei virtutem & dei ſapientiam. ergo conueniens fuit perſonam filij incarnari.

Respon. Dicendum, ꝙ conuenientiſſimum fuit, perſonam filij incarnari: primo quidem, ex parte vnionis. Conuenienter.n. ea, quæ ſunt ſimilia, vniūtur: ipſius autem perſonæ filij, qui eſt verbū dei, atB tenditur vno quidem modo cōis cōuenientia ad totam creaturam: quia verbū artificis, ideſt, cōceptus eius eſt ſimilitudo exēplaris eorū, quæ ab artifice fiunt. Vnde verbū dei, qđ eſt ęternus conceptus eius, eſt ſimilitudo exemplaris totius creaturæ: & ideo ſicut per participationē huius ſimilitudinis creaturę ſunt in proprijs ſpeciebus inſtitutę, ſed mobiliter, ita per vnionem verbi ad creaturam, non participatā, ſed perſonalē, conueniēs C fuit reparari creaturā in ordine ad æternā & immobilē perfectionē. Nam & artifex per formā artis cōceptam, qua artificiatum cōdidit, ipſum ſi collapſum fuerit, reſtaurat. Alio modo, habet conuenientiam ſpecialiter cum humana natura, ex eo quòd verbum eſt conceptus æternæ ſapientiæ, a qua omnis ſapientia hominum deriuatur. Et ideo per hoc homo in ſapientia perficitur, quę eſt propria eius perfectio, prout eſt rationalis, ꝙ participat verbum dei: ſicut diſcipulus inD ſtruitur per hoc, ꝙ recipit verbum magiſtri: vnde Eccle. 1. dicitur, Fons ſapientiæ verbū dei in excelſis: & ideo ad conſumatam hominis perfectionem conueniens fuit, vt ipſum verbum dei humanę naturæ perſonaliter vnirętur. Secundo, poteſt accipi ratio huius congruentiæ ex fine vnionis, qui eſt impletio prædeſtinationis, eorum.ſ. qui præordinati ſunt ad hęreditatem cæleſtem, quę non debetur niſi filijs eius, ſm illud Ro.8. Si filij, & hæredes: & ideo congruum fuit, vt per eum, qui eſt filius naturalis, homines participarent ſimilitudinem huius filiationis ſecundū adoptionem, ſicut Apoſt. ibidem dicit, Quos pręſciuit, & & prædeſt. confor. fieri ima. fi. ſui. Tertio, poteſt acciE pi ratio huius cōgruentiæ ex peccato primi parentis, cui per incarnationem remedium adhibetur. Peccauerat.n. primus homo, appetendo ſcientiam, vt patet ex verbis ſerpētis promittentis homini ſcientiam boni & mali. Vnde conueniens fuit, vt per verbum veræ ſapientiæ homo reduceretur in deum, qui per inordinatum appetitum ſcientiæ receſſerat a deo.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ nihil eſt, quo humana malitia non poſſit abuti, quando etiam ipſa dei bonitate abutitur, ſecundum illud Ro. 2. An diuitias bonitatis eius contemnis? Vnde etiam ſi perſona patris fuiſſet incarnata, potuiſſet ex hoc homo alicuius erroris occaſionem ſumere, quaſi filius ſufficere non potuiſſet ad humanam naturam reparandam.

Inf.q.39.a. 8.ad 3.& 3. di.1.q.2.ar. 2.& 4.con. c.39.fin.& 42.

Lib.3.c.1.

¶ *Super Quæſtionis tertiæ Articulum octauum.*

Titulus octaui artic. clarus eſt.

¶ In corpore vna eſt concluſio reſponſiua quæſito affirmatiue. Conuenientiſſimum fuit perſonā filij incarnari. Probatur tripliciter. Primo, ex parte vnionis. Similia conuenienter vniuntur: perſona filij & humana natura tam ſecundum communem creaturę rationē ſm q̃ propriā rationē ſunt ſimiles. ergo. Minor quo ad primam partem, & ꝓbatur ſimpliciter, quia verbum dei eſt exemplaris ſimilitudo omnis creaturę: quia verbū artificis eſt exemplaris ſimilitudo eorum, quæ fiunt ab artifice: & probatur, applicando ad deducendam inconuenientiā incarnationis primo in communi, quia artifex per cōceptā formam, qua condidit reſtaurat collapſum. Secundo, in ſpecia i ex trib⁹ inuentis in depēdentia creaturarū a verbo. Primum eſt, participatio ſimilitudinis exemplaris. Secundum, conſtitui in proprijs naturis. Tertium, modus, ꝙ mobiliter conſtant. Quibus conuenienter adiungūtur tria perfectiora.ſ. ſuper participationē vnio non participatiua, ſed perſonalis, ſup cōſtitutionē in proprijs reparatio in diuinis .ſ. gratia, gloria, & vita cæleſtis, ſuper mobilitatem, æterne & immutabiliter vitam felicitatemq; habere: quo ad ſecundam vero partem probatur ſimiliter primo ſimilitudo ſimpliciter quo ad duo ſe habentia, vt cauſa & effectus, primo quia verbū eſt conceptus ęternę ſapiētiæ, & omnis ſapientia hominū ab æterna ſapientia deriuatur. Secūdo, ex hoc quia propria perfectio hominis vt rationalis, quæ eſt ſapientia conſiſtit in participando verbū dei. Quod probatur exemplo, ſicut perfectio diſcipuli in participando verbū magiſtri, & auctoritate. Fons ſapientiæ &c. Probatur deinde applicando, ꝙ ſupra participationem diuini verbi, in qua propria pfectio hominis ſecūdū mentem conſiſtit, conuenientiſſime apponitur vt ipſum verbū dei pſonaliter vniatur naturæ humanę, vt conſumata ſit hominis perfectio, vt.ſ. quæ inchoatur in participatione ipſius verbi humana perfectio conſumetur non in participatione, ſed in perſonali adeptione ipſius verbi. Reliquæ rationes clare patent in litera.

Ad 2m dicendum, quòd prima rerum creatio facta eſt a potentia dei patris per verbum. Vnde & recreatio per verbum fieri debuit a potentia Dei patris, vt recreatio creationi reſponderet, ſecundum illud 2. Cor. 5. Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi.

Ad 3m dicēdum, quòd Spirituiſancto proprium eſt quòd ſit donum Patris & Filij. Remiſſio autē peccatorum fit per Spiritumſanctũ tãquàm per donũ dei: & ideo cõuenientius fuit ad iuſtificationē hominum, quòd incarnaretur Filius, cuius Spũſſanctus eſt donũ.

## QVAESTIO IIII.

*De modo unionis ex parte naturæ humanæ aſſumptæ, in ſex articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandum eſt, de vnione ex parte aſſumpti. Circa qđ primo conſiderandũ occurrit de his, quæ ſunt a verbo aſſumpta. Secundo, de coaſſumptis, quæ ſunt perfectiões & defectus. Aſſumpſit autem dei filius humanam naturam & partes eius.

Vnde circa primũ triplex conſideratio occurrit. Prima eſt, quãtũ ad ipſam naturã humanã. Secunda eſt, quãtũ ad partes ipſius. Tertia, quantũ ad ordinem aſſumptionis.

Circa primum quærũtur ſex.

¶Primo, Vtrũ humana natura fuerit magis aſſumptibilis a filio dei, quàm aliqua alia natura.

¶Secundo, Vtrum aſſumpſerit perſonam.

G ¶Tertio, Vtrũ aſſumpſerit hoīem.

¶Quarto, Vtrũ fuiſſet cõueniens, quòd aſſumpſiſſet naturam humanã a ſingularibus ſeparatam.

¶Quinto, Vtrũ fuiſſet cõueniens, ꝙ aſſumpſiſſet humanam naturã in oībus eius ſingularibus.

¶Sexto, Vtrum fuerit cõueniens, quòd aſſumeret humanam naturam in aliquo homine ex ſtirpe Adæ progenito.

### Articvlvs primvs.

H *Vtrum natura humana fuerit magis aſſumptibilis a filio dei, quàm aliqua alia natura.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd humana natura nõ fuerit magis aſſumptibilis a filio dei, q̃ quælibet alia natura. Dicit enim Auguſt. in Epiſto.* ad Voluſianum, In rebus mirabiliter factis tota ratio facti, eſt potentia facientis: ſed potentia dei facientis incarnationē, quæ eſt opus

I maxime mirabile, non limitatur ad vnam naturam, cum potentia dei ſit infinita. ergo natura humana non eſt magis aſſumptibilis

*In epi. non ma... ante m... tom. 1.

¶ *Super Quæſtionis quartæ Articulum primum.*

Titulus artic. 1. q. 4. in corporis principio declaratur, quòd intelligitur de aſſumptibili non ſecundũ potentiam paſſiuam naturalem, & in reſpõſione ad primum, nec ſecundum potentiam obedientiæ ad omnipotentiam dei: ſed ſecundũ potentiam congruitatis ad vnionē perſonalem. Et ratio omnium in locis ſuis patebit.

¶In corpore articuli eſt vnica concluſio. Sola natura humana eſt aſſumptibilis. Probatur. Hæc duo. ſ. congruentia dignitatis & neceſſitatis, ſoli naturæ humanæ conueniunt. ergo ſola natura humana eſt aſſumptibilis. Antecedens quo ad exponētem affirmatiuã probatur. quo ad dignitatem quidē: quia natura humana nata eſt attingere ꝑ propriam operationē, cognoſcēdo & amàdo verbum dei. quo ad neceſſitatē vero, quia ſubiacens peccato originali indigebat reparatione. Quo ad exponentē aũt negatiuam probatur: quia creaturæ irrõnali deeſt dignitas: naturæ aũt angelicæ deeſt congruitas neceſſitatis. Conſequentia probatur, quia aſſumptibile dicit aptum natum aſſumi a diuina perſona non ꝑ potentiã paſſiuã naturalē. ergo per potentiam congruitatis ad vnionem perſonalem diuinam. Hoc vltimo aſſumptum probatur: quia potentia paſſiua naturalis non ſe extendit ad id, quod tranſcendit ordinem naturalem.

¶Circa hæc, duæ dubitationes ſunt, quæ ex dictis literæ in reſponſionibus argumentorũ, ſoluuntur. Primũ dubiũ eſt, circa conſequentiã illã aſſumptibile non attendit̃ ſm potentiã paſſiuã naturalē. ergo ſm congruentiã cũ poſſit reſponderi, conſequentia non valet: qm̃ põt attendi ſm potentiam obedientiæ.

¶Ad hoc ex reſponſione ad primum in litera reſpondetur, ꝙ creaturæ denominãtur aliquales ex eo, quod conuenit eis ſecundum propria, & non ex eo quod conuenit eis ſecundum primas & vniuerſales cauſas, potentia autem obedientiæ conuenit creaturæ in ordine ad primam cauſam, vt patet: potentia autem congruitatis attenditur ſecundum propria ipſius creaturæ: & ideo creaturæ denominantur aliquales, hoc eſt aſſumptibiles ſecundum congruitatem, non ſecundũ obedientiam. Sed hæc reſponſio non videtur ſolida, tum quia etiam ſecundum Auctorem humana natura dicitur aſſumptibilis per potentiam obedientiæ, tum quia aſſumptibilis eſt denominatio conueniens creaturæ ſolum ex ordine ad deũ cauſam vniuerſaliſſimam, cum iam dictũ ſit proprium eſſe diuinæ perſonæ ſubſiſtere in pluribus naturis, tum quia creaturæ denominantur aliquales ex eo, qđ conuenit illis ſecundum cauſas primas & vniuerſales. dicuntur. n. creaturæ & conſeruatæ ac conſeruabiles ex prima cauſa, dicitur etiam natura reparata ex prima & vniuerſaliſſima cauſa deo &c.

¶Ad hæc dicitur, ꝙ propoſitio in reſponſione ad primum allata. ſ. creaturę denominantur aliquales ex eo, qđ conuenit eis ſecundum proprias cauſas, non autem ex eo, qđ conuenit eis

F ſecundum primas & vniuerſales cauſas, intelligenda eſt cum grano ſalis. ſ. quando oppoſitæ denominationes conueniunt illis ſm proprias, & ſm primas cauſas. Et hanc gloſſam manifeſtat Auctor eſſe ſuę intentionis in ſubiũcto exẽplo de morbo, qui ſecundum propria dicitur incurabilis quàmuis ſecundum deum oppoſitam denominationem habeat, & dicatur curabilis. Ita ꝙ intendit Auctor, ꝙ qñ denominatio aliqua ſic ſe habet ad creaturas, ꝙ ſecundũ propria affirmatiue & ſecundũ primam cauſam negatiue, aut econtra ſecundum propria negatiue & ſecũdum primã cauſam affirmatiue ſunt denominandæ, tunc creaturę denominantur aliquales ſimpliciter ſecundũ ꝓpria, & non ſecundũ primã cauſam, ſed cũ additione, ut patet in exemplo literæ, morbus denominari poteſt curabilis & incurabilis ſecũdũ propria & ſecundũ primã cauſam curabilis, & ideo ſimpliciter dr̃ curabilis vl̃ incurabilis, attēdendo ad propria, ſecũdũ primam aũt cauſam dr̃ cũ additione curabilis, ꝑ dei potentiam. Et ſimile eſt in propoſito, creaturę ſimpliciter dicuntur aſſumptibiles, quæ congruitatē habēt ad unionem perſonalem, & inaſſumptibiles, quæ illa carēt, cum quo tamē ſtat quòd omnes naturæ dicantur aſſumptibiles cum additione, ſcilicet per dei potentiam.

3. di. 1. q. 1. ar. 1. & contra c. 31. & 4.

¶Ad primã ergo obiectionē dr̃, ꝙ potentia obedientiæ, quia reſpondet omnipotentiæ diuinæ, clauditur in propoſito ſub denominatione ex omnipotentia dei: eiuſdem. n. rationis eſt, ꝙ denominetur natura aſſumptibilis ex potẽtia dei, & ex potentia obedientiæ, qua creatura ſubditur dei potentiæ abſolutę: & ideo prætermiſſa eſt in hoc proceſſu, ſicut & potentia dei.

¶Ad ſecundam dicitur, quòd licet aſſumptibile dicatur ſolummodo in ordine ad deum, attendi tamen poteſt etiam ex parte congruentiæ naturæ ſecundũ illius propria & ex parte omnipotentiæ dei, & ſecũdum hoc oppoſito modo natura aliqua eſt denominabilis: & ideo ſecundum propria dicitur congrue aſſumptibilis uel inaſſumptibilis.

K

¶Ad tertiam conceditur, quòd creaturæ denominantur ſimpliciter aliquales ex dei potentia, quando ex proprijs nõ ſunt oppoſito modo denominabiles. Nec oppoſitum habetur ex litera ſane intellecta.

¶Dubium ſecundum eſt, quomodo uerum eſt, quòd in angelis deficiat neceſſitas reparationis, cum angelica natura adhuc reparatione indigeat.

¶Ad hoc dicitur, quòd non intendit Auctor excludere ab angelica natura indigentiam ſeu neceſſitatem reparationis, ſed cõgruentiam neceſſitatis, ita ꝙ licet in angelica natura ſit maior indigentia, quia irreparabilis eſt illius lapſus: quia tamen neceſſitas illa non habet congruitatem ad reparationem, quia eſt neceſſitas non uiæ ſed termini, ideo notanter dicitur, quòd deeſt angelicæ naturæ congruitas ex parte neceſſitatis tam in corpore articuli, quàm in reſponſione ad tertium.

¶ Nota in dictis huius articuli illam propoſitionem de potentiā



a deo, quàm aliqua alia creatura.

¶ 2 Præt. Similitudo eſt ratio faciens ad congruitatem incarnationis diuinæ perſonæ, vt ſupra dictum eſt: * ſed ſicut in creatura rationali inuenitur ſimilitudo imaginis, ita in creatura irrationali inuenitur ſimilitudo veſtigij. ergo creatura irrationalis aſſumptibilis fuit, ſicut humana natura.

q. præced. artic. 8.

¶3 Præt. In natura angelica inuenitur expreſſior dei ſimilitudo, q̃ in natura humana, ſicut Greg. dicit in hom.* de centum ouibus, introducens illud Ezech. 28. Tu ſignaculum ſimilitudinis: inuenitur etiam in angelo peccatum, ſicut in homine, ſecundũ illud Iob, 4. In angelis ſuis repperit prauitatē. ergo natura angelica fuit ita aſſũptibilis, ſicut natura hominis.

Hom. 34. in Euange. ante med. illius.

¶4 Præt. Cum deo competat ſumma perfectio, tanto magis eſt deo aliquid ſimile, quanto eſt magis perfectum: ſed totum vniuerſum eſt magis perfectũ, q̃ partes eius, inter quas eſt humana natura. ergo totum vniuerſum eſt magis aſſumptibile, quàm humana natura.

Sed contra eſt, quòd dicitur Prou. 8. ex ore ſapientiæ genitæ, Delitiæ meæ eſſe cum filijs hominum. Et ita videtur eſſe quædã congruentia vnionis filij Dei ad humanam naturam.

Respon. Dicendum, quòd aliquid aſſumptibile dicit̃, quaſi aptũ aſſumi a diuina perſona. Quę quidem aptitudo non poteſt intelligi ſecundum potentiam paſſiuã naturalem, quæ non ſe extendit ad id, quod trãſcendit ordinem naturalem, quē tranſcendit vnio perſonalis creaturæ ad deum. Vnde relinquitur ꝙ aſſumptibile aliquid dicatur, ſecũdũ congruentiam ad vnionem prædictam. Quę quidem congruentia attenditur ſm duo in

B humana natura. ſ. ſecundum eius dignitatem, & neceſſitatem. Secundum dignitatem quidem, quia humana natura, inquantum eſt rõnalis & intellectualis, nata eſt cõtingere aliqualiter ipſum verbũ per ſuam operationem, cognoſcendo. ſ. & amando ipſum. Secundũ neceſſitatem autem, quia indigebat reparatione, cum ſubiaceret originali peccato. Hæc autem duo ſoli humanæ naturę conueniunt: nam creaturæ irrationali deeſt congrui-

C tas, naturæ autem angelicæ deeſt congruitas prædictæ neceſſitatis. Vnde relinquitur quòd ſola natura humana ſit aſſumptibilis.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ creaturę denominantur aliquales, ex eo quod competit eis ſecundum proprias cauſas: non autem ex eo quod conuenit eis ſecundũ cauſas primas & vniuerſales; ſicut dicimus aliquē morbũ incurabilē, non quia non poteſt curari a deo, ſed quia ꝑ propria principia ſubiecti curari non poteſt. Sic ergo dici-

D tur aliqua creatura non eſſe aſſumptibilis, non ad ſubtrahendum aliquid potentiæ diuinæ, ſed ad oſtendendũ conditionem creaturæ, quę ad hoc aptitudinem non habet.

tia paſſiua naturali, quòd non ſe extendit ad id, quod tranſcendit naturalem ordinem: quoniam veriſſima eſt, & formalis & propria, & ſecũdum illa iũdicanda, quæ hic atq; illic inueniuntur dicta. Secundum quã a patet, ꝙ potentia naturalis intellectus noſtri non ſe extendit ad viſionem dei &c. Vnde & hic dicitur de natura humana quatenus intellectualis, quòd nata eſt aliqualiter cõtingere ꝑ operationem verbum dei.

¶In reſponſione ad primum eiuſdē primi artic. notandum eſt, ꝙ hinc apparet Auctorem non contradicere ſuis dictis in 3. ſent. diſt. 2. q. 1. art. 1. nec retractare illa, ſed altius ac Theologo dignius locut⁹ eſt de aſſumptibili, ſententiam eandem ſeruans, & ſermonē quaſi cohibens. Vnde & per tranſeundo in hac reſponſione prætermittit diſcuſſionem conſequentium, ad effectum diuinæ omnipotentię, ſi aſſumeret angelũ aut lapidē. Vnde & nos Auctoris veſtigia ſectãtes, quæſtionem illam, an deus poſſit aſſumere lapidis naturã, tamquàm communiter acceptatã & ſufficiēter diſcuſſam, & quaſi offenſiuam piarum aurũ, in illius diſcuſſione relinquēdam duximus. Vide hæc ſi vis in Auctore in loco allegato, & in Capreolo ibidem.

¶In reſponſione ad ſecundum dubium occurrit circa illud, Multo autem maior & perfectior eſt vnio ad deum ſecũdum eſſe perſonale, quàm quæ eſt ſecundum operationem, quoniam non caret ſcrupulo propoſitio iſta, & multi gloſſant, aut negant eam. Eſt autem ratio ſcrupuli: quia ſeorſum iſta ſumpta, vnio perſonalis communis eſt rationalibus & irrationalibus, vnio ſecundum operationem propria eſt rationalibus. Et rurſus vnio perſonalis conuenit rationalibus ſecundum id, in quo communicant cum omnibus ſubſtantijs: quia conuenit eis, inquantum ſunt naturæ potentes ſubſiſtere, vnio autem ſecundum operationem perfectæ felicitatis conuenit eis, inquantum ſunt conſortes diuinæ naturæ per adoptionem. Maior ergo & perfectior eſt vnio ſecundũ operationem fruitionis beatæ, quàm ſecundum eſſe perſonale, & propterea iſta propoſitio negatur, ſeorſum acceptis extremis. Et cõfirmatur, quia maius eſt aſſumere lapidem in filium dei adoptiuum, quam ad vnionem perſonalem: quoniã illud implicat contradictionem, hoc non: gloſſatur autem, quòd vera eſt in natura capaci vtriuſque vnionis. Et aliqui de veritate illius etiam ſic intellectæ dubitant: quia melius eſt concipere deum mente, quàm carne, vt dicitur in lib. de ſancta virginitate, & de beata Virgine dicitur, quòd beatior fuit concipiendo fidem Chriſti, quàm carnem Chriſti.

¶In oppoſitum autem eſt literæ auctoritas ex Auguſt. ſuper illud, Verbum caro factum eſt.

¶ Ad hanc quæſtionem dicendum eſt, ꝙ proculdubio maius, nobilius, excellentius, perfectiuſque eſt vniri deo in perſona, q̃ per gratiam & gloriam conſumatam. Et ratio habita eſt in vlt.

A artic. præcedentis q. quia. ſ. vnio perſonalis non eſt vnio participatiua: ſed per ſubſtantiam dei, conferens non ſimilitudinem aut participationē dei, ſed ipſum eſſe perſonale dei, ita vt perſona dei fiat perſona naturæ aſſumptæ. Vnio autē per fruitionem vnio participatiua dei eſt, conferens non eſſe dei, ſed ſimilitudinem & adoptionē filialem. Eſt igitur vnio perſonalis maior: quia confert maius, ſcilicet eſſe deum non participatiue, ſed perſonaliter: quanto nãque maius eſt eſſe deum perſonaliter, quàm participatiue, tanto maior eſt vnio ꝑſonalis, quã participatiua. Eſt & perfectior: quia confert perfectius, ſcilicet eſſe deum ſecundum ſubſtantiam, hoc eſt hypoſtaſim, non ſecundum accidētia, vt ſunt operationes, qbus fruimur deo: quanto enim perfectius eſt eſſe deum perſonaliter, quàm accidentaliter, tanto perfectior eſt vnio perſonalis, quàm per operationem: Et ideo ſimpliciter & abſolute cum Auguſt. & Auctore fateamur, lõge maius eſſe vniri deo in perſona, quàm per gratiam & gloriam.

¶ Ad primam autē & ſecundam obiectionem dicitur, ꝙ dato quòd maius ſit illud, quod natum eſt ex parte entium creatorũ conuenire intellectualibus ſolum, & ſimiliter intellectualibus, vt intellectualia ſunt, quam communia, longe tamē maius eſt quod ex parte dei poteſt conferri naturis ſubſtantialibus vt communicant in natura ſubſtantiali, quàm id quod eſt eis donabile ſecundum earum operationes: quoniam poteſt naturis conferri eſſe dei perſonale in ſeipſo, vt ſit eſſe perſonale earum, quod non conferri poteſt per operationes. Rationes enim iſtæ non inferunt, quòd vnio per operationem ſit maior aut nobilior: ſed bene inferunt, quòd plus nobilitatis & perfectionis ex parte creaturæ exigi-

E tur ad vnionem per operationem: quia exigitur & natura & operatio intellectualis & gratia ſeu gloria, quæ non exiguntur ad naturam, vt vnibilem perſonaliter: ſed cum hoc ſtat, quòd ex parte accepti doni longe maior & perfectior ſit vnio perſonalis, qua non deus participatiue, ſed in propria ipſius perſona habetur a natura vnita.

¶ Ad confirmationem dicitur quòd falſum aſſumitur, & ad probationem reſpondetur, quòd falſiſſimum eſt, quòd implicãs contradictoria ſit maius: quoniam implicans contradictoria non eſt aliquid, non eſt ens, nec non ens, ſed ens & nõ ens ſimul. Secundum hmōi. n. argumenta, maius eſſet albedinem eſſe nigredinem, quàm eſſe deũ: quia illud implicat, hoc non.

¶Ad rationem dubij multorum, quia melius eſt concipere fidem &c. reſpondetur negando conſequentiam: quoniam non eſt eadem vtrobique ratio: quoniam in cõceptione carnali dei non ſit vt concipiens ſit deus, ſicut fit in vnione perſonali, vt homo ſit deus, & propterea non arguitur a ſimili, ſed a longe alieno. Maximum ergo bonum, quod Chriſtus habet,

eſt, quòd ſuum ego eſt verus deus, & ſuper, ac poſt hoc habet, quòd ſit creata fruitione dei beatus.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem art. nota pro ſequentis artic. q. quòd hic habetur quòd ſi angelus iam creatus aſſumeretur, perſonalitas eius corrūmperetur, ac per hoc aliquid perfectionis in creatura aſſumpta corrūperetur. Ex hoc.n. inſinuatur, quòd perſonalitas angeli aliquid perfectionis addit ſupra naturā angeli, quod etiam innuitur de omni ſuppoſito & perſona ſentiēdum, dum in reſponſione ad quartū dicitur, Perfectio vniuerſi non eſt perfectio vnius perſonæ, vel ſuppoſiti.

Ad 2^m dicendum, quòd ſimilitudo imaginis attenditur in natura humana ſecundum quòd eſt capax dei, ſcilicet ipſum attingendo propria operatione cognitionis & amoris. Similitudo autem veſtigij attenditur ſolum ſecundum repręſentationem aliquam, ex impreſſione diuina in creatura exiſtentem: non autem ex eo ꝙ creatura irrationalis, in qua eſt ſola talis ſimilitudo, poſſit deum attingere per ſolam ſuā operationem. Quod aūt deficit a minori, non habet congruitatem ad id, qđ eſt maius: ſicut corpus, qđ nō eſt aptum perfici anima ſenſitiua, multo minus eſt aptum perfici anima intellectiua. Multo aūt maior & perfectior eſt vnio ad deū ſecundū eſſe perſonale, q̃ quæ eſt ſecundū operationē: & ideo creatura irrationalis, quę deficit ab vnione ad deū ꝑ operationē, non habet congruitatē, vt vniatur ei ſ̄m eſſe ꝑſonale.

Ad 3^m dicendum, ꝙ quidam dicunt angelū non eſſe aſſumptibilē, quia a principio ſuę creationis eſt in ſua perſonalitate perfectus, cū non ſubiaceat generationi & corruptioni, unde non poſſet in vnitatem diuinæ perſonæ aſſumi, niſi eius perſonalitas deſtrueretur, qđ neque conuenit incorruptibilitati naturę eius, neq; bonitati aſſumētis, ad quā nō pertinet, ꝙ aliquid perfectionis in creatura aſſumpta corrūpat: ſed hoc non videtur excludere totaliter cōgruitatē aſſumptionis angelicæ naturæ: poteſt.n. deus producendo nouam angelicam naturam, copulare eam ſibi in vnitate perſonæ, & ſic nihil præexiſtens ibi corrūperetur: ſed ſicut dictum eſt,* deeſt congruitas ex parte neceſſitatis: quia etſi natura angelica in aliquibus peccato ſubiacet, eſt tñ eius pctm̄ irremediabile, vt in 1. parte habitum eſt.*

Ad 4^m dicendum, quòd perfectio vniuerſi, nō eſt pfectio vnius perſonæ, vel ſuppoſiti: ſed eius quod eſt vnum poſitione vel ordine, cuius plurimæ partes, nō ſunt aſſumptibiles, vt dictum eſt.* Vnde relinquitur, quòd ſolum natura humana ſit aſſumptibilis.

D.144. — In corp. ar. — D.151. p.p.q.64 ar. tic. 2. — In corp. ar. — Locis an. ſequen. notatis.

## Articvlvs II.

### *Vtrum filius dei aſſumpſerit perſonā.*

Ad secvndvm ſic ꝑceditur. Videtur quòd filius dei aſſumpſerit perſonam. Dicit enim Damaſ.* in 3. lib. ꝙ filius dei aſſumpſit humanam naturā in atomo, ideſt, in indiuiduo: ſed indiuiduum rationalis naturæ eſt perſona, vt patet per Boet. in lib.† de dua. natur. ergo filius dei, perſonā aſſumpſit.

¶ 2 Præt. Damaſ.* dicit quòd filius dei aſſumpſit ea, quæ in natura noſtra plantauit. Plantauit autem ibi perſonalitatem. ergo filius dei aſſumpſit perſonam.

¶ 3 Præt. Nihil conſumitur, niſi quod eſt: ſed Innocen. tertius dicit in quadam Decret. ꝙ perſona dei conſumpſit perſonam hominis. ergo videtur quòd perſona

*Lib. 3. Orthod. fid. c. 11.

†In 3. pag. a princ. lib.

*lib. 3. c. 6. circa med.

¶ *Super Quæſtionis quartæ Articulum ſecundum.*

Titulus artic. 2. ſatis clarus eſt quo ad quid nominis perſonæ humanæ, ſed quo ad quid rei, longo tractatu in hoc articulo perſcrutandus eſt.

¶ In corpore articuli vnica eſt concluſio reſponſiua quæſito negatiue. Filius dei nullo modo aſſumpſit perſonā humanam. Probatur. illud quod aſſumitur, oportet præintelligi aſſumptioni: perſona non præintelligitur in humana natura aſſumptioni. igitur perſona non aſſumitur. Maior & probatur, quia aſſumi aliquid dicitur, quia ad aliquid ſumitur, & declaratur exemplo, ſicut illud quod mouetur localiter, oportet præintelligi ipſi motui. Minor probatur ducendo ad impoſſibile: ſi perſona præintelligeretur, oporteret ipſam vel corrumpi, & ſic fruſtra eſſet aſſumpta, vel remanere, & ſic eſſent duæ perſonæ, quod eſt erroneum, quia non eſſet vnio in perſona.

¶ In hoc artic. quæſtio difficillima occurrit, ꝙ perſona ſeu hypoſtaſis addat ſupra naturā ſingularem. Et hoc tam in ſubſtantijs compoſitis, puta, quid addit Sortes ſupra ſuam hanc humanitatem compóſitam ex hac anima & hoc corpore: & ſimiliter quid addit Gabriel ſupra ſuam naturā ſingularem. Et eſt ſpecialiter ex verbis huius articuli hinc & inde rō dubij: quia tam in corpore articuli, quàm in reſponſione ad tertium, habetur, quòd addit aliquid poſitiuum, dū dicitur, quòd perſonam oporteret corrumpi, ſi præexiſteret aſſumptioni, quod in præcedenti quoque articulo de angeli perſona dictum eſt, cū adiunctione, quòd aliquid perfectionis corrumperetur. Et rurſus dicitur, quòd perſona diuina ſua vnione impediuit, ne natura humana propriam perſonalitatem haberet: ſi enim nihil adderet, impedimentum nihilo præſtitum eſſet. In oppoſitū autem ſonat reſponſio ad ſecundum, dicens quòd naturæ aſſumptæ non deeſt propria perſonalitas propter defectū alicuius, quod ad perfectionem humanæ naturæ pertineat: ſed propter additionem &c. ſi enim perſona adderet aliquid poſitiuum ſupra hanc naturam, oporteret illud deeſſe naturæ aſſumptæ. Et ſic falſum eſſet, quòd perſonalitas deeſt non propter defectum alicuius, quod ad perfectionem ſpectat: conſtat.n. quòd ſi perſonalitas poſitiuum aliquid addit, illud ad perfectionem ſpectaret, cum perſona ſignificet perfectiſſimum quid in genere ſubſtantiæ. Simpliciter autem & generaliter ratio dubij magni eſt tanta diuerſitas opinionum, & obſcuritas rei. Clauduntur autem in quæſtione iſta quatuor quæſita: primum eſt, an perſona ſupra hanc naturam addat in ſe aliquid, an ſolum ſecundum rōnē: ſcd̄m, an ſuppoſito quod addat aliquid in ſe, an illud ſit poſitiuum uel negatiuū: tertiū, an illud ſit intrinſecum perſonæ, an extrinſecum: & quartum, quid eſt illud poſitiuum vel negatiuum, intrinſecum, vel connotatum. Quæ ad euitandam replicationem ſimpliciter tractabuntur. eſt igitur prima opinio quòd ſuppoſitum & natura hęc in omnib⁹ ſubſtātijs ſunt idem re, & differūt ſolo modo intelligēdi, vt quod ē, & quo eſt: ita quòd idem eſt quo & quod diuerſa ratione. Natura enim eſt, vt qua Sortes ē hō, Sortes vero eſt ipſa ſua natura, vt participans ſeu habens illam ab agēte. Et huius opinionis eſt Henricus de Gandauo in quolib. 4. quæſtio. 3. Secunda autem opinio eſt, quòd ſuppoſitū & natura ſunt idem re quo ad intrinſeca, ſed differunt realiter quantum ad connotata, quæ oſtēduntur ex modo ſignificandi: connotata autē huiuſmodi ſunt illa, quæ ſimul cum natura habentur, ſine quibus natura non poteſt eſſe. Verbi gratia, Sortes eſt ipſa ſua humanitas ī concreto, vt ſignificatur habens reliqua, ſine quibus humanitas non habetur in rerum natura. Et huius opinionis eſt Herueus in quolibet 3. quæſtio. 6. Tertia opinio eſt, quòd ſuppoſitum & natura differunt realiter, medio modo inter extrinſece & intrinſece, ita quòd ſuppoſitum addit ſupra naturam affectionem, qua natura ſubeſt accidentibus: ita quòd Sortes non eſt ſua humanitas: quia Sortes ſignificat humanitatem, vt affectam accidentibus, humanitas vero non. ab Herueo & Ioanne de Neapoli recitatur hæc opinio, & improbatur. Quarta opinio eſt, quòd ſuppoſitum differt realiter a natura, ſicut totum a parte: quia dicit compoſitum ex natura & eſſe exiſtentiæ: hæc etiam recitatur ab vtroque dictorum, & improbatur. Quinta opinio eſt, quòd ſuppoſitum differt a natura per vnum connotatum extrinſecum, ſcilicet actum eſſendi: ponit enim hæc opinio actum eſſendi non claudi in ſuppoſiti ratione, in quo differt a præcedente, & bene dicit in hoc, ſed connotari per ſuppoſitum: quia eſſe eſt proprius actus ſuppoſiti, vt quod eſt, & hæc eſt opinio Capreoli in tertio ſentent. diſtinct. 5. quæſtio. 3. Sexta opinio eſt, quòd perſona addit ſupra naturam hanc aliquid intrinſecum conſtitutiuum perſonæ, negatiuum tamen. Et hæc eſt opinio Scoti in 3. ſentent. diſtinct. 1. quæſtio. 1. quæ verbis ipſius vtendo, addit duplicem negationem, ſcilicet dependentiæ actualis a perſona diuina, & dependentiæ aptitudinalis reſpectu eiuſdem termini, ſcilicet perſonæ diuinæ, hoc eſt non dependere etiam ſecūdum aptitudinem a perſona diuina vt ſic: ita quòd hæc humanitas eſt perſona per hoc quòd nec apta nata eſt terminari ad perſonalitatem diuinam, nec actualiter terminatur per eam. Septima opinio propinqua huic eſt, quòd perſona addit ſupra naturam hanc ſolam negationem annexam extrinſeci poſitiui & intrinſecæ vnionis ad illud: ita quòd ſuppoſitum ſignificat illammet rem, quam ſignificat natura: ſed ſignificat eam vt habet hanc duplicem negationem, ſcilicet quòd in nullo extrinſeco ſuſtinetur. Et huius opinionis eſt Ioannes de Neapoli in quolibet. q. 9. Omnium harum opinionum conuenientium in hoc, quòd ſuppoſitum nihil poſitiuum intrinſecum addit ſupra naturam perſonabilē ſingularē, fundamentum eſt: quia illud intrinſecum conſtat non poſſe eſſe accidens, nec ſubſtantiā, quę eſt forma aut materia, aut compoſitum ex vtraque. Accedit ad hoc auctoritas Ariſt. in 7. Metaph. tractantis hanc quæſtionem, & dicentis quòd in his, quæ ſunt per ſe, idem eſt quod quid eſt, & id cuius eſt: conſtat enim ſubſtantiam eſſe de numero eorum quę ſunt, & dicūtur per ſe. Ponendi aut aliquid ſupra additū negatiuum vel poſitiuum, cogit & modus ſignificandi, & aſſumptio ſingularis humanitatis a Chriſto ſine ſua pſonalitate. Præter omnes aūt dictas opiniones recitatur alia opinio a Scoto & Ioanne de Neapoli, ſi tamen vna & eadē ab vtroq; recitatur, tenens ſuppoſitum addere ſupra naturam ſingularem entitatem poſitiuam intrinſecam ſuppoſito, conſtitutiuamque ipſius. Sicut hæc, inquit Scotus, humanitas addit ſupra humanitatem, vel ſicut modus eſſendi, vt inquit Ioannes de Neapol addit ſupra naturam, cuius eſt, & reducitur entitas iſta ad genus ſubſtantiæ, ſicut eſſe quale ad genus qualitatis, & punctus ad genus quantitatis. Improbaturq; ab vtroq; opinio iſta. Omiſi afferre opinionem dicentem ſuppoſitum differre a natura, quia Sortes dicit compoſitum ex materia & forma, humanitas vero formam: quia non eſſet ad propoſitum quæſtionis, in qua ſupponimus filium dei aſſumpſiſſe ſingularem humanitatem cōpoſitā ex hac anima & hoc corpore (iuxta illud, perfectus homo ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens) & tamen non aſſumpſiſſe hypoſtaſim humanam.

¶ Examinanda igitur diſcutiendaq; ſunt hęc, & ſecundum doctrinam D. Tho. & ſimpliciter. Ex doctrina D. Tho. habetur inter naturam & ſuppoſitum in creaturis, talem, tantamq; eſſe differētiam, vt ſuppoſitum ſit primū ſubiectū actus eſſendi in rerum natura, natura non: & ſimiliter ꝙ ſuppoſitum ſit ſubiectum filiationis realis, natura non, ita quòd ſi natura ſine ſuo ſuppoſito poneretur, non eſſet ſubiectum actus eſſendi, nec eſſet ſubiectum filiationis. Et primum quidem dicit auctor inferius in q. 17 art. 2. per totum, vbi in reſponſione ad primum dicit hæc verba. Eſſe conſequitur naturam non ſicut habentem eſſe, ſed qua aliquid eſt: perſonam autem ſiue hypoſtaſim ſicut habentem eſſe. Secundum autem dicit inferius. q. 35. ar. 5. per totum, vbi in reſponſione ad primum dicit hæc verba, Natiuitas temporalis cauſaret in Chriſto temporalem filiationē realē, ſi eſſet ibi ſubiectum huiuſmodi filiationis capax &c. ex hoc autem, quòd hæc humanitas & hic homo, ſic differunt, quòd illa ſecundum rem neque actus eſſendi neque filiationis realis eſt capax niſi ratione huius hominis, vt per ſe primo ſubiecti vtriuſque, oportet dicere quòd aliqua realis differentia ſit inter hanc humanitatē & hunc hominem, ita quòd aliquid reale includat hic homo, quod non includit hæc humanitas: qua realitate hic homo habeat quod ſit ſuſceptiuum tam actus eſſendi, quam filiationis realis, cuiuſque realitatis defectu hæc humanitas deficiat ab hoc quod eſt eſſe ſuſceptiuum per ſe primo actus eſſendi, & filiationis temporalis. Nam hæc differentia in rerum natura eſt, & ſecundūm conſtitutiuum per ſe primo ſubiecti filiationis realis ſiue actus eſſendi. Et ꝓpterea nō pōt reduci ad differentiā ſecundū modos intelligendi, aut ſignificandi, nec ad differentiā ſecundū extra connotata, quæcumque ſint illa, quoniam hæc differentia præuenit omnia extrinſeca & modos intelligendi & ſignificandi, nec ad differentiam penes negationes: quoniam negatio non eſt conſtitutiua ſubiecti entitatis realis, quàmuis ſit concomitans & circumloquens conſtitutiuum illud quandoque: quoniam ſubiectum entitatis realis vt ſic, purum ens reale eſſe in ſe ſufficit: negatio enim cum nihil formaliter ſit, non dat formaliter alicui enti eſſe capax entitatis realis. Sed ſi hæc humanitas & hic homo ita ſe habent, quòd huic humanitati in rerum natura repugnat eſſe per ſe primo ſuſceptiuum harum extrinſecarum entitatum realium, ſcilicet actus eſſendi vel filiationis, & huic homini conuenit, oportet aliquid poſitiuū reale claudi in hoc homine, quod nō clauditur in hac humanitate, quo fiat per ſe primo ſuſceptiuum huius rei, cuius illa non eſt capax. Hæc ratio videtur conuincere intellectum bene diſpoſitum ſtantibus fundamentis: de quibus ſcito, quòd quàmuis Thomiſtæ aliqui videantur negare fundamentum hoc, quantum ad per ſe primo ſubiectum actus eſſendi, quorum phantaſia in quæſtio. 17. oſtendetur aliena a doctrina auctoris, nullus tamen inficiari poteſt, fundamentum hoc eſſe D. Thomæ, quo ad ſe primo ſubiectum filiationis realis. Et hoc ſufficit efficaciæ huius rationis: quoniam tota vis rationis conſiſtit in hoc, quòd conſtitutiuum rei in hoc quod eſt eſſe per ſe primo ſuſceptiuum entitatis realis, oportet eſſe realitatem aliquam, ſed hic homo in hoc differt ab hac humanitate, quòd claudit in ſe aliquid quo eſt per ſe primo ſuſceptiuus alicui⁹ entitatis realis repugnantis huic humanitati. ergo claudit in ſe realitatem cōſtitutiuā in eſſe, quo differt ab hac humanitate: ſed non differt niſi in eſſe perſonali, quo hic homo eſt hypoſtaſis ſiue perſona, hæc humanitas non. ergo perſonalitas huius hominis addit aliquam realitatem intrinſece conſtitutiuam perſonæ humanæ, ſupra hanc humanitatem. Hæc ratio non niſi ad manifeſtandū quid ſentiat auctor de differentia inter ſuppoſitum & naturam allata eſt, apud alios namque ſcio non valere: quia ponunt in Chriſto non ſolum plura eſſe, ſed etiam nouam filiationem realem. Et hoc ipſum magis atteſtatur, ꝙ ſententia auctoris eſt quæ dicta eſt: quoniam conſequenter loquendo, ponentes perſonam non conſtitui intrinſece aliquo poſitiuo ſupra hanc naturam, conſequenter ex negatione perſonalitatis humanæ nihil reale debēt auferre ab homine Chriſto, quod eſt in alijs: quia nihil reale conuenit hominibus ratione negationis, aut huiuſmodi. Et per oppoſitum tollentes aliquam realitatem a Chriſto homine, propterea quia aliqua realitas eſt perſonæ & aliqua naturæ, debent conſequenter loquendo dicere, quòd perſonalitas aliquam realitatem conſtitutiuam intrinſece perſonæ, vt diſtinguitur ab hac natura, dicit, quæ in Chriſto non fuit, & ad cuius impeditionem ſecuta eſt impeditio reliquarum realitatum perſonalium. Conſonat aūt hæc ſententia his, quæ in præcedenti & hoc articulo dicuntur de corruptione perſonalitatis, & impedimento eiuſdem, & his quæ in 4. contra Gen. cap. 43. dicuntur dum aſſeritur, quòd ſi hypoſtaſis humana non remaneret in ea natura, in qua aſſumenda a verbo præextitiſſet, hoc ſine corruptione accidere nō potuiſſet: nullum enim ſingulare deſinit eſſe hoc, quod eſt niſi per corruptionem. Hæc ille.

¶ Simpliciter autem & abſolute loquendo, monſtratur poſitio iſta rationi conſentanea, tam ſecundum ea, quæ ſunt ex lumine naturali, quàm ſecundum ea, quæ ſunt ex lumine fidei nota. Rationale ſiquidem eſt, vt dupliciter dicta ſubſtantia in 5. Meta. ſcilicet de eſſentia & de prima ſubſtantia, ſicut ſubſtantia pro eſſentia eſt res, cui debetur talis modus eſſendi, quem circumloquimur per eſſe per ſe, hoc eſt non in alio, ſicut accidens eſt in ſubiecto: ita ſubſtantia pro ſubſtantia prima ſit res, cui debetur talis modus eſſendi, quem circumloquimur per eſſe per ſe ſeparatim, ita ꝙ repugnet ei eſſe in alio, vt in quod, ſiue vt quo in quod, ſiue vt pars aut quaſi pars in toto. Sic.n. ponendo quemadmodum ſubſtantia pro eſſentia non ex modo eſſendi affirmatiuo, vel negatiuo conſtituitur, ſed ex conſtitutiua intrinſece realitate, cui debetur eſſe tali modo: ita ſubſtantia pro hypoſtaſi non actu eſſendi tali modo, ſed ex realitate cōſtitutiua ipſius intrinſece, cui debetur actus eſſendi, tali modo cōſtituitur. Nec tacita a Philoſopho huiuſmodi realitas, ſed expreſſa eſt in proprio cōſtituto per ipſam, dum in 5. Metaph. ſubſtantia diſtincta eſt in ſubſtantiam pro hypoſtaſi, & ſubſtantiam pro eſſentia ſubſtantiali, & in prædicamentis ſubſtantia prima proprie, principaliter, & maxime ſubſtātia dicitur: idem autem ſignificatur per ſubſtantiam primam, hypoſtaſim, ſuppoſitum, & perſonam: niſi quòd perſona in ſolis rationalibus locum habet, vt patet ex antedictis. Accedit ad hæc, quòd nomen Hypoſtaſis, aut perſonæ, & ſimiliter nomina propria naturarum cum pronominibus, vt hic homo, hic bos, & ſimiliter pronomina demonſtratiua perſonaliter, vt ego, tu, ille, omnes confitemur ſignificare formaliter ſubſtantiam, & non negationem, aut accidens, aut extranea. Si omnes hoc fatemur, cur ad quid rei ſignificatæ perſcrutantes diuertimus a communi confeſſione? ſi & perſonalitatem negationem eſſe formaliter dicere licet, cur non ſtatur in ſententia tanto probabiliori, quanto magis conſona communi confeſſioni? Theologi quoque ponentes perſonalitatem in diuinis poſitiuam rem, cum ex illa perſonalitate omnis perſonalitas in cælo & in terra nominetur, ſicut ex illo patre omnis paternitas iuxta Apoſtoli ſententiam, docent nos ad diuinæ perſonalitatis aliqualem imitationem, etiam in creaturis perſonalitatem poſitiuam rem eſſe. Amplius, dicentes perſonam verbi in Chriſto ſupplere

perſonam humanam, conſtat quòd non dicunt, quòd ſupplet nihil, negatio autem eſt nihil formaliter: ſed intendunt quòd ſupplet ſubſtantiam, quam ſignificat perſona humana ſeu hic homo. non igitur perſonalitas negatio aut modus ſignificandi aut extraneum quid eſt, ſed ſubſtantia, loco cuius in Chriſto eſt perſona verbi, quæ vere eſt hic homo, & perſona humana. Amplius, ſi natura aſſumpta a verbo, deſereretur ab eo in ſuis proprijs naturalibus, eſſet tũc alia perſona verbi dei, & alia perſona illiuſmet naturæ humanæ. ergo eſſet

Cap.2.to.3

hominis fuerit prius aſſumpta.

Sed contra eſt, quod Aug. dicit in lib.* de fide ad Pet. quòd deus naturam hominis aſſumpſit, non perſonam.

Respon. Dicendũ, ꝙ aliquid dicitur aſſumi ex eo quòd ad aliquid ſumitur. Vnde illud, quod aſ-

tunc alia ſubſtantia illiuſmet humanitatis: quoniam alia, eſt relatiuum diuerſitatis ſubſtantiæ. ergo perſonalitas addit ſupra illam ſingularem naturam ſubſtantiam intrinſece conſtitutiuam formaliter perſonæ in eſſe perſonali. Nec poteſt dici ad primam conſequentiam, quòd eſſet alia perſona negatiue tantum: quoniam conſtat quòd non ſolum non eſſet eadem perſona cum perſona verbi, ſed poneret in numerum cum illa: quoniam eſſent duæ perſonæ, non minus quam modo ſunt perſona verbi & perſona mea. Eſt igitur perſonalitas realitas conſtitutiua perſonæ vt ſic: & ideo ad eam conſequuntur negationes & repugnantiæ ad eſſe quo, & eſſe partem, & capacitates ad perſonales realitates, vt ſunt actus eſſendi & filiatio, & quod eſt & habens eſſe, & reliqua, quæ hypoſtaſi attribuuntur. Eſt autem huiuſmodi realitas in genere ſubſtantiæ reductiue, ſicut reliquæ realitates conſtitutiuæ ſubſtantiarum vt rationale, & huiuſmodi, quàmuis non ſit differẽtia, proprie loquẽdo: ſed eſt terminus vltimus, ac vt ſic purus naturæ ſubſtantiæ. Vbi tria dico. Primo, quòd eſt terminus naturæ, quod probatur ex hoc, quòd naturam perſonari, eſt naturam terminari, & perſonare eſt terminare naturam: exponimus enim naturam humanam in Chriſto perſonari per verbum, quia terminatur per illius perſonam, & econtra, verbum perſonare naturam illam, quia terminat illam. Secundo, quòd eſt vltimus, quoniam natura numquàm eſt vltimate terminata, donec perſonetur: quantumcumque enim indiuiduetur, niſi perſonetur, non eſt vltimate terminata, vt patet de humanitate Chriſti, quę eſt ſecundum ſe in ſe ſingularis & terminabilis per perſonam verbi, aut propriam, terminata autem per perſonam verbi. Conſtat autem, quòd ſi terminata eſt perſonalitate propria vel aliena, ſtante illa non eſt terminabilis vltra, niſi forte extenſiue, non ex parte ſui, ſed ex omnipotentia alterius potentis etiam ſeipſum terminum illius efficere, vt ſuperius dictum eſt, ſi vna natura aſſumeretur a duabus perſonis diuinis. Sed hoc non tollit, quin prima perſona aſſumens terminauerit, vt vltimus terminus, ſed terminos multiplicat extenſiue. eſt igitur perſonalitas terminus vltimus naturæ. Quòd autem tertio addidi, vt ſic purus, ad maiorem explicationem, non ad neceſſitatem appoſitum eſt, ad inſtruendum nouitios, quòd terminare vt terminare, nullam dicit cauſalitatem, & explanandam, quòd perſonalitas vt terminans naturam, nullã cauſalitatem dicit reſpectu naturæ terminatæ, ita quòd nõ ſolum eſt extra genera cauſarum extrinſecarum, ſed etiam extra cauſas intrinſecas: quoniam nec in genere cauſæ formalis, nec in genere cauſæ materialis ſe habet ad naturam, ſed vt terminus eius. Vnde & in myſterio incarnationis dictum eſt, quòd vnio perſonalis ſecundum nullum genus cauſæ attenditur. Nec hoc eſt figmentum, ſed teſtimonium habet ex terminis quantitatis: punctum enim eſt, ita terminus lineæ, quòd nulla cauſa eſt illius. Et quòd hæc non voluntarie, ſed rationabiliter dixerim, declaro ex auctoritate & ratione: auctoritas eſt D. Tho. in 3. ſent. diſt. 5. q. 3. art. 3. dicentis, Quod aſſumitur, trahitur ad aliquid completius ipſum incompletum exiſtens, & hoc eſt contra rationem perſonæ, quæ maximam completionem importat. Hæc ille. Vbi clare habes naturam ſingularem ſine perſonalitate eſſe incompletam, & perſonam maximam completionem importare: hoc enim nihil aliud eſt, quam dicere, quòd natura ſingularis non eſt vltimate terminata, & perſonam vltimum terminũ naturæ importare. Ratio prima theologice manifeſtata, iam dicta eſt: quia ſcilicet perſonare & perſonari ſunt terminare & terminari vltimate, igitur perſonalitas eſt vltimus terminus. Antecedens manifeſtatur: quia idem quàmuis aliter facit perſonalitas propria naturæ, & perſonalitas aliena, quoniam aliena ſupplet propriam: ſed inter alienam & naturam eſt terminare & terminari, vt patet in myſterio incarnationis. ergo. Ratio altera eſt ex apparentibus naturalibus ſubſtantijs

F homogeneis. videmus enim, quòd ex ſola diuiſione res multorum prædicamentorum ſimul actu abſque alio generante fiunt: ex ſola enim ligni vel aquæ diuiſione quælibet pars acquirit nouum terminum in genere quantitatis: quoniam ex illa parte, qua continuabantur, quælibet pars proprio termino

ſumit, oportet præintelligi aſſumptioni, ſicut illud, quod mouetur localiter, præintelligit ipſi motui. Perſona autem non præintelligitur in humana natura aſſumptioni, ſed magis ſe habet vt terminus aſſumptionis, vt ſupra dictũ eſt.* Si.n. præintelligeret, vel oporteret

q. præced. ar.1. & 2.

actu terminatur, de nouo acquirit nouã relationem, quoniam quælibet fit actu totum, vt patet, acquirit eſſe in actu propriũ, cum prius eſſet in potentia in toto, vtpote pars eius, acquiritur noua hypoſtaſis, quoniam quælibet pars eſt hypoſtaſis, ſeu prima ſubſtantia cum prius non eſſet prima ſubſtantia, ſed primæ ſubſtantiæ pars. Exiſtente ſiquidem hypoſtaſi vna in actu & multis in potentia, conſequens eſt ſecundum doctrinam Ariſt. in 2. de anima, vt ſola diuiſione fiant duæ ſubctãtiæ in actu, quæ prius erãt vna in actu, & duæ in potentia non minus quam in animalibus imperfectis, exiſtente vna anima in actu & duabus in potentia, ſola diuiſione fiunt duæ animæ. Ex modo igitur, quo videmus multiplicari hypoſtaſes, rationi conſentaneum apparet, ꝙ terminationem naturæ ſingulari ſuperaddat, qm̃ terminorum talis eſt generatio. Et cõfirmatur hoc auctoritate D. Tho. vbi ſupra ad tertiũ argumentũ, ſi verbum dei deponeret aſſumptam humanitatẽ, dicentis. Separatio dat vtriq; partium totalitatem, totalitas.n. & completio idem ſonant, eo ꝙ vltimata terminatione conſumãtur. Et quia vero omnia conſonant, & ex quod quid eſt ſoluuntur omnes difficultates rei, ideo tanto rationabilior hæc poſitio monſtratur, quanto omnia cõſona oſtendentur & ſol

H uentur difficultates. Ex hoc namque, ꝙ realitas perſonalitatis eſt terminus vltimus naturę, patet primo difficultas de identitate & diuerſitate eius a natura ſingulari: eſt enim quodammodo idem & quodammodo non idem: ſicut terminus eſt terminato quaſi idem, & quaſi non idem: eſt enim aliquid eius, ſcilicet terminus, & non eſt illud, vt patet de puncto & linea.

¶ Patet ſecundo de ſeparabilitate: nam poteſt natura fieri ſine ſuo termino in actu, non autem econuerſo, ſicut poteſt linea eſſe ſine omni puncto in actu, vt patet de linea circulari: non autem econuerſo, quia implicat punctum eſſe ſine linea, vtpote habens & non habens poſitionem.

¶ Patet tertio de compoſitione: inter terminatum.n. & terminum nulla eſt compoſitio: non.n. linea componitur ex pũctis aut ex linea & pũcto: & ſimiliter inter perſonalitatẽ & naturã nulla eſt cõpoſitio, ſed ſe habent vt terminus & terminatum.

I ¶ Patet quarto, ꝙ non fingimus nouam ſubſtantiam vltra materiam, formam, & compoſitum: quoniam appellatione compoſiti intelligitur in ſubſtantijs materialibus vtraque ſubſtantia poſita in 5. Meta ſ. eſſentia & hypoſtaſis: nam ex materia & forma componitur non ſolum eſſentia Sortis (ſiue communiter ſumpta, vt humanitas, ſiue ſingulariter, vt hæc humanitas) ſed etiam ipſe Sortes, vt patet. Sed quoniam ſubſtantia diſtincta eſt in naturam & ſubſtantiam primam, & ſubſtantia prima inuenitur in ſolis ſubſtantijs completis, ſiue ſint compoſitæ, ſiue ſimplices formæ, in lucem protulimus quid ſubſtantia prima, ſeu hypoſtaſis formaliter importat in communi.

¶ Patet quinto ſenſus verborum D. Tho. cum dixit pluries, ꝙ perſonalitas corrumperetur, ſi verbum aſſumpſiſſet angelum, aut hominem præexiſtentem: corrumpi enim non eſt niſi entiũ, nihil.n. moritur niſi viuẽs: & ſimiliter nihil corrũpitur niſi ens. Et cum dixit, quòd perſona verbi impediuit, ne humanitas illa haberet ſuam propriam perſonalitatem, qđ Innocentius

K vocauit conſumptionem perſonæ, non enim impedita eſt a nihilo, negationes autem omnes formaliter ſunt nihil, ſed ab aliquo: ſimiliter perſona verbi non conſumpſit nihil, ſed aliquid: quod enim nihil eſt, conſumptibile non eſt.

¶ Patet ſexto ſenſus doctrinæ Aug. & ſententiæ Eccleſiæ cum dicitur, quòd perſona verbi aſſumpſit naturam & non perſonam: ſi enim perſona negationem addit formaliter, dicendo, non aſſumpſit perſonam, dictum eſt, non aſſumpſit nihil.

¶ Patebit & ſeptimo ſolutio obiectionum. Scot. n. ĩ 3. ſent. di. 1. q. 1. arguit contra hanc poſitionem quadrupliciter. Primo, quia tunc eſſet aliqua entitas poſitiua in natura humana, quæ eſſet inaſſumptibilis a verbo, hoc eſt inconueniens, tum quia ſm̃ Damaſ. quod eſt inaſſumptibile, eſt incurabile: tum quia omnis entitas poſitiua creaturæ æque eſt in potentia obedientiali reſpectu perſonæ diuinæ. Secundo, quia ſequeretur, quòd humanitas aſſumpta a verbo, careat illa entitate poſitiua: quę tamen ponitur vltima & quaſi actualiſſima & determinatiſſima in natura tali: & ſic nõ eſſet homo vniuoce. Et ſi reputatur non inconueniens, quòd careat illa, arguo quòd iſta natura non poſſet dimitti ſibi, quin oporteret ſibi dari nouam realitatem, vel remanere non perſonã. Tertio, quia ſequitur ꝙ iſta natura nõ poſſet dimitti vel eſſe perſonata: quia talis realitas nõ eſt realitas naturæ, nec poteſt contineri per identitatem in aliqua natura, quæ nõ eſt eadẽ ſibi. Quarto ſequeretur, quòd natura intellectualis poſſet fieri actu exiſtens & in nulla

q.2. art.6.

quòd corrumperetur, & ſic fruſtra eſſet aſſumpta, uel quòd remaneret poſt unionem, & ſic eſſent duę perſonæ, una aſſumens, & alia aſſumpta, quod eſt erroneum, ut ſupra oſtenſum eſt.* Vnde relinquitur, quòd nullo modo filius dei aſſumpſit humanam perſonam.

perſona. Patet ſequela: quia natura, quæ aſſumitur, eſt prior ſeipſa, vt eſt ſub realitate perſonalitatis, quæ non eſt eadem realiter, aut formaliter naturæ, & tunc ſi non aſſumeretur, ſed relinqueretur ſibi, non eſſet perſonata perſonalitate creata, vel increata. Deinde arguit Aureolus apud Capreolum in 3. ſentent. diſt. 5. q. 3. Primo, ex auctoritate Damaſceni aſſumpſit verbũ quicquid in natura noſtra plantauit. Et ſi dicatur, quòd aſſumpſit totum, quod pertinet ad naturam: non totũ, quod pertinet ad ſuppoſitum, contra, Terminus humanitatis eſt aliquid humanitatis. ergo aſſumpſit etiam terminum humanitatis. Antecedens probatur, quia punctum eſt aliquid lineæ. Secundo, ſi terminatio & perſonalitas eſt aliqua realitas. ergo ens, ergo quidditas & quid, vt patet 7. Meta. ergo natura aliqua, ergo eſt aſſumptibilis a verbo. Et confirmatur: quia ſi diſtinguitur realiter a natura, poſſet deus ipſam ſeparare realiter, & ſeparatim aſſumere. Tertio, quia ex hoc ſequuntur multa inconuenientia. Primum eſt, quòd verbum non poſſet ſupplere vicem illius termini, cum ſit quid ſubſiſtens, & non ſolũ terminus. Secundum, quòd verbum non eſſet homo: quia terminatio illa ſi poneretur, non eſſet homo. Tertium, quòd angelus non poſſet aſſumi a verbo, cum in eo non differat quod quid eſt ab eo, cuius eſt, ſecundum Philoſophum. Quartum eſt quòd prima ſubſtantia non haberet rationem primæ ſubſtantiæ per eſſentiam, ſed per iſtam realitatem, & ſic ſecunda ſubſtantia eſſet magis ſubſtantia: quia prima, inquantum prima, nõ eſſet ſubſtantia. Quintum eſt, quòd nulla res ſubſiſteret per ſe, ſed per aliud a ſe: ſicut corpus non terminatur per ſe, ſed per ſuperficiem: & tamen conceditur, quod ſubſtantia ſubſiſtit per ſe. Sextum eſt, quòd natura haberet magis rationem ſuppoſiti: quoniam natura ſubſtat realitati perſonalitatis. Septimum eſt, quòd ſuppoſitum eſſet quarta ſubſtantia ex tribus conſtituta, ſcilicet materia, forma, & illa realitate. Cum igitur iſta ſint abſona, non poteſt illa poſitio poni.

¶ Ad primum Scoti dicitur nullum inconueniens eſſe, ꝙ aliqua realitas creata ſit inaſſumptibilis. Pro cui' clara reſolutione diſtinguendum eſt, ꝙ ſicut ſubſtãtia dicitur dupliciter, ſ. de hypoſtaſi, & de natura, ita entitas, ſeu realitas dicitur dupliciter .ſ. de realitate hypoſtatica ſeu perſonali, & de realitate naturali hoc eſt ſpectante ad naturam, vt natura diſtinguitur cõtra hypoſtaſim, & econtra. Et quoniam ſecundum Damaſcenum, in Chriſto naturalia duplicantur, quia duas habet Chriſtus naturas diuinam ſcilicet & humanam, perſonalia autem non multiplicantur, ſed in vnitate ſiſtunt, quia vnica tantũ eſt in Chriſto perſona, ſcilicet hypoſtaſis verbi, ideo in Chriſto, ſequendo Damaſceni doctrinam, immo eccleſiæ ſententiam, ſi conſequenter loqui debemus, quicquid ſpectat ad naturam humanam, vt diſtinguitur contra hypoſtaſim humanam, & aſſumptum eſt & aſſumptibile fuit: quicquid autem ſpectat ad perſonalitatem humanam, vt diſtinguitur contra naturam humanam non eſt aſſumptibile, non eſt aſſumptum, non fuit nec eſt in Chriſto. Et ſub membro hoc continentur multæ entitates, reales, quàmuis diuerſimode, ſcilicet perſonalitas actus eſſendi, & filiatio realis temporalis, vt infra in ſuis patebit locis: & ideo nihil horum eſt aſſumptibile, diuerſimode tñ: quia perſonalitati repugnat contradictorie aſſumi, actui vero eſſendi repugnat ſecundum ordinem, rerum, vt infra q. 17. patebit. Et omnes auctoritates ſonãtes aliquam integritatem, aut vniuerſalitatem aſſumptorum, vel aſſumptibiliũ intelligẽda ſunt in genere naturalium, vt diſtinguuntur contra perſonalia.

¶ Et propterea cum primo obijcit Scotus, quia quod eſt inaſſumptibile, eſt incurabile, intelligitur ſic. Quod inter naturalia eſt inaſſumptibile, eſt incurabile. Et probatur gloſſa ex ipſius Damaſceni doctrina, ponentis perſonalia non eſſe aſſumpta. Ad ſecundam eiuſdem probationem negatur illa propoſitio, Quælibet creata entitas eſt æque in potentia obedien-

A tiæ ad aſſumptionem: quoniam alicui creatæ rei repugnat aſſumi: vnde in litera dicitur, quòd oporteret perſonalitatem corrumpi, ſi natura angelica, vel humana præexiſtẽs aſſumeretur.

¶ Ad ſecundum Scoti conceditur, quòd in Chriſto non eſt realitas creatæ perſonalitatis: ſed falſum eſt, quòd iſta realitas ſit actualiſſima, cum ſit cõſtitutiua ſubiecti actus eſſendi. Et ſimiliter falſum eſt, quòd ſit determinatiſſima, immo non eſt determinata, ſed terminus: terminus .n. non eſt terminatus, ſicut nec albedo eſt alba. Adiun-

Ad primum ergo dicendum, quòd naturam humanam aſſumpſit filius in atomo, ideſt, in indiuiduo, quod non eſt aliud a ſuppoſito increato, quod eſt perſona filij dei. Vnde non ſequitur, quòd perſona ſit aſſumpta.

Ad 2^m dicendum, quòd naturæ

B cta autem ſequela, quòd Chriſtus non eſſet homo vniuoce nihil valet, vt diuus Thom. docet: quia vniuocatio in nomine hominis attenditur, ſecundum naturæ humanæ rationem, & non ſecundum perſonalitatem: ratio autem naturæ humanæ eadem omnino eſt in Chriſto, & alijs hominibus, quàmuis perſonalitas ſit diuerſa. Et cum contra conceſſum defectum realitatis perſonalis creatæ in Chriſto arguitur, quia ſequeretur quòd ſibi dimiſſæ humanitati aſſumptæ oporteret nouam dari realitatem, reſpondetur, quòd oporteret nouam realitatem adeſſe, ſed non de nouo per aliquam nouam actionem dari: ſola enim ſeparatio (vt auctor dixit) dat complementum, ſublato impedimento illius perfectionis: ſicut ſublato impedimento, graue deſcendit deorſum. Iam enim patet ex litera pręſenti, quòd perſona diuina aſſumendo impedit naturam aſſumptam a propria perſonalitate.

C ¶ Ad tertium Scoti, negatur ſequela, nec probatio allata probat illam: quia conceſſo quòd talis realitas, nec eſt natura, nec per identitatem continetur in natura, negatur ſequela, & dicitur quòd talis ex natura ſeparata a verbo, habetur: eſt enim ſeparatio reductiua de potentia ad actum illorũ, quæ cõiunctio impediebat (vt patet in cõtinuis) hm̃oi aũt realitas cõtinetur in natura quaſi in potentia, pro quanto natura eſt terminabilis ex ſe tali realitate, non vt actu, ſed vt termino proprio.

¶ Ad quartum dicitur, quòd ſi eſt ſermo de potentia naturali, negatur ſequela, quæ non probatur: quia ſi humanitas non aſſumeretur, perſonaretur propria perſonalitate, non enim omne prius poteſt naturaliter fieri ſine poſteriori. Si vero ſit ſermo de potentia diuina, fateor nullam me videre impoſſibilitatis rationem, quare non poſſit deus naturam abſque omni perſonalitate conſeruare, cum actu tamen eſſendi miraculoſe conſequente abſque perſonalitate, quæ eſt proprium illius ſubiectum ſecundum naturæ ordinem, cui diui-

D na non eſt alligata potentia. Et ſcito quòd ſicut cum de integritate & perfectione ac non defectu hominis in Chriſto eſt ſermo, intelligitur quo ad naturalia, vt diſtinguuntur contra perſonalia, teſtante etiam Athanaſio, Perfectus homo ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens, vbi expreſſe perfectionem hominis in Chriſto, in conſtare ex anima rationali & humana carne poſuit: clarum eſt autem perfecto nihil deeſſe, nihil ergo deeſſe perfecto homini Chriſto aſſeritur, ſi ex anima rationali & humana carne conſtare dicitur, cum qua perfectione liquet ſtare defectum perſonalitatis, quicquid ſit illa: ita quando eſt ſermo de nouitate, aut acquiſitis ſeu acquiſibilibus per humanitatem aſſumptam, ſi ſibi dimitteretur, & dicitur nihil noui acquiri aut aduenire, ſed per ſeipſam ſubſiſtere, intelligitur de his, quæ non ex ipſa ſeparatione conſequuntur, & quòd dimiſſa ſibi per ſeipſam dimiſſam ſubſiſteret, in quo clauditur id, quod ex ſeparatione datur ſeu conſequitur in ip-

E ſa natura: negatio enim & excluſio & exceptio non cadunt ſuper concomitantibus ipſam ſeparationem, quæ ponitur. Conſtat autẽ ex dictis ab auctore, quòd ſeparatio dat totalitatem ſeu complementum, qua ſeu quo hypoſtaſis differt a natura, & quod natura aſſumpta impedita eſt a propria perſonalitate, quæ ad ipſam conſequeretur ſeparatam: quoniã ceſſaret vnio, quæ impediuit. Et ſi ad has duas gloſſas te reſolueris, perſpicies omnia ſoluta, clara & conſona.

¶ Ad Aureoli primum, reſpondetur primo, quòd quicquid in natura plantatum eſt, aſſumpſit verbum, in natura, dixit Damaſ. nõ in perſona: veruntamen quia perſonalitas plantata eſt in natura, ad quam ſequeretur, ſi nõ eſſet impedita per aſſumptionẽ dicitur ſecundo, quòd ly, quicquid, diſtribuit pro plantatis in natura, ita quòd conueniant ſibi, vt diſtinguitur contra perſonam. Et ſi contra hoc applicetur inſtantia, allata. ſ. terminus humanitatis eſt aliquid humanitatis, reſpõdetur quòd terminus vltimus, de quo ſolo eſt ſermo, ſit aliquid humani-

tatis, poteſt dupliciter intelligi. Primo, quòd ita ſit aliquid humanitatis diſtinctæ contra perſonam, quod conueniat ſibi abſque perſonalitate, & ſic negatur: quia implicat duo contradictoria ſimul, quoniã eſt conſtitutiuus perſonalitatis. Alio modo, quod ſit aliquid humanitatis totaliter completæ, & hoc eſt verũ, quia eſt terminus, & vltra hoc eſt aliquid in potentia ipſius humanitatis, quæ ſecũdum ſe eſt terminabilis termino proprio.

**aſſumptæ non deeſt propria perſonalitas propter defectũ alicuius, quod ad perfectionẽ humanæ naturæ pertineat: ſed propter additionem alicuius, quod eſt ſupra humanam naturam, quod eſt vnio ad diuinam perſonam.**

**AD 3m dicendum, ꝙ conſumptio ibi non importat deſtructionem alicuius, quod prius fuerat, ſed impeditionem eius, quod aliter eſſe poſſet. Si enim humana natura non eſſet aſſumpta a diuina perſona, natura humana propriã perſonalitatem haberet, & pro tãto dicitur perſona conſumpſiſſe perſonã, licet improprie, quia perſona diuina ſua vnione impediuit, ne humana natura propriam perſonalitatem haberet.**

¶ Ad ſecundum negatur, proprie loquendo, prima ſequela: quoniam huiuſmodi entitates & realitates conſtitutiuæ non ſunt ipſa entia, quæ ſunt, ſed ſunt, quibus aliqua ſunt: hoc.n. modo actus eſſendi, & vniuerſaliter conſtitutiua entium entia dicuntur. Vnde ſecunda ſequela nihil valet, nec habetur 7. Meta. Ad confirmationem negatur illa conditionalis, Si diſtinguuntur realiter, poſſunt ſeparari & ſeparatim aſſumi: quoniã non omnia diſtincta realiter ſunt ſeparabilia, ſaluis vtriſque.

¶ Ad tertiũ negatur ſequela multorum inconuenientium, & ad primum inconueniens negatur ſequela: probatio autem & aſſumit falſum, & eſt pro nobis. Aſſumit quidem falſum, dicendo, quòd verbum nõ eſt terminatio: quoniam verbum eſt ſua perſonalitas, quæ eſt vltima terminatio naturæ diuinæ, ſicut perſonalitas humana eſt terminatio naturæ humanæ, ſalua ſemper differentia, quæ ſubintelligitur inter diuina & creata. Eſt autem pro nobis: quia ex hoc quòd uerbum eſt terminatio ſubſiſtens, ſequitur quòd poteſt ſupplere uices terminationis creatæ, quæ non eſt ſuĩ terminatum, utpote præhabens quicquid eſt in huiuſmodi creatis terminationibus. Ad ſecundum incõueniens ſimiliter negatur ſequela, nec probatur per hoc, H quia terminatio illa non eſt homo, quia non oportet quòd terminatio illa ſit homo: ſed quòd conſtitutum per terminationem illam ſit homo, quod eſt uerum: quia perſona humana, quæ conſtituitur illa terminatione, eſt homo. Et patet nullitas huius modi arguendi ex differentijs, ex hoc enim quòd rationalitas non eſt animal, non ſequitur, ergo conſtitutum per rationalitatem, non eſt animal. Ad tertium inconueniens negatur ſimiliter ſequela: quoniam in angelis etſi non diſtinguitur natura ab hac natura (quoniam ſeipſa eſt hæc, & hoc intendit Philoſophus) diſtinguitur tamen natura a perſona, de qua diſtinctione vel indiſtinctione Philoſophus nihil dixit. Philoſophus enim indiſtincte utitur nomine indiuidui & hypoſtaſis, & ſolum pertractat de diſtinctione quidditatis & eius, cuius eſt, ſecundum principia naturæ & indiuiduationis. Nec mirũ, cum etiam auctor in 1. par. q. 3. ita indiſtincte & tractet & decidat quæſtionem de diſtinctione naturæ & ſuppoſiti: puto autẽ in cauſa fuiſſe, quòd uſque hodie non fuiſſent excitata inge- I nia humana ad perſcrutandas ſubtilitates inter perſonã & indiuiduam naturam, niſi myſterium Trinitatis & incarnationis reuelatum ad hoc inuitaſſet. Ad quartum dicitur, exponendo ſenſum propoſitionis, ſubſtantia prima eſt prima ſubſtantia per eſſentiam, quoniã poteſt dupliciter intelligi, primo per eſſentiam completam, & ſic eſt ueriſſima, & ſequitur ex poſitione noſtra: alio modo, per eſſentiam abſque termino proprio, & ſic eſt falſa, quia non ſufficit ad rationẽ primæ ſubſtantiæ eſſe ſine termino. Nec eſt uerũ, quòd prima ſubſtantia non ſit ſubſtantia inquantum prima, ſicut non eſt uerum quod homo, inquantum homo, non eſt animal, quàmuis nec rationalitas ſit animal, nec perſonalitas ſit ipſa ſubſtantia. Ad quintũ negatur ſequela: quoniam ſubſtãtia dicit ſubſiſtere per ſe: quia per ſuam eſſentiam completam ſeu terminatam ſubſiſtit: ſed uerum eſt, quod ſequitur, quòd ſubſtantia interminata ſeu incompleta non per ſe ſubſiſtat, ſed oportet quòd ſit terminata proprio termino. Nec ſubſiſtere per proprium terminum diſtinguitur contra ſubſiſtere per ſe, quoniam proprius terminus ali- K quid ſui eſt (ſicut lineam terminati per punctum, & corpus per ſuperficiem diſtinguitur contra terminari per ſe) quoniam nõ batio aliud terminus proprius, quin ſit aliquid terminati: corpus enim de genere quantitatis non eſt aliter terminabile, quã per ſuperficiem propriam. Ad ſextum negatur ſequela, & probatio aſſumit falſum: quoniam terminatum non ſubſtat termino: aliud eſt enim ſubeſſe alicui, & aliud terminari per illud: natura autem terminatur per perſonalitatem, ſicut linea terminatur puncto. Ad ſeptimum negatur, proprie loquendo, ſequela: quoniam terminus non componit cum terminato: ſed bene ſequitur, quòd ultra ſubſtantiam pro eſſentia, quæ reſoluitur in materiam & formam, & ponit ſubſtantiam compoſitam etiam ſingularem, inuenitur aliter ſubſtantia pro hypoſtaſi ſimplex uel compoſita, quæ quia nihil addit ſupra ſingularem eſſentiam niſi terminum, non ponit in numerum cum il- F la, & ſuis partibus. Et hanc diſtinctionem iam accepimus ab Ariſtotele in 5. Metaph.

¶ Reſtat nunc ſatisfacere obiectioni in oppoſitum in principio allatæ ex uerbis auctoris in reſponſione ad ſecundum eiuſdem articuli, & dicendum eſt, ꝙ ſi ſubtiliter inſpiciatur, litera ſupponit defectũ proprię perſonalitatis in humanitate aſſumpta. Et cauſam reddit non defectum alicuius (q̃d pertinet ad pfectionem naturæ, ut diſtinguitur contra perſonam) ſed additionem alicuius, quod eſt ſupra naturam, ſcilicet perſonalitatis diuinæ. Vbi clare patet ſecundum planum literæ ſenſum, quòd defectus perſonalitatis ſupponitur, & cauſa illius defectus reddi- G tur, & non dicitur ſimpliciter nihil deficere, ſed nihil deficere ſpectans ad perfectionem naturæ, cuius oppoſitum non diximus: ſed hoc expoſuimus ex ipſomet, quòd intelligitur de natura, ut diſtinguitur contra hypoſtaſim, ut clarius etiam patet hic in reſponſione ad tertium, cum dicitur quòd natura, quæ aſſumitur, impeditur a propria perſonalitate. aliquid ergo illi deficit non pertinens ad perfectionem naturæ, ſed ad perſonam, quæ impeditur.

¶ In eodem articulo in reſponſione ad tertium, circa illud, perſona diuina ſua unione impediuit, ne humana natura propriam perſonalitatem haberet, dubium primo occurrit, An humana natura in Chriſto inclinetur ad propriam perſonalitatẽ. Et eſt ratio dubij: quia quòd inclinetur, apparet ex hoc, quòd impeditur ab illa: nihil enim impeditur niſi ab eo, in quod tendit: quòd uero non inclinetur, apparet ex hoc: quia ſi inclina- H retur naturaliter in propriam perſonalitatem, quieſceret uiolenter in aliena perſona, qualis eſt perſona diuina, nullum autem uiolentum perpetuum.

¶ Dubium ſecundo occurrit, quo pacto uerificatur, quòd perſona diuina impedierit naturam humanam a propria perſonalitate, obſcurum quippe ualde eſt: quia non apparet quomodo perſonalitas humana nata eſt conſequi ad naturam humanam, aut fluere ab illa, cum non ponatur in natura humana cauſalitas aliqua reſpectu perſonalitatis.

¶ Ad primum dubium dicunt quidam, quòd humanitas Chriſti habet naturalem inclinationem ad propriam perſonã, probãtq; hoc quadrupliciter. Primo, quia natura carẽs aliquo ſibi debito, ſolo diuino miraculo, naturaliter inclinatur in illud: ſicut ignis carens actu comburendi pueros, Dan. 3. naturaliter inclinabatur ad comburendum. Scdo, quia humanitas Chriſti eſt eiuſdem conditionis quantũ ad naturales potentias & habilitates, cum ceteris humanitatibus: ſed reliquæ naturaliter I inclinantur in proprias hypoſtaſes. ergo. Tertio, quia ſicut accidens quantumcumque ſeparatum habet ſemper aptitudinem naturalem ad inhærendum, ita eſſentia ſubſtantiæ habet ſemper aptitudinem naturalem ad per ſe exiſtendum. Et tenet ſequela: quia ſic definitur ſubſtantia, quòd eſt res per ſe exiſtens. Quarto, quia magis inſeparabiliter, & per ſe conſequitur naturam ſubſtantiæ propria ſuppoſitatio, qua non poteſt niſi miraculoſe carere, quàm potentiam naturalem, puta intellectũ, proprius actus: ſed potẽtia naturalis quantumcumq; careat actu, ſemper naturaliter inclinatur in actum. ergo. Sed hæc opinio intellecta, ut ſonat, falſa eſt, & aliter dicendum eſt, diſtinguendo, quòd humanitas Chriſti poteſt conſiderari & iudicari dupliciter: primo ſecundum ſe, hoc eſt abſtrahendo a perſonalitate diuina, cui actu iuncta eſt, & ſic uerum eſt, quòd habet naturalem inclinationem ad propriam perſonalitatẽ, ſicut reliquæ humanitates ſecundum ſe ſumptę, cum ſint eiuſdem rationis. Et hinc prouenit quòd ſi ſepararetur a uerbo, quòd propriam perſonalitatem haberet: quoniam ipſa ſeparatio in re confer- K ret id, quod ſibi in abſtractione conſideratę natum eſt conuenire. Nec eſt opus probare, quòd humanitas ſecundum ſe naturaliter inclinatur ad propriam perſonalitatem: quoniam hoc eſt per ſe notum ex eo, quòd naturaliter quælibet humanitas inuenitur propria perſonalitate perſonata, excepta Chriſti humanitate ex maximo miraculo. Conſtat autem ex 2. phy. quòd unũquodq; ſicut naturaliter agitur, ita aptũ natũ eſt agi. Et ex hac concluſione per ſe nota. ſ. humanitas quælibet ſecundũ ſe inclinatur naturaliter in propriam perſonalitatem, potes arguere, ꝙ perſonalitas non ſolam negationem, ſed poſitiuũ addat naturę, ad quod concomitatur negatio: quoniam nulla naturalis habilitas eſt per ſe primo ad negationem, ſed ad poſitiuum, cui quandoque annectitur negatio: quia naturalis inclinatio eſt per ſe primo ad aliquid, & non ad nihil formaliter: negatio autem nihil formaliter eſt. Nec eſt uera reſponſio eorum ad hoc, dicendo quòd corpora naturalia, quia naturaliter poſſunt non eſſe, habent inclinationem ad non eſſe, & quòd aer A ex ſua diaphaneitate eſt naturaliter habilis, ut ſit tenebroſus: quoniam corpora naturalia ideo poſſunt non eſſe, quia materia eorum appetit per ſe primo aliud eſſe, cui annexa eſt negatio præſentis corporis, & ſimiliter diaphaneitas eſt per ſe primo ad lumen, cum lumen ſit actus diaphani, & non eſt ad negationem luminis, niſi p accidens: quia. ſ. deeſt illi propria pfectio, ſ. lumẽ. Nihil autẽ horũ poteſt dici de habilitate naturæ ad pſonalitatem proprij, ſi ponit negatio: quia p ſe primo ponit ad negationẽ, cũ ad nihil aliud ſit, q̃ ad negationem, q̃ ponit perſonalitas. Alio aũt mõ cõſideratur, & iudicat humanitas Chriſti, vt eſt, hoc eſt vt de facto eſt vnita perſonæ diuinæ: & ſic iudicanda eſt ſecundum id quod ſortita eſt ex vnione ad diuinam perſonam. Et ſic dicendum eſt, ꝙ non inclinatur ad propriam perſonalitatem habendam, quia regulare eſt, vt potentia naturalis ad aliquid, ſi perficiatur per aliud perfectius ſic, quòd cõtineat quicquid eſt in illo, ad quod naturaliter inclinatur, non inclinetur amplius in illud, vtpote iam ſatiato appetitu ſuo naturali ex perfectiori continente etiam illud, ad quod naturaliter tendebat, neque enim minus eſt ſatiatus appetitus ex acquiſitione illius perfectioris, quàm fuiſſet ſatiatus ex acquiſitione illius imperfectioris, ad quod tendebat: ſed ſi acquiſiuiſſet illud imperfectum, iam fuiſſet expletus appetitus ne amplius appeteret, ſed quieſceret in illo, abſque alterius appetitu. ergo ſi ponitur quòd acquiſierit id, in quo continetur quicquid in alio eſt, quieſcet in illo abſque alterius appetitu. Sic autem eſt in C propoſito, utẽdo potẽtia & actu, prout locum habere poſſunt inter terminabile & terminum, quoniam perſona diuina continet excellenter in ſe etiam in terminando, quicquid habet pſonalitas creata, cum ſit infinita, & in eſſendo, & in terminando. Et propterea humanitas Chriſti aſſumpta ad perſonalitatẽ diuinam, totum appetitum perſonalitatis pluſquàm ſatiatum ac conſumatum habet & conſequenter quieſcit abſque appetitu quocumque alterius perſonalitatis: ſicut ſi materia alicuius generabilis haberet vnam formam continentem quicquid in qualibet forma generabilium eſſe poteſt, quieſcerẹt in illa, ita quòd nullam aliam appeteret, quamuis ſecundum ſe, hoc eſt abſtrahendo ab illa forma conſiderata, naturaliter inclinaretur ad propriam formam generalem. Et quoniam humanitas Chriſti differenter cõſideratur in aſſumptione, & iam aſſumpta: quia in aſſumptione conſideratur ſecundum ſe: quia quod aſſumitur, præintelligitur aſſumptioni, iam autem D aſſumpta iudicatur, ſecundum quòd eſt vnita perſonæ diuinæ, ideo caute loquendo, dicendum eſt quod perſona diuina impediuit naturam humanam a propria perſonalitate, & non eſt dicendum, quòd perſona diuina impedit humanitatem a propria perſonalitate: Per impedimentum enim in præterito denotatur naturalis inclinatio humanitatis, ſecundum ſe: per negationem autem impedimenti in præſenti, denotatur conſumatio omnis appetitus perſonalitatis in illa natura. Et propterea patet, quòd impeditio præterita, quia annexa eſt actioni conſummatiuæ excellentius illius appetitus, non inducit violentiam in actione, aut paſſione, aut quiete ſequente, cum etiam paſſum conferat vim obedientiæ huiuſmodi actioni, quam ſignificat aſſumptio, & propterea in litera dicitur in præterito, quòd impediuit, & non dicitur quòd impedit.

¶ Ad rationes autem alterius opinionis reſpondendo dicitur, quòd magni refert loqui de humanitate ſolummodo ſuſpenſa per diuinam potentiam a ſua perſonalitate (vt ſi Deus humanitatem aliquam ſine vlla perſonalitate faceret) & loqui de humanitate terminata per perſonalitatem diuinam, & carentem propria natura: de humanitate primo modo, verum eſt, quòd naturaliter inclinatur ad ſuam perſonalitatem, & hoc tantum probat argumentum loquens tantum de carente ſibi debito per diuinum miraculum: de humanitate vero ſecundo modo, falſum eſt quòd inclinetur in propriam perſonalitatem: quia appetitus eius quieſcit in perſonalitate diuina. Et quia huiuſmodi humanitas non eſt tantum carens propria perſonalitate, ſed terminata ac ſatiata aliena, tale ideo argumentum non habet in ea locum.

¶ Ad ſecundum dicitur, quòd humanitas Chriſti quo ad naturales potentias & habilitates humanæ naturæ ſecundum ſe, eſt eiuſdem rationis cum alijs: ſed quo ad terminationem & ſatietatem ſuæ perſonalitatis, eſt alterius rationis ab aliis: quia A terminatur & ſatiatur aliena diuinaque perſonalitate: perſonæ reliquæ proprijs perſonalitatibus terminantur & ſatiãtur.

¶ Ad tertium dicitur quòd æquiuocat de per ſe eſſe: quoniam eſſe per ſe dupliciter ſumitur, ſcilicet vt diſtinguitur contra eſſe in alio, vt accidens eſt in ſubiecto, & de tali verum eſt, ꝙ ita ſe habet ad ſubſtantiam, ſicut in eſſe ad accidens: alio modo ſumitur, vt diſtinguit contra eſſe in alio vt in quod, & ſic non definit, ſubſtantiam, nec cõuenit ſubſtantiæ, niſi ratione hypoſtaſis, cui per ſe primo conuenit. Et ideo non eſt mirum ſi hu- B manitas Chriſti ex vnione ad diuinam perſonam conſumatum habens appetitum perſonalitatis, nec actu nec aptitudine naturali, niſi cum iſta adiectione, ſecundum ſe, inclinatur ad propriam perſonalitatem: patet enim, iam non eſſe ſimile de ipſa & de accidente ſeparato: ſed eſſet ſimile de humanitate ſuſpenſa ab omni perſonalitate, ſi ſuſpendi intelligatur per miraculum, aut per conditionalem.

¶ Ad quartum dicitur ſicut ad primum, quòd aliud eſt loqui de inclinatione naturali priuata uel carente actu, vel termino; & aliud de eadem conſumata per actum, vel terminum eminenter continentem actum, vel terminum proprium, & ideo priuata, vel carente proprio termino, vel actu: quoniam in prima ſemper reſtat naturalis aptitudo ad proprium, in ſecunda non, propter rõnem dictam. Et ideo ſi intellectus poneretur cõſumati actu aliquo ſuper naturali eminẽter continente actum proprium, non inclinaretur amplius in proprium.

C ¶ Ad ſecũdum dubium dicitur, quòd, vt Auctor ſuperius dixit in q. 1. art. 1. ad ſecundum, ex anima & corpore conſtituitur in vnoquoque noſtrum duplex vnitas, naturæ ſcilicet, & perſonæ, naturæ quidem, ſecũdum quòd ex materia & forma, vt formaliter illam perficit, componitur natura vna compoſita: perſonæ uero, inquantum eſt unus aliquis ſubſiſtens in carne & anima. Vbi primo uide, quòd quia ens & unum cõuertuntur, ac per hoc vbi eſt duplex unitas, ibi eſt duplex entitas, quum unitas ſupra entitatem, ſolam indiuiſionem addat, & propterea dicendo, quòd ex anima & corpore cõſtituitur duplex vnitas, naturę & perſonæ, dictum eſt quòd conſtituitur duplex entitas, naturæ ſcilicet, & perſonæ. Et hinc habes, quòd opinio ante dicta de perſonalitate, conſonat doctrinæ Auctoris. Vide ſecundo, quòd unitas ac entias perſonæ non excluditur a cauſalitate naturę, dum dicitur, quòd ex principijs naturæ conſtituitur ex anima & corpore. Et ideo vtendum occurrit regula D communium Deo & creaturis, puta eſſe ſapientiæ, ſcientiæ, & huiuſmodi, quę dicimus transferri in deum formaliter, ſublato eo quod imperfectionis eſt in creaturis, ita quòd licet in creaturis perſonare, & perſonari non nihil cauſalitatis habeat annexum, formaliter tamen (vt ſuperius de eo communiter diximus) ſine cauſalitate comparari ad naturam, ſublato omni eo quod imperfectionis eſt, ut in diuinis inuenitur, nullã cauſalitatem includit, & ſic interuenit in myſterio incarnationis, quod ſecundum nullam cauſalitatem dictum eſt eſſe inter perſonam, & naturam humanam, alioquin communis eſſet toti Trinitatis. Veruntamen natura ſeu naturæ principia non ita cauſant perſonalitatem, vt interueniat media actio: ſed per modum naturalis ſequelæ perſonalitas adeſt naturæ, nõ ſicut propria paſſio naturaliter conſequitur ſubiectum iam conſtitutũ: quoniam non ea ratione perſonalitas adeſt, quaſi quod data forma, dentur conſequentia ad formam: ſed ſicut perfectio ſeu complementum effectus, naturaliter ſequitur effectũ, cuius eſt complementũ: natura ſiquidẽ vt prior cauſalitate, in completa E eſt quo ad vltimũ ſui complemẽtũ, vt Auctor dixit & vt perſonatur, vltimum complementum aſſequitur. Quo fit, vt actio, qua fit hic homo, inchoata & deducta vſque ad terminum incluſiue ſit, quando fit natura perſonata, quam ſignificat hic homo ſeu Sortes: quando vero fit aut conſideratur vt inchoata, & deducta eſt vſq; ad naturã hanc, abſtrahẽdo a perſona igne, inconſumata eſt, quoniã eſt vſq; ad terminũ excluſiue. Modus ergo qua pſonalitas ſequit naturã vel naturæ prĩcipia, eſt quo terminus actionis & rei factæ, naturalr adeſt in fine actiõis rei factæ, niſi adſit impedimẽtũ. impediunt.n. in compoſitis ſubſtantijs prĩcipia naturę, cõſtituta iã natura a cõſtitutione ſui termini, vt ex litera habet pſentis articuli iũcta literæ allatę ex q. 2. & ſilr in ſubſtãtijs angelicis natura ipſa, q̃ fit, impediret in ſuo fieri a conſecutione ſui termini. Et ppterea ſublato impedimẽto nõ oportet q̃rere aliã cauſa donantẽ cõplementũ .n. ipſa natura ſecundũ ſe habet in ſe ſufficiens cõſecutiuũ ſui ex mini,

¶ *Super Quæſtionis quartæ Articulum tertium.*

Titulus tertij articuli directe quærit de homine, vt diſtinguitur contra naturam humanam.

¶ In corpore articuli duo fiunt: primo reſpondetur quæſito negatiue. ſecundo excluditur error contrarius. Concluſio reſponſiua eſt, Non eſt proprie dictum, ꝙ filius dei aſſumpſit hominem. Probatur: Homo ſignificat humanam naturam in ſuppoſito. ergo non eſt proprie dictum, ꝙ fili⁹ dei aſſumpſit hominem. Antecedens probatur ex auctoritate Damaſce. Sicut deus ſignificat eum, qui habet deitatem, ita homo eū, qui habet humanitatem. Conſequentia probatur, illud quod aſſumitur, nō eſt terminus aſſumptionis, ſed præintelligitur illi: indiuiduum autem, ī quo natura humana aſſumitur eſt terminus, ſcilicet diuina perſona: igiť ſi homo ſignificat humanam naturā in ſuppoſito, nō aſſumiť. Vbi nota, ꝙ congenita Auctori reuerentia ad ſacros doctores effecit, vt minus expreſſerit in concluſione, quàm probauerit in præmiſſis: probauit.n. ꝙ filius dei non aſſumpſit hominem, expreſſit tantum, quòd non eſt proprie dictum, quod filius dei aſſumpſit hominē: quia hoc inuenitur quandoque affirmatum in ſacris literis, cum grano ſalis intelligendum. Error qui excluditur in litera cōcedentiū in Chriſto plura ſuppoſita, ſatis patet.

3.di.6.q.1. art.2. & di.7. lib. 2. & opuſc.1. c. 21.& opuſc. 3.c.215. & Ro.1.lec.3. & Phil.2.

*Ex Epheſina ſynodo refertur in Chalcedonenſi actiōe 1. dū Nicenæ ſynodi fides legitur.

*Art. p̄ced.

† q.3.art.1. & 2.

*lib.3.c.4.ī prin.& clarius c. 11. circa finē.

¶ In reſpōſione ad primum nota duas gloſſas, quibus pie poſſunt exponi dicta ſanctorum. prima, vt exponatur homo, quo ad naturam, & hanc dederat Magiſter ſen. in litera tertij ſentē. diſt. 6. Secunda eſt, vt exponatur aſſumptio non in fieri, ſed in facto eſſe: quia aſſumptio in facto eſſe habet hominem pro termino: quia hoc effecit aſſumptio, & ad hoc terminata eſt, ꝙ filius dei eſt hō.

¶ In reſponſione ad ſecundum, dubium nouitiorum occurrit: quia videtur concedendum, quòd filius Dei aſſumpſit hominem, quia prædicata tenentur formaliter, conſtat autem quòd filius dei aſſumpſit hominem, quo ad formam ſeu naturam.

¶ Ad hoc dicitur, quòd non eſt hic quæſtio de propoſitione, in qua homo eſt prædicatum, quoniam ſub hacmet quæſtione cadit, an homo ſit aſſumptus a filio dei, vbi eſt ſubiectum: ſed eſt quæſtio de re, an ſcilicet res ſignificata nomine hominis ſit aſſumpta a verbo dei. Et quia res ſignificata eſt habens humanitatem, & habens humanitatem non eſt niſi ſuppoſitum, qđ F non eſt aſſumptum, ideo in litera dicitur, quòd ſicut non poteſt dici ſuppoſitū aſſumptum, ita non pōt dici hō aſſumptus.

¶ In reſponſione ad tertium, cum legis nouitie, quòd filius dei eſt homo, cuius naturam aſſumpſit, caue ne fallaris, puta, quaſi ſit quidam alius homo, cuius naturam aſſumpſit. Sed intellige, quòd filius dei ideo eſt homo, cuius naturam aſſumpſit, quia ipſe eſt ille homo, cuius naturam aſſumpſit, ita ꝙ & ly homo, non pro alio, quàm filio dei ſupponit, indiſtincte tamen, & ly cuius refert nō alium hominem, quàm filium Dei, qui eſt ſuppoſitum diuinū habens humanam naturam.

D. 704.

* Diſt.6.

## Articvlvs III.

*Vtrum perſona diuina aſſumpſerit hominem.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd perſona diuina aſſumpſerit hominem. Dicitur enim in Pſal. 64. Beatus, quem elegiſti & aſſumpſiſti. quod glo.* exponit de Chriſto. Et Aug. dicit ī lib.† de Agone Chriſtiano, quòd filius dei hominem aſſumpſit, & in illo humana perpeſſus eſt.

* gl.ordi.& interlinea.

† c.11.ante mediū to.3

¶ 2 Præt. Hoc nomen homo, ſignificat naturam humanam: ſed filius dei aſſumpſit humanam naturam. ergo aſſumpſit hominem.

¶ 3 Præt. Filius dei eſt homo: ſed non eſt homo, quem non aſſumpſit: quia ſic eſſet pari ratione Petrus vel quilibet alius homo. ergo eſt homo, quem aſſumpſit.

Sed contra eſt, auctoritas Felicis Papæ & martyris, quæ introducitur in Epheſina ſynodo.* Credimus in dominum noſtrum Ieſum Chriſtum de virgine Maria natum: quia ipſe eſt dei ſempiternus filius & verbum, & non homo a Deo aſſumptus, vt alter ſit præter ipſum.

Respon. Dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt,* illud quod aſſumitur, non eſt terminus aſſumptionis, ſed aſſumptioni præintelligitur. Dictum eſt autem,† quòd indiuiduum, in quo aſſumitur humana natura, non eſt aliud quàm diuina perſona, quæ eſt terminus aſſumptionis. Hoc autem nomen homo, ſignificat humanam naturam, prout nata eſt in ſuppoſito eſſe: quia, vt dicit Dam.* ſicut hoc nomen deus ſignificat eum, qui habet diuinam naturam, ita hoc nomen homo ſignificat eum, qui habet naturam humanam: et ideo non eſt proprie dictum, quòd filius dei aſſumpſit hominem, ſupponendo (ſicut rei veritas ſe habet) quòd in Chriſto ſit tantum vnum ſuppoſitum, & vna hypoſtaſis, ſed ſecundum illos, qui ponunt in Chriſto duas hypoſtaſes, vel duo ſuppoſita, conuenienter & proprie dici poſſet; quòd filius dei hominem aſſumpſiſſet. Vnde G & prima opinio quæ ponitur in ſexta diſtin. tertij lib.* Sententiarum, concedit hominem eſſe aſſumptum: ſed illa opinio erronea eſt, vt ſupra dictum eſt.†

*q.2.art.1.

Ad primvm ergo dicendum, quòd huiuſmodi locutiones non ſunt extendendæ tāquam propriæ: ſed pie ſunt exponendæ vbicumque a ſacris doctoribus ponuntur: vt dicamus hominem aſſumptum, quia eius natura eſt aſſumpta, & quia aſſumptio terminata eſt ad hoc, vt filius dei ſit hō.

H Ad 2m dicendum, quòd hoc nomen homo, ſignificat naturam humanam in concreto, prout ſcilicet eſt ī aliquo ſuppoſito: & ideo ſicut non poſſumus dicere, quòd ſuppoſitum ſit aſſumptum, ita nō poſſumus dicere, quòd homo ſit aſſumptus.

Ad 3m dicendum, quòd filius dei nō eſt homo, quem aſſumpſit, ſed cuius naturam aſſumpſit.

## Articvlvs IIII.

I *Vtrum filius dei debuerit aſumere humanam naturam abſtractam ab omnibus indiuiduis.*

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur quòd filius dei debuerit aſſumere humanam naturam abſtractam ab omnibus indiuiduis. Aſſumptio enim humanæ naturæ facta eſt ad cōmunem omnium hominum ſalutem: vnde dicitur primæ ad Timo. 4. de Chri- K ſto, quòd eſt ſaluator omnium ho-

¶ *Super Quæſtionis quintæ Articulum quartum.*

In titulo ly debuit, denotat debitum congruentię, vt in principio huius q. 4. vbi diſtinguunť articuli eius patet. Ly abſtracta, in corpore articuli declaratur.

¶ In corpore articuli tria fiunt: primo declaratur titulus, quantum ad ly abſtracta a ſingularibus, diſtinguendo, quod dupliciter poteſt intelligi. Primo quòd habeat eſſe ſecundum rem ſeparatum a ſingularib⁹ materialibus: ſecundo, quòd habeat eſſe obiectiuum in intellectu, quicumq; ſit ille intellectus, diuinus vel human⁹. Secundo, tractatur quæſtio in primo ſēſu. Tertio, tractatur in ſecundo ſenſu. In primo autē ſenſu, an fuerit conueniens filium dei aſſumere humanitatem per ſe ſeparatā ſecundum eſſe, dupliciter tractatur in litera: primo per interemptionem eius quod præſupponitur, ſ. quòd humanitas poſſit ſic inueniri in rerum natura, & hoc afferendo rationem Ariſt. Secundo, ſub conditionali, ſi eſſet humanitas ſic ſeparata, & reſpondetur negatiue ad quæſtionem, quòd ſi eſſet ſic, non fuiſſet cōueniens, ꝙ aſſumeretur a filio dei. Et hoc probatur tripliciter: primo, quia humanitas communis nō eſt perſonabilis, quia non eſt indiuiduabilis: perſona enim indiuiduum quoddam eſt, aſſumptio autem ad perſonalem vnionem terminatur.

Sup.q.1.artic.2. ad 3. & 5. ad 1. & q.4.art. ad 1.& 3. & 3. diſt. q.3.artic. ar. 1.& di. 6.q.1.art. q.3.ad 1.

¶ Vbi ſtatim occurrit dubium de veritate illius propoſitionis: eſt contra rationem formæ communis, vt ſit in perſona. Et ratio dubij eſt: quia ſi humanitas eſſet ſubſiſtens (vt Platonici dicuntur finxiſſe) non eſſet excellentior alijs ſubſtantijs ſeparatis, quales ſunt angeli: ſed non eſt contra rationem angelicæ naturæ eſſe in perſona, immo de facto natura angelica eſt perſonata: ergo non eſſet contra rationem humanitatis ſeparatæ perſonari.



minum, maxime fidelium: ſed natura prout eſt in indiuiduis, receditą ſua communitate. ergo filius dei debuit humanam naturam aſſumere, prout eſt ab omnibus indiuiduis abſtracta.

¶ 2 Præt. In omnibus id, quod eſt nobiliſſimum, eſt deo attribuēdum: ſed in vnoquoque genere illud, quod eſt per ſe, potiſſimū eſt. ergo filius dei debuit aſſumere hominem per ſe, qui quidem ſecundum platonicos* eſt humana natura ab indiuiduis ſeparata. Hanc igitur debuit filius dei aſſumere.

*q.2.art.1.

¶ 3 Præt. Humana natura non eſt aſſumpta a filio dei, prout ſignificatur in concreto per hoc nomē homo, vt dictum eſt.* ſic autem ſignificatur, prout eſt in ſingularibus, vt ex dictis patet.† ergo filius dei C aſſumpſit naturam humanā, prout eſt ab indiuiduis ſeparata.

*Art. p̄ced.

†Art. p̄ced.

Sed contra eſt, quòd dicit Dam.* in 3. lib. deus verbum incarnatum non eam, quæ nuda contemplatione conſideratur, naturam aſſumpſit: non enim incarnatio hoc, ſed deceptio & fictio incarnationis eſſet: ſed humana natura, prout eſt ab indiuiduis ſeparata vel abſtracta, in nuda contemplatione cogitatur: quia ſecūdum ſeipſam non ſubſiſtit, vt ibidem Damaſc.* dicit. ergo filius dei non aſſumpſit humanam naturam, ſecundum quòd eſt a ſingularibus ſeparata.

* li.3.orth. f.c.11. circa princ.

* loco nūc citato.

Respon. Dicendum, quòd natura hominis vel cuiuſcumque B alterius rei ſenſibilis, præter eſſe, quod in ſingularibus habet, dupliciter poteſt intelligi, vno modo quaſi per ſe ipſam eſſe habeat, ſicut platonici poſuerunt: alio modo ſicut in intellectu exiſtens, vel humano vel diuino. Per ſe quidē ſubſiſtere non poteſt, vt Philoſophus probat in 7. Meta.* quia ad naturam ſpeciei rerum ſenſibiliū pertinet materia ſenſibilis, quæ ponitur in eius definitione: ſicut carnes & oſſa in definitione hominis. Vnde non poteſt eſſe, quòd natura humana ſit præter materiā ſenſibilem. Si tamen eſſet hoc modo ſubſiſtens natura humana, non fuiſſet conueniens, vt a verbo dei aſſumeretur. Primo quidē, quia aſſumptio iſta terminatur ad perſonam, hoc autem eſt contra rationem formæ communis, vt ſit in perſona: quia in perſona indiuiduatur. Secundo, quia naturæ cō-

* lib.7. Meta. tex.26. & 27. to.3.

perſonari. Amplius aliud eſt iudicium de natura communi ī exemplari participatione, ſingulari tamen in eſſendo (qualis eſſet humanitas per ſe) & aliud eſt iudicium de natura communi in eſſendo, qualis intelligitur natura humana, vt eſt vniuerſalis in prædicando de omnibus hominibus, qualis non eſſet humanitas per ſe: contra rationem enim naturæ communis in eſſendo eſt indiuiduatio: nō autem naturæ communis in participatione exemplari: humanitas autem per ſe non ponitur cōmunis in eſſendo. Et confirmať: quia humanitas ſubſiſtens proculdubio eſſet res ſingularis ī eſsēdo: alioqu nō ſubſiſteret, ſicut nec deitas ſubſiſteret, niſi eēt res ſingularis.

• Vt patet ex Ariſt.1. Met. tex.6. & 25.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ quia ratio iſta non affertur ad monſtrādam impoſſibilitatē aſſumptionis, ſed incōgruētiā, ideo propoſitiones eius intelligendæ ſunt ī plano ſenſu: quo ſeruata vniuocatione terminorum, ſcilicet ly perſona hominis, & ly indiuiduū hominis, monſtrat aperte incongruentiam humanitatis ſeparatæ ad aſſumptionem. Eſt igitur ſenſus illius propoſitionis, Contra rationē naturæ communis eſt, quòd ſit in perſona, ſcilicet humana, vt ſunt perſonæ humanæ, quas ſcimus. Et hoc manifeſtat, quia in perſona indiuiduatur, relinquens pro per ſe noto, quòd contra rationem talis humanitatis eſt indiuiduari, quod eſt verum vniuoce loquendo de indiuiduatione, vt D natura apud nos indiuiduatur. Ex hac namque propoſitione & ratione optime infertur, quòd humanitas per ſe incongrua eſt aſſumptioni: natura enim repugnās perſonis & indiuiduis ſuæ ſpeciei, non congrua eſt ad hoc, quòd trahatur ad alienam perſonam. Et per hæc patet reſponſio ad duo vltima.

¶ Ad primum autem dicitur, quòd ſi humanitas eſſet ſeparata, ſequeretur & quòd non eſſet perſona: quia ponitur quòd ſit tantum humanitas: equinitas enim, vt dicit Auic. eſt tantū equinitas, et ideo propoſitio literæ eſt abſolute vera, quòd contra rationem naturæ communis eſſet perſonalitas, non ſic autem eſt de naturis angelicis, quæ non ponuntur tantum ipſæ, ſed ponuntur habentes naturas ſuas, et ſequeretur, quòd haberet perſonam, pro quanto per ſe ſeparatim ſubſiſteret naturaliter: nec mirum, quia antecedens implicat incompoſſibilia. Secunda ratio eſt: quia naturæ communi non poſſunt attribui, niſi operationes communes & vniuerſales, ſecundum quas homo non meretur nec demeretur, aſſumptio autem fa- E cta eſt ad hoc, vt ille homo mereretur nobis.

¶ Sed occurrunt hic dubitationes duæ. Altera eſt: qa aut in prima parte propoſitionis Maioris eſt ſermo de operatione communi & vniuerſali ex parte ſubiecti, & hoc non, quia hoc eſt contra hypotheſim, qua ponimus naturam communem per ſe exiſtere, ac per hoc eſſe ſingulare quoddā in eſſendo, & conſequenter operatio ſua ex parte ſubiecti eſſet ſingularis: aut ex parte termini ſeu effectus, puta quia extendit ſe ad omnes homines. Et ſic ratio eſt ad oppoſitum: quia Chriſtus meruit nobis vt cauſa vniuerſalis, vt infra patebit, ac per hoc congruebat eius merito natura humana operans communiter & vniuerſaliter. Altera eſt: quia ſecunda pars dictæ propoſitionis eſt falſa, quoniam homo meretur ſi eſt in gratia, ſecundum omnes ſuas operationes, ſiue ſint communes, ſiue propriæ: A quoniam ſiue comedat, ſiue bibat, ſiue generet, ſiue dormiat, omnia in gloriam Dei facit, iuxta Apoſtolicum præceptum.

¶ Ad primam dubitationem dicitur, quòd ſermo eſt de operatione communi & vniuerſali ex parte ſubiecti, quia ſcilicet nō haberet operationes, niſi quæ conſequuntur naturam communem omnibus hominibus. Tales.n. operationes dicuntur communes & vniuerſales ex parte ſubiecti: quia ſequuntur naturam ſecundum ſe, non vt in hoc aut illo: natura autem ſecūdum ſe communis & vniuerſalis diciť. Natura autem congrua aſſumptioni debet ſic ſe habere, vt operationes perſonales, & non ſolum naturales congrue ſibi attribuantur.

¶ Ad ſecundam dicitur, quòd operationem aliquā eſſe meritoriam, contingit dupliciter, ſcilicet ex ſuo genere vel ex parte operantis tantum. Operationes enim naturales ex ſuo genere, non ſunt meritoriæ: & ideo dicitur, quòd naturalibus non meremur nec demeremur, poſſūt tamen eſſe meritoriæ ex parte operantis, in deum obiectum ſupernaturalis beatitudinis illas referentis. Operationes autem liberæ ac moraliter bonæ ex ſuo genere ſunt meritoriæ: quoniam ex ſuo genere habiles ſunt, vt charitate informentur. In litera ergo eſt ſermo de meritorijs ex ſuo genere, ita quòd ratio literæ conſiſtit in hoc. Natura humana illo modo eſſendi eſt incongrua aſſumptioni, quo non eſt nata, vt conueniant ſibi operationes meritoriæ ex ſuo genere: quia aſſumptio ad hoc tendit, vt mediante natura aſſumpta, filius dei mereatur nobis: ſed naturæ communi non attribuuntur niſi operationes cōes, &c. ergo. Tertia ratio expoſitione non eget.

¶ In ſecundo autem ſenſu tractatur quæſtio ſecundum eſſe in duplici intellectu, primo diuino: deinde humano. Et quidem, quòd natura humana, ſecundum quòd eſt in intellectu diuino, non potuit aſſumi probat dupliciter: primo, quia natura humana ſic nihil aliud eſt, quam natura diuina: ſecundo, quia natura humana ab æterno eſſet in filio dei per hunc modum. Vbi nota pro primæ rationis euidentia, quòd eſſe obiectiuum rerum reſpectu intellectus diuini non eſt eſſe diminutum, vt Sco. in 37. diſt 1. ſen. ſomniauit, nec eſt eſſe relatiuum rationis, quaſi quoddam reſpectiuum eſſe acquirant ex hoc, quòd obiiciuntur diuino intellectui: quoniam deus ſecundum veram philoſophiam & altiſſimam theologiam nihil intelligit extra ſe, non quòd aliquid illum lateat, ſed quia intuendo ſeipſum tantum, intuetur omnia, quoniam omnia & cognoſcibilia, & cognita a deo ſunt ipſe deus, iuxta illud Ioan. 1. Quod factum eſt, in ipſo vita erat. Quia ergo humanitas in intellectu diuino nihil aliud eſt, quàm deitas ſecundum id, quo humanitatem continet: ideo optime ratio literę concludit, quòd aſſumere humanitatem, vt eſt in intellectu diuino, eſſet aſſumere naturam diuinam, quæ non eſt aſſumptibilis. Et quia deitas eſt in filio ab æterno ſequitur, quòd natura humana per hunc modum eſſendi eſt in filio dei ab æterno, & non ex tempore coniuncta: vt ſecunda ratio ſubiunxit. Poteſt tamen aliter induci hæc ſecunda ratio per ſe ſeorſum, vt ſit ſenſus, quòd quicquid ſit illud eſſe obiectiuum humanitatis in intellectu diuino, humanitas per hunc modum, ſcilicet ſecundum quòd eſt obiectum intellectus

intellectus diuini, ab æterno eſt in filio dei, vtpote qui eſt ipſe intellectus diuinus. non ergo erat opus, vt aſſumeret humanitatem ſic: nullus enim aſſumit aliquid illo modo quo habebat, & hic ſenſus in reſponſione ad ſecundum explicatur. Quod autem natura humana, ſecundum quòd eſt in intellectu humano, non debeat aſſumi, probatur deducendo ad impoſſibile. Aſſumere humanitatem in eſſe obiectiuo intellect⁹ humani, nihil aliud eſt, quàm intelligi aſſumere naturam humanam ergo nõ eſt aſſumere naturã humanam ĩ rerum natura. ergo eſſet intellectus falſus. ergo eſſet fictio quædam incarnationis. Et affertur teſtimonium Dam. ad hoc. Vbi nota pro euidentia literæ, quòd quia humanitas obiecta intellectui noſtro non habet ſic eſſe in rerum natura, ſed habet ſolummodo eſſe intelligibiliter relatiue, quo dicitur repræſentata intellectui, & terminatiua actus intelligendi, conſequens eſt, quòd ad humanitatẽ ſic, nulla actio trãſiens realis poteſt terminari, ſicut nec ad Cæſarẽ repræſentatum in ſtatua aut memoria: licet ad ipſam ſtatuam vel memoriã poſſit actio realis tranſiens terminari, vt patet. Et quia aſſumptio ſignificat actionẽ realem tranſeũtem in humanitatem, quæ aſſumitur, ideo aſſumptio non poteſt terminari ad humanitatem ſic, actiones autem reales ĩmanentes poſſunt terminari ad res ſic: poſsũ enim imaginari & amare Cæſarem repræſentatum. Sed & actiones reales tranſeuntes poſſunt dupliciter, ſicut & ipſa humanitas poteſt dupliciter accipi, ſcilicet ſecundum quòd ſunt in rerum natura, & ſecundum quòd intelliguntur. verbi gratia, Secare lignum, vt eſt in rerum natura, & K eſt vere ſecare, & ſecare lignum, prout aliquis imaginatur aut intelligit ſecare lignum, & hoc non eſt vere ſecare lignum, ſed eſt intelligi, aut imaginari quòd lignum ſecatur. Primo ſiquidẽ modo, quo ſolo ſunt veræ actiones reales tranſeuntes, non poſſunt terminari ad naturam ſic: ſecundo autem modo poſſunt: ſed tunc non ipſæ actiones in veritate terminantur ad naturam ſic, ſed imaginatio ſeu intellectus earum. Et ideo optime in litera pro antecedente, & quod quid eſt aſſumptionis naturæ ſic, dicitur, quòd aſſumere humanitatem ſic, nihil aliud eſt, quàm intelligi aſſumere naturam humanam. Et vere ſic eſſe patet, ſicut occidere Cæſarem repræſentatum, nihil aliud eſt quàm intelligi ſeu imaginari occidere Cæſarem, & facere Sortem imaginatum tantum Regem, nihil aliud, quàm imaginari facere Sortem Regem. Et quoniã ex huiuſmodi, actiones imaginatas aut intellectas terminari ad res, non ſequitur quòd ſic ſit in rerum natura (non enim inuenitur propterea lignum ſectum, aut Cæſar occiſus aut Sortes Rex) ideo optime deducitur in litera, quòd non aſſumeret humanitatem in rerum natura, & quòd eſſet intellectus falſus: quia ab eo, quòd res eſt, vel non eſt, intellectus dicitur verus vel falſus. Et quòd eſſet fictio incarnationis, non incarnatio ipſa vt clare iam patet: ſicut fictio comeſtionis panis eſt, comedere panem in imaginatione tãtũ.

*li. 3. c. 11. circa prin.

*Apud Ariſto. li. 1. Metaph. tex. 6. & 25.

¶ Dubiũ reſtat hic, quare cum humanitas in intellectu triplici eſſe habeat, ſcilicet diuino, angelico, & humano, de duobus tãtũ, intellectibus Auctor locutus eſt, omittẽs humanitatem ſecũdum eſſe quod habet in intellectu angelico.

¶ Ad hoc dici facile prima facile poteſt, quòd quia intellectus angelicus medius eſt inter diuinum & humanum, per extrema dedit intelligẽdum medium. Subtilius autem & verius dicitur, quòd quia eſſe obiectiuum in intellectu, ſufficienter per hos duos eſſendi modos diſtinctũ eſt, ſcilicet quod aut eſt idem quod eſſe naturale intelligentis, aut eſt eſſe relatiuum rationis, quo dicitur, & eſt repræſentatum & terminatiuum, &c. Et vtroque modo excluſum ab aſſumptiõe ita eſt, vt neutro modo humanitas vere aſſumeretur: ſed vel natura intelligentis illam aſſumeretur, vel eſſet fictio aſſumptionis: ideo non oportuit ſolicitum eſſe doctorem de humanitate ſecundũ eſſe, quod habet in intellectu angelico, quoniam incidit in alterum dictorum.

muni non poſſunt attribui, niſi operationes communes & vniuerſales: ſecundum quas homo non meretur, nec demeretur. Cum tamen illa aſſumptio ad hoc facta ſit, vt filius dei natura aſſumpta nobis mereretur. Tertio: quia natura ſic exiſtens non eſt ſenſibilis, G ſed intelligibilis: filius autem dei aſſumpſit humanam naturam, vt hominibus in ea viſibilis appareret, ſecundum illud Baruch 3. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Similiter etiam non potuit aſſumi humana natura a filio dei, ſecundum quòd eſt in intellectu diuino: quia ſic nihil aliud eſt, quàm natura diuina, & per hunc modum ab æterno eſſet in filio dei humana natura. H Similiter non conuenit dicere, quòd filius dei aſſumpſit humanam naturam, prout eſt in intellectu humano: quia hoc nihil aliud eſſet, quàm quòd intelligeretur aſſumere naturam humanam. Et ſic ſi non aſſumeret eam in rerum natura, eſſet intellectus falſus. Nec eſſet aliud iſta naturæ humanę aſſumptio, quàm fictio quædam incarnationis, vt Damaſ.* dicit.

Ad primvm ergo dicendum, quòd filius dei incarnatus eſt communis omnium ſaluator, I non communitate generis vel ſpeciei, quæ attribuitur naturæ ab indiuiduis ſeparatæ: ſed communitate cauſæ, prout filius dei incarnatus, eſt vniuerſalis cauſa ſalutis humanæ.

Ad 2^m dicendum, quòd per ſe homo, non inuenitur in rerum natura, ita quòd ſit pręter ſingularia, vt platonici poſuerunt.* quamuis quidam dicant, quòd Plato non intellexit hominem ſeparatum eſſe, niſi in intellectu diuino. Et ſic nõ oportuit, quòd aſſumeretur a verbo, cum ab æterno ſibi affuerit.

Ad 3^m dicendum, quòd quãuis natura humana non ſit aſſumpta in concreto, vt ſuppoſitum præintelligatur aſſumptioni: ſic tamen aſſumpta eſt in indiuiduo, quia aſſũpta eſt, vt ſit ĩ indiuiduo.

## Articvlvs V.

*Vtrum filius Dei naturam humanam aſſumere debuerit in omnibus indiuiduis.*

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur quòd filius dei humanam naturam aſſumere debuerit in omnibus indiuiduis. H Illud enim, quod prius & per ſe aſſumptum eſt, eſt natura humana: ſed quod conuenit per ſe alicui naturæ, conuenit omnibus in eadem natura exiſtentibus. ergo conueniens fuit vt natura humana aſſumeretur a dei verbo in omnibus ſuis ſuppoſitis.

¶ 2 Pręter. Incarnatio diuina ꝓceſſit ex diuina charitate, vnde dicitur Ioan. 3. Sic deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret: ſed charitas facit vt aliquis I ſe communicet amicis, quantum eſt poſſibile. Poſſibile autem fuit filio dei, vt plures naturas hominum aſſumeret (vt ſupra dictum eſt)* & eadem ratione omnes. ergo cõueniens fuit, quòd filius dei aſſumeret naturam humanam in omnibus ſuis ſuppoſitis.

Sup. q. 3. ar tic. 5. a... & 3. diſt. q. 1. art. q. 1.

*q. 3. ar...

¶ 3 Præter. Sapiens operator perficit opus ſuum breuiori via, qua poteſt: ſed breuior via fuiſſet, ſi

*Super Quæſtionis quintæ Articulum quintum.*

Titulus articuli intelligendus eſt in ſenſu, in quo ſit magis, quàm in ſenſu, quem facit. nam per naturam humanam ĩ omnibus ſuis indiuiduis, intendit Auctor ſingulas humanitates, quæ inueniuntur quandoque in rerum natura. Licet hæc verba, Natura humana in omnibus ſuis indiuiduis, ſignificẽt ſingulas humanitates in ſuis proprijs ſuppoſitis, quas quia vt ſic implicat, aſſumi putauit Auctor ſenſum intentum percipi abſque ambiguitate aliqua: ita quòd exponenda ſunt hæc verba, pro humana natura, non quæ eſt, ſed quę eſſet in omnibus ſuis indiuiduis.

¶ In corpore articuli vnica eſt concluſio reſponſiua quæſito negatiue: Non fuit conueniens, quòd humana natura in omnibus ſuis ſuppoſitis, hoc eſt, quòd ſingulæ humanitates, quæ diſtribuerentur per omnia ſuppoſita humana, aſſumerentur a filio dei. Probatur tripliciter, primo, quia tolleretur multitudo ſuppoſitorum in humana natura. ſecundo, quia tolleret filio dei dignitatem primogenituræ inter multos fratres. tertio, quia vnico ſuppoſito vnica aſſumpta natura congruit.

¶ In reſpõſione ad primum reſponſio conſiſtit in diſtinguendo per ſe, vt diſtinguitur contra ꝑ aliud, ſcilicet perſonam, vt diſtinguitur contra per accidens: primo modo humanitati conuenit per ſe aſſumi, non ſecundo.

¶ In reſponſione ad ſecundum & tertiũ reſponſio conſiſtit in hoc, quòd non vno ſolo modo conuenit & commendari charitatem dei erga nos, & breuitatem viæ ſapientis obſeruare, & ideo conuenientiorẽ decuit eligere.

*¶ Super Quæſtionis quartæ Articulum ſextum.*

Titulus clarus eſt, & ideo quæſitus: quia poterat deus creare vnam naturam humanã in ſuppoſito verbi, ſicut creauit Adam, non per propagationem: poterat ẽt aliquem alium hominem cũ ſua vxore creare innocentes & in innocentia perſeuerantes, ſicut creauit Adam & Euam: & ex illa innocente ſtirpe humanam naturã aſſumere & nõ ex ſtirpe Adæ: poterat, & vnam ſolam virginem creare innocentem, ex qua naſceretur, ſicut natus eſt de Maria virgine filia Adæ. Cũ igitur multis alijs modis incarnatio fieri potuiſſet, quæſitum eſt, an conuenienter ſit facta ex ſtirpe Adæ.

¶ In corpore articuli vnica eſt concluſio reſponſiua q̃ſito affirmatiue, ꝓbata triplici ratione, & auctoritate Auguſtini præpoſita. Et omnia clare patent. Siſte tamen paululum in ſecunda ratione, & intellige minimum quid de noſtra dignitate explicari, per hoc, quòd nobis peccatoribus victis collatum eſt vincere per caput ex nobis ſũptũ: lõge. n. dignior ſum, ꝙ dei filiationem per adoptionẽ cum ſpreuiſſem peccando, factus ſum dei filius in ꝑſona, factus ſum deus in perſona. Multum enim mihi dignitatis collatum fateor, quòd ex inimico factus ſum amicus dei, quòd qui offendi, ſatisfeci, qui demerui, merui, qui victus ſum, vici etiam diabolum, & triumphaui de ipſo, qui etiam in regione lõginqua, & vulneratus a latronib⁹, &c. factus ſum domin⁹ angelorum: ſed omnes ſuperat dignitates, ꝙ factus ſum deus perſonaliter: quod mei generis tam infimi tamque corrupti ac deo inimici, mei inquam generis, vnus ego verus eſt deus, non participatiue, ſed ſubſtantialiter. Ad maximam ergo peccatoris hoĩs dignitatẽ ſpectat, ꝙ de ſtirpe peccatrice carnẽ aſſumpſit deus.



omnes homines aſſumpti fuiſſent A ad naturalem filiationem, quàm quòd per vnum filium naturalem multi in adoptionem filiorum adducantur, vt dicitur Gal. 4. ergo humana natura debuit a filio dei aſſumi in omnibus ſuppoſitis.

Sed contra eſt, quod Damaſce.* dicit in 3. lib. quòd filius dei non aſſumpſit humanam naturam, quæ in ſpecie conſideratur: neque enim omnes hypoſtaſes eius aſſumpſit.

*li. 3. c. 11. circa prin.

Respon. dicendum, quòd non fuit conueniens, quòd huma B na natura in omnibus ſuis ſuppoſitis a verbo aſſumeretur. Primo, quia tolleretur multitudo ſuppoſitorum humanæ naturæ, quæ eſt ei connaturalis. Cum enim in natura aſſumpta non ſit conſiderare aliud ſuppoſitum præter perſonam aſſumentem (vt ſupra dictũ eſt*) ſi non eſſet humana natura, niſi aſſumpta, ſequeretur quòd nõ eſſet niſi vnum ſuppoſitum humanæ naturæ, quod eſt perſona aſſumens. C Secundo, quia hoc derogaret dignitati filij dei incarnati, ꝓut eſt primogenitus in multis fratribus ſecundum humanam naturam, ſicut eſt primogenitus omnis creaturę ſecundum diuinam: eſſent enim tunc omnes homines æqualis dignitatis. Tertio, quia cõueniens eſt, quòd ſicut vnum ſuppoſitum diuinum eſt incarnatum, ita vnam ſolam naturam humanam aſſumpſerit, vt ex vtraque parte vnitas inueniatur.

*art. 3. huius q.

Ad primvm ergo dicendũ, D quòd aſſumi conuenit ſecundum ſe humanę naturæ: quia ſcilicet non conuenit ei ratione perſonæ, ſicut naturæ diuinæ conuenit aſſumere ratione perſonæ. Non autem conuenit ei ſecundum ſe, ſicut pertinens ad principia eſſentialia eius, vel ſicut naturalis eius proprietas, per quem modum conueniret omnibus eius ſuppoſitis.

Ad 2^m dicendum, ꝙ dilectio dei ad homines manifeſtatur non ſolum in ipſa aſſumptione humanæ naturæ, ſed præcipue per ea, quæ paſſus eſt in humana natura E pro alijs hominibus, ſecundum illud Roma. 5. Commendat autem deus charitatem ſuam in nobis: quia cum inimici eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt: quod locum non haberet, ſi in omnibus hominibus naturam humanam aſſumpſiſſet.

Ad 3^m dicendum, ꝙ ad breuitatem viæ, quam ſapiens operator obſeruat, pertinet, ꝙ nõ faciat per multa quod ſufficiẽter poteſt fieri per vnum. Et ideo conuenientiſſimum fuit, quòd per vnum hominem omnes alij ſaluarentur.

## Articvlvs VI.

*Vtrum conueniens fuerit, quòd filius Dei humanam naturam aſſumeret ex ſtirpe Adæ.*

Ad sextvm ſic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens, vt filius dei naturam humanam aſſumeret ex ſtirpe Adæ. B Dicit enim Apoſt. ad Heb. 7. Talis decebat vt eſſet nobis pontifex ſegregatus a peccatoribus: ſed magis eſſet a peccatorib⁹ ſegregatus, ſi non aſſũpſiſſet naturam humanam ex ſtirpe Adæ peccatoris. ergo videtur ꝙ nõ debuerit de ſtirpe Adæ naturam humanã aſſumere.

Infr. q. 31. art. 1. & 3. diſt. 2. q. 1. art. 2. q. 2. & opuſc. 3. c. 224.

¶ 2 Præt. In quolibet genere principium nobilius eſt eo, quod eſt a principio. Si igit̃ aſſumere voluit humanam naturam, magis debuit C eam aſſumere in ipſo Adam.

¶ 3 Pręt. Gentiles fuerunt magis peccatores q̃ iudæi, vt dicit gl.* ad Gal. 2. ſuper illud, Nos natura iudæi, & non ex gẽtibus peccatores. Si ergo ex peccatoribus naturam humanã aſſumere voluit, debuit eã magis aſſumere ex gentibus, q̃ ex ſtirpe Abrahę, qui fuit iuſtus.

*glo. inter. lib.

Sed contra eſt, quòd Luc. 3. generatio domini reducitur vſque ad Adam.

Respon. dicẽdum, quòd ſicut Aug. dicit in 13. de Trin.* Poterat deus hominem aliunde ſuſcipere, non de genere iſtius Adę, qui ſuo peccato obligauit genus humanum: ſed melius iudicauit de ipſo, quod D victum fuerat, genere aſſumere hominem deus, per quem generis humani vinceret inimicum. Et hoc propter tria. Primo quidem, quia hoc videtur ad iuſtitiã pertinere, vt ille ſatisfaciat, qui peccauit. & ideo de natura per peccatum corrupta debuit aſſumi id, ꝑ quod ſatisfactio erat implenda pro tota natura. Secũdo, quia hoc etiam pertinet ad maiorem hominis dignitatem, dum ex illo genere victor diaboli naſcitur, quod per diabolum fuerat victum. Tertio, quia per hoc etiam dei potentia magis oſtenditur, dum de natura corrupta, & infirma aſſumpſit id, quod in tãtam virtutem, & dignitatem eſt promotum.

*li. 13. c. 18. in princip. tom. 3.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ Chriſtus debuit eſſe a peccatoribus ſegregatus quantum ad culpam, quam venerat deſtruere, non quantum ad naturã, quã E venerat ſaluare, ſ̃m quam debuit per omnia fratrib⁹ aſſimilari, vt idem Apoſt. dicit ad Heb. 2. Et in hoc ẽt mirabilior eſt eius innocentia, ꝙ de maſſa peccato ſubiecta, natura aſſumpa tantam habuit puritatem.

Ad 2^m dicendum, quòd (ſicut dictum eſt)* oportuit eum, qui peccata venerat tollere, eſſe a peccatoribus ſegregatum, quantum ad culpam, cui Adam ſubiacuit, & quem Chriſtus a ſuo delicto eduxit, vt dicitur Sap. 10. Oportebat autem eum, qui mundare omnes venerat, non eſſe mundandũ, ſicut & in quolibet genere motus, primum mouens eſt immobile ſecundum

ſecundum illum motum, ſicut primum alterans eſt inalterabile. Et ideo non fuit conueniens, vt aſſumeret humanam naturam in ipſo Adam.

Ad 3[m] dicendum, ꝙ quia Chriſtus maxime debebat eſſe a peccatoribus ſegregatus, quãtum ad culpã, quaſi ſummã innocentiæ obtinens, conueniens fuit, vt a primo peccatore vſq; ad Chriſtum perueniretur, mediantibus quibuſdam iuſtis, in quibus p̄fulgerent quædam inſignia futuræ ſanctitatis. Et pp hoc etiam ĩ populo, ex quo Chriſtus erat naſciturus, inſtituit de⁹ quædã ſanctitatis ſigna, q̃ inceperunt in Abraham, qui primus promiſſionẽ accepit de Chriſto, & circũciſionem in ſignum fœderis cõſumandi, vt dicitur Gen. 17.

## QVAESTIO V.

*De modo Vnionis ex parte partium humanæ naturæ, in quatuor articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandũ eſt de aſſumptione partium humanæ naturæ.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, vtrum filius dei debuerit aſſumere verum corpus.
¶ Secundo, vtrum aſſumere debuerit corpus terrenum, ſcilicet carnem & ſanguinem.
¶ Tertio, vtrũ aſſumpſerit animã.
¶ Quarto, vtrum aſſumere debuerit intellectum.

¶ *Super Quæſtionis quintæ Articulum primum.*

Titulus articuli primi clar⁹ eſt, & propter Manichæorum errorem motus, vt habes in quarto contra Gen. cap. 29.

¶ In corpore articuli cõcluſio vnica eſt reſponſiua quæſito affirmatiua, p̄poſita auctoritate, & probata triplici ratione. Omnia clara ſunt in litera.

¶ Nota hoc in loco allatam Auguſt. auctoritatẽ ex lib. 83. q. quoniam in ea habetur illa conditionalis, Si fefellit, veritas non eſt, & loquitur de Chriſto. Nota autem hoc propter vertentes in dubium, an deus poſſit fallere: nam ſi cõditionalis dicta eſt vera, patet ſolutio quæſtionis, quòd. ſ. non poteſt fallere: quia non poteſt eſſe verum, quòd fallat: quia ſi fefellit, veritas non eſt: ſed eſt veritas. ergo nõ fefellit. Si conditionalis negatur, Auguſtinus negatur.

Inf. art. 2. c. & q. 14. art. 1. c. & 3. diſti. 2. q. 1. artic. 3. q. 1. c. & q. 2. c. & 4. contra c. 29. 30. & 34. pri. & 35. fin. & Po. q. 6. art. 7. cor. & opuſc. 3. ca. 213. & 227

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum dei filius debuerit aſſumere uerum corpus.*

Ad primum ſic procedit. Videtur quòd filius dei non aſſumpſerit verum corpus. Dicitur enim Phil. 2. quòd in ſimilitudinem hominum factus eſt: ſed quod eſt ſecundum veritatem, non dicitur eſſe ſecundum ſimilitudinem. ergo filius dei non aſſumpſit verum corpus.

¶ 2 Præt. Aſſumptio corporis in nullo derogauit dignitati diuinitatis: dicit enim Leo Papa in ſermone de Nati.* quòd nec inferiorem naturam conſumpſit glorificatio, nec ſuperiorem minuit aſſumptio: ſed hoc ad dignitatem dei pertinet, quòd ſit omnino a corpore ſeparatus. ergo videtur, quòd per aſſumptionem non fuerit deus corpori vnitus.

* In ſer. 1. poſt me. illius: incipit hic ſer. Saluator noſt.

¶ 3 Præt. Signa debent reſpondere ſignatis: ſed apparitiones vet. Teſta. quæ fuerunt ſigna apparitionis Chriſti, non fuerunt ſecundum corporis veritatem, ſed ſecundum imaginariã viſionem, ſicut patet Iſa. 6. Vidi dñm ſedentem, &c. ergo vr̃, ꝙ etiam apparitio filij dei in mundo, non fuerit ſecundum corporis veritatem, ſed ſolum ſecundum imaginationem.

Sed contra eſt, quòd dicit Aug. † in lib. 83. q. Si phantaſma fuit corpus Chriſti, feſellit Chriſtus: & ſi feſellit, veritas non eſt. Eſt autẽ veritas Chriſtus. ergo non fuit phantaſma corpus eius. Et ſic patet, quòd verum corpus aſſumpſit.

† lib. 83. q. q14. ĩ pri. tom. 4.

Respon. Dicendum, quòd ſicut dr̃ in lib. de Eccleſiaſticis* dogmatibus, natus eſt dei filius, non putatiue, quaſi imaginatum corpus habens, ſed corpus verum. Et huius ratio poteſt tripliciter aſſignari, quarum prima eſt ex ratione humanæ naturæ, ad quam pertinet verum corpus habere. Suppoſito igitur ex præmiſſis, ꝙ conueniens fuerit filium dei aſſumere humanam naturam, conſequens eſt ꝙ verũ corpus aſſumpſerit. Secũda ratio ſumi poteſt ex his, quæ in myſterio incarnationis ſunt acta. Si. n. non fuit verum corpus eius, ſed phantaſticum, ergo nec veram mortem ſuſtinuit, nec aliquid eorum quæ euãgeliſtæ de eo narrant, ſecundum veritatem geſſit, ſed ſolum ſecundum apparentiam quãdam. Et ſic etiam ſequeretur, ꝙ non fuerit vera ſalus hominis ſubſecuta: oportet. n. effectum cauſæ proportionari. Tertia ratio poteſt ſumi ex ipſa dignitate perſonæ aſſumentis, quæ cum ſit veritas, non decuit, vt in eius opere aliqua fictio eſſet. Vnde & dominus hunc errorem per ſeipsũ excludere dignatus eſt, Luc. vlti. cum diſcipuli conturbati & conterriti, putabant ſe ſpiritum videre, & non verum corpus: & ideo ſe eis palpandum præbuit, dicens, Palpate & videte: quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere.

* c. 1. a[illegible] di. hab[illegible] inter o[illegible] Aug. to[illegible]

Ad primum ergo dicendum, ꝙ ſimilitudo illa exprimit veritatem humanæ naturæ in Chriſto, per modum, quo oẽs qui vere in natura humana exiſtunt, ſimiles ſpecie eſſe dicuntur: non autem intelligitur ſimilitudo phantaſtica. Ad cuius euidentiam Apoſtolus ſubiungit, quòd factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis, quod fieri non potuiſſet, ſi eſſet ſola ſimilitudo phantaſtica.

Ad 2[m] dicendum, ꝙ per hoc quòd filius dei verũ corpus aſſumpſit, in nullo eſt eius dignitas diminuta. Vnde Aug.* dicit in lib. de fi. ad Pet. Exinaniuit ſeipſum, formam ſerui accipiens, vt fieret ſeruus, ſed formæ dei plenitudinem non amiſit: non. n. filius dei ſic aſſumpſit verum corpus, vt forma corporis fieret, quod repugnat diuinę ſimplicitati & puritati: hoc. n. eſſet aſſumere corpus in vnitatem naturę, quod eſt impoſſibile, vt ex ſupra dictis patet.* ſed ſalua diſtinctione naturæ aſſumpſit corpus in vnitatem perſonæ.

* c. 2. de[illegible] ad fi. to[illegible]

* q. 2. art[illegible]

Ad 3[m] dicendum, ꝙ figura debet rñdere rei, quãtum ad ſil'itudinem, nõ quantũ ad rei veritatem. ſi. n. ſecundum oĩa eſſet ſimilitudo, iam non eſſet ſignum, ſed ipſa res, vt Damaſc.* dicit in 3. lib. Cõueniẽs ergo fuit, vt apparitiones vet. Teſt. eſſent ſecundum apparentiam, quaſi figuræ: apparitio autem filij dei in mũdo eſſet ſecundum corporis veritatem, quaſi res figurata per illas figuras. Vnde dicit Apoſtolus ſecundæ Col. 2. Quæ ſunt vmbra futurorũ, corpus aũt Chr̃i.

* lib. 3. c[illegible] circa fin.

### ARTICVLVS II.

*Vtrum Dei filius debuerit aſſumere corpus terrenum, ſcilicet carnem & ſanguinem.*

Ad secundum ſic proceditur. Videtur ꝙ Chriſtus nõ habuerit corpus carnale ſiue terreſtre, ſed cæleſte. dicit. n. Apoſtolus 1. ad Cor. 15. Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cælo cæleſtis: ſed primus homo, ſcilicet Adam fuit de terra, quantum ad corpus, vt patet Gen. 1. ergo etiam ſecundus homo ſcilicet Chriſtus



fuit de cælo, quantum ad corpus.

¶ 2 Præter. Primæ ad Corin. 15. dicitur, Caro & ſanguis regnum dei non poſſidebunt: ſed regnum dei principaliter eſt in Chriſto. Non ergo in ipſo eſt caro & ſanguis, ſed magis corpus cæleſte.

¶ 3 Præter. Omne quod eſt optimum, eſt deo attribuendum: ſed inter omnia corpora nobiliſſimũ eſt corpus cæleſte. ergo tale corp⁹ debuit Chriſtus aſſumere.

Sed contra eſt, quòd dominus dicit Luc. vlti. Spiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. Caro autem & oſſa non ſunt ex materia cæleſtis corporis, ſed ex inferioribus elementis. ergo corpus Chriſti non fuit corpus cæleſte, ſed carneum & terrenum.

Respon. Dicendum, quòd eiſdem rationibus apparet, quare corpus Chriſti non debuit eſſe cęleſte, quibus oſtenſum eſt,* quòd non debuit eſſe phantaſticum. Primo enim, quia ſicut veritas humanæ naturæ non ſaluaretur in Chriſto, ſi corpus eius eſſet phantaſticum (vt poſuit Manichæus) ita etiam non ſaluaretur ſi poneretur cæleſte, ſicut poſuit Valentinus. Cum enim forma hominis ſit quædam res naturalis, requirit determinatam materiam, ſcilicet carnes & oſſa, quæ in hominis definitione poni oportet, vt patet per Philoſophum *7. Metaphyſi. Secundo, quia hoc etiam derogaret veritati eorum, quæ Chriſtus in corpore geſſit. Cum enim corpus cæleſte ſit impaſſibile & incorruptibile (vt probatur in * primo de Cælo) ſi filius dei corpus cæleſte aſſumpſiſſet, non vere eſuriiſſet, nec ſitiſſet, nec etiam paſſionem, & mortem ſuſtinuiſſet. Tertio etiam derogaret veritati diuinæ. Cum enim filius dei ſe hominibus oſtenderit, quaſi corpus carneum & terrenum habens, fuiſſet falſa demonſtratio, ſi corpus cæleſte habuiſſet. Et ideo in libro de Eccleſiaſticis * dogmatibus dicitur, Natus eſt dei filius carnem ex virginis corpore trahens, & non de cælo ſecum afferens.

*Art. p̃ced.

*Lib. 7. tex. 39. to. 3.

* lib. 1. tex. 20. tom. 2.

* c. 2. a medi. to. 3. inter opera Aug.

Ad primum ergo dicendum, quòd Chriſtus dicitur de cælo deſcendiſſe dupliciter. Vno modo ratione diuinæ naturæ, nõ ita quòd natura diuina in cælo eſſe deſierit, ſed quia in infimis nouo modo eſſe cœpit, ſcilicet ſecũdum naturam aſſumptam, ſecundum illud Io. 3. Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo Filius hominis, qui in cęlis eſt. Alio modo ratione corporis: non quia ipſum corpus Chriſti ſecundum ſuam ſubſtantiam de cælo deſcenderit: ſed quia virtute cęleſti, id eſt Spirituſancto eſt eius corpus formatum. Vnde Aug.* dicit ad Oroſium, exponens auctoritatem inductam, Cæleſtem dico Chriſtum: quia non ex humano conceptus eſt ſemine. Et hoc etiam modo Hilarius exponit in libro de Trini. †

* In dialo. 65. q. q. 4. a med. illius tom. 4.

Ad 2[m] dicendum, quòd caro & ſanguis non accipiuntur ibi pro ſubſtãtia carnis & ſanguinis, ſed pro corruptione carnis & ſanguinis, quæ quidem in Chriſto nõ fuit quantum ad culpam: fuit tamen ad tempus quantum ad pœnam, vt opus noſtrę redemptionis expleret.

† lib. 10. de trin. ante med. ad ſẽſum.

Ad 3[m] dicendum, quòd hoc ipſum ad maximam Dei gloriam pertinet, quòd corpus infirmum & terrenum ad tantam ſublimitatem prouexit. Vnde in Epheſina ſynodo legitur verbum ſancti Theophili dicentis, qualiter artificum optimi non in pretioſis tantum materiebus artem oſtendentes, in admiratione ſunt, ſed viliſſimum lutum, & terram diſſolutam plerumque aſumentes, ſuæ diſciplinæ demonſtrantes virtutem, multo magis laudantur, ita omnium optimus artifex Dei verbum, non aliquam pretioſam materiam corporis cæleſtis apprehendens, ad nos aduenit, ſed in luto magnitudinem ſuę artis oſtendit.

¶ *Super Quæſtionis quintæ Articulum ſecundum.*

Titulus clarus ẽ, & motus propter errorem Valentini, vt patet in 4. cõtra Gent. cap. 30.

¶ In corpore articuli vnica eſt cõcluſio reſponſiua quæſito, Chriſtus habuit corpus terreſtre, non cæleſte. Et probatur triplici ratione & auctoritate.

Inf. q. 35. artic. 1. c. q. 37. art. c. & q. [illegible] art. 3. c. & 3. di. 2. q. ar. 3. q. 1. & q. 1. c. 4. contra 30. & [illegible] & opuſc. ca. 214.

¶ Omnia clara ſũt: niſi quòd in reſponſione ad primum circa gloſſam Aug. & Hilarij dubium occurrit, ſ. ꝙ Chriſtus ſit homo cæleſtis, quia de Spirituſancto conceptus: quoniam ſi ex virtute actiua ſeu formatiua corporis homo eſt cæleſtis ſecundum corpus, Adam quoque eſſet homo cæleſtis: quia eſt immediate diuina virtute corpus eius formatum. Et ſic Apoſtolus nõ recte poſuiſſet differentiam inter primum hominem & Chriſtum, ĩ hoc ꝙ ille terreſtris, iſte cæleſtis, ad corpus referendo rõne virtutis formatiuę.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ quia expoſitio iſta non eſt ſecundum ſenſum literalem, non poteſt ex illa argumentum contra verba Apoſtoli ſumi. Ad literam nãq; Apoſtolus loquitur de primo initio vtriuſque hominis, ſ. Adæ & Chriſti: conſtat autem initium Adæ ex terra eſſe, cui diſpoſite iuncta eſt anima: initium vero Chriſti ex hypoſtaſi diuina, quæ materiam ſibi diſpoſuit, formauit, animauit, vniuit, &c. Per hoc enim probat Apoſtolus illum in animam viuẽtẽ, iſtum in ſpiritum viuificantem: illum terrenum (quia vere perſona terrena ſecundum ſubſtantiam & ſecundum qualitatem fuit Adam) iſtum cæleſtẽ, & ſecundum ſubſtantiam perſonę & ſecundum qualitatem ſuperioris ordinis. Vnde ſunt dotes corporis, de quibus loquitur. Allata tamen expoſitio non eſt refutanda, ſed reuerenter amplectenda, ita vt ẽt ſaluet differentiam corporum ſecundũ virtutem formatiuam, tum quia Adam fuit immediate a deo ſecundum debitum naturæ ordinem (exigit ſiquidem rerum ordo ſuppoſita nouitate mundi, vt prima indiuidua perfectarum ſpecierũ fiant non ex ſemine, ſed immediate a deo; quoniam, vt dicitur 12. Met. perfecta ſunt naturaliter priora imperfectis) Chriſtus autem ſtante iam naturali modo generationis humanæ per commiſtionẽm maris & feminæ, miraculoſe ſupra naturæ leges conceptus eſt diuina virtute abſque ſemine humano: tum quia Adam a deo immediate factus (ſicut & boues & leones ſecundum ſuas naturas) dicitur: Chriſti vero conceptio ſpecialiter appropriatur Spirituiſancto, vt intelligatur ad hoc a deo immediate factus homo, vt ſpiritualis ſit, ita ꝙ non ex ſola negatione humani ſeminis, ſed ex hoc quòd ſupra naturæ leges ex Spirituſancto dicitur conceptus, differentia poſita eſt inter Chriſtum & Adam quantum ad corpus, quòd Chriſtus de cælo cæleſtis, ille de terra terreſtris.

¶ In hoc ſecundo artic. dubium occurrit de aſſumptione ſanguinis: an ſcilicet ſanguis, qui erat in corpore Chriſti, erat vnitus diuinitati. Et eſt ratio dubij ex philoſophia: quia ſanguis non eſt pars corporis humani, ſed alimentum eius, quod cõſtat non eſſe actu, ſed potentia corp⁹, quod alitur: eſt enĩ ſanguis alimentum decoctum, conuertendum, non conuerſum in mẽbra. Et confirmatur auctoritate nõ ſolum Ariſt. 2. de Partibus anim. ſed diui Tho. in multis locis, & ſingulariter inferi⁹ in q. 31. art. 5. ad primum, Vbi ponit differentiam inter oſſa & carnes ex vna parte, & ſanguinem ex alia parte, in hoc quòd caro & oſſa ſũt actu partes corporis humani, ſanguis autem non eſt actu pars, ſed eſt potentia totum. Et ideo caro & oſſa non poſſunt abſque corruptione & diminutione corporis auferri: ſanguis autem ſine corruptione communicatur.

¶ Ad hoc dicitur ſecundum Auctoris doctrinam in 4. ſen. diſtin. 44. q. 1: quòd partes humani corporis ſũt duplices: quædam ſic ſunt actu partes, ꝙ ſunt ĩ tranſmutabiles in alias partes, vt carnes, oſſa, nerui & membra, vt manus pedes, &c. quædam vero ſic ſunt actu partes, ꝙ ſunt in potentia etiam ad alias partes, & tales videntur eſſe quatuor humores, ex quibus ſumus, inter quos eſt ſãguis. Vnde quia huiuſmodi habẽt aliquo modo rationẽ partis in actu, & aliquo modo partis in potentia, ideo diuerſa de eis dicuntur, nam inquantum ſunt partes in actu, verificatur quòd corpus noſtrum componitur ex eis, vt in principio dicti lib. Ariſtoteles teſtatur: vt vero ſunt in potentia ad alias partes, verificatur quòd eſt alimentum corporis. Et per hoc patet

reſponſio

reſponſio ad rationem in oppoſitum, dicendo, quòd ſanguis eſt corporis alimentum, ſed non tantum: quia eſt ita alimentum, vt etiã ſit ſecũdum ſe pars corporis. Ad auctoritatem diui Tho. dicitur, quòd loquitur de parte totaliter in actu, cum dicit, quòd nõ poteſt ſine corruptiõe aut diminutione ſubtrahi: non autem de parte partim in actu & partim ĩ potẽtia, qualis eſt ſanguis. Abſque dubio igitur credendũ eſt, filium Dei aſſumpſiſſe corpus terreſtre, hoc eſt carnem & ſanguinem, vt diuidendo quæſtionem Auctor titulum explicat.

3.di.2. q.1. ar.3.q.2. & 4.contra c. 32.34. pri. 35. fi.37.fi. & 41. & veri.q.20.art. 1.c.& vnio. arti. 1.cor. & opuſc.3. c.211.

*lib.1.de cœlo text. 32. & li.2. tex. 59.tom.2.

*lib.3.c.3. & 11.

†cap.21.in prin,to,3.

* lib.de hæreſ.c.49. & 55.to.6.

¶ *Super Quæſtionis quintæ Articulum tertium.*

TItulus clarus eſt, intelligendus vt ſonat, & quę ſitus propter Arriũ & Apollinarem (vt in litera dicitur) negantes in Chriſto animam propriam.

¶ In corpore articuli duo fiunt, primo recitatur error Arrij & Apollinaris: ſecundo reprobatur tripliciter. Quo ad primũ ponit̃ põ iſta in ſe, & ſua ſeq̃la, in ſe quidem, q̃a negatur aĩa in Chriſto: ſed ponit̃ verbũ loco animæ: in ſua vero ſequela: quia negantur duæ naturæ in Chriſto: q̃m non eſt ibi natura humana: vel q̃m ex aĩa & corpore vna natura cõſtituitur, ac per hoc ex eo, qđ eſt loco animæ & corpore, vna eſſet tm̃ natura: prima expõ tñ literæ conſonat, de natura humana loquẽti. Quo ad 2m afferunt tres rõnes. prima ex auctoritate Scripturæ: ſecunda ex rõne deducente ad inconueniens ex Aug. tertia ex rõne conuincente, ꝙ ignorat ꝓpriam vocẽ põ ipſa: quia ponẽdo carnẽ, negat carnem, & ꝑ hoc veritati incarnationis ꝯriat̃. Vide de his in quarto cõtra Gen.cap.32.

## ARTICVLVS III.

### *Vtrum filius Dei aſſumpſerit animam.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd filius Dei animam non aſſumpſerit. Ioannes enim incarnationis myſterium tradens dixit, Verbum caro factum eſt, nulla facta de anima mentione. Non autem dicitur caro factũ, eo quòd ſit in carnem cõuerſum, ſed quia carnem aſſumpſit. Non ergo videtur aſſumpſiſſe animam.

¶ 2 Præter. Anima neceſſaria eſt corpori ad hoc, quòd per eam viuificetur: ſed ad hoc non fuit neceſſaria corpori Chriſti, vt videtur: quia ipſum verbum dei eſt, de quo dicit̃ in Pſa. 35. Domine apud te eſt fons vitæ. Superfluum ergo fuiſſet animam adeſſe, verbo præſente. Deus autem & natura nihil fruſtra faciunt, vt etiam Philoſophus dicit in primo de Cæl.* ergo videtur, quòd filius dei animam non aſſumpſerit.

¶ 3 Præter. Ex vnione animæ ad corpus, conſtituitur natura communis, quę eſt ſpecies humana: in domino autem Ieſu Chriſto non eſt communem ſpeciem accipere, vt Dam.* dicit in 3. lib. Non igitur aſſumpſit animam.

SED CONTRA eſt, quòd Aug. dicit in lib.† de Agone Chriſtiano, Non eos audiamus, qui ſolum humanum corpus dicunt eſſe ſuſceptum a verbo Dei: & ſic audiunt quod dictum eſt, Verbum caro factum eſt, vt negẽt illum hominem, vel animam, vel aliquid hominis habuiſſe, niſi carnẽ ſolã.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut dicit Auguſtin.* in lib. de hæreſibus, opinio fuit primo quidem Arrij, & poſtea Apollinaris, quòd filius dei ſolam carnem aſſumpſit abſque anima, ponentes quòd Verbum fuerit carni loco animæ. Ex quo ſequebatur, quòd in Chriſto non fuerint duæ naturæ, ſed vna tantum: ex anima enim & carne, vna natura humana conſtituitur. Sed hæc poſitio ſtare non poteſt propter tria. Primo quidem: quia repugnat auctoritati Scripturæ, in qua dominus de ſua anima facit mẽtionem Matth. 26. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem. & Ioan. 10. Poteſtatem habeo ponendi animam meam. ſed ad hoc reſpondebat Apollinaris, ꝙ in his verbis aĩa metaphorice ſumitur, per quem modum in vete. Teſta. dei anima commemoratur, Iſai. 1. Calẽdas veſtras & ſolẽnitates veſtras odiuit aĩa mea: ſed ſicut dicit Aug.* ĩ li. 83. q. Euangeliſtæ in euangelica narratione narrant, ꝙ miratus eſt Ieſus, & iratus & contriſtatus, & ꝙ eſurijt. Quæ quidem ita demonſtrant eũ verã aĩam habuiſſe, ſicut ex hoc ꝙ comedit, & dormiuit, & fatigatus eſt, demonſtratur eum habuiſſe verum corpus humanũ: alioquin ſi & hæc ad metaphoram referantur, cum ſimilia legantur in veter. Teſtamen. de Deo, peribit fides Euangelicæ narrationis. Aliud enim eſt, quod Prophetice nuntiatur in figuris, aliud quod ſecundum rerum proprietatem ab euangeliſtis hiſtorice ſcribitur. Secundo derogat prædictus error vtilitati incarnationis, quæ eſt liberatio hominis. Vt enim argumentatur Auguſtin. in lib. * contra Felicianum, ſi accepta carne filius dei animam omiſit, aut innoxiam ſciens, medicinæ indigentem non credidit, aut a ſe alienam putans redemptionis beneficio non donauit, aut ex toto inſanabilem iudicans, curare nequiuit, aut vt vilem, & quæ nullis vſibus apta videretur, abiecit. Horum duo blaſphemiam importãt in deum. q̃uo. n. diceretur Omp̃s, ſi curare nõ potuit deſperatam? aut q̃uo omniũ Deus, ſi nõ ipſe fecit animã noſtram? Duobus aũt alijs, in vno animæ cauſa neſcit̃, in altero meritum non tenetur. Aut intelligere cauſam putandus eſt animæ, qui eam ad accipiendam legem habitu inſitę rationis inſtructam a peccato voluntariæ tranſgreſſionis nititur ſeparare? Aut quomodo eius generoſitatem nouit, qui ignobilitatis vitio dicit eſſe deſpectam? Si originem attendas, prætioſior eſt animæ ſubſtantia: ſi tranſgreſſionis culpam, propter intelligentiam, peior eſt carne. ego autem Chriſtum & perfectam ſapientiam ſcio, & piiſſimum eſſe non dubito, quorũ primo meliorẽ & prudẽtiæ capacẽ non deſpexit: ſcđo, eam, q̃ magis fuerat vulnerata, ſuſcepit. Tertio vero hæc poſitio eſt contra ipſam incarnationis veritatẽ: caro. n. & ceterę partes hominis per animã ſpeciẽ ſortiũtur. Vnde recedente anima non eſt os, aut caro, niſi æquiuoce, vt patet per Philoſophum in 2. de Anima, & 7. Metaphy.*

*lib. 83. q. 80. a medio to. 4.

* c. 13. post medium.

*li. 2. de anima tex. lib. 7. meta. tex. 33. circa medium.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ cum dr̃, verbum caro factũ eſt, caro ponitur ꝓ toto hoĩe, ac ſi diceret, verbum homo factũ eſt: ſicut & Iſa. 40. Videbit oĩs caro pariter, ꝙ os Dñi locutum eſt. Ideo aũt totus homo per carnem ſignificatur: quia, vt dicitur in auctoritate inducta,† per carnẽ filius dei viſibilis apparuit, unde ſubditur, Et vidimus gloriã eius: vel ideo: quia vt Aug.* dicit in lib. 83. quæſt. in tota illa vnitate ſuſceptionis principale Verbum eſt, extrema autẽ atq; vltima caro. Volens itaque Euangeliſta commendare pro nobis dilectionem humilitatis dei, Verbũ & carnem nominauit, omittens animam, quę eſt Verbo inferior, carne præſtantior. Rationabile etiam fuit, vt nominaret carnem, quæ propter hoc, ꝙ magis diſtat a Verbo, minus aſſumptibilis videbatur.

† In hac solu. pri.
* lib. 83. q. 80. paulo post prin. tom. 4.

AD 2m dicendum, ꝙ verbum eſt fons vitæ, ſicut prima cã vitæ effectiua: ſed aĩa eſt principiũ vitæ corpori tamquã forma ipſius: forma aũt eſt effectus agentis. Vñ ex p̃ſentia Verbi magis concludi poſſet, ꝙ corpus eſſet animatum: ſicut ex præſentia ignis poteſt concludi, ꝙ corpus, cui ignis adhæret, ſit calidum.

AD 3m dicendum, quòd non eſt inconueniens, immo neceſſarium dicere, ꝙ in Chriſto fuerit natura, quæ conſtituitur per animam corpori aduenientem. Damaſc.* autem negat, in domino Ieſu Chriſto eſſe communem ſpeciem, quaſi aliquid tertium reſultans ex vnione diuinitatis & humanitatis.

* Loco arg. citato.

¶ Super



¶ *Super Quæſtionis quintæ Articulum quartum.*

TItulus clarus propter Apollinarem motus, conuictum ad confitendum in Chriſto animam, & confitentẽ animam ſenſitiuam in Chriſto, ſed non mentẽ, ſed loco mẽtis Verbum, vt habes in 4. contra Genti. ca. 33. & in litera.

3. diſ. 2. q. 1. ar. 3. q. 2. ca. & 4. cont. c. 33. & veri. q. 20. arti. 1. c. & vnio 2. 1. c. & op. 3. c. 211.
L. 14. ca. 3. & 6. to. 3.

¶ In corpore articuli duo fiunt. Primo, ponitur error Apollinariſtarũ: ſecũdo excluditur tripliciter, & rationes videntur ſatis claræ. In prima tamen aduerte, quòd non dicit Auctor admirationem eſſe actum rationis, ſed quòd exigit rationem, dũ abſq; ratione collatiua effectus cũ cauſa eſſe non poteſt.

¶ In reſponſione ad ſecundum perſpice ꝙ lux maior dicitur offuſcare minorem, non quo ad ſubſtantiam lucis, ſed quo ad effectum, quia facit non apparere effectum minoris, cũ nihil tollat a luce minore. Quoad ſubſtantiam vero lux maior perficit minorem, augendo effectũ illi⁹, aer enim illuminatus a candela, cum ſuper illuminatur a ſole, nõ perdit prius lumen, ſed acquirit maius lumen: augetur enim lumen ex præſentia maioris lucis, quod ĩ litera vocatur perfici, vnde non ſunt duo lumina ĩ eodẽ, ſed idem perfectius.

†l. 3. ex tex. 6. & 11.

Cap. 14. in prin. to. 3.

## ARTICVLVS. IIII.

### *Vtrum filius Dei aſſumere debuerit intellectum.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ filius Dei non aſſumpſerit mentem humanam ſiue intellectum. Vbi enim eſt præſentia rei, non requiritur eius imago: ſed homo ſꝫm mentem eſt ad imaginem Dei, vt Aug.* dicit in lib. de Trinit. Cum ergo in Chriſto fuerit præſentia ipſius diuini Verbi, non oportuit ibi eſſe mentẽ humanam.

¶ 2 Præt. Maior lux offuſcat minorem: ſed verbum Dei, quod eſt lux illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum (vt dicitur Io. 1.) comparatur ad mentem, ſicut lux maior ad minorem, quia & ipſa mens lux quædam eſt, quaſi lucerna illuminata a prima luce, Prouerb. 10. Lucerna Domini ſpiraculum hominis. ergo ĩ Chriſto, qui eſt verbũ Dei, non fuit neceſſarium eſſe mẽtem humanam.

¶ 3 Præt. Aſſumptio humanæ naturæ a dei verbo, dicitur incarnatio eius: ſed intellectus ſiue mens humana neque eſt caro, neque eſt actus carnis, quia nullius corporis actus eſt, vt probatur in 3. de † anima. ergo videtur ꝙ filius Dei humanam mentem non aſſumpſerit.

SED CONTRA eſt, quòd Aug.* dicit in li. de fi. ad Pet. Firmiſſime tene, & nullatenus dubites, Chriſtũ filium Dei habere veram noſtri generis carnem & animam rationalem, qui de carne ſua dicit, Palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere, Luc. vlt. Animam quoque ſe habere oſtendit dicens, Ego pono animã meam, & iterum ſumo eã, Io. 10. Intellectũ quoq; animæ oſtẽdit ſe habere dicens, Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde, Mat. 11. Et de ipſo per Prophetam Deus dicit, Ecce intelliget puer meus, Iſa. 52.

Cap. 55. in prin. to. 6.

RESPON. Dicendum, ꝙ ſicut Aug.* dicit in li. de hęreſibus, Apollinariſtę de anima Chriſti a Catholica eccleſia diſſenſerunt, dicentes, ſicut Arriani, Deum Chriſtum carnem ſolam ſine anima ſuſcepiſſe: in qua quæſtione teſtimonijs euangelicis victi, mentem defuiſſe animæ Chriſti, ſed pro hac ipſum verbum in ea fuiſſe dixerunt. ſed hæc poſitio eiſdem rationibus cõuincitur, ſicut & prædicta. Primo. n. hoc aduerſatur narrationi euangelicæ, quæ commemorat eũ fuiſſe miratũ, vt patet Matth. 8. Admiratio aũt abſq; ratione eſſe non poteſt, quia importat collationẽ effectus ad cauſam, dum. ſ. aliquis videt effectũ, cuius cauſam ignorat, & quærit, vt dicitur in princip. Meta.* Secũdo, repugnat vtilitati incarnationis, quæ eſt iuſtificatio hominis a peccato. Anima. n. humana non eſt capax peccati, nec gratiæ iuſtificantis, niſi per mentẽ. Vnde præcipue oportuit mentẽ humanã aſſumi. Vnde dicit Dama.* in 3. li. ꝙ Dei verbũ aſſumpſit corpus, & animam intellectualẽ & rationalem: & poſtea ſubdit †, Totus toti vnitus eſt, vt toti mihi ſalutem largiretur: quod enim inaſſumptum eſt, incurabile eſt. Tertio, hoc repugnat veritati incarnationis: cũ. n. corpus proportionetur animæ ſicut materia propriæ formæ, non eſt vere caro humana, quę nõ eſt perfecta anima humana. ſ. rationali. & ideo ſi Chriſtus aĩam ſine mente habuiſſet, nõ habuiſſet verã carnẽ humanã, ſed beſtialẽ: quia per ſolã mentẽ anima noſtra differt ab aĩa beſtiali. Vnde dicit Aug.* in li. 83. q. ꝙ ſꝫm hunc errorem ſequeretur, ꝙ filius Dei beluam quandam cum figura humani corporis ſuſcepiſſet: quod iterum repugnat veritati diuinæ, quæ nullam patitur fictionis falſitatem.

L. 1. meta. c. 2. in medio tom. 3.
l. 3. or. fid. c. 6. cir. med.
† Eod. li. & cap. nũc dictis.
q. 80. non procul a princ. to. 4.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ vbi eſt ipſa res per ſui pręſentiam, non requiritur eius imago ad hoc quòd ſuppleat locũ rei: ſicut vbi eſt imperator, milites non venerantur eius imaginẽ: ſed tamẽ requiritur cũ pręſentia rei imago ipſius, vt perficiatur ex ipſa rei præſentia, ſicut imago in cera perficitur per impreſſionẽ ſigilli, & imago hominis reſultat in ſpeculo ꝑ eius pręſentiam. Vnde ad perficiendã mẽtem humanam, neceſſarium fuit, quòd eam ſibi verbum Dei vniuerit.

AD 2m dicendum, quòd lux maior euacuat lucem minorem alterius corporis illuminantis: non tamen euacuat, ſed perficit lucem corporis illuminati: ad præſentiam enim ſolis, ſtellarum lux obſcuratur, ſed aeris lumen perficitur. Intellectus autem ſeu mẽs hominis, eſt quaſi lux illuminata a luce diuini Verbi, & ideo per præſentiam Verbi non euacuatur mens hominis, ſed magis perficitur.

Inf. q. 9. ar. 1. ad 2. & 3. diſt. 13. q. 1. arti. 1. ad 3. & di. 14. ar. 1. q. 1. ad 2.

AD 3m dicendum, ꝙ licet potentia intellectiua nõ ſit alicuius corporis actus: ipſa tñ eſſentia animæ humanę, quę eſt forma corporis, requiritur ꝙ ſit nobilior ad hoc, ꝙ habeat potentiã intelligẽdi. & ideo neceſſe eſt vt corpus melius diſpoſitum ei reſpondeat.

## QVAESTIO VI.

### *De modo aſſumptionis quantum ad ordinem, in ſex articulos diuiſa.*

DEINDE cõſiderandum eſt de ordine aſſumptionis prædictę.

Circa quod quæruntur ſex.

¶ Primo, Vtrum filius Dei aſſumpſerit carnem mediante anima.

¶ Secundo, Vtrum aſſumpſerit animam mediãte ſpiritu ſiue mẽte.

¶ Tertio, Vtrũ anima fuerit prius aſſumpta, quàm caro.

¶ Quarto, Vtrũ caro Chriſti fuerit prius a verbo aſſumpta, quàm animæ vnita.

¶ Quinto, Vtrũ tota humana natura ſit aſſũpta mediãtib⁹ partib⁹.

¶ Sexto, Vtrum ſit aſſumpta mediante gratia.

## ARTICVLVS I.

### *Vtrum filius Dei aſſumpſerit carnem mediante anima.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ filius Dei non aſſumpſerit carnem mediante anima.

¶ Super Quæſtionis ſextæ Articulum primum.

TItulus 1. art. q. 6. intelligẽdus eſt vt ſonat, quoniã in corpore diſtinguetur, & motus eſt occaſione verborum Auguſt. & Magiſtri ſentent. in 2. diſt. 3. ſent. ponentiũ ordinem in iſta aſſumptione.

¶ In corpore articuli duo fiunt. primo, declaratur ille terminus, mediante, in titulo poſitus: ſecundo reſpõdetur, quæſito ibi, Sic ergo, ſi attendimus, primũ ſit declarãdo, diſtinguendo, excludẽdo, ſubdiſtinguendo, & conferendo mẽbra diſtincta iter ſe. Declaratur in primis, quòd medium importet ordinem: qđ probatur, quia dicitur reſpectu principii & finis, quorum vtrumque importat

3. diſ. 2. q. 2. ar. 1. & diſ. 3. q. 5. ar. 2. c. Et 4. cõt. c. 44. Et ſpiritu. artic. 3. ad 5.

Perfectior enim eſt modus, quo filius Dei vnitur humanæ naturę & partibus eius, q̄ quo eſt in omnibus creaturis: ſed in creaturis eſt immediate per eſſentiam, potētiā, & præſentiam. ergo multo magis filius Dei immediate vnitur carni, & non mediante anima.

¶ 2 Præt. Anima & caro vnita ſunt Dei verbo ī vnitate hypoſtaſis ſeu pſonæ: ſed corpus immediate pertinet ad perſonam ſiue hypoſtaſim hominis, ſicut & anima, quinīmo magis videtur ſe de propinquo habere ad hypoſtaſim corpus, quod eſt materia, q̄ aīa, quæ eſt forma: qa principiū indiuiduationis, quæ importatur in noīe hypoſtaſis, videt́ eſſe materia. ergo filius Dei non aſſumpſit carnem mediante anima.

¶ 3 Præt. Remoto medio ſeparātur ea, quę per medium coniungūtur: ſicut remota ſuperficie, ceſſaret color a corpore, qui ineſt corpori per ſuperficiem: ſed ſeparata per mortē anima, adhuc remanet vnio verbi ad carnem, quod infra patebit*. ergo verbum nō coniungitur carni mediante anima.

Sed contra eſt, quòd Aug. dicit† in Epiſt. ad Voluſianū: Ipſa magnitudo diuinæ virtutis, animam ſibi rationalē, & per eandē corpus humanū, totūq; omnino hominē in melius mutandum coaptauit.

Respon. Dicendum, ꝙ mediū dicitur reſpectu principij & finis. Vnde ſicut principium & finis important ordinem, ita & medium. Eſt autē duplex ordo, unus quidē temporis, alius autem naturæ. Secundum aūt ordinē tēporis, non dicitur in myſterio incarnationis aliquid G medium: quia totā humanā naturam ſimul ſibi Verbū Dei vniuit, vt infra † patebit. Ordo autem naturæ inter aliqua poteſt attendi dupliciter, uno modo, ſecundum gradum dignitatis, ſicut dicimus angelos eſſe medios inter homines & Deum: alio modo, ſm rationē cauſalitatis, ſicut dicitur media cauſa exiſtere īter primā cauſam & vltimū effectū. Et hic ſecundus ordo aliquo modo cōſequit́ primū: ſicut. n. dicit Dion. 13. c. de diu. no. H † Deus p ſubſtātias magis ſibi propinquas agit in ea, q̄ ſunt magis remota. Sic ergo, ſi attēdamus gradū dignitatis, aīa media inuenit́ inter Deū & carnē, & ſm hoc pt dici, ꝙ filius Dei vniuit ſibi carnē mediante anima, ſed & ſm ordinē cauſalitatis ipſa anima eſt aliqualiter cauſa carnis vniēdæ filio Dei: nō. n. eſſet aſſumptibilis, niſi per ordinem quē habet ad animā rationalē, ſm quē habet ꝙ ſit caro humana. Dictū ē enim ſupra,* ꝙ natura humana I præ ceteris eſt aſſumptibilis.

portat ordinem aliquem, ad quem ſpectat ſecundū quē dicitur principium aut finis. Vnde & medium ſecundum aliquem ordinem oportet quòd ſit medium, nec oppoſitum intelligi poteſt. Diſtinguitur præterea ordo, in ordinem temporis vel naturæ, & excluſo ordine temporis a myſterio aſſumptionis (vt in hac eadē quæſtione patebit) ſubdiuiditur ordo naturæ in ordinē dignitatis & cauſalitatis. Exempla patent in litera. Cōferuntur autem hi duo naturæ ordines inter ſe ſecundū connexionem pro quanto: ſecūdus ordo cōſequitur aliquo modo primum. Et dicitur, aliquo modo, quia non oportet vniuerſaliter, ꝙ dignius eſt, eſſe cauſam minꝰ digni: non enim leonina natura eſt cauſa naturæ formicæ, licet ſit formica longe dignior.

¶ Quo ad ſecundū reſpondetur quæſito duabus concluſionibus iuxta duplicē modum medii ſecūdum dictos duos naturæ ordines. ſ. medium dignitatis, & medium cauſalitatis. Prima eſt, Filius Dei vniuit ſibi carnem mediante anima, loquendo ſecundum ordinem dignitatis. Probatur: quia anima īuenitur media inter Deum, & carnem, ſecundum dignitatis gradum. Secunda eſt, quòd ſecundum ordinem cauſalitatis filiꝰ Dei vniuit ſibi carnem mediante anima. Probatur, anima eſt aliqualiter cauſa carnis vniendæ filio Dei. ergo eſt medium in cauſando vnionem carnis ad filiū Dei. Antecedens probatur dupliciter, primo, quia caro non eſſet aſſumptibilis niſi per ordinem, quem habet ad animam rationalem: ſecundo, quia caro per ordinem ad animam rationalem habet, quòd ſit caro humana: ſola autem natura humana eſt aſſumptibilis, vt patet ex prius dictis.

Q. 50. ar. 2. Inf. ar. 3. & q. 33. art. 2. Et 3. diſ. 2. q. 2. ar. 3.
† In epiſt. 3. ante mediū illius. to. 2.

¶ Antequam ad vlteriora progrediamur, declarandum cenſeo, quid ſentit Auctor in hac materia, & in quo impugnatur. Scito igitur quòd ſunt hic duæ principales difficultates. Prima eſt circa ordinem partium inter ſe non abſolute, ſed relatas ad aſſumptionem, & hæc tractatur hic quo ad partes eſſentiales. ſ. animā & corpus, & in ſequenti arti. quo ad partes potentiales, ſcilicet, mentem & ſenſum. Altera eſt circa ordinem inter partes & totum, ſcilicet animam & corpus, & naturam humanam, & hæc tractatur in artic. 5. huius q. Et in vtraque quæſtione ſunt variæ opiniones. Durandus namque in 3. ſentē. diſt. 2. q. 2. negat omnem naturæ ordinem in myſterio aſſumptionis, tam in partibus inter ſe, quàm in partibus & toto relatis ad aſſumptionem. Scotus vero in 3. ſentent. diſt. 2. q. 2. aliquo modo negat vtrobiq; ordinem naturæ, & aliquo modo affirmat. Negat ſiquidem vnam partē eſſe mediam, vt qud aſſumitur reſpectu alterius, & ſimiliter partes eſſe medium, vt quod aſſumitur reſpectu totius naturæ humanæ. Affirmat autem vnam partem eſſe medium, vt quo & reſpectu totius, & reſpectu alterius partis, quia anima eſt conſtitutiua & naturæ & carnis, vt ſit aſſumptibilis. Doctrina autem Auctoris media via incedit, quoniā & concedit naturæ ordinem vtrobique, ſcilicet tam in partibus inter ſe, quàm in partibus & toto inter ſe, relatis ſemper ad Aſſumptionem, & partim concedit ſecundum naturæ ordinē medium vt quòd, & partim non concedit medium, vt quod,

F & vniuerſaliter concedit medium, vt quo, in hoc aſſumptionis myſterio. Declato ſingula præſuppoſita diſtinctione iam dicta, quòd mediare ſecundum naturæ ordinem, vt cauſa aſſumptionis ex parte aſſumpti, contingit dupliciter. Vno modo, quòd ſic ſit cauſa, ꝙ aliud aſſumatur, quòd ipſa cauſa præaſſumi intelligatur, quaſi ſit progreſſus quidā in his q aſſumuntur, & prius ſecundum naturæ ordinē aſſumatur anima, & deinde caro, ſicut dicimus quòd prius generatur homo, quàm riſibile ſecundum naturæ ordinem, quàmuis ſimul tempore, quia riſibile præſupponit hominem, vt quod eſt genitum. Et hoc modo Auctor concedit partes naturæ, animam ſcilicet, & corpus priꝰ natura aſſumi, quā totam naturā: prius tamen natura ſecundum quid, hoc eſt ſecundum ordinem executionis, vt in 5. patebit articulo, ubi afferentur argumenta Sco. & Duran. contra hoc, & ſoluentur. Alio modo, quæ ſit cauſa vt aliud ſit aſſumptibile, ſiue vt quo, ſiue vt quod, non curādo, & hoc modo affirmat Auctor vtrobique eſſe medium, ſcilicet & inter partes inter ſe, & inter partes, & totum. Et explicādo diſtincte ſententiam ſuā, ſentit, quòd anima eſt medium vt quo tantum, reſpectu carnis & quòd anima eſt etiam medium vt quo, partiale tamen, reſpectu totius, & quòd anima & corpus ſunt medium, vt quod reſpectu totius ſecundum executionis ordinem, & quòd totum eſt medium, vt quo, & vt quod reſpectu partium ſecundum intentionis ordinem.

Q. 33. a.
Cap. 11. ca. 4. no mote 1
Q. 4. a.

¶ Quocirca primo afferenda ſunt argumenta Durand. contra naturæ ordinem inter animam & carnem relatas ad aſſumptionem: deinde declaranda eſt poſitio Auctoris de mediatione animæ ad carnem, tam quo ad mediationem cauſalem, quàm quo ad modum, ſcilicet, vt quo & non vt quod, & demum reſpondebitur obiectis. Reliqua quinto reſeruanda ſunt articulo, non enim oportet Scotica argumenta contra mediationem animæ reſpectu carnis afferre, quia contra medium, vt quod fiunt, quod nos non tenemus, comparando partes inter ſe ad aſſum- K ptionem: ſimul enim non ſolum tempore, ſed natura animam & carnem aſſumi dicimus, vt quod aſſumitur: ita quòd neutra mediante altera, vt quod, ſed quòd caro aſſumatur mediante anima vt quo, vt clare patebit.

¶ Arguit ergo Duran. Si in aſſumptione eſſet ordo naturæ, aut eſſet ex parte aſſumptionis, aut ex parte aſſumptorum: ſed non ex parte aſſumptionis, quia ponitur aſſumptio vnica, vnius autem ad ſeipſum non eſt ordo naturæ: nec ex parte aſſumptorum comparando partes inter ſe, quia quando vnum vnitur duobus, non vt duo ſunt, ſed vt vnum, neutrum eorum eſt medium, quoniam medium diſtinctionem exigit ad illud, cuius eſt medium: ſed filius Dei vnitus eſt per ſe animæ & carni, non vt plura ſunt, ſed vt vnum ſunt, quia vnitur eis, inquantum ſunt partes vnius naturæ humanæ. ergo non aſſumpſit carnem mediante anima ſecundum ordinem naturæ ex parte rei.

¶ Quòd autem vere ſecundum rem naturæ ordo interſit inter animam



Ad primum ergo dicendū, quòd duplex ordo conſiderari poteſt inter creaturam & Deū, unus quidem ſecundum quòd creaturæ cauſantur a Deo, & dependent ab ipſo, ſicut a principio ſui eſſe, & ſic propter infinitatem ſuæ virtutis, Deus immediate attingit quālibet rē, cauſando & conſeruando. & ad B hoc pertinet, ꝙ Deus immediate eſt in omnibus per eſſentiam, præſentiam & potentiā. Alius autē ordo eſt ſmꝙ res reducuntur in Deū ſicut in finem, & quantum ad hoc inuenitur medium inter creaturā & Deum: quia inferiores creaturæ reducuntur in Deum per ſuperiores, vt dicit Diony. in lib. Cæle. Hierar. Et ad hūc ordinem pertinet aſſumptio humanæ naturæ a Verbo Dei, quod eſt terminus aſſumptionis: & ideo per animā vnit́ carni. C

Ad 2m dicendum, quòd ſi hypoſtaſis Verbi Dei conſtitueretur ſimpliciter per humanam naturā, ſequeretur quòd corpus eſſet ei vicinius, cum ſit materia, quæ eſt indiuiduationis principium: ſicut & anima, quæ eſt forma ſpecifica, propinquius ſe habet ad naturam humanam: ſed quia hypoſtaſis verbi eſt prior & altior, quàm humana natura, tanto id, quod eſt in humana natura; propinquius ad eā ſe habet, quanto eſt altius, & ideo propinquior eſt verbo Dei anima, quàm corpus.

Ad 3m dicendum, quòd nihil prohibet, aliquid eſſe cauſam alicuius quantum ad aptitudinem & congruitatem, quo tamen remoto, illud non tollitur, quia etſi fieri alicuius dependet ex aliquo, poſtq̄ tamen eſt in facto eſſe, ab eo nō dependet. Sicut ſi inter aliquos amicitia cauſat́ aliquo mediāte, eo recedēte adhuc amicitia remanet, & ſi aliqua ī matrimoniū ducitur pp pulchritudinē, quę facit cōgruitatē ī muliere ad copulā cōiugalē:

animam & carnem in aſſumptione, ex hoc ipſo patet, quòd eſt ibi vera cauſalitas realis. Ad cuius clariorem notitiam afferenda eſt differentia inter animam & carnem reſpectu aſſumptionis: comparando ſiquidem hæc duo ad aſſumptionem, manifeſte conſtabit, quòd inter actionem aſſumptiuam & actionem creatiuam vtriuſque hæc inuenitur differentia, quòd reſpectu aīæ nulla alia actio mediat: ſed reſpectu carnis mediat actio animatiua carnis. Nam præſuppoſita actione creatiua carnis non eſt caro aſſumptibilis ſm congruitatē (ſic. n. de aſſumptibili ē ſermo) niſi ſit animata ſeu humana: animata autem aut humana nō eſt materia illa, niſi per actionē animatiuā illius: actio autē animatiua conſtat quòd animā ponit ī carne, quæ realiter faciendo illam in eē animato & humano, vere vt cauſa media cauſat carnis aſſūptibilitatē. Præſuppoſita autē actione creatiua animæ, non expectatur alia actio, qua aliquid ſuperaddatur animæ, p quod fiat aſſumptibilis, ſed ſtatim eſt aſſumptibilis. Eſt igitur anima per actionem aſſumptiuam attingibilis abſque actione media, caro autem ſiue materia non niſi media actione animatiua. eſt igitur inter carnem & animam inter ſe relatas ad aſſumptionem, ordo naturæ ſecundum cauſalitatem in re. Et quoniam ex hoc quòd anima ſic cauſat carnem aſſumptibilem, non ſequitur, ergo anima prius natura aſſumitur: ſed bene ſequitur, ergo eſt ratio, ꝙ caro aſſumatur, & vt in litera dicitur, non eſt niſi in fieri ratio: id autem quod ſe habet ad carnem ut ratio ꝙ aſſumatur, ſe habet vt quo, & non oportet ꝙ ſe habeat vt quod, ideo ex hac doctrina Auctoris nō plus habeo quam ꝙ anima mediat vt cauſa media vt qua, ſeu quo, ita quòd non prius natura anima vt quod aſſumitur, ſed prius natura anima vt quo aſſumitur, & ſimul natura vtrumq; vt quod aſſumitur, ita ꝙ referendo animā & carnē inter ſe ad aſſumi vt quod, nullus eſt naturæ ordo, quia neutrum eſt alteri medium ut quod. Et ſi ad hoc tendebat Durā. nō cōtradico: ſed quia non inuenio ſe ſic declaraſſe, vt Scotus fecit, ideo &c. Moueor autem ad negandum, quòd anima eſt medium vt quod reſpectu carnis in aſſumptione, quia nulla apparet ratio quare debeat hoc concedi: quàmuis enim tam anima, quàm caro ſit aſſumpta, vt quod aſſumitur, partialiter tamen ſeu vt pars, quia anima non intelligitur prius aſſumpta, quam animet carnem (quod per creatiuam actionē ſortitur ex modo ſuæ creationis, quia. ſ. creatur in corpore) nec caro prius aſſumitur, q̄ ſit animata: ideo inter animam & carnem vt ſunt quæ aſſumuntur nullum video ordinem naturæ aut intellectus, ſed ſolum, vt dictum eſt, quòd anima eſt cauſa carni vt quo, quòd aſſumatur.

¶ Ad obiectionem autem Durandi dicitur, quòd in aſſumptione eſt naturæ ordo ex parte aſſumptorum. Et cū contra hoc arguitur, quia vnitum pluribus, non inquantum ſunt plura, ſed vnū &c. negatur Minor: quoniam filius Dei aſſumpſit animam & corpus, vt ſunt plura: quia aſſumpſit illa vt ſunt duæ partes eſſentiales realiter diſtinctæ inter ſe. Ad probationem dicitur, quòd aliud eſt concedere affirmatiuā. ſ. aſſumpſit partes vt ſunt vnum, & aliud eſt cum dicta affirmatiua concedere etiam negatiuam. ſ. non aſſumpſit partes, vt ſunt plures res. Affirmatiua nāque importat quod partes ſunt aſſumptæ vt vniuntur in toto, & hoc eſt dictum, quòd partes ſunt aſſumptę vt ſunt in toto, negatiua autem importat, quòd partes non ſunt aſſumptæ ſecundum ſeipſas, ſed quòd aſſumptio terminatur ad totum tantum, & ad partes non niſi vt ſunt in toto. Conſtat autem ex Doctrina ſacra, filium Dei aſſumpſiſſe ita partes in toto, quòd tamen ad ipſas partes in ſeipſis terminata eſt aſſumptio: alioquin oportuiſſet in morte Chriſti fieri nouas aſſumptiones animæ in ſe,

A & corporis in ſe, quoniā in toto non erant. Dicito igitur, quòd filius Dei aſſumpſit animam & carnem, inquantum ſunt partes vnius naturæ, ſed ex hoc non ſequitur, ergo inquantum ſunt vnum & non inquantum ſunt plures: quia & aſſumpſit, inquantum ſunt vnum in natura vnica, & inquantum ſunt in ſe plures res, partiales tamen.

¶ In reſponſione ad ſecundum eiuſdem primi articuli, nota primo hanc doctrinam, quòd ſcilicet non eodem ordine ſe habent partes naturæ humanæ ad perſonalitatem alienam, ſcilicet Verbi Dei, quo ſe haberēt ad perſonalitatem propriam, ſcilicet perſonæ humanæ. & ratio in litera redditur ex altitudine diuinæ perſonæ. & hæc bene retineto, & applicato, cum diſcutitur Aſſumptionis myſterium quo ad ordinem aſſumptorum: & non ſundes te ſuper ordine eorundem ad propriā perſonalitatē, vt in 5. art. ratio Scoti ſuper hoc fundamento afferetur.

¶ Nota ſecundo, ꝙ prima verba literæ ſcilicet corpus eſt vicinius perſonæ propriæ, anima autem naturæ humanæ, non carent ſcrupulo. Quoniam etſi vera ſunt ſecundum communia homini, & aliis ſubſtātiis ſenſibilibus (quoniam in eis anima vicinior eſt naturæ & corpus perſonæ: quia anima cōſtituit formaliter naturā, & materia indiuiduat, perſonæ aūt cōſtat indiuiduū maxime appropinquare, vnde & credūtur idē oīno quo ad rē apud multos) ſm tamē propria principia hoīs vr̄ oppoſitū, qm̄ aīa intellectiua, quia eſt ex ſe ſubſiſtēs, & defert ſecū ſubſiſtētiā, quā cōicat ſuppoſito, propinquior eſt pſonæ, cuius propriū eſt ſuſiſtere, adeo vt ipſi perſonæ primo cō D ueniat. Sed hoc nō obſtat, quia aīa intellectiua in ſuo fieri mendicat hæccheitatē a corpore, licet occaſionaliter, nec defert ſecū ſubſiſtētiā propriā ſibi, vt qd̓ ſubſiſtit, niſi in potētia, ſed vt proprium illius principium vt quo. Vnde licet aliquid plus propinquitatis habeat ad hypoſtaſim, quàm aliæ animæ, quia ex proprio ordine defert, vt quo tamen, actum ſubſiſtendi, non tamen propinquior eſt, quam corpus, quod ipſam animam & ſuum eſſendi actum indiuiduat. Stant ergo ſolida verba literæ.

¶ In rn̄ſione ad tertiū eiuſdē ar. clare habes, quo pacto apud Auctorē intelligit́ aīam mediare in aſſumptione carnis. ſ. cū tribus cōditionibus. Prima eſt ſm aptitudinē, quia. ſ. reddit carnē aptā ad aſſumi, faciēdo ipſam animatā & humanā. Secūda eſt ſm cōgruitatē, quia hæc aptitudo non eſt neceſſitatis, ſed congruitatis: nā & Deus poſſet ſine illa aſſumere carnē, & caro ſic apta nō neceſſitat ad aſſumptionē: ſed ex hoc ipſo, quod caro eſt humana, eſt habilis de congruo, vt aſſumatur, hoc eſt, aſſumptibilis eſt de congruo. Tertia eſt in fieri, quia conditio iſta, qua caro eſt de E cōgruo aſſumptibilis, nō mediat in facto eſſe, ſed in fieri tātū. Et propterea ceſſante tali cōditione actualiter (vt de facto ceſſauit in morte Chriſti, quia caro Chriſti in triduo non erat animata, nec etiā caro, niſi æquiuoce) nō propterea deſinit vnio aſſumptæ carnis ad diuinā hypoſtaſim, quā oportuiſſet deſinere, ſi aīa eſſet mediū in facto eſſe, ſicut quia eſt medium in fieri, ideo in principio aſſumptionis caro nō niſi animata ac humana aſſumitur. Et hinc habes, ꝙ caro ipſa in ſe terminat aſſumptiuā actionē, & nō ſolū vt aīata & vt humana, licet nō attingeret eā, niſi eſſet animata aut humana, ſicut aliquis accipit ī vxorē mulierē pulchrā, ſm ſeipſam mulierē licet nō acciperet eā niſi eſſet in principio, cū eā accipit, pulchra, vt in litera dicitur. Et propterea in morte Chriſti deſinēte humanitate p mortē, nō de nouo Verbū Dei aſſumpſit animā & corpus, ſed quæ in principio facta eſt aſſumptio & determinata ad totū, & partes etiam ſm ſe non deſiit terminari ad partes deficiēte toto: qm̄ nec ipſum totū eſt mediū in aſſumptione, niſi in fieri ſm ordinē intentionis, vt infra patebit.

tamen pulchritudine ceſſante, adhuc durat copula coniugalis. & ſimiliter ſeparata anima, remanet vnio verbi ad carnem.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum Dei filius aßumpſerit animam mediante ſpiritu, ſiue mente.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd filius Dei non aſſumpſerit animam mediante ſpiritu. Idem enim nõ cadit medium inter ſeipſum & aliquid aliud: ſed ſpiritus ſiue mens non eſt aliud in eſſentia ab ipſa anima, vt in prima parte habitum eſt.* ergo filius Dei non aſſumpſit animam mediante ſpiritu ſiue mente.

§ 2 Præt. Illud, quo mediante facta eſt aſſumptio, videtur eſſe magis aſſumptibile: ſed ſpiritus ſiue mẽs non eſt magis aſſumptibilis, quàm anima, quod patet ex hoc, quòd ſpiritus angelici non ſunt aſſumptibiles, vt ſupra dictum eſt.* ergo videtur, quòd filius Dei non aſſumpſerit animã mediante ſpiritu.

§ 3 Præt. Poſterius aſſumitur a primo mediante priori: ſed anima nominat ipſam eſſentiã, quæ eſt prior naturaliter, quàm ipſa potẽtia eius quæ eſt mens. ergo videtur, quòd filius Dei non aſſumpſerit animam mediante ſpiritu ſiue mente.

SED CONTRA eſt, quòd Aug. dicit in lib. de Agone Chriſtiano.† Inuiſibilis & incommutabilis veritas, per ſpiritum animam, & per animam corpus accepit.

RESPON. Dicendum, ꝙ ſicut dictũ eſt,* filius Dei dicitur aſſumpſiſſe carnem anima mediãte, tum propter ordinem dignitatis, tum etiam propter cõgruitatem aſſumptionis. Vtrumque autem horum inuenitur, ſi comparemus intellectum, qui ſpiritus dicitur, ad ceteras animæ partes: non enim anima eſt aſſumptibilis ſecundum congruitatem, niſi per hoc, quòd eſt capax Dei ad imaginem eius exiſtens quod eſt ſecundum mentem, quæ ſpiritus dicitur, ſecundum illud Ephe. 4. Renouamini ſpiritu mentis veſtræ. Similiter etiã intellectus inter ceteras partes animæ, eſt ſuperior, & dignior, & Deo ſimilior. & ideo, vt Damaſc. dicit in 3. lib. * vnitum eſt carni per medium intellectum, verbum Dei. intellectus enim eſt quod eſt animæ puriſſimum, ſed & Deus eſt intellectus.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ & ſi intellectus nõ ſit aliud ab anima
F ſecundum eſſentiam: diſtinguitur tamen ab alijs partibus animæ ſecũdum rationem potentiæ. & ſecundũ hoc competit ſibi rõ medij.

AD 2m dicendum, quòd ſpiritui angelico non deeſt congruitas ad aſſumptionem, propter defectum dignitatis: ſed propter irreparabilitatẽ caſus, quod nõ põt dici de ſpiritu humano, vt patet ex his, quæ in prima parte* dicta ſunt.

AD 3m dicendum, quòd anima
G (inter quam & Dei verbum ponitur medium intellectus) non accipitur pro eſſentia animæ, quæ eſt omnibus potẽtiis communis: ſed pro potẽtijs inferioribus, quæ ſunt omni animæ communes.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum anima a Dei filio prius fuerit aſſumpta, quàm caro.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd anima Chri-
H ſti fuerit prius aſſumpta a Verbo quàm caro. Filius enim Dei aſſumpſit carnem mediante anima, vt dictum eſt:* ſed prius peruenitur ad medium, quàm ad extremum. ergo filius Dei aſſumpſit prius animam quàm corpus.

§ 2 Præt. Anima Chriſti eſt dignior angelis, ſecundum illud Pſal. 96. Adorate eum omnes angeli eius: ſed angeli creati ſunt a principio, vt in primo habitum eſt.† ergo & anima Chriſti, quæ non fuit ante creata, quàm aſſumpta: dicit enim Damaſc. in 3. lib.* quòd numquã
I neque anima neque corpus Chriſti propriam habuerunt hypoſtaſim. ergo videtur quòd anima fuerit ante aſſumpta, quàm caro, quæ eſt concepta in vtero Virginis.

§ 3 Præt. Ioan. 1. dicitur, Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis: & poſtea ſubditur, quòd de plenitudine eius nos omnes accepimus, ideſt, omnes fideles quocũq; tempore, vt Chryſoſto. exponit.* Hoc autẽ nõ eſſet niſi anima Chri-
K ſti habuiſſet plenitudinem gratiæ & veritatis ante omnes ſanctos, qui fuerunt ab origine mundi: quia cauſa non eſt poſterior cauſato. Cum igitur plenitudo gratiæ & veritatis fuerit in anima Chriſti ex vnione ad Verbum, ſecundum illud quod ibidem dicitur, Vidimus gloriam eius quaſi vnigeniti a Patre, plenum gratiæ & veritatis, cõſequens videtur, quòd a principio mundi anima Chriſti fuerit a Verbo Dei aſſumpta.

¶ *Super Quæſtionis ſextæ Articulum ſecundum.*

IN titulo nota, ꝙ ſi termini prædeclarandi ſunt, vt in concluſione ſumuntur, non reſtat locus argumẽtis primo & tertio: ſed ſi in titulo relinquuntur indiſtincti, ita tamen vt nomine Spiritus intelligatur mẽs ſeu pars intellectiua, locus relinquitur argumentis & reſponſionibus.

Locis ſupr. ar.1. notat.

¶ In corpore articuli vnica eſt concluſio reſponſiua quæſito affirmatiue. Filiꝰ Dei aſſumpſit animam mediante ſpiritu. Probatur dupliciter. Primo rõne: aſſumpſit ceteras partes animæ mediante intellectu, tã ſecũdum ordinem dignitatis, quam ſecundũ ordinem ad cõgruẽtiam aſſumptionis, ergo aſſumpſit animam mediamte ſpiritu. Antecedẽs pro prima parte probatur; quia intellectus eſt dignior. Pro ſecũda: quia anima non eſt aſſumptibilis niſi per illud, quo eſt ad imaginem Dei. Conſequentia probatur ex præcedenti articulo ex ſimili ratione. Secundo, probatur concluſio auctoritate Damaſce.

P.p.q.77.a.1.ad 1.

Q.4.ar.1.

Ex cap.18, 19.20.&21 colligit to. 3.

¶ Aduerte hic duo: primo, quòd hic eſt comparatio partiũ potentialium, ſ. partis ſuperioris, quæ vocatur ſpiritus, ſiue mens, ſiue intellectus: & partis inferioris, quæ eſt pars ſenſitiua, & vegetatiua, quæ vocatur anima. & quoniam omnes iſtæ partes ſunt aſſumptæ a verbo, & diſtinguũtur etiam genere inter ſe & ordine quodã ſe habent ad Verbũ, tum quo ad dignitatem, tum quo ad aſſumptibilitatẽ: quia pars ſenſitiua, nõ eſt aſſumptibilis, niſi quia coniuncta eſt itellectiuæ, ſicut nec caro, niſi quia eſt pars hominis, ideo Augu. dixit, & Auctor declarauit, ꝙ aſſumpſit animam, ideſt, partem ſenſitiuam mediante ſpiritu. i. parte intellectiua. Et ſcito ꝙ ſi conſiderentur illæ duæ partes, non ſecundũ ꝙ vniuntur in vna ſubſtantia aĩæ (quia ſenſitiuũ eſt in intellectiuo, vt trigonũ in tetragono, vt dicitur in 2. de Anima) ſed abſtrahendo ab illo vel alio modo coniunctionis, & cõſiderentur ipſæ partes diuerſæ, & quòd coniunctæ ſunt in homine nõ curãdo de modo, quo ſunt coniũctæ, ſimile eſt iudiciũ de illa propoſitione, Aſſumpſit carnẽ mediante anima, & aſſumpſit animã mediante ſpiritu. Et propterea Augu. ſimul vtramque protulit, & in litera ſimilis dicitur vtraque mediatio, ſaluãtur. n. vtrobique & gradus dignitatis, & cauſa & cauſatũ, dũ pars intellectiua ex hoc, ꝙ cõiũgitur parti ſenſitiuæ, perficit illã, & eſt illi ratio ꝙ ſit aſſumptibilis. Quocirca nõ requiras hic cauſalitatẽ, ſicut pars eſſentialis, quæ ẽ forma, eſt cauſa alterius cõſtitutiua, ſed ꝓportionaliter cauſalitatem, ſicut pars potẽtialis formalior & ſuperioris ordinis eſt cauſa partis inferioris. oportet enim proportionaliter inquirere & intelligere cauſalitatẽ, ſicut ꝓportionaliter ſunt partes, quæ dicuntur partes eſſentiales, & quæ dicunẽ partes potentiales.

Ar. præced.

Li.3. ortho. fid. c.6. ante medium.

D.

P.p.q.64.a.2.

Inf. ar.4. q.33. ar. 1.2.&3. q.35. ar. Et 3. di. 2.&3. Et 3. q.5. ar. Et 4. cõt. 33. 44. & 45.

Ar.1. huius quæſt.

* P.p.q.46. art.3.

Li.3.c.1.

¶ *Super Quæſtionis ſextæ Articulum tertium.*

IN titulo ly prius, ſumitur ſẽm tẽpus ita ꝙ quæſtio eſt de prioritate tẽporis, & occaſio huius eſt poſitio Origenis.

Hom.13. Ioã. aliq. tulũ a pri. tom.3.

¶ In corpore articuli fiunt tria, primo ponitur poſitio Origenis, ſecundo reprobatur in vno ſenſu: tertio reprobatur in alio ſenſu. Diſtinctio partium clara eſt in litera. Quo ad primũ poſitio Orig. refertur quo ad duo. ſ. & quo ad aĩas omniũ hominũ, & quo ad animã Chriſti ſcilicet quòd omnes fuerunt



SED CONTRA eſt, quod Dama. dicit in 4. li. Nõ, vt quidam mẽtiuntur, ante eã, quæ eſt ex Virgine incarnationem, intellectus eſt vnitus Deo verbo, & ex tunc vocatus eſt Chriſtus.

RESPON. Dicẽdum, quòd Origenes poſuit in ſuo * periarchon, omnes aĩas a principio fuiſſe creatas, inter quas etiam poſuit animã Chriſti creatã. Sed hoc quidem eſt inconueniens, ſi ponatur quòd fuerit tunc creata, ſed non ſtatim Verbo vnita: quia ſequeretur ꝙ anima illa aliquando habuiſſet propriam ſubſiſtentiam ſine Verbo: & ſic cũ fuiſſet a Verbo aſſumpta, vel nõ eſſet facta vnio ſecundum ſubſiſtentiam, vel corrupta fuiſſet ſubſiſtẽtia animæ præexiſtẽs. Similiter etiã eſt inconueniens, ſi ponatur quòd anima illa fuerit a principio verbo vnita, & poſtmodum in vtero Virginis ĩcarnata, quia ſic eius anima videretur eſſe non eiuſdem naturæ cum noſtris: quæ ſimul creantur, dum corporibus infunduntur. Vnde Leo Papa dicit in Epiſto. ad† Iulianum, quòd non alterius naturæ erat caro eius, q̃ noſtra: nec alia illi quàm ceteris hominibus anima eſt a principio inſpirata.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd ſicut ſupra dictum eſt *, ani-
B ma Chriſti dicitur eſſe medium in vnione carnis ad Verbum ſecundũ ordinem naturæ: non autem oportet ex hoc, quòd fuerit medium ex ordine temporis.

AD 2m dicẽdũ, ꝙ ſicut Leo Papa in eadẽ Epiſt. dicit †, anima Chriſti excellit noſtras aĩas nõ diuerſitate generis, ſed ſublimitate virtutis: eſt enim eiuſdẽ generis cũ noſtris animabus, ſed excellit etiã angelos ſẽm plenitudinẽ gratiæ & veritatis. Modus aũt creationis reſpõdet animæ ſẽm proprietatẽ ſui generis, ex quo
C habet, cũ ſit corpis forma, vt creetur ſimul, dũ corpori vniť, quod nõ cõpetit angelis, qui ſunt ſubſtãtiæ oĩno a corporibus abſolutæ.

fuerunt a principio ſimul creatæ: de qua Origenis poſitione vide, ſi vis, in 2. contra Gent. c. 83, quoniam hic non tractatur, niſi quo ad animam Chriſti in ordine ad aſſumptionẽ. Quo ad ſecũdum, quia dupliciter poni poteſt, animam Chriſti ab initio mũdi creatam fuiſſe, vel creatam, & nõ ſimul aſſumptã a filio Dei, vel tunc creatam, & ſimul aſſumptam a filio Dei, ſed poſtea in vtero Virginis carni vnitã, ideo in litera vterq; modus excluditur.

Li.4.c.6. in princi.

¶ Et contra primũ ponitur cõcluſio hæc. Incõueniens eſt animam Chriſti ab initio creatam eſſe, & nõ ſimul aſſumptã, probatur ducendo ad inconueniens, quia ſic fuiſſet aliquando per ſe ſubſiſtens, & vel corrupta fuiſſet illius ſubſiſtentia in aſſumptione, quod eſt inconueniens, vel remanſiſſet, quod eſt ĩpoſſibile, quia non fuiſſet vnio ſecũdũ ſubſiſtentiam.

Li.1.c.7.& 8. tom.4.

¶ Vbi nota primo, ꝙ Auctor loquitur hic de ſubſiſtentia tamquàm ſi loqueretur de perſonalitate: quia anima ſeparata differt a perſona ſolũ per hoc, quòd eſt incõpletæ ſpeciei, quia non eſt ſpecies, ſed pars ſpeciei. Quia enim eadem eſt rõ de perſonalitate & ſubſiſtentia quo ad aſſumi, & non aſſumi (quia. ſ. vtrique eadem ratione repugnat) ideo eadem vtitur ratione Auctor contra ſubſiſtentiam animæ ſeparatæ, qua vſus eſt ſuperius contra perſonalitatem ſubſtantiæ ſeparatæ, quæ eſt angelus. Nam ſicut implicat perſonam aſſumi in vnitatem perſonalem alterius perſonæ, quia pertineret ad eſſe perſonale aſſumentis perſonæ, quia aſſumpta eſſet, & non pertineret ad eſſe perſonale aſſumentis perſonæ, quia eſſet ſecundum ſe in perſona alia, ita implicat ſubſiſtentem animam aſſumi ad aliud ſubſiſtens, quia ſimul per ſe ſeparatim exiſteret, & non per ſe ſeparatim exiſteret. Ex eo namq; quòd ponitur ſubſiſtens ſecundum ſe, ponitur per ſe ſeparatim exiſtere, nam hoc ipſum ſignificat ſubſiſtere ſecundum ſe, & ex eo quòd ponitur aſſumi ad alterius ſubſiſtentiam, ponitur quòd non per ſe, ſed per illud aliud ſubſiſtat: alioquin ad illius alterius ſubſiſtentiam non eſſet tracta.

¶ Nota ſecundo, quòd ſubſiſtentiam animæ præexiſtentem corrumpi, poteſt intelligi dupliciter, primo quo ad actum ſubſiſtendi, qui nihil aliud eſt quàm actus eſſendi ipſius animæ, vt eſt ipſius ſolius, hoc eſt vt eſt eius vt quod eſt, & hoc modo videntur thomiſtæ, iuxta ſuperius recitata, de perſonalitate intelligere hunc locum. Alio modo, non ſolum quo ad actum ſubſiſtendi, ſed quo ad id, quod ſubiicitur actui ſubſiſtendi, ita vt corrupto ſubiecto actus, ex conſequenti ſequatur corruptio actus, & hoc modo intelligendus videtur hic textus, conformiter ad prædeterminata de perſonalitate. Imaginandum eſt enim quòd anima ſeparata eſt ſemiperſona, & non ſolum ſeminatura: nam vnita carni eſt ſeminatura, cum ſit pars eſſentialis humanæ naturæ: ſed non ſubſiſtit per ſeipſam vt quod, ſed per hypoſtaſim, cui vt anima, vt ratio ſubſiſtendi ex proprio genere. ſ. immateriali ordine defert actum eſſendi & ſubſiſtendi: ſed ſtatim vt ſeparata eſt a corpore, ex hoc ipſo, quo conſtituitur in eſſe ſeparato, conſtituitur in quadam totalitate & completione vt. ſ. ſit quod ſubſiſtit, inadæquate tamen ad ſuum eſſe in quo natum eſt etiam corpus, & totus homo ſubſiſtere. Iam enim dictum eſt, quòd ſeparatio dat quandam totalitatem & completionem, & ideo ſtatim ſeparata anima eſt ſemiperſona, ac per hoc proprio termino terminatur, quæ in corpore exiſtens terminabatur termino totius hominis. Et ideo ſicut ſi aſſumeretur præexiſtens angelus, corrũperetur primo terminatio naturæ angelicæ, quæ eſt illius perſonalitas: ita ſi aſſumeretur anima prius ſeparatim exiſtens corrũperetur ipſius terminatio, qua conſtituitur in eſſe quod eſt & ſe-
A miperſonæ & ſubſiſtentis. Sed ſi anima aſſumitur non præexiſtens ſeparata (ſicut etiam vnitur de facto corpori non præexiſtens ſeparata) tunc ſolum vt ſeminatura aſſumitur & vnitur: quia non adhuc terminata intelligitur proprio termino, quem in ſui a corpore, & ab hypoſtaſi ſeparatione nata eſt habere. Nótanter autem dico, non ſolum a corpore, ſed ab hypoſtaſi, quia ſi anima ſepararetur a corpore, & nõ ab hypoſtaſi (qđ in ſolo Chriſto accidit in triduo) tunc non niſi vt ſeminatura ſeparata a tota natura, quæ deſineret, remaneret ſubſiſtens, non per ſe, ſed per hypoſtaſim alienam, puta, filii Dei, cui ſemper ẽ vnita.

Eſt epiſt.11. ad Iulia. epiſt. Coenſem non multũ ante finem.

*Ar.1. huius quæſt.

¶ Sed inſurgit tunc quæſtio, an in communi reſurrectione anima ſeparata huius, vel illius reuerſa ad corpus retineat ſuam propriã terminationem, an perdat illam, & terminetur perſonalitate totius.

Ad Iuli. epiſt. non multum ante finem illius, & eſt epi.11.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia aliter ſe habet anima rationalis in ſui principio, cum in corpore ſit, & aliter cum ad corpus, per reſurrectionem redit, quod ex hoc habetur, quòd anima in ſui principio indiuiduatur ex corpore, quàmuis occaſionaliter: in reſurrectione autem anima indiuiduat potius corpus, quàm indiuiduetur ex ipſo, vt patet in his, in quibus diuina virtute materia corporis ſupplebitur, puta, qui totaliter per multas generationes & generationes ex ſolis carnibus humanis nutriti ſunt. Sicut ergo indiuiduationem ſemel in corpore adeptam numquàm deſerit anima rationalis, ſed ex illa indiuiduat, ſi opus eſt, corpus (ita vt idem numero ſit reſurgens homo, qui prius fuit) ita rationabile eſt, vt ad propriam terminationem aliter ſe habeat in corpore, & extra, ac in reditu. Nam non acquirit illam in
D corpore, conſtituendo naturam, ſicut acquirit indiuiduationem: ſed acquirit illam in corpore conſtituendo perſonam, hoc eſt, ſi ad hoc perueniat, quòd ſit principium conſtitutiuum propriæ perſonæ, & non ſolum propriæ naturæ, & ideo in Chriſto non acquiſiuit proprium terminum, quia non conſtituit propriam perſonam: ſed nec conſtituendo propriam perſonam, videtur acquirere illum conſumate, ſed medio modo, inter actum & potentiam: quoniam aliquo modo eſt, quod ſubſiſtit & operatur, & aliquo modo non. Sed in ſeparatione a corpore & corruptione hypoſtaſis, quæ ſimul in aliis a Chriſto hominibus ſunt, anima proprium terminum cõſumate acquirit, quem ſemel adeptum retinebit etiam in reditu ad corpus, & in ſtatu perfectiori poſſeſſura illum reunita corpori, quàm ſi ſeparata eſſet, eo quòd tunc erit in naturaliſſimo ſuo eſſe. Vt ſic differentia quo ad propriam terminationem inter animam in ſui principio, & in reſurrectione ſit, quòd in ſui principio deforis venit, vt quo etiam quo ad perſonalitatem, & ideo impediri contingit
E illam & a propria & totius perſonalitate, vt patet in myſterio aſſumptionis: in regreſſu autem venit, vt quod eſt, licet partialiter. Et ideo ſicut indiuiduat & communicat ſuum eſſe homini, & glorificat illum in Sanctis, ita ſubſiſtentiam, terminationem, ſemiq; perſonalitatem, ad perfectionem humanæ ſubſiſtentiæ & perſonalitatis adducit.

¶ Quo ad tertium refutatur Origenis poſitio intellecta ſecundo modo (. ſ. quòd anima illa in ſui creatione ab initio fuerit vnita, & poſtmodum in vtero Virginis incarnata) primo deducendo ad inconueniens, quòd ſcilicet anima Chriſti non videretur eſſe eiuſdem naturæ cum noſtris: ſecundo auctoritate Leonis.

¶ Circa rationem hanc dubium ex duplici capite occurrit. Primo, quantum valeat ſimpliciter, nam ex hoc, quòd homo vel bos creatur ante omnia ſæcula vel poſt, non variatur natura eius: ſed menſura ſecundum durationem. nihil ergo videtur

valere ratio inferens alietatem naturæ ex prioritate ſecundum durationem productionis. Secundo, quantum valeat ad hominem: quia Origenes ponebat non ſolum Chriſti, ſed omnium hominum animas ab initio creatas, vnde magis, ſi ratio valet, ſequitur quòd anima Chriſti ſit eiuſdem naturæ cum noſtris, ex quo ſimul ab initio omnes creatæ ponuntur.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ ratio non eſt ad hominem, ſed ſimpliciter: & ideo nõ oportet ipſam ſaluare ad hominem, ſed ſimpliciter. Fũdatur autẽ ratio ſuper hoc, ꝙ naturalis modus productionis alicuius, diuerſus penes hoc, quod eſt produci in corpore, vel extra, & ante corpus, monſtrat diuerſitatem naturæ rei productę. Nec eget multa probatione hæc propoſitio, ſed eſt quaſi per ſe nota: quoniam ſi res aliquæ ſic ſe habent, ꝙ ex naturis ſuis vendicant ſibi tã diuerſos modos ſuæ naturalis productionis nõ niſi ex diuerſitate formali rerũ, quæ producuntur, procedũt, puta quia vna naturaliter eſt in corpore, & alia non, & propterea vna naturaliter exigit fieri in corpore, & alia ante corpus, vna naturaliter eſt forma corporis, & ideo fit in corpore: alia non eſt naturaliter forma corporis, & ideo fit extra, & ante corpus. Vnde ſupponit hęc ratio animas noſtras ſecundum ſuum naturalem modum fiendi, creando infundi & infundendo creari, quia ſunt naturaliter formæ corporũ, & ex hac ſuppoſitione arguit, quòd anima Chriſti nõ fuit ab initio creata, & aſſumpta. Supponit etiam quòd in prima conſtitutione vniuerſi non attenditur (vt Aug. docuit) quid Deus potuerit facere, ſed quid naturæ rerũ carũq; ordo exigat.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem articuli nota bene reſolutionem claram, vnde fides Chriſti eſt iuſtificatiua. ſ. ex propoſito diuinæ gratiæ, iuxta euidentem auctoritatẽ Apoſt. ad Rom. 4.

Inf. q. 68. a. 1. ad 1. Et 3. di. 14. ar. 1. q. 2. ad 1. & ad 2. Et ve. q. 29. art. 4. ad 9.

Locis ſup. a. 3. citatis.

* cap. 18 in princ. to. 3.

AD 3^m^ dicendum, ꝙ de plenitudine Chriſti omnes homines accipiunt ſecundum fidem, quam habent in ipſum: dicit. n. Roma. 3. ꝙ iuſtitia Dei eſt per fidem Ieſu Chriſti in omnes, & ſuper omnes, qui credunt in ipſum. Sicut aũt nos in ipſum credimus vt in iam natum, ita antiqui crediderunt in ipſum vt in naſciturum: habẽtes enim eũdem ſpiritum fidei credimus, vt dicitur 2. ad Cor. 4. Habet autẽ fides quę eſt in Chriſtum, virtutem iuſtificandi ex propoſito gratiæ Dei, ſecundum illud Roma. 4. Ei qui nõ operatur, credenti autem in eum, qui iuſtificat impium, fides reputatur ad iuſtitiam ſm̃ propoſitũ gratiæ Dei. Vnde quia hoc propoſitũ eſt æternum, nihil prohibet per fidem Ieſu Chriſti aliquos iuſtificari, etiam antequam eius anima eſſet plena gratia & veritate.

ARTICVLVS. IIII.

*Vtrum caro Chriſti fuerit prius a verbo aſſumpta, quàm animæ unita.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd caro Chriſti fuerit prius a verbo aſſumpta, quàm animæ vnita. Dicit. n. Aug. in li. de fide* ad Pet. Firmiſſime tene, & nullatenus dubites, non carnem Chriſti ſine diuinitate cõceptam in vtero virginis, priuſquã ſuſciperetur a verbo: ſed caro Chriſti videtᷣ prius fuiſſe concepta q̃ animę rationali vnita, quia materia vel diſpoſitio prior eſt in via generationis, q̃ forma cõpletiua. Ergo prius fuit caro

G Chriſti aſſumpta, q̃ animæ vnita.

¶ 2 Præt. Sicut anima eſt pars naturæ humanę ita & corpus: ſed anima humana nõ habuit aliud prĩcipium ſui eſſe in Chriſto, q̃ in alijs hominibus, vt patet ex auctoritate Leonis Papæ ſupra inducta.* Ergo videtur ꝙ nec corpus Chriſti aliter habuerit principiũ eſſendi, q̃ in nobis: ſed in nobis ante cõcipitur caro, q̃ adueniat aĩa rõnalis. ergo ẽt ita fuit in Chriſto, & ſic caro prius fuit a verbo aſſumpta, q̃ aĩæ vnita.

H ¶ 3 Præt. Sicut dr̃ in lib. de Cauſis*, cauſa prima plus influit in cauſatũ & prius vnitᷣ ei, q̃ cauſa ſecũda: ſed aĩa Chr̃i cõparatᷣ ad verbũ, ſicut cauſa ſecũda ad primã. Prius ergo verbũ eſt unitum carni, quàm anima.

SED CONTRA eſt, quod Dama. dicit in 3. li.* Simul Dei verbi caro, ſimul caro animata rationalis & intellectualis. Nõ ergo vnio verbi ad carnem, præceſſit vnionem ad animam.

In ar. pr. in fin. co.

In prop. ... habetur liber inte ope. Ari. ... mo. 3.

Li. 3. orth. fid. cap. ...

I

¶ *Super Quæſtionis ſextæ Articulum quartum.*

TItulus de prioritate temporis intelligitur. Et eſt ratio quæſtionis, quia in conceptione aliorum hominum inuenitur prius tẽpore caro, quàm adueniat anima rationalis: quia prius viuit vita plantæ, deinde vita ſenſus, & poſtremo animatur anima rationali. Et conſtat, quòd filius Dei aſſumpſit carnẽ ab initio conceptionis ſui corporis.

¶ In corpore vnica eſt concluſio reſponſiua quæſito negatiue. Caro Chriſti non prius aſſumpta eſt a verbo, quam animæ vnita. Probatur dupliciter, primo ſic. Caro humana non eſt aſſumptibilis antequàm ſit propria materia animæ rationalis & humana. ergo non eſt prius aſſumpta, quàm animæ rationali vnita. Antecedens habet duas partes, quæ in idem redeunt, nec differunt, niſi ſicut expreſſum in communi & proprio vocabulo, quoniam materia propria animæ rationalis & caro humana idẽ ſunt: ſed differunt, quia vt materia propria ſonat id, quod commune eſt omnibus naturis propriis, vt caro humana ſpecificat id, quod eſt in ordine ad animam rationalem. Ex vtraque ergo parte probatur in litera conſequẽtia. Primo, ex proprietate materiæ, quia materia ſimul dum recipit formam, fit propria illius formæ, quod probatur, tum, quia materia non prius habet or-

F dinem ad formam vt propriam formam, quàm habeat ipſam formam, tum, quia ſimul terminatur generatio & alteratio præuia. Ex ſecunda *vero parte*, quia *caro non* eſt humana ante aduentũ animæ rationalis. Antecedens vero pro ſecunda parte relinquitur per ſe notum: pro prima vero parte probatur, quia caro humana non eſt aſſumptibilis, niſi per ordinem, quẽ habet ad animam rationalẽ, vt propriam formã. Secundo, probatur concluſio ex proportionali adiũcta huic rationi ſimilitudine de anima, ſicut anima rationalis non prius aſſumpta, quã vnita carni, ita nec caro prius aſſumpta quam vnita animæ rationali. Et vtrobique ratio proportionaliter *ẽ*: quia id cõtra naturam animę, hoc cõtra naturam carnis humanæ.

¶ Circa hunc proceſſum, vnũ dubiũ occurrit, quia videtur ꝙ materia propria formæ ſit ante aduentum formæ: quoniã materia nõ eſt propria niſi propter diſpoſitiões ad talem formam, materia autẽ plene diſpoſita eſt immediate ante inſtãs introductionis formæ. prius igitur tempore eſt materia propria animæ rationalis, & vniuerſaliter formæ, quam adſit ipſa forma. Præterea, minus eſt materia propria animæ rationalis, & minꝰ habet ordinem ad ipſam caro mortua, quàm caro immediate ante inſtans introductionis animæ rationalis, quoniam iſta naturaliter neceſſitat ad formam, illa naturaliter magis ac magis recedit a forma excluſa: ſed caro Chriſti mortua habet ordinem ad animam Chriſti, propter quẽ remanet aſſumpta, vt propria materia illius. igitur & caro in vltima diſpoſitione habet illum ordinem, & eſt propria materia animæ rationalis.

¶ Ad primum dicitur, quòd propria materia alicuius formæ dupliciter dicitur. ſ. in fieri tantum vel in facto eſſe. In propoſito autem ſermo eſt de materia propria in facto eſſe: obiectio autẽ procedit de materia propria in fieri.

¶ Ad ſecundum conceditur, quòd ſecundum naturæ ordinem caro vltimo diſpoſita habet magis rationem propriæ materiæ, quàm caro mortua, ſed in ordine ad reſurrectionem, quæ ſola diuina poteſt potentia fieri, caro mortua habet magis materiæ

K propriæ rationem: quia iſta iam in facto eſſe fuit propria materia iſtius animæ, & dedit huic animæ indiuiduationem, & reunienda eſt illi ad reconſtituendum eundem numero hominem. Vnde in æquiuoco laboramus, quoniam aliter ſumitur propria materia in generatione, vbi naturæ ordo attenditur, & aliter in reſurrectione, vbi diuinus ordo conſideratur: quia tamen apud theologum vtraque dicitur propria materia, ideo caute Auctor in litera non dixit, hunc ordinem non haberi niſi præſente anima rationali corpori, ſed dixit non haberi antequam anima adueniat: cum hoc enim ſtat, quòd habeat etiã poſt mortem, ex quo iam ſemel anima affuit corpori: cum primo autem dicto non ſtaret, quòd haberetur poſt mortem propria materia.

¶ In reſponſione ad ſecundum eiuſdem articuli, vide rationem naturalem, quare non arguit diuerſitatem naturæ auferre a Chriſto naturalem modum producendi carnem, & argueret diuerſitatem naturæ, ſi anima producta eſſet ante corpus: quia, ſcilicet in carnis productione varietas eſſet penes antecedentia



dentia tantum, in animæ vero productione, varietas ponitur in ipſis conſtitutiuis intrinſecis. Et ratio aſſignatur, quia materia nata eſt eſſe ante formam, & diſponi ad illam: forma autem nõ eſt nata eſſe ante materiam: hanc tamen rationẽ intelligito pro ratione conuenientiæ, quare. ſ. conueniens fuit carnem Chriſti nõ naturaliter, hoc eſt aliorum hominũ more fieri per diſpoſitiones præuias, ſed miraculoſe ſtati cõcipi perfectam: animã vero conueniẽs fuit non miraculoſe ante corpus, ſed naturaliter, hoc eſt ſecũdum aliarum curſum fieri. ſ. creando infundi, & infundẽdo creari: quoniã, vt ex antedictis patet, diuerſus modus producẽdi animã. ſ. in corpore vel extra & ante corpus, in diuerſitatẽ naturæ nõ redundaret, ſi miraculoſe aliqua anima fieret extra & ante corpus, ſed ſi naturaliter fieret extra & ante corpus, qđ. ſ. naturaliter factum fuiſſe oportet ponere illos, qui in cõſtitutione mũdi ſic factum putant, vt prędictum eſt.

¶ In reſponſione ad tertium diſtingue & ordina nouiter, vnã & eãdem carnem ſecũdum diuerſa prædicata ſubſtãtialia, præponendo magis cõmune minus cõmuni (Verbi gratia, ſecundum quòd eſt corpus, ſecundum ꝙ eſt animatum &c.) & per ſpecies, ꝙ caro prius natura attingitur a verbo effectiue per eſſentiã, potentiam, & præſentiam, quàm terminatiue per vnionẽ perſonalem, quia prius natura eſt quoddam ens, puta corpus, quàm animata. Sed prius natura eſt animata, quàm vnita verbo perſonaliter: tum, quia conſtituitur in eſſe aſſumptibili per eſſe animatum: tum, quia caro conſtituitur in natura rationali per eſſe animatũ anima rationali. Conſtat autem, quòd non eſt aſſumptibilis niſi vt pars naturæ rationalis: non ſolum ex parte ſui, ſed etiam ex parte perſonæ, quæ ſignificat non quamlibet hypoſtaſim, ſed hypoſtaſim naturæ rationalis.

RESPON. Dicendum, quòd caro humana ẽ aſſumptibilis a verbo, ſecundum ordinem, quem habet ad animam rationalẽ, ſicut ad propriam formam. Hunc aũt ordinẽ non habet antequam anima rationalis ei adueniat: quia ſimul dũ

B aliqua materia fit propria alicuius formæ, recipit illam formam: vnde in eodẽ inſtanti terminatur alteratio, in quo introducitur forma ſubſtantialis. Et inde eſt, quòd caro nõ debuit ante aſſumi, q̃ eſſet caro humana, quod factũ eſt anima rationali adueniẽte. Sicut igitur anima non eſt prius aſſumpta, q̃ caro, quia contra naturam animæ eſt, vt prius ſit q̃ corpori vniatur, ita caro non debuit prius aſſumi, q̃ anima: quia non prius eſt caro huma-

C na, q̃ habeat animam rationalem.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd caro humana ſortitur eſſe p animam. Et ideo ante aduentũ animę nõ eſt caro humana, ſed põt eſſe diſpoſitio ad carnẽ humanã. In conceptione tamen Chriſti, Spiritus ſanctus qui eſt agens infinitæ virtutis, ſimul & materiam diſpoſuit, & ad perfectum perduxit.

AD 2^m^ dicendum, quòd forma actu dat ſpeciem: materia autẽ quãtũ eſt de ſe, eſt in potẽtia ad ſpeciẽ.

D Et ideo contra rationẽ formæ eſſet quòd preexiſteret naturæ ſpeciei, quę perficitur per vnionẽ eius ad materiã: non autem eſt cõtra naturã materię, ꝙ preexiſtat naturę ſpeciei. Et ideo diſſimilitudo, quę eſt inter originem noſtram & originẽ Chriſti ſm̃ hoc, ꝙ caro noſtra priꝰ concipitur, q̃ animetur non autem caro Chriſti, eſt ſm̃ illud quod pręcedit naturę complementum: ſicut & quòd nos cõcipimur ex ſemine viri, nõ autẽ Chriſtus. Sed differentia, quę eſſet quantũ ad originẽ animę, redũdaret ĩ diuerſitatẽ naturę.

AD 3^m^ dicendum, quòd verbũ Dei per prius intelligitur vnitũ carni, q̃ anima per modũ cõmunem, quo eſt in ceteris creaturis, per eſſentiam, potentiam, & pręſentiam. Prius tamen dico, nõ tempore, ſed natura: prius enim intelligitur caro vt quoddã ens, qđ a verbo habet, q̃ vt aĩata, qđ habet ab aĩa, ſed vnione pſonali prius ſm̃ ĩtellectũ oportet, ꝙ caro vniatur animę, q̃ verbo: quia ex vnione ad animam, habet quòd ſit vnibilis verbo in perſona: pręſertim, quia perſona non inuenitur niſi in rationali natura.

ARTICVLVS. V.

*Vtrum tota humana natura ſit aſſumpta mediantibus partibus.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ filius Dei aſſumpſerit totam naturã humanã mediantibus partibus eius. Dicit. n. Aug. in li. de Agone Chriſtiano,* ꝙ inuiſibilis & incõmutabilis veritas p ſpiritũ aĩam, & p animã corpꝰ, & ſic totũ hoiem aſſumpſit: ſed ſpiritus, aĩa, & corpus ſunt partes totius hominis. ergo totum aſſumpſit mediantibus partibus.

¶ 2 Præt. Ideo filius Dei carnem aſſumpſit corpus mediante anima (quia aſſumpſit corpus propter ordinem, quem ad animam habet) ita aſſumpſit partes, mediante toto, quia aſſumpſit *animam & corpus propter ordinem, quem habent ad humanam naturam.*

3. di. 2. q. 2. ar. 1 q. 3. & 2. 3. q. 1. c. & di. 3. q. 5. ar. 2. c. & di. 5. q. 2. ar. 3.

*Colligitur ex c. 18. 19. 20. & 21. to. 3.

¶ *Super Quæſtionis ſextæ Articulum quintum.*

TItulus articuli intelligendus eſt vt ſonat.

¶ In corpore articuli duo ſunt: primo declaratur, quomodo intelligitur ly mediante, in myſterio aſſumptionis. Secundo, reſpondetur quæſito vna concluſione. Quo ad primum dicit vnam propoſitionem multarum partium. ſ. in myſterio aſſumptionis medium intelligitur non temporis, ſed naturæ ex parte agentis & ſimpliciter. Vbi quatuor cõditiones medii in hoc myſterio ponuntur.

¶ Prima eſt, quòd non eſt medium ſecũdum tempus, quæ probatur, quia ſimul tempore omnia aſſumpta ſunt.

¶ Secunda, quòd eſt medium ſecundum ordinem naturæ. Et hæc ex dictis ſupponitur.

¶ Tertia eſt, quòd eſt ibi talis ordo naturæ. ſ. ex parte agentis. Et hæc declaratur, quia in communi ordo naturæ, quo aliquid eſt

A prius, & aliquid poſterius in natura, dupliciter inuenitur: vel ex parte agentis, vel ex parte materiæ. Et redditur ratio, quare ſecundum has duas cauſas inuenitur, quia ſunt cauſæ præexiſtentes ante effectum: agens enim & materia præexiſtunt, formã autem oportet non præexiſtere, & ſimiliter finem generationis, cũ coincidat cum forma: in ſpeciali autẽ hoc eſt in aſſumptionis myſterio, quia tota ratio facti eſt potẽtia faciẽtis.

¶ Quarta conditio eſt, ly ſimpliciter, ad definiendum quòd medium ſimpliciter in hoc myſterio attenditur ſecundum ordinem naturæ ex parte agẽtis nõ quomodocunq; quia non ſecundũ quid, ſed ſimpliciter: eſt ſiquidẽ duplex naturæ ordo ex parte agẽtis: vel ſecundum ordinem intẽtionis, vel ſecundum ordinem executionis. Et differunt hi ordines inter ſe in hoc, quòd illud, quod eſt prius ſecundum intentionem, eſt prius ſimpliciter, quod vero eſt prius ſecundum quid. Et ratio eſt, quia intentio prior eſt ſimpliciter executione, vt patet. Quo ad ſecundum concluſio reſponſiua quæſito eſt iſta. Verbum Dei aſſumpſit partes humanæ naturæ, mediãte toto. Probatur dupliciter: primo, quia ſecundum ordinẽ naturæ ex parte intentionis agentis prius eſt completũ, quàm incompletum, & cõſequenter prius eſt totũ, quàm partes: ſecundo, ex proportionalitate, ſicut aſſumpſit corpus mediante anima (quia aſſumpſit corpus propter ordinem, quem ad animam habet) ita aſſumpſit partes, mediante toto, quia aſſumpſit animam & corpus propter ordinem, quem habent ad humanam naturam.

¶ Sed occurrunt hic literalia multa inquirenda. Primo, cur exiſtente naturæ ordine ſecundum quodlibet genus cauſæ, ordinẽ naturæ duobus eorum appropriat?

¶ Secundo, cur ordinem naturæ ex parte materiæ in hoc myſterio Auctor pertranſiuit, cum prius natura ex parte cauſæ materialis corpus Chriſti fuerit cõceptum, quàm animatum? patiẽs

E enim præſupponitur actui, qui in eo fit.

¶ Tertio, cur Auctor in hoc myſterio, de medio ſecundum naturæ ordinem ex parte agentis ſecundum ordinem operationis reſpondendo tacuit, cum tamen in reſponſione ad primũ, poſtmodum de illo tractet?

¶ Ad primum dicitur, quòd quia ordo naturæ ſecundum genus cauſæ formalis, & finalis reducitur ad ordinem naturæ ſecundum genus cauſæ agentis, tamquam in quo clarius relucet, quoniam ſecundum ordinem agentium ordinantur, & fines generationum, & formæ genitorum, & ſunt natura priores ſecundum ordinem finis: aut formæ in his, quæ fiunt ſunt poſteriores in eſſe, quoniam & forma, & finis quanto vlterior in aliquo ordine, tanto prior, quia perfectior. Res vero, vt ſunt tam in materiæ tranſmutatione, quàm in intentione aut executione agentis priores



ſunt etiam

ſumpſit mediante anima, quia anima eſt Deo ſimilior, quàm corpus: ſed partes humanæ naturæ cum ſint ſimpliciores, quàm corpus, videntur eſſe ſimiliores Deo, qui eſt ſimpliciſſimus, quàm totū. ergo aſſumpſit totum mediantibus partibus.

¶ 3 Præt. Totum reſultat ex vnione partium: ſed vnio intelligitur vt terminus aſſumptionis, partes autem præintelligūtur aſſumptioni. ergo aſſumpſit totum per partes.

SED CONTRA eſt, quòd Dama. dicit in 3. li. in domino noſtro Ieſu Chriſto nō partes partium intuemur, ſed quæ proxime componuntur. i. deitatem, & humanitatē. Humanitas autem eſt quoddā totum, quod componitur ex anima & corpe ſicut ex partibꝰ. ergo filiꝰ Dei aſſumpſit partes mediāte toto.

Lib. 3. c. 16. circa finē.

RESPON. Dicendum, quòd cum dicitur aliquid medium in aſſumptione incarnationis, nō deſignatur ordo tēporis: quia ſimul facta eſt aſſumptio totius & omniū partium*: oſtenſum eſt enim quòd ſimul anima & corpus ſunt adinuicem unita ad conſtituendam naturam humanam in Verbo: deſignatur autē ibi ordo naturæ. vnde per id, quod eſt prius in natura, aſſumitur id, quod eſt poſterius. Eſt autem aliquid prius in natura dupliciter, uno modo, ex parte agentis; alio modo, ex parte materiæ: hę enim duę cauſę præexiſtunt rei. Ex parte quidem agentis eſt ſimpliciter primum illud, quod primo cadit in eius intentione: ſed ſecundū quid prius eſt illud, a quo incipit eius operatio. & hoc ideo, quia intentio eſt prior operatione. Ex parte vero materię eſt priꝰ illud, quod prius exiſtit in tranſmutatione materię. In incarnatione autē oportet maxime attēdere ordinem, qui eſt ex parte agētis: quia vt Augu. dicit in Epiſt. ad Voluſianū †, in talibus rebus tota rō facti eſt potētia faciētis. Manifeſtū aūt eſt, ꝙ ſm intētionē facientis prius eſt cōpletū, quàm incōpletū, & per conſequens totū, quàm partes: & ideo dicendū eſt, ꝙ verbū Dei aſſumpſit partes humanę naturę mediante toto: ſicut. n. aſſumpſit corpus ꝑpter ordinē, quē habet ad animā rōnalē, ita aſſumpſit corpus & animā, propter ordinē, quē habēt ad humanā naturā.

Ar. 1. huius q. & ar. 2.

† Nō multum remote a te media est epist. tom. 2.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd ex verbis illis nihil aliud datur intelligi, niſi ꝙ verbum, aſſumēdo partes humanæ naturæ, aſſumpſit totam humanam naturā, & ſic aſſumptio partium eſt prior in via operationis, intellectu, non tempore: aſſumptio aūt naturæ eſt prior in uia intētionis, quod eſt eſſe priꝰ ſimpliciter, vt dictum eſt.*

In cor. arti.

AD 2m dicēdum, quòd Deus ita eſt ſimplex, ꝙ etiam eſt perfectiſſimus, & ideo totum eſt magis ſimile Deo, quàm partes, in quantum eſt perfectius.

AD 3m dicendum, ꝙ vnio perſonalis eſt, ad quā terminatur aſſumptio, non autem vnio naturæ, quæ reſultat ex coniunctione partium.

ſunt etiam priores ſecundum eſſe aliquod reale. ſ. vel ſecundū ipſam intentionem eorum, ſicut domus eſt in intentione artificis, vel ſecundum quòd, ſaltem in inchoata trāſmutatione ſunt: ſicut alteratio eſt prior generatione, vel ſecundum ſe, vt ab ipſis incipit executio, vt fundamentum eſt prius parietibus. Merito igitur naturæ ordinem duobus appropriauit Auctor generibus cauſarū, quia ſunt priores in eſſe, tum quia clarius relucet prioritas naturæ in iſtis, tum quia prioritas aliorum apud generabilia reducitur ad illa.

¶ Ad ſecundum dicitur, quòd in myſterio incarnationis nulla fuit tranſmutatio materię niſi inſtantanea formatio corporis ab infinita virtute Spiritusſancti: & illa inſtantanea formatio quàmuis naturæ ordine prior ſecundum genus cauſæ materialis ſit, quàm animæ rationalis aduentus in eam, quia anima rationalis non detulit ſecū corpus, ſed ſuppoſuit corpus organicum, in quo reciperetur, cuius eſſet actus in quo fieret: quia tamē in illo priori naturæ nō erat aſſumptibilis, (vt ex dictis patet) quia conſtituta eſt in eſſe aſſumptibili per eſſe animatum, ideo Author loquens hic de priore & poſteriore ſecundum naturam in ordine ad aſſumptionem, nihil de prioritate ex parte materiæ, vtpote extra ordinē ad aſſumptionem dixit, ſed tamquam impertinētem ad propoſitum dimiſit.

¶ Ad tertium dicitur, ꝙ in promptu cauſa eſt, quare reſpondendo quæſito tacuit ordinem executionis: quia. ſ. reſpondendū eſt quæſito ſimpliciter, de medio ſimpliciter, & nō de medio ſecundum quid: ac per hoc de medio, ſecundum ordinem ſimpliciter, & non ſecundum ordinem ſecundum quid. Vnde merito medium ſecundum quid, reſeruauit reſponſionibus argumentorum, ſoluta quæſtione de mediatione ſimpliciter, & abſolute.

¶ In eodem articulo in reſponſione ad primum, dubium occurrit ex Sco. & Duran. arguentibus in 3. ſent. diſt. 2. contra hāc doctrinam, quòd. ſ. non aſſumpſerit totum mediantibus partibus. Arguit ergo Scotus. 1. in q. 2. ſic, Primo aſſumptum nō eſt natura humana, ſed pars ſeu partes eius. ergo aſſumens nō eſt primo homo. Et confirmatur, quia ſicut in inſtanti aſſumptionis ſe habuit ad totum & partes, ita & modo. igitur & modo non eſt primo homo, ſicut Sortes eſt primo homo, quod videtur inconueniens. Amplius, videtur ſequi, quòd Chriſtus non ſit homo. Probatur quia denominatio a parte vel partibus non dat denominationem a toto. Præterea, Propter duas vniones verbi ad partes naturæ humanæ non eſt homo. ergo requiritur tertia, quæ ſit totius primo, propter quam tertiam Verbum eſt homo, ſed iſta ſufficit ſine aliis duabus, igitur illæ duæ ſuperfluunt. Demū probat oſtenſiue, quòd natura tota eſt primo ſine medio aſſumpta. Quod eſt in ſe primo perſonabile, ſi ſibi dimitteretur, hoc ī alio primo perſonatur, quando aſſumitur: ſed tota natura & nō pars vel partes, eſt primo & immediate hoc modo perſonabilis in ſe, ſi ſibi dimittatur. ergo. Probatur Maior, quia in eodem inſtanti naturæ, in quo in ſe perſonaretur, ſi ſibi dimitteretur, perſonatur in alio vel ab alio, quia nihil ante illud inſtans eſt natū aſſumi, quia non prius fuit natura ſingularis: nec poſt illud inſtans aſſumitur, quia tunc eſſet perſona in ſe. Minor probatur, quia in eodem inſtanti naturæ in quo partes præcedunt totum, neutra nata eſt eſſe perſona, ſed tunc primo, quando ex iſtis vnitis eſt tota natura, quia tunc ipſa tota eſt perſona in ſe, ſi non impediatur ab aſſumente.

¶ Duran. autem in q. quoque 2. arguit dupliciter, deſtruendo totaliter ordinem naturæ in aſſumptione totius & partiū primo, quia totū & partes vnitæ (ſic enim aſſumptæ ſunt) omnino ſunt idem re. Secundo, quia aſſumptio vna eſt vnius ad vnum, ſed aſſumptio humanæ naturæ, eſt vna ad vnum, quia ad perſonalitatem Filii. ergo eſt vnius. ſ. naturæ integræ ex ſuis partibus: conſtat. n. eam eſſe aſſumptā. ergo tam natura quàm partes ſunt aſſumptæ vt vnum. non eſt igitur ordo realis inter totum, & partes in aſſumptione.

¶ Ad euidētiam poſitionis, quæ in hac litera explicatur, ſciendum eſt, quòd ordo operationis ſeu executionis eadem & eodem modo intelligitur habere media, ſi eſt ſm naturā tātum, & ſi eſt ſm progreſſum operationum, uerbi gratia, domus ſiue fiat per multas operationes, vt ab arte ſucceſſiue fit: ſiue fiat tota ſimul a Deo, eadem media pertranſit: puta, fundamentum, parietes, tectū, & ſimiliter eodem modo, hoc eſt, quòd quodlibet eorū eſt, vt mediū quod. Nā ſicut ſucceſſiue operando, prius tempore fit fundamētū, vt quod partiale, & mediāte fundamēto fiūt partes, etiā vt quod partiale, & poſtea tectum vt quod partiale, & omnibus mediantibus vt quod partialibus fit domus vt quod totale, ita ſimul omnia operando, operatio illa prius natura ſm executionis ordinem attingere intelligitur fundamētū, & poſtea parietē &c. vt dictū ē: haberet. n. operatio illa vnica vnū per ſe primo terminū ordine intentionis. ſ. totum quod eſſet vltimus ordine executionis, & multos partiales terminos ordine executionis priores, vno per ſe primo intento termino. ſ. toto. Simile n. quid accidit in myſterio incarnationis, in quo ſimul tota natura, & omnes partes eius factæ & aſſumptæ ſunt, niſi ꝙ ad aſſumptionem referendo totum & partes, non inuenitur ordo inter partes (vt prædictum eſt) ſic vt vna prius natura aſſumpta ſit vt quod, quàm altera: quia ſimul natura anima & corpus aſſumpta ſunt, Sed bene inuenitur talis ordo inter partes ſimul & totum, ꝙ. ſ. ſm executionis ordinē prius natura terminata eſt aſſumptio ad partes ſimul (hoc eſt animā & corpus, vt terminos partiales) quàm ad totum, ad quod primo, vt primo intentum, vltimo terminata eſt, & ratione huius primo intenti terminata præintelligitur ad partes, ſicut ratione domus terminata præintelligeretur creatio domus ad partes eius, ex quibus conſtat domus. Negantes autem hunc executionis ordinem inter partes & totū in aſſumptione, imaginantur quòd aſſumptio etiā executiue terminata eſt prius ad totū, quā ad partes, ita ꝙ diffuſa ſeu quaſi extēſa eſt aſſumptio a toto ad partes, ita vt nō oportuerit de nouo in morte Chriſti aſſumere partes: ſed remāſerit reſpectu partiū. Et quàmuis primo aſpectu hæc poſitio non ſolū probabilis, ſed probabilior videatur, quàm poſita in litera, quia aſſumptio per ſe primo reſpicit totum, nec eſt vt factio totius, ſed quaſi præexiſtentis eleuatio, quæ etiam in operando incipere debet a per ſe primo intento, ex quo ſupponit illud eſſe: ſi tamen perſpicacius intuiti fuerimus, quòd ordo reſolutionis verax teſtis eſt ordinis compoſitionis, quia primum in reſolutione fuit vltimum in compoſitione, & conſtare nos meminerimus quòd in morte Chriſti aſſumptio quaſi reſolui incępit, dum natura ipſa ab aſſumptione deſiit, partes autem naturæ aſſumptæ remanſerunt: percipiemus ꝙ ex hoc ipſo facto reuelauit Deus, ꝙ aſſumendo



inchoauit executionis ordine a partibus, & quod veluti primum in compoſitione aſſumptionis, fuit aſſumptio partium, vt ſic diuina ſapientia diſpoſuerit etiam ſuauiter aſſumptionem ſecundum executionem & reſolutionem. Quo fit, ut probabilior ſit poſitio in litera poſita, fulta Auguſt. fauore.

¶ Vnde ad primum Sco. diſtingui poteſt, quòd primo aſſumptum dupliciter, ut quod totale, & quod non totale, ſeu partiale: & ſimiliter primum aſſumptū terminata totaliter aſſumptione, vel non terminata totaliter, & dici quòd natura humana ē primo aſſumpta vt quod totale, vel terminata totaliter aſſumptione, partes autē ſunt ſecundum operationis ordinem prius aſſumptæ. non terminata totaliter aſſumptione, non vt quod totale. Cum ergo dicitur, primo, aſſumptum non eſt natura humana, negatur loquendo de primo aſſumpto, terminata totaliter aſſumptione, & ſimiliter de primo aſſumpto, vt totale paſſiuū aſſumptionis, in quo tamen ſenſu oportet verificari tale antecedens, ſi conſequentiæ ſuæ debent valere, & incōuenientia ſequi. Ad confirmationē negatur, quòd ſimili modo omnino ſe habeat Verbū aſſumens tunc & ſemper: quia pro illo inſtanti aſſumptio erat dupliciter, ſcilicet in fieri & in facto eſſe, quia tunc erat verum dicere, nunc eſt vnita, & immediate ante hoc non erat vnita, quod deinceps falſo diceretur: quoniam aſſumptio remanet non in fieri, ſed in facto eſſe. Et propterea conceditur, quòd quantum ad factum eſſe eodem modo ſe habuit tūc, & habet modo, & ſic tunc filius dei vere fuit primo homo, ſicut Sortes eſt primo homo ex primo aſſumpto terminata totaliter aſſumptione, & ſimiliter ex primo aſſumpto vt totali paſſiuo aſſumptionis, ita & nunc & in æternum.

¶ Ad alia duo ſimul dicitur, quòd nec ſomniamus Verbū dici hominem a partialibus aſſumptis, & non totaliter terminata aſſumptione, nec eſſe ibi tot aſſumptiones, ſed vnam tantum, ſecundum naturæ ordinem exequendo progredientem prius ad partes, quā ad totum: quia ſumus certi, quod quaſi reſoluendo deſiit a toto, & non a partibus.

¶ Ad rationem autem oſtenſiuam, quæ eſt fundamentum opinionis ſuæ, reſpōdetur ex Auctoris doctrina prænotata in ar. 1. huius quæſt. in reſponſione ad ſecundum, quòd ſcilicet non eſt ſimilis ordo aſſumptorum ad perſonam aſſumentē, qui eſſet eorundem ad propriam perſonalitatem, cuius oppoſitum pro fundamēto Sco. aſſumit. Et ratio Auctoris ibidem eſt, quia perſona aſſumens eſt altioris ordinis, quàm eſſet perſona propria. Et ne inuoluatur intellectus diſtinguatur, quòd quia quæſtio eſt de ordine aſſumptionis, & non de ordine perſonationis, ideo ne æquiuocē, dicatur quòd per eſſe perſonale, & ſimiliter ꝑ perſonari, poteſt intelligi poſſe fieri, vel fieri perſonam, vel quaſi conſtitutiuū perſonæ, vel poteſt intelligi poſſe fieri vel fieri aliquid perſonæ. Si primum intelligatur, concedatur totum, abſq; declinatione tamē tamquam impertinens, quia nō eſt quæſtio de prius natura perſonabili, illo mō, ut fit perſona aut quaſi conſtitutiuū perſonæ, ſed de prius natura aſſumptibili ad vnitatem perſonalem. Si autem ſecundo modo intelligūtur dicti termini, ad propoſitum quidem ſunt, ſed minus proprii. Verumtamen non fiat vis in vocabulis, & ſuppoſita diſtinctione, quæ in litera habetur de prius aſſumptibili ordine naturæ ſecundum intentionem & ſecundum executionem, reſpondeatur quòd Maior eſt vera de primo ſecundum ordinem intentionis, non autem de primo ſecundum ordinem executionis. Illud enim quod eſt in ſe per ſe primo perſonabile, illud primo, ordine intentionis, non primo, ordine executionis perſonatur in alio, hoc eſt, fit aliquid alienæ perſonæ, a qua aſſumitur. pars enim vel partes eius, ſtat, quòd prius ſecundum executionem fiat, vel fiant aliquid alienæ perſonæ, quàm tota natura quæ eſt in ſe per ſe primo perſonabilis, ſi ſibi dimitteretur. Probatio autem Maioris ad hunc ſenſum applicata, nihil valet: quia ſecundum executionis ordinem illud totū nō in ſe toto, ſed in parte vel partibus eius prius perſonaretur, hoc eſt, fieret aliquid aſſumētis perſonæ, quàm eſſet ī ſeipſo toto perſonabile, ſi ſibi dimitteretur. Et cum contra hoc affertur, quia in illo priori illud totum non eſt natum aſſumi, quia non eſt natura ſingularis, reſpondetur, quòd verum eſt quòd non eſt natum aſſumi in ſeipſo toto ante illud naturæ inſtās, ſed ē natum aſſumi ſecundum ſui partem vel partes ante illud inſtans, ſecundum executionis ordinem: quoniam quælibet pars nata eſt aſſumi, vt ſit aliquid perſonæ aſſumentis: quamuis ſolum natura integra nata ſit aſſumi, vt ſit velut conſtitutiuum perſonę: quia ipſa ſola eſt ſic perſonabilis, ſcilicet vt ſit vel pſona, vel quaſi cōſtitutiua ꝑſonæ, partes autem eius ſunt perſonabiles, hoc eſt aſſumptibiles ad vnitatē perſonalem, antequam ſecundum executionem aſſumi intelligatur totum. Vbi ſcito, quòd licet reſpectu perſonæ proprię prius ſecundum executionem intelligitur perſonari tota natura, quàm partes, quia partes, puta anima & corpus ad perſonandum concurrunt, mediante tota natura conſtituta per illas, ad aſſumptibilitatem tamē a diuina perſona prius ſecundum executionem concurrunt partes, ſcilicet anima & corpus, quam natura integra: quia ad exequendam aſſumptionem non oportet media re executiue, ſed ſecundum intentionem tantum, totam naturam, quoniam conſtat diuinam perſonam poſſe inchoare aſſumptionem a partibus quaſi progrediendo ad totum, & rationabiliter conſtat, quòd de facto ſic fecit, vt probatum eſt. Reſpectu perſonę propriæ non niſi naturalis ordo partium ad propriam perſonam attēditur, qui eſt etiam executiue mediante toto: & ideo non habet ſolidum fundamentum (vt ex Auctore allatum eſt) ratio Sco. eodem ordine partes naturæ humanæ & totam ordinantis ad propriam, & ad diuinam perſonam.

AD PRIMAM autem Duran rationem negatur, quòd natura humana ſit omnino idem ſecundum rem, quod ſuę partes etiam ſimul ſumptę. Et quoniam quęſtio hæc ſupponenda potius, quam diſcutienda hic eſt, ideo non moror.

¶ Ad ſecundam dicitur, quòd aſſumptionem eſſe vnius, contingit dupliciter, ſcilicet vnius ſimplicis, vel vnius compoſiti. Et rurſus vnius compoſiti, ſecundum quod vnum tantum eſt, vel non ſolum ſecundum quod eſt in ſe vnum: ſed etiam ſecundum ſuas partes. Et ſubiungitur, quòd incarnatio eſt aſſumptio vna & ad vnum & vnius vltimo modo expoſito, quia ſic filius Dei aſſumpſit vnam naturam humanam compoſitam ex anima & corpore, vt etiam ſimul tempore & prius natura ſecundum nos ordine executionis, vel poſterius natura ſecundum alios aſſumpſerit animam & corpus in ſeipſis, & non ſolam ſecundum quod ſunt vnum in tota natura, quod nihil aliud eſt quam aſſumere totam naturam. Et quòd hoc oporteat fateri, patet ex eo, quòd alioqui oporteret filium Dei in morte de nouo aſſumpſiſſe corpus & animam, quod Sco. inſolutam dimiſit, & Duran. male videtur poſſe euadere. Nihil igitur valet illatio illa, Natura integra eſt aſſumpta. ergo partes aſſumptæ ſunt vt vnum, intelligendo cum præciſione, hoc eſt, vt ſunt vt vnum præciſe, & non etiam vt ſunt in ſe diuerſæ.

ARTICVLVS VI.

*Vtrum humana natura ſit aſſumpta mediante gratia.*

3. diſt. 2. q. 2. artic. 2. & diſt. 13. q. 3. art. 1. Et veritat. q. 29. ar. 2. Et opuſc. 3. cap. 222.

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ filius Dei aſſumpſerit humanam naturam mediante gratia. Per gratiam enim vnimur Deo: ſed humana natura in Chriſto maxime fuit Deo vnita. ergo illa vnio facta fuit per gratiam.

¶ 2 Pręt. Sicut corpus viuit per animam, quę eſt eius perfectio, ita anima per gratiam: ſed humana natura redditur congrua ad aſſumptionem ꝑ gratiā. ergo filius dei aſſumpſit animam mediante gratia.

¶ 3 Præt. Aug. in 15. de Trin.* dicit, ꝙ verbum incarnatum eſt, ſicut

¶ *Super quæſtionis ſextæ Articulum ſextum.*

TITVLVS articuli 6. intelligendus eſt, vt ſonat.

¶ In corpore artic. vnica eſt concluſio, reſponſiua quæſito, Gratia non poteſt intelligi vt medium in aſſumptione humanæ naturæ. Et probatur ſic, Gratia tripliciter dici poteſt, dupliciter quidem in Chriſto, ſcilicet gratia vnionis, & gratia habitualis, & tertio modo ipſa voluntas dei gratis donans. ſed nullus iſtorū modorum habet rationem medii in aſſumptione naturæ humanæ. ergo. Probatur ſigillatim, primo de gratia vnionis, quia eſt ipſum eſſe perſonale gratis datū, quod in aſſumptione ſe habet,

vt ter.

vt terminus, nõ vt mediũ. Secundo de gratia habituali, quæ ſe hẽt vt effectus cõſequens vnionẽ, ut patet Ioa. 1. Tertio de voluntate diuina, quia ſe habet vt cauſa efficiens, non vt medium.

¶ Nota hic primo, quòd gratia põt dupliciter ineſſe, ſ. formaliter, vel effectiue, & quia gratia primis duobus modis dr̃ formaliter, tertio autẽ effectiue, ideo in litera Auctor duplicẽ tantũ in Chriſto in principio cor. arti. dicit, ſ. vnionis & habitus: vtraque enim eſt formaliter in Chriſto. Diuina aũt volũtas eſt gratia effectiue, ac per hoc velut extrinſeca cauſa, & propterea non eſt in litera connumerata inter gratias in Chriſto. illa ſiquidẽ præpoſitio in, denotat eſſe in Chriſto formal'r, ſicut forma eſt ĩ ſubiecto.

¶ Nota ſecundo, quòd cũ quis gratioſe dat ſeipſum alicui tunc ipſemet vocatur, & eſt gr̃a, iuxta cõem uſum loquẽdi, quo conceſſum gratioſe donũ gratia vocat', dũ dicimus, ille fecit mihi hanc gratiã &c. Et hoc mõ, quia res data humanæ naturę in myſterio aſſumptionis eſt eẽ pſonale filii dei, ideo ipſum eſſe perſonale, vt induit rationẽ doni gratioſe conceſſi, vocat' gr̃a: vnionis aũt, quia p vnionem habetur a natura, cui datũ eſt. De hac tñ vnionis gratia ppter varia, quæ de ipſa dici videntur ĩ art. vl. 7. q. erit latior ſermo.

¶ Nota tertio, quòd Auctor ſeipſo doctior, opinionẽ, quã in 3. Sent. ſecutus ẽ, diſt. 2. q. 2. ar. 2. q. 1. de gr̃a habituali, quòd erat mediũ cõgruẽtiæ reſpectu aſſumptionis, hic cõfutat auctoritate Io. Euã. Et ſic tenet, quòd prius natura humanitas Chr̃i aſſumpta eſt, q̃ gr̃a habituali donata, vt ex pſonalitate oĩa fluenta gr̃æ in hoĩe illo eẽnt plena gr̃æ & veritatis.

verbum noſtrum in uoce: ſed verbum noſtrum unitur uoci mediante ſpiritu. ergo verbum Dei vnitur carni mediante Spirituſancto, & ita mediãte gratia, quæ Spirituiſancto attribuitur, ſecundum illud 1. ad Cor. 12. Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus.

F

Sed contra eſt, quòd gratia eſt quoddam accidens animæ, vt in ſecunda parte habitum eſt.* Vnio autem verbi ad humanam naturam eſt facta ſecundum ſubſiſtentiam, & non ſecundum accidens, vt ex ſupra dictis patet.† ergo natura humana non eſt aſſumpta mediante gratia.

G

Respon. Dicendum, quòd in Chriſto ponitur gratia vnionis, & gratia habitualis. Gratia ergo non poteſt intelligi, vt medium in aſſumptione humanæ naturæ, ſiue loquamur de gratia vnionis, ſiue de gratia habituali. Gratia .n. vnionis eſt ipſum eſſe perſonale, quod gratis diuinitus datur humanæ naturæ in perſona verbi, quod quidẽ eſt terminus aſſumptionis. Gratia autem habitualis pertinens ad ſpiritualem ſanctitatem illius hominis, eſt effectus quidem conſequẽs vnionem, ſecundum illud Ioan. 1. Vidimus gloriam eius ſicut vnigeniti a patre, plenum gratiæ, & veritatis. Per quod datur ĩtelligi, quòd ex hoc ipſo, quòd ille homo eſt vnigenitus a patre, habet quòd per vnionem habet plenitudinem gratię & veritatis. Si vero intelligatur gratia, voluntas dei, aliquid gratis faciens, vel donans, ſic vnio facta eſt per gratiam, non ſicut per mediũ, ſed ſicut per cauſam efficientem.

H

Ad primvm ergo dicendũ, quòd vnio noſtra ad deum eſt per operationem, inquantum ſcilicet eum cognoſcimus & amamus, & ideo talis vnio eſt per gratiam habitualem, inquãtum operatio perfecta procedit ab habitu: ſed vnio naturæ humanę ad verbum dei, eſt ſecundum eſſe perſonale, quod nõ dependet ab aliquo habitu, ſed immediate ab ipſa natura.

I

Ad 2m dicendum, quòd anima eſt perfectio ſubſtãtialis corporis, gratia vero eſt perfectio animæ accidentalis. Et ideo gratia nõ poteſt ordinare animã ad vnionem perſonalem (quæ non eſt accidentalis) ſicut anima & corpus.

K

Ad 3m dicendum, quòd verbũ noſtrum vnitur voci mediante ſpiritu, non quidem ſicut medio formali, ſed ſicut per medium mouẽs. Nam ex verbo concepto interius procedit ſpiritus, ex quo formatur vox. Et ſimiliter ex verbo æterno procedit Spiritusſanctus, qui formauit corpus Chriſti, vt infra patebit.* Non autem ex hoc ſequitur, quòd gratia Spiritusſãcti ſit formale medium in vnione prædicta.

## QVAESTIO VII.

*De gratia Chriſti, pro ut eſt quidam ſingularis homo, in tredecim articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandum eſt de coaſſumptis a filio dei in humana natura. Et primo de his, quæ pertinent ad perfectionem: Secundo de his, quæ pertinent ad defectum.

¶ Circa primum conſiderãda ſunt tria. Primo, de gratia Chriſti: ſecundo, de ſcientia eius: tertio, de potentia ipſius.

De gratia autem Chriſti conſiderandum eſt dupliciter. Primo quidem de gratia eius, ſecũdum quòd eſt quidam ſingularis homo: ſecundo, de gratia eius, ſecundum quòd eſt caput Eccleſiæ. nam de gratia vnionis iam dictum eſt.*

### Circa primum quæruntur tredecim.

¶ Primo, vtrum in anima Chriſti ſit aliqua gratia habitualis.

¶ Secundo, vtrum in Chriſto fuerint virtutes.

¶ Tertio, vtrum in eo fuerit fides.

¶ Quarto, vtrum fuerit in eo ſpes.

¶ Quinto, vtrum in Chriſto fuerint dona.

¶ Sexto, vtrum in Chriſto fuerit timoris donum.

¶ Septimo, vtrum in Chriſto fuerint gratiæ gratis datæ.

¶ Octauo, vtrum in Chriſto fuerit prophetia.

¶ Nono, vtrum in eo fuerit plenitudo gratiæ.

¶ Decimo, vtrum talis plenitudo ſit propria Chriſti.

¶ Vndecimo, vtrum Chriſti gratia ſit infinita.

¶ Duodecimo, vtrum potuerit augeri.

¶ Tertiodecimo, qualiter hæc gratia ſe habeat ad vnionem.

### Articvlvs I.

*Vtrum in anima Chriſti ſit aliqua gratia habitualis.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd in anima aſſumpta a verbo non fuerit gratia habitualis. Gratia enim eſt quædam participatio diuinitatis in creatura rationali, ſecundum illud 2. Pet. 1. Per quem maxima & pretioſa promiſſa nobis donauit, vt diuinæ ſimus cõſortes naturæ. Chriſtus autem eſt deus, nõ participatiue, ſed ſecundum veritatem. Ergo in eo non fuit gratia habitualis.

¶ 2 Præt. Gratia ad hoc eſt neceſſaria homini, vt per eã bene operet' (ſecundũ illud 1. Cor. 15. Abundãtius omnibus laboraui, nõ ego aũt, ſed gratia dei mecũ) & ẽt ad hoc quòd homo conſequat' vitã æternã, ſcd̃m illud Ro. 6. Gratia dei vita æterna: ſed Chriſto ex hoc ſolo quòd erat naturalis fili' dei, debebat' ei hæreditas vitę æternæ, ex hoc etiã quòd erat verbum, p quod facta ſunt oĩa, aderat ei facultas oĩa bene operandi. non ergo ſecundũ humanã naturã indigebat alia gr̃a, niſi vnione ad verbũ.

¶ 3 Pręt. Illud quod operatur per modũ inſtrumenti, non indiget habitu ad proprias operationes: ſed habitus fundat' in principali agẽte. Humana aũt natura ĩ Chriſto fuit, ſicut inſtrumentũ diuinitatis, vt dicit Damaſ.* in 3. li. Ergo nõ debuit in Chriſto eẽ aliqua gr̃a habitualis.

Sed contra eſt, quòd dicitur Iſa. 11. Requieſcet ſuper eum ſpiritus domini. Qui quidẽ in homine eſſe dr̃ per gratiam habitualem, vt in 1. parte dictũ eſt.† Ergo in Chriſto fuit gratia habitualis.

Respon. dicendũ, quòd neceſſe eſt ponere in Chriſto gratiã [d] habitualẽ, propter tria. Primo quidem, ppter vnionẽ animæ illius ad verbum dei: quanto .n. aliquod receptiuũ eſt ppinquius cauſę influẽti, tanto magis participat de influentia ipſius. Influxus aũt gratiæ eſt a deo, ſm̃ illud Pſal. 83. Gratiã & gloriã dabit dominus. Et ideo maxime fuit conueniens, vt anima illa reciperet influxũ diuinæ gratiæ. Secundo, propter nobilitatem illius aĩæ, cuius operationes oportebat propinquiſſime attingere ad deũ per cognitionẽ & amorem, ad quod neceſſe eſt eleuari rationalem naturã per gratiã. Tertio, propter habitudinem ipſius Chriſti ad genus humanum. Chriſtus enim, inquãtum hõ, eſt mediator dei & hominum, vt dicit' 1. ad Timo. 2. & ideo oportebat, quòd haberet gratiam ẽt in alios redundantem, ſecundũ illud Ioa. 1. De plenitudine eius omnes accepimus, & gratiam pro gratia.

Ad primvm ergo dicendũ, quòd Chriſtus eſt verus deus ſm̃ perſonã & naturã diuinã: ſed quia cũ vnitate perſonę remanet diſtinctio naturarũ (vt ex ſupradictis patet.†)

A

anima Chriſti non eſt per ſuã eſſentiam diuina, vnde oportet quòd fiat diuina per participationẽ, quæ eſt ſecundum gratiam.

Ad 2m dicendũ, quòd Chriſto, inquantũ eſt naturalis filius dei, debetur hereditas æterna, quæ eſt ipſa beatitudo increata, per increatum actum cognitionis & amoris dei, eundem .ſ. quo pater cognoſcit & amat ſeipſum, cuius actus anima capax non erat pp differentiã naturę. Vnde oportebat, quòd attingeret ad deũ per actũ fruitionis creatũ, qui quidẽ eſſe non põt niſi per gratiã. Similiter etiã, inquantũ eſt uerbũ dei, habuit facultatẽ oĩa bene operandi operatione diuina. ſed quia præter operationẽ diuinã oportet poni in eo operationẽ humanã (vt infra patebit*) oportuit in eo eſſe habitualem gratiã, per quam hmõi operatio in eo eſſet perfecta.

B

Ad 3m dicendũ, quòd humanitas Chriſti eſt inſtrumentũ diuinitatis, non quidẽ ſicut inſtrumentũ inanimatũ, quod nullo mõ agit, ſed ſolũ agitur, ſed tamq̃ inſtrumentũ animatum anima rationali, quod ita agit, quòd ẽt agitur. Et ideo ad conuenientiam actionis oportuit, eum habere gratiam habitualem.

C

### Articvlvs II.

*Vtrum in Chriſto fuerint uirtutes.*

Ad Secvndvm ſic proceditur. Videtur quòd in Chriſto non fuerint virtutes. Chriſtus .n. habuit abundantiam gratiæ: ſed gratia ſufficit ad omnia recte agendum, ſecundum illud 2. Corin. 12. Sufficit tibi gratia mea. Ergo in Chriſto nõ fuerunt virtutes.

D

¶ 2 Pręt. Secundum Philoſophum 7. Ethi.* virtus diuiditur cõtra quẽdam heroicum ſiue diuinum habitũ, qui attribuitur hominibus diuinis: hic autem maxime conuenit Chriſto. ergo Chriſtus non habuit virtutes, ſed aliquid altius virtute.

¶ 3 Pręt. Sicut in ſecunda parte dictũ eſt,† virtutes omnes ſimul habentur: ſed Chriſto non fuit conueniens habere omnes virtutes, ſicut patet de liberalitate & magnificentia, quæ habent actum ſuum circa diuitias, quas Chriſtus contẽpſit, ſecundũ illud Matth. 8. Filius hominis nõ habet vbi caput ſuũ reclinet: temperãtia etiã & continẽtia ſunt circa cõcupiſcentias prauas, quæ in Chriſto non fuerunt. ergo Chriſtus non habuit uirtutes.

E

Sed Contra eſt, quod ſuper illud Pſalm. 1. Sed in lege Domini

¶ *Super quæſtionem ſeptimam.*

In diuiſione quæſtionũ de gratia Chriſti aduerte, quòd tripliciter gratia in Chriſto ponitur, ſ. gratia vnionis, gratia ſingularis, & gratia capitalis. & quia gr̃a vnionis eſt ipſa cõiunctio perſonalis dei ad naturam humanam (de qua tractatum eſt) ideo Auctor dicit, quòd de ipſa tractatũ eſt, q̃uis non ſub nomine gratiæ, ſed rei q̃ eſt gratia, & propterea de aliis duabus tractandum eſt. (Quæſt. 2. articu. 11.)

¶ *Super Quæſtionis ſeptimæ Articulũ primum.*

Titulus artic. 1. intelligendus eſt, vt ſonat, ita quòd nõ oportet quòd ly gr̃a limitet' ad gratiam ſingularis hominis: quoniam ſtatim, vt dicetur, gratia habitualis ſufficienter exprimitur, quòd de pfectione animæ in ſeipſa ẽ quæſtio. habitus .n. eſt perfectio eius cuius eſt habitualis perfectio. Et ne idem ſæpius repetatur, hoc eodẽ mõ intelligendi ſunt tituli ſequẽtium articulorũ de virtutib', & donis. (In quæſt.)

¶ In corp. articuli eſt vnica concluſio reſponſiua quæſito affirmatiue, Neceſſe eſt ponere ĩ Chr̃o gratiam habitualem. Probat' tripliciter: primo, quia anima illa maxime ppinqua ẽ principio gratiæ. Secundo, quia anima illa nobiliſſimas operationes uidendi & amãdi deũ habet. Tertio, quia Chriſtus mediator gratiã in alios redũdantem habere debet. Vbi nota quòd ly neceſſe, in cõcluſione poſitum, nõ denotat neceſſitatem logicam, hoc eſt, quod impoſſibile oĩno eſt aliter ſe habere: quoniam non eſt hic quæſtio de tali neceſſitate, nec rõnes in litera allatæ ad hoc tendunt: ſed eſt ſermo de neceſſario ſcd̃m ordinem rebus conſonũ, ſeu ſecundum potentiã dei ordinatam, ita quòd impoſſibile eſt aliter ſe habere ſtante ordine a diuina ſapientia ſtatuto, ſicut dicimus in naturalib' neceſſariũ eſſe, quòd hõ fiat ab homine, & leo a leone, & in artificialibus, quòd domus fiat ab artifice, &c. & hoc cõcludũt rõnes literæ. Vtrũ aũt id quod in ſecũda ratione dr̃, ſcilicet quòd neceſſe eſt rõnalem creaturã per gratiã eleuari ad videndũ & amandũ deũ, dicat neceſſitatẽ ſimpliciter, nõ eſt præſentis propoſiti, cui ſat eſt, quòd dicat neceſſitatẽ ſm̃ ordinẽ rebus ſtatutũ & cõſonũ: ſic .n. animæ Chriſti conditiones exquirimus, & non ſemper de diuina omnipotentia diſſerimus. (3. diſt. 13. arti. 1. verit. q. 29. artic. 1. opuſc. 2. 21. Et 3. lect.)

¶ In eodẽ articulo circa rõnem tertiã dubiũ occurrit, quoniam q̃ſtio iſta tota propoſita eſt de gratia Chriſti, ſecundũ quòd eſt ſingularis hõ: ratio aũt iſta procedit de Chriſto, ſecũdũ quòd eſt caput aliorũ hominũ. diuertere igitur videtur a gratia ſingulari ad gratiam capitalem. (lib. 3. orth. fid. cap. 15. a medio.) (p. p. q. 43. artic. 6.) (D. 677.)

¶ Ad hoc dicit' primo, quòd quia alia eſt ratio medii, alia rõ capitis, ideo, quũ in litera ſit ſermo de Chriſto, ſm̃ quòd eſt mediator, nõ ſequit' quòd diuertatur ad Chriſtũ, ſm̃ quòd eſt caput. Dicitur ſecũdo, & melius quòd gratia Chriſti in ordine ad gen' humanum, ſiue ſecundũ ordinem mediatoris, ſiue capitis, ſiue aliquo alio ſi'li modo habet in ſe duo. primo eſt bonũ habentis, quoniam idoneum ac dignũ formal'r reddit ipſum, vt ſit mediator, vel caput &c. ſecundo eſt bonum aliorum, dum mediat, & influit &c. Et licet ſecũdo mõ ſpectet ad gratiã capitalẽ, primo tamẽ mõ ſpectat ad gratiã ſingularem. Et ppterea optime in litera cõcluditur ex effectu mediatiõis, vel influxus in alios eſſe habitũ in Chriſto dignificantẽ ipſum formaliter, & cõſtruentem in tali eminẽtia, vt ex ipſo in alios redũdet gratia. Cõſtat .n. bonitatẽ & dignitatem hãc magnũ eſſe bonum ſingularis hypoſtaſis, vel animæ: ſicut ſi ex neceſſitate illuminãdi alios, inferrẽ, quòd illud ĩ ſe valde lucidũ oportet eſſe. Nulla ergo eſt diuiſio, ſed gratia ſingularis ex effectu concluditur. (quæſt. 3. ar. 1. & 2.)

¶ *Super Quæſtionis ſeptimæ Articulũ ſecundum.*

In titulo 2. art. q. 7. aduerte, quòd quæſtio eſt de virtutibus, quę ſimpliciter vocantur virtutes, quales in philoſophia & in theologia ſimul ſũt morales, & rurſus in theologia ſũt theologales: hæ .n. bonũ faciunt habentem. Intellectuales autẽ virtutes non ſimpliciter bonũ, ſed ſm̃ intellectum faciunt hominẽ bonum: nõ .n. dicitur homo bonus ex hoc, quòd ẽ doctus, ſed ex hoc quòd iuſtus, temperat' fortis &c. Vnde de illis poſtea erit quæſtio, quũ .ſ. de ſcientia animæ Chriſti tractabitur. (q. 19. arti. 1.) (Infr. arti. 3. ad 1. Et q. 15. art. 2. c. Et 3. diſtin. 13. q. 1. ar. 1 cor.)

¶ In corpore artic. vnica eſt concluſio reſponſiua q̃ſito affirmatiue. Chriſtus oẽs virtutes habuit. Probat', gratia Chriſti fuit pfectiſſima, ergo ex ipſa proceſſerunt virtutes ad perficiendum ſingulas potẽtias animę, quantũ ad oẽs aĩæ actus. ergo Chriſt' habuit oẽs virtutes. Antecedens ſupponitur. Conſequẽtia prima quantum ad duo in ea contenta probatur, primum eſt, quòd ex gr̃a procedant virtutes, ſecd̃m eſt quòd ex perfectiſſima procedant virtutes ad perficiẽdum ad oẽs actus aĩæ. Primũ pbatur, Sicut gr̃a eſt in eſſentia aĩæ, ita virtus in potentia, ergo ſicut ab eſſentia fluũt potentiæ, ita a gr̃a virtutes. Secundũ vero probatur. (lib. 7. ethic. ĩ prin. to. 5.) (1. 2. q. 65. arti. 1. & 2.)

probatur, quia quanto aliquid principium eſt perfectius, tanto magis imprimit ſuos effectus.

¶ Nota hic circa ſenſum concluſionis, quod inferius explicandū reſtat, qūo cum hoc, ꝙ Chriſtus habuit oēs virtutes, ſtat quòd non habuerit virtutē fidei, nec ſpei. Et ſtat reſolutio in hoc, ꝙ Chriſtus habuit oēs virtutes nō ponētes ex ſui rōne defectū aliquē in aīa Chriſti, q̄ ſimul erat viator & cōprehenſor. Cetera huius rōnis diſcuſſa ſunt ſuperius, quū de gratia tractatum eſt.

glos. ordin. ibi ex Caſſiodoro.

p. 2. q. 110. art. 2. & 3.

¶ In reſponſione ad ſcd'm eiuſdē articuli habes ab Auctore ſolutionē illi' quæſtionis, An virt' heroica differat ſpecie a virtute cōmuniter dicta. hinc.n. aperte habes partem negatiuā, dum dr̄, ꝙ non differt niſi ſ'm perfectiorem modū. Eſt ergo excellentia heroica in mō, non in formali differentia ſita. Et hoc Auctor quaſi ꝑbat ex ſimili apud Plotinū. Vbi patet non eſſe differentiā formalē, ſed maioris & minoris perfectionis tm̄. Et cōſonat rationi fugienti ad inſtar naturę pluralitatē, vbi vnū ſufficit. Cōſtat .n. ꝙ ad actum fortitudinis, quātumcumq; celſum ſufficit fortitudinis latitudo: ſicut in naturalibus videmus, ꝙ ad quantūcumque illuminationis actū ſufficit latitudo luminis, & ad actum frigefactionis, latido frigoris, & ſic de aliis.

¶ In reſponſione ad tertium aduerte, ꝙ in virtutibus, quæ ſunt paſſionū moderatiuę (vt ſunt iſtæ, de quibus eſt ſermo hic) duo inueniri poſſunt. Primū eſt intus in aīa, & hoc eſt interior diſpoſitio appetitus humani, vt ſic ſit diſpoſitus, ne abduci poſſit a recto ꝑꝑ paſſiones, & hoc ē ſimpliciter neceſſariū haberi per virtutē. Et quo ad hoc oēs morales virtutes moderatiuę paſſionū optime ſaluant̄ in Chriſto, dū animū ſic habituatum intus habuit, tàm circa diuitias q̄ circa venerea, vt penitus abiecerit illa a ſe, ſ'm rectam rationē, & ideo ſumme in eo cōmendatur, & liberalitas & magnificentia, & temperantia. Secundū eſt quo ad actus exercitiū, & ſic non oportet Chriſtū oīs uirtutis proprio actu exteriori vti: qm̄ numquam fuit tēpus, quo cōueniens eſſet perſonæ ſuæ, ꝙ vteretur omnibus, ſed aliquibus tm̄. Numquam enim fuit tēpus vtendi magnificētia, quæ eſt circa magnos ſumptus, quia numquā fuit cōueniēs, vt eſſet diues, & haberet vnde magnos ſumptus faceret, qui quū eſſet dn̄s omniū factus eſt egenus ꝑꝑ nos. Et ideo in litera actu liberalitatis dr̄ vſus, nō autem actu magnificētiæ.

voluntas eius, dicit gloſ.* Hic oſtēditur Chriſtus plenus omni bono: ſed bona qualitas mentis eſt virt'. ergo Chriſtus fuit plen' oī virtute.

Respon. dicendum, ꝙ ſicut in 2. parte dictum eſt, *ſicut gratia reſpicit eſſentiam aīæ, ita virtus reſpicit potentiam eius. Vnde oportet, ꝙ ſicut potentię aīæ deriuantur ab eius eſſentia, ita virtutes ſint q̄dam deriuationes gratiæ. Quanto aūt aliquod principiū eſt perfecti', tanto magis imprimit ſuos effect'. Vnde cū gratia Chriſti fuerit perfectiſſima, conſequens eſt ꝙ ex ipſa proceſſerint virtutes ad perficiendum ſingulas potētias animę, quātum ad omnes animæ actus: & ita Chriſtus habuit omnes virtutes.

Ad primum ergo dicendū, ꝙ gratia ſufficit homini, quantū ad omnia, quibus ordinatur ad beatitudinē: horum tamen quædā perficit gratia immediate per ſeipſam, ſicut gratū facere deo, & alia huiuſmodi, quædā aūt mediantibus virtutibus, quæ ex gratia procedunt.

Ad 2m dicēdum, ꝙ habitus ille heroicus, vel diuinus, non differt a virtute cōmuniter dicta, niſi ſecundum perfectiorē modū, inquantū ſcilicet aliquis eſt diſpoſitus ad bonum quodā altiori modo, q̄ cōmuniter omnibus competat. Vnde per hoc non oſtenditur, quòd Chriſtus non habuerit uirtutes, ſed quòd habuerit eas perfectiſſime ultra communē modū. ſicut etiā Plotinus poſuit quendam ſublimē modum virtutū, quas eſſe dixit animi purgati.

Ad 3m dicendum, ꝙ liberalitas & magnificentia cōmendantur circa diuitias, inquantum aliquis non tm̄ appretiatur diuitias, ꝙ velit eas retinere, prætermittendo id quod fieri oportet. Ille aūt minime diuitias appretiatur, qui penitus eas cōtemnit, & abiicit ꝑꝑ perfectionis amorem. Et ideo in hoc ipſo, quòd Chriſtus oēs diuitias contempſit, oſtendit in ſe ſummū gradum liberalitatis & magnificentiæ: licet ēt liberalitatis actum exercuerit, ſ'm quòd ſibi cōueniens erat, faciendo pauperib' erogari, quæ ſibi dabantur. Vnde cum dominus Iudæ dixit, Ioan. 13. Quod facis, fac citius, diſcipuli intellexerunt dominum mandaſſe, quòd egenis aliquid daret. Concupiſcentias autem prauas Chriſtus omnino non habuit, ſicut infra patebit: † nec propter hoc tn̄ excluditur quin habuerit temperātiam, quæ tāto perfectior eſt in homine, quanto magis prauis concupiſcentiis caret. Vnde ſecundū Philoſophū 7. ethi. * tēperatus in hoc differt a continente, ꝙ temperatus non habet prauas cōcupiſcentias, quas cōtinens patitur. Vnde ſic accipiendo continentiam, ſicut Philoſophus accipit, ex hoc ipſo, ꝙ Chriſtus habuit omnem virtutem, non habuit continentiam, quę non eſt[d] virtus, ſed aliquid minus virtute.

† quæſt. 15. arti. 14.

*lib. 7. eth. c. 9. non remote a fin. tom. 5.

¶ In eadem reſponſione ad tertiū attēde, ꝙ caute Auctor loquitur negādo in Chriſto cōtinentiā, dum limitat continentiæ rationem ad Ariſt. vſum. nam ſumendo continētiæ nomen & rationem cōmuniori vſu, nihil ꝓhibet Chriſtū cōtinētē appellare.

## Articvlvs III.

### Vtrum in Chriſto fuerit fides.

AD tertium ſic proceditur. Videtur ꝙ in Chriſto fuerit fides. Fides enim eſt nobilior virtus, quàm virtutes morales, puta temperantia, & liberalitas. Huiuſmodi autem virtutes fuerunt in Chriſto, vt dictum eſt. * Multo ergo magis fuit in eo fides.

¶ 2 Præt. Chriſtus non docuit virtutes, quas ipſe non habuit, ſecundum illud Act. 1. Cœpit facere, & docere: ſed de Chriſto dr̄ Hebr. 12. quòd eſt auctor & conſumator fidei. ergo in eo maxime fuit fides.

¶ 3 Præt. Quicquid eſt imperfectionis excluditur a beatis: ſed ī beatis eſt fides, nā ſuper illud Roma. 1. Iuſtitia dei reuelatur in eo ex fide in fidem, dicit gloſ. † de fide verborū & ſpei in fidem rerum & ſpeciei. ergo videtur quòd etiam in Chriſto fuerit fides, cum nihil imperfectionis importet.

Sed contra eſt, quòd dicitur Hebr. 11. quòd fides eſt argumentum non apparentiū: ſed Chriſto nihil fuit non apparens, ſecundum illud, quod dixit ei Petrus, Io. vlt. Tu omnia noſti. ergo in Chriſto non fuit fides.

Respon. dicendum, quòd ſicut in Secunda parte dictum eſt,* obiectum fidei eſt res diuina non viſa. Habitus autem virtutis ſicut & quilibet alius recipit ſpeciem ab obiecto. Et ideo excluſo, ꝙ res diuina ſit non viſa, excluditur ratio fidei. Chriſtus autem a primo inſtāti ſue conceptionis plene vidit deum per eſſentiam, vt infra dicetur.* Vnde in eo fides eſſe non potuit.

Ad primum ergo dicendū, ꝙ fides eſt nobilior virtus virtutib' moralibus, quia eſt circa nobiliorē materiam: ſed tn̄ importat quendā defectum in comparatione ad illā materiam, qui defectus in Chriſto non fuit. Et ideo non potuit in eo eſſe fides, licet fuerint in eo virtutes morales, quæ in ſui ratione huiuſmodi defectum non important per cōparationē ad ſuas materias.

Ad 2m dicendum, ꝙ meritum fidei conſiſtit in hoc, quòd homo ex obedientia dei aſſentit illis, quæ non videt, ſecūdum illud Rom. 1. Ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius. Obedientiam autem ad deum pleniſſime habuit Chriſtus, ſecundum Philipp. 2. Factus eſt obediens vſque ad mortem. Et ſic nihil ad meritū pertinens docuit, quod ipſe excellentius non impleret.

Ad 3m dicēdum, ꝙ ſicut gloſſa ibidem dicit,* fides proprie eſt, qua creduntur quæ non uidentur: ſed fides, quę eſt rerū viſarum improprie[d] dicitur, & ſecundum quandā ſimilitudinem, quantum ad certitudinem, aut firmitatē adhæſionis.

D. 389.

Infra art. 4. cor. & art. 3. ad 2. & art. 9. ad 1. & 2. q. 65. art. 5. ad 3. & 3. diſt. 13. q. 1. art. 2. q. 1. ad 1. Et diſt. 26. art. 2. q. 3. Et verit. q. 29. art. 1. ad 15. Et art. 1. q. 4. art. ad 11.

* Art. præc.

D. 606.

*Auguſt. in lib. 2. quæſt. Euāg. q. 39. ſ principio to. 4.

† Gloſ. ordinar. ibid.

*2. 2. q. 1. arti. 4.

¶ Super Quæſtionis ſeptimæ Articulū tertium.

TItulus tertii articuli clarus ē de fide, quæ eſt virtus theologica, inquirēs an fuerit in Chriſto.

¶ In corpore articuli vnica eſt cōcluſio reſponſiua quæſito negatiue. In Chriſto non potuit eſſe fides. Probat̄, Obiectum fidei eſt res diuina non viſa. ergo excluſo, ꝙ res diuina ſit non viſa, non remanet ratio fidei. ergo in Chriſto nō potuit eē fides. Antecedēs ex priori patet lib. Prima conſequentia probatur, quia habitus virtutis recipit ſpeciē ab obiecto, ſicut ēt quilibet alius habitus. Secūda uero conſequētia ꝑbatur, qa Chriſtus ab inſtāti ſuæ cōceptionis plene vidit deum per eſſentiam.

¶ Sed occurrit ſtatim hic dubiū, quū obiectum habeat rationē materiæ circa quā uerſatur habitus, quo pacto ex defectu materiæ, circa quam pōt inferri defect' habit', quū cōtingat pauperem eſſe magnificum, & de Chriſto hoc iam affirmatū eſt, & tn̄ defectus diuitiarū, ſeu magnorū ſumptuū (circa quos eſt magnificentia) interuenit. Cur non pōt ſimiliter dici, ꝙ in Chriſto fuit fidei habitus, q̄uis defuerit illius materia, circa quam, ſ. res diuina nō apparens, ſicut fuit in eo magnificentia, q̄uis illius defuerit materia circa quam?

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ quàmuis materia, circa quā verſatur virtus & obiectum coincidere inueniātur, alia tn̄ eſt ratio formalis obiecti, & alia ratio propria materiæ. Et ideo ſi deficiat aliquid ſub



ratione materiæ, non propterea oportet deficere habitum; ſed ſi deficit ſub ratione formali obiecti, oportet habitus illius rationem formalē deficere. Et ſi impoſſibile fuit, & eſt obiectum aliquod formaliter locum habere reſpectu alicuius, impoſſibile quoque eſt, & fuit in illo locum habere habitum illū. In propoſito aūt totū oppoſitum inuenitur reſpectu magnificētiæ & fidei, quia reſpectu fidei, res, quę ſunt materia, quæ creduntur, inueniūtur apud intellectū Chriſti, vt trinitas, &c. ſed non ſub illa ratione formali qua creduntur, quia nō vt nō viſæ, quia huiuſmodi rō formalis ponit imperfectionem in Chriſti anima: & ideo nec fuit, nec eſſe potuit in Chriſto habitus fidei. Reſpectu aūt magnificentiæ, res q̄ ſunt materia magnificentiæ, vt diuitiæ, defuerunt, ſed ratio formalis earū, qūo ſcilicet, quando, vbi, ſicut pro quo &c. oportet, exponendæ eſſent nō deerat aīo Chriſti: quia hæc nullā imperfectionē ponit intus in anima eius, ſicut nec etiam defectus materiæ magnificētiæ redundabat in aliquam imperfectionē animæ. Et ideo optime ex defectu obiecti formalis defectus fidei concluſus eſt: ex defectu autē materię magnificētiæ nō ſequitur defectus magnificētiæ interioris.

¶ In reſpōſione ad ſecundum eiuſdem articuli, nota gloſſā aliā, quomodo oēs virtutes, includendo etiam fidem & ſpem, fuerunt in Chriſto ſcilicet quantum ad meritum: impleuit ſiquidē excellētius quicquid meritorii actus eſt, tàm credendo, quàm ſperando, quàmuis non eodem modo: quia non credendo, aut ſperando: ſicut quicquid cognoſcit ſenſus, cognoſcit intellectus, ſed non eodem modo.

¶ Super Quæſtionis ſeptimæ Articulum quartum.

TItulus clarus, de ſpe, quæ eſt virtus theologica quærens.

¶ In corpore arti. duo fiunt: primo, reſpōdetur quæſito negatiue, ſ. in Chriſto non fuit ſpes: ſecundo, ponit̄ differentia inter defectum fidei & defectū ſpei in Chriſto, quantum ad hoc, quod fides nullo modo fuit in Chriſto, ſpes aūt quantum ad ſecundario ſperata, in Chriſto fuit. Primum probatur ſic. Spes eſt de deo non habito vt obiecto. ergo in Chriſto non fuit ſpes. Antecedens probatur quo ad duo, ſ. & ꝙ ſpes ſit de non habito vt obiecto, & quòd ſit de deo non habito vt obiecto. Primum probatur ex proportionalitate fidei in aſſentiendo, & ſpei in expectando. Secundū etiam probatur ex conuenientia theologicarū virtutum: quia oēs ſunt de deo vt obiecto. Conſequentia autem probatur: quia Chriſtus ab initio cōceptionis ſuæ plene fruitionem diuinā habuit. Differentia aūt ſecundo loco propoſita inter fidem & ſpem in Chriſto declaratur, ponendo primo conuenientiam extenſiuā fidei & ſpei, quia ſcilicet vtraq; eſt de ſolo deo vt obiecto, & extenditur ad alia a deo ſecundario, & ſubiungendo deinde differentiam cum ſua ratione, quòd fides nec quantum ad principale creditum, nec quātum ad ſecundario credita, locū habet in Chriſto, quia hoc poneret imperfectionem cognitionis intus in anima Chriſti. Spes aūt quantum ad ſecundario tantū ſperata in Chriſto locum habuit, quia non omnia ſperata habebat actu a principio, ut patet, de immortalitate corporis, & eiuſdem gloria, quibus tamen carere nullā imperfectionem poſuit in aīa Chriſti: ſed ſpectat ad aſſūptionem defectuum corporalium, quos diſpenſatiue ob immenſam ſuam miſericordiam, pro nobis aſſumpſit.

¶ Occurrit hic ſtatim dubiū, an ſpes in Chriſto reſpectu ſecundario ſperatorum, fuerit habitus aliquis, an ſol' actus ſperandi, & an theologicus, an moralis ſiue actus, ſiue habitus fuerit. Et eſt rō dubii, qa nihil prohibet fuiſſe habitū, quin potius ſi non fuit habit', videtur quòd actus ille ſperandi fuit imperfectus, vtpote, natus elici per habitū (vt patet ī nobis) & de facto elicit' ſine habitu. Quòd ſit etiā theologicus, videtur ex eo ꝙ actus ſperādi reſpectu ſecundario ſperatorū ē ex ſuo gn̄re actus theologicus (ut patet in nobis) ergo ſi eſt ab habitu, oportet quòd ſit ab habitu qui virtus eſt theologica.

¶ In oppoſitum autem eſt, quia ſi ē habitus, oportet ꝙ ſit habitus ſpei, ſed nō eſt habitus ſpei, qa deficit ratio formalis obiecti, ergo. Et per idem patet, ꝙ non eſt habitus theologicus, quia ſcilicet non eſt virtus theologica quæ eſt ſpes. Et quòd etiā non ſit actus theologicus, apparet, quia deficiente ratione formali obiecti theologici, deficit quoque actus theologicus: ſed conſtat hic deeſſe rationem formalem obiecti theologici, quia non eſt hic deus non habitus. ergo actus ſperandi gloriam corporis, nō eſt actus theologicus: par ſiquidem ratio eſt actus & habitus, quo ad ſpecificari ex ratione formali obiecti, ita quòd ceſſante ratione obiecti, ceſſat ſpecificatio tàm habitus, quàm actus ex obiecto.

¶ Ad primum horum dicitur, quòd in Chriſto nullus fuit habitus ſpei reſpectu ſecundario ſperatorum, quia nullus habitus infuſus fuit in ipſo, quin ſimilis fuerit ī hominibus ſanctis, vel viatoribus, quum conſtet quòd etiam habitus gratiæ capitalis ſit ſecundum eſſentiam idem, quod habitus gratiæ (vt infra patebit) certum eſt autem, in nominibus non eſſe talem habitum ſpei diuerſum a ſpe virtute theologica. igitur nec in Chriſto fuit huiuſmodi habitus.

¶ Et quum obiicitur, quòd actus ſpei in Chriſto fuiſſet imperfectus ſine habitu, negatur. Et ad probationem, Omnis actus natus informari habitu, eſt ſine habitu imperfectus, reſpōdetur dupliciter, & vtroque modo bene. Primo, quòd iſta propoſitio nō eſt vera in actu, non omnino eiuſdem rationis, qualis eſt actus ſpei in Chriſto. Nam actus, quo ſperatur immortalitas & gloria corporis, nō eſt omnino eiuſdem rationis ex parte obiecti in nobis & Chriſto, quia in nobis habet rationem ardui gloria illa, in Chriſto autem nō. Et ratio eſt, quia habenti gloriā animæ, glo-ria

## Articvlvs IIII.

### Vtrum in Chriſto fuerit ſpes.

AD qvartvm ſic proceditur. Videtur quòd in Chriſto fuerit ſpes. Dicitur enim ī Pſal. 30. ex pſona Chriſti, In te domine ſperaui: ſed virtus ſpei eſt, qua homo ſperat in deum. Ergo virtus ſpei fuit in Chriſto.

¶ 2 Præt. Spes eſt expectatio futurę beatitudinis, vt in 2. parte habitū eſt: * ſed Chriſtus aliquid expectabat ad beatitudinem pertinens, videlicet gloriam corporis. ergo videtur quòd in eo fuerit ſpes.

¶ 3 Præt. Vnuſquiſque poteſt ſperare illud quod ad eius perfectionē pertinet, ſi ſit futurū: ſed aliquid erat futurū quod ad perfectionem Chriſti pertinet, ſcd'm illud Eph. 4. Ad conſumationem ſanctorum in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti. ergo videtur, ꝙ Chriſto competebat habere ſpem.

Sed contra eſt quod dicitur Roma. 8. Quod videt quis, quid ſperat? Et ſic patet, quòd ſicut fides eſt de nō viſis, ita & ſpes: ſed fides non fuit in Chriſto, ſicut dictum eſt.* ergo nec ſpes.

Respon. dicendum, ꝙ ſicut de ratione fidei eſt, ꝙ aliquis aſſentiat his, quæ non videt, ita de rōne ſpei eſt ꝙ aliquis expectet id quod nondum habet. Et ſicut fides, inquantum eſt virtus theologica, nō eſt de quocumque non viſo, ſed ſo-

Infra art. 6. ad 1. & art. 1. ad 2. & arti. 9. ad 1. Et 1. 2. q. 65. art. 5. ad 3. Et 2. 2. q. 18. art. 2. ad 1. Et 3. diſt. 26. q. 2. art. 5. q. 1. & diſtin. 36. art. 2. ad 3.

*2. 2. q. 17. art. 5. ad. 3.

*Arti. præc.

ria corporis paruũ quid eſt, & videtur. Secundo, quòd illa propoſitio nõ eſt vera, quãdo principiũ elicitiuum actus eſt melius diſpoſitũ ad actũ illum, quàm ſi eſſet habituatũ. Sic autem eſt in propoſito, quoniã uoluntas Chriſti fruens deo nõ in ſpe, ſed in re, eſt melius diſpoſita ad expectãdum ſecundario ſperata, quàm ſi haberet habitum ſpei, quanto certior & excellentior eſt res, q̃ ſpes. Quocirca expectatio, qua voluntas Chriſti fertur in ſecũdario ſperata, deficit a ratione actualis ſpei, & ex parte obiecti, & ex parte ſubiecti, & magis habet rationem deſiderii, quã ſpei. Nec mirũ, quia cũ ſpes ſit de genere imperfectorum, quãto minus ſpei habetur, tanto magis ab imperfecto receditur. Vtraq; reſpõſio clara ſit, ſi ad beatos aſpexeris, in quibus ſpes eſt, & nõ eſt ſicut in Chriſto: expectant enim corporis gloriam in mortalẽ.

Quæſt. 34. art. 4.

In corp. ar.

† p. 2. q. 4. arti. 6. & q. 67. arti. 4.

¶ Ad ſecundum dr̃, quòd actus põt dici theologicus dupliciter: vel ex parte elicitiui principii, vel ex parte prĩcipalis obiecti. Et quòd actualis illa ſpes corporis immortalis, licet ex parte elicitiui principii non ſit de facto actus theologic⁹ (qa nõ eſt actu a virtute theologica) eſt tamẽ quantum eſt ex ſuo genere actus, ſecundarius tamen virtutis theologicæ. Ex parte vero obiecti formaliter, eſt magis theologicus actus, quàm ſi eſſet a virtute theologica, qm̃ ſi eẽt a virtute theologica, ſcilicet ſpe, obiectũ formale eẽt deus habẽdus: quia in ordine ad deum habendum ſperam⁹ gloriam corporis. In Chriſto autem ſicut & in beatis ratio formalis obiecti eſt de⁹ habitus: hæc. n. ratio ſuccedit ſperato prĩcipali, quod formale obiectum eſt ſpei, ac per hoc reſpectu ſperatis Chriſti & beatorum loco obiecti formalis ſuę ſpei ſuccedere videtur, & cõſequenter actũ ſecũdarium ſpei remanẽtem magis theologicum reddit.

In corp. ar.

Iſa. 11. l. 2.

lum de deo, ita ẽt ſpes, ĩquãtum eſt virtus theologica, habet pro obiecto ipſum deũ, cuius fruitionẽ hõ principaliter expectat per ſpei virtutem: ſed ex conſequenti ille qui habet virtutem ſpei, põt ẽt in aliis diuinum auxiliũ expectare, ſicut & ille qui hẽt virtutem fidei, nõ ſolũ credit deo de rebus diuinis, ſed de quibuſcumq; aliis diuinit⁹ ſibi reuelatis. Chriſtus aũt a principio ſuę conceptionis plene habuit fruitionem diuinã (vt infra dicetur*) & iõ virtutem ſpei non habuit: habuit tamen ſpem reſpectu aliquorum, quæ nondum erat adeptus, licet nõ habuerit fidem reſpectu quorumcumq;: quia licet plene cognoſceret oĩa, per quod totaliter fides excludebatur ab eo, non tamẽ adhuc plene habebat omnia, quæ ad eius perfectionem pertinebant, puta immortalitatem, & gloriã corporis, quam poterat ſperare.

F G

Ad primvm ergo dicendũ, q̃ hoc non dicitur de Chriſto ſ̃m ſpem, quę eſt virtus theologica, ſed eo quòd quædam alia ſperauit nõdum habita, ſicut dictum eſt.* H

Ad 2m dicendum, q̃ gloria corporis non pertinet ad beatitudinẽ, ſicut ĩ quo principaliter beatitudo cõſiſtat, ſed per quandã redundantiã a gloria aĩæ, vt in 2. parte dictũ eſt.† Vnde ſpes ſecundũ q̃ eſt virtus theologica, non reſpicit beatitudinem corporis, ſed beatitudinẽ aĩæ, quæ in diuina fruitione conſiſtit.

Ad 3m dicendum, q̃ ædificatio Eccleſiæ per conuerſionem fideliũ, non pertinet ad perfectionem Chriſti, qua in ſe perfectus eſt: ſed ſecundum quòd alios ad participationẽ ſuæ pfectionis ĩducit. Et quia ſpes dicitur proprie reſpectu alicuius, quod expectatur ab ipſo ſperante habendum, non proprie poteſt dici, quòd virtus ſpei Chriſto, ratione inducta* conueniat. I

## Articvlvs V.

*Vtrum in Chriſto fuerint dona.*

K

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur quòd in Chriſto non fuerint dona. Sicut enim communiter dicitur, dona dantur in adiutorium virtutũ: ſed id, quod eſt in ſe perfectum, non indiget exteriori auxilio. Cum igitur in Chriſto fuerint virtutes perfectæ, videtur q̃ in eo non fuerint dona.

¶ 2 Præt. Non videtur eſſe eiuſdẽ dare dona & recipere, quia dare eſt habentis, accipere autẽ non habentis: ſed Chriſto cõuenit dare dona, ſcd̃m illud Pſal. 67. Dedit dona hominibus. ergo Chriſto non conuenit accipere dona Spiritusſancti.

¶ 3 Præt. Quatuor dona videntur pertinere ad contẽplationẽ viæ, ſ. ſapiẽtia, ſcientia, intellectus, & cõſilium, quod pertinet ad prudentiã, vnde & Philoſ. in 6. Ethi.* numerat iſta inter uirtutes ĩtellectuales: ſed Chriſtus habuit contẽplationẽ patriæ. Ergo non habuit hmõi dona.

Sed contra eſt, quod dicitur Iſa. 4. Apprehendẽt ſeptem mulieres uirum unum. Gloſ.* ideſt, ſeptem dona Spiritusſancti Chriſtũ.

Respon. dicendum, q̃ ſicut in 2. parte dictũ eſt, † dona proprie ſunt perfectiones quædam potentiarum animæ, ſecũdum quòd ſunt natæ moueri a Spiritusſancto. Manifeſtum eſt aũt, q̃ anima Chriſti perfectiſſime a ſpiritusſancto mouebatur, ſcd̃m illud Luc. 4. Ieſus autem plen⁹ Spiritusſancto regreſſus eſt a Iordane, & agebat̃ a ſpiritu in deſertum. Vnde manifeſtũ eſt, q̃ in Chriſto fuerunt excellentiſſime dona.

Ad primvm ergo dicendũ, q̃ illud, quod eſt perfectum ſecundum ordinem ſuæ naturæ, indiget adiuuari ab eo quod eſt altioris naturæ, ſicut homo, quantũcumque perfectus indiget adiuuari a deo. Et hoc mõ virtutes, quæ perficiunt potentias animæ, ſ̃m quòd ducuntur rõne, quantũcumq; ſint perfectæ, indigent adiuuari per dona, quæ perficiunt potentias aĩæ, ſcd̃m quòd ſunt motæ a ſpiritusſancto.

Ad 2m dicendum, q̃ Chriſtus non ſecundum idem eſt recipiens, & dãs dona Spiritusſancti, ſed dat, ſecundum q̃ homo. Vnde Greg. dicit ĩ 2. moral.* quòd Spiritusſanct⁹ humanitatem Chriſti numquã deſeruit, ex cui⁹ diuinitate procedit.

Ad 3m dicendum, q̃ in Chriſto non ſolum fuit cognitio patriæ, ſed etiã cognitio uiæ, ut infra dicetur.† Et tñ etiam in patria ſunt per aliquem modum dona Spiritusſancti, ut in 2. parte dictum eſt.*

## Articvlvs VI.

*Vtrum in Chriſto fuerit donũ timoris.*

Ad Sextvm ſic procedit̃. Videtur quòd in Chriſto nõ fuerit donum timoris. Spes enim uidetur potior, quàm timor. nam ſpei obiectum eſt bonum, timoris uero malum, vt in ſecunda parte habitum eſt.* ſed in Chriſto non fuit uirtus ſpei, ut ſupra habitum eſt.† Ergo etiam non fuit in eo donum timoris.

¶ Super Quæſtionis Septimæ Articulũ quintum.

*lib. 6. c. 3. & to. 5.

Titulus artic. 5. clarus eſt. ¶ In corpore articuli vnica eſt concluſio reſponſiua quæſito affirmatiue. In Chriſto fuerũt excellentiſſime dona. Probatur. Anima Chriſti pfectiſſime a Spiritusſancto mouebat̃, ergo in Chriſto fuerunt excellentiſſime dona. Antecedens probatur ex duplici auctoritate Euangelii. Conſequentia probatur ex quidditate donorũ, ſcilicet q̃ ſunt propriæ perfectiões potentiarum animæ, ſecundũ quòd ſunt natæ moueri a ſpiritusſancto.

*Gloſ. ibidem.

† P. 2. q. arti. 1.

¶ Super Quæſtionis ſeptimæ Articulũ ſextum.

Titulus clarus ẽ. ¶ In corpore articuli unica eſt concluſio reſponſiua q̃ſito, In Chriſto fuit timor dei, non reſpectu mali, ſed reſpectu eminentiæ dei præ ceteris hominibus. hæc concluſio in litera primũ declaratur quo ad terminos duos diſtinguendo duo obiecta timoris, ſ. malũ terribile, & eminentiam potentis inſligere malum. Quæ probatur: quia niſi eſſet eminens nõ timeretur. Deinde declaratur quid ſit in Chriſto iſte affectus timoris eminẽtiæ dicendo, quòd eſt affectus reuerẽtialis tantæ eminẽtiæ. Demũ pbatur, quo ad primam partem affirmatiuã auctoritate Apoſtoli ad Hebr. & quo ad cõparatiuã auctoritate Iſaię. Replebit eum ſpiritus timoris domini. ¶ Occurrit hic dubium circa timorem reuerentialem Chriſti, ex eo q̃ eminentia dei potentis inſligere

lib. 2. c. med.

† q. 34.

*p. 2. q. arti. 6.

Infra q. arti. 7. dist. 15. art. 2.

*p. 2. q. & 17.



gere malum, aut habitu rationem reuerendi, quatenus eminentia dei abſolute, aut quatenus eminentia eſt potẽtis inſligere malum. Non põt dici primum, tum quia eminentia dei, vt ſic, venerandum adorandumq; ſonat, non timendum, quum non dicat ordinem ad malum, tum quia expreſſe Auctor in artic. 1. q. 42. Primæ ſecundæ dixit, q̃ tàm deus, quàm quilibet alius potẽs, eſt obiectũ timoris, vt cauſa mali, ac per hoc deus obiectum timoris vt eminens, non abſolute, ſed ut eminentia eſt cauſatiua mali, intelligitur. Quod etiam in hac litera confirmatur, vbi eminentia ponitur ratio, quòd timeatur, quia ſuperatiua eſt ad cauſandum malũ. Nec põt dici ſecundum: quia Chriſtus nullũ malum pœnæ p culpa, aut ſeparationem a deo timebat, vt in litera dicitur. In idẽ autem redit timere malum aliquod, & timere potentiã inſlictiuam mali. Nec differunt niſi ſicut per ſe & per aliud, quia. ſ. malum per ſe timemus, potẽtiã aũt inſlictiuam per aliud, hoc eſt pter malum, quia in ordine ad poſſibile malum ab illa potentia timor inſurgit: vnde ſi ſubtrahat̃ ab eminenti potentia ordo ad malum, nulla reſtat ratio timoris. Et quia ſic fuit in Chriſto, quoniã certus, ac ſecur⁹ erat, quòd nullũ poterat a deo ſibi prouenire malũ fugiendum per donum timoris, conſequens eſt quòd nec reſpectu diuinę eminentiæ fuit in Chr̃o timor reuerẽtialis, nã timor reuerentialis quidã timor eſt. ¶ Ad hoc dicitur, q̃ pculdubio deus nõ eſt obiectum timoris, niſi in ordine ad malum: quia bonum non timetur niſi in ordine ad malum, quod eſt per ſe primo timoris obiectum. & ideo eminentia diuina in propoſito ponitur timoris obiectũ, non abſolute, ſed vt cauſa mali. Verum duplicẽ habet diuina eminẽtia ordinẽ ad malũ, vt cauſa ad effectum: primo abſolute, ſecundo ut ſubſtat diuinæ voluntati. Si cõſideretur diuina eminentia ſecundum ſuũ poſſe, quod habet ad cauſandum malũ, ſic proculdubio, timendi rationem retinet, quia ſ̃m ſe habet poſſe cauſare malũ. Si vero conſideretur diuina eminentia, vt ſtat ſub determinatione diuinæ voluntatis ad non cauſandum executiue malũ, ſic non habet rationẽ timendi, quia hæc conditio reddit creaturam ſecurã & certam de impoſſibilitate mali in effectũ. poteſt ergo diuina eminentia non ſolũ abſolute, quo mõ non eſt obiectum timoris, ſed vt cauſa mali abſtrahere a poſſibili executione mali, & ſic eſſe obiectum timoris abſque ordine ad malũ poſſibile euenire, ſed nõ poteſt vt cauſa mali abſtrahere ab hoc quòd ipſa ſecundum ſe eſt potens cauſare malum. Et quia ſic erat in Chriſto, ideo vtrumq; de Chriſto dicitur, ſcilicet, & quòd non erat in eo timor mali poſſibilis fugiendi, ſ. per donum timoris, & quòd erat in eo timor eminentiæ diuinæ potentis inſligere malum. Contemplãdo ſiquidem diuinam eminentiã, vt cauſam potentem, quantum ex ſe eſt inſligere malum, inſurgebat timor reuerentialis ad illam: quàmuis ſciendo eminentiam illam eſſe *cauſam determinatam ad non cauſandũ in ſe huiuſmodi malũ*, ſecurus eſſet abſque ſuſpitione quacumque huiuſmodi mali.

† art. 4. hui⁹ quæſt.

*Auguſt. in Can. Ioan. tract. 9. circa medium tomo. 9.

† q. 15. ar. 1. & 2.

† P. 1. q. 19. arti. 1.

A

¶ 2 Pręt. Dono timoris timet aliq̃s, vel ſeparationem a deo, quod pertinet ad timorem caſtum, vel puniri ab ipſo, quod pertinet ad timorẽ ſeruilem, vt Aug. dicit* ſuper Cano. Ioan. ſed Chriſtus non timuit ſeparari a deo per peccatum, neque etiam puniri ab eo propter ſuam culpã: quia impoſſibile erat ei peccare, ut infra dicetur.† Timor autẽ non eſt de impoſſibili. ergo in Chriſto non fuit donum timoris.

B

¶ 3 Præt. 1. Ioan. 4. dicitur, q̃ perfecta charitas foras mittit timorem: ſed in Chriſto fuit perfectiſſima charitas, ſecundum illud Ephe. 3. Supereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti. ergo in Chriſto non fuit donum timoris.

Sed Contra eſt, quod dicitur Iſaiæ 11. Replebit eum ſpiritus timoris domini. C

Respon. Dicendum, q̃ ſicut in 2. parte dictum eſt,* timor reſpicit duo obiecta, quorum unum eſt malum terribile, aliud eſt illud, cuius poteſtate malum põt inferri: ſicut aliquis timet regem, inquantũ habet occidendi poteſtatẽ. Non autem timeretur ille, qui põt nocere, niſi haberet quandam eminentiam poteſtatis, cui de facili reſiſti non poſſit: ea enim quæ in promptu habemus repellere, non timemus. Et ſic patet, q̃ aliquis nõ timetur, niſi propter ſuam eminentiam. Sic igitur dicendum eſt, q̃ in Chriſto fuit timor dei, nõ quidẽ ſecundũ quòd reſpicit malum ſeparationis a deo per culpã, neque etiam ſecundum q̃ reſpicit malum punitionis pro culpa, ſed ſecundum quòd reſpicit ipſam diuinam eminentiam, prout ſcilicet aĩa Chriſti quodam affectu reuerentię mouebatur in deũ a ſpiritusſancto acta. Vnde Hebr. 5. dicitur, quòd ĩ omnibus exauditus eſt pro ſua reuerentia. Hunc enim affectum reuerẽtiæ ad deum, Chriſtus ſ̃m q̃ homo, præ ceteris habuit pleniorem. Et ideo ei attribuit ſcriptura plenitudinem timoris dñi.

D

Ad primvm ergo dicendũ, q̃ habitus virtutum & donorum, proprie & per ſe reſpiciunt bonũ, malum aũt ex conſequẽti. Pertinet enim ad rationẽ virtutis, vt opus bonum reddat, ut in 2. Ethi.* dicit̃. Et ideo de ratione doni timoris nõ eſt illud malum, qd̃ reſpicit timor, ſed eminentia illius boni, ſcilicet diuini, cuius poteſtate aliquod malum inſligi poteſt: ſed ſpes, ſecũdũ q̃ uirtus eſt, reſpicit non ſolũ actorem boni, ſed etiã ipſum bonum, inquantum eſt non habitũ. Et ideo Chriſto, qui iam habebat perfectũ beatitudinis bonum, non attribuitur virtus ſpei, ſed donũ timoris.

Ad 2m dicendum, q̃ ratio illa procedit de timore, ſecundũ quòd reſpicit obiectũ, quod eſt malum.

Ad 3m dicendum, quòd perfecta charitas foras mittit timorem ſeruilem, qui reſpicit principaliter pœnam: ſic autem timor non fuit in Chriſto.

## Articvlvs VII.

*Vtrum in Chriſto fuerint gratiæ gratis datæ.*

Ad setpimvm ſic pcedit̃. Videt̃ quòd in Chriſto nõ fuerint gratiæ gratis datæ. Ei enim qui habet aliquid ſecundum plenitudi

¶ Et per hæc patet ſolutio obiectorũ, & quòd omnia conſonant.

¶ In reſponſione ad primũ eiuſdem articuli ſexti, ſi diſtinctionẽ iam dictã de duplici ordine cauſæ ad effectum, applicueris ad literã videbis differẽtiam, inter timoris donũ, & ſpei virtutem in litera poſitã. Habet ſiquidem actor, ſiue boni, ſiue mali duplicem ordinem ad ſuum effectum: primo ſecundũ ſe pro quanto eſt potens cauſare bonũ, ſiue malum etiã mihi: ſecundo, vt præparatus eſt ad executionẽ boni, uel mali. Tunc autem tantum timetur malũ, vel ſperatur bonũ ex actore, quando vterque ordo interuenit, quando autẽ primus tantũ, tunc actor tm̃ reſpicit̃. ¶ In litera igit̃ ponitur differẽtia inter virtutem ſpei et donum timoris, in hoc q̃ ſpes eſt reſpectu boni in executione & reſpectu actoris boni vtroque modo: timor vero nõ eſt reſpectu mali, nec reſpectu actoris vt executiui, ſed reſpectu actoris potentis ſecundum ſe malum cauſare. Et ratio redditur in litera ex cõmuni ratione doni & virtutis, quia ſcilicet cõmune eſt virtuti & dono per ſe primo reſpicere bonũ, q̃a virtus primo bonũ facit. Hinc enim ſequitur, quòd ſpes, quæ non ſolum inquãtum donũ, ſed ſecundũ propriã rõnem ſpei directe reſpicit bonũ, oĩa quæ conuenire nata ſunt ſpei, retineat, ac per hoc q̃ ſit boni habendi, ſeu non habiti. Timor aũt, quia ſecundum propriã rationem timoris directe reſpicit malũ, ſed quatenus eleuatus eſt in celſitudinem doni, proprie & per ſe reſpicit bonum, non retinet ea quæ ſe tenent ex parte mali, ſed ad id, quod ſe tenet ex parte boni, tendit. Et ideo minimum retinuit de aſpectu ad malum, timoris donum in Chriſto, dum in ſolum tendebat actorẽ mali, non vt executiuũ, ſed vt in ſe potentem cauſare malũ. Quo fit, vt virtus ſpei in Chriſto non fuerit, vpote, ponens deum non haberi ab anima Chriſti, timoris autem donũ in eo fuerit, utpote, ſolum reuerentiam actoris mali ponens in Chriſti anima.

lib. 2. ethic. c. 6. in prin. tom. 5.

E

1. cõt. c. 154 fin. Et veri. q. 27. art. 1. & 5. cor. Et opuſc. 3. ca. 221. Et Ro. 1. lect. 3. Et Ephe. 1. lect. 2.

¶ *Super Quæſtionis ſeptimæ Articulum ſeptimum.*

Titulus articuli ſeptimi, vt ſonat intelligitur. ¶ In corpore vnica eſt concluſio reſponſiua quæſito affirmatiue. In Chriſto fuerunt excellentiſſime omnes gratiæ gratis datæ. Probatur, Oportet eum, qui docet, habere ea per quæ ſua doctrina

F nem, nõ competit illud habere ſecundum participationẽ: ſed Chriſtus habuit gratiam ſecundũ plenitudinem, ſecundum illud Ioan. 1. Plenum gratiæ & veritatis. Gratiæ autẽ gratis datæ videntur eſſe quædam participatiões diuiſim, & particulariter diuerſis attributæ, ſcdm illud 1. ad Corin. 12. Diuiſiones gratiarum ſunt. ergo vr̃ ꝙ in Chriſto non fuerint gratiæ gratis datæ.

¶ 2 Præt. Quod debetur alicui, non videtur eſſe gratis ei datũ: ſed debitum erat homini Chriſto, quòd ſermone ſapiẽtiæ, & ſcientiæ abundaret, & potẽs eſſet in uirtutibus faciẽdis, & in aliis huiuſmodi, quę pertinent ad gratias gratis datas, cum ipſe ſit dei virtus & dei ſapiẽtia, vt dicitur 1. ad Corinth. 1. ergo Chriſto non fuit cõueniẽs habere gratias gratis datas.

¶ 3 Præt. Gratiæ gratis datæ ordinantur ad vtilitatem fideliũ, ſecundum illud 1. Cor. 12. Vnicuiq; datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem: non aũt videtur ad vtilitatem aliorum ꝑtinere habitus, aut quæcumq; diſpoſitio, ſi homo nõ vtat̃, ſecundum illud Eccl. 10. Sapientia abſcondita & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſque? Chriſtus aũt non legit̃ uſus omnibus gratiis gratis datis, pręſertim quantum ad genera linguarũ. nõ ergo ĩ Chriſto fuerunt omnes gratiæ gratis datæ.

SED CONTRA eſt, ꝙ Aug. dicit in epiſtola ad Dardanũ, *quòd ſicut in capite ſunt oẽs ſenſus, ita in Chriſto fuerunt omnes gratiæ.

*Epiſto. 57. declinando uer. ſi. to. 2.

RESPON. Dicendũ, ꝙ ſicut in 2. parte habitum eſt,* gratiæ gratis datæ ordinãtur ad fidei & ſpiritualis doctrinę manifeſtationem: oportet enim eum, qui docet habere ea, per quę ſua doctrina manifeſtetur, aliàs ſua doctrina eſſet inutilis. Spiritualis aũt doctrinæ & fidei, prim⁹ & principalis doctor eſt Chriſtus, ſecundum illud Hebr. 2. Cũ initium accepiſſet enarrari per dominum, per eos, qui audierunt, in nos cõfirmata eſt, cõteſtante deo ſignis & portentis &c. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ in Chriſto excellẽtiſſime fuerunt oẽs gratiæ gratis datæ, ſicut in primo & principali fidei doctore.

P. 2. q. 11.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ſicut gratia gratũ faciens, ordinat̃ ad actus meritorios tàm interiores q̃ exteriores, ita gratia gratis data ordinatur ad quoſdã actus exteriores, fidei manifeſtatiuos, ſicut eſt operatio miraculorũ & alia hmõi. In vtraq; aũt gratia Chriſtus plenitudinẽ habuit: inquantũ enim diuinitati vnita erat eius anima, plenã efficaciã habebat ad oẽs prædictos actus perficiendos: ſed alii ſancti, qui mouetur a deo ſicut inſtrumẽta non vnita, ſed ſeparata, particulariter efficaciam recipiunt ad hos, uel ad illos actus perficiendos. Et ideo in aliis ſanctis huiuſmodi gratiæ diuiduntur, non aũt in Chriſto.

ÆD 2m dicendum, ꝙ Chriſtus dicitur dei virtus, & dei ſapientia, inquantum eſt æternus dei filius: ſic autem nõ competit ſibi habere G gratiam, ſed eſſe potius datorẽ gratię: competit autẽ ſibi habere gratiam, ſecundum humanam naturã.

AD 3m dicendum, ꝙ donũ linguarum datum eſt apoſtolis, quia mittebantur ad docendas oẽs gentes. Chriſtus aũt in una ſola gente Iudæorum voluit perſonaliter prędicare, ſecundũ ꝙ ipſe dicit Matth. 15. Non ſum miſſus niſi ad oues, q̃ perierunt domus Iſrael. Et Apoſt. dicit Rom. 15. Dico Chriſtũ Ieſum H miniſtrum fuiſſe circunciſionis. Et ideo non oportuit, ꝙ loqueret̃ pluribus linguis: nec tñ defuit ei omnium linguarũ notitia, cum ẽt occulta cordium ei nõ eſſent abſcondita (vt infra dicetur*) quorũ voces quęcumq; ſunt ſigna: nec tñ inutiliter hanc notitiã habuit, ſicut non inutiliter habet habitũ, qui eo non vtitur, quando non eſt opportunũ.

*quæſt. artic.

ARTICVLVS VIII.

*Vtrum in Chriſto fuerit prophetia.*

I AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur ꝙ in Chriſto nõ fuerit prophetia. Prophetia enim importat quandam obſcuram & imperfectam notitiã, ſecundũ illud Numeri. 12. Si quis fuerit ĩter vos propheta domini, per ſomnium aut in viſione loquar ad eum: ſed Chriſtus habuit plenam & apertam notitiã multo magis q̃ Moyſes, de quo ibi ſubditur, quòd palam & non per ænigmata videt deum. Non ergo in Chriſto debet poni prophetia.

¶ 2 Præt. Sicut fides eſt eorũ, quæ K non videntur, & ſpes eorum, quæ non habent̃, ita prophetia eſt eorũ, quę non ſunt præſentia, ſed diſtant, nã propheta dr̃ quaſi procul fans: ſed in Chriſto non ponit̃ fides nec ſpes, ut ſupra dictũ eſt.* Ergo prophetia ẽt nõ debet poni in Chriſto.

¶ 3 Præt. Propheta eſt inferioris ordinis, q̃ Angelus, vnde & de Moyſe, qui fuit ſupremus prophetarũ (vt in 2. parte dictum eſt*) dr̃ Act. 7. quòd locutus eſt cum Angelo in ſolitudine: ſed Chriſtus non eſt

doctrina manifeſtetur. ergo oportet in Chriſto excellentiſſime fuiſſe omnes grãs gratis datas. Antecedens probatur, quia alias ſua doctrina eſſet inutilis. Conſequentia vero probatur, quia Chriſtus eſt primus & principalis doctor fidei, & gratiæ gratis datę ſunt ea, per quæ fidei ſpiritualiſq; doctrina manifeſtatur.

¶ Vbi nota, quòd Chriſt⁹ dicitur primus & principalis fidei doctor, vel qa perſona illa habet etiam tempore primatum in docẽdo, vel quia non obumbratæ, ſed reuelatæ fidei doctor primus tẽpore & principalis auctoritate fuit Chriſtus ſecundum quòd homo, prout de ipſo ẽ ſermo hic. Et hoc auctoritati Apoſtoli ad Hebr. 2. conſonat, ubi ſalus initium manifeſtæ narrationis a Chriſto, ĩ quo deus nouiſſime locut⁹ ẽ, ſumpſiſſe dicitur.

¶ Super hoc autẽ, quòd Chriſtus eſt primus, ac principalis doctor, fundatur conſequentia, non ſolum gratiarum, ſed etiam excellentiſſimo modo gratiarum in Chriſto. Decet enim primum ac præcipuũ doctorem excellentius aliis ſe habere in doctrina, & requiſitis ad illã, propter quod in litera ĩ calce corporis, huius ſequelæ ratio tãgitur dicẽdo. Sicut in primo & principali fidei doctore.

¶ In reſponſione ad primũ eiuſdem ſeptimi articuli, cum legis differentiã inter Chriſtũ & alios ſanctos, in hoc ꝙ in aliis ſanctis gratiæ gratis datæ diuiduntur, nòn autẽ in Chriſto intellige non de diuerſitate, & vnitate, quaſi in Chriſto omnes gratiæ gratis datæ ſint vna gratia, in aliis vero ſãctis alia ſit gratia ꝓphetiæ, alia gratia ſanitatum, ala gratia miraculorũ, &c. quoniam ſicut uirtutes infuſæ, quæ ſpectãt ad gratiam gratum facientem, multiplicantur in Chriſto, ſicut in aliis ſanctis, & non omnes virtutes ĩ Chriſto ſũt vna virtus, ita multiplicãtur tã ĩ Chriſto, q̃ aliis ſãctis gratię gratis datæ: ſed itellige de diuiſione totius & partiũ, hoc eſt ꝙ in Chriſto fuit tota plenitudo gratiarum gratis datarum, in aliis vero ſãctis fuit partialiter, qa uni ſancto vna gratia, & alteri alia, iuxta doctrinam Apoſtoli. Et rurſus vni ſancto talis gratia (puta prophetiæ, aut miraculorum ſecundum talem menſuram) in Chriſto autem tota plenitudo &c. Et ratio aſſignatur ĩ litera, quia humanitas Chriſti erat organum coniunctum diuinitati, alii vero ſancti mouentur a deo ut inſtrumẽta ſeparata, quod ſi plenius non intelligis, vide vltra prius dicta, in quarto contra Gentiles cap. 14.

*¶ Super Quæſtionis ſeptimæ Articulũ octauum.*

TItulus octaui articuli intelligitur, vt ſonat.

Infra q. arti. 2. 5. 2. q. 174. 5. Et 44. Et 1. Et lect. 6. Corint. lect. 1.

¶ In corpore articuli vna eſt concluſio reſponſiua quæſito affirmatiue, ſcilicet, in Chriſto fuit prophetia. Probatur Chriſt⁹ fuit nõ ſolum comprehenſor, ſed viator, & cognoſcebat, ac dicebat quæ procul ab aliorum erant notitia. ergo fuit propheta. Conſequentia probatur, quia ad prophetiam requiritur, quòd cognita ſint procul ab aliis, cum quibus cognoſcens & annuntiãs eſt: quod probatur ex differentia ſecũdum locum & ſecundum tempus, & conſequenter ex differẽtia inter pure comprehenſores & viatores.

† Artic. 4. huius.

¶ Vbi nota primo ex libro præcedenti quæſt. 173. arti. 1. & ex quæſt. 174. art. 5. quòd

2. 2. q. arti. 4.



minoratus ab angelis ſecundum notitiam animæ, ſed ſolum ſecundum corporis paſſionem, vt habetur Heb. 2. ergo videtur quòd Chriſtus non fuit Propheta.

SED CONTRA eſt, quòd de eo prędicitur Deute. 18. Prophetam ſuſcitabit vobis deus de fratribus veſtris. Et ipſe de ſe dicit Matth. 13. & Ioan. 4. Non eſt Propheta ſine honore, niſi ĩ patria ſua.

RESPON. Dicendum, quòd Propheta dicitur quaſi ꝓcul fans, vel procul videns: inquantum. ſ. cognoſcit & loquitur ea, quæ ſunt procul ab hominum ſenſibus: ſicut etiam Auguſt. dicit 16. contra Fauſtum.* Eſt autem conſiderandum, quòd non poteſt dici aliquis Propheta ex hoc, quòd cognoſcit & annuntiat ea quæ ſunt alijs procul, cum quibus ipſe non eſt. Et hoc manifeſtum eſt ſecundum locum, & ſecũdum tempus: ſi enim aliquis in Gallia exiſtens, cognoſceret & annuntiaret alijs in Gallia exiſtentibus ea, quæ tunc in Syria agerentur, propheticum eſſet: ſicut Heliſæus ad Giezi dixit, 4. Regũ. 5. quomodo vir deſcẽderat de curru, & occurrerat ei. Si vero aliquis in Syria exiſtens, ea quæ ſunt ibi annuntiaret, non eſſet propheticum. Et idem apparet ſecundum tempus. Propheticum enim fuit quod Iſaias prænuntiauit, quòd Cyrus rex Perſarum templum dei eſſet reædificatur*, vt patet Iſa. 44. Non autem fuit propheticum, ꝙ Eſdras hoc ſcripſit, cuius tempore factum eſt. Si igitur deus aut angeli, vel etiam beati cognoſcunt & annuntiant ea, quæ ſunt procul a noſtra notitia, hoc non pertinet ad prophetiam: quia in nullo noſtrum ſtatum attingunt. Chriſtus autem ante paſſionem noſtrum ſtatum attingebat, inquantum non ſolum erat comprehenſor, ſed etiã viator. Et ideo propheticum erat, quòd ea quæ erant procul ab aliorum viatorum notitia, & cognoſcebat & annuntiabat. Et hac rõne dicitur in eo fuiſſe[d] prophetia.

*lib. 16. ca. 18. tom. 6.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ per illa verba non oſtẽditur eſſe de ratione prophetiæ[d] ænigmatica cognitio, quæ ſcilicet eſt per ſomnium & in viſione: ſed oſtenditur comparatio aliorum prophetarũ, qui per ſomniũ & in viſionę perceperunt diuina, ad Moyſen, qui palam & non per ænigmata deum vidit, qui propheta eſt dictus, ſecundum illud Deut. vlti. Non ſurrexit vltra propheta in Iſrael, ſicut Moyſes. Poteſt tamẽ dici, quòd etſi Chriſtus habuit plenam & apertam notitiam, quãtum ad partem intellectiuã: habuit tamen in par- B te imaginatiua quaſdam ſimilitudines, in quibus etiam poterat ſpeculari diuina, inquantum non ſolum erat comprehenſor, ſed etiam viator.

AD 2m dicendum, quòd fides eſt eorum, quæ non videntur ab ipſo credente, & ſimiliter ſpes eſt eorum, quæ non habentur ab ipſo ſperante: ſed prophetia eſt eorum quæ ſunt procul a communi hominum ſenſu, cum quibus propheta conuerſatur, & communicat in C ſtatu viæ: et ideo fides & ſpes repugnant perfectioni beatitudinis Chriſti: non autem prophetia.

AD 3m dicendum, quòd angelus cum ſit comprehenſor, eſt ſupra prophetam, qui eſt purus viator, non autẽ ſupra Chriſtũ, qui fuit ſimul viator & cõprehenſor.

ARTICVLVS IX.

*Vtrum in Chriſto fuerit plenitudo gratiæ.*

AD NONVM ſic proceditur. D Videtur ꝙ non fuerit in Chriſto gratię plenitudo. A gratia enim deriuantur virtutes, vt in ſecunda parte dictum eſt.* ſed in Chriſto non fuerunt omnes virtutes: non enim fuit in eo fides neq; ſpes, vt oſtenſum eſt.† ergo in Chriſto nõ fuit gratiæ plenitudo.

¶ 2 Præt. Sicut patet ex his, quæ in ſecunda parte dicta ſunt,* gratia diuiditur in operantem & cooperantem; operans autem gratia dicitur, per quam iuſtificatur impi⁹, quod quidem non habuit locum in Chriſto, qui numquam ſubiacuit alicui peccato. ergo in Chri- E ſto non fuit plenitudo gratię.

¶ 3 Præt. Iac. 1. dicitur, Omne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt deſcendens a Patre luminum: ſed quod deſcendit, habetur particulariter & non plene. ergo nulla creatura, nec etiam anima Chriſti poteſt habere plenitudinem donorum gratiæ.

Infr. ar. 10. & 12 c. & 3 diſ. 13. q. 1. ar. 2. q. 1. & diſ. 15. q. 1. art. 2. ad 5. Et op. 3. c. 221. Et op. 60. c. 3.
*P. 2. q. 110 art. 4. ad 1.
† Art. 3. & 4.
*P. 2. q. 111 art. 2.

quòd cognitio prophetica dupliciter ſortitur eſſe procul, ſ. vel ex parte cognitionis (& penes hoc diſtinguitur cognitio prophetica communiter dicta, a viſione dei per eſſentiam) vel ex parte cognoſcentis, & penes hoc diſtinguitur prophetia Moyſi & Chriſti a cognitione beatorum, quoniam beati non ſunt procul, quia comprehẽſores tantum. Moyſes autem fuit ſimpliciter viator, Chriſtus vero comprehenſor & viator, & propterea Auctor hoc in loco ꝓphetiam in Chriſto inueſtigat, & concludit ex parte cognoſcentis, quia. ſ. Chriſt⁹ erat viator.

¶ Nota ſecundo nouitie, quòd ꝓbatio literæ ſecundum locum & tempus, repetitione eiuſdem loci, & ſimiliter temporis reſpectu dicẽtis & aliorum eget, ita quòd in exemplo de loco ad partem negatiuam, ſ. Si vero aliquis in Syria exiſtens, ea quæ ſunt ibi annuntiaret, ſubaudi, exiſtentibus in Gallia, cum quibus non eſt, a quibus tamen procul ſunt geſta in Syria, non eſſet propheticum: alioquin ſcribentes literas ex Syria de geſtis ibi, eſſent prophetæ. Et ſimiliter in exemplo de tempore, nõ fuit propheticum, ꝙ Eſdras ſcripſit poſteris, cum quibus non fuit, & a quib⁹ procul fuit, ædificationem templi: alioquin omnes hiſtorici eſſent prophetæ. Exigitur ergo ad prophetam vtriuſq; ſimul concurſus cõditionis, ſ. ꝙ cognoſcat ea quæ ſunt ꝓcul ab alijs, cum quibus ipſe eſt: & ideo nec deus nec ſancti, aut angeli ſunt prophetæ, ſed viatores.

¶ Nota tertio, ꝙ duplici ratione Chriſtus inquantũ viator, poteſt dici propheta. Primo, vt ly inquantum viator, denotet conditionem tam cognitionis, quàm cognoſcẽtis: quia. ſ. prophetia conuenit Chriſto ratione cognitionis ſpectãtis ad viã, ſiue intellectu, ſiue imaginatiua (vt dicitur hic in reſponſione ſecũda ad primum) & conuenit ſibi ratione condi- A tionis cognoſcentis, quia erat viator. Secundo, vt ly inquantũ viator, denotet conditionem cognoſcentis tantum, ita quòd Chriſtus quacũq; creata cognitione nouerit occulta alijs propheta eſt: quia cognitio illa viatoris eſt, quamuis non inquantum viator eſt, ſibi conueniat. Nec propterea ſequitur, Chriſt⁹ ratione cognitionis comprehenſiuæ eſt propheta. ergo inquantum comprehenſor eſt propheta: quoniam ratione cognitionis cõprehenſiuæ, non in quocũq;, ſed in viatore eſt propheta Chriſtus. Valeret autem, ſi ratione cognitionis cõprehenſiuæ abſolute Chriſtus eſſet propheta, quod non dicimus. Et ad hoc tendit reſpõſio prima ad primum cum toto corpore arti. dum de cognitionis conditione nulla eſt cura: ſed de conditione cognoſcentis.

D. 1062. D. 1066.

¶ Nota nouitie q̃rto, quòd cum dicitur, Chriſtus, inquãtum viator, eſt propheta, ly inquatum, non reduplicatiue tenetur: alioquin omnis viator eſſet propheta, ſed ſpecificatiue, quoniã denotat conditionem in Chriſto, qua ſuſcipit prædicationẽ prophetæ. Eſt enim propheta, quia eſt viator: ſicut Sortes eſt criſpus, inquantũ capillatus: quia criſpitudinem habet non niſi quia capillatus.

*¶ Super Quæſtionis ſeptimæ Articulum nonum.*

TItulus articuli noni ab Auctore in principio corporis declaratur, ꝙ plenitudo importat totalitatem & perfectionem, ita quòd habere gratiæ plenitudinem, eſt habere gratiam totaliter & perfecte. Et quia totaliter & ꝑfecte dupliciter inuenitur, vel ĩ genere aliquo, vel ſimpliciter, intellige hic, quòd eſt ſermo de totalitate & perfectione ſimpliciter, ita ꝙ quæſtio eſt, an in Chriſto fuerit gratiæ plenitudo ſimpliciter.

¶ In corpore articuli tria fiunt: primo declarant̃ termini & diſtin-

Sᴇᴅ ᴄᴏɴᴛʀᴀ eſt, quòd dicitur Ioan. 1. Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis.

Rᴇsᴘᴏɴ. Dicendum, quòd plene dicitur haberi, quod perfecte & totaliter habetur. Totalitas autem & perfectio poteſt attendi dupliciter. Vno modo, quãtum ad quantitatem eius intenſiuam: puta ſi dicam aliquem plene habere G albedinem, ſi habeat eam, quantumcumque nata eſt haberi. Alio modo ſecundum virtutem: puta ſi aliquis dicatur plene habere vitã: quia habet eam ſecundum omnes effectus vel opera vitæ, & ſic habet plene vitam homo, non autem brutum animal, vel planta. Vtroque autem modo Chriſtus habuit gratiæ plenitudinem. Primo quidem, quia habuit eam in ſummo ſecundum perfectiſſimum mo H dum, quo haberi poteſt. Et hoc quidem apparet, primo ex propinquitate animæ Chriſti ad cauſam gratiæ: dictum eſt* enim, ꝙ quanto aliquod receptiuum propinquius eſt cauſæ influenti, tanto abundantius recipit. Et ideo anima Chriſti, quæ propinquius coniungitur Deo inter omnes creaturas rationales, maximam recipit influentiam gratiæ eius. Secundo ex comparatione eius ad effectum. ſic enim recipiebat anima Chriſti I gratiam, vt ex ea quodammodo transfunderetur in alios. Et ideo oportuit, ꝙ haberet maximam gratiam: ſicut ignis, qui eſt cauſa caloris in omnibus calidis, eſt maxime calidus. Similiter etiam quantum ad virtutem gratiæ plene habuit gratiam: quia habuit eam ad omnes operationes vel effectus gratię. Et hoc ideo, quia conferebatur ei gratia tãquàm cuidam vniuerſali principio in genere habẽtium gratiam. Virtus autem primi principij alicuius generis vniuerſaliter ſe extendit ad omnes effectus illius generis: ſicut ſol, qui eſt vniuerſalis cauſa generatiõis (vt Diony. dicit 4. cap. de Diui. nomi.*) eius virtus ſe extendit ad omnia, quæ ſub generatione cadunt. Et ſic G ſecunda plenitudo gratiæ extenditur in Chriſto, inquantum ſe extendit eius gratia ad omnes gratiæ effectus, qui ſunt virtutes & dona, & alia huiuſmodi.

Aᴅ ᴘʀɪᴍᴠᴍ ergo dicendum, ꝙ fides & ſpes nominant effectus gratiæ in quodam defectu, qui eſt ex parte recipiẽtis gratiam, inquantum ſcilicet, fides eſt de nõ viſis, & ſpes de non habitis. Vnde non oportet, ꝙ in Chriſto, qui eſt actor gratię, fuerint defectus, quos H important fides & ſpes: ſed quicquid eſt perfectionis in fide & ſpe, in Chriſto eſt multo perfectius: ſicut in igne non ſunt omnes modi caloris defectiui ex defectu ſubiecti, ſed quicquid pertinet ad perfectionem caloris.

Aᴅ 2ᵐ dicendum, ꝙ ad gratiã operantem per ſe, pertinet facere iuſtum: ſed quòd iuſtum faciat ex impio, hoc accidit ei ex parte ſubiecti, ĩ quo peccatum inuenitur. Anima Chriſti igitur iuſtificata eſt I per gratiam operantem, inquantũ per eam facta eſt iuſta & ſancta a principio ſuæ conceptionis, non quòd ante fuerit peccatrix, aut etiam non iuſta.

Aᴅ 3ᵐ dicendum, quòd plenitudo gratiæ attribuitur animæ Chriſti ſecũdum capacitatem creaturæ: non autem per comparationem ad plenitudinem infinitam bonitatis diuinæ.

diſtinguuntur: ſecundo reſpondetur vnica concluſione de plenitudine intenſiua: tertio reſpondetur vnica concluſione de plenitudine extenſiua.

¶ Declaratur in primis ly plenitudo, & diſtinguitur vel intenſiue vel virtualiter. Prima autem concluſio eſt: In Chriſto fuit plenitudo gratiæ intenſiuæ. Probatur habuit gratiam in ſummo. ergo. Conſequentia relinquitur per ſe nota. Antecedens vero probatur dupliciter: primo ex cauſa: quia anima Chriſti erat propinquiſſima cauſa gratiæ, quia perſonaliter coniũcta: quanto autem propinquior, tanto magis gratiæ recipit. ergo in ſummo propinqua, eſt in ſummo gratiæ. Secundo ex effectu. Anima Chriſti accepit gratiã, vt ex ea trãsfunderetur in alios. ergo habuit ſummam gratiam. Et patet ſequela ĩ exẽplo de calore ĩ igne.

¶ Nota hic primo, ꝙ expreſſe litera loquens de quantitate intenſiua gratiæ, dicit quòd Chriſtus habuit eam in ſummo. Et hoc diligentiſſime nota contra attribuentes Auctori, quòd non datur ſummum poſſibile in gratia: non enim haberet Chriſt⁹ gratiam in ſummo intenſiue, niſi haberet ſummum poſſibile: ſicut non habetur albedo in ſummo, ſi poſſibile eſſet dari albedinem intenſiorem, vt patet.

* art. 1. huius q.

¶ Nota ſecundo, ꝙ Auctor non dixit animam Chriſti recipere gratiam, vt eſſet in aliis gratiæ cauſa abſolute & ſimpliciter, ſed cum additione: appoſuit enim ly quodam modo, dicẽs, Vt ex ea quodãmodo trãsfunderetur ĩ alios. Deus enim ipſe eſt gratiæ cauſa ſimpliciter, & abſolute: anima autem Chriſti quodam modo, de quo modo inferius erit ſermo diffuſus in loco proprio.

¶ Secunda concluſio eſt: Chriſtus habuit plenitudinem gratię, quantum ad virtutem. Probatur: quia habuit gratiam ad omnes effectus gratiæ, ſcilicet virtutes, dona &c. Probatur, Chriſtus habuit gratiam, vt vniuerſale principium in genere habẽtium gratiam. ergo. Probatur ſequela: quia virtus primi principij alicuius generis, vniuerſaliter ſe extendit ad omnes effect⁹ illius generis, vt patet de ſole reſpectu generationis.

¶ Vbi nota, ꝙ hic non occurrit quæſtio de concluſione, ſed rõ eius non caret ſcrupulo: qm̃ Chriſtum eſſe principium vl'e generis habentium gratiam, dupliciter poteſt intelligi: primo, vt principium contentum in genere tali, ſ. habentium gratiã, vel vt principium vl'e talis generis non contentum in tali genere, ſed ſupra illud. Si primo modo intelligatur, dato ꝙ ſit vera, nõ tamen ſic probatur in litera: quoniam in litera ſubſumitur ſub illa maiore de principio vniuerſali extra genus: ſicut ſi ſol po- F neretur cauſa generis eorum, quæ generantur & corrumpuntur, ipſe extra genus corruptibilium generabiliumq́ue exiſtẽs. Si ſecundo modo intelligatur, propoſitio non apparet vera: nã Chriſtus eſt vnus habentium gratiã, & non eſt extra genus habẽtium gratiam, iuxta illud, Plenum gratiæ & veritatis. Io 1. Aut igitur maior de vniuerſali principio, vt ſol reſpectu generabilium, intellecta nõ eſt ad ꝓpoſitum: aut minor de Chriſto, ꝙ ſit vniuerſale principiũ, ſic eſt falſa.

* c. 4. par. inter pr. & medi.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ propoſitio illa, Chriſtus habuit gratiã, vt vniuerſale principium in genere habentium gratiam, intelligitur de principio vniuerſali, nõ contento in tali genere: ita quòd concedẽdum eſt, quòd Chriſtus non eſt in genere, ſed ſupra genus habentium gratiam: quoniam eſt ſupra generationẽ habentium gratiam in eſſe gratiæ. Nec propterea ſequitur, Chriſtum non habere gratiam: ſed non habere gratiam per generationem, qua fiunt habentes gratiam. Eſt ſiquidem inter Chr̄m & alios habentes gratiam hæc differentia, ꝙ alij habent gratiam per adoptionem: Chriſtus autem nõ per adoptiõem, ſed per naturam. Nam ceteri filij ſunt adoptiui, Chriſtus autẽ nõ: ſed de eo Luc. 1. ad beatam Virginẽ dictum eſt, Quod ex te naſcetur ſanctũ. Cum ergo legis genus habẽtium gratiam, intellige perinde ac ſi legeres genus filiorum adoptiuorum dei: quoniam genus habentium gratiam per adoptionem eſt. Et quia Chriſt⁹ eſt vniuerſale principium K generis habentium gratiam, ſicut ſi ſol poneretur vniuerſale principium generabilium ſecundum naturam, ideo oportet quòd gratia Chriſti extendat ſe ad omnes gratiæ effectus, ſicut virtus ſolis ad omnia generabilia in natura ſe extenderet.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem articuli aduerte, quòd aliud eſt loqui de gratia formaliter, hoc eſt ſub ratione gratiæ, & aliud de ipſa re, immo ipſis rebus, quæ ſunt gratia & dona gratiæ. Nam gratia non inuenitur in deo ſecundum ſe formaliter (cum creatæ rei nomen ſit, ſicut beneficium) dona vero gratiæ in deo ſunt etiam formaliter, vt patet de ſapientia, intellectu, charitate, iuſtitia, &c. Et propterea cum argumentum tertium in litera eſſet de donis, Auctor non ad rationem gratiæ, ſed donorum gratiæ aſpiciens dixit duo: primo, quòd plenitudo gratiæ, hoc eſt donorum gratiæ, attenditur in Chriſto ſecundum capacitatem creaturæ: ſecundo, quòd non attenditur per comparationem ad plenitudinem infinitam bonitatis diuinæ, & non dixit, gratiæ diuinæ: deſcendunt enim gratiæ creaturæ, non a gratia in Deo, ſed a bonitate in deo, ita quòd inter gratiam formaliter, & res quæ ſunt dona gratiæ, tãtum intereſt, quòd dona gratiæ, quia cõmunia ſunt deo & creaturę, ſi dicuntur plene ineſſe creaturæ, intelligitur ſecundũ capacitatẽ creaturæ, & non ſecundum ſuas rationes formales abſolute, ſecundum quas in ſola diuina ſunt bonitate. Gratia vero ſi ponitur plene, ſimpliciter, & abſolute in creatura, non oportet quòd limitatio dicta ſubintelligatur: quia ſecundum ſuam rationẽ creatæ rei nomẽ eſt proprium. Quo circa ideo in litera reſponſionis huius diſtincta eſt plenitudo ſecundum capacitatem creaturæ, & ſecundum quòd in deo: quia de donis gratiæ, quæ deſcendunt a patre luminum, agebatur.

3. diſt. 13. q. 1. ar. 2. q. 2.



### Aʀᴛɪᴄᴠʟᴠs X.

*Vtrum plenitudo gratiæ ſit propria Chriſti.*

AD ᴅᴇᴄɪᴍᴠᴍ ſic proceditur. Videtur quòd plenitudo gratiæ non ſit propria Chriſti. Quod enim eſt propriũ alicuius, ſibi ſoli conuenit: ſed eſſe plenum gratia, quibuſdam alijs attribuitur: dicitur enim Luc. 1. beatæ Virgini, Aue gratia plena. dicitur etiã B Act. 7. Stephanus plenus gratia & fortitudine. ergo plenitudo gratiæ non eſt propria Chriſto.

¶ 2 Præt. Illud, quod poteſt communicari alijs per Chriſtum, non videtur eſſe proprium Chriſto: ſed plenitudo gratiæ poteſt communicari per Chriſtum alijs: dicit enim Apo. Ephe. 3. Vt impleamini in omnem plenitudinem dei. ergo plenitudo gratiæ non eſt propria Chriſto.

¶ 3 Præt. Status viæ proportio- C nari videtur ſtatui patriæ: ſed in ſtatu patriæ erit quædam plenitudo: quia in illa cæleſti patria, vbi plenitudo eſt omnis boni, licet quædam data ſint excellenter, nihil tamen poſſidetur ſingulariter, vt patet per Gregor. in homil. * de centum ouibus. ergo in ſtatu viæ habetur gratiæ plenitudo a ſingulis hominibus: et ita plenitudo gratiæ non eſt propria Chriſti.

* hom. 34. in euã. inter finẽ & medium.

Sᴇᴅ ᴄᴏɴᴛʀᴀ eſt, quòd plenitudo gratiæ attribuitur Chri- D ſto, inquantum eſt vnigenitus a Patre, ſecundum illud Ioan. 1. Vidimus eum quaſi vnigenitum a Patre, plenum gratiæ & veritatis: ſed eſſe vnigenitum a Patre, eſt proprium Chriſto. ergo & ſibi proprium eſt, eſſe plenum gratiæ & veritatis.

Rᴇsᴘᴏɴ. Dicendum, quòd plenitudo gratiæ poteſt attendi dupliciter, vno modo ex parte ipſius gratiæ: alio modo ex parte habentis gratiam. Ex parte quidem ipſius gratiæ dicitur eſſe plenitudo, ex eo quòd aliquis pertingit E ad ſummum gratiæ, & quantum ad eſſentiam & quantum ad virtutem, quia ſcilicet habet gratiam & in maxima excellentia, qua poteſt haberi, & in maxima extenſione ad omnes gratiæ effectus, & talis gratiæ plenitudo eſt propria Chriſto. Ex parte vero ſubiecti dicitur gratiæ plenitudo, quando quis habet plene gratiam ſecundum ſuam conditionem, ſiue ſecundum intenſionem, prout in eo eſt intenſa gratia vſque ad termi- A num præfixum ei a deo, ſecundum illud Ephe. 4. Vnicuique noſtrum data eſt gratia, ſecundum menſuram donationis Chriſti: ſiue etiã ſecundum virtutem, inquantum ſcilicet habet facultatem gratię ad omnia, quæ pertinent ad ſuum officium ſiue ſtatum, ſicut Apoſtolus dicebat Ephe. 3. Mihi enim omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hęc, illuminare om- B nes, &c. Et talis gratiæ plenitudo non eſt propria Chriſto, ſed communicatur alijs per Chriſtum.

Aᴅ ᴘʀɪᴍᴠᴍ ergo dicendum, quòd beata Virgo dicta eſt plena gratia, non ex parte ipſius gratię: quia non habuit gratiam in ſumma excellentia, qua poteſt haberi, nec ad omnes effectus gratiæ, ſed dicitur fuiſſe plena gratia per comparationem ad ipſam: quia ſcilicet habebat gratiam ſufficientem ad ſtatum illum, ad quẽ C erat electa a deo, vt eſſet ſcilicet mater Vnigeniti eius. Et ſimiliter Stephanus dicitur plenus gratia, quia habebat gratiam ſufficientem ad hoc, quòd eſſet idoneus miniſter & teſtis Dei, ad quod erat electus. Et idem dicendum eſt de alijs: harum tamen plenitudinum vna eſt plenior altera, ſecundum quòd aliquis eſt diuinitus prçordinatus ad altiorem, vel inferiorem ſtatum.

Aᴅ 2ᵐ dicendum, quòd Apoſtolus ibi loquitur de illa pleni- D tudine gratiæ, quæ accipitur ex parte ſubiecti, in comparatione ad id, ad quod homo eſt diuinitus præordinatus: quod quidem eſt vel aliquid commune, ad quod præordinantur omnes ſancti, vel aliquid ſpeciale, quod pertinet ad excellentiam aliquorum. Et ſecundum hoc quædam plenitudo gratiæ eſt omnibus ſanctis communis, vt ſcilicet habeant gratiam ſufficientem ad merendum vitam æternam, quæ in plena Dei fruitione conſiſtit, & hanc plenitudinem optat Apoſto. fidelibus, quibus ſcribit.

Aᴅ 3ᵐ dicendum, quòd illa dona, quæ ſunt communia in patria, ſcilicet viſio, comprehenſio, & fruitio, & alia huiuſmodi, habent quædam dona ſibi correſpondentia in ſtatu viæ, quæ etiam ſunt communia omnibus ſanctis: ſunt tamen quędam prærogatiuę ſanctorum in patria, & in via, quæ non habentur ab omnibus.

¶ *Super Quæſtionis ſeptimæ Articulum decimum.*

TItulus occaſionem ſumit ex eo, quòd multis in ſacra ſcriptura attribuit̃ plenitudo gratiæ, vt patet de btã Virgine & Stephão.

¶ In corpore eſt vna diſtinctio bimembris, cũ duabus concluſionibus reſponſiuis ſecundum ſingula membra. Diſtinctio eſt hæc, Plenitudo gratiæ duplex eſt, vel ex parte gratiæ, vel ex parte ſubiecti. Prima concluſio reſpõſiua eſt, Plenitudo gratiæ ex parte gratiæ, ꝓpria eſt Chriſto: ſecunda eſt, plenitudo gratiæ ex parte ſubiecti, non eſt propria Chriſto, ſed communis eſt multis ꝑ Chriſtum. Prima cõcluſio probatur: quia ſolus Chriſtus pertingit ad ſummum gratiæ, tã intenſiue, quãtum ad eſſentiã, quam extẽſiue quantum ad virtutẽ. Probatur: q̃a ſolus habet gratiam in maxima excellentia, qua poteſt haberi, & in maxima extenſione ad oẽs gr̃æ effectus. Secunda autem probat̃: quia alijs gr̃a datur intenſiue, ſm̃ mẽſuram eis a deo præfixã, iuxta Apoſtoli auctoritatem. Et ſimiliter datur virtus gratiæ ad omnia, quæ ꝑtinent ad ſuum officium, vel ſtatum, iuxta aliam Ap̃li auctoritatem.

¶ Nota hic primo, quòd diſtinctio in præcedenti articulo poſita de plenitudine gratiæ intenſiuæ vel extenſiuæ, diuidit quodlibet membrum diſtinctionis in hoc articulo factæ. Nam plenitudo gratiæ ſm̃ ſe attenditur hic tam intenſiue, quã extenſiue, & ſimiliter plenitudo gr̃æ ex parte ſubiecti attenditur tam intẽſiue, quam extenſiue. Quocirca in articulo præcedẽti plenitudo gratiæ abſolute, hoc eſt ſine additione, conſiderata diſtinctaque eſt, hic vero cum explicata additiõe vel ex parte ſui, vel ex parte ſubiecti, conſiderata & diſtincta eſt. Vnde in Chr̃o eſt plenitudo gratiæ ſimpl'r intenſiue & extenſiue, iuxta p̃cedentem articulum. Et in eodẽ ſolo eſt plenitudo gratiæ ex parte gratiæ tam intenſiue, quam extẽſiue, & in eodem & alijs ꝑ ipſũ eſt plenitudo gr̃æ ex parte ſubiecti, iuxta hunc articulũ. Sed ĩ Chr̃o plenitudo ex parte ſubiecti coincidit cũ plenitudine gr̃æ ſm̃ ſe: qm̃ vnigenitum a Patre decet plenitudo gr̃æ ſm̃ ſe: in alijs autẽ eſt plenitudo ex parte ſubiecti limitata, ita ꝙ non eſt plenitudo ex parte gratiæ ſm̃ ſe, qm̃ hæc ẽ propria vnigeniti a Patre, vt prima huius articuli concluſio dicit.

¶ Nota ſecundo diligentiſſime, ꝙ Auctor de q̃titate intẽſiua gr̃æ ſm̃ ſe, loquẽs in hoc articulo, dicit quòd inuenitur de facto in ſũmo data aiæ Chr̃i, vt patet ĩ primo mẽbro diſtinctionis, & prima concluſione.

Et declarat tale ſummum eſſe quantũm ad eſſentiam, diſtinguẽdo contra virtutem, & quantũ ad excellentiã, diſtinguẽdo contra extenſionem, quæ ad virtutem ſpectat, dicẽdo quòd eſt in maxima excellentia, qua haberi poteſt. vbi imperſonaliter loquitur, & ex parte gratiæ, & nõ ex parte ſubiecti, vt clare adeo patet ĩ litera, quòd nõ poteſt inficiari.

¶ Et hæc ideo notanda duxi, vt videãt Thomiſtæ ſm Auctoris doctrinã dari ſummam charitatem, ſummam grãm, nõ ſolum ex parte ſubiecti, ſm menſuram, quã vnicuiq; pfixit Deus, ſed ex parte ipſius charitatis & gratiæ ſm ſe, vt infra amplius clarificabitur.

3.di.13.q.1 ar.2.q.2. & diſ.14. ar.1 q.1.c. Et ve. q.29.art.3. Et opuſ.3. c.221. Et opuſ.60.c.3. Et Io.3. lec.6.

¶ In reſpõſione ad primum, nota ſobrietatem doctrinæ præſentis circa plenitudinem gratiæ ĩ beata Virgine, ſ. vt ſit plena gratia tam intenſiue, quam extenſiue non plenitudine gratię ſecundum ſe (quia illa eſt propria Vnigenito a Patre) ſed plenitudine tam intenſiue, quam extenſiue requiſita ad matrem dei. Et hic nota contra loquaces, & gratiam beatę Virginis extendentes ad omnes effectus gratiæ, quaſi matris dei la⁹ indigeat noſtris ꝑ voluntate non ratione laudibus ſub quadã pietatis ſpẽ.

* li.18.Moral.ca.31.

¶ Siſte igitur vir vere deuote ac docte, in laudib⁹ rõne ſulti s, vt. ſ. ſit gratia plena, no ex parte gratiæ, ſed ſubiecti, nec in ſummo intenſiue, aut extẽſiue ex parte gratiæ. Lauda in ea gratiam, ſed in ſummo ex parte ſubiecti ſupra omnem puram creaturam: hæc enim plenitudo matrem dei decet, quæ ſuper omnes eſt puras creaturas exaltata.

### ARTICVLVS XI.

*Vtrum Chriſti gratia ſit infinita.*

AD VNDECIMVM ſic proceditur. Videtur quòd gratia Chriſti ſit infinita. Omne enim immenſum, eſt infinitum: ſed gratia Chriſti eſt immenſa: dicitur enim Ioan. 3. Non enim ad menſuram dat deus Spiritum Filio, ſcilicet Chrõ. ergo grã Chriſti eſt infinita.

§ 2 Præt. Effectus infinitus demonſtrat virtutem infinitam, quæ non poteſt fundari, niſi in eſſentia infinita: ſed effectus gratiæ Chriſti eſt infinitus: extẽdit enim ſe ad ſalutem totius humani generis: ipſe enim eſt propitiatio pro peccatis noſtris & totius mundi, vt dicitur primæ Ioan. 2. ergo gratia Chriſti eſt infinita.

§ 3 Præt. Omne finitum, per additionem finiti poteſt peruenire ad quantitatem cuiuſcumque finiti. Si igitur gratia Chriſti eſſet finita, poſſet alterius hominis gratia tantum creſcere, quòd perueniret ad æqualitatem gratię Chriſti, contra quod dicitur Iob 28. Non adæquabitur ei aurum vel vitrũ, ſecũdum quòd Greg.* ibi exponit. ergo gratia Chriſti eſt infinita.

SED CONTRA eſt, quòd gratia eſt quiddam creatum in anima: ſed omne creatum eſt finitum, ſecundum illud Sapien. 11. Omnia in numero, & pondere, & menſura diſpoſuiſti. ergo gratia Chriſti non eſt infinita.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut ex ſupra dictis patet,* in Chriſto poteſt duplex gratia conſiderari. Vna quidem eſt gratia vnionis, quæ ſicut ſupra dictum eſt, † eſt ipſum vniri perſonaliter filio dei, quod eſt gratis conceſſum humanæ naturæ, & hanc gratiam conſtat eſſe infinitam, ſecũdum quòd

G ipſa perſona verbi eſt infinita. Alia vero eſt gratia habitualis, quæ quidem poteſt dupliciter cõſiderari. Vno modo, ſecundum ꝙ eſt quoddã ens. Et ſic neceſſe eſt, quòd ſit ens finitum: eſt enim in anima Chriſti ſicut in ſubiecto: anima autem Chriſti eſt creatura quędam habens capacitatem finitam. vnde eſſe gratiæ, cum non excedat ſuum ſubiectum, non poteſt eſſe infinitum. Alio modo poteſt

H conſiderari ſecundum propriam rationem gratiæ. Et ſic gratia Chriſti poteſt dici infinita, eo quòd nõ limitatur: quia ſcilicet habet quicquid poteſt pertinere ad rationem gratiæ, & non datur ei ſecundum aliquam certam menſurã id, quod ad rationem gratiæ pertinet, eo ꝙ ſecundum propoſitum dei, cuius eſt gratiam menſurare, gratia confertur animæ Chriſti, ſicut cuidam vniuerſali principio gratificationis in humana natura, ſecundum illud Ephe. 1. Gratificauit nos in

I dilecto filio ſuo: ſicut ſi dicamus lucem ſolis eſſe infinitam, non quidem ſecundum ſuum eſſe, ſed ſecundum rationem lucis, quia habet quicquid ad rationem lucis pertinere poteſt.

*q.2.ar.10 †q.6.ar.6

batur ſequela: quia non excedit ſuum ſubiectum, quod eſt finitæ capacitatis, quia creatura q̃dã.

¶ Nota hic, quòd quia finiti & infiniti ratio quãtitati ſoli congruit, vt dicitur in 1. Phyſicorũ, iuxta multiplicem quantitatẽ rei, multiplex finitas vel infinitas conſiderari poteſt. Verbi gratia, in linea iuxta duplicẽ quantitatem, ſcilicet molis vel perfectionis, dupliciter poteſt dici finita vel infinita: nam ſi eſſet linea aliqua infinitæ longitudinis, eſſet finita ſecundũ perfectionem (eſſet enim accidens, ac per hoc imperfecti⁹ ens, quàm ſubſtantia quæcumque) & eſſet infinita ſecundum rationẽ lineæ. Et ſimile accidit in habentibus tantum quantitatem perfectionis: multarum tamen rationum, quòd ſcilicet poſſunt iuxta multiplicem perfectionis quantitatẽ, multipliciter dici finita vel infinita, ita ꝙ ſecundum quantitatem talis perfectionis ſunt finita, & ſecundum quantitatem alterius rationis perfectionis ſunt infinita: vt ſi eſſet albedo infinita intenſiue ſecundum latitudinẽ albedinis, eſſet infinita ſecundum rationem albedinis: eſſet tamen finita ſecũdum quantitatem perfectionis ſimpliciter, q̃m eſſet accidens, ac per hoc imperfectius ens qualibet ſubſtantia quantumcũque finitæ perfectionis.

¶ In litera igitur Auctor gratiam conſiderat, & ſecundũ quantitatem perfectionis conuenientis ſibi ſecundum propriam gratiæ rationem, & ſecundum quantitatem perfectionis conuenientis ſibi ſecũdum communem rationem entis, quod eſt conſiderare ipſam, ſicut & quodlibet aliud ens ſecundum communem rationem perfectionis. nam quod eſt finitæ perfectio-

K nis, eſt finitæ entitatis: & econtra, & ſimiliter quod eſt infinitæ entitatis, eſt infinitæ perfectionis. & econtra. Et dicit in ſecunda concluſione, quòd gratia habitualis Chriſti eſt finita ſecundum rationem entis, hoc eſt, eſt ens finitum.

¶ In tertia autem, quòd eadem eſt infinita ſecundum rationẽ gratiæ, hoc eſt, eſt gratia infinita. Quæ tertia concluſio in litera primo exponitur: deinde probatur. Explanatur quidem & quãtum ad vim nominis, ſcilicet quòd eſt infinita, quia non eſt limitata ſecundum aliquam creatam menſuram, & quantum ad rem, quia habet quicquid poteſt pertinere ad rationem gratiæ, et quantum ad exemplum de luce ſolis. Probatur autem, Animæ Chriſti confertur gratia ſicut cuidam vniuerſali principio gratificationis in humana natura. ergo animæ Chriſti gratia eſt infinita ſecundum rationem gratiæ. Antecedens probatur ex auctoritate Apoſt. ad Ephe. 1.

¶ *Super Quæſtionis ſeptimæ Articulum vndecimum.*

DIuinæ vt non deſim gratiæ, par eſt vt cœptum opus proſequamur, & quanto amplius dei ſanctiſſimiq; domini noſtri Leonis decimi Pontificis Maximi gratia, Cardinea me dignitate attollens abundauit, tanto magis debeo Ieſu Chriſti myſteria, Eccleſiæq; ſacramenta ſcrutari, in lucemq; proferre.

¶ Hoc igitur eodem anno ſalutis quidem milleſimo quingenteſimo decimoſeptimo, ætatis autem propriæ nono ſupra quadrageſimum, inchoatum opus die duodecima Cardinalatus ſimul & menſis Iulij proſequendo, titulum huius vndecimi articuli quæſtionis ſeptimæ intelligendum, vt ſonat dicimus.

¶ In corpore articuli reſpondetur quæſito, diuidendo & ſubdiſtinguendo, ſic ꝙ iuxta tria membra diſtinctionis tribus concluſionibus reſpõdetur. Diuiſio eſt, Gratia Chriſto duplex vel vnionis, vel habitualis. Subdiſtinctio eſt, Gratia habitualis dupliciter conſideratur, vel ſecundum rationem entis, vel ſecundum rationem gratiæ. Vnde conſurgunt tria membra: videlicet gratia vnionis, gratia habitualis vt ens, gratia habitualis vt gratia. Prima concluſio iuxta primum membrum eſt, Gratia vnionis eſt infinita. Probatur, Vniri perſonaliter filio dei, eſt

F infinitum, ſecundum quòd ipſa perſona verbi eſt infinita. ergo gratia vnionis eſt infinita. Vbi iuxta promiſſa expecta calcem vltimi articuli præſentis quæſtionis. Secunda cõcluſio eſt, Gratia habitualis Chriſti, inquantum ens, eſt finita. Probatur, Eſt in anima Chriſti ſicut in ſubiecto. ergo eſt ens finitum. Pro

¶ Nota



¶ Nota hic, quòd ly in humana natura, determinat ſubiectũ neceſſitatis, non extenſionis hoc eſt, quia Chriſtus eſt vniuerſale principium gratificationis, humanæ neceſſitatis eſt: nam cauſa neceſſitatis ad habendum Chriſtum principium gratificationis, humana natura eſt. Sed licet neceſſitas ex humana occaſionem ſumpſerit natura, extenditur tamẽ hoc principium non ſolum ad homines, ſed ad Angelos, vt infra patebit: ita quòd Chriſtus eſt vniuerſale principium gratificationis etiam angelorum, extenſa iã ſua capitali gratia, etiam ad angelos.

¶ In reſponſione ad ſecundum eiuſdem articuli, perſpice, ꝙ grã habitualis Chriſti habet effectũ infinitum ob duplicem (vt dicitur in litera) cauſam. Hinc. n. habes & meritum & ſatisfactionem Chr̃i infinitatẽ habere.

¶ In reſpõſione ad tertiũ, dubium occurrit: primo, quomodo verum ſit, ꝙ gratia cuiuslibet ſingularis perſonæ habeat quãtitatem alterius rationis a q̃titate gratiæ Chriſti: ſecundo, q̃uo verum ſit, ꝙ gratia cuiuslibet ſingularis perſonę ſit velut virtus particularis, & gratia Chriſti velut virtus vniuerſalis. Et eſt ratio vtriuſq; dubij: quia gratia eſt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ in quacũque ſit creatura, vt patet de charitate. Impoſſibile eſt autem, quòd in vna ſpecie ſpecialiſſima inueniatur vere tanta diuerſitas, vt vnum illius indiuiduum ſit virtus vniuerſalis, & alterum particularis, cum virtus vniuerſalis & particularis, loquendo per ſe, diſtinguantur ad minus ſpecie, vt patet inductiue, & conuincitur ratione ex diuerſitate actuum propriorum, virtutis vniuerſalis & virtutis particularis.

*gl. interlinearis ſup illud Oĩa dedit ĩ manu⁹ eius.

† gl. or. ibi.

*Tract. 14. in Ioã. ante medium tom. 9.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ id quod dicitur, Pater nõ ad mẽſuram dat Spiritum filio, vno modo exponitur de dono, quod deus pater ab æterno dedit Filio, ſ. diuinam naturam, quæ eſt donum infinitum. Vnde quædam glo.* dicit ibidem, Vt tantus ſit filius, quantus & Pater. Alio modo poteſt referri ad donum, quod datum eſt humanæ naturæ, vt vniatur diuinæ perſonæ, quod etiam eſt donũ infinitum. Vnde gl.† dicit ibidem, ſicut Pater plenum & perfectum genuit verbum, ſic & plenum & perfectum eſt vnitum humanæ naturæ. Tertio modo poteſt referri ad gratiam habitualem, inquãtum gratia Chriſti ſe extẽdit ad omnia quæ ſunt gratiæ. Vnde Aug.* hoc exponens dicit, Menſura, diuiſio quædam donorum eſt: alij enim datur per Spiritum ſermo ſapientię, alij ſermo ſcientiæ: ſed Chr̃s, qui dat, non ad menſurã accepit.

AD 2m dicendum, quòd gratia Chriſti habet infinitum effectum, tum propter infinitatem prædictã gratiæ, tum propter vnitatem diuinæ perſonæ, cui anima Chriſti vnita eſt.

AD 3m dicendum, ꝙ minus per augmentum poteſt peruenire ad quãtitatem maioris, in his, quæ habent quantitatem vnius rationis: ſed gratia alterius hominis cõparatur ad gratiam Chriſti, ſicut quædam virtus particularis ad vniuerſalem. Vnde ſicut virtus ignis, quantumcũque creſcat, non po-

B teſt adæquare virtutem ſolis, ita gratia alterius hominis, quantumcumque creſcat, non poteſt adæquare gratiam Chriſti.

### ARTICVLVS XII.

*Vtrum gratia Chriſti potuerit augeri.*

AD DVODECIMVM ſic proceditur. Videtur quòd gratia Chriſti potuerit augeri. Omni enim finito poteſt fieri additio: ſed gratia Chriſti fuit finita, vt dictum eſt.* ergo po-

C tuit augeri.

§ 2 Præt. Augmentum gratiæ fit per virtutem diuinam, ſecundum illud 2. ad Corinth. 9. Potens eſt autem deus omnem gratiam abundare facere in uobis: ſed virtus diuina, cum ſit infinita, nullo termino coarctatur. ergo videtur, quòd gratia Chriſti potuerit eſſe maior.

§ 3 Præt. Luc. 2. dicitur, ꝙ Puer

1.di.15.q.5 ar.1.q.4.& diſt.17 q.2. art.4. ad 3. Et 3.di.13. q.1. art.2. q.3. & diſt. 18, art.5.c. Et Iſa. 11. lec.2. prin. * art. pced.

¶ Ad hoc dicitur, quòd gratia habitualis Chriſti (de qua eſt ſermo) & aliorum, licet ſit eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ, quo ad eſſentiam, eſt tamen diuerſarum rationum quantum ad modum eſſendi. Eſt ſiquidem gratia in Chriſto, vt in toto adæquãte ipſam ſecundum ſe, eſt autem in omnibus alijs, vt in partibus inadæquatis ipſi ſecundum ſe gratiæ. Et propterea eſt in Chriſto, vt in ſubiecto & principio vniuerſali gratiæ, in alijs vero vt in particulariter participantibus. Et ideo quantũcũque creſcat aliorum gratia, numquam peruenire poteſt ad quantitatem intenſiuam, vel extenſiuam gratiæ Chriſti.

¶ Et vt hæc doctrina facilius intelligatur, dicamus ſub exemplo. Calor eiuſdem eſt in ſe ſpeciei ſiue in igne, ſiue in aere, ſiue in miſtis: verũtamen ignis adæquat calorem ſecũdum ſe, quia tanti, tam extenſiue, q̃ intenſiue eſt ſuſceptiuus caloris, quantus natus eſt eſſe ſecundum ſe calor. Aer autem ſiue miſtum quodcumque, calorem participat, ita quòd ſtatim vt calor in alio quam igne poni intelligitur, limitatus & deficiens a perfectione, quam natus eſt calor ſecundum ſe habere, intelligitur: ex hoc enim ipſo, quòd calor in ſubiecto inadæquãte calorem ſecundum ſeipſum ponitur, limitatus ac deficiens ponitur. Et propterea quãtũcumque creſcere ponatur calor in tali ſubiecto inadæquante, numquàm perueniet ad quantitatem perfectionis caloris in igne adæquato ſubiecto, eo ꝙ tale augmentum etiã ſi in infinitum ponatur, continebitur, & ſiſtet infra latitudinem ſubiecti participantis, cuius tota latitudo ſuccumbit ſubiecto adæquato.

¶ Ad propoſitum igitur hinc redeundo, dicimus iuxta prius

A habitam doctrinam, gratiam habitualem eſſe in Chriſto ſecundum totam perfectionem, quam nata eſt habere gratia ſecundum ſeipſam, & in nullo alio eſſe gratiam ſecundum totam p̃fectionem, quam nata eſt habere gratia ſecundum ſeipſam, & propterea in Chriſto fuiſſe gratiam, vt in ſubiecto totali: ĩ alijs vero vt in ſubiectis partialibus. Et hoc eſt gratiam eſſe diuerſarum rationũ, quantitatum & perfectionum, non ſecundum eſſentiam, ſed ſecundum modum. Et hinc prouenit, quòd grã Chriſti comparatur ad gratias aliorum, vt virt⁹ vniuerſalis ad virtutes particulares: nam ſpectando ad differẽtiam, quæ eſt penes dictos modos eſſendi, clare liquet, gratiam Chriſti habere quicquid perfectionis natum eſt conuenire gratiæ ſecundum ſeipſam, ac per hoc omnem illius perfectionem intenſiuam & extenſiuam: vtrãq; enim perfectio gratiæ ſecundum ſeipſam exigit, & conſequenter gratiã Chriſti eſſe vniuerſalis virtutis (vtpote quę omnem gratiæ perfectionem intenſiuam & extenſiuam in ſe continet) aliorum vero gratiam eſſe particularis virtutis vtpote partem intenſiuę & partem extenſiuæ perfectionis gratiæ in ſe continens: plus tamen vel minus iuxta cuiuſque menſuram, qua menſus eſt illi deus. Quo fit, vt quan-

D tumcumque quæcumque pura creatura creſcat in gratia, numquam peruenire poſſit ad quantitatem æqualem gratiæ Chriſti: ſicut numquam pars adæquare poteſt totum, niſi partis rationem amittat. Et hoc eſt quod in litera dicitur, reddendo rationem, quare finitum creſcendo non poteſt adæquare aliquid finitum: quia, ſcilicet habent quãtitates diuerſarum rationum penes hoc, ꝙ Chriſti gratia eſt virtutis & quãtitatis vl'is, aliorum vero gratia eſt perfectiõis & virtutis particularis: quia in illo eſt gratia cũ perfectione debita ſibi ſm ſeipſam gratiam: in alijs vero eſt gratia cum perfectione modificata & mẽſurata, ſecundum tale ſubiectum particulare. Et propterea in Clemen. ad noſtrũ. de hæret. damnatur error Beguinarum dicentium, hominem in via poſſe peruenire ad talem gratiæ gradum, vt non poſſit vltra proficere, eo quòd aliter excedi poſſit gratia Chriſti. Vtrumque etenim erroneum eſſe, ex dictis iam patet, & amplius patebit.

E

*Super Quæſtionis ſeptimæ Articulum duodecimum.*

TItulus articuli duodecimi clarus eſt.

¶ In corpore articuli duo fiunt: prẹponitur ſiquidem vna diſtinctio, & ponuntur deinde duæ concluſiones reſponſiuæ quæſito. Diſtinctio eſt. Formam ſuſcipientem magis & minus poſſe, vel non poſſe augeri, contingit dupliciter, primo ex parte formæ: ſecundo ex parte ſubiecti. Exempla clara ſunt in litera. Et ex hac diſtinctione radicis poſſe vel non poſſe augeri in cõmuni, ſubintellige in ſpeciali, quòd gratiam nõ poſſe vel poſſe augeri contingit dupliciter, vel ex parte gratiæ, vel ex parte ſubiecti. Et probatur primum membrum, ſcilicet ex parte gratiæ, quantum ad negatiuam partem, quæ eſt prima concluſio (ſcilicet gratiam Chriſti ex parte gratiæ, non poſſe augeri) quia ſicut aliarum formarum, ita & gratiæ Chriſti propria menſura ſecundum ſe eſt ex diuina ſapien-

tia, ergo propria gratiæ menſura determinata eſt penes finem, ergo penes rationalis creaturæ vnionem ad Deum, ergo gratia Chriſti pertingit ad ſummam menſuram gratiæ, ergo gratia Chriſti non poteſt augeri ex parte ipſius gratiæ. Antecedens probatur auctoritate Scripturæ. Prima cõſequentia probatur: quia menſura vnicuique formæ præfigitur in comparatione ad finem: qđ declaratur exemplo in terræ grauitate. Secunda autẽ: quia finis gratiæ eſt vnio creaturæ rationalis ad Deum. Tertia vero: quia nec eſſe nec intelligi poteſt maior ad Deum vnio, quàm perſonalis.

¶ Siſte hoc in loco lector, & perſpice primo, quòd in præcedentis libri Commentarijs, cum de charitate tractaret̃, ſcripſimus, non ſomniaſſe nos, ſed ab Auctore didiciſſe, ſ. gratiam, ac per hoc charitatem in creaturis habere ſm ſe terminum in ſummo, ita ꝙ non ſunt amplius augmentabiles, & verba Auctoris in illo loco, quæ videntur ſonare oppoſitum, non eſſe falſa aut correcta ſeu retractata hic, ſed ſunt exponenda, vt ibi expoſuimus: & ſentiendum cum Auctore hoc in loco eſt, ꝙ grã habitualis Chriſti eſt vere in ſummo, ad quod poteſt gratia ex parte ſui perduci, & hoc iam in pręcedentib⁹ huius libri pluries habuimus.

¶ Ad claritatem tamen doctrinæ præſentis intellige mẽſuram formæ præfixam eſſe penes relationem ad finem, non ſic quòd menſura penes extrinſecum ſit (qm̃ menſura formæ intrinſeca eſt formæ cuius eſt menſura) ſed ſic, quòd cum omne agens agat ꝓpter finem, ac per hoc id, quod ſubſtãtialiter eſt propter finem, oportet commenſuratum eſſe fini: ſicut quod ſecundum aliquam figuram eſt propter finem, oportet vt figuratum eſſe cõmenſuratum illi fini: propterea cum graue ſit propter eſſe deorſum, oportet graue vt ſic commenſuratum eſſe fini, vt ſcilicet infimo deorſum commenſuretur ſola ſumma grauitas, & ſupremo ſurſum ſola ſumma leuitas: ita ſummæ vnioni creaturæ rõnalis ad deum cõmenſurari oportet ſolã ſummã grãm.

¶ Sed eſt hic locus quæſtioni, quo pacto finis gratiæ habitualis (de qua eſt ſermo) eſt vnio perſonalis, cum ſecundum antedicta, & in ſequenti articulo ex propoſito definita, vnio perſonalis non ſequatur, ſed præcedat gratiam habitualem, finis autẽ poſterior ſit generationis ordine, eo quod eſt propter finem.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ finis non dr̃ tm̃ de fine conſequendo, ſed de fine pręexiſtente, qui finalizat nõ vt ſit, aut bene ſit, ſed quia eſt: ſicut deus qui nec eſt nec cõſeruatur, aut quomodolibet augetur per creaturas, finis earum dr̃. Quocirca vnio perſonalis finis eſt gratiæ habitualis, non aſſequendus ꝑ eã, ſed quia ipſa emanat ab vnione perſonali ordinata ad vnionem perſonalem vt ad finem, quia eſt, ſicut creaturæ fiunt a deo ꝓp deum vt finem earum, quia eſt. Nec eſt hoc remotum ab ordine, quem in reb⁹ generabilibus videmus, qm̃ in iſtis perſpicimus, ꝙ non ſolũ an- F tecedentes diſpõnes, ſed conſequentia etiam accidentia ordinantur ad ſubſtantiam prius natura genitam, vt ad finem: eſſe nãque diſciplinabilem, quod cõſequitur ad formam hominis, ordinatur ad hoĩem, vt ad finem. Stat ergo ſolida literæ doctrina, tradens gratiam habitualem Chriſti eſſe in ſummo, quia conſonat, & commenſuratur ſummę vnioni vt fini.

Ieſus proficiebat ſapientia & ętate & gratia apud deum & hoĩes. ergo gratia Chriſti potuit augeri.

SED CONTRA eſt, quòd dr̃ Ioan. 1. Vidimus eum quaſi vnigenitum a Patre plenũ gratiæ & veritatis: ſed nihil poteſt eſſe aut intelligi maius, q̃ ꝙ aliquis ſit vnigenitus a Patre. ergo etiam nõ poteſt eſſe vel intelligi maior gratia, q̃ illa, qua Chriſtus fuit plenus.

G RESPON. Dicendum, quòd aliquam formam nõ poſſe augeri, contingit dupliciter, vno modo ex pte ipſius ſubiecti: alio modo, ex parte ipſius formæ. Ex parte quidem ſubiecti, quando ſubiectum attingit ad vltimũ gradum in participatione illius formæ ſecũdum ſuum modum: ſicut ſi dicatur, ꝙ aer non poteſt creſcere in caliditate, quando pertingit ad vltimum gradum caloris, qui poteſt ſaluari in natura aeris; licet poſſit eſſe maior calor in rerum natura q̃ eſt calor ignis. Ex parte autem formæ excluditur poſſibilitas augmenti, qñ aliquod ſubiectum attingit ad vltimam perfectionem, quam poteſt talis forma habere in natura: ſicut ſi dicamus, ꝙ calor ignis non poteſt augeri, quia nõ poteſt eſſe perfectior gradus caloris q̃ ille, ad quẽ pertingit ignis. Sicut autem aliarũ formarum eſt ex diuina ſapientia determinata propria menſura, ita & gratiæ, ſecundum illud Sap. 11. Omnia in numero, & pondere, & menſura diſpoſuiſti. Menſura autẽ vnicuiq; formæ pręfigitur per cõparationem ad ſuum finem: ſicut non eſt maior grauitas, q̃ grauitas terræ, quia non põt eſſe inferior locus loco terræ. Finis aũt gratiæ eſt vnio creaturæ rõnalis ad deum: nõ poteſt aũt eſſe, nec intelligi maior vnio creaturæ rationalis ad deum, q̃ quæ eſt ĩ perſona. & ideo gratia Chriſti pertingit ad ſummam mẽſuram gratiæ. Sic igitur manifeſtũ eſt, ꝙ gratia Chriſti non poteſt augeri ex parte ipſius grãe: ſed neque etiam ex parte ſubiecti: quia Chriſtus, ſecundum ꝙ homo a primo inſtanti ſuę cõceptionis fuit verus & plenus comprehenſor. Vnde, in eo non potuit eſſe gratiæ augmentum, ſicut nec in alijs beatis: quorum gratia augeri non poteſt, eo ꝙ ſunt in termino. Hominum vero qui ſunt pure viatores, gratia põt augeri, & ex parte formæ: quia nõ attingunt ſummum gratiæ gradũ, H & ex parte ſubiecti, quia nondum peruenerunt ad terminum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſi loquamur de quantitatibus mathematicis, cuilibet finitæ quantitati poteſt fieri additio: quia ex parte quantitatis finitæ, non eſt aliquid quod repugnet additioni. Si vero loquamur de quantitate naturali, ſic poteſt eſſe repugnantia ex parte formæ, I cui debetur determinata quantitas, ſicut & alia accidentia determinata. Vnde Philoſophus * dicit in ſecundo de Anima, quòd omnium natura conſtantium eſt terminus & ratio magnitudinis &

* lib. 2. de Aĩa tex. tom. 41.

¶ Secunda concluſio eſt, Gratia Chriſti non potuit augeri ex parte ſubiecti. Probatur ratione: quia Chriſt⁹ ab initio fuit plene comprehẽſor, ac per hoc in termino. Et a ſimili: quia nec beatorum in patria gratia poteſt ob dictam rationem augeri. Et a diſſimili tam hæc quàm pręcedens cõcluſio manifeſtatur: quia pure viatorũ gratia poteſt augeri & ex parte gratiæ (quia non ꝑtingunt ad ſummum ſm ſe) & ex parte ſubiecti: quia adhuc ſunt in via, & nõ ꝑuenerũt ad viæ terminum.

¶ Vbi nota, ꝙ ideo abſq; alia probatione in litera aſſeritur nullum pure viatorem attingere ad ſũmum gratiæ ex parte gratiæ: quia conſequuntur ſe hæc duo, videlicet ſummum gratię ex parte gratiæ, & gratia virtutis vniuerſalis. nam gratia ſecũdo ſe ſumma ad quicquid poteſt ſpectare, ad rationem grãe ſe extendit, & ſi ad quidlibet perfectionis gratiæ ſe extendit, ſumma gratia eſt. Et quoniã vtrũque conſtat eſſe plenitudinis ꝓprię vnigeniti a Patre, quẽ ipſa plenitudo grãe cõſtituit ab initio cõprehenſorẽ, ideo abſq; hæſitatione aliqua aſſerendum eſt, nullã purã creaturã ſiue in via, ſiue in patria ad ſummũ gratiæ ex parte gratiæ pertingere.

¶ In reſponſione ad primum eiuſdem 12. articuli conſidera ꝑſpicaciam reſponſionis, non ſolum propoſitioni obiectæ ſatisfacientis, ſed ex radice oppoſitum monſtrantis: propoſitionem ſiquidem illam, Omni finito poteſt fieri additio, cum finitum & infinitum quantitatis primo ſit, diſtinguit ſecundum poſſe K dupliciter, quantum finitum cõſiderari, Mathematice, hoc eſt abſtrahendo a materia ſenſibili, vt loquimur de linea, ſuperficie, vel corpore abſolute, vel Phyſice, hoc eſt, vt ad ſpecificas naturas rerum naturalium eſt determinatum, vt quantitas humana, vel cæleſtis. Primo modo vera eſt propoſitio illa: ſecũdo aũt falſa, vt patet de quantitate cæli. Et quia ratio, quare q̃titati determinatæ ad naturam talem repugnat additio, eſt forma naturalis (vt patet ex ſecundo de Anima) ideo litera radicem attingens ſubdit, quòd multo magis ipſi formę naturali quamuis finitæ repugnat additio: quoniam ſi forma naturalis efficit, vt quantitas, cui ſecundum ſe nõ repugnat additio, excludat additionem: multo magis efficit, vt a ſeipſa excludat additionem. Quo fit, vt quia gratia eiuſdem eſt ratiõis, quo ad finitatem vel infinitatem conformis naturalibus, cum ſit illarum vna, de quibus ſcriptum eſt, Omnia in numero, pondere & menſura diſpoſuiſti: ideo gratia Chriſti & finita & excludẽs additionem ſimul eſt.





¶ In reſponſione ad ſecundum eiuſdem 12. articuli aduerte, ꝙ quia in litera gratia Chriſti relata ad proprium finem, excludit melius ſe: & tamen cõpatitur aliquid maius ſeu melius ſe, ideo manifeſte litera iſta docet gratiam Chriſti dupliciter poſſe conſiderari. Primo, ſecundum id quod in ſe eſt, hoc eſt ſecundum propriam intrinſecam entitatem, qua eſt tale ens inter entia vniuerſi, & ſic poteſt aliquid eſſe nobilius ens, quàm ipſa ſit: ſimo omnis ſubſtantia eſt nobilior ſecũdum ſui generis rationem illa, cum ſit eſſẽtialiter accidẽs. Alio modo, ſecundũ id, ad quod ipſa ſua entitas tantæ ꝑfectionis ordinatur, vt ad proprium finem. Et ſic non poteſt fieri aliquid maius aut melius illa: quoniam ſuapte natura commenſurata eſt vnioni perſonali dei, vt proprio fini, qua nihil eſſe poteſt melius. Et vt melius percipias, q̃ in litera ſubiunguntur, perſpicaciter attendendum eſt, a diuina ſapientia dupliciter aliquid ordinatum, quantum eſt ex parte rei ordinatæ ad vnionem perſonalem filij dei, vel per ſe, vt perfectio gratiæ ſecundũ ſe: vel per accidens, vt humana natura. Per accidens ſiquidem euenit; quantum eſt ex parte humanæ naturæ, vt cõplaceret deo illam eligere ad vnionem perſonalem ſui: quoniã illa natura humana ſecundum ſe nullam habet proportionem, aut cõmenſurationem ad aſſumptibilitatem: quia nullam habet potentiam paſſiuam ad ea, quæ omnem naturalem ordinem tranſcendunt: ſed diuina charitas ac ſapientia eleuauit illam, ordinando ipſam, vt aſſumeretur. Gratia autem ſecundum ſe totaliter perfecta, quia ex proprij ordinis vtpote ſupernaturalis ac diuini ratione, ad ſupernaturale ac diuinum quid ordinatur, par eſt, vt ſuapte natura ad vnionem perſonalem in ſui ſumma plena perfectione ordinetur ac commenſuretur; ac per hoc non per accidens, ſed per ſe a diuina ſapientia ad vnionem perſonalem ordinatur. Et ideo in litera dicitur, quòd vnioni perſonali correſpondet ſufficienter talis mẽſura gratiæ, hoc eſt, gratia in ſummo ſecundum ſe, ſecundum diuinæ ſapientiæ ordinem, quo omnia diſpoſuit ab æterno ſuauiter. Quocirca quantũcũque aliquod ens in ſe ſecundum ſuã intrinſecam entitatem melius gratia, quæ eſt in Chriſto, fieret: non fieret tamen ens ſuapte natura ordinatum per ſe ad melius, quàm ordinetur perfectio, quæ in Chriſto eſt gratię, & hoc aperte intendit litera per ſe intellecta.

¶ In reſponſione ad tertium aduerte, quòd ſimilitudo profectus Chriſti, quo ad ſapientiam, gratiam, & ætatem, in litera aſſeritur quo ad partem affirmatiuam, ſ. quòd proficiebat quo ad effectus ætatis, ſicut quo ad effectus ſapientiæ & gratiæ, & hoc conſtat eſſe veriſſimum, quoniam opera ſua conſona ætati faciebat: ſed non aſſeritur quo ad partem negatiuam, ſ. quòd nõ proficiebat ſecundum ætatem ipſam, ſicut non proficiebat ſecundum ipſam ſapientiam ſeu gratiam: quoniam cõſtat quòd A eſſet falſum hoc. nam Chriſtus vere proficiebat ipſa ætate: quoniam ſecundum ætatis menſuram corporalis progreſſus eſt: conſtat enim Chriſtum vere primo infantem, deinde puerum, inde adoleſcentem, atque in virum tãdem perfectum emerſiſſe (ſicut ceteros homines) ſenſim & per incrementa temporum, augẽte naturali virtute mẽbra, roburq; viribus miniſtrãte.

augmenti. Et inde eſt, quòd quantitati totius cæli non poteſt fieri additio. Multo igitur magis in ipſis formis conſideratur aliquis terminus, vltra quem non progrediuntur. Et propter hoc non oportet, quòd gratiæ Chriſti poſſit fieri additio, quamuis ſit finita ſecundum ſui eſſentiam.

AD 2m dicendum, quòd virtus diuina licet poſſit facere aliquid maius & melius, quàm ſit habitualis gratia Chriſti, non tamen poſſet facere, quòd ordinaretur ad aliquid maius, quàm ſit vnio perſonalis ad Filium vnigenitum a Patre: Cui vnioni ſufficienter correſpondet talis menſura gratiæ, ſm definitionem diuinæ ſapientiæ.

AD 3m dicendum, quòd in ſapientia & gratia aliquis poteſt proficere dupliciter, uno modo, ſecundum ipſos habitus ſapiẽtiæ & gratiæ augmentatos, & ſic Chriſtus in eis non proficiebat: alio modo, ſecundum effectus, inquantum. ſ. aliquis ſapientiora & virtuoſiora opera facit. Et ſic Chriſtus proficiebat ſapientia & gratia, ſicut & ętate; quia ſecundum proceſſum ętatis perfectiora opera faciebat, vt ſe verum hominem demonſtraret, & in his quæ ſunt ad Deum, & in his quæ ſunt ad homines.

3. diſt. 13. q. 3. ar. 1. q. 3. Et op. 3. ca. 111. Et op. 60. c. 3.

## ARTICVLVS XIII.

*Qualiter gratia Chriſti habitualis ſe habeat ad vnionem.*

AD TERTIVMDECIMVM ſic proceditur. Videtur quòd gratia habitualis in Chriſto non ſubſequatur vnionem. Idem. n. non ſequitur ad ſeipſum: ſed hæc gratia habitualis, videtur eadem eſſe cũ gratia vnionis: dicit. n. Aug. in lib. de Prædeſti. * Sanctorum, Ea gratia fit ab initio fidei ſuæ homo quicũque Chriſtianus, qua gratia homo ille ab initio ſuo factus eſt Chriſt⁹. B Quorum duorum primum pertinet ad gratiam habitualem, ſecundum ad gratiam vnionis. ergo videtur, quòd gratia habitualis non ſubſequatur vnionem.

¶ 2 Præter. Diſpoſitio præcedit perfectionem tempore, vel ſaltem intellectu: ſed gratia habitualis videtur eſſe ſicut quædam diſpoſitio humanæ naturæ ad vnionem perſonalem. ergo videtur, quòd gratia habitualis non ſubſequatur vnionem, ſed magis pręcedat.

C ¶ 3 Præter. Commune eſt prius proprio: ſed gratia habitualis eſt communis Chriſto & alijs hominibus, gratia autem vnionis eſt propria Chriſto. ergo prior eſt ſecundum intellectum gratia habitualis quàm ipſa vnio. non ergo ſequitur eam.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Iſa. 42. Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam eum: & poſtea ſequitur, Dedi Spiritum meum ſuper eum, quod quidem pertinet ad donum gratiæ habitualis. D Vnde relinquitur, quòd ſuſceptio naturæ humanæ in vnitatem perſonæ, pręcedat gratiam habitualem in Chriſto.

* c. 15. ante medium, tom. 7.

¶ *Super Quæſtionis ſeptimæ Articulum tertiumdecimum.*

Titulus clarus eſt. ¶ In corpore vnica eſt concluſio reſponſiua quęſito, Gratia vnionis in Chriſto pręcedit gratiam habitualẽ ei⁹: non ordine temporis, ſed naturæ & intellectus. Probatur tripliciter. Primo, Miſſio Filij eſt prior naturæ ordine, miſſione Spiritusſancti. ergo gratia vnionis &c. Antecedens probatur: quia Spiritusſanctus procedit naturæ ordine a Filio, & dilectio a ſapientia. Conſequentia vero: quia ſecundum ipſam vnionẽ attenditur miſſio Filij, & ſecundum gratiam habitualem attenditur miſſio Spiritusſancti.

¶ Vbi nota, quòd caute loquitur in litera Auctor, dum miſſiones ordinat, ſecundum prius & poſterius naturæ: ꝓceſſiones autem Filij & Spiritusſancti ordinat quidem naturæ ordine, ſed nõ ſecundum prius & poſterius: quia, vt ĩ vigeſima diſt. primi ſen. dicitur, in diuinis eſt ordo naturę, non quo alter eſt prior altero, ſed quo alter eſt ab altero. Miſſiones autem ad ea, quæ ſunt extra Trinitatem reſpicientes, prioritatem etiam & poſterioritatem naturæ in ſuis rationibus ac rebus admittũt. Secundo præſentia deitatis eſt prior ſplẽdore eius: ſed vnio eſt ipſa præſentia, gratia habitualis, ſplendor eius. ergo. Tertio, Actio & gratia ad ipſam ordinans præſupponit hypoſtaſim. ergo gratia habitualis præſupponit vnionem. Antecedens probatur: quia actiones ſunt ſuppoſitorum. Cõſequentia vero: quia gratia vnionis facit hypoſtaſim in natura humana.

¶ Vbi caute perſpice, ꝙ aliud eſt dicere non præſupponit hypoſtaſim: & aliud eſt dicere, non præſupponit hypoſtaſim in natura humana. Gratia enim vnionis præſupponit, non facit hypoſtaſim verbi Dei, quæ ſola in Chriſto hypoſtaſis eſt: E ſed eadẽ gratia vnionis non ꝓſupponit, ſed facit in Chriſto hypoſtaſim in humana natura, dũ facit ꝙ pſona filij dei ſit non ſolũ perſona diuina, ſed etiã pſona humana, dum facit ꝙ ſubſiſtat nõ ſolum in natura diuina, ſed etiam in natura humana. Et hoc eſt quod in litera dicitur, & ſuper hoc ratio fundatur, intendens ꝙ actio humana ſupponit hypoſtaſim humanam &c.

¶ In reſponſione ad ſecundum eiuſdem 13. artic. habes, quòd gratia in Chriſto non habet rationem diſpõnis reſpectu vnionis, ſed habet rationem naturalis proprietatis, ſicut calor conſequens formam ignis. Et hoc bene nota.

¶ In reſponſione ad 3. occurrit reddẽda ratio tot dictorum de gratia vnionis. Dicitur. n. de ipſa in hoc articulo in principio

corporis, quòd gratia vnionis eſt ipſa vnio, & in hac rñſione, ꝙ eſt ſupra omne genus, & in artic. 11. huiuſmet quæſtionis, quòd eſt infinita, ſecundum quòd ipſa perſona Verbi eſt infinita, & in art 6.q. ſextæ in corpore dictum eſt, quòd gratia vnionis eſt ipſũ eſſe perſonale, quod gratis diuinitus datur humanæ naturæ in perſona verbi, & in art.12.q.3. ad tertium, dicitur quòd gratia vnionis eſt cauſata a tota Trinitate, quod & hic replicatur in corpore articuli, ſm principiũ appropriatum gratiæ vnionis, ponitur perſona Filij. hæc ſiquidem dicta licet diſſonare inter ſe videantur, facile tamen diſtincte perſpicientibus apparet, quòd gratia vnionis duo in ſe claudit, ſ. eſſe verbi perſonaliter terminãs humanitatem Chriſti, & compoſitionẽ ſeu coniunctionem vtriuſque, nec loquor de terminatione, coniunctione, aut vnione, quæ eſt relatio, ſed de fundamento, quod eſt eſſe deum & hominem, quod conſtat eſſe ſubſtantiam, & prædicta duo in ſe claudere, ſcilicet pſonam vnitam & ipſam coniunctionem: de huiuſmodi enim vnione in litera dicitur, quòd eſt eſſe perſonale, ꝙ eſt infinita ſimpliciter, ſicut ipſa perſona diuina, ꝙ eſt ſupra omne genus, quoniam hoc fundamentum relationis vnionis nihil aliud eſt, q̃ vnum eſſe deum & hominem in eſſe diuino perſonali. Vnũ autem, cum nihil poſitiui addat ſup ens quod vnum dicitur (vt dicitur 1 4. Met.) conſequens eſt, ꝙ nihil in propoſito addat ſuper eſſe pſonale verbi, ac p hoc vnio pro ſuo principali ſumpta, ſ. p ipſa re, in qua vniunt̃ & sũt vnũ ens, vna pſona, ambæ natu-

* Q.2. art. 10. & q. 6. art. 6.

Q.4. art. 2.

† Loco citato in argu.

Respon. Dicendum, quòd F vnio humanæ naturæ ad diuinam perſonam (quam ſupra * diximus eſſe ipſam gratiam vnionis) præcedit gratiam habitualem in Chriſto, non ordine temporis, ſed naturæ & intellectus. Et hoc triplici ratione: primo quidem, ſecũdum ordinẽ principiorũ vtriuſq;. Principium.n. vnionis eſt perſona Filij, aſſumẽs humanam naturam, quæ ſm hoc dr̃ miſſa eſſe in mundum, ꝙ humanam naturam aſſumpſit. Principium aũt gratiæ habitualis, quæ cũ charitate datur, eſt Spirituſſanctus, qui ſecundum hoc dr̃ mitti, ꝙ per charitatem mentem inhabitat. Miſſio aũt Filij ſecundũ ordinem naturæ, prior eſt miſſione Spirituſſancti, ſicut ordine naturæ Spirituſſanctus procedit a Filio, & a ſapientia dilectio. G Vnde & vnio perſonalis, ſecundum quam intelligitur miſſio Filij, eſt prior ordine naturæ habituali gratia, ſecũdum quam intelligitur miſſio Spirituſſancti. H Secundo, accipitur rõ huius ordinis ex habitudine gratiæ ad ſuam cauſam. Gratia.n. cauſatur in homine ex præſentia diuinitatis, ſicut lumen in aere ex præſẽtia ſolis. vnde dicitur Ezech. 43. Gloria dei Iſrael ingrediebatur per viam Orientalem, & terra ſplendebat a maieſtate eius. Præſentia autem dei in Chriſto intelligitur ſecundum vnionem humanæ naturæ ad diuinam perſonã: vnde gratia habitualis Chriſti intelligitur, I vt cõſequens hanc vnionem, ſicut ſplendor ſolem. Tertio, ratio huius ordinis ſumi poteſt ex fine gratiæ: ordinatur enim ad bene agendum. Actiones autem ſunt ſuppoſitorum & indiuiduorum. Vnde actio, & per conſequens gratia ad ipſam ordinans præſupponit hypoſtaſim operantem. Hypoſtaſis autem non præſupponitur in humana natura ante vnionem, vt ex ſupra dictis patet. * Et ideo gratia vnionis ſecundum intellectum p̄cedit gratiam habitualem. K

Ad primvm ergo dicendum, quòd Aug. † ibi gratiam nominat gratuitam dei voluntatem, gratis beneficia largientem. Et propter hoc, eadem gratia dicit hominem quemcũq; fieri Chriſtianum, qua gratia factus eſt homo Chriſtus: quia vtrũque gratuita dei voluntate abſque meritis factum eſt.

Ad 2m dicendum, quòd ſicut diſpoſitio in via generationis præcedit perfectionem, ad quã diſponit in his, quæ ſucceſsiue perficiũtur, ita naturaliter perfectionem ſequitur, quam aliquis iam conſecutus eſt: ſicut calor qui fuit diſpoſitio ad formam ignis, eſt effectus profluens a forma ignis iam præexiſtentis. Humana autem natura in Chriſto vnita eſt perſonę verbi a principio, abſq; ſucceſſione. Vnde gratia habitualis non intelligitur vt præcedens vnionem, ſed vt conſequens eam, ſicut quædam pprietas naturalis. Vnde & Auguſt. dicit in Enchir. * ꝙ gratia eſt quodãmodo Chr̃o homini naturalis.

Ad 3m dicendum, ꝙ cõe eſt prius pprio, ſi vtrũq; ſit vnius generis, ſed in his, quę ſunt diuerſorum generum, nihil prohibet proprium eſſe prius communi. Gratia autem vnionis non eſt in genere gratiæ habitualis: ſed eſt ſupra omne genus, ſicut & ipſa diuina perſona. Vnde hoc proprium nihil prohibet eſſe prius communi: q̃a non ſe habet per additionem ad commune, ſed potius eſt principium & origo eius, quod eſt cõe.

## QVAESTIO VIII.

*De Gratia Chriſti, ſecundum quòd eſt caput Eccleſiæ, in octo articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandum eſt de gratia Chriſti, ſecundũ ꝙ eſt caput Eccleſiæ.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo, vtrum Chriſtus ſit caput Eccleſiæ.
¶ Secundo, vtrum ſit caput hominum, quantum ad corpora: vel ſolum quantum ad animas.
¶ Tertio, vtrum ſit caput omnium hominum.
¶ Quarto, vtrũ ſit caput angelorũ.
¶ Quinto, vtrum gratia Chriſti, ſm quam eſt caput Eccleſiæ, ſit eadem cum gratia habituali eius, ſecundum quòd eſt quidam homo ſingularis.
¶ Sexto, vtrum eſſe caput Eccleſię, ſit proprium Chriſto.
¶ Septimo, vtrum diabolus ſit caput omnium malorum.
¶ Octauo, vtrum Antichriſtus etiam poſſit dici caput omnium malorum.

### Articvlvs I.

*Vtrum Chriſtus ſit caput Eccleſiæ.*

Ad primvm ſic procedit. Videtur quòd Chriſto ſecundũ quòd eſt homo, non competat eſſe caput eccleſię. Caput enim influit ſenſum & motũ in membra. Senſus autem & motus ſpiritualis, qui eſt per gratiam, non influitur nobis a Chriſto homine; quia ſicut Aug. dicit in lib. de Tri. * nec etiam Chriſtus, ſecundum quòd eſt homo, dat Spiritũſanctum, ſed ſolum inquantum eſt deus. ergo B ei, ſecundum quòd eſt homo, non competit eſſe caput eccleſiæ.

¶ 2 Præt. Capitis non videtur eſſe aliud caput: ſed Chriſti ſecundum quòd eſt homo, eſt caput deus, ſecundum illud. 1. ad Corinth. 11. Caput Chriſti deus. ergo ipſe Chriſtus non eſt caput.

¶ 3 Præt. Caput in hoĩe eſt quoddam particulare membrũ, influentiã recipiens a corde: ſed Chriſtus eſt vniuerſale principiũ totius ec- C cleſiæ. ergo non eſt eccleſiæ caput.

Sed contra eſt, quòd dicitur Epheſ. 1. Ipſum dedit caput ſupra omnem eccleſiam.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut tota eccleſia dicitur vnum corpus myſticũ per ſimilitudinem ad naturale corpus hominis, quòd ſecũdum diuerſa membra habet diuerſos actus, vt Apoſt. docet Ro. 12. & 1. ad Cor. 12. ita Chriſtus dicitur caput eccleſiæ ſecundum ſimilitudinẽ humani capitis, in quo D tria poſſumus conſiderare, ſcilicet ordinem, perfectionem, & virtutem: ordinem quidem, quia caput eſt prima pars hominis, incipiendo a ſuperiori: & inde eſt, ꝙ omne principium conſueuit vocari caput, ſecundum illud Ezech. 16. Ad omne caput viæ ædificaſti ſignũ proſtitutionis tuæ: perfectionem autem, quia in capite vigent omnes ſenſus & interiores & exteriores, cum in ceteris membris ſit ſolus tactus, & inde eſt, quòd dici E tur Iſa. 9. Senex & honorabilis ipſe eſt caput: uirtutem vero, quia virtus & motus ceterorum membrorum, & gubernatio eorum in ſuis actibus, eſt a capite, propter vim ſenſitiuam & motiuã ibi dominantem: vnde & rector dicitur caput populi, ſecundum illud. 1. Reg. 15. Cũ eſſes paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es. Hæc autem tria competũt Chriſto ſpiritualiter. Primò enim ſecũdum propinquitatem ad deũ, gratia eius altior eſt & prior, etſi non tempore: quia omnes alij acceperũt gratiam per reſpectum ad gratiam ipſius, ſecundũ illud Roma. 8. Quos præſciuit, hos & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Secundo vero perfectionem habet, quãtum ad plenitudinẽ omnium gratiarũ, secundum illud Ioan. 1. Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis, vt etiam ſupra oſtenſum eſt. * Tertio, virtutem habet influendi gratiam in omnia membra eccleſiæ, ſecundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius nos oẽs accepimus. Et ſic patet, quòd Chriſtus cõuenienter dicitur eccleſiæ caput.

Ad primvm ergo dicendum, quòd dare gratiam aut Spiritumſanctum conuenit Chriſto ſecundum quòd deus, auctoritatiue: ſed inſtrumentaliter conuenit etiã ei, ſecundum ꝙ homo, inquantum ſcilicet eius humanitas inſtrumentum fuit diuinitatis eius. Et ita actiones ipſius ex virtute diuinitatis fuerunt nobis ſalutiferæ, vtpote gratiam in nobis cauſantes, & per meritum, & per efficientiam quandam. Auguſt. * autem negat Chriſtum, ſecundum quòd homo eſt, dare Spiritumſanctum per auctoritatem: inſtrumentaliter autẽ, ſiue miniſterialiter etiam [d] alij ſancti dicuntur dare Spiritumſanctũ, ſecundum illud Gal. 3. Qui tribuit vobis Spiritum &c.

Ad 2m dicendum, quòd in metaphoricis locutionibus, nõ oportet attendi ſimilitudinem quantum ad omnia: ſic enim non eſſet ſimilitudo, ſed rei veritas. Capitis igitur naturalis nõ eſt caput aliud, quia corpus humanũ non eſt pars alterius corporis: ſed corpus ſimilitudinarie dictũ, ideſt, aliqua multitudo ordinata, eſt pars alterius multitudinis: ſicut multitudo domeſtica eſt pars multitudinis ciuilis: & ideo paterfamilias, qui eſt caput multitudinis domeſticæ, habet ſupra ſe caput rectorem ciuitatis. Et per hunc modũ nihil prohibet, caput Chriſti eſſe deũ, cum tñ ipſe Chriſtus ſit caput eccleſiæ.

Ad 3m dicendum, ꝙ caput habet manifeſtam eminentiam reſpectu exteriorum membrorum: ſed cor habet quandam influentiã occultam: & ideo cordi compara-

re, infinita eſt, ſupra oẽ genus eſt, eſſe verbi eſt, eſſe perſonale eſt: p eo vero, qđ addit, ipſa vnio ſuper rem, ĩ qua eſt vnio, temporale quid eſt, cauſatũ a tota Trinitate ſm rem, & p appropriationem a Filio, gratis conceſſum humanæ naturæ eſt.

¶ De quo quid ſit ſuperius declaratũ eſt, balbutiendo tñ. Conſona igit̃ ſunt omnia Auctoris dicta de vnione ſeu vnionis gratia, ſane intellecta.

*Enchir. c. 40. to. 3.

*¶ Super Quæſtionis octaue Articulum primum.*

Titulus primi articuli clar⁹ eſt.

¶ In corpore articuli primo reſpondet Auctor directe quæſito vnica cõcluſione. Secundo declarat terminum vnũ concluſionis. Eſt igitur concluſio reſpõſiua, Chriſtus caput Eccleſiæ dicitur ſm ſimilitudinem humani capitis. Probatur. ſicut tota Eccleſia dr̃ vnum corpus ad Ro. 12. ſm ſimilitudinem corporis humani, ita conſequens eſt, ꝙ Chriſtus dicatur caput Eccleſiæ ſecundum ſimilitudinem humani capitis.

¶ Vbi nota, ꝙ eſſe caput nõ dicitur de Chriſto proprie, ſed metaphorice: ſicut etiã eſſe vnum corpus dr̃ metaphorice de Eccleſia, & ppterea non multa opus eſt diſcuſſiõe ĩ re hac. Termin⁹ aũt in cõcl'one poſitus, qui declaratur in litera, eſt ly ſm ſimilitudinem ad humanum caput: declaratur ſiquidem, ꝙ ſimilitudo iſta attẽditur quo ad tria, ſ. ordinem, perfectionem, & virtutem.

¶ Vbi ſcito primo, ꝙ in corpore humano conſideratur ordo, non originis, ſed ſitus: & ideo ĩ lr̃a dr̃. ꝙ caput eſt primũ membrum, incipiẽdo a ſuperiori, proculdubio ſm ſitũ, quãuis etiam poſſit intelligi de ſuperiori ſm naturales differentias poſitionis animaliũ, prout in animali diſtinguuntur ſex naturales differentiæ, ſcilicet ſurſum & deorſum, ante & retro, dextrum & ſiniſtrum: nam ſurſum in homine, eſt ipſum caput vnde trahit alimentum. Et quoniam vtroque modo caput humanum eſt ſurſum, ſcilicet ſecundum ſitum ſimpliciter, & ſecundum differentiam naturalẽ animalis, ideo vtroque modo intelligi poteſt. Primo tamen modo manifeſti⁹ ſenſui patet: & ideo magis conſonat litteræ, quæ in reſpõſione ad vltimũ euidentiam ſenſibilem cõſideratam in hac ſimilitudine dicit, dum capitis magis quàm cordis nomen Chriſtus ſuſcepiſſe dicitur.

Inf. q. 49. a. 1. cor. Et 3. di. q. 1. ar. veri. q. ar. 3. c. ar. 4. & 1. cor. Et 3. c. 21. opuſ. 3. Et 1. c. 11. l. 1. & phe. 1.

Li. 1. de Trini. c. 12. ante med. to. 3.

¶ Scito ſecundo, ꝙ virt⁹ attribuitur capiti humano reſpectu virium & motuũ reliquorũ membrorum, non tamquàm primo inter membra principio, ſed tamquàm comprincipio primi ſimpliciter membri, ſcilicet cordis: ex corde ſiquidem mediãte capite omnis vis & motus membrorum pendet. Et ſimiliter Chriſt⁹ homo comprincipium eſt Spirituſſancti, qui eſt cor eccleſiæ ad vim & motum reliquorum membrorũ eccleſiæ. Et iõ Chriſtus, ad Coloſſ. 2. caput eccleſię dicitur, ex quo tãquàm ex comprincipio corpus eccleſiæ per nexus & coniunctiones ſubminiſtratũ & cõſtructũ, creſcit in augmentum dei.

¶ Scito tertio, quòd gratia Chriſti dicitur prima, quia altior & prior, hoc eſt ſecundum ordinem cauſæ formalis, ſimpliciter & exemplariter. Nam ex eo ꝙ altior, eſt prior, ſecũdum ordinem cauſæ formalis, in quo quanto quid eſt intenſiue altius, tanto formalius. Ex eo autem quòd ad conformitatem ipſius alijs gratia datur, eſt prior tamquàm exemplar reliquarũ gratiarum: & vt in litera dicitur, nõ eſt hoc exemplar prius tempore exemplatis, ſed vt finis in intentione, vt exemplar conceptum.

¶ In reſponſione ad primum eiuſdem articuli aduerte duos modos, quibus Auctor ponit actiones Chriſti hominis cauſare in nobis gratiam, ſcilicet meritorie & effectiue. Et de modo quidem meriti nulla eſt ambiguitas: quoniã poteſt cadere ſub vnius merito, quòd deus creet in altero gratiam: ſed de modo efficientiæ obſcurum eſt; quoniam, vt in prima parte habitum ẽ, nec principaliter, nec inſtrumentaliter poteſt creatura aliquã creare: Chriſtus autem dicitur hic inſtrumẽtaliter concurrere. Et licet quæſtio hæc perplexa appareat, non habet tamen hoc in loco multum dubitationis: quoniam ſecũdum commune dictũ actiones Chriſti ſiue medijs ſacramentis, vt quotidie in eccleſia fit, ſiue abſque ſacramẽtis, vt Latronem gratificauit, eodem modo ad creationem gratiæ concurrunt, nõ attingendo, ſcilicet ipſam gratiam, quæ creatur, ſed efficiendo aliquid per modum diſpoſitionis, quod eſt creare gratiam inſtrumentaliter: quod nõ inconuenit, cum creatur aliquid in ſubiecto præexiſtente, prædiſponendo ad illam rem creandã, vt patet cũ creatur aĩa intellectiua ĩ corpore humano, tot diſpoſitionib⁹ præparato ab agẽte naturali, neceſſitante naturalis ordinis exactione, paſſiuã creationẽ ipſius animæ. Altius tamen dicitur ſecundum excellentiorem Auctoris doctrinam inferius in q. 13. art. 2. quòd gratia non ſpectat ſimpliciter ad gen⁹ creationis, ſed ad genus immutationis creaturarũ, non ſecundũ naturæ ordinem, ſed ſecundũ ordinem gratiæ: qđ ſufficienter probatur ex hoc, ꝙ deum non conſeruare gratiam, non eſt annihilare, & ipſam deſinere eſſe, non eſt annihilari, cum deus nihil vmquàm annihilet, quàmuis annihilare poſſit. Ex hoc enim quòd creationi & conſeruationi diuinę reſpõdet annihilatio, manifeſte ſequitur, ꝙ ſi corruptio ſeu deſitio alicuius non eſt annihilatio, productio quoque eiuſdem ordinaria nõ eſt creatio.

q. præc. ar. 9.

Loco citato in argu.

D. 430.

tio. Quia igitur grãæ infuſio non ſimpliciter creatio eſt, ſed mutatio quędã animæ in ordine gratuitorũ ad cæleſtẽ patriam, & ad hmõi mutationes extendit ſe anima Chriſti, vt inſtrumentũ coniunctum verbi, nõ videtur negandum, gratiam attingi inſtrumentaliter ab actione humanitatis Chriſti: ſed dicendum, quòd effectus iſte, qui eſt animam gratificari, ex illa parte qua ĩteruenit, quodãmodo creatio, eſt immediate a deo: ſed ex illa parte, qua interuenit aĩæ mutatio ſecũdum obedientialem potentiam ad cæleſtẽ beatitudinem, eſt a deo mediante humanitate Chriſti inſtrumentaliter. Hoc.n. non eſt creaturæ cõmunicari potẽtiam creandi inſtrumentaliter, ſed immutãdi inſtrumentaliter, ad reſtauranda omnia, quæ in cælis & in terris ſunt.

3.di.13.q.2 arti. 2. q.3. Et ver.q.29 art. 4. ad 1. Et opu.60. cap.3.

¶ *Super Quæſtionis octauæ Articulum ſecundum.*

In titu. 2. art. aduerte, ꝙ ly, quo ad corpora, non ſolum refertur ad corpora aliorum hominum, ſed etiam ad corpus ipſius Chriſti, vt clare patet ex argumento tertio in litera, qđ impugnat, corpus Chriſti non poſſe eſſe caput aliorum, quia ſumptum eſt ex alijs, & ex cõcluſione reſponſiua in corpore articuli. eſt igitur ſenſus tituli, An Chriſtus & ſecundum corpus ſit caput aliorũ hominum, etiam quo ad corpora.

Ar. præced. ad 3.

¶ In corpore articuli vnica eſt cõcluſio reſponſiua quæſito affirmatiue. Tota humanitas Chriſti ſecundum. ſ. animã & corpus, influit in homines, & quantũ ad animam principaliter, & quantum ad corpus ſecundario. Hæc concluſio primo probatur: deinde declaratur vltima eius particula. Probatur ſic. Humanitas Chriſti habet uim influẽdi, inquantũ eſt coniuncta dei verbo, cui corpus vnitur per animam, & corpus humanum habet naturalem ordinem ad animam dupliciter, ſcilicet vt materia ad formam, & vt inſtrumentum ad principalem motorem. ergo tota humanitas Chriſti &c.

¶ Vbi nota quòd quia duo continentur in concluſione, ſcilicet quòd corpus Chriſti influat & quòd corpora aliorum recipiãt influxum a corpore Chriſti, ideo duo principia aſſumpta ſunt in litera, alterum commune corpori Chriſti & aliorum hominũ corporibus de duplici naturali ordine inter corpus & animam, ex quo habetur communio mutua, qua non ſolum corpus accipit ab anima, ſed anima accipit a corpore miniſtrante ſibi, & hinc habes conſequenter, quòd corpus Chriſti non eſt alienum a viribus ſuæ animæ, & quòd corpora aliorum nõ ex-

tur Spiritũ ſanctus, qui inuiſibiliter eccleſiã viuificat & vnit: capiti comparatur ipſe Chriſtus ſecundũ viſibilem naturam, ſecundũ quam homo hominibus præfertur.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum Chriſtus ſit caput hominum, quantum ad corpora, uel ſolum quantum ad animas.*

Ad secvndvm ſic pceditur. Videtur quòd Chriſtus nõ ſit caput hominum, quo ad corpora. Chriſtus enim dicitur caput eccleſiæ, inquantum influit ſpiritualem ſenſum & motum gratiæ in eccleſiam: ſed huius ſpiritualis ſenſus & motus capax non eſt corpus. ergo Chriſtus non eſt caput hominum ſecundum corpora.

H ¶2 Præt. Secundum corpora communicamus cum brutis. Si ergo Chriſtus eſſet caput hominũ quantum ad corpora, ſequeretur quòd etiam eſſet caput brutorum animalium, quod eſt inconueniens.

¶3 Præt. Chriſtus corpus ſuum ab alijs hoĩbus traxit, vt patet Mat. 1. & Luc. 3. ſed caput eſt primum inter cetera membra, vt dictũ eſt.* ergo Chriſtus non eſt caput eccleſiæ quantum ad corpora.

I Sed contra eſt, quòd dicitur Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ.

Respon. Dicendum, ꝙ corpus humanum habet naturalem ordinem ad animam rationalem, quæ eſt propria forma eius & motor. Et inquantum quidem eſt forma eius, recipit ab anima vitam & ceteras proprietates cõuenientes humano corpori ſecundum ſuã ſpeciem, inquantum vero anima eſt motor corporis, corpus inſtrumẽtaliter ſeruit animę. Sic ergo dicendum eſt, quòd habet vim influendi humanitas Chriſti, inquantum eſt coniuncta dei verbo, cui corpus vnitur per animam, vt ſupra dictum eſt.* Vnde tota Chriſti humanitas, ſecundum ſcilicet animã & corpus, influit in homines, & quantum ad animam, & quãtum ad corpus: ſed principaliter quantum ad animam, ſecundario quantũ ad corpus, vno modo, inquantum membra corporis exhibẽtur arma iuſtitiæ in anima exiſtẽti per Chriſtum, vt Apoſt. dicit Rom. 6. alio modo, inquantum vita glorię ab anima deriuatur ad corpus, ſecundum illud Roma. 8. Qui ſuſcitauit Chriſtum Ieſum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra, propter inhabitantem ſpiritum eius in vobis.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ ſenſus ſpiritualis gratiæ nõ peruenit quidem ad corpus primo & principaliter: ſed ſecũdario & inſtrumentaliter, vt dictum eſt.*

Ad 2m dicendum, quòd corpus animalis bruti nullam habitudinem habet ad animã rationalem, ſicut habet corpus humanum: & ideo non eſt ſimile.

Ad 3m dicendum, quòd licet Chriſtus traxerit materiam corporis ab alijs hominibus: vitam tamẽ immortalem corporis omnes homines trahunt ab ipſo, ſecundum illud 1. ad Cor. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum Chriſtus ſit caput omnium hominum.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus nõ ſit caput omnium hominum: caput enim nõ habet relationem, niſi ad

F cluduntur a donis ſuarum animarum. Alterũ principium proprium eſt corpori Chriſti, continens duo, ſcilicet quòd humanitas Chriſti habet vim influendi ex cõiunctione perſonali ad deum, & quod Chriſti coniunctum eſt verbo mediãte anima. Ex his ſiquidem ſimul iunctis habes, quòd corpus Chriſti mediante anima, habet vim influxiuam ex verbo, ſicut habet mediante anima cõiunctionẽ ad illud, vt ſic & ex parte influentis, aĩa Chriſti principaliter, & corpus ſecundario inueniatur, & ſimiliter ex parte recipiẽtium influxum, animæ hominum principaliter, & corpora ſecũdario inueniantur, & vtrobique eadem ſit ratio, ſcilicet propter naturalem ordinẽ corporis ad animam. Declaratur deinde, quòd corpus ſecundario recipiat influxum, dupliciter verificari, ſcilicet per modũ miniſterij, vel per modum deriuationis. Nam quando in præſenti vita anima iuſtificatur, mouet membra corporis ad aſſequẽdam, conſeruãdã, tuendam, augendamque animæ iuſtitiam, & ſic corpus noſtrum ſecundario, vt miniſter animę mouetur a iuſtificante aĩam. Quando vero in reſurrectione anima glorioſa iuncta erit corpori, ex gloria animæ deriuabitur gloria in corpus, & ſic a glorificãte immortali diuinaque vita animam, glorificabitur ſecundario corpus, redundante gloria aĩæ in corp⁹.

q.6. art. … | In corp. ar.

¶ *Super Quæſtionis quartæ Articulum tertium.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore articuli duo fiunt. Primo, declaratur modus quo corpus Chriſti myſticum habet membra. Secundo, reſpondetur quæſito. Ex differentia autem inter corpus naturale & myſticũ, quoad modum habendi membra ſimul vel ſucceſſiue, declaratur modus, quo corpus Chriſti myſticum habet membra ſcilicet non ſolũ in actu, ſed in potentia. Et potentia quidem in propoſito dupliciter inuenitur, quæ ſcilicet quandoque reducetur, & quæ numquàm reducetur ad actum. Actus vero tripliciter: vel ſecundum fidem, vel ſecundum charitatem viæ, vel ſecundum fruitionem patriæ.

Infra q.1[?]. ar.3. c.& 19.a.4.c.& ad 1. Et 3. diſ.13.q.2. ar.1.q.2.& 3.

¶ Vbi nota primo, quòd non diſtinguitur potentia in potentiam reducibilem, vel non reducibilem ad actum: ſed in potentiam, quę de facto quandoque reducetur ad actum, & in potentiam, quæ de facto numquàm reducetur ad actum, quàmuis reducibilis fuerit ad actum, alioquin non fuiſſet in potentia.

¶ Nota ſecundo, quòd licet fides, vt in reſponſione ad ſecundum



dum habes, conſtituat membrum Chriſti imperfecte & ſecundum quid: quia tamen infra latitudinem actus conſiſtit, ideo hic primus gradus actus in eſſe gratiæ in membris Chriſti, aſſignatur fidei.

¶ Concluſio reſponſiua eſt, Chriſtus eſt caput omnium hominum, diuerſimode tamẽ, loquendo generaliter ſecundum totum mundi tempus, probatur deducendo per quinque gradus, ſecundum quos homines vniũtur Chriſto.

¶ Vbi nota Auctorẽ in ſex ſtatus omnes diſtinxiſſe, & omnes differentias eorum comprehendiſſe. In primo beati, in ſecundo viatores in charitate, in tertio viatores in fide tantum, in quarto viatores ſine fide, prædeſtinari tamen, in quinto viatores ſine fide non prædeſtinati, in ſexto damnati ſunt. Et primus quidem gradus licet hodie omnino ſit clarus: relatus tamẽ ad totum mũd. tempus comprehẽdit ſub ſe beatos, etiã impeditos, quàmuis in termino, vt erant ſancti Patres in lymbo ante mortem Chriſti. Comprehenduntur ſiquidem in primo gradu omnes actu Chriſto cõiuncti immutabiliter ſeu in termino, quales tũc erant ſancti Patres, quibus ſola patefactio cæli deerat.

¶ Secũdus vero gradus trifariam diſtinguitur: nam continet tam exiſtẽtes in purgatorio, qui adhuc extra viam totaliter nõ ſunt, quàm exiſtentes in charitate hic prædeſtinatos, quàm exiſtentes in charitate ſecundum prçſentem iuſtitiam tantum, quos cõſtat eſſe præſcitos. Hi enim omnes, qa ſunt in via & charitate computantur inter membra Chriſti actualiter: ſed primi duo ſimpliciter, tertij ſecundum præſentem tantum iuſtitiam.

¶ Tertius quoque gradus, qui etiam ſecundum actum licet imperfectum attenditur, duo continet genera hominum, ſcilicet fide tantum præditos, & tamen prædeſtinatos. & ſimiles nõ prædeſtinatos. Vtrique enim inter membra Chriſti actualiter ratione fidei computantur: mortificata tamen, ſed primi vt membra permanſura, ſecundi vt membra abſcindenda.

¶ Quartus gradus, qui ſecundum potentiam attenditur, aſſignatus eſt in litera in ordine ad actum ſimpliciter, hoc eſt fruitionem patriæ, ſicut & quintus: ſed quartus ſecundum ordinem poſitiuum ad dictum actum: quintus ſecundum negationem ordinis ad eundem actum. Et quoniam iuſtum eſt, vt potentiæ ad actus ſecundum quid, reducantur ad potentiam ad actum ſimpliciter, ideo quartus gradus comprehendit omnes viatores ſine fide prædeſtinatos, & reductiue illos etiã ſine fide, qui quandoque reducentur in actum fidei tantum, vel ẽt charitatis viæ tantum: hi.n. ratione ſtatus potentiæ, quæ quandoque reducetur ad actum ſimpliciter vt primi, vel ſecundum quid vt reliqui quartum conſtituunt gradum, iuxta diſtinctionem præmiſſam in litera ante concluſionem. Et propterea quinto gradui illi ſoli relinquuntur, qui ſic in vita iſta degunt in potẽtia ad actum ſimpliciter vel ſecundum quid, ꝙ numquàm aſſequentur aliquẽ eorum, qui ſcilicet non ſolum præſciti ſunt, ſed numquàm ad charitatem viæ, numquàm ad fidem informem peruenient, vt ſunt iugiter infideles.

¶ *Extra omnia autem Chriſti mẽbra computatur ſextus ſtatus hominũ, hoc eſt ſtatus æternæ dãnationis, qui etiam continet duo genera hominum, ſcilicet damnatorũ ad pęnã ſenſus & damni, quales ſunt omnes adulti damnati, & ad pœnã damni tantum, quales ſunt infantes & pꝑetuo amentes, qui ſine ſacramento fidei deceſſerunt. Hi namque vt ſic, quia nec actu nec potentia inter membra Chriſti ſunt, aliena omnino ponuntur a capite Chriſto. Eſt tamen inter iſtos latitudo, dum quidã eorum decidunt a potẽtia tantum, vt ſemper infideles, & qui nũquàm vſum liberi arbitrij habuerunt, de quibus tantum fit mentio in litera. Quidam autẽ decidunt ab actu, vel fidei tãtum, vel etiam charitatis viæ vt Chriſtiani damnari, qui membra vere abſciſſa a corpore Chriſti ſunt: quoniam illius fuerunt ſecundum præſentem iuſtitiam vel fidei ſacramenta, membra.

¶ In reſponſione ad primum eiuſdem articuli, aduerte pro intellectu literę & prædictorum, ꝙ dupliciter poſſumus loqui de potentia vt patet 5. Metaph. ſcilicet logice vel phyſice, hoc eſt, vel de ponentia, prout termini non implicant contradictionẽ, vel de potentia actiua, vel paſſiua exiſtente in natura, ad agendum vel patiendum actum aliquem ordinata. In præſenti materia non eſt ſermo de potentia logice, ſed phyſice, ut patet ex hac litera, in qua Auctor fundat potentiam eccleſiaſticam, hoc eſt poſſe eſſe membrum eccleſiæ, quæ eſt corpus Chriſti myſticum ſuper reali uirtute Chriſti, & reali facultate liberi arbitrij humani in ſtatu uiæ, ſecundum enim has duas poteſtates dicitur aliquis phyſice in potentia, uel non in potentia ad eſſe mẽbrum Chriſti. Et propterea damnati omnes licet ſint in potentia logice, ut ſint membra Chriſti: quia tamen non ſunt in potentia

membra ſui corporis. Infideles autem nullo modo ſunt membra ecclesiæ, quę eſt corpus Chriſti, vt dicitur Epheſ. 1. ergo Chriſtus non eſt caput omnium hominum.

¶2 Præt. Apoſtolus dicit ad Ephe. 5. quòd Chriſtus tradidit ſemetipſum pro eccleſia, vt ipſe exhiberet ſibi glorioſam eccleſiam, non habentem maculam aut rugã, aut

B aliquid huiuſmodi: ſed multi ſunt ẽt fideles in quibus inuenitur macula aut ruga peccati. ergo nec etiã omniũ fideliũ Chriſtus eſt caput.

¶3 Præt. Sacramenta veteris legis comparantur ad Chriſtũ, ſicut vmbra ad corpus, vt dicitur Coloſſ. 2. ſed patres veteris teſtamẽti, ſacramentis illis ſuo tẽpore ſeruiebant, ſecundũ illud Hebr. 8. Qui exemplari & vmbræ deſeruiunt cæleſtiũ. Non ergo pertinebant ad corpus Chriſti, & ita Chriſtus non eſt caput omnium hominum.

Sed contra eſt, quòd dicitur 1. Timo. 4. Eſt Saluator omniũ hominum, & maxime fidelium, & 1. Ioã. 2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris tantum, ſed etiam pro totius mundi. Saluare autem homines, & propitiationem eſſe pro peccatis eorum, competit Chriſto ſecundum quòd eſt caput. ergo Chriſtus eſt caput omnium hominum.

Respon. Dicendum, quòd hęc eſt differentia inter corpus hominis naturale, & corpus eccleſiæ myſticum, quòd membra corporis naturalis ſunt omnia ſimul, mẽbra autẽ corporis myſtici nõ ſunt omnia ſimul, neque quantum ad eſſe naturæ, quia corpus eccleſiæ cõſtituitur ex hominibus, qui fuerunt a principio mundi vſque ad finem ipſius: neque etiam quantũ ad eſſe gratiæ: quia eorum etiam, qui ſunt in vno tempore, quidam gratia carent, poſtmodum habituri, alijs eam iam habentibus. Sic igitur mẽbra corporis myſtici accipiuntur, non ſolum ſecundum quòd ſunt in actu, ſed etiam ſecundum quòd ſunt in potentia. Quædam tamen ſunt in potentia, quæ numquàm reducuntur ad actum. Quædam vero ſunt, quæ quandoque reducuntur ad actum. Et hoc ſecundum triplicem gradũ: quorum primus eſt per fidem, ſecundus per charitatẽ viæ, tertius per fruitionem patriæ. Sic ergo dicendum eſt, ꝙ accipiendo generaliter ſecundum totum tempus mundi, Chriſtus eſt caput omnium hominum: ſed ſecundum diuerſos gradus. Primo enim & principaliter eſt caput eorum, qui actu vniũtur ſibi per gloriam. Secundo eorum, qui actu vniuntur ſibi per charitatem. Tertio eorum, qui actu vniũ-

C tur ſibi per fidẽ. Quarto vero eorum, qui ſibi vniuntur ſolũ in potentia nondum reducta ad actum, quæ tamen eſt ad actum reducenda, ſecundum diuinam prędeſtinationem. Quinto vero eorum, qui in potentia ſunt ſibi vniti, quæ numquàm reducetur ad actum: ſicut homines in hoc mundo viuentes, qui non ſunt prædeſtinati, qui tamen ex hoc ſæculo recedentes, totaliter deſinunt eſſe mẽbra Chriſti: quia iam nec ſunt in potentia,

D vt Chriſto vniantur.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ illi qui ſunt infideles, etſi actu non ſint de eccleſia, ſunt tamen de eccleſia in potentia: quæ quidem potentia in duobus fundatur. Primo quidem & principaliter in virtute Chriſti, quæ eſt ſufficiens ad ſalutem totius humani generis: ſecundario in arbitrij libertate.

Ad 2m dicendum, quòd eſſe eccleſiam glorioſam non habentem

tentia phyſice ad eſſe inter membra Chriſti, quoniam nec virtus Chriſti eſt ordinata ad redemptionem damnatorum, ſcriptum eſt enim, quòd in inferno nulla eſt redemptio, nec illorum liberum arbitrium vertibile eſt amplius ad Chriſtũ: quia ſunt in termino, ideo ſimpliciter & abſolute dicuntur in litera totaliter deſinere eſſe mẽbra Chriſti.

¶ In reſponſione ad ſecundum aduerte, quòd tres conditiones eccleſiæ, hoc eſt glorioſam, & ſine macula, & ſine ruga eſſe, non conuenire eccleſiæ militãti ratione primę cõditionis, manifeſte patet. Sed & Auctor ratione tertiæ, hoc eſt peccatorum venialium probat, q́d intellige formaliter de eccleſia militante, hoc eſt, de cõgregatione fideliũ exiſtentium in charitate: quoniam huiuſmodi congregatio ratione omniũ ſuarũm partium in via hac, rugam aliquã vetuſtatis habet, licet non ſemper in ſingulis. Poteſt .n. viator aliquis aliquanto tempore ſine omni actuali peccato inueniri: non poteſt tamen omnino vitam hanc agere ſine aliquo peccato, vt in litera, apoſtolica probat auctoritas.

D. 720.

maculã neq; rugã, eſt vltimꝰ finis, ad quẽ ꝓducimur ꝑ paſſionẽ Chriſti. Vñ hoc erit ĩ ſtatu patriæ, nõ aũt in ſtatu viæ, in quo, Si dixerimus, quia pctm̃ nõ habemus, noſipſos ſeducimus, vt dicitur 1. Io. 1. Sunt tamen quædam ſcilicet mortalia, quibus carent illi, qui ſunt mem- G bra Chriſti per actualem vnionem charitatis. Qui vero his ſubduntur, nõ ſunt membra Chriſti actualiter, ſed potentialiter, niſi forte imperfecte, per fidem informem, quæ vnit Chriſto ſecundum quid, & non ſimpliciter, vt ſcilicet per Chriſtum homo conſequatur vitã gratiæ. Fides enim ſine operibus mortua eſt, vt dicitur Iacobi 2. percipiunt tamen tales à Chriſto quẽdam actum vitæ, qui eſt credere: ſicut ſi membrum mortificatũ mo- H ueatur aliqualiter ab homine.

Ad 3ᵐ dicendum, ꝙ ſancti patres nõ inſiſtebant ſacramentis legalibus tamquàm quibuſdam rebus, ſed ſicut imaginibus & vmbris futurorum: idem [d] autem eſt motus in imaginẽ, inquantum eſt imago, & in rem, ut patet per Philoſophum in lib. de memo. & remi.* Et ideo antiqui patres ſeruando legalia ſacramenta, ferebantur in Chriſtum per fidem & dilectio- I nem eandem, qua & nos in ipſum ferimur: & ita patres antiqui pertinebant ad idem corpus eccleſiæ, ad quod nos pertinemus.

Cap. 2. in med, to. 2,

¶ *Super Quæſtionis octauæ Articulum quartum.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore articuli vna eſt concluſio reſponſiua quæſito, Chriſtus nõ ſolum eſt caput hominũ, ſed etiam angelorũ. Probatᷣ dupliciter, ſ. ratione & auctoritate, ratione quidẽ ſic: Homines & angeli ordinantur ad vnum finem, ſcilicet gloriam diuinæ fruitionis. ergo corpus myſticũ eccleſię nõ ſolũ ex hominibus, ſed etiam ex angelis conſiſtit. ergo totius huius multitudinis eſt caput vnũ, quod eſt Chriſtus. igitur Chriſtus eſt caput non ſolum hominum, ſed angelorum. Prima conſequentia probatur: quia corpus ſimilitudinarie dicitur quæcumque vna multitudo ordinata in vnum, ſecundũ diſtinctos actus ſeu officia. Hinc aperte patet, quòd multitudo angelorum & hominum ex eo, quòd ordinatur ad vnum finem, eſt vnum corpus myſtice: nulla enim eſt ambiguitas, quin in his ſit diuerſitas actuum & officiorum in ordine ad cæleſtem felicitatem. Secunda vero conſequentia habet duas partes, prima eſt, quòd inferatur caput vnum: ſecunda eſt, quòd illud caput ſit Chriſtus. Et quo ad primam probatur ex eo, quòd vbi eſt vnum corpus, oportet eſſe caput vnum. Quo ad ſecundam vero probatur dupliciter. Primo ex tribus conditionibus capitis antedictis, ſcilicet primitate, perfectione, & virtute, inuentis in Chriſto: quia propin- F quior eſt deo, & perfectius habet dona dei, & influit in homines & angelos. Secundo, auctoritate Apoſtoli ad Phil. 1. Deinde probatur concluſio principalis ex ſigno: quia ſcilicet angeli miniſtrabant Chriſto, Matth. 4. hoc enim ſignum eſt ſubiectionis, cum minor ſit qui miniſtrat.

3. di. 13. q. 2 ar. 2. q. 1. & di. 14. ar. 3. q. 2. & 6. c. Et ver. q. 29 a. 4. c. & ad 5 Et opuſ. 3. c. 223. & 1. cor. 11. Et eph. 1. in fi.

## Articvlvs IIII.

*Vtrum Chriſtus ſit caput angelorum.*

Ad qvartvm ſic ꝓceditur. Videtur quòd Chriſtus, ſecundum quòd homo, non ſit caput angelorum. Caput enim & membra ſunt vnius naturæ: ſed Chriſtus, K ſecundũ quòd eſt homo, non eſt conformis in natura cum angelis, ſed ſolum cum hominibus: quia ut dicitur Hebr. 2. Numquàm angelos apprehendit, ſed ſemẽ Abrahæ apprehendit. ergo Chriſtus ſecundum quòd homo, non eſt caput angelorum.

¶ 2 Præt. Illorum Chriſtus eſt ca- G put, qui pertinent ad eccleſiam, quę eſt corpus eius, ut dicitᷣ Ephe. 1. ſed angeli non pertinent ad eccleſiam, nam eccleſia eſt congregatio fidelium: fides autem non eſt in angelis: nõ enim ambulant per fidem, ſed per ſpeciem, alioquin peregrinarentur a domino, ſecundum quòd Apoſtolus argumentatur 2. ad Corinth. 5. ergo Chriſtus, ſecundum quòd homo, non eſt caput angelorum.

¶ 3 Præt. Auguſt. dicit ſuper Ioan.* H ꝙ ſicut uerbum, quod erat in principio apud patrem, uiuificat animas, ita uerbum caro factum uiuificat corpora, quibus angeli carẽt: ſed verbum caro factum eſt Chriſtus, ſecundũ ꝙ homo. ergo Chriſtus ſecundũ ꝙ homo, non influit uitam angelis. Et ita ſecundum ꝙ homo, non eſt caput angelorum.

Sed contra eſt, quòd Apoſtolus dicit Coloſſ. 2. Qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis: & eadem ratio eſt de angelis I aliorum ordinum. eſt ergo Chriſtus caput angelorum.

Respon. Dicendum, quòd ſicut dictum eſt,† ubi eſt unum corpus, neceſſe eſt ponere unum caput. Vnum autem corpus ſimilitudinarie dicitur una multitudo ordinata in unum, ſecundum diſtinctos actus ſiue officia: manifeſtum eſt autem, ꝙ ad unum finem, qui eſt gloria diuinæ fruitionis, ordinantur & homines & angeli. Vnde corpus eccleſiæ myſticum, non K ſolum conſiſtit ex hominibus, ſed etiam ex angelis. Totius autem

¶ In reſponſione ad primum eiuſdẽ articu. aduerte nouitie, ꝙ non apponitur hic ſupradictis tribꝰ conditionibus capitis quarta cõditio, puta cõformitas naturæ: ſed prius fuit ſermo de conditionibus proprijs capitis, quibus differt & præſtat ceteris membris: modo autẽ loquimur de conditione communi capiti, & reliquis membris. Oporteret ſiquidem omnia membra corporis vnius eſſe naturæ, puta humanæ, uel leoninæ, uel taurinæ &c. Vnde conditio iſta conformitatis in natura, exigitur ad caput ut præſuppoſita, ſicut commune præſupponitur proprio. Et propterea in litera dicitur, quòd propter conformitatem Chriſti cum angelis in natura generis, poteſt Chriſtus dici caput angelorum, non quòd conformitas ſit ratio Chriſto, quòd ſit caput (cum conformitas communis ſit Chriſto & angelis) ſed quia conformitas ratio eſt, quòd in Chriſto inueniatur communis conditio capiti & membris: & ideo propter conformitatem ut conditionem communem Chriſtus habens ꝓprias capitis conditiones, poteſt dici caput angelorum.

Tractatu ante med, & 19. trad. a med,

Ar. 1. ad 4.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem articuli, dubium occurrit circa cauſalitatẽ corporalis naturæ Chriſti ſuper angelos, qui ſunt puri ſpiritus, corporibus nec uniti nec unibiles, ut formæ. Non uidetur ſiquidem intelligibile, quòd corpus poſſit agere in ſpiritum ſeparatum omnino, peripatetice loquendo, cum non communicent, & longe inferioris, immo infimæ naturæ ſit corpus quodcumque cum corporalibus reſpectu ſubſtantiarum omnino ſeparatarum a materia, quales ſupponimus angelos eſſe.

¶ Ad hoc dicitur, quòd licet hoc mirum appareat, ſi tamen conſideremus phantaſma ſub lumine intellectus agentis poſſe in animam intellectiuam agere, non erit incredibile, quòd aliqua res corporea uirtute diuinitatis, cui iuncta eſt perſonaliter, poſſit in ſubſtantiam ſeparatam agere, ut ſic quod phãtaſma ex naturali uinculo cum anima intellectiua ſortitum eſt, humanitas Chriſti ex ſupernaturaliſſima & maxima coniunctione ad diuinitatem adepta ſit excellentiori modo: quia poteſt libere, inſtrumentaliter tamen, cauſare in angelis, & animabus noſtris aliquid ſpirituale. Non intelligo tamen hunc cauſandi modum excedere modum, quo ponimus, ſacramenta cauſare in animabus noſtris ſpirituales gratias.



¶ *Super Quæſtionis octauæ Articulum quintum.*

Titulus clarus eſt: de idemptitate enim reali quæritur.

¶ In corpore articuli vnica eſt concluſio reſponſiua quæſito affirmatiue, Gratia perſonalis, qua anima Chriſti iuſtificata eſt, & gratia eius, ſecundum quã eſt caput Eccleſię iuſtificàs alios, eſt eadem ſecundũ eſſentiam: differt tamen ſecundum rationem. Probatur, Quo aliqd eſt actu & quo agit, eſt vnus actus: oportet tamẽ ad hoc vt ſit quo agat in alia, ꝙ actus ſecundum eminentiam quandam habeatur. ergo gratia Chriſti habet etiã, ꝙ ſit actiua in alios, quod pertinet ad rationem capitis. ergo gratia perſonalis qua anima Chriſti iuſtificata eſt, & gratia eiuſdem, qua eſt caput Eccleſię iuſtificans alios, eſt eadem. Antecedens quo ad primam partem probatur ratione, quia vnũquodque agit ſecundum quòd eſt ens actu, & exemplo in calore ignis. Quo ad ſecũdam vero partẽ, quia agens oportet eſſe præſtantius patiente, vt Auguſt. & Ariſtote. teſtantur. Conſequentia vero prima probatur: quia in anima Chriſti recepta eſt gratia ſecũdum maximã eminentiam: ſecunda aũt eſt ꝑ ſe euidẽs.

Loco citato in argu.

huius multitudinis Chriſtus, eſt caput: quia propinquius ſe habet ad deum, & perfectius participat dona ipſius, non ſolum quàm homines, ſed etiam quàm angeli, & de eius influentia non ſolum homines recipiunt, ſed etiam angeli. Dicitur enim Epheſ. 1. quòd conſtituit eum, ſcilicet Chriſtũ deus pater ad dexteram ſuam in cęleſtibus ſupra omnem poteſtatem, & principatũ, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur, non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro, & omnia ſubiecit ſub pedibus eius: & ideo Chriſtus nõ ſolum eſt caput hominum, ſed etiam angelorum: vnde & Matth. 4. legitur, ꝙ Acceſſerunt angeli, & miniſtrabant ei.

Ad primvm ergo dicendum, quòd influentia Chriſti ſuper homines, principaliter quidem eſt quantum ad animas, ſecũdũ quas homines conueniunt cum angelis in natura generis, licet non in natura ſpeciei. Et ratione huius conformitatis Chriſtus poteſt dici caput angelorum, licet deficiat conformitas quantum ad corpora.

Ad 2ᵐ dicendum, quòd eccleſia ſecundum ſtatum viæ eſt congregatio fidelium: ſed ſecundum ſtatum patrię eſt congregatio comprehendentium. Chriſtus autem D non ſolum fuit uiator, ſed comprehenſor: & ideo non ſolum fidelium, ſed etiam comprehendentiũ eſt caput, utpote pleniſſime habẽs gratiam & gloriam.

Ad 3ᵐ dicendum, quòd Aug.* ibi loquitur ſecundum quandam aſſimilationem cauſæ ad effectũ, prout ſcilicet res corporalis agit in corpus, & res ſpiritualis in res ſpirituales: tamẽ humanitas Chriſti ex uirtute ſpiritualis naturę, ſcilicet diuinæ, poteſt aliquid cauſa- E re non ſolum in ſpiritibus hominum, ſed etiam in ſpiritibus angelorum, propter maximam coniunctionem eius ad deum, ſcilicet ſecundum unionem perſonalem.

## Articvlvs V.

*Vtrum gratia Chriſti, ſecundum quam* B *eſt caput eccleſiæ, ſit eadem cũ gratia habituali eius, ſecundum quòd eſt quidam homo ſingularis.*

Ad qvintvm ſic ꝓceditur. Videtur quòd non ſit eadem gratia, qua Chriſtus eſt caput eccleſiæ, cum gratia ſingulari illius hominis. Dicit enim Apoſt. Ro. 5. Si uniꝰ delicto multi mortui ſunt, multo magis gratia dei, & donũ, in gratia unius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit: ſed aliud C eſt peccatum actuale ipſius Adæ, & aliud peccatũ originale, quod traduxit in poſteros. ergo alia eſt gratia perſonalis, quæ eſt propria ipſiꝰ Chriſti, & alia eſt gratia eius, inquantum eſt caput eccleſiæ, quæ ab ipſo ad alios deriuatur.

¶ 2 Præt. Habitus diſtinguuntur ſecundum actus: ſed ad alium actũ ordinatur in Chriſto gratia eius perſonalis, ſcilicet ad ſanctificationem illius animæ, & ad alium actũ ordinatur gratia capitis, ſcilicet ad ſanctificandum alios. ergo alia eſt gratia perſonalis ipſius Chriſti, & alia eſt gratia eius, inquantum eſt caput eccleſiæ.

¶ 3 Præt. Sicut ſupra dictum eſt,† in Chriſto diſtinguitur triplex gratia, ſcilicet gratia unionis, gratia capitis, & gratia ſingularis illiꝰ hominis: ſed gratia ſingularis Chriſti eſt alia a gratia unionis. ergo etiam eſt alia a gratia capitis.

Sed contra eſt, quòd dicitur Io. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus: ſecundum hoc

3. di. 13. q. 3 ar. 2. q. 1. & 2. Et 4. di. 5 q. 1. ar. 3. q. 2. ad 3. Et ueri. q. 29. ar. 2. c. ſi & ad 6. Et op. 3. c. 222. & 223. Et Io. 3. lec. 6.

q. 6. art. 6.

¶ Sed occurrit hic dubium quãtum ualeat proceſſus iſte ex hoc, ꝙ actus habetur ſecundum quandam eminẽtiã, inferens quòd ſit actiuus aliorum eiuſdem rationis: ſupponimus enim, habitualem gratiã in anima Chriſti, & in aliis, eſſe unius ſpeciei ſpecialiſſimæ ſecũdum eſſentiam. Et eſt ratio dubij: quia licet ex hoc, ꝙ actus aliquis eminet, & præſtat, habeat ꝙ ſit actiuus ſibi ſimilis, non tamen ex hoc ſibi uendicat, quòd ſit caput omnium aliorum ſibi ſimilium, hoc eſt ꝙ ſit actiuum omnium ſibi ſimiliũ ut patet inductiue: alioquin quodlibet actiuum eſſet actiuũ omniũ ſibi ſimiliũ. Peccat ergo proceſſus iſte: quia aliud eſt probare, ꝙ actus ſit actiuus ſibi ſimilis, quod probatur in litera, & aliud quòd ſit actiuus omnis ſibi ſimilis, quod erat probandũ: quia hoc importatur nominæ gratiæ capitalis.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia ſermo literæ formalis eſt, nõ ſpectat ad locũ hunc probare, ſed ſupponere ex ante diſcuſſis gra- A tiam Chriſti, qua influit aliis, eſſe capitalem, hoc eſt, influxiuam in omnes: & propterea falſum obijciẽdo aſſumitur, quod erat hic probandum, gratiam Chriſti eſſe actiuam omnis ſibi ſimilis ſeu capitalem. Sed litera ſynonyme utitur gratia Chriſti, qua agit in alios, & gratia Chriſti, ut eſt caput, hoc eſt, qua agit in omnes: quia ſupponit, ꝙ agere in alios coincidit cum agere in omnes reſpectu gratiæ Chriſti, quã ſuperius manifeſtauit eſſe gratiã capitis, cuius eſt in omnia membra influere. Quia igitur ut ſynonyma hæc hic habentur, ideo Auctor ſolicitus tãtum fuit, ut probaret idẽptitatẽ actus, quo Chriſti anima eſt in ſe ſancta, & quo alios ſanctificat. Et hanc idẽptitatem probat ſufficiẽter ex hoc, quòd poſſe agere non addit ſuper actum dãtem eſſe niſi eminẽtiam quandam, quã conſtat non mutare eſſentia in actus. Vnde reſtat proceſſus ſolidus, & efficax.

¶ Cum his quoque ſcito, quòd in litera nõ dicitur quòd habeatur actus intenſiſſime, ſed dicitur quòd habeatur ſecundum eminentiã quandã, & de Chriſto ſubditur, ꝙ habuit gratiam ſecundum eminentiã maximam: plus enim comprehẽditur ſub eminentiæ nomine, quã intẽſionis quãtæcunque. Et re uera quando actus habetur ſecundũ eminentiam intẽſionis & modi habẽdi, eſt cauſa uniuerſalis, homogenea tamen reliquorum: ut patet in calore, q quoniam in ſummo inuenitur in igne, & habetᷣ eminenti modo, q a calor in ſummo eſt naturalis ꝓprietas ignis ſolius, ideo eſt cauſa uniuoca ceterorũ calidorum. Et proportionaliter, quia in anima Chriſti gratia eſt in ſummo, & habetur eminẽtiſſimo modo, quia ut naturalis proprietas conſequens unionem perſonalem, iuxta illud, Vidimus gloriam eius, quaſi unigeniti a Patre, plenum gratiæ, &c. ideo gratia Chriſti ex eminentia tali eſt actiua in alios & eſt actiua in omnes, ut caput, ac per hoc ut cõforme, ſeu homogeneum. Vltima pars concluſionis, hoc eſt, differt tamen ratione, nõ aliter probatur in litera, quia clara eſt: conſtat enim ſecundũ rationem differre, ꝙ gratia eſt actus faciẽs formaliter eſſe gratũ, & ꝙ eſt principium agendi in alios: alioqui n eſſe gratũ, & cauſare gratiam in alios eſſent idem.

¶ In reſponſione ad primum ſcito nouitie, ꝙ in Adam diſtinguitur peccatum perſonæ, & naturæ, quia peccatum perſonæ, uocatur peccatum illud, quod in actu primi peccati Adæ conſiſtit: peccatum uero naturæ, uocatur fomes peccati cum priuatione

tione originalis in-ſtitiæ. Et quia hoc ſecundum cauſatũ fuit in Adam ex primo, ideo dicitur ꝙ perſona, hoc eſt actꝰ perſonalis corrũpit naturam, hoc eſt naturale bonũ, ac donum. In nobis autẽ dicitur, quòd natura corrumpit perſonam, quia ex fomite &c. quem cũ natura contraximus, perſona & damnationi obnoxia ſemper eſt, niſi ꝑ baptiſmum reparetur, & in peccatum actuale labitur. Non proportionaliter autẽ ſe habet Chriſti gratia, vt ſcilicet alia ſit gratia naturæ, alia perſonæ, tum quia gratia non eſt data Chriſto ex animæ ſuę actuali operatione, tum quia gratia nõ communicatur nobis a Chriſto per actionẽ naturæ, ſeu communicando naturam, ſed per actionem perſonalẽ Chriſti qua meruit nobis, & uolũtarie influit nobis gratiam.

q.7.ar.9.

Aug. li. 12. ca. 16. circa med. to. 3.
†Ariſto. de anima li. 3. tex. 19.
*ar. 1. huius q. & q. 7. ar. 9.

¶In reſponſione ad tertium uide nouitie, quòd Auctor primo appellat gratiã unionis id, qđ proprie eſt gratia unionis, & de illa dicit, quòd nõ eſt eadem gratiæ perſonali ſeu habituali. Deinde propter reuerẽtiam aliorũ permittit appellari ipſam habitualem gratiã Chriſti, nomine gratiæ unionis, non ſimpliciter, ſed quodammodo, pro quanto ſcilicet ipſa habitualis gratia in Chriſto facit congruitatem quandam ad unionem. Et intelligit de congruitate non antecedente unionem uelut diſponẽte ad illam, ſed de congruitate conſequente ad unionem: reddit. n. habitualis gr̃a animã Chriſti congruã dignitati unionis, ad quam præeleuata intelligitur, ſicut grauitas congruit terræ, & ſicut deſponſata iam mulier principi, congrua redditur principi ex ornatu iocalium, quæ ex dono ſponſi accepit.

D. 1006.

autem eſt caput noſtrum, quòd ab eo accipimus. ergo ſecũdum hoc, quòd habuit plenitudinem gratię, eſt caput noſtrum. Plenitudinem autem gratiæ habuit, ſecundum ꝙ perfecte fuit in illo gratia perſonalis, vt ſupra dictum eſt.* ergo ſecũdũ gratiam perſonalem eſt caput noſtrum, & ita non eſt alia gratia capitis, & alia gratia perſonalis. F

Respon. Dicendum, quòd quia vnumquodque agit, inquantum eſt ens actu, oportet ꝙ idem ſit actus, quo aliquid eſt actu, & quo agit, ſicut idem eſt calor, quo ignis eſt calidus, & quo calefacit. Non tamen omnis actus, quo aliquid eſt actu, ſufficit ad hoc, quòd ſit principium agendi in alia: cum enim agens ſit præſtantius patiente, vt Auguſt. dicit 12. ſuper Gen. ad literam,* & Philoſoph. in 3. de anima,† oportet quòd agẽs ĩ alia, habeat actum ſecundum eminentiam quandam. Dictum eſt autem ſupra,* quòd in anima Chriſti recepta eſt gratia ſecundum maximam eminentiam: & ideo ex eminentia gratiæ, quam accepit, competit ſibi quòd gratia illa ad alios deriuetur, quod pertinet ad rationem capitis: & ideo eadem eſt ſecundũ eſſentiã gratia perſonalis, qua anima Chriſti eſt iuſtificata, & gratia eius, ſecundum quam eſt caput eccleſiæ, iuſtificans alios: differt tamen ſecundum rationem. G H

Ad primvm ergo dicendum, quòd peccatum originale in Adã, quod eſt peccatum naturæ,[d] deriuatum eſt a peccato actuali ipſius, quod eſt peccatũ perſonale: quia in eo perſona corrũpit naturam, qua corruptione mediante, peccatum primi hominis deriuatur ad poſteros, ſecundum ꝙ natura corrupta corrũpit perſonam: ſed gratia non deriuatur a Chriſto in nos mediante natura humana, ſed per ſolam perſonalem actionem ipſius Chriſti. Vnde non oportet in Chriſto diſtinguere duplicem gratiam, quarũ vna reſpondeat naturæ, alia perſonæ, ſicut in Adam diſtinguitùr peccatum naturæ & perſonæ. I K

Ad 2m dicendum, quòd diuerſi actus, quorum vnus eſt ratio, & cauſa alterius, nõ diuerſificant habitum: actus autem perſonalis gratiæ, qui eſt ſanctum facere formaliter habentem, eſt ratio iuſtificationis aliorum, quæ pertinet ad gratiam capitis. Et inde eſt, quòd per huiuſmodi differentiam non diuerſificatur eſſentia habitus.

Ad 3m dicendum, quòd gratia perſonalis & gratia capitis ordinantur ad aliquem actum: gratia autem vnionis non ordinatur ad actũ, ſed ad eſſe perſonale: & ideo gratia perſonalis & gratia capitis conueniunt in eſſentia habitus, nõ autem gratia vnionis. Quàmuis perſonalis gratia poſſit quodammodo dicĩ gratia vnionis, prout facit congruitatem quandam ad vnionem. Et ſecundũ hoc vna per eſſentiã eſt gratia vnionis, & gratia capitis, & gratia ſingularis perſonæ, ſed differens ſola ratione.

### Articvlvs VI.

*Vtrum eſſe caput eccleſiæ ſit proprium Chriſto.*

Ad sextvm ſic proceditur. Videtur quòd eſſe caput eccleſiæ non ſit proprium Chriſto. Dicitur. n. 1. Reg. 15. Cũ eſſes paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es: ſed vna eſt eccleſia in nouo & veteri teſtamento. ergo videtur quòd eadem ratione aliquis alius homo præter Chriſtum poterit eſſe caput eccleſiæ.

¶2 Præt. Ex hoc Chriſtus dicitur eſſe caput eccleſiæ, quòd gratiam influit eccleſiæ membris: ſed etiã ad alios pertinet gratiam alijs prębere, ſecundum illud Ephe. 4. Omnis ſermo malus ab ore veſtro nõ procedat: ſed ſi quis bonus eſt ad ędificationem fidei, vt det gratiam audientibus. ergo videtur, quòd etiam alij quàm Chriſto competat eſſe eccleſiæ caput.

¶3 Præt. Chriſtus ex eo quòd præeſt eccleſiæ, non ſolum dicitur caput, ſed etiam paſtor & fundamentum eccleſiæ: ſed non ſibi ſolum Chriſtus retinuit nomen paſtoris, ſecundum illud 1. Petri 5. Cum apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam: nec etiam nomen fundamenti, ſecundum illud Apocalyp. 21. Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim. ergo videtur, quòd nec etiam nomen capitis ſibi ſoli retinuerit.

Sed contra eſt, quòd dicitur, Coloſſ. 2. Caput eccleſiæ eſt, ex quo corpus per nexus & coniunctiones ſubminiſtratum & conſtructum, creſcit in augmentum dei: ſed hoc ſoli Chriſto conuenit. ergo ſolus Chriſtus eſt caput eccleſiæ.

Respon. Dicendum, quòd caput in alia membra influit dupliciter. Vno modo, quodam intrinſeco influxu, prout ſcilicet, virtus motiua & ſenſitiua, a capite deriuatur ad cetera membra. Alio modo, ſecundum quandam exteriorem gubernationem, prout ſcilicet ſecũdum viſum & alios ſenſus, qui in capite radicantur, dirigitur homo in exterioribus actibus. Interior autem influxus gratiæ, non eſt ab aliquo, niſi a ſolo Chriſto, cuius humanitas ex hoc, quòd eſt diuinitati coniuncta, habet virtutem iuſtificandi: ſed influxus in membra eccleſiæ, quantum ad exteriorem gubernationem, poteſt alijs conuenire. Et ſecundum hoc aliqui alij poſſunt dici capita eccleſiæ, ſecundum illud Amos 6. Optimates capita populorum: differenter tamen a Chriſto. Primo quidem, quantum ad hoc, quòd Chriſtus eſt caput omnium eorum, qui ad eccleſiam pertinent, ſecundum omnem locum, & tempus, & ſtatum: alij autem homines dicuntur capita, ſecundum quædam ſpecialia loca, ſicut epiſcopi ſuarum eccleſiarum, vel etiã ſecundum determinatum tempus, ſicut Papa eſt caput totius eccleſiæ, ſcilicet tempore ſui pontificatus, & ſecundum determinatum ſtatum, prout ſcilicet ſunt in ſtatu viatoris. Alio modo, quia Chriſtus eſt caput eccleſiæ propria virtute & auctoritate: alij vero dicuntur capita, inquantum vicem gerunt Chriſti, ſecundum illud 2. ad Corinth. 2. Nam & ego quod donaui, ſi quid donaui propter vos in perſona Chriſti, & ſecundum illud ſecundæ ad Corinth. 5. Pro Chriſto legatione fungimur, tamquàm Deo exhortante per nos. A B C D

Ad primvm ergo dicendum, quòd verbum illud intelligitur, ſecundum quòd ratio capitis conſideratur ex exteriori gubernatione, prout dicitur rex caput regni ſui.

Ad 2m dicendum, quòd homo non dat gratiam interius influendo, ſed exterius perſuadendo ad ea, quæ ſunt gratiæ.

Ad 3m dicendum, quòd ſicut Auguſtinus * dicit ſuper Ioan. Si præpoſiti eccleſiæ paſtores ſunt, quomodo vnus paſtor eſt, niſi quia ſunt illi omnes vnius membra paſtoris? Et ſimiliter alij poſſunt dici fundamenta & capita, inquantum ſunt vnius capitis & fundamenti membra. Et tamen ſicut Auguſtinus ibidem dicit, † paſtorem eſſe dedit membris ſuis, oſtium vero nemo noſtrum ſe dicit, hoc ſibi ipſe proprium tenuit: & hoc ideo, quia in oſtio importatur principalis auctoritas, inquantum oſtium eſt, per quod omnes ingrediuntur in domum, & ipſe ſolus Chriſtus eſt per quem acceſſum habemus in gratiam iſtam, in qua ſtamus: per alia vero nomina prædicta poteſt importari auctoritas, non ſolum principalis, ſed etiam ſecundaria. E

Trac. 46. in med. illius, tom. 9.
Trac. 47. in Ioan. inter prin. & medium, to. 9.

¶ *Super Quæſtionis octauæ Articulum ſextum.*

In titulo artic. 6. nota quòd in dubium dupliciter poteſt verti, an eſſe caput eccleſiæ ſit proprium Chriſto. Primo, in ordine ad deũ, & perſonas Patris & Spiritusſancti. Secundo, in ordine ad creaturas angelicas & humanas. In hac tñ litera nõ diſputatur & conſequenter non quæritur, niſi ſecũdo modo, ita quòd ly proprium, excludit cõmune Chr̃o & alijs creaturis. De deo enim patre dictum eſt, caput Chriſti, ac per hoc eccleſiæ totius, hoc eſt totius integri corporis eccleſiaſtici ex capite & membris conſtantis, deus: de Spiritu ſancto autem, quòd eſt cor eccleſiæ, & propterea eſſe caput homogeneum; ideſt, eiuſdem naturæ, ſpecificæ, vel genericæ, propriũ Chriſto eſſe, & non commune toti Trinitati, relictum eſt. Nunc ſupereſt videre, an ſit commune Chriſto ſecundũ naturã humanam & alteri creaturæ, an ſoli Chriſto conueniat.

Infr. ar. 7. Et ver. q. ar. 4. c. Et Corinth. 11.

¶ In corpore articuli vnica ẽ diſtinctio bimembris, cũ duabus cõcluſionibus reſpõſiuis iuxta ſingula mẽbra. Diſtinctio ẽ de eſſe caput, vel ſecundum influxum interiorem, vel ſecundum exteriorem gubernationẽ. Prima cõcluſio eſt, Eſſe caput eccleſiæ ſecundum interiorem influxum eſt proprium Chriſto. Probatur, quia ſola humanitas Chriſti habet virtutem iuſtificandi: quia ſola coniuncta eſt perſonaliter diuinitati. Secunda concluſio eſt, Eſſe caput eccleſiæ ſecundum exteriorem gubernationem eſt commune Chriſto & alijs, differenter tamen. Prima pars concluſionis vtpote clara, manifeſtatur auctoritate Amos: ſecunda autem pars ex duplici differentia. Prima, ſecundũ extenſionẽ vel reſtrictionem: quia gubernatio Chriſti extenditur ad omne tempus, omnem locũ, omnemq; ſtatum, ſcilicet viæ & termini: aliorum vero reſtringitur, vel ad certum locum, vel certum tẽpus, vel certum ſtatum. Secunda, ſecundum virtutem propriam vel vicariam: quia Chriſtus propria auctoritate eſt caput, alij vt vices gerentes Chriſti, vt patet auctoritatibus.

¶In reſponſione ad tertium eiuſdem articuli diſcerne nouitie inter oſtium, & oſtiarium: quia licet eſſe oſtium eccleſię, ac regni cælorum ſibi ſoli dominus reſeruauerit, eſſe tamen oſtiarium alijs communicauit, claues regni cęleſtis tribuendo, & Petrũ ianitorem cæli inſtituendo.



### Articvlvs VII.

*Vtrum diabolus ſit caput omnium malorum.*

Ad septimvm ſic proceditur. Videtur quòd diabolus non ſit caput malorum. Ad rationem enim capitis pertinet, quòd influat ſenſum & motum in membra, vt dicit quædam glo. ſuper illud ad Epheſ. 1. Ipſum dedit caput &c. ſed diabolus non habet virtutem influendi malitiam peccãti, quod ex voluntate peccantis procedit. ergo diabolus non poteſt dici caput malorum. A B

¶2 Præt. Per quodlibet peccatum fit homo malus: ſed non omnia peccata ſunt a diabolo; quod quidem manifeſtũ eſt de peccatis dæmonum, qui non ex perſuaſione alterius peccauerunt. Similiter ẽt nec omne peccatum hominis ex diabolo procedit: dicitur enim in lib. de Eccleſiaſt. dogmatibus.* Nõ omnes cogitationes noſtræ malæ, ſemper diaboli inſtinctu excitantur: ſed aliquoties ex motu arbitrij noſtri emergũt. ergo diabolus non eſt caput omnium malorum. C

¶3 Præt. Vnum caput vni corpori præficitur: ſed tota multitudo malorum non videtur habere aliquid, in quo vniantur: quia malũ malo contingit eſſe contrarium: contingit etiam ex diuerſis defectibus, vt Diony. dicit 4. cap. de diui. nominib. * non ergo diabolus poteſt dici caput omnium malorum. D

Sed contra eſt, quòd ſuper illud Iob 18. Memoria illius pereat de terra, dicit gl. † De vnoquoque iniquo dicitur, vt ad caput, ideſt, diabolum reuertatur.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictũ eſt,* caput non ſolũ interius influit membris, ſed ẽt exterius gubernat, eorũ actus dirigendo ad aliquem finem. Sic ergo poteſt dici aliquis caput alicuiꝰ multitudinis, vel ſecundum vtrũque, ſ. ſecundum interiorem influxum & exteriorem gubernationem, & ſic ẽ Chriſtus caput eccleſiæ, vt dictum eſt, * uel ſecundum exteriorem gubernationem, & ſic quilibet princeps vel pręlatus eſt caput multitudinis ſibi ſubiectæ. Et per hũc modũ dicitur diabolus caput omniũ malorum: nam, vt dicitur Iob 41. Ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ. Pertinet aũt ad gubernatorem, vt eos quos gubernat, ad ſuũ finem adducat: finis autẽ diaboli eſt auerſio rõnalis creaturę a deo: vnde & a principio ho- E

¶ *Super Quæſtionis octauæ Articulum ſeptimum.*

Titulus clarus eſt.

Infr. ar. 8. 4.

¶In corpore articuli repetiẽ primo ſupra poſita diſtinctio de capite, ſecundũ interiorem ĩfluxũ, & ſecundum gubernationem exteriorem. Et pónitur deinde concluſio reſponſiua quæſito iuxta alterum membrum diſtinctionis. Diabolus eſt caput omnium malorum ſecundum exteriorem gubernationẽ. Probatur dupliciter. primo, auctoritate Iob, Ipſe eſt rex &c. ſecundo, ratione, Finis diaboli ẽ auerſio a deo. ergo inquantũ quicumque adducuntur peccãdo in hũc finem, ſub diaboli gubernatione cadunt. ergo diabolus eſt omnium malorum caput ſecundum gubernationẽ. Antecedens probatur primo, ex hoc quòd tẽtauit ab initio a diuinis abducere. Manifeſtatur deinde, quomodo auerſio poteſt habere rationem finis, ſcilicet ſub ſpecie libertatis. Probatur auctoritate Hiere. Conſequentia vero prima ꝓbatur: quia ad gubernatorẽ ꝑtinet adducere quos gubernat in ſuum finem. Altera autem ſequela eſt per ſe nota.

Cap. 82. habetur inter opera Aug. tom. 3.
Cap. 4. par. 4. inter medium & fi.
Eſt Grego. lib. 14. moral. cap. 11. circa prin.

¶Cõiunge huic doctrinæ reſpõſionem ad ſecundum, & perſpice, quòd ad gubernatorem ſpectat, ad ſuum finem alios adducere, non vno tantum modo, ſed diuerſis, ſcilicet vel impellendo, vel ſolum ex propoſito ſigno ſui regni. Et ſic videbis primã conſequentiam tenere, dum ex fine diaboli, omnes ad illum finem tendentes ſub diaboli regimine concludi infertur, tamquàm diabolus ipſe omnium talium dux fuerit, hoc vel illo modo ad ſuum vexillum.

Ar. præced.
Ar. præced.

¶Super

*¶ Super Quæſtionis octauæ Articulum octauum.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore articuli eſt vnica concluſio reſponſiua quæſito: Antichriſtus eſt omnium malorum hominũ caput ſecundum perſectionem tantum. Hæc concluſio habet tres p̃tes, vnam affirmatiue, ꝙ eſt omniũ caput ſecundum perfectionem, & duas negatiue, & ꝙ non eſt caput ſecũdum ordinem, nec ſecundum virtutem, tam interiorem quã exteriorem iuxta tres modos, quibus poteſt dici caput, ſecũdum ſimilitudinem ad tres conditiones capitis, ſcilicet ordinem, virtutẽ & perfectionem. Et propterea in litera probatur proceſſu diuiſiuo, ſic, ꝙ primo repetitur trimembris ac ſufficiens diuiſio conditionũ, ſecundum quarum ſimilitudinem caput dicitur in ſacris literis myſtice. Deinde excludit ſigillatim duo membra, ſcilicet ſecundum ordinem & ſecundum virtutem, tam intus quàm extra, & ſic concludit tertium membrum. ſ. ſecundum perfectionem.

¶ Vbi, quia p̃ceſſus clare patet in litera, nota quòd Auctor licet quærat an antichriſt⁹ ſit caput omnium malorum hominum: quia tamẽ hoc ex auctoritate conſtat ſic eſſe, reſpondet ad id quod eſt obſcurũ in hoc quæſito ſcilicet qua rõne ſit caput omnium hominũ malorũ, & dicit quòd ratione pfectionis. Nec hoc exorbitat ab arte: quoniam, vt patet 2. Poſte. omnis quæſtio eſt quæſtio medij: conſtat autẽ quod quid eſt, eſſe medium ad omnem quæſtionem ſoluendam. Ratio autem, qua antichriſtus eſt caput omnium malorum, eſt quod quid eſt eſſe capitis in antichriſto reſpectu omnium malorum. Confirmat autem litera concluſionem illatam ex auctoritate Gloſſæ, quam etiã declarat, tollens falſum ſenſum, qui poſſet ex illa accipi, & clare patent omnia. Et demum declarat quo pacto mali priores antichriſto ſecundum tempus ſe habent ad ipſum, ſcilicet vt figura quædam, vt ex gloſſa ſuper illud, Nam myſterium iam operatur iniquitatis, dicit. Vbi perſpicere potes, eſſe inter antichriſtum & alios malos ipſum præcedentes non ſolum ſimplicem habitudinem perfecti ad imperfectos, quia ille perfectionem omnis malitiæ, iſti minus mali, ſed eſſe talem modum habitudinis imperfectionis, quo, ſcilicet figura eſt imperfectior figurato, ita quòd antichriſtus eſt caput præcedentium malorum ratione perfectionis, & quia in ipſo

1.2.q.84.articulo 3.& 4. Et 3.di.13.q.2 ar.1.c.& veri.q.29.art. 4.c. Et mal. q.8. ar.1.c. Et op.3.c. 223. Et 1. Corinth, 11.

F eſt plenitudo malitiæ, in alijs pars aliqua malitiæ, & quia ipſe eſt vt veritas malitiæ, illi, vt figura tantæ futuræ malitiæ. Et propterea dicitur operari iam myſterium iniquitatis: quia iniqui operantur malum, non ſolum ſecundum ſe, ſed vt figura malitiæ ſui capitis. Figura. n. myſterium eſt reſpectu figurati, & figuratum operari dicitur non ſecundum ſe, ſed ſecundum ſe figurantes quãdo ad ipſum figurandum operantur, vt contingit quãdo mali inique agunt.

¶ Memento hic doctrinæ acceptæ in 5. Metaph. quòd perfectum & imperfectum transferimus etiam ad mala, dum dicimus perfectum latronem, & perfectum tyrannum, & huiuſmodi. Sic nãque hic dicimus antichriſtũ eſſe caput ratione perfectionis, quia ſcilicet perfecte malus.

Eſt glo. Gregor. ... Mora. c. ... in prin.

¶ Occurrit hic dubium, an antichriſtus dicitur caput omnium malorum, tam dæmonũ quã hominum, an hominum tantum. Et eſt ratio dubij: quia in litera numquàm reſtringuntur mẽbra antichriſti ad malos homines, ſed abſolute dicitur caput malorum, & quod plus eſt, dum in litera diſtinguuntur articuli huius quæſt. poſt locatum articulum ſeptimum, an diabolus ſit caput omnium malorum, locando hunc octauum dicitur, an antichriſtus etiã poſſit dici caput omnium malorum. Vbi apponendo ly etiam, oſtẽdit quòd ad eoſdem omnes malos refert antichriſtum, ad quos retulerat diabolũ: conſtat autem diabolum eſſe caput omnium malorum, tam dęmonũ, quàm hominum. ergo antichriſtus etiam erit

Ar. 1. huius quæſt.

Glo. ordi. ibid.

K caput eorundem. Et confirmatur ratione ex auctoritate glo. 2. ad Theſſa. 2. Sicut in Chriſto eſt plenitudo diuinitatis, ita in antichriſto plenitudo malitiæ. Si enim in antichriſto habitabit plenitudo malitiæ luciferi ſequitur, quòd erit perfectior in malitia, quam quicumque alij mali tam dæmones, quàm homines, & conſequenter eſt caput ratione perfectionis, tam dæmonum quàm hominum malorum. In oppoſitum eſt, & quia abſurdum eſt ponere antichriſtum caput dæmonum, & quia antichriſtus, cum ſit viator purus, non poteſt poni caput malorum in termino, quales ſunt dæmones, cum quilibet damnatus, vtpote omnino pertinax & inflexibilis ad bonum, ſit peior quocumque viatore: ſicut econtra, quilibet beatus melior eſt quocumque puro viatore, iuxta illud Matthæ. 11. Qui autem minor eſt in regno cælorum, maior eſt illo, ſcilicet Ioanne Baptiſta.

minem ab obedientia diuini præcepti remouere tentauit. Ipſa autẽ auerſio a deo, habet rationẽ finis, inquantum appetitur ſub ſpecie libertatis, ſecundum illud Hiere. 2. A ſæculo confregiſti iugum, rupiſti vincula, & dixiſti, non ſeruiam. Inquantũ igitur ad hunc finem aliqui adducuntur peccãdo, ſub diaboli regimine & gubernatione ca-
G dunt, & ex hoc dicitur eorũ caput.

Ad primvm ergo dicendum, quòd licet diabolus interius non influat rationali menti, tamen ſuggerendo inducit ad malum.

Ad 2.m dicendum, quòd gubernator non ſemp ſuggerit ſingulis, vt ſuę voluntati obediant, ſed proponit omnibus ſignum ſuę voluntatis, ad cuius ſequelã aliqui excitantur inducti, alij propria ſponte: ſicut patet in duce exercitus, cuius vexillum ſequuntur milites etiam nullo perſuadente. Sic igi-
H tur primum peccatũ diaboli, qui ab initio peccat, vt dicitur. 1. Ioã. 3. propoſitum eſt omnibus ad ſequendum, quod quidam imitantur per ſuggeſtionem ipſius, quidam propria ſponte abſq; vlla ſuggeſtione. Et ſecundum hoc omniũ malorũ caput eſt diabolus, inquantũ ipſum imitantur, ſecundũ illud Sap. 2. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum: imitantur autem illũ, qui ſunt ex parte illius.

I Ad 3.m dicendum, quòd omnia peccata conueniunt in auerſione a deo, licet abinuicem differant, ſecundum cõuerſionem ad diuerſa commutabilia bona.

Articvlvs viii.

*Vtrum antichriſtus poſſit etiam dici caput omnium malorum.*

Ad octavvm ſic proceditur. Videtur quòd antichriſtus non ſit caput malorum. Vnius enim corporis nõ ſunt diuerſa capita: ſed diabolus eſt caput multitudinis malorum. Non ergo antichriſtus eſt eorum caput.

¶ 2 Præt. Antichriſtus eſt membrum diaboli: ſed caput diſtinguitur a membris. ergo antichriſtus non eſt caput malorum.

¶ 3 Præt. Caput habet influentiam in membra: ſed antichriſtus nullã habet influentiam in malos, qui eum præceſſerunt. ergo antichriſtus non eſt caput malorum.

Sed contra eſt, ꝙ Iob 21. ſuper illud, Interrogate quẽlibet de viatoribus, dicit glo.* Dum de omniũ malorum corpore loqueretur, ſubito ad omniũ iniquorũ caput antichriſtum verba conuertit.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt, † in capite naturali tria inueniũtur. ſ. ordo, perfectio, & virtus influendi. Quantum igitur ad ordinem temporis, non dicitur antichriſtus eſſe malorum caput, quaſi eius pc̃tm̃ præceſſerit, ſicut præceſſit pc̃tm̃ diaboli. Similiter etiam non dicitur eſſe caput malorũ propter virtutem influendi: etſi enim aliquos ſui temporis ad malum ſit cõuerſurus, exterius inducendo: non tamen illi, qui ante eum fuerunt, ab ipſo ſunt in malitiam inducti, nec etiam eius malitiam ſunt imitati, vnde ſecundũ hoc nõ poſſet dici caput omnium malorum, ſed aliquorum. Relinquitur ergo, quòd dicatur caput omnium malorum propter malitiæ perfectionem. Vnde ſuper illud 2. ad Theſſal. 2. Oſtendens ſe tamquàm ſit deus, dicit gloſſ.* Sicut in Chriſto omnis plenitudo diuinitatis inhabitauit, ita in antichriſto omnis malitiæ plenitudo, non quidem ita, ꝙ humanitas eius ſit aſſumpta a diabolo in vnitatem

¶ Ad



¶ Ad hoc dicitur, quod proculdubio Antichriſtus nõ eſt caput dęmonum malorum, ſed hominum tãtum, quia nec ordine, nec uirtute, nec perfectione illos excedet in malitia, cum ſit futurus purus viator, ac per hoc non habiturus ita malam voluntatem, ſicut habent dæmones, qui in quolibet opere ſuo ſunt mali adeo quòd etiam naturalibus actibus apponunt circunſtantias malas. Antichriſtum autẽ nihil prohibet operaturum aliquid de genere ſuo bonum ſine mala operis circunſtantia, puta quia honorabit parentes, & huiuſmodi. Vnde & Angelum cuſtodem habebit, perſuaſurum quandoque, vt ab aliquo deſiſtat malo. De diabolo aũt aliud eſt dicendum abſolute, & aliud infra expoſitionem præſentis literæ, nã abſolute uerũ eſt, quòd Lucifer eſt caput omnium malorum, tam dæmonum, quàm hominum, quòd facile deduci poteſt vtendo ratione ſeptimi articuli. Secũdum præſentem autem literã diabolus dicitur caput omniũ malorum hominũ, ita quòd tam in 7. quàm in 8. articu. non eſt ſermo niſi de malis hominibus. Et ly diabolus, non ſumitur pro aliquo uno diabolo ſolo, ſed pro toto ordine diabolico, vel meli⁹ pro Lucifero, vt continet totum ordinẽ diabolicum, ita ꝙ ſenſus eſt, quòd diabolus, hoc eſt Lucifer cum ſuis, vel ordo diabolicus, eſt caput omnium malorum hominum. Et huic ſenſui atteſtantur tentationes hominum, quæ non ab aliquo vno diabolo fiunt. Vnde patet reſponſio ad duas primas obiectiones.

...lor. ibi.

...33. Iter ... Augu. ...5.

...1. huius quæſt.

¶ Ad tertiam autem dicitur, quòd in Antichriſto ponitur plenitudo malitiæ nõ ſimpliciter, nec Lucifer, ſed inter homines, ea ratione, quia in eo eſt diabolus, hoc eſt diabolicus ordo, ſecũdum plenum effectum malitiæ.

¶ In reſponſionibus ad primum, & ſecundum ſimul, dubium occurrit, quia in reſponſione ad primum dicitur, diabolum & Antichriſtum non eſſe duo capita, ſed vnum caput; in reſponſione autem ad ſecundum, dicitur, Antichriſtum eſſe membrũ diaboli. Hæc enim ſibiinuicem aduerſantur, quia ſi Antichriſtus eſt mẽbrũ diaboli, oportet diabolũ eſſe caput Antichriſti, ac per hoc Antichriſtus eſt caput ſubordinatũ altiori capiti, ſcilicet diabolo, & ſic Antichriſtus & diabolus ſunt duo capita.

¶ Ad hoc dicitur quòd diabolus poteſt dupliciter conſiderari, ſcilicet ſecundum ſe, vel vt eſt in Antichriſto. Si ſecundum ſe, ſic Antichriſtus & diabolus ſunt duo capita, quorum vnũ ſubordinatur alij, ſcilicet Antichriſtus diabolo, & hoc dicit reſpõſio ad ſecundum. Si autem conſideretur diabolus, vt eſt in Antichriſto, ſic ambo ſunt vnum caput, & ſic uerificatur reſponſio ad primum. Vel, & melius reſpondetur, quòd diabolus & Antichriſtus dupliciter conſiderari poſſunt, primo in ordine ad multitudinem malorum hominum (de quibus eſt ſermo) & ſic ambo ſunt caput unum corporis vnius. Et hoc directe intendit
A reſponſio ad primum, dum duo capita vnius, & eiuſdẽ omnino corporis myſtici excludit. Secundo conſiderantur inter ſe, & ſic Antichriſtus reſpectu diaboli eſt membrum, diabolus aũt caput eius, ſicut Deus caput Chriſti. Cum quo ſtat, quòd reſpectu multidinis malorum hominum Antichriſtus eſt caput, & ſic Antichriſtus eſt caput ſubordinatum altiori capiti, qui diabol⁹ eſt. Et hoc dicit reſpõſio ad ſecundum.

*¶ Super Quæſtionis nonæ Articulum primum.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore tria fiunt. Primo repetitur integritas naturæ aſſumptę pro radice concluſionis. Secundo reſpondetur quæſito vnica affirmatiua concluſione (ſcilicet oportet in Chriſto eſſe ſciẽtiam creatam) tribus rationibus ſuper dicto fundamento fabricatis, probãdo illam. Tertio cõfirmatur cõcluſio auctoritate ſacri Concilii, reddendo illius rationẽ. Omnia clara ſunt in litera.

¶ In reſponſione ad primum eiuſdẽ articuli, dubia duo occurrunt circa illud, unde hic act⁹ non potuit eſſe animæ humanæ Chriſti, cum ſit alterius naturæ. Primũ quidem circa id, quod dicitur de impoſſibilitate actus intelligẽdi diuini, quòd ſit actus intelligendi animæ Chriſti, nam multi reputãt hoc eſſe poſſibile. Secundũ circa dicti rationem, ſcilicet cum ſit alterius naturæ, quoniam non apparet quantum ualeat.

3. di. 14. art. 1. q. 1. Et ve. q. 20. ar. 2. & opuſc. 3. cap. 223.

¶ Circa primum igitur habes in tertio ſenten. Ioannis Capreoli diſt. 24. q. 1. argumenta multa, Ioannis de Ripa, & aliorum, quæ quoniam procedunt ex extraneis, aut immiſcent illa (puta ꝙ viſio ſit ſpecies) aut differẽtiam inter matutinam & veſpertinã cognitionẽ, aut cognitionem creaturarũ in uerbo, aut differẽtiã inter cognitionẽ ænigmaticã & facialem, aut intuitiuã, aut etiã magis extranea, aut illa, quæ in litera hac ſoluũtur, & ſciẽtia debet tradi ex propriis, nõ ex extraneis, reſecareq; debẽt ſuperflua; ideo omittẽda cenſui, allatis tm̃ duob⁹ motiuis. Primũ
E eſt. Deus reſpectu beatorũ ſe habet vt ſpecies intelligibilis, ergo multo magis põt ſe habere ut ĩtellectio. Antecedẽs patet. Et cõſequẽtia probat, quia magis repugnat Deo ratio habit⁹ ſeu habitualis formæ, quàm actus ſeu formæ actualis: ſed ſpecies habet rationẽ habitus, ſeu habitualis formæ, intelligere aũt habet rationẽ actus. ergo. Secundũ eſt ex auctoritate Auguſt. 4. de Trinitat. cap. vlt. dicẽtis de viſione beata duo. primò, quòd illa Deus eſt bonus & beatus: ſecundo, quòd ipſa ſola eſt ſummum bonũ, cuius adipiſcẽdi gratia præcipimur agere quicquid ratione agimus. Ex his enim patet, ꝙ viſio beatorum eſt quid increatum, alioquin Deus eſſet bonus & beatus aliquo creato, & aliquid creatum eſſet ſummum bonum & finis vltimus &c.

¶ Circa ſecũdum aũt occurrit ſtatim obiectio, ꝙ alietas naturæ, licet inferat, intellectionem diuinam nõ poſſe eſſe naturalẽ

perſonæ, ſicut humanitas Chriſti a filio Dei, ſed quia diabolus ſuam malitiam eminẽtius ei influet ſuggerendo, quàm omnibus aliis. Et ſecũdum hoc omnes alii mali qui
B præceſſerunt, ſunt quaſi quædam figura Antichriſti, ſecundum illud 2. ad Theſſ. 2. Myſterium iam operatur iniquitatis.

Ad primvm ergo dicendũ, quòd diabolus & Antichriſtus nõ ſunt duo capita, ſed vnum, quia Antichriſtus dicitur eſſe caput, inquantum pleniſſime inuenitur in eo impreſſa malitia diaboli. Vnde ſuper illud ſecundæ ad Theſſ. 2. Oſtendens ſe tãquam ſit Deus, dicit gloſ.* In ipſo erit caput omniũ malorum, ſcilicet diabolus, qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.
C Non autem dicitur in eo eſſe per vnionem perſonalem, nec per intrinſecam inhabitationem, quia ſola Trinitas menti illabitur, vt dicitur in lib. de Eccleſi. dog. † ſed per malitiæ effectum.

Ad 2.m Dicendum, quòd ſicut caput Chriſti eſt Deus, & tamẽ ipſe eſt caput Eccleſiæ, ut ſupra dictum eſt*, ita Antichriſtus eſt membrum diaboli, & tamẽ eſt caput malorũ.

Ad 3.m Dicendum, quòd Antichriſtus non dicitur caput omniũ malorum propter ſimilitudinem
D influentiæ, ſed propter ſimilitudinem perfectionis. In eo enim diabolus quaſi malitiam ſuam ducet ad caput per modum, quo dicitur aliquis ad caput ſuum propoſitum ducere, cum illud perfecerit.

*Qvæstio ix.*

*De ſcientia Chriſti in communi, in quatuor articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandum eſt de ſciẽtia Chriſti. Circa quam duo conſideranda ſunt. Primò, quam ſcientiam Chriſtus habuerit, ſecundo de vnaquaque ſcientiarum ipſius.

## Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum Chriſtus habuerit aliquam ſcientiã præter diuinã.

¶ Secundo, Vtrum habuerit ſcientiam, quam habent beati, uel comprehenſores.

¶ Tertio, Vtrum habuerit ſcientiã inditam vel infuſam.

¶ Quarto, Vtrum habuerit aliquã ſcientiam acquiſitam.

Articvlvs i.

*Vtrum Chriſtus habuerit aliquam ſcientiam præter diuinam.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd in Chriſto non fuerit aliqua ſcientia præter diuinam. Ad hoc enim neceſſaria eſt ſcientia, vt per eam aliqua cognoſcantur: ſed Chriſtus per ſcientiam diuinam cognoſcebat omnia. ſuperfluum igitur fuiſſet quòd in eo eſſet alia ſcientia.

¶ 2 Præt. Lux minor per maiorem offuſcatur: ſed omnis ſcientia creata comparatur ad ſcientiã Dei

animæ humanæ, non tamen infert non poſſe communicari animæ humanæ. Magna enim differentia eſt inter conuenire ut naturale, & conuenire ut communicatum: proprietas ſiquidem ignis non conuenit rei ignitæ, ut naturalis illi rei, puta ferro, ſed ut communicata ferro. Et ad diuina aſcendendo perſonalitas Verbi non conuenit humanitati Chriſti, ut naturalis ſibi, ſed ut communicata. Quocirca ſicut perſonalitas Verbi eſt ipſa Dei ſubſtãtia, & tamen conuenit animæ humanę, ſed ut communicata ſibi, ita intelligere diuinũ, quod eſt eſſentia Dei, poteſt animæ humanæ alterius naturæ conuenire, non ut naturale animę humanę, ſed ut communicatũ. Alietas ſiquidẽ naturæ (ut monſtratũ eſt) non prohibet proprietatis cõmunionem, ſed naturalitatem. Vana igitur eſt hæc ratio. Et ſi hæc ratio non ualet, uoluntarie concluſio aſſeritur, quũ inueniantur tenentes oppoſitum Philoſophi, ut patet ꝑ Auer. in 3. de Anima com. 36. dicente, quòd in ſtatu intellectus adepti, intelligemus per ſubſtãtiam intellectus agentis, ex quo apparet, quòd poſſibile eſt actũ propriũ naturæ ſuperioris, qui eſt illius ſubſtãtia, communicari inferiori.

Q. 2. art. 2.

In li. de incarna. dom. cap. 7. a medio to. 2.

Q. 5.

¶ Ad huius quæſtionis ſolutionem euidentem, ſciẽdũ eſt, duplici uia poſſe procedi, ad uidẽdum impoſſibilitatẽ propoſitam, ſcilicet quòd intelligere ſubſtantiæ ſuperioris, nõ poteſt cõmunicari ſic ut intelligere quo formaliter intelligit ſubſtantia inferior. Altera uia eſt ex dependentia intellectionis ab intelligente, quia ſcilicet intelligere eſt operatio uitalis intelligẽtis, de ratione autẽ operationis uitalis eſt, quòd ſit ab eo, cuius eſt operatio uitalis, alioquin uiuere actualiter non eſſet a uiuere ſubſtantialiter, quod non uidetur intelligibile, quia ſic anima non eſſet principium uegetandi, ſentiendi, appetendi, intelligendi, & ſecundum locum mouendi, & ſic anima non eſſet anima. Et confirmatur, quia ſicut non eſt intelligibile, quòd Sortes generet Platonem, & actus generandi non ſit a Sorte, & ſimiliter quòd Sortes motu animali progrediatur, & motus eius non ſit ab ipſo, & ſimiliter quòd appetat aut uelit, & appetitus eius non ſit ab anima, ita non eſt intelligibile quòd uiuat uita intellectuali actuali, quæ nihil aliud eſt, quam ipſum intelligere, & quòd tale intelligere, tale uiuere nõ ſit ab intelligente. Conſtat autem quòd diuinum intelligere, non poteſt dependere ab aliqua creatura. Impoſſibile eſt igitur, quòd actus intelligendi, quo Deus intelligit, fiat actus intelligendi quo creatura formaliter intelligat. Ex hac igitur uia, quòd actus uitalis cuiuſque uiuentis aut eſt ipſa ſubſtãtia uiuentis, aut eſt ab ipſa, concluditur primo impoſſibilitas propoſita. Quia tamen multi ignorantes propriã uocẽ, nõ ſunt capaces dictæ rationis, offert ſe ſecũda uia, ex hoc ꝙ operatio eſt actus operantis ſecundum eſſe naturale. Hæc propoſitio habet duas partes, prima eſt, quòd operatio, eſt actus operãtis. Et quo ad iſtam partẽ ſobrie intellectã, hoc eſt proportionaliter de operatione trãſeũte & immanente, per ſe nota eſt, nã operatio trãſiẽs eſt actus agẽtis, ut a quo ſaltẽ, operatio autẽ immanẽs ẽ actus operãtis, vt cuius ſaltẽ. Secunda uero pars eſt ly ſecundũ eſſe naturale, quę ẽt eſt per ſe nota inducẽdo, nã generare eſt a generãte ſecundũ eſſe naturale, & ſentire eſt in ſentiente ſecũdũ naturale eſſe, & ſimiliter deſiderare in deſiderãte, & intelligere in ĩtelligẽte. Et ex terminis patet, q͠a operãs, inquãtũ operãs ſecũdũ ſuũ naturale eſſe operatur, ſicut & eſt. Sub hac autẽ ꝓpoſitiõe ſubſumẽdũ eſt, ꝙ diuina ſubſtãtia nõ põt eſſe actꝰ ſecũdum eſſe naturale alicuius creaturæ, ut patet, igitur nõ põt diuinũ ĩtelligere eſſe ĩtelligerẽ, quo formaliter intelligat creatura. Dico autẽ naturale eſſe, ad differẽtiã actus ſecũdũ eſſe intelligibile, ut obiectũ ĩtellectus ẽ ꝑfectio & actus intellectus, ſecũdũ eſſe intelligibile, nihil.n. prohibet, ſubſtãtiã aliquã, q̃ eſt actus, non ſolũ in genere entis, ſed in ordine intelligibili eſſe perfectionẽ, ac per hoc actũ alteriꝰ ſecundũ eſſe intelligibile. Hoc ſiquidẽ modo ponũt Theologi diuinã eſſentiã eſſe, ut ſpeciẽ ĩtelligibilẽ ĩtellectꝰ creati beati, & ſimiliter philoſophi ponẽtes inferiorẽ intelligentiã intelligere per ſuperiorẽ. Et hac uia proceſſit Auctor in litera afferẽs pro ratione alietatẽ naturæ: quia.n. operatio eſt actus operãtis in eſſe naturæ, impoſſibile eſt, ꝙ operatio, quæ eſt ſubſtantia unius, cõueniat alienæ naturæ, niſi ſubſtãtia illa in eſſe naturæ iũgat̃ alienæ naturæ, quod in propoſito eſſe impoſſibile clare liquet. Et ꝑ hæc patet reſpõſio ad primã obiectionẽ in primo dubio. Nã patet iã non eſſe idẽ aut par iudiciũ de ſpecie intelligibili & actu intelligẽdi, quia illa põt eſſe alterius actus in genere intelligibili, iſta nõ niſi in genere naturæ. Nec rõ allata de actu & habitu obſtat, quia licet ſpecies intelligibiles ſecũdũ cõmunẽ uiã ſint formæ habituales (quod tamẽ Auicẽna negauit) diuina tamẽ ſubſtãtia nõ ſupplet uicẽ ſpeciei ĩtelligibilis, quatenus eſt forma habitualis, q͠a habitꝰ claudit ĩ ſe ĩperfectionẽ potẽtię, quã in ſua ratione admixtam habet, ſed quatenus eſt forma actualis tantum, & hoc in eſſe intelligibili tantũ, ut dictum eſt.

Li. 3. de anima tex. 18. to. 2.

Li. 2. de Cælo. tex. to. 1.

Q. 5.

Lib. 12. Meta. tex. to. 3.

¶ Ad auctoritatem primam Auguſt. dicitur, quòd non intendit Auguſt. eandem numero uiſionẽ eſſe beantem Deum & nos, ſed eandem obiectiue & modaliter, quia idem obiectum & idẽ modus eſt utriuſq;, dum Deus per ſeipſum a ſe, & nobis uidetur.

¶Ad

increatam, ſicut lux minor ad maiorem. ergo in Chriſto non refulſit alia ſcientia, quàm diuina.

¶ 3 Præt. Vnio humanæ naturæ ad diuinam, facta eſt in perſona, ut ex ſupradictis patet.* Ponitur autem in Chriſto ſecundum quoſdã quædam ſcientia unionis, per quam ſcilicet Chriſtus ea, quæ ad myſterium incarnationis pertinent, plenius ſciuit, quàm aliquis alius. Cum ergo unio perſonalis contineat duas naturas, uidetur quòd in Chriſto non ſint duæ ſcientiæ, ſed una ſcientia pertinens ad utramque naturam.

SED CONTRA eſt, quòd Ambroſius dicit in lib. de Incarn.* Deus in carne perfectionem naturæ aſſumpſit humanæ, ſuſcepit ſenſum hominis, non ſenſum carnis inflatum: ſed ad ſenſum hominis pertinet ſcientia creata. ergo in Chriſto fuit ſcientia creata.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut ex ſupradictis patet †, filius Dei humanam naturam integram aſſumpſit, ideſt, non ſolum corpus, ſed etiam animam, non ſolum ſenſitiuam, ſed etiam rationalem. Et ideo oportuit, quòd haberet ſciẽtiam creatam propter tria. Primo quidem propter animæ perfectionem. Anima enim ſecundum ſe conſiderata eſt in potentia ad intelligibilia cognoſcenda: eſt enim ſicut tabula, in qua nihil eſt ſcriptũ, & tamen poſſibile eſt in ea ſcribi per intellectum poſſibilem, in quo eſt omnia fieri, ut dicitur in tertio de Anima.* Quod autem eſt in potentia, eſt imperfectum, niſi reducatur ad actum. Non autem fuit conueniens, quòd filius Dei humanam naturam imperfectam aſſumeret, ſed perfectam, utpote qua mediante, totum humanum genus ad perfectum erat reducendum. Et ideo oportuit, quòd anima Chriſti eſſet perfecta per aliquam ſcientiam, quæ eſſet propria perfectio eius. Et ideo oportuit in Chriſto eſſe aliquam ſcientiam præter ſcientiam diuinã, alioquin anima Chriſti eſſet imperfectior animabꝰ aliorum hominum. Secundo, quia cũ quælibet res ſit propter ſuam operationem, ut dicitur in ſecundo de Cæ.* fruſtra haberet Chriſtus animam intellectiuam, ſi non intelligeret ſecundum illam, quod pertinet ad ſcientiam creatam. Tertio, quia aliqua ſcientia creata pertinet ad animæ humanæ naturam, ſcilicet illa, per quam naturaliter cognoſcimus prima principia, ſcientiam enim hic large accipimus pro qualibet cognitione intellectus humani. Nihil autem naturaliũ Chriſto defuit, quia totam humanam naturam ſuſcepit, ut ſupra dictum eſt.* Et ideo in ſexta Synodo damnata eſt poſitio negantium in Chriſto eſſe duas ſcientias, uel duas ſapientias.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd Chriſtus cognouit omnia per ſcientiam diuinam operatione increata, quę eſt ipſa Dei eſſentia: Dei enim intelligere eſt ſua ſubſtantia, ut probat * Philoſophus 12. Meta. Vnde hic actus non potuit eſſe aĩæ humanæ Chr̃i, cũ ſit alterius naturę. Si igit̃ nõ fuiſſet in anima Chriſti aliqua alia ſciẽtia pręter diuinã, nihil cognouiſſet, & ita fuiſſet fruſtra aſſumpta, cũ omnis res ſit propter ſuam operationem.



¶ Ad ſecundam dicitur, quòd non inconuenit aliquam operationem creatam eſſe ſummum bonum, non ſimpliciter, ſed inter creata, & ſimiliter eſſe vltimum finem. Idem & in idem redit, dum dicitur ſummum bonum inter concupiſcibilia ſimpliciter, & vltimus finis vt concupiſcibilis ſimpliciter.

¶ Ad ſecundi autẽ dubii obiecta reſpõdetur, quòd proceſſus literæ ẽ efficax ad probãdũ, quòd intelligere diuinum nõ poteſt eſſe actus animæ Chriſti, ex eo quòd eſt alteriꝰ naturæ, & cum dicitur, quòd alietas naturæ compatitur habere actum alienum per communionẽ reſpondetur, quòd licet hoc, in cõmuni uerum ſit (quia in quibuſdã poteſt natura ipſa alteri naturæ communicari, vt forma communicatur materię, & ignis ferro) in tali tñ natura, q̃ eſt ĩcõmunicabilis alteri naturæ in eẽ naturæ falſum ẽ, q͠a alietas naturæ excludit alienũ actũ a ſe, non ſolum vt naturalem, ſed vt cõmunicatum ſibi, ita quòd ſit actus eius. Et quia diuina natura eſt incommunicabilis ſecundum eſſe naturæ cuicũque naturæ, ideo efficaciter loquens, explicite de ipſa Auctor concluſit, quòd non põt ipſius intelligere eſſe actus aĩæ humanæ Chriſti.

Q. 3. ar. 1. in arg. & reſponſ.

¶ Quod autẽ obiicitur, quaſi a ſimili, de perſonalitate diuina communicata naturæ humanæ, facile ſoluitur ex eo ꝙ perſonalitas non communicatur, ut actus creatæ naturæ, Auctoris autem ratio de actu loquitur, dũ ex eo ꝙ intelligere dei eſt actus, qui natura eſt diuina infert ꝙ non poteſt eſſe actus animæ, quia eſt alterius naturæ. Non eſt ergo ſimilis ratio de communione perſonalitatis, vt perſonalitas, & actu intelligendi, vt actus intelligendi: quia perſonalitas diuina poteſt fieri perſonalitas humanæ naturæ, ſine hoc quòd ſit actus eius, actus autem intelligendi diuinus nõ poteſt fieri actus intelligendi humanæ animæ, niſi fiat actus animæ humanæ, quod eſt impoſſibile. Rationabiliter igitur concluſio literæ aſſeritur.

Inf. arti. 3. cor. Et opuſc. 3. c. 223

¶ Philoſophi autem ponentes inferiores intelligentias intelligere per ſubſtantias ſuperiorum intelligentiarum, non aduerſantur doctrinæ huic, quoniam ex hoc non habetur, quòd ponant intelligere ſuperioris communicari inferiori idem numero, ſed ſolum quòd ſubſtantia ſuperioris ſe habet reſpectu inferioris, vt forma ſeu ſpecies intelligibilis, ut nos dicimus de eſſentia diuina reſpectu beatorum. Vnde nihil obſtant eorum dicta, ſiue vera, ſiue falſa ſint in ſe.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem articuli aduerte, quòd Auctor ad rem ſpectans, monſtrat non dari ſcientiam unionis, ut diſtinguitur contra vnita, hoc eſt, non dari ex parte vnionis aliquam ſcientiam, ſed ſolum ex parte naturarum vnitarum, diuinæ ſcilicet & humanæ. Et loquitur de his ſubiectiue: illi autẽ, qui allegantur in argumento, poſuerunt ſcientiam vnionis obiectiue, & ideo non curauit de illis Auctor.

¶ Appellatur autem ſcientia unionis vel vnitorum ſubiectiue, quæ ſcilicet conſequitur ad unitas naturas (ut diuina ad diuinam, & humana ad humanam) & quæ conſequeretur ad ipſam vnionem naturarum, quam Autor monſtrat non dari.

¶ Scientia antem vnionis vel vnitorum obiectiue uocatur, quæ de vnione vel vnitis eſt, vt obiecto. Et talis ſciẽtia vnionis dat̃ in Chriſto, quia ſcitur a Chriſto vnio, vt illi dicebãt, ſed non niſi ſcientia diuina, vel humana, vt Auctor in litera explanat.

¶ *Super Quæſtionis nonæ articulum ſecundum.*

TItulus clarus eſt.

¶ In corpore articuli vna eſt cõcluſio. In Chriſto eſt ſcientia beata conſiſtens in viſione Dei excellẽtiſſime. Concluſio iſta habet duas partes. Prima ẽ, quòd in Chriſto eſt ſcientia beata, ſecũda, ꝙ excellẽtiſſime. Probat̃ in litera primo prima pars. Omne q̃d eſt in potentia, reducitur in actũ ꝑ aliquod ens actu: homo eſt ĩ potẽtia ad ſciẽtiã beatã in Dei viſione cõſiſtẽtem, & reducit̃ in actũ iſtũ ꝑ Chriſti humanitatem. ergo in Chriſto eſt ſcientia beata. Maior probatur in calĩ do. *Minor* quo ad primã partem probatur, quia homo ẽ capax illius beatitudinis, quia eſt ad imaginẽ Dei, & ad illam ordinatur, vt ad finẽ. Quo ad ſecundã uero, auctoritate Apoſtoli. Decebat eũ &c. Deinde in calce corporis articuli probatur ſecunda pars concluſionis .ſ. quòd excellentiſſime, quia ſemper cauſam oportet eſſe perfectiorem cauſato.

¶ Aduerte nouitie, quòd quia propoſitiones euidẽtes ac vſitatę, tamquã ſtatim perceptę trũcatæ q̃nque dicunt̃, ideo Auctor Maiorem ſic attulit, non curans limitare eã, vt debet intelligi .ſ. ſi reducitur ad actũ. neque.n. omne quod eſt in potẽtia, reducitur ad actũ (quum multa ſint in potentia quæ nũquam erũt) ſed omne quod eſt in potentia, ſi reducitur ad actũ oportet quòd reducat̃ ad actũ per aliquod ens actu: hoc.n. intendit litera, & hoc ſolum eſt ad propoſitũ. Et propterea in Minore ponuntur tot conditiones .ſ. ꝙ homo eſt in potẽtia, & quòd ordinatur ad illã vt finem. ex hoc.n. oſtẽdit neceſſitatẽ, ꝙ potentia eſt reducenda ad actũ, licet non in ſingulis hominibus: quia impoſſibile eſt, quòd potentia ad finem ſit fruſtra in tota vniuerſali ſpecie.

¶ Circa hunc literæ proceſſũ, dubiũ occurrit, quia ꝓpoſitio illa fundamẽtalis, Reducẽs aliquid de potẽtia in actũ, eſt ĩ actu, quãuis ſit veriſſima ĩ cauſis prĩcipalibus, nõ tñ eſt uera ĩ cauſis inſtrumẽtalibꝰ, vt ex Alex. patet. 12. Meta. & ad ſẽſũ patet, inſtrumẽta nõ eſſe talia ĩ actu, qualia fiũt ab ipſis, ut ſemina in naturalibꝰ, & organa artificum teſtantur. Humanitas autem Chriſti non eſt efficiens principale, ſed inſtrumentale reſpectu noſtræ beatitudinis, nõ igitur ſequitur ex ſua efficientia, ꝙ ſit actu beata, quãuis de facto beata ſit, non eſt ergo efficax proceſſus literæ.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ inſtrumentum eſt duplex, quoddam pure inſtrumentum, ut organa artium & ſemina, & huiuſmodi:

AD 2m dicendum, ꝙ ſi duo lumina accipiantur eiuſdem ordinis minus offuſcatur per maius, ſicut lumen ſolis offuſcat lumen candelæ, quorum utrumque accipitur in ordine illuminantis. Si uero accipiãtur duo lumina, ita quòd maius ſit in ordine illuminantis, & minus in ordine illuminati, minus lumen non offuſcatur per maius, ſed magis augetur, ſicut lumen aeris per lumen ſolis. Et hoc modo lumen ſcientiæ non offuſcatur, ſed clareſcit in anima Chriſti per lumen ſciẽtiæ diuinæ, quæ eſt lux vera illuminans omnem hominem ueniẽtem in hunc mundum, vt dicitur Ioã. 1.

AD 3m dicendum, ꝙ ex parte vnitorum ponitur ſcientia in Chriſto, & quãtum ad naturam diuinã, & quãtum ad humanam, ita quòd propter vnionem, ſecũdum quam eſt eadem hypoſtaſis Dei & hominis, id quod eſt Dei, attribuitur homini, & id quod eſt hominis, attribuitur Deo, ut ſupra dictum eſt*. ſed ex parte ipſius vnionis non poteſt poni in Chriſto aliqua ſcientia. nam vnio illa eſt ad eſſe perſonale, ſcientia autem non conuenit perſonæ, niſi ratione alicuius naturæ.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum Chriſtus habuerit ſcientiam, quam habent Beati, uel cõprehenſores.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd in Chriſto non fuerit ſcientia beatorum uel comprehenſorum. Scientia enim beatorum eſt per participationem diuini luminis, ſecundum illud Pſal. 35. In lumine tuo videbimus lumen: ſed Chriſtus non habuit lumen diuinum tamquam participatum, ſed ipſam diuinitatẽ in ſe habuit ſubſtantialiter manentem, ſecundum illud Coloſ. 2. In Chriſto inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. ergo in Chriſto non fuit ſcientia beatorum.

¶ 2 Præterea, Scientia beatorum eos beatos facit ſecundum illud Ioan. 17. Hæc eſt uita æterna, vt cognoſcant te ſolum uerum deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum: ſed homo ille fuit beatus ex hoc ipſo, quòd fuit Deo vnitus in perſona, ſẽm illud Pſa. 64. Beatus quẽ elegiſti & aſſumpſiſti. non ergo oportet ponere in ipſo ſcientiã beatorum.

¶ 3 Præterea, Scientia duplex homini competit, vna ſecundum ſuã naturam, alia ſupra naturam. Scientia autem beatorum, quæ in diuina viſione conſiſtit, non eſt ſecundum naturam hominis, ſed ſupra eius naturam. In Chriſto autem fuit alia ſupernaturalis ſcientia multo altior, ſcilicet ſcientia diuina. non ergo oportuit in Chriſto eſſe ſcientiam beatorum.

SED CONTRA, Scientia beatorum in dei cognitione conſiſtit: ſed ipſe plene cognouit deum, etiã ſecundum quòd homo, ſecundum illud Ioan. 8. Scio eum, & ſermonẽ eius ſeruo. ergo in Chriſto fuit ſcientia beatorum.

quoddam ita inſtrumentum, quod eſt etiam cauſa ſui, ſicut ſeruus eſt organum domini, ita tamen quòd libero arbitrio ſuorũ motuum cauſa eſt. Quàmuis autem primum inſtrumentorum genus non habeat actu quod inſtrumentaliter efficit, ſecundum tamen inſtrumentorum genus, quatenus ſui dominium habet admiſtum, actu habet quod in aliis efficit. Et quia Chriſtus homo ſic ē inſtrumentum dei, vt liber ſit, libere cooperetur, & efficiat nos beatos, ideo in litera illatum eſt, ꝙ ipſe eſt actu beatus.

¶In probatione ſecundæ partis cõcluſiõis, nota nouitie, quòd Auctor plus cõcludit, quàm probet explicite ratio allata: quia rõ non probat explicite niſi quòd Chriſtus eſt perfectius beatus, quàm alii homines, & tamen concluditur, quòd eſt beatus excellentiſſime. Licuit autem hoc gratia materiæ, quoniã iam declaratũ eſt, Chriſtum eſſe caput omnium beatorum, tàm hominũ, quàm angelorum, ac per hoc ſubintelligẽdo nunc, quòd Chriſtus eſt cauſa efficiens beatitudinem noſtram, vt caput beatorum, optime infertur, quòd eſt excellentiſſime beatus, vtpote, cauſa, vt caput.

¶In reſpõſione ad tertium eiuſdem articuli nota diſtinctionẽ de ſupra naturam, vel ſecũdum naturam, quoniam hinc habes intellectum diuerſorũ dictorum de beatitudine noſtra, cum inuenies quòd eſt naturalis, aut quòd ē ſupernaturalis. Veruntamen eſto cautus, vt bene notes in ſecundo mẽbro ly inquantum, ſcilicet ſecundum naturam ſuam eſt capax eius: quoniam eſt conditio hæc diminuens a ſimpliciter ad ſecundum quid: non enim quia homo eſt capax illius viſionis, ſequitur, ergo eſt illi naturalis, aut habet illam potentiam naturalem: quia plus requiritur ad naturalitatem ſimpliciter, & ad potentiam naturalem, ſcilicet naturalis inclinatio in illum actum, ſed ſolũ ſequitur, quòd habet naturam, quæ poteſt eleuari in illum actum. In hoc enim differt homo ab animalibus, ſcilicet ex hoc ipſo, quòd eſt intellectualis animæ, quòd bruta non poſſunt eleuari in actum videndi deum, homo autem poteſt eleuari in illum: quod hinc prouenit, quia intellectualitas eſt capax viſionis illius, pars autem ſenſitiua tantum non eſt illius capax. Quo circa viſio dei eſt aliquo modo naturalis animæ noſtræ, ſed ſecundum quid, quia eſt capax ex ſua natura illius: non eſt autem ſimpliciter naturalis illi aut alteri cuicumque creaturæ, ſed ſoli deo.

RESPON. Dicẽdum, quòd illud, quod eſt in potentia, reducitur in actũ per id, quod eſt actu: oportet enim eſſe calidum id, per quod alia calefiunt. Homo autem eſt in potentia ad ſcientiã beatorum (quę in dei viſione conſiſtit) & ad eam ordinatur ſicut ad finem: eſt enim creatura rationalis capax illius beatæ cognitionis, inquantum eſt ad imaginem dei. Ad hunc autem finẽ beatitudinis homines reducuntur per Chriſti humanitatem, ſecundũ illud Hebr. 2. Decebat eũ, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem ſalutis eorum per paſſionem cõſumari. Et ideo oportuit, quòd cognitio beata in dei viſione cõſiſtens excellẽtiſſime Chriſto homini conueniret: quia ſemp cãm oportet eſſe potiorẽ cauſato.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ diuinitas vnita ē humanitati Chriſti ſecundum perſonam, non ſecundum eſſentiam, vel naturam: ſed cũ vnitate perſonæ remanet diſtinctio naturarum. Et ideo anima Chriſti, quæ eſt pars humanæ naturæ, per aliquod lumen participatum a natura diuina, perfecta eſt ad ſcientiã beatã, qua deus per eſſentiã videt.

AD 2m dicendum, quòd ex ipſa vnione homo ille eſt beatus beatitudine increata, ſicut ex vnione eſt deus: ſed præter beatitudinẽ increatã oportuit ĩ natura humana Chriſti eſſe quandã beatitudinẽ creatã, per quã anima eius in vltimo fine humanæ naturæ conſtitueretur.

AD 3m dicendum, ꝙ viſio, ſeu ſcientia beata eſt quodammodo ſupra naturam animæ rationalis, inquãtum ſcilicet propria virtute ad eam peruenire nõ poteſt. Alio vero modo eſt ſecundũ naturam ipſius, inquantum ſcilicet ſecundum naturam ſuam eſt capax eius, prout ſcilicet eſt ad imaginem dei facta, vt ſupra dictum eſt: * ſed ſcientia increata, eſt omnibus modis ſupra naturam animæ humanæ. [In corp. art.]

### ARTICVLVS III.

*Vtrum Chriſtus habuerit ſcientiam inditam, uel infuſam.*

[Infra q.11. art.1. co. Et 3. diſtin. 14. art.1. q.5. Et veri. q.20. art.4. c.ſi. & ar.3. Et opuſc.3. cap.213. & opuſc.2.4. 81.]

G AD TERTIVM ſic procedit̃. Videtur ꝙ in Chriſto non ſit alia ſcientia indita, vel infuſa præter ſcientiam beatam. Omnis enim alia ſcientia comparatur ad ſcientiam beatam, ſicut imperfectum ad perfectũ: ſed præſente cognitione perfecta, excludit̃ cognitio imperfecta, ſicut manifeſta viſio faciei excludit ęnigmaticã viſionem fidei, vt patet 1. ad Corin. 13. Cum igitur in Chriſto fuerit ſcientia beata, vt dictum eſt,* videtur ꝙ non potuerit in eo eſſe alia ſcientia indita. [Art. præc.]

H ¶ 2 Præt. Imperfectior modus cognitionis diſponit ad perfectiorẽ, ſicut opinio, quę eſt per ſyllogiſmũ dialecticum, diſponit ad ſciẽtiam, quę eſt per ſyllogiſmũ demonſtratiuum. Habita autem perfectione non eſt vlterius neceſſaria diſpoſitio, ſicut habito termino, non eſt neceſſarius motus. Cũ ergo cognitio quæcumq; alia creata comparetur ad cognitionẽ beatam, ſicut imperfectũ ad perfectum, & ſicut diſpoſitio ad terminum, uidetur ꝙ
I cum Chriſtus habuerit cognitionẽ beatam, ꝙ non fuerit ei neceſſariũ habere aliam cognitionem.

¶ 3 Præt. Sicut materia corporalis eſt in potentia ad formam ſenſibilem, ita intellectus poſſibilis eſt in potẽtia ad formam intelligibilem: ſed materia corporalis non poteſt ſimul recipere duas formas ſenſibiles, vnam perfectiorem, & aliã minus perfectam. ergo neq; anima poteſt ſimul recipere duplicem ſcientiam, vnã perfectiorem, & aliã
K minus perfectã, & ſic idẽ quod prius.

SED CONTRA eſt, ꝙ dicitur Coloſſ. 2. ꝙ In Chriſto ſunt oẽs theſauri ſapiẽtię & ſciẽtiæ abſconditi.

RESPON. Dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt, *decebat ut natura humana aſſumpta a verbo dei, imperfecta non eſſet. [Arti. 1. huius q.] Omne autem quod eſt in potentia, eſt imperfectum, niſi reducatur ad actum. Intellectus autem poſſibilis humanus eſt in potentia ad omnia intelligibilia. Reducitur autem in actũ per ſpecies intelligibiles, quæ ſunt quędam formæ completiuę ipſius, vt patet ex his, quæ dicuntur in 3. de Anima.* [lib. 3. text. 32. & 38. to. 2.] Et ideo oportet ĩ Chriſto ponere ſcientiam inditam, inquantum per verbum dei, animæ Chriſti ſibi perſonaliter vnitæ, impreſſę ſunt ſpecies intelligibiles ad omnia, ad quæ intellectus poſſibilis eſt in potentia. Sicut etiam per verbum dei impreſſæ ſunt ſpecies intelligibiles mẽti angelicæ in principio creationis rerũ, vt patet per Auguſt.*2. ſuper Geneſ. ad literam. [*lib. 2. c. 8. to 3.] Et ideo ſicut in Angelis ſecundum eundem Auguſt. † ponitur duplex cognitio (vna ſcilicet matutina, per quam cognoſcunt res in verbo, & alia veſpertina, per quam cognoſcunt res in propria natura per ſpecies ſibi inditas) ita præter ſcientiam diuinam increatã eſt in Chriſto ſecundum eius animam ſcientia beata, qua cognoſcit verbum & res in verbo, & ſcientia infuſa, ſiue indita, per quam cognoſcit res in propria natura p̱ ſpecies intelligibiles humanæ mẽti ꝓportionatas. [†lib. 11. de ciuit. dei c. 7. a med. tomo 5. Et li. 4 ſu. gen. c. 24. tom. 3.]

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd viſio imperfecta fidei, in ſui ratione includit oppoſitum manifeſtæ viſionis, eo quòd de ratione fidei eſt, vt ſit de non viſis, vt in 2. parte dictum eſt. * [*2.2. q.1. ar. 4.] ſed cognitio, quæ eſt per ſpecies inditas non includit aliquid oppoſitum cognitioni beatæ. Et ideo non eſt eadem ratio vtrobique.

AD 2m dicendum, quòd diſpoſitio ſe habet ad perfectionem dupliciter. Vno modo, ſicut via ducens ad perfectionem: alio modo, ſicut effectus a perfectione procedens. Per calorem enim diſponitur materia ad ſuſcipiendam formam ignis, qua tamen adueniente, calor non ceſſat, ſed remanet
B quaſi quidam effectus talis formæ. Et ſimiliter opinio ex ſyllogiſmo dialectico cauſata, eſt via ad ſcientiam, quæ per demonſtrationem acquiritur, qua tamen acquiſita, poteſt remanere cognitio, quæ eſt per ſyllogiſmum dialecticũ, quaſi conſequens ſcientiam demonſtratiuam, quæ eſt per cauſam: quia ille, qui cognoſcit cauſam, ex hoc etiam magis poteſt cognoſcere ſigna probabilia, ex quibus procedit dialecticus ſyllogiſmus. Et ſimiliter in Chriſto, ſimul cum ſcientia
C beatitudinis manet ſciẽtia indita, non quaſi via ad beatitudinem, ſed quaſi per beatitudinem cõfirmata.

AD 3m dicendum, quòd cognitio beata non fit per [d] ſpeciem, [D.485.] quæ ſit ſimilitudo diuinæ eſſentiæ, vel eorum, quæ in diuina eſſentia cognoſcuntur, vt patet ex his, quæ in Prima parte dicta ſunt,* [P.p. quæſt. 12. arti. 2.] ſed talis cognitio eſt ipſius diuinæ eſſentiæ ĩmediate per hoc, quòd ipſa eſſentia diuina vnitur mẽti beatæ, ſicut intelligibile intelligenti, quæ quidem eſſentia diuina eſt forma exce-
D dens proportionẽ cuiuſlibet creaturę. Vnde nihil prohibet, quin cũ hac forma ſuperexcedente, ſimul inſint rationali menti ſpecies intelligibiles ꝓportionatæ ſuæ naturæ.

### ARTICVLVS IIII.

*Vtrum Chriſtus habuerit aliquam ſcientiam acquiſitam.*

[Infra q.12. art.12. & q.15. art 8. Et opuſcu.3. c.225. Et 3. diſt.14. art.3. q.5. ad 3. & diſt.8. ar.3. ad 5. Et verit. q.20. ar.3. ad 1.]

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd in Chriſto
E non fuerit aliqua ſcientia experimẽtalis acquiſita. Quicquid enim

F ¶Super Quæſtionis nonæ Articulum tertium.

IN titulo tertii articuli ponitur diſiunctio terminorum illorum, videlicet, indita vel infuſa, vt ſatisfiat diuerſimode illã appellantibus. Scientia ſiquidem iſta, quia ſimul cum natura animę datur, indita vocatur: quia vero non acquiritur, nec ex vi naturæ animę ipſam comitat̃, ſed deo alia actiõe creante animã, & alia actiõe influẽte ſciẽtiã, quàmuis ſimul tempore habetur, ideo infuſa nuncupatur. Et reuera infuſa vocanda eſt, ſi proprie loquẽdum eſt. Angelorum autem ſcientia indita proprie vocatur, q̃a comes ē naturæ ut illius proprietas naturalis, eademque actione, qua verbũ dei creat angelicam naturam, imprimit in illã ſpecies intelligibiles pfectiuas intellect⁹ angelici. Poteſt nihilominus gratia materiæ, ſcilicet animæ Chriſti dici ſcientia indita, pro quãto comitatur naturaliter animam Chriſti, nõ ut creatã, ſed vt aſſumptam a verbo, ſicut & gratia habitualis: eſt enim vnigenit⁹ a patre plenus non ſolum gratiæ, ſed veritatis.

¶In corpore art. vnica eſt concluſio reſpõſiua quæſito dupliciter ꝓbata. Concluſio eſt. Oportet in Chriſto ponere ſcientiã inditã. Probatur primo ex vitãda imperfectione naturæ aſſumptæ. Decebat, ut natura humana aſſumpta, a verbo dei, imperfecta non eſſet. ergo oportet in Chriſto ponere ſcientiã inditã. Probatur cõſequentia, quia aliter intellectus eius poſſibilis fuiſſet imperfectus. Probat̃ hoc, quia omne quod ē in potentia, eſt imperfectum, niſi reducatur in actum: ſed intellectus poſſibilis humanus eſt in potentia, & reducitur in actum per ſpecies intelligibiles. ergo eſſet imperfectus, ſi non haberet ſpecies intelligibiles, quod eſt habere ſcientiam inditam. Et hoc explanatur in litera apponendo concluſionem, inquantum per verbum dei impreſſæ ſunt ſpecies intelligibiles, &c. & declaratur ex ſubiuncto exemplo in angelis. Deinde probatur a ſimili ex auctoritate Auguſt. Sicut in angelis ponitur duplex cognitio, matutina & veſpertina, ita in Chriſto vtraque. Litera clara eſt.

¶ Aduerte hic, quòd natura humana aſſumpta a verbo, debet abſque imperfectione poni ex parte animæ. nam ex parte corporis nihil prohibet imperfectionem affirmare in illa, in ſui principio, quia minoratus eſt paulominus ab angelis, propter corpus paſſibile: ſcientia autem ad animam ſpectat.

¶Circa probationem concluſionis, dubium occurrit, quia ratio allata procedit de potentia naturali intellectus poſſibilis, quæ perficitur per ſpecies intelligibiles naturales (de quibus allata auctoritas Philoſophi loquitur) ac per hoc de imperfectione naturali. Concluſio autem loquitur de ſciẽtia tàm naturali, quàm reuelata, vt patet in 1. art. q. 11. inferius, vbi de illa ſcientia tractat̃. excedit ergo cõcluſio rõnem, imo nec cõſonat cõcluſioni, q̃a, vt ĩ ſequẽti habetur arti. alterius rationis eſt ſciẽtia infuſa Chriſto, ab illa, quæ eſt naturalis, de qua loquit̃ auctoritas allata Ariſtotelis.

¶Ad hoc dicitur, quòd proculdubio litera non arctatur ad imperfectionem & potentiam naturalẽ intellectus poſſibilis, ſed in communi loquitur de potentia intellectus noſtri ad actum ſibi commẽſuratum, & ſimiliter de imperfectione priuatiua actus proportionati intellectui humano poſſibili, & hoc ſiue ſecundum ſtatũ naturę, ſiue ſm ſtatum gratiæ: ita ꝙ intendit litera, quòd quia ĩ intellectu humano ſecundum eẽ naturę, eſt potẽtia naturalis ad ſciendum omnia naturalia per actus commenſuratos ſibi, & ſimiliter ſecundum eſſe gratiæ ad ſciendum omnia eccleſiaſtica per actus cõmenſuratos ſibi, & omne quod eſt ĩ potentia eſt imperfectum, niſi reducat̃ in actum, ideo eſſet imperfectus, niſi poneretur reductus in actum omnium intelligibiliũ tàm ſpectantium ad ordinẽ naturæ, quàm ſpectantium ad ordinẽ eccleſiæ, ſiue militãtis, ſiue triumphantis, per actus proportionatos ipſi humano intellectui. Auctoritas autem Ariſtotelis eſt allata directe ad monſtrandum, quòd intellectus humanus eſt in potentia ad ſciẽdum omnia per ſpecies intelligibiles, vt actus commẽſuratos ſibi, vt per hoc habeatur intentum, quod ſicut in eſſe naturali eſſet imperfectus intellectus, niſi eſſet reductus in actum commenſuratum ſibi (ſcilicet ſcientiam per ſpecies, quantumcumque illamet ſciat in verbo actu omnino ſuperexcedente omnem facultatem naturæ) ita in eſſe eccleſiaſtico eſſet imperfectus niſi noſſet omnia per actus cõmenſuratos ſibi, quantumcumq; eadem nouerit in verbo. Conſonat ergo ratio concluſioni, & probat eam, ſiue iſta ſcientia infuſa cum ſuis ſpeciebus, ſit alterius, ſiue eiuſdem rationis cum
A illa, de qua loquitur Ariſtot. quoniam, vt patet ex dictis, non arctatur ad naturalem ſcientiam, & multo minus ad talem modum naturalitatis, qualis eſt in ſcientia de qua loquitur Ariſto. Hoc autem dixerim, quia anima habet duplicem ſcientiam naturalem: alteram ſecundum ſtatum coniunctionis ad corpus, de qua locutus eſt Ariſtotel. alteram ſecundũ ſtatum ſeparationis a corpore, quam non nouit Ariſtot. Præſens autẽ tàm ratio, quàm concluſio non arctatur ad actum commenſuratum naturæ intellectus poſſibilis ſecundũ iſtũ, vel illum ſtatum, ſed in communi indiſtincteque de potentia intellect⁹ poſſibilis humani ad actum ſibi commẽſuratum loquitur, quẽ eẽ ſpecies intelligibiles ex eo, quòd in iſto apparet ſtatu, ex auctoritate Ariſtot. probat.

¶In reſponſione ad ſecundum diſcerne verba literæ ex induſtria mutata, dũ primo proponitur cognitio ex dialectico ſyllogiſmo acquiſita, vt via ſub nomine opinionis, & deinde reſumitur eadem cognitio ut conſequens, nõ ſub nomine opinionis, ſed ſub nomine cognitionis. Oportuit autẽ ſic dicere, quia cum ſcientia alicuius concluſionis nõ poteſt ſimul ſtare in eodem ſubiecto, opinio eiuſdem, ſed bene poteſt cognitio eiuſdem per medium probabile ſtare in eodẽ ſubiecto. Addit ſiquidẽ opinio ſuper cognitionem per medium ꝓbabile, formidinẽ in ſubiecto reſpectu alterius partis, quæ repugnat ſubiecto excludenti formidinem, quale eſt ſciẽs demõſtratiue. vnde cognitio dialectica ante demõſtratiuã habẽs rõnẽ opinionis, poſt demõſtratiuã ſcientiã non hẽt rõnẽ opinionis, ſed remanet ſolũ cognitio dialectica, ceſſante illa cõditione formidinis ex p̃te ſubiecti.

¶In reſponſione ad 3. eiuſdem articuli, nota, ꝙ qualiter ſpecies infuſæ ſint humanę menti cõmenſuratæ, inferius patebit: qualiter autem diuina eſſentia ſit ſpecies ſuperexcedens, clarum eſt.

¶Super Quæſtionis nonæ Articulum quartum.

IN titulo aduerte, quòd aliud ſonat, & alio tendit. Nam ſonat ſcientiam experimentalem acquiſitam, quæ communiter ſe habet ad actualem experientiam, quam quis acquirere poteſt, vel ad habitualem ſcientiã, intellectu ex experiẽtia acquiſitam, tendit

tendit autem ad perſcrutationem huius ſecundi membri, quia de hoc tantum eſt difficultas.
¶ In corpore articuli eſt vnica concluſio reſponſiua quæſito, In Chriſto eſt ſcientia acquiſita. Probatur dupliciter. primo, Nihil eorum, quæ deus in humana natura plantauit defuit humanitati aſſumptæ a verbo dei. ergo in anima Chriſti fuit non ſolum intellectus poſſibilis, ſed etiam intellectus agens. ergo non fuit in Chriſto intellectus agens fruſtra. ergo habuit propriā operationem, ergo in Chriſto fuerunt aliquæ ſpecies intelligibiles, ꝑ actionem intellectꝰ agētis in intellectu eiꝰ poſſibili receptæ. ergo in ipſo fuit ſcientia acquiſita. Prima conſequentia probatur, quia in humana natura deus plantauit non ſolū intellectum poſſibilem, ſed etiam intellectum agentem. Secunda vero, quia deus & natura in aliis nihil faciunt fruſtra, ex 1. Cæli. Tertia autem, quia fruſtra eſt quod non habet propriam operationem, probatur, quia omnis res eſt propter propriam operationem, ex 2. Cæli. Quarta deinceps, quia propria operatio intellectus agentis, eſt facere ſpecies intelligibiles in actu abſtrahēdo eas a phantaſmatibus. Quinta demum, quia hoc eſt eſſe in Chriſto ſcientiam acquiſitam, quam quidam experimentalem nominant. Secundo probatur concluſio connaturalitate talis ſcientiæ, ſeu modi ſciendi ad naturam humanam. Et conſiſtit vis rationis in hoc. ex quo in Chriſto ponitur ſcientia connaturalis ſoli deo, ſcilicet beata, & ſcientia connaturalis angelis, ſcilicet infuſa, conſequens eſt, ut ponatur in illo ſcientia connaturalis vndique naturæ humanæ, ſcilicet ſcientia acquiſita, quæ eſt connaturalis homini ex parte agentis & patientis, ac per hoc ſcientia proprie eſt ſecundum humanum modum, & totaliter humana.

Art. præce.

¶ In hoc proceſſu duo occurrunt dubia. Primum circa illam propoſitionem, Fruſtra eſt quod caret propria operatione, poteſt enim habere duplicem ſenſum, vel quòd intelligatur de genere vel ſpecie, vel quòd intelligatur de quolibet indiuiduo. Nam ſi in primo intelligitur ſenſu, vera eſt, fruſtra enim eſſet potens operari natura aliqua generica, uel ſpecifica, ſi ſecundum totam latitudinem generis, vel ſpeciei careret propria operatione, ſed in hoc ſenſu non infert concluſionem literæ, quæ de vno indiuiduo humanitatis Chriſti eſt. Si autem in ſecundo ſenſu intelligitur, tunc eſt ſenſus, quod fruſtra eſt potentia quæ in quolibet indiuiduo ſuo caret propria operatione. Et ſic eſt quidem ad propoſitum, ſed eſt falſa, inquit Scotus in 3. quæſtione 14. diſtinct. 3. Senten. quoniam ſtat, quòd potentia in aliquo præueniatur ab alio ſuperiore agente, & propterea careat propria operatione, & ipſa non eſt fruſtra, quia eſt ad integritatem perfectionemque naturæ. Aſſertque inſtantias in beatis, in quibus eſt intellectus agens, & ſic poſſent acquirere ſcientiam. Et ſimiliter eſt potentia augmentatiua, & ſic poſſent augeri &c.
¶ Secundum dubium eſt circa eandem propoſitionem iunctam minori, quoniam aut eſt ſermo de omni operatione alicuius, ita quòd ſenſus ſit, Fruſtra eſt quod caret omni propria operatione. Et tunc minor eſt falſa, ſcilicet quòd omnis propria operatio intellectus agentis eſt facere ſpecies intelligibiles in actu, cum præter hanc operationem habeat alias ſibi proprias operationes, ſcilicet facere euidentiam propoſitionum per ſe notarum, & mediante iſta euidentia facere euidentiam omnium, quæ per prima principia cognoſcuntur. Si vero non eſt ſermo de omni propria operatione, ſed de quacumque, propria tamen (ita quòd ſenſus ſit, Fruſtra eſt quod caret aliqua operatione ſibi propria) tunc eſſet ad propoſitum, ſed eſt falſa, quia non eſt fruſtra: quod caret vna propria operatione, & habet aliam propriam operationem, eſſet enim propter illam, quam habet, operationem: ſicut mutus non fruſtra habet os & linguam, quia quàmuis non habeat locutionem, habet ta-

Chriſto conueniens fuit, excellentiſſime habuit: ſed Chriſtus non habuit excellentiſſime ſciētiam acquiſitam, non enim inſtitit ſtudio literarum, quo perfectiſſime ſcientia acquiritur, dicitur enim Ioa. 7. Mirabantur Iudæi dicentes, Quo modo hic literas ſcit, cum non didicerit? ergo videtur ꝙ in Chriſto non fuerit aliqua ſciētia acquiſita.
¶ 2 Præt. Ei quod eſt plenum, non poteſt aliquid ſuperaddi: ſed potentia animæ Chriſti fuit impleta per ſpecies intelligibiles diuinitus inditas, vt dictum eſt.* ergo non potuerunt ſuperuenire eius animę aliquæ ſpecies acquiſitæ.
¶ 3 Præt. In eo qui iam habet habitum ſcientiæ, per ea, quæ a ſenſu accipit, non acquiritur nouus habitus (quia ſic duæ formæ eiuſdem ſpeciei ſimul eſſent in eodem) ſed habitus qui prius inerat, confirmatur & augetur. ergo cum Chriſtus habuerit habitum ſciētiæ inditæ, non videtur quòd per ea, quæ ſenſu percepit, aliquam aliam ſcientiam acquiſierit.
SED CONTRA eſt quòd Hebr. 5. dicitur, Cum eſſet filius dei, didicit ex his, quæ paſſus eſt, obedientiam, Gloſ.* id eſt, expertus eſt. Fuit ergo in Chriſto aliqua experimentalis ſcientia, q̃ eſt ſciētia acquiſita.
RESPON. dicendum, quòd vt ex ſupra dictis patet,* nihil eorum,

F men aliam operationē, puta ſumere & diſcernere alimentum.
¶ In eodem corpore circa concluſionem principalem, occurrunt primo obiectones Scoti in loco allegato, deinde Durandi ibidem. Et Scotus quidem arguit dupliciter, primo ex dictis (vt ipſe ait) opinantis, ſcilicet Auctoris: ſecundo contra concluſionem in ſe. Sed quoniam omnes obiectiones eiꝰ conſiſtunt in hoc, quòd ſcientia infuſa, & acquiſita ſunt eiuſdem rationis, aut diſtinguuntur ſicut matutina & veſpertina, aut ſecundum originem (quia vna a deo, altera ab intellectu agente apud nos, ſicut homo genitus & homo creatus) quorū nullum Auctor etiam ſomniauit, vt expreſſe in hoc eodem articulo reſpondendo ad tertium docet, ideo omittendas cenſui. Durādus vero probat probabile eſſe, ſcientiam infuſam & acquiſitam eſſe vnius rationis, quia oculi nati, & oculi reſtituti, vel dati a deo, ſunt vnius rationis. Prabareque nititur indignum eſſe Chriſto quòd acquiſierit ſciētiam a ſenſibilibus, ſicut non decuit ipſum diſcere ab homine: quia æquiualent hæc duo, quum homo docens non ſe habeat, niſi ut proponens obiectum.

Gloſ. interlin. ibid.

Art. 1. huius q. & q. 5.

¶ Ad horum euidentiam ſcito quòd ſcientiam eſſe & vocari infuſam, contingit dupliciter, hoc eſt per ſe, vel per accidens. Scientia eſt, & vocatur infuſa per ſe, cuius naturalis generatio eſt infuſio, qualis eſt ſcientia angelorum: per accidens autem infuſa eſt, cui accidit quòd habita ſit per infuſionem, vt ſcientia Adæ. Scientia autem acquiſita non niſi per ſe inuenitur, cuius ſcilicet naturalis generatio eſt acquiſitio, quoniam non poteſt ſcientia ex ſuo genere infuſa acquiri, ſicut econtra poteſt ſcientia ex ſuo genere acquiſita infundi, quia agens ſuperius poteſt præuenire inferiorem cauſam, inferius autem agens non poteſt ſuperioris ordinis effectum producere. Vnde ſcientia, quæ nata eſt haberi per lumen intellectus agentis, ſiue habeatur per acquiſitionem, ſiue per infuſionem, eſt, & vocatur, per ſe loquendo, ſcientia acquiſita, quia ex ſuo genere eſt ſcientia acquiſita. Et propterea ſcienta naturalium, quā habuit Adam, fuit ſcientia acquiſita ex ſuo genere, & per ſe, quàmuis ipſe nō acquiſierit illam, ſed fuerit ſibi a deo infuſa. Scientia autem infuſa in Chriſto concluſa, in præcedenti artic. eſt infuſa ex ſuo genere, & non eſt ſicut Adæ ſcientia, ſed ſicut ſcientia angelica, ut in hoc articulo dicitur.
¶ Intellige igitur hunc titulum de ſcientia tàm infuſa, quàm acquiſita ex ſuo genere, ſeu per ſe, & non per accidens ab actu infuſionis, vel actualis acquiſitionis, & tunc illuceſcet altitudo veritatis huius literæ tàm male intellectæ. Noli ergo proponere ante mentis oculos, Chriſtum velut Adam plenū ſcientię acquiſibilis ex ſuo genere, ſed infuſæ per accidens, quia ſi ſic Chriſtum imaginatus fueris, proceſſus literæ corruet, & tamen ſic eſt imaginatus Chriſtus a non intelligentibus hanc literam, & obiicientibus. Neque enim in Adam fruſtra fuit intellectus agens, ſicut nec potentia augmentatiua: ſed imaginare Chriſtum plenum ſcientiæ infuſę ex ſuo genere, et ſicut tabulam raſam, quo ad ſcientiam acquiſitam ex ſuo genere, & tunc proceſſu literæ vtere, dicendo, quòd ſi in Chriſto non eſſet ſcientia acquiſita ex ſuo genere (dico autem, non eſſet omnino, ſcilicet nec per ſe, nec per accidens, hoc eſt neque per acquiſitionem, quæ eſt per ſe generatio eius, nec per infuſionem quæ eſt per accidens generatio eius) ſi inquam in Chriſto non eſſet omnino ſcientia acquiſita, intellectus agēs eſſet in ipſo fruſtra, quia nihil eſſet impediēs, aut tollēs quouis modo operationem eius, & tamen non poſſet habere operationem ſuam. In Adam ſiquidem caruit operatione ſua principali, quia non erat ibi patiēs diſpoſitū ad recipiendum: quia erat iam in actu ab alio agēte reductum, nec erat amplius in potētia ad recipiendū intelligibilia ab intellectu agente, ſicut potētia augmētatiua nō poterat augere, quia corpus eius iam erat actu perfectum in quātitate naturali.
¶ Ad



¶ Ad primum igitur dubium dicitur, quòd propoſitio illa, Fruſtra eſt quod caret propria operatione non eſt arctanda ad genus, ſpeciem, aut indiuiduum quodlibet, vel aliquod, ſed abſolute ſumenda eſt. Et ſane debet intelilgi, ſcilicet ſubintellectis conditionibus generalibus, quæ quum de operibus eſt ſermo, ſubintelliguntur, ſcilicet, quando, vbi, & in quo, &c. debet operari, ita quòd ſenſus ē, quòd fruſtra eſt qđ caret operatione, quādo debet illam habere. Et ſic propoſitio iſta efficaciter in litera probatur, ex hoc quòd vnumquodque eſt propter ſuam operationem, fruſtra ſi quidē eſt, quod finem ſuum non aſſequitur, quando debet, & ꝑ hoc ſatisfit omnibus inſtantiis. Nā ſtatus beatus habet, vt tunc non debeat abſtrahere intellectus agēs, quia homo eſt in termino. Et Adā fuit ſuppoſitum, in quo intellectꝰ agens non debebat abſtrahere ſpecies, quia intellectus poſſibilis plenus erat acq̃ſita ſciētia. Et ſimiliter potētia augmētatiua non fuit fruſtra, quia caruit quidē operatione, ſed non quando, & in quo debuit operari: quoniam conſtat, quòd operatio eius debet eſſe in ſubiecto imperfecto ſecundum quantitatem, & in ſtatu augmenti, quorum nullum locum habuit in Adam creato perfecto, ſecundum quantitatem naturalem. Stat ergo ſolida prima literæ propoſitio.

*lib. 1. de Cæl. te. 32. & lib. 2. te. 59. to. 2.

*Lib. 2. de Cælo text. 17. to. 2.

†lib. 3. de Ani. tex. 18 to. 2.

¶ Ad ſecundum dubium dicitur, quòd non refert, vtro modo propoſitio intelligatur, quia vnius potentiæ non eſt niſi vna operatio propria principalis, quæ ſe habet ad ipſam vt finis, cuius priuatione dicitur fruſtra: quia potentia naturalis determinata eſt ad vnum, & rationalis alterum contrarium principaliter reſpicit. Et rurſus omnis potentiæ natura quædam eſt, & propterea vna eſt cuiuſque principalis operatio, fundans reliquas ordine quodam. Ad literam tamen Auctor loquitur de operatione principali, quæ eſt finis. Et multo minus refert quouis modo ſumatur in propoſito, quia ſi in Chriſto non eſt ſcientia ex ſuo genere acquiſita, intellectus agens eſſet fruſtra, quia careret operatione principali, quæ eſt finis, & hoc intendit Auctor, vt patet in artic. 2. quæſt. 12. Et nihilominus ſequi videtur, quòd eſſet omnino fruſtra in ipſo, quia careret & principali operatione, quæ eſt facere ſpecies intelligibiles, & ſecundaria, quæ eſt facere euidentiam primarum propoſitionum immediate, & mediante illa facere aliorum euidentiam: quoniam tàm cognitio primorum principiorum, quàm reliquorum ex illis ad ſcientiam acquiſitam ex ſuo genere ſpectat, quam ſupponimus in Chriſto non eſſe, ſed infuſam ex ſuo genere tantum. Quocirca ſi in Chriſto ſupponeretur ſcientia ex ſuo genere acquiſita, per infuſionem habita (ſicut ponitur in Adam) intellectus agens non careret omni operatione ſibi propria, ſed prima tantum, ſcilicet abſtractione ſpecierum intelligibilium, feciſſet namque, ſicut de facto in Adam fecit, euidentiam primarum propoſitionum immediate, & aliarum mediante illa. Nam eodem lumine fuerunt per ſe nota Adæ prima principia & concluſiones per principia, quomodo ſunt euidentia nobis, quàmuis nos acquiramus noſtra actione ſpecies, & ſtudio noſtro concluſiones, ille autem per infuſionem habuit quicquid nos acquirimus, ſub illo tamen lumine, quo acquirere nos poſſumus. Sed quia in Chriſto ſupponitur non eſſe quouis modo ſcientiam ex ſuo genere acquiſitam, ſed ex ſuo genere infuſam, quæ eſt ſupra lumen intellectus agentis, ideo omnino fruſtra poneretur, vt pote, abſque omni ſua propria operatione intellectus agens in Chriſto. Et ſtat omnino ſolida & īcōcuſſa propoſitio literæ iuncta et ſubſumptis. Et hæc intelligito, quantum eſt ex parte ſui, hoc eſt intellectus agentis quoniam ex libertatę animæ Chriſti

quæ deus in noſtra natura plantauit, defuit humanæ naturæ aſſumptæ a dei verbo. Manifeſtum eſt autem, quòd in humana natura deus plantauit non ſolum intellectum poſſibilem, ſed etiam intellectum agentem. Vnde neceſſe eſt dicere, quòd in anima Chriſti fuit nō ſolum intellectus poſſibilis, ſed ēt intellectus agens. Si autem in aliis deus & natura nihil fruſtra faciunt (vt Philoſophus dicit in 1. de Cę.*) multo minus in anima Chriſti aliquid fuit fruſtra. Fruſtra autem eſt, quod non habet propriam operationē, cum oīs res ſit propter ſuam operationem, vt dicit in 2. de Cæl.* Propria autem operatio ītellectus agentis, eſt facere ſpecies intelligibiles actu, abſtrahendo eas a phantaſmatibus, vnde dicitur† in 3. de Anima, quòd intellectus agens eſt, quo eſt omnia facere. Sic igitur neceſſe eſt dicere quòd in Chriſto fuerint aliquæ ſpecies intelligibiles, per [d] actionem intellectus agentis in intellectu poſſibili eius receptę, quod eſt eſſe in ipſo ſcientiam acquiſitam, quam quidam experimentalem nominant.
Et ideo quàmuis aliter alibi ſcripſerim,* dicendum eſt, in Chriſto fuiſſe ſcientiam acquiſitam, quæ proprie eſt ſcientia ſecundum modum humanū, non ſolum ex parte ſubiecti recipientis, ſed etiam ex parte cauſæ agentis. Nam talis ſcientia ponitur in Chriſto ſecundum lumen intellectus agentis, quod eſt animæ humanæ connaturale. Scientia autem infuſa attribuitur animæ humanæ ſecundum lumen deſuper infuſum, qui modus cognoſcendi eſt proportiona-

A potuiſſet cooperari ad illuſtrandum phantaſmata miniſtrantia ſcientiæ infuſæ, qū placuiſſet uti ſcientia illa, conuertendo ſe ad phantaſmata, ſimiliter ad intellectionē multorū intelligibiliū.
¶ Ad obiecta Scoti contra concluſionem ipſam, iam incipit patere quòd in reſponſione ad tertium amplius explanabitur. Nam ſecundū Auctorem ſcientia infuſa ex ſuo genere, ſeu per ſe, & ſcientia acquiſita ex ſuo genere, ſeu per ſe, ſunt diuerſarum rationum. Et licet differant penes origines & agentia diuerſarum rationū, non tamen differūt tantum penes origines & agētia, ſed penes formalia obiecta, ac per hoc ꝑ intrinſecas differentias, vt patebit. Et ideo ridiculum eſt obiicere, quòd differunt, ſicut homo natus & homo creatus, aut ſicut oculi cæci nati, miraculoſe illuminati, & oculi aliorum. Hæc enim vera ſunt de ſciētia acquiſita, & ſcientia per accidēs infuſa, vt fuit ſcientia Adæ, quæ ex ſuo genere erat eiuſdem rationis cum noſtra, non autem de ſcientia ex ſuo genere infuſa, quoniam hæc altioris ordinis ex intrinſeco eſt, & ideo non poteſt acquiri, & exigit infuſionem. Et de hac Auctor aſſuetus ſermonibus formalibus, & per ſe, loquitur in hac litera: iſti autem ad per accidens declinarunt, dum ad ſcientiam cui fieri accidit, quòd ſit infuſio, diuerterunt.

D. 1218.

3. Sent. diſt. 14 quęſt. 3. art. 3.

¶ Vnde patet Durandi ſuppoſitionem, nō a probabilitate, ſed a poſſibilitate alienam eſſe, loquendo per ſe: ſed ipſe loquitur de infuſa per accidens, & credit ſe opponere contra hanc literam, a qua æquiuocat, quia litera loquitur de per ſe acquiſita & per ſe infuſa, ſciens quòd ea quæ ſunt per accidens, relinquuntur ab arte. Ad rationem autem Durandi ex dignitate Chriſti, reſpondetur quòd non eadem eſt ratio acceptionis ſcientiæ a rebus & a doctore, quoniam res cauſant ſcientiam, quaſi vt inſtrumenta dei, qui fecit illas, vt exemplatas a ſua ſapientia, iuxta illud Eccleſiaſt. 1. Effudit ſapientiā ſuper omnia opera ſua. Doctor vero licet ſe habeat vt proponens obiectum, non tamen ſe habet ſic tantum, ſed principalius ſe habet ut proponens conceptiones ſuas per uoces, quæ ſunt ſigna eorum, quæ ſunt in anima, & ordinando ac ſubordinando has conceptiones illis, & deducendo has ex illis, ut experimur quotidie, quod indignum erat Chriſto domino, qui vnus eſt magiſter totius generis humani. Et habes hanc reſponſionem inferius quæſt. 12. artic. 3. ad. 2.
¶ In eodem artic. 4. in reſponſionibus ad ſecundum & tertium perſpicere facile potes, quæ diximus eſſe vera de intentione Auctoris. Nam in reſponſionibus his habes tres differentias per ſe inter habitum infuſum & acquiſitum. Prima eſt ſecundum cauſas efficientes, quia infuſa a ſuperiori, acquiſita ab inferiori. Secunda ſequens ad iſtam, ſecundum origines, ſcilicet infuſionem & acquiſitionem. Tertia eſt ſecundum obiecta, quia acquiſita eſt commēſurata & proportionata phantaſmati, quod ſe habet ad intellectum, vt color ad uiſum (vt dicitur in 3. de Anima) infuſa autem eſt ſuperexcedens proportionem phantaſmatum. Et hæc eſt differentia intrinſeca & eſſentialis, propter quam iſtæ ſcientiæ ſunt diuerſarum rationum. Et quum hæc vltima differentia clariſſime habeatur in litera, mirum eſt quo modo Scotus auſus eſt imponere Auctori oppoſitum. Et debes ſcire nouitie, quòd ſcientiam eſſe commenſuratam phantaſmati, nihil aliud eſt, quàm eſſe proportionatam & adæquatam obiecto, vt relucet in phantaſmatibus, qualis eſt ſcientia humana, et fuit ſcientia Adæ. Et per oppoſitum ſcientiam excedere commēſurationem phantaſmatum, eſt illam eſſe proportionatam obiecto excellentiori, & excellentiori modo, quàm ſit obiectum phantaſiabile. Et hæc inferius clara erunt, quum de

F ¶ Ad obiectionem autem primam dicitur, quòd actus melior eſt potentia, ceteris paribus: in propoſito autem cetera non ſunt paria, nam eſſet motus ab alio, vbi nunc ponitur mouere ſeipſum, & carere cõnaturali & per ſe modo generationis talis ſcientiæ, vt patet ex dictis, quæ præponderant illi præuẽtioni actualis ſcientiæ. Ad confirmationem dicit', quòd non eſt ſimilis ratio, quia Adã creatus eſt vt principium naturæ humanæ in naturalibus, tàm ſecundum corpus, quàm ſecundum animã, & quia perfecta ſunt, ſecundum naturę ordinẽ priora imperfectis (ut 12. Metaphyſi. Ariſtot. dicit) ideo Adam ſicut ſecundum corpus creatꝰ eſt perfectus ĩ quantitate, ita & ſecundum animam creatus eſt perfectus in ſcientia. Chriſtus autem non eſt productus vt principiũ hominũ in eſſe naturæ, nec in naturalibus pro hoc ſtatu, ſed vt doctor myſteriorum dei, & regni cæleſtis. In cuius ſignum productus eſt ſecundum corpus quantitatis imperfectæ, & ſimiliter ſecundum animam in pura potentia, quo ad ſcientiam naturaliter acquiſibilem. Et ſicut creuit ætate, & vere augumentum corporale habuit, ita creuit ſapientia: ſimul enim Euangeliſta hæc dicit. Nec docuit mathematicam aut Aſtrologiam, & huiuſmodi, ſed arcanum Trinitatis, & vias ac ſecreta regni celorum.

D.1183. D.1104. D.69.

vtraque ſcientia tractabitur, & dicetur quòd ſcientia acquiſita habet pro obiecto quod quid eſt abſtrahens a ſingularibus, & non omne quodquid eſt, ſed ſenſibilium rerum tantum. Et ideo illa ſcientia non ſe extendit ad ſingularia, nec ſubſtantias ſeparatas, ſicut nec noſtra ſcientia ad hæc ſe extendit. Scientia autem infuſa ex ſuo genere eſt, ſicut angelica ſcientia, habẽs quidditatem ꝓ obiecto, non abſtrahentem, ſed concretam ſingularibus, ita quòd extẽdit ſe ad eſſentiam & omnia illius tunc accidẽtia &c. vt patuit in 1. lib. Et ſimiliter habet pro obiecto quidditatẽ non ſolum rerum ſenſibilium, ſed etiam intellectualium, circa actum purum, q ſoli ſibiipſi ẽ quidditatiue notus, & beatus vt ſic, vt ibidem monſtratũ eſt. Conclude ergo, ſicut in communi loquẽdo, habitus per ſe infuſi & habitus per ſe acquiſibiles ſunt diuerſarum rationum intrinſecus & eſſentialiter (vt patet de charitate, fide, ſpe, & uirtutibus ĩtellectualibus & moralibus) ita in ſpeciali de ſcientia dicendum eſt, quòd ſcientia per ſe infuſa, ſeu ex ſuo genere, & per ſe, ſeu ex ſuo genere acquiſibilis, ſunt diuerſarum rationum.

p.p.q.12.articu.4. lib.1.c.4.in fi. to.5.

tus naturæ angelicæ. Scientia vero beata, per quam ipſa dei eſſentia videtur, eſt propria & connaturalis ſoli deo, vt in prima parte dictum eſt.*

Ad primvm ergo dicendũ, quòd cum duplex ſit modus acquirendi ſcientiam, ſcilicet inueniendo, & addiſcendo, modus qui eſt per inuentionem, eſt præcipuus: modus autem, qui eſt per diſciplinam, eſt ſecũdarius. Vnde dicitur in 1. Ethic.* Ille quidem eſt optimus, qui omnia per ſe ipſum intelligit, bonus autem rurſus eſt ille, qui bene dicenti obedit. Et ideo Chriſto magis cõpetebat habere ſcientiam acquiſitam per inuentionem, quàm per diſciplinã, præſertim cum ipſe daretur a deo omnibus in doctorem, ſecundum illud Ioel 2. Lætamini in domino deo veſtro, quia dedit vobis doctorem iuſtitiæ.

Ad 2m dicendum, quòd humana mens duplicem habet reſpectum. Vnum quidem ad ſuperiora, & ſecundum hunc reſpectum, anima Chriſti fuit plena per ſcientiam inditam. Alius autem reſpectus eius eſt ad inferiora, ideſt, ad phantaſmata, quæ ſunt nata mouere mentem humanam per virtu G tem intellectus agentis. Oportuit autem, quòd etiam ſecundũ hunc reſpectum anima Chriſti, ſcientia impleretur, non quin prima plenitudo menti humanæ ſufficeret ſecundum ſeipſam, ſed oportebat eam perfici, etiam ſecundum conformationem ad phantaſmata.

Ad 3m dicendum, quod aliad ratio eſt de habitu acquiſito, & de habitu infuſo. Nam habitus ſcientiæ acquiritur per comparationẽ humanæ mentis ad phantaſmata, vnde ſecũdum eandem rationem non poteſt aliusd habitus iterato H acquiri: ſed habitus ſcientiæ infuſæ eſtd alterius rationis, vtpote, a ſuperiori deſcendens in animã, non ſecundum proportionẽ phantaſmatum. Et ideo non eſt eadem ratio de vtroque habitu.

¶ Oritur autem ex dictis nouũm dubium ſimpliciter & ad hominem, cur in Chriſto aſſeritur non fuiſſe ſcientiam ex ſuo genere acquiſibilem per infuſionem, vt fuit in Adam. Et eſt ratio dubii ſimpliciter, quia melius eſt, vt Chriſtus ſemper habuerit talem ſcientiam, quàm poſt lapſum temporis: actus enim melior eſt potentia in bonis, vt dicitur 9. Metaphy. Et confirmatur, quia eadem ratio militat de Adam & Chriſto, ſcilicet quia datus eſt a deo vterque doctor generis humani. Vnde ſi Adam, quia creatus inſtructor ſuccedentis generis habuit talem ſcientiam per infuſionem, multo magis Chriſtus, qui datus eſt in doctorem humani generis, debuit perfectus creari, quo ad animã, vt ſcilicet perfecta eſſet ſcientia acquiſibili ex ſuo genere. Ad hominem vero, quia licet in litera probetur, in Chriſto fuiſſe ſcientiam acquiſitam ex ſuo genere, non tamen probatur, quod fuit talis ſcientia in Chriſto, per talem viam, ſcilicet per acquiſitionem. Stat enim, quòd talis ſcientia fuerit in Chriſto, & non per talem viam, ſed per infuſionem, vt patet in Adam, in quo quia fuit ſcientia acquiſita ex ſuo genere, licet non per acquiſitionem, ſed per infuſionem, non ſequitur, intellectum agentem fuiſſe fruſtra, vt patet ex dictis. Et eadem ratione non fuiſſet in Chriſto intellectus agens fruſtra ſi ſcientia acquiſita ex ſuo genere, fuiſſet in ipſo per infuſionem.

¶ Ad hoc dicitur, quòd rationabiliter hæc ſcientia in Chriſto ponitur per acquiſitionem, & non per infuſionem, tum ex parte ſcientiæ, tum ex parte ſcientis, tum ex perfectione modi ſciendi. Ex parte quidem ſcientiæ, quia acquiſitio eſt talis ſcientiæ generatio per ſe (quoniam ipſa illius naturalis generatio eſt) infuſio autem eſt talis ſcientiæ generatio per accidẽs, accidit enim ex miraculo, quòd infundatur: generatio autem per ſe, præſtat generationi per accidens. Ex parte vero ſcientis, quia nobilius eſt quod ſeipſum mouet, quàm quod ab alio mouetur (vt dicitur in 8. Phyſico.) ſciens autem per inuentionem ſeipſum mouet, ſciens per infuſionem ab extrinſeco mouetur, hoc eſt, reducitur de potentia ad actum. illud ergo eſt Chriſto attribuendũ. Ex parte autem modi ſciendi, quia ſicut in Chriſto fuit ſcientia beata modo beatorum, & ſciẽtia indita modo inditæ, ita debuit eſſe ſcientia acquiſita modo acquiſitæ, vt nullus modus ſciendi conuenire potens Chriſto illi defuerit.

I ¶ Ad obiectionem contra literam dicitur, quòd licet illa ratio, quòd intellectus agens eſſet fruſtra, ſi abſolute ſumatur, non concludat vtrumque ſcilicet ſcientiam talem ex ſuo genere acquiſibilem, & viam talem, ſcilicet per acquiſitionem (vt inſtantia de Adam manifeſtat) contracte tamen ſumpta, hoc eſt in Chriſto, infert vtrumque. Nam in Chriſto ſupponitur, nullam eſſe per accidens productam ſcientiam, ſed omnem in illo ſcientiam eſſe cum ſuo proportionato naturaliter modo, tam in ſe quam in ſua origine: decet enim Chriſtum perfectionem omnẽ ſuæ animæ per ſe habere, & non per accidens. In Chriſto igitur in quo omnis ſuæ animæ conueniens perfectio per ſe ponenda eſt, fruſtra poneretur intellectus agens, ſi in eo non eſſet ſcientia acquiſita, & per acquiſitionem: quia careret propria principali operatione, ſcilicet cauſatione ſpecierum intelligibilium in illo, in quo debet talem operationem habere, hoc eſt in Chriſto viatore, quẽ decet ſcientiam acquiſitam habere, & mõ humano habere. Vnde in litera ad explicandam plene probationem con- K cluſionis, ſubiungitur cõnaturalitas cuiuſq; ſciẽtiæ inuentæ in Chriſto, ſcilicet quòd beata eſt Deo connaturalis, infuſa angelo, acquiſita homini. Et eſt ſermo nõ ſolum de ipſa ſcientia, ſed de modo habẽdi ipſam, vt patet in litera, tamquam ſi diceret, quòd quia Chriſtum decet habere humanam ſcientiam more humano, eſt ſecundum animam ſubiectum, in quo intellectus vterq; debet habere propriam operationem more humano. Ac per hoc optime dictum eſt, quòd fruſtra, vtpote carens propria operatione principali, quando & in quo debet eſſe intellectus agens, niſi cauſaret ſcientiam in Chriſto humanam. Nec obſtat inſtantia de Adæ ſcientia, quia illum, vtpote principium naturæ humanæ, decebat eſſe ab initio perfectum, & ſcientia ex ſuo genere acquiſita: quæ abſolutæ quidem ſortitur infuſionem pro generatione per accidens: in tali vero ſuppoſito, ſcilicet primo totius generis humani, ſortitur infuſionẽ pro ꝓductione quodãmodo, quaſi per ſe, pro quanto principia exigunt, quòd ſint perfecta, quoniam perfecta ſunt naturaliter priora imperfectis, vt dicitur 12. Metaphyſ.

¶ Super



## QVAESTIO X.

*De ſciẽtia beata animæ Chriſti, in quatuor articulos diuiſa.*

A D EINDE conſiderandum eſt de qualibet prædictarum ſciẽtiarum: ſed quia de ſcientia diuina dictũ eſt* in prima parte, reſtat nunc dicẽdum de alijs tribus: primo de ſcientia bea- B ta: ſecundo de ſcientia indita: tertio, de ſcientia acquiſita.

¶ Sed quia etiam de ſcientia beata, quæ in Dei viſione conſiſtit, plura dicta ſunt in prima parte*, hic illa ſola videntur dicẽda, quæ proprie pertinent ad animam Chriſti.

Q.14. Q.14.

### Circa hoc ergo quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum anima Chriſti cõprehenderit Verbum ſiue diuinam eſſentiam.

C ¶ Secundo, Vtrum in Verbo cognouerit omnia.

¶ Tertio, Vtrum anima Chriſti in Verbo cognouerit infinita.

¶ Quarto, Vtrum videat Verbum ſiue diuinam eſſentiã clarius qualibet alia creatura.

### Articvlvs. I.

*Vtrum anima Chriſti comprehenderit Verbum ſiue diuinam naturam.*

D AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ anima Chriſti comprehenderit & comprehẽdat Verbum ſiue diuinam eſſentiã. Dicit. n. Iſido.* quod Trinitas ſibi ſoli nota eſt, & homini aſſumpto. Igitur homo aſſumptus communicat cum ſancta Trinitate in illa notitia ſui, quæ eſt ſanctæ Trinitati ꝓpria: huiuſmodi autem eſt notitia comprehenſionis. ergo anima Chriſti comprehendit diuinã eſſentiam.

¶ 2 Pręt. Magis eſt vniri Deo ſecundum eſſe perſonale, q̃ ſm viſionẽ: ſed ſicut Dama.† dicit in 3. lib. tota diuinitas in vna perſonarũ eſt vnita humanę naturę in Chriſto. Mul- E to ergo magis tota natura diuina videtur ab anima Chriſti, & ita videtur, quòd anima Chriſti comprehendat diuinam eſſentiam.

¶ 3 Pręt. Illud, quod conuenit filio Dei per naturam, cõuenit filio hominis per gratiam, vt Aug.* dicit, in 1. de Trini. ſed comprehendere diuinam eſſentiam, competit filio Dei per naturam. ergo filio hominis competit per gratiam: & ita videtur quòd anima Chriſti per gratiam Verbum comprehendat.

Sed contra eſt, quòd Aug. dicit in lib. 83.* q. Quod ſe comprehendit, finitum eſt ſibi: ſed eſſentia diuina non eſt finita in comparatione ad animam Chriſti, cũ in infinitũ eam excedat. ergo anima Chriſti non comprehendit Verbum.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut ex ſupra* dictis patet, ſic facta eſt vnio naturarũ in perſona Chriſti, ꝙ tamẽ proprietas vtriuſq; naturę inconfuſa permanſerit, ita. ſ. quòd increatum manſerit increatũ, & creatum manſerit infra limites creaturę, ſicut Dama.* dicit in 3. li. Eſt autem impoſſibile, ꝙ aliqua creatura a comprehendat diuinam eſſentiã (ſicut in prima parte oſtẽſum† eſt) eo quòd infinitum non comprehẽditur a finito. Et ideo dicendum, quòd anima Chriſti nullo modo comprehẽdit diuinam eſſentiam.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ homo aſſumptus* conformatur diuinę Trinitati in ſui cognitione, non ratione comprehenſionis, ſed ratione cuiuſdam excellentiſſimę cognitionis prę ceteris creaturis.

Ad 2m dicẽdũ, ꝙ nec etiã ĩ vnione, quę eſt ſm eſſe ꝑſonale, natura humana cõprehẽdit Dei verbum, ſiue naturã diuinã, quę q̃uis tota vnita fuerit humanę naturę in vna ꝑſona filij, nõ tñ fuit tota virtus diuinitatis ab humana natura quaſi circũſcripta. Vñ Aug.* dicit in epiſ. ad Voluſianũ, Scire te volo, nõ hoc Chriſtianã habere doctrinã, ꝙ ita Deus infuſus ſit carni, vt curã gubernandę vniuerſitatis vel deſeruerit, vel amiſerit, vel ad illud corpuſculũ quaſi contractã, collectamq; trãſtulerit. & ſimiliter anima Chriſti totam Dei eſſentiã videt, non tñ eã cõprehẽdit, quia nõ totaliter eã videt. i. nõ ita perfectę ſicut viſibilis eſt, vt in 1. parte* expoſitum eſt.

Ad 3m dicendũ, ꝙ verbũ illud Aug. eſt intelligẽdũ de gratia vnionis, ſm quã oĩa, quę dicuntur de filio Dei ſm diuinã naturã, dicũtur de filio hominis, propter identitatẽ ſuppoſiti. & ſm hoc vere põt dici ꝙ filius hominis eſt comprehenſor diuinę eſſentię, non quidẽ ſm animam, ſed ſm diuinam naturã: per quem etiam modum poteſt dici, ꝙ filius hominis eſt creator.

### Articvlvs II.

*Vtrum anima Chriſti in uerbo cognouerit omnia.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ anima Chriſti in verbo non cognoſcat omnia.

¶ *Super Quæſtionis decimæ Articulum primum.*

TItulus clarus ex dictis in prima parte qõ. 12. vbi de Dei comprehenſione tractatum eſt. Comprehendere nãque eſt cognoſcere rem, quãtum cognoſcibilis eſt, ita ꝙ nõ non poſſit plus cognoſci, q̃ cognoſcit. ¶ In corpore eſt vnica concluſio reſponſiua quæſito negatiue. Aĩa Chriſti non cõprehendit diuinã eſſentiã. Probatur, Impoſſibile eſt, ꝙ aliqua creatura cõprehendat diuinam eſſentiam. ergo impoſſibile eſt animã Chriſti comprehendere diuinam eſſentiam. Antecedens probatur, quia infinitum non comprehẽditur a finito. Cõſequẽtia probatur, quia vnio naturarũ in perſona Chriſti facta eſt ſic, quòd ſalua eſt vtriuſq; naturæ proprietas &c. ¶ In reſponſione ad ſecundum, dubium occurrit, quia diuertere videtur Auctor a virtute deitatis in perſonando, ad virtutẽ deitatis in operando. Reſpondẽdo ſiquidem Auctor dicit, ꝙ licet tota deitas ſit vnita humanitati Chriſti: nõ tota tamẽ deitatis virtus eſt quaſi circunſcripta, quod de virtute perſonatiua directe, & ſecũdũ planum literæ cõtextũ intelligitur, quaſi dixerit, quòd tota quidem deitas eſt cõiũcta, in vna perſona Chriſti, non tamen comprehenſa, quia poteſt in eadem perſona coniungi alijs naturis, vt ex ſupra dictis patet, & ſic virtus perſonatiua illius non eſt cõprehenſa ab humanitate Chriſti. Allegando autem auctoritatem Aug. ad virtutem operatiuam digreditur, ad quam ſpectat cura gubernandi mundum. ¶ Ad hoc dicitur, ꝙ Auctor declarat a virtute opatiua nõ contracta, virtutem deitatis abſolute ſiue in perſonãdo (de qua directe erat dicendum) ſiue in operando, quæ ſub deitatis virtute cõprehenditur, nõ eſſe cõprehẽſam ab humanitate Chriſti. Vnde, nulla digreſſio commiſſa eſt, ſed a notioribus doctrina tradita eſt.

3.di.14.ar. 2 q.1. & 2. & ver.q.20 ar.4.& 5.c. & quol. 3. q.1.art.1.c. & opu.3.c. 215.& 1.Ti c.6.lect. 3. Lib. 3. de ſum. bono c.5. Li.3.orth. fi.ca.6. Li.1.ca.13. tom.3. Li. 83.q.q. 14.in prin. tom.4. Q.2.arti.1. & q.6.ar.6.

¶ *Super Quæſtionis decimæ Articulũ ſecundum.*

TItulus ſumendus eſt vt ſonat: in corpore nãq; articuli diſtinguet'. ¶ In corpore ſunt tres concluſiones, iuxta tria membra diſtinctionis, qua diſtinguitur quot modis poteſt diſtribuere ly, omnia. In litera igitur fit talis diſtinctio bimẽbris. Ly, omnia poteſt ſumi vel proprie, & ſic diſtribuit ꝓ omnibus, quæ quando que actu ſecundum aliquod tẽpus ſunt, vel large, & ſic diſtribuit etiã pro his quæ ſunt in potẽtia numquã reducta ad actum. Et hoc ſubdiſtinguitur ĩ duo mẽbra, quia vel in potentia diuina ſola, vel non in ſola potẽtia diuina, ſed etiã in potentia creaturæ. Ex quibus patet quòd ex vniuerſa diſtinctione & ſubdiſtinctione tria tantum membra conſtituuntur, & ſic iuxta membrorum horũ numerum tribus cõcluſionibus reſpondetur quæſito. Prima eſt, Anima Chriſti nouit in Verbo omnia proprie, hoc eſt quæ quandoque in actu ſunt, erunt, aut fuerunt. Probatur primo abſolute (licet inter intellectus beatos ſit differẽtia) Nulli intellectui beato deeſt cognoſcere in Verbo oĩa quæ ad ipſum ſpectãt: ſed ad Chriſtum & eius dignitatem ſpectant omnia. ergo aĩa Chriſti cognoſcit in Verbo omnia. Probatur minor, tum quia omnia Chriſto ſubiecta ſunt, tum, quia eſt omnium iudex conſtitutus a Deo. Probatur ſecundo, quo, ad cogitationes

Li.3.c.3.& 4. D.366. P.p.q.12.a. 7. *connumeratur. Eſt epiſt. 3. non multũ remote a princ. to.2. P.p.q.12.a 7. 3.d.14.ar.2 q.2.& ad 4. ad 3. & 4. Et ver.q.8. ar.4.c.& q. 20.art.4.& 5. & quol. 3.q.2. ar.1. c.& opu. 3. cap.223. & op.9.q. 81.

nes hominũ auctoritate Ioan.2.

¶Circa hunc processum dubium occurrit, quoniam propositio dicens, cuilibet Beato conuenire, quòd videat in Verbo omnia spectantia ad se difficultatem patitur. Sequeretur enim ex ipsa coniuncta præcedenti propositioni in litera positæ. s. Quilibet beatus tanto plura in verbo cognoscit, quãto perfectius videt verbum, quòd aliquis Sanctus minus beat⁹, puta, sanctus Antonius, esset magis beatus altero beatiore se, puta sãcto Petro, quod implicat contradictoria. Et patet sequela, posito ꝙ plura singularia spectent ad sanctũ Anto. quã ad sanctum Petrũ, quia multo plures orationes emittũtur ad sanctum Anton. quàm sit singularia spectantia ad sanctũ Petrum, quem nemo interpellat. Ad hoc dicitur, quòd propositio dicens, quemlibet beatum videre in verbo omnia spectantia ad se, potest dupliciter intelligi. s. vel formaliter, vel causaliter. Si formaliter, sensus est, quòd ipsa visio verbi est etiam visio spectãtium ad se. Et sic sumpta propositio intelligitur de spectantibus ad beatum, tunc cum primo sit beatus, & nõ de spectantibus postea ad ipsum, quoniam hæc per reuelationem habent, vt patet de Angelis, qui spectantia ad ipsos de dispositione populorum sibi cõmissorũ nesciebãt, vt testatur eorũ pugna viginti & vno diebus, Dan.10.ca. Et sic ad obiectionẽ dicitur, ꝙ impossibile est plura singularia spectare ad minus beatum, tunc, quando primo sit beatus: quoniam ex hoc ipso quòd ponitur minus beatus, ponitur quòd visio sua in verbo ad pauciora se extendat, vt in litera dicitur. Si vero intelligatur siue formaliter, siue causaliter, sic est sensus, quòd quilibet beatus videt, vel formaliter, vel causaliter in verbo omnia ad se spectantia. Et est indubie verum, quoniam vel ipsa visio verbi est illorum visio, vel est causa visionis illorum: quoniam ex hoc ipso, quòd aliquis videt verbum, debetur sibi, quòd suo tempore innotescant sibi spectantia ad se: aliter visio illa non substantialiter constitueret beatum: beatitudo enim est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Et secundum hoc patet obiectionem cessare, quocumque autem modo intelligatur in proposito, infert intentum literæ, tum, quia omnia fuerunt subiecta Christo ab instanti conceptionis suæ, in quo fuit beatus videndo verbũ, & sic in primo sensu processus inueni-

Glo.or.ibi.

Dicitur enim Marci 13. De die autem illa nemo scit, neque angeli in cælo, neque filius nisi Pater. Non ergo omnia scit in verbo.

¶2 Præt. Quanto aliquis perfectius cognoscit aliquod principiũ, tanto plura ĩ illo principio cognoscit: sed Deus perfectius videt essentiã suam, quàm anima Christi. ergo plura cognoscit in verbo, q̃ anima Christi. non ergo anima Christi in verbo cognoscit omnia.

¶3 Præt. Quantitas scientiæ attenditur secundum quantitatem scibilium. Si ergo anima Christi sciret in verbo omnia, quæ scit verbũ sequeretur, ꝙ scientia animæ Christi æquaretur scientiæ diuinæ, creatum videlicet increato, quod est impossibile.

Sed contra est, ꝙ super illud Apoc. 5. Dignus est agnus, qui occisus est accipere diuinitatem & sapientiam. glo. * dicit, idest, omnium cognitionem.

Respon. Dicendum, quòd cum quæritur an Christus cognoscat omnia in verbo, ly omnia, potest dupliciter accipi. Vno modo, proprie, vt distribuat pro omnib⁹, quæ quocumque modo, sunt, vel erunt, vel fuerunt vel facta vel dicta vel cogitata a quocumque, ſm quodcumque tempus. Et sic dicendum est, ꝙ anima Christi in verbo cognoscit omnia. Vnusquisque. n. intellectus creatus, ĩ verbo cognoscit, non quidem omnia simpliciter, sed tanto plura, quanto perfectius videt verbum: nulli tamẽ intellectui beato deest, quin cognoscat in verbo omnia quæ ad ipsum spectãt. Ad Christum autem, & ad eius dignitatem spectant quodam modo omnia, inquantum ei subiecta sunt omnia. Ipse etiam est omnium iudex cõstitutus a Deo, quia filius hominis est, vt dicitur Ioã. 5. Et ideo anima Christi in verbo cognoscit omnia existentia, secundũ quodcumque tempus, & etiã ho-

G H I K

F tur efficax, tum, quia in Christo non habet locum noua notitia per reuelationes nouas, vt in aliis beatis, ac per hoc quicquid aliis beatis conuenit ex visione verbi formaliter vel causaliter, Christo conuenit secundum ipsam visionem verbi formaliter, & sic habetur intentum.

minum cogitatus, quorum est iudex, ita vt quod de eo dicitur Ioã. 2. Ipse enim sciebat quid esset in homine, potest intelligi non solũ quantum ad scientiam diuinam, sed etiam quantum ad scientiã animæ eius, quã habet in verbo. Alio modo, ly omnia, potest accipi magis large, vt extendatur non solum ad omnia, quæ sunt actu secũdum quodcumque tempus, sed etiã ad omnia quæcumque sunt in potentia numquam reducenda, uel reducta ad actum. Horum autem quædam sunt in sola potentia diuina, & huiusmodi non omnia cognoscit in verbo anima Christi. Hoc enim esset comprehẽdere omnia, quæ Deus potest facere, quod esset comprehendere diuinam virtutẽ, & per consequens diuinam essentiam. Virtus enim quælibet cognoscitur per cognitionem omnium, in quæ potest. Quædam vero sunt non solum in potentia diuina, sed etiam in potentia creaturæ, & huiusmodi omnia scit anima Christi in verbo. Comprehendit enim in verbo omnis creaturæ essentiã, & per consequens potentiam & virtutem, & omnia quæ sunt in potentia creaturæ.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ illud verbũ intellexerunt Arrius & Eunomius, nõ quantum ad sciẽtiam animæ, quam in Christo non ponebant (vt supra dictum est*) sed quantum ad diuinam cognitionẽ filij, quem ponebãt esse minorem Patre, quantum ad scientiam. sed illud stare non potest, quia per verbum Dei facta sunt omnia, vt dicitur Ioan. 1. Et inter alia facta sunt etiam per ipsum omnia tempora. Nihil autem per ipsum factum est, quod ab eo ignoretur. Dicitur ergo nescire diem & horam iudicij, quia non facit scire: interrogatus enim super hoc ab Apostolis Act. 1. hoc eis noluit reuelare: sicut ecõtrario legitur Genes. 22. Nunc co-

¶In eodem processu nota, quòd Auctor distinguẽdo ly, omnia, in omnia quandoque in actu, vel in omnia, siue in actu siue in potẽtia, appellauit primam distributionem proprie, & secundã large, ea ratione, quia quæ sunt in potẽtia non sunt, & sicut excludũtur a numero entiũ, ita excludũt a numero oium. Fecit aũt hoc ob dignificãdos sermones de Christo, vt. s. simpliciter loquendo, affirmandum doceret, quòd Christus, inquãtũ hõ, nouit oĩa.

¶ Secunda conclusio est. Anima Christi non nouit in verbo omnia, quæ sunt in sola potẽtia Dei. Probatur ducendo ad impossibile, quia nosse omnia, quæ sunt in sola Dei potentia, est comprehẽdere oĩa, q̃ Deus potest facere. ergo est comprehendere diuinam virtutem. ergo est comprehendere diuinam essentiam, quod est impossibile. Prima consequentia probatur, quia virtus quælibet comprehẽditur per cognitionem omniũ in quæ potest.

¶ Vbi nota omnes has ꝓpositiones loqui de notitia seu comprehẽsione omnium non in seipsis, sed in verbo ceu in causa. Ex comprehẽsione enim omnium effectuum in seipsis, non infertur cõprehẽsio causæ altioris ordinis, & præsertim, in infinitum excedẽtis omnia, quæ sunt in potẽtia sua, qualis est Deus, cũ omnia sint entia limitata, ipse autem Deus sit infinitũ esse: sed ex comprehensione omnium possibilium in sua causa, infertur comprehensio illius virtutis causatiuæ, quæ in proposito est omnipotentia diuina, & consequenter comprehensio essentiæ diuinæ. Nam in tali modo cognoscendi, cognitio possibiliũ sequitur naturaliter cognitionem causæ, ac per hoc maior maiorem, & tandem maxima maximam. Maior autem possibilium cognitio haberi non potest in causa, quàm, vt omnia comprehẽdantur in illa, vt patet in cognitione primorum principiorum, quanto enim aliquis perfectius illorum penetrat virtutem, tanto plura in illis, & ex illis cognoscit, adeo vt cum omnia ex, & in illis cognoscibilia quis comprehendit, tã perfecte illa nouit, vt perfectius cognosci nequeant; adæquat siquidem tunc cognitio co-

Q.9.ar.1.



tio cognoscibilitatem illorum. Et scito, quòd materia ista, an sit possibile, creaturam cognoscere omnia in Verbo, & an visio omnium in Verbo sit comprehensio, in ar.8.q.12. primi libri discussa est, vbi responsum est Scoto & alijs, nec repetenda duxi.

¶ Tertia conclusio est: Anima Christi scit in verbo omnia quæ sunt in potẽtia creaturæ. Probatur: Anima Christi comprehendit in verbo omnis creaturæ essentiam. ergo virtutem & potentiam. ergo omnia, in quæ potest. Omnia relinquuntur in litera ꝓ constantibus, & vere constant præsupposito antecedente, quod rationabiliter affirmatur de anima Christi, quia tribuendũ ei est quicquid potest excellẽtiæ tribui.

Hom.72.in Mat. to. 2. & Hom.14 in Mar. idẽ innuit to.2

Hom.30.in Mat. in vlt. illi⁹ homi. tom.2.

¶In responsione ad secundum nota primo illud verbum, Anima Christi scit ĩ verbo omnia, quæ Deus in seipso scit scientia visionis: habebit enim inferius quæstionem nõ paruam. Nota secundo, quòd aliud est dicere, animam Christi scire oĩa nota Deo scientia visionis, & non scire omnia nota Deo simplici ĩtelligentia, & aliud est dicere, animã Christi scire tantum ea, quæ sunt nota Deo sciẽtia visionis, quoniam hoc secũdum dictũ aufert ab anima Christi q.cquid notum est Deo simplici intelligentia, quod constat esse falsum ex litera, dicente, quòd anima Christi nouit multa in potentia, numquam in actu. Vnde patet error Scoti, qui hoc videtur imponere Auctori in q.2.14.dist.3.sent.

1.p.q.14. a.

¶In responsione ad tertium aduerte, ꝙ quia vnum & idem est lumen claritatis diuinæ in sciẽtia visionis & simplicis ĩtelligentiæ, ideo litera non subsumit quòd scientia visionis in Deo est clarior, sed absolute, ꝙ scientia Dei excedit in infinitum, quantum ad claritatem cognitionis. Quocirca excessus in infinitum, conceditur simpliciter, parificatio autem non simpliciter, sed secundum quid, hoc est quo ad aliquid, hoc est, quo ad numerum scitorum scientia visionis.

¶In eadem responsione dubium occurrit ex Durando in 3. sententiarum dist.14.q.1.ar.2. tenente, quòd anima Christi videt in verbo quicquid videt verbum, quo ad quæstionem quid est, & sic scientia animæ Christi æquatur diuinæ scientiæ simplicis intelligentiæ quo ad numerum scitorum, licet non quo ad claritatẽ cognitionis, Probatq; hoc sic. Videns Deum, videt visione bea-

gnoui, quòd timeas Deum, idest, nunc cognoscere feci. Dicitur autẽ Pater scire: quia huiusmodi cognitionẽ tradidit Filio. Vnde in hoc ipso, quòd dicitur, Nisi Pater, datur intelligi quòd Filius cognoscit, & non solum quantum ad diuinam naturam, sed etiam quantum ad humanam: quia vt Chrysosto.* argumentatur, si Christo homini datum est, vt sciat, qualiter oporteat iudicare quod est mai⁹, multo magis datum est ei scire quod minus est, scilicet tempus iudicij. Origenes tamẽ † hoc exponit de Christo secũdum corpus eius, quod est Ecclesia, quæ hoc tẽpus ignorat. Quidam autem dicunt hoc esse intelligendum de filio Dei adoptiuo, nõ de filio naturali.

Ad 2^m dicendum, quod Deus in tãtum perfectius cognoscit suã essentiam, q̃ anima Christi, quòd eam comprehendit. & ideo cognoscit omnia non solum quæ sunt in actu, secundum quodcumque tempus, quæ dicitur cognoscere scientia visionis: sed etiam omnia quæcumque ipse facere potest, quæ dicitur cognoscere per simplicem intelligentiam, vt in 1. habitum est*. Scit ergo anima Christi oĩa, quæ Deus in seipso cognoscit per scientiam visionis: non tamen omnia, quæ Deus in seipso cognoscit per scientiam simplicis intelligentiæ: & ita plura scit Deus in seipso, q̃ anima Christi.

Ad 3^m dicendum, ꝙ quantitas scientiæ non solum attenditur secundum numerum scibilium: sed etiam secundum claritatem cognitionis. Quàmuis igitur scientia animę Christi, quam habet in verbo, parificetur scientię visionis, quam Deus habet in seipso, quantum ad numerum scibilium: scientia tamẽ Dei excedit in infinitum, quantum ad claritatem cognitionis, scientiã animę Christi, quia lumen increatum diuini intellectus, in infinitũ excedit lumen creatum, quodcũq; receptum in anima Christi: licet absolute loquendo, scientia diuina excedat scientiã animę Christi, nõ solum quãtum ad modum cognoscendi, sed etiam quantum ad numerum scibilium, vt dictum est*.

## Articvlvs III.

B *Vtrum anima Christi in Verbo cognouerit infinita.*

Ad tertium sic proceditur. Videtur ꝙ anima Christi non possit cognoscere infinita ĩ verbo. Quòd enim in infinitũ cognoscatur, repugnat definitioni infiniti, prout dicitur in 3. Phys.* quòd infinitum est, cuius quantitatem accipientibus, semper est aliquid extra accipere. Impossibile autem est definitionem a definito separari, quia hoc esset contradictoria esse simul. ergo impossibile est, quòd anima Christi sciat infinita.

C

¶2 Præt. Infinitorum scientia est infinita: sed sciẽtia animę Christi nõ potest esse infinita: est enim capacitas eius finita, cum sit creata. Non ergo anima Christi potest cognoscere infinita.

¶3 Pręt. Infinito non potest esse aliquid maius: sed plura continẽtur in scientia diuina, absolute loquẽdo, quàm in scientia animę Christi, vt dictũ est*. ergo anima Christi non cognoscit infinita.

D

Sed contra, Anima Christi cognoscit totam suam potentiã & omnia quę potest. Potest autẽ in emundationem infinitorum peccatorum, secundum illud 1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio ꝓ peccatis nostris: non autem pro nostris tantũ, sed etiam pro totius mundi. ergo anima Christi cognoscit infinita.

Respon. Dicendum, ꝙ scientia non est nisi entis, eo ꝙ ens & verũ conuertuntur. Dupliciter autem dicit aliquid ens. Vno modo, simpliciter, quod. s. est ens actu: alio modo, secundum quid, quod scilicet est ens in potentia. & quia, vt

E

A ta quicquid naturaliter repræsentatur in diuina essentia. ergo videt quidditates omnium possibilium. Consequentia patet, quia diuina essentia naturaliter repræsentat omnẽ possibilem quidditatem. Antecedens vero probatur, quia nec ex parte repræsentantis aut repræsentationis est impedimentum, cum ex naturali necessitate sit huiusmodi repræsentatio, nec ex parte cognoscentis, quia potest in longe, immo infinite maius. s. essentiam diuinam. ergo & in omnia possibilia q.dditatiue, quæ in infinitũ minus sunt cognoscibilia.

In corp. ar.

¶ Ad hoc dicitur quòd antecedẽs est falsum. Et ad illius probationem dicitur, quòd impedimentum in promptu est, & apparet ex parte cognoscentis, qui non est capax totius repræsentationis naturalis diuinæ essentiæ, sicut nec comprehensionis illius. Et ad probationem inductã, scilicet potest in lõge maius &c. respõdetur, quòd peccat secundum figuram dictionis, sub posse in maius & minus, subsumendo posse tali mõ, hoc est posse videre q.dditates possibiles in verbo. Nam licet longe & infinite maius sit videre Deum, quàm videre omnia alia: longe tamen maius est videre sic Deum, quòd in ipso viso videãtur omnes quidditates possibiles, q̃ videre Deũ. Et hoc iã docuerat Auctor, & tamen iste nõ erubuit concludere ex tali sophistica ratione.

1.p.q.14.a.12.& 3.dis. 14.art.2.q.2.ad2.& q.4.ad 2.&veri.q.20.a.4 c.& ad 1.2.&5.& quo.3.q.2.ar.1.& opusc.9.q.81.

Li.3.Physi. tex.63.to.2.

Q.præced. ar.1.

¶ *Super Quæstionis decimæ Articulũ tertium.*

Titulus clarus est.

¶In corpore articuli tria fiunt. Primo, ponitur distinctio bimembris de modo sciendi. Secundo, respondetur quæsito, iuxta primum modum sciẽdi vnica negatiua conclusione. Tertio, respondetur quæsito, iuxta secundũ modum sciendi, vna conclusione affirmatiua. Quo ad primum distinctio est, quòd dupliciter aliquid est cognoscibile, vel secundum seipsum, vt ens in actu, vel non secundum se, sed secundũ illud, in cuius potentia existit, vt ens in potentia. Probatur distinctio, Ens dicitur dupliciter. s. simpliciter, vt ens in actu, & secundum quid, vt ens in potentia. ergo & scibile dicitur dupliciter, illud secundum se, hoc secundum quòd est in alio. Antecedens patet, & consequentia quo ad primam partem probatur, quia scientia non est nisi entium, quod probatur, quia ens & verum

dicitur in 9. Meta.* vnumquodq; cognoſcitur, ſecundum quòd eſt actu; non autem, ſecundum quòd eſt in potētia, ſciētia primo & principaliter reſpicit ens actu, ſecundario autem reſpicit ens in potētia, quod quidem non ſecundum ſeipſum cognoſcibile eſt, ſed ſecūdum quòd cognoſcitur illud, in cuius potentia exiſtit. Quātum igitur ad primum modum ſcientiæ, anima Chriſti non ſcit infinita [d] quia non ſunt infinita in actu, etiā ſi accipiātur oīa quęcumq; ſunt in actu, ſm quodcunq; tempus, eo quòd ſtatus generationis & corruptionis non durat in infinitum. Vnde eſt certus numerus, non ſolum corū quę ſunt abſq; generatione & corruptione, ſed etiam generabilium & corruptibilium. Quantum vero ad alium modum ſciendi, anima Chriſti in Verbo ſcit [d] infinita: ſcit enim, vt dictum eſt*, omnia quæ ſunt in potentia creaturæ. Vnde cū in potentia creaturę ſint infinita, per hunc modum ſcit infinita, quaſi quadā ſcientia ſimplicis intelligentiæ, non autē ſcientia uiſionis.

Ad primvm ergo dicendū, quòd infinitum (ſicut in 1. parte dictum eſt*) dupliciter dicitur. Vno modo, ſecūdum rationem formę. & ſic dicitur infinitum negatiue. ſ. id, quod eſt forma vel actus non limitatus per materiā, vel ſubiectū in quo recipiatur. & huiuſmodi īfinitum, quantum eſt de ſe, eſt maxime cognoſcibile, propter perfectionem actus, licet non [d] ſit cōprehenſibile a potentia finita creaturæ: ſic enim dicitur Deus infinitus, & tale infinitum anima Chriſti cognoſcit, licet non comprehendat. Alio modo, dicitur infinitum ſecūdum* rationem materiæ, quod quidem dicitur priuatiue, ex hoc. ſ. ꝙ non habet formam quam natū eſt habere, & per hunc modum dicitur infinitum in quātitate. Tale autem infinitū ex ſui ratione eſt ignotum, quia. ſ. eſt quaſi materia cum priuatione formæ (vt dicit 3. Phy.) * omnis autem cognitio eſt per formam vel actum. Sic ergo ſi huiuſmodi infinitum cognoſci debeat ſecundum modum ipſius cogniti, impoſſibile eſt quòd cognoſcatur:

G eſt enim modus ipſius vt accipiatur pars eius poſt partem, vt dicitur in 3. Phyſ.* Et hoc modo verū eſt, quòd eius quantitatem accipiētibus. ſ. parte accepta poſt partem, ſemper eſt aliquid extra accipere, ſed ſicut materialia poſſunt accipi ab īntellectu immaterialiter & multa vnite, ita infinita poſſunt accipi ab intellectu non per modum infiniti, ſed quaſi finite, vt ſic ea quæ ſunt in ſeipſis infinita, ſint in intellectu cognoſcentis finita. Et hoc

H modo anima Chriſti ſcit infinita, inquantum. ſ. ſcit ea non diſcurrēdo per ſingula, ſed in aliquo vno, puta, in aliqua creatura, in cuius potentia exiſtunt infinita, & principaliter in ipſo verbo.

Ad 2m dicendum, quòd nihil prohibet aliquid eſſe infinitū vno modo, quod eſt alio modo finitū: ſicut ſi imaginemur in quantitatibus ſuperficiem, quę ſit ſecundum longitudinem infinita, ſecundum latitudinem autē finita. Sic igitur

I ſi eſſent infiniti homines numero, haberent quidem infinitatem ſecūdum aliquid. ſ. ſecundum multitudinem; ſecundum tamen eſſentię rationem haberent finitatem, eo quòd omnium eſſentia eſſet limitata ſub ratione vnius ſpeciei, ſed id, quod eſt ſimpliciter infinitū ſecūdum eſſentię rationem, eſt Deus vt in 1. parte dictum eſt*. Propriū autē obiectū intellectus eſt [d] quod quid eſt (dicitur 3. † de anima) ad quod pertinet ratio ſpeciei. Sic igi

K tur anima Chriſti propter hoc, ꝙ habet capacitatem finitā, id, quod eſt ſimpliciter infinitum ſecundū

verum conuertuntur. Quo ad ſecūdum vero; quia vnūquodq; cognoſcitur, ſecundum quòd eſt actu, & non ſecundum quòd eſt in potentia: ex hoc enim, ſequitur, quòd ſcientia primo tendit ad ens in actu, & ſecundario ad ens in potentia, hoc eſt tendit ad ens in actu ſecundum ſe, & ad ens in potētia, vt eſt ī alio: hoc. n. eſt ſecūdario

Li. 9. Meta. tex. 20. to. 3.

cognoſci, & illud ē primo cognoſci.

¶ Quo ad ſecundū conclusio negatiua eſt, Anima Chriſti non ſcit infinita in actu. Probatur: quia non ſunt infinita in actu, ſed eſt certus numerus non ſolū incorruptibiliū, ſed etiam generabilium & corruptibliū. Probatur, quia ſtatus generationis & corruptionis nō durat in infinitum.

D. 1215.

¶ Occurrit hoc in loco dubium ad hominem, quo pacto ſtet doctrina hęc cū antedicta. Dictum quippe in præcedēti articulo eſt, animam Chriſti ſcire quæcūq; ſcit Deus ſcientia viſionis, & in 1. p. q. 14. arti. 12. Auctor determinat Deum ſcientia viſionis cognoſcere infinita, & reprehēdit ac confutat rationē hic allatam de finito ſtatu generationis & corruptionis. Vnde videtur Auctor ſuæ oblitus doctrinæ, & ponere cōtraria, dum dicit animam Chriſti neſcire infinita in actu, & negat infinita in actu ſecundū quodcumque tempus, & ex alia parte dicit animam Chriſti ſcire omnia, quæ ſcit Deus ſcientia viſionis, & dicit illa eſſe infinita in actu, ſi ſumantur omnia, quæ ſunt, erūt, & fuerūt in actu, quia cogitationes & affectiones creaturarum rationalium, quæ perpetuæ ſunt, in infinitū multiplicabūtur.

D. 477. Ar. præced. 1. p. q. 7. ar. 1. D. 366. Alias potētiam.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ vtrumq; dictum eſt verū diuerſimode intellectum. Nā dictum hoc in loco verificatur de ſimpliciter entibus in actu (quæ ſunt ſolæ ſubſtātiæ) quæ ſunt actu quandoque, quæ conſtat eſſe finita, ſecundū fidei ſententiam decernentis mundum incępiſſe, & generationē deſituram. In prima autem parte, ſermo de ſimpliciter vel ſecundum quid entibus in actu quandoque eſt, quæ etiam patet eſſe infinita, quia in infinitum actus intellectus multiplicabuntur, etſi non in tēpore hoc continuo, in tempore tamen diſcreto. Et quòd hæc ſit Auctoris mens, patet ex tribus. Primo, quia ab ente incipit corpus articuli, & ad ens ſimpliciter deuenit, diſtinguendo illud contra ens ſecundum quid, quod dicitur & de ente in potentia, & de accidentibus, ſed ſolum ens in potentia explicauit, quia ſolum ens in potentia erat ad diſtinctionem mo-

F di cognoſcendi neceſſarium. Secundo, quia ex ſtatu generationis & corruptionis probat, qui non cōprehendit accidentia, vniuerſaliter, ſed omnes ſubſtantias, & quædam tantum accidentia vt patet de actibus nouis futuris poſt iudicium. Tertio, quia in articulo præcedenti expreſſe ad omnia exiſtentia ſecundum quodcumque tēpus adiungit etiam hominū cogitatus, inſinuās per hoc, ꝙ per exiſtentia ſecundū quodcumque tempus intelligit hic ea ſola, quæ ſimpliciter exiſtūt, quę ſunt ſolæ ſubſtantiæ. Eſt igitur doctrina Auctoris, quòd omnia cognita ſcientia viſionis, poſſunt dici & infinita & finita. Finita quidem, ſi ly oīa diſtribuit pro entibus ſimpliciter: infinita vero, ſi ly oīa diſtribuit tam pro entibus, q̄ accidentibus entium. Et propterea vtrumq; eſt verū. ſ. quòd ſciētia viſionis animæ Chriſti eſt infinitorum, & quòd non eſt infinitorū. Quo ad tertium, ſecunda concluſio reſpōſiua affirmatiue eſt, Anima Chriſti ſcit in Verbo infinita ī potentia. Probatur primo. In potētia creaturæ ſunt infinita. ergo ſcit īfinita. Probatur conſequentia: quia ſcit omnia quę ſunt in potētia creaturæ. Declaratur ſecundo modus iſtius ſcientiæ, & dicitur ꝙ eſt ad modū ſimplicis intelligentiæ, & non per modum ſciētiæ viſionis. Omnia ex ſupradictis clara ſunt.

Li. 3. tex. tom. 1. Li. 3. Phyſ. text. 63. & 91. tom. 1.

¶ In reſpōſione ad primum vide Nouitie, ꝙ infinitū quātitatiue, accipiendo partem poſt partem in actu, ſicut eſt impertranſibile tā realiter, quàm ſecundū deſignationem, ita eſt impertranſibile ſecundum cognitionē. Et ideo dicitur, quòd vt ſic, eſt ignotum, & implicat, ꝙ pertranſeundo cognoſcatur.

P. p. q. 7. ar. 2. D. 73. Li. 3. de anima tex. tom. 1.

¶In reſponſione ad ſecundum nota, quòd reſponſio conſiſtit in hac diſtinctione. Infiniti ſecundum eſſentiam ſcientia comprehenſiua eſt infinita: infiniti autem aliter, finiti tamen ſecundum eſſentiam, ſcientia comprehenſiua non eſt infinita: quia ſcientia eſt finita, vel infinita, ex finitate vel infinitate proprii obiecti, & non ex alia finitate vel infinitate. Proprium autem obiectum intellectus eſt, quod quid eſt, & ideo ſi quod quid eſt, hoc eſt eſſentia eſt infinita, ſcientia cōprehenſiua eſt infinita, & ſi quod quid eſt, ſeu eſſentia eſt finita, ſcientia eſt finita. Vnde cum infinita ſcita ab anima Chriſti ſint finita ſecundum eſſentiam, licet infinita ſecundum multitudinem, non inferunt, ſcientiā animæ Chriſti eſſe infinitam.

¶ In



eſſentiam. ſ. Deum, attingit quidē, ſed non comprehendit, vt dictum eſt*. Id autem infinitum, quod in creaturis eſt in potentia, poteſt cōprehendi ab anima Chriſti, quia cōparatur ad ipſam ſecundum eſſentiæ rationem: ex qua parte infinitatem non habet. Nam etiam intellectus noſter ītelligit vniuerſale, puta naturā generis vel ſpeciei, quod quodammodo habet infinitatē, inquantū pōt de infinitis prædicari.

Ad 3m dicendum, quòd id, quod eſt infinitum omnibus modis, non poteſt eſſe niſi vnum. Vnde & Philo. dicit in 1. de Cę.* quòd quia corpus eſt ad omnem partem dimenſionatum; impoſſibile eſt eſſe plura corpora infinita. Si tamen aliquid eſſet infinitum vno modo tantum, nihil prohiberet eſſe plura talia infinita: ſicut ſi intelligeremus plures lineas infinitas ſecundum longitudinem, protractas in aliqua ſuperficie finita ſecundum latitudinem.

Quia igitur infinitum nō eſt ſubſtantia quædam, ſed accidit rebus, quæ dicuntur infinitæ (vt dicitur 3. Phyſ.) ſicut infinitum multiplicatur ſecundum diuerſa ſubiecta, ita neceſſe eſt, quòd proprietas infiniti multiplicetur, ita quòd conueniat vnicuique illorum, ſecundum illud ſubiectum. Eſt autē quædam proprietas infiniti, ꝙ infinito non ſit aliquid maius. Sic igitur ſi accipiamus vnam lineam infinitā, in illa non eſt aliquid maius infinito. & ſimiliter ſi accipiamus quācumque aliarum linearum infinitarum, manifeſtum eſt quòd vniuſcuiuſq; earum partes ſunt infinitę. oportet ergo quòd omnibus illis partibus infinitis non ſit aliquid maius in illa linea: tamen in alia linea & in tertia erunt plures partes etiam infinitæ præter iſtas. Et hoc

E etiam videmus in numeris accidere: nam ſpecies numerorum pariū ſunt īfinitę, & ſimiliter ſpecies numerorum imparium, & tamen numeri pares & impares ſunt plures quàm pares. Sic igitur dicendū eſt, quòd infinito ſimpliciter quo ad omnia, ſimpliciter nihil eſt maius: infinito autem ſecundum aliquid determinatum, non eſt maius in il

B lo ordine: poteſt tamen accipi aliquid aliud maius extra illum ordinem. Per hunc igitur modum infinita ſunt in potentia creaturæ, & tamen plura ſunt in potentia Dei, quàm in potentia creaturæ, & ſimiliter anima Chriſti ſcit infinita ſciētia ſimplicis intelligentiæ; plura tamen ſcit Deus ſecundum hūc ſciētiæ modum.

### Articvlvs IIII.

C *Vtrum anima Chriſti uideat Verbum ſiue diuinam eſſentiam clarius qualibet alia creatura.*

Ad qvartvm ſic procedit. Vr, quòd anima Chriſti non perfectius videat verbū quàm quælibet alia creatura. Perfectio enim cognitionis eſt ſecūdum medium cognoſcēdi: ſicut perfectior eſt cognitio, quæ habetur per medium ſyllogiſmi demōſtratiui, q̄ quæ habetur per medium ſyllogiſmi dia-

D lectici: ſed omnes beati vident verbum immediate per ipſam diuinā eſſentiam, vt in 1. parte dictum eſt. * Ergo anima Chriſti non perfectius videt verbum, quàm quęlibet alia creatura.

¶ 2 Pręt, Perfectio viſionis non excedit potentiam viſiuam: ſed potentia rationalis animę, qualis eſt anima Chriſti, eſt infra potentiam intellectiuam angeli, vt patet per Diony.* 4. ce. Cęl. hier. Ergo anima Chriſti non perfectius videt verbū quàm angeli.

¶ 3 Pręt. Deus in infinitū perfectius videt verbum ſuum, quàm anima.

¶ In hac reſpōſione dubium occurrit ex Adam. in 3. ſen. probare conante, quòd intellectus creatus non poteſt ſimul videre infinita, ita quòd diſtincte cognoſcat quodlibet eorum, eo quòd ſequeretur, ꝙ viſio illa eſſet infinitæ perfectionis in genere cognitionis: quia æquipolleret infinitis cognitionibus etiam ſpecie diſtinctis, quę ad infinita illa terminari poſſent: & quia nō plus poteſt creatura ſimul videre, quàm De⁹ poſſit ſimul facere: & q.a ſequeretur, ꝙ eſſet odiū infiniti demeriti, puta ſi quis vellet ex odio Dei occidere infinitos homines viſos ſimul: vel charitas infiniti meriti, puta ſi quis ex charitate illos infinitos diligeret.

Ar. 1. huius quæſt.

¶ Sed ex hac litera primum argumentū (quòd extra propria materiæ non vagatur) facile ſoluitur, dicendo quòd viſio non eſt infinita, niſi eſſentia cōprehenſa ſit infinita eſſentialiter. Et quia arguens apponit ly, in genere cognitionis, ideo ne in æquiuoco diſputetur, diſtingue quòd ſi per hoc intēdit quòd ſit cognitio infinita ſimpliciter, patet reſponſio ex litera hac, quòd ſcilicet conſequentia nihil valet. Nec ex eo quòd vna cognitio æquipollet infinitis in aliquo certo genere, ſequitur quòd ſit infinita ſimpliciter, ſed ſat eſt quòd ſit altioris ordinis: vnum ſiquidem indiuiduum ſuperioris ordinis excedit infinita īferioris ordinis, & vna ſpecies altioris ordinis excedit perfectionem īnfinitarū ſpecierum inferioris ordinis: ſol enim eſt perfectior omnibus generabilib⁹ & corruptibilibus, ēt ſi mundus æternus eſſet. Vnde viſio animæ Chriſti, qua videt verbum, & in illo infinita, non ſolū æquipollet, ſed excedit infinitas cognitiones terminabiles ad infinita, & tamen non eſt infinita ſimpliciter. Nec illæ cognitiones eſſent infinitæ perfectionis ſimpliciter, etiam vt cognitiones: quia infinitas ſimpliciter cognitionis (vt in hac habes litera) numquam habetur niſi eſſentia infinita eſſentialiter comprehendatur, quod cōſtat nō inueniri in infinitis cognitionibus infinitorum ſpecie diſtinctorum, creatorum vel creabilium: quoniam & ſingula & omnia ſimul habent eſſentias finitas eſſentialiter, vt patet, ſi fingas īnfinitas ſpecies animalis, omnes enim ſimul ad animalis genus eſſentias limitatas haberent. Simile eſt enim de tota latitudine poſſibilium, quoniā omnia ſimul nō eſſent actus purus, ſed infra latitudinem habentium potentiam admiſtam. Si autem inten-

Li. 1. tex. 2. tom. 1. Li. 3. tex. 37 & 38. to. 2.

A dit quòd ſit cognitio infinita ſecundum quid, cum infinitas ſecundum quid non repugnet creaturæ, nihil omnino probatur. ¶ Ad ſecundum autem ex extraneis, ſcilicet ex potentia Dei, neganda eſt maior, quia modus intelligendi econtrario ſe habet ad modum, quo res in eſſe ponuntur. nam in intellectu adunātur diuiſa, ad extra vero prodeuntia diuiduntur, quæ in cauſa erant non ſolum ſimul, ſed vnū. Et hinc fit, quòd videri ſimul non repugnat infinitis, produci autem ſimul repugnat eis.

¶ Ad tertium de merito & demerito, reſpōdetur quòd neutrum ſequitur infinitum, niſi ſecundū quid, & non ſimpliciter. Magnitudo ſiquidem ſimpliciter tam meriti, quàm demeriti, nō ex multitudine obiectorū, ſed ex quantitate eſſentiali ſui penſat.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem tertii articuli, perſpice ꝙ tota vis reſponſionis cōnſiſtit in hoc, quòd ꝓprietates infiniti, in quocumq; ponatur infinitas, arctantur ad ſubiectum infinitatis, puta, proprietates infiniti poſiti in linea arctātur ad lineam, & poſiti in ſuperficie, arctantur ad ſuperficiem, & poſiti in numeris paribus arctantur ad numerum parem, & poſiti in motibus Saturni, arctantur ad circulationes Saturni, & ſic de aliis. Nec hoc dicitur voluntarie, ſed cum ſufficiēti ratione: quia ſcilicet infinitum nō eſt ſubſtantia, ſed accidens, conſtat autem accidens non excedere ſuum ſubiectū, ſed arctari ad illud, & ſi accidens arctatur ad ſubiectū, multo magis proprietates comitantes accidentis naturam, arctantur ad idē ſubiectum, vt patet inductiue. Et hanc reſpōſionem perſpicaciter ſerua, quoniam ex illa eluceſcent ſolutiones multarum quæſtionum, & quòd non inconuenit vnum infinitum eſſe maius alio.

Sup. q. 9. ar. 2. c. & inf. q. 11. ar. 5. ad 1. P. p. q. 12. a. 2. Ca. 4. a medio illius.

¶ *Super Quæſtionis decimæ Articulum quartum.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore articuli eſt vna concluſio reſponſiua quæſito affirmatiue, Anima Chriſti præ ceteris creaturis perfectius videt diuinam eſſentiam. Probatur, viſio diuinæ eſſentiæ conuenit omnibus beatis ſecundum participationem diuini luminis, deriuati in eos a fonte diuini Verbi: ſed anima Chriſti coniungitur propinquius verbo Dei, & plenius recipit influxum luminis, in

Sunt ergo infiniti gradus medij poſſibiles, inter modũ, quo Deus videt verbum ſuum, & inter modum, quo anima Chriſti videt ipſum. Ergo non eſt aſſerendũ, quòd anima Chriſti pfectius videat verbum vel eſſentiam diuinam, quàm quælibet alia creatura.

SED CONTRA eſt, quòd Apoſto. dicit ad Ephe. 1. quòd Deus conſtituit Chriſtum ad dexteram ſuã in cæleſtibus ſupra omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiã in futuro: ſed in illa cæleſti gloria tanto aliquis eſt ſuperior, quanto perfectius cognoſcit Deum. ergo anima Chriſti perfectius videt Deum, quàm quæuis alia creatura.

RESPON. Dicendum, quòd viſio diuinæ eſſentiæ cõuenit omnibus beatis, ſecundum participationem [a] luminis deriuati in eos a fonte verbi Dei, ſecundum illud Eccleſ. 1. Fons ſapientiæ, verbum Dei in excelſis. Huic autem verbo Dei propinquius coniungitur anima Chriſti, quæ eſt vnita verbo in perſona, quàm quæuis alia creatura. & ideo plenius recipit influentiam luminis, in quo Deus videtur ab ipſo verbo, quàm quæcumque alia creatura. & ideo præ ceteris creaturis perfecti⁹ videt ipſam primam veritatem, quæ eſt Dei eſſentia. Vnde dicitur Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, quaſi Vnigeniti a Patre, plenum non ſolum gratiæ, ſed etiam veritatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd perfectio cognitionis, quantum eſt ex parte cogniti, attenditur ſecundum medium: G ſed quantum eſt ex parte cognoſcentis, attenditur ſecundum potentiam vel habitum. & inde eſt, quòd etiã inter homines per vnũ medium, vnus perfectius cognoſcit aliquam concluſionem, quàm alius. Et per hunc modum, anima Chriſti, quæ abundantiori repletur lumine, perfectius cognoſcit diuinam eſſentiam, quàm alij beati: licet omnes ipſam Dei eſſentiam videant per ſeipſam.

AD 2^m dicendum, quòd viſio diuinæ eſſentiæ excedit naturalem potentiam cuiuſlibet crea- H turæ, vt in prima parte * dictum eſt. Et ideo gradus in ipſo attenduntur magis ſecundum ordinem gratiæ, in quo Chriſtus eſt excellentiſſimus, quàm ſecundum ordinem naturę, ſecundum quem natura angelica pręfertur humanę.

AD 3^m dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt * de gratia, quòd non poteſt eſſe maior gratia, quàm gratia Chriſti, per reſpe- I ctum ad vnionem verbi, idem etiã dicendum eſt, & de perfectione diuinę uiſionis, licet abſolute conſiderando, poſſit eſſe aliquis gradus ſublimior ſecundum infinitatem diuinę potentię.

P. p. q. 12. ar. 4.

Q. 7. ar.

nis, in quo Deus videtur. ergo. Maior probatur Eccleſ. 1. Minor quo ad primam partem, quia coniungitur in perſona: quo ad ſecundam, quia tamquã Vnigenitus eſt plenus veritatis Io. 1.

¶ In reſponſione ad ſecundum, nota expoſitionẽ Maioris propoſitionis aſſumptæ in corpore articuli, in qua dictum eſt, quòd viſio Dei attenditur ſecundum participationem diuini luminis: explanatur ſiquidem hic, quòd viſio Dei attẽditur, & ſecundum virtutem naturæ videntis, & ſecundum lumen gloriæ: ſed magis ſecundũ lumen gloriæ quod ſpectat ad ordinem gratiæ, & ideo Chriſti anima perfectius videt, quàm angeli, præſtãtes virtute intellectus naturalis: dicẽdo ſiquidẽ, quòd magis attenduntur gradus viſionis ſecundum ordinem gratiæ, quàm ſecundũ ordinem naturæ, ſufficienter explicauit, quòd ſecundum vtrumque ordinem attenditur. Et hoc bene notabis, quia hinc habes, quòd pari exiſtente lumine gloriæ in homine & angelo, perfectius videt Deum angelus, quàm homo, & merito, quia viſus acutior meli⁹ videt, quàm viſus minus acutus, ceteris paribus. Et ex hoc vlterius ſequitur, quòd ſi verbũ Dei aſſumpſiſſet in vnitatem perſonalem angelicam aliquam naturam cũ lumine gloriæ ęquali illi, quod anima Chriſti de facto habet, angelus ille perfectius videret diuinam eſſentiam, quàm modo videat anima Chriſti. D. 486.

¶ In reſponſione ad tertium circa illa verba, licet abſolute conſiderando poſſit eſſe aliquis gradus ſublimior ſecundum infinitatem diuinæ potentiæ, dubium occurrit, quo nam pacto ſtat cum ſupradictis, quòd gratia animæ Chriſti eſt in ſummo ſimpliciter, ita quòd non eſt dabilis maior gratia habitualis illa, quia eſt in ſummo. Simile ſiquidem iudicium eſt de lumine gloriæ, quod eſt ipſa gratia conſumata formaliter vel cauſaliter. Si enim lumen gloriæ eſt in anima Chriſti in ſummo, impoſſibile eſt ſecundum quamcumque potentiam inueniri gradum ſublimiorem: ſicut non poteſt inueniri ſublimior gradus caloris, quàm ſit calor in ſummo; eſſet enim implicare contradictoria ſimul, vt patet.

¶ Ad hoc dicitur, quòd cum in litera non dicatur, quòd poſſet eſſe ſublimior gradus luminis gloriæ nec viſionis diuinæ, ſed ſublimior gradus ſine additione aliqua, nullam habet litera difficultatem, cum de facto multi ſint gradus perfectiores gradu diuinæ viſionis, ſcilicet gradus ſubſtantiæ, cum quælibet ſubſtãtia ſit ſublimior ſimpliciter quolibet accidente. Sed hæc reſponſio diſſonat a litera, quæ gradum ſublimiorem poſſibilem dicit ſecundum infinitatem diuinæ potentiæ: per hoc namque manifeſte ſignificauit, quòd de ſublimiori, de potentia non ordinaria, ſed de potentia abſolute loquitur. Et contextus ipſe plane intellectus ſonat, quòd loquitur de ſublimiori gradu diuinæ viſionis de cuius altitudine tractatur. Vnde & propter ſenſum plani cõtextus, & propter attributum ſublimiorem gradum infinitati di- F uinæ potentiæ, aliter reſpondetur, fatendo quòd litera loquitur de ſublimiori gradu diuinæ viſionis: verũ quia diuina viſio graduatur, vel ex parte luminis gloriæ, vel ex parte naturæ intellectiuæ, diuerſimode aſſignatur ſublimior gradus diuinæ viſionis. Primo namque ſublimatur diuina viſio ex lumine gloriæ ſublimioris ſpeciei, ita ꝙ lumen gloriæ ponatur genus ad ſpeciẽ vnam luminis gloriæ inuenti de facto ĩ Chriſto, & in aliis beatis, & aliam vel alias ſpecies luminis gloriæ poſſibiles fieri. Sed hæc poſitio diuinat, nec habet vnde formalem ſeu ſpecificam differentiam inter lumina gloriæ oſtendat, cum ſit vnum obiectum formale abſq; medio, nec varietur ſpecie ex receptiuis, vt patet ex hoc, quòd eiuſdem ſpeciei eſt ĩ angelis & hominibus. Secundo itaque ſublimatur diuinæ viſionis gradus ex augmento in infinitum luminis gloriæ, ita ꝙ a formis terminabilibus ad ſummum excipitur lumẽ gloriæ, quod eſt tale, ꝙ quocumque lumine gloriæ poſito, adhuc poteſt poni maius. Et ĩ Chriſto eſt lumẽ gloriæ in ſummo, ſecundum Dei potentiam ordinatã non ſecundum Dei potẽtiam abſolute, ſecundum quam poteſt quocumque poſito, ſemꝑ poni maius. Et eſt ratio exceptionis ſingularis, quia ſolum lumen gloriæ eſt qualitas propria cæleſtis patriæ. Reliquæ nãq; qualitates ſupernaturales, aut ſunt viæ, vt fides, aut ſunt communes vię & patriæ, vt charitas. Sed huic poſitioni obſtat, quia ſecundum hoc maiori lumini gloriæ non reſponderet maior charitas in patria, ac per hoc non quanto aliquis perfectius videret Deum, tanto maiorem charitatem haberet, quia charitas ponitur in ſummo ſimpliciter in Chriſto, & ſic lumẽ gloriæ poſſet poni maius, & charitas non poſſet poni maior.

K ¶ Relinquitur igitur, quòd alio modo, ſublimior gradus diuinæ viſionis intelligatur poſſibilis, ſcilicet ex parte naturæ intellectiuæ: quia ſcilicet ſi ad æquale lumen gloriæ angelus aſſumeretur a verbo Dei in vnitatẽ perſonæ, angelus ille perfectius videret Deum, quàm anima Chriſti, & eſſet ſublimior viſionis diuinæ gradus non ex ſublimiori lumine, aut gradu luminis, ſed ex ſublimiore intellectu illuminato æqualiter. Et rurſus ſi Deus aſſumeret ſublimiorem angelum in vnitatem perſonæ cum æquali lumine gloriæ, perfectius iſte videret Deum quàm Chriſtus, & prior angelus, & iterum ſi alium ſublimiorem, & ſic deinceps aſſumeret cum æquali lumine ſemper ſublimior perfectius videret. Et ſic ſecundum infinitatem diuinæ potentiæ infiniti gradus viſionis diuinæ mediant inter perfectiſſimam viſionem animæ Chriſti, & viſionem, qua Deus ſeipſum videt. Et quia hæc reſponſio ab ante dictis non diſſonat, & clara eſt abſque ambiguitatibus, ideo amplectenda eſt.

¶ Super



# QVAESTIO XI.

*De ſcientia indita, uel infuſa animæ Chriſti, in ſex articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de ſcientia indita, vel infuſa animæ Chriſti.

Et circa hoc quæruntur ſex.

¶ Primo, Vtrum ſecundum hanc ſcientiam Chriſtus ſciat omnia.

¶ Secundo, Vtrum hac ſcientia vti potuerit nõ conuertendo ſe ad phantaſmata.

¶ Tertio, Vtrum hæc ſcientia fuerit collatiua.

¶ Quarto, De comparatione huius ſcientiæ ad ſcientiam angelicam.

¶ Quinto, Vtrum fuerit ſciẽtia habitualis.

¶ Sexto, Vtrum fuerit diſtincta per diuerſos habitus.

## ARTICVLVS I.

*Vtrum ſecundum ſciẽtiam inditam uel infuſam Chriſtus omnia ſciat.*

AD PRIMVM ſic proceditur quòd ſecundum hanc ſciẽtiam Chriſtus non cognouerit omnia. Hęc enim ſcientia indita eſt Chriſto ad perfectionem poſſibilis intellectus eius: ſed intellectus poſſibilis animę humanæ nõ videtur eſſe in potẽtia ad omnia ſimpliciter, ſed ad illa ſola, in quæ poteſt reduci ĩ actũ per intellectũ agentẽ, qui eſt propriũ actiuũ ipſius, quę quidem ſunt cognoſcibilia ſecundum rationem naturalem. Ergo ſecundum hanc ſcientiam nõ cognouit Chriſtus ea, quę naturalem rationem excedunt.

¶ 2 Præt. Phantaſmata ſe habent ad intellectum humanum ſicut colores ad viſum, vt dicitur 3. de anima: * ſed non pertinet ad perfectionẽ viſiuę potentiæ cognoſcere ea, quę ſunt omnino abſq; colore. ergo neq; ad perfectionem intellectus humani pertinet cognoſcere ea, quorũ non poſſunt eſſe phãtaſmata, ſicut ſunt ſubſtantiæ ſeparatę. Sic ergo cum huiuſmodi ſcientia fuerit in Chriſto ad perfectionem animæ intellectiuæ ipſius, vi- B detur quòd per huiuſmodi ſciẽtiã nõ cognouerit ſubſtãtias ſeparatas.

¶ 3 Præt. Ad perfectionem intellectus nõ pertinet cognoſcere ſingularia. Videtur ergo quòd per huiuſmodi ſcientiam anima Chriſti ſingularia non cognouerit.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Iſa. 11. quòd repleuit eum Spiritus ſapientiæ & intellectus, ſcientiæ & conſilij: ſub quibus comprehenduntur omnia cognoſcibilia: nã ad ſapientiã pertinet cogni- C tio omnium diuinorum: ad intellectũ autem pertinet cognitio omnium immaterialium: ad ſciẽtiam autem pertinet cognitio omnium concluſionum: ad conſilium autẽ cognitio omnium agibiliũ. Ergo videtur quòd Chriſtus ſecundũ ſcientiam inditam ſibi per Spiritumſanctum habuerit omniũ cognitionẽ.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut prius dictum eſt *, conueniens fuit vt anima Chriſto omnino eſſet perfecta per hoc quòd omnis D eius potentialitas ſit reducta ad actum. Eſt autem conſiderandum, quòd in anima humana, ſicut in qualibet creatura, conſideratur duplex potẽtia paſſiua: una quidem, per cõparationem ad agens naturale: alia vero per comparationem ad agẽs primum, quod poteſt quãlibet creaturã reducere in actũ aliquẽ altiorem actu, in quem reducitur per agens naturale: & hæc conſueuit vocari potentia obedientiæ in creatura. Vtraque autem potentia animæ Chriſti fuit reducta in E actum, ſecũdum hanc ſcientiam diuinitus inditã. Et ideo ſecundum eã anima Chriſti, primo quidẽ cognouit quæcumque ab homine co

¶ Super Quæſtionis vndecimæ Articulum primum.

TItulus articuli clarus eſt: intelligitur quippe vt ſonat.

¶ In corpore eſt vnica concluſio: Anima Chriſti per ſciẽtiam inditam nouit omnia, excepta diuina eſſentia: Probatur. Conueniens fuit, vt anima Chriſti eſſet oĩno perfecta, ita vt eius omnis potentialitas fuerit reducta ad actum: ſed in illa eſt potentia naturalis ad cognoſcendum per humanas ſcientias nota, & potentia obedientiæ ad ſciendũ omnia, quæ reuelantur à Deo hominibus: ergo vtraque eius potentia eſt reducta ad actum: & conſequenter omnia nouit per ſcientiam inditam, excepta eſſentia diuina. Hic eſt proceſſus literæ.

¶ In quo primo recolendum eſt ex ſupradictis ĩ ar. 3. q. 9. quòd non intendit litera dicere, quòd omnis potentia obediẽtiæ ĩ Chriſti anima ſit reducta ad actum, cum potẽtia obedientiæ in qualibet creatura inexplebilis ſit: quia ſecũdum ordinem ad id qđ poteſt in creatura facere Deus, attẽditur. Sed intẽdit quòd omnis potentia obedientiæ ad actum naturæ animæ proportionatũ, eſt reducta ad actũ: conſtat autem quòd cognoſcere per reuelationes eſt act⁹ naturę animæ in ſtatu tam viæ quàm patriæ locatæ proportionatus. immo debitus, vt patet de reuelationibus neceſſarijs, & factis Eccleſiæ tam triumphanti quàm militanti. Et ſi quis diceret potentiam hanc eſſe quide reſpectu animæ humanæ, abſolute potentiæ obedientiæ; reſpectu vero eiuſdem in vtroque ſtatu eſſe naturalem (vtpote naturali concomitantia conſequentem ſtatum) non aberraret. Vnde cũ Chriſtus fuerit verus viator & comprehenſor ſimul, optime de ipſius anima infertur, quòd vtraque illius potẽtia reducta eſt ad actum. Aduerte ſecundo, quòd ideo eſſentiæ diuinæ cognitio excepta eſt, quia non cognoſcitur naturaliter, nec per reuelationem. Et intellige, reuelationis nomine quemcumq; influxum ſpeciei cuiuſcũq; intelligibilis, & per cognitionem diuinæ eſſentiæ, non quamcũque cognitionem, ſed viſionem illius. Nouit ſiquidem anima Chriſti per ſcientiam inditam, diuinam naturam multo magis, quàm quicumque philoſophus, immo quàm anima ſeparata, immo quam angeli naturali cognitione, quoniam clara reuelatione nouit Deum eſſe trinum in perſonis, & alia huiuſmodi ſpe- A ctantia ad gratiæ ordinem, quæ angelorum naturalem cognitionem excedunt. Sed quia per eam nõ videbat diuinam eſſentiam, quam per ſcientiam beatam videbat, ideo excepta eſt cognitio diuinæ eſſentiæ a ſcientia indita. Sola autem eſſentia diuina excepta eſt, quia reliqua omnia aut ad naturalem, aut ad reuelatam cognitionem ſpectant, cum etiam angeli ipſi per reuelationem, hoc eſt per infuſas ſpecies, ab anima noſtra ſeparata cognoſcantur.

Inf. q. 12. a. 1. c. & ad 3. Et 3. di. 14. q. 1. q. 1. & q. 4. cor. & q. 5. ad 2. Et ver. q. 20. a. 6. Et opuſ. 3. c. 213.

In l. 3. tex. 5. 11. & 39. tom. 2.

¶ In reſponſione ad ſecundum eiuſdem articu. nota primo, quòd cum dicitur animam ſeparatam cognoſcere ſubſtantias ſeparatas ꝑ ſeipſas, non eſt ſenſus, quòd intelligantur per proprias ſubſtãtias vt ſpecies intelligibiles ab anima ſeparata: ſed eſt ſenſus, quòd ꝑ ſeipſas, hoc eſt per proprias ſpecies itelligibiles, & nõ per ſpecies rerum ſenſibilium (vt modo fit) intelligantur: ſicut color dicitur videri per ſeipſum, quãdo per propriam ſpeciem videtur. Patet autẽ hũc eſſe ſenſum intentũ ex hoc, ꝙ ad primã partem ſe remittit, vbi in a. 2. q. 89. determinatum eſt, animam ſeparatam cognoſcere ſubſtãtias ſeparatas, per ſpecies diuinit⁹ ſibi influxas. Q. 9. ar. 1.

¶ Nota ſecundo, ꝙ cum de anima Chriſti dicitur, ꝙ cognouit ſubſtantias ſeparatas per modum, quo cognoſcit illas anima ſeparata, cõmunicatio hæc in modo cognoſcendi intelligitur ſolum quo ad ſubſtantialitatem modi cognoſcendi, & nõ quo ad perfectionem, hoc eſt, ꝙ anima Chriſti communicat cũ anima ſeparata in hoc, quòd vtraq; cognoſcit ſubſtantias ſeparatas per ſpecies influxas a Deo: ſed anima Chriſti tali modo cognoſcens, perfecte & diſtincte cognoſcit ſubſtantias ſeparatas, vt in 4. arti. infra patet: anima vero ſeparata imperfecte nouit ſubſtantias ſeparatas, vt in prima parte patet. Et propterea in litera hac dicitur, quòd anima ſeparata aliqualiter nouit ſubſtantias ſeparatas, & non dicitur abſolute, quòd nouit illas.

¶ In reſponſione ad tertium, circa cognitionem ſingularium omnium, triplex dubium occurrit. Primum ex Scoto in 3. ſent. diſtin. 14. quæſt. 3. vbi infert quòd ſi in Chriſto ponitur cognitio abſtractiua omnium ſingularium, concedendum eſt, cuiuſlibet ſingularis eſſe propriã ſpeciem in intellectu Chriſti, & conſequenter duo alia, hoc eſt, & plures ſpecies eiuſdẽ ſpeciei ſimul in eodẽ, & infinitas ſpecies infinitorũ ſingulariũ poſſibiliũ.

¶ Secundum

gnoſci poſſunt per virtutem luminis intellectus agentis: ſicut ſunt quæcumque pertinẽt ad ſcientias humanas. Secundo vero per hanc ſcientiam cognouit Chriſtus omnia illa, quæ per reuelationem diuinam hominibus innoteſcunt, ſiue pertineant ad donum ſapientiæ, ſiue ad donum prophetiæ, G ſiue ad quodcumque donum Spiritusſancti. Omnia enim iſta abundantius, & plenius ceteris cognouit anima Chriſti: ipſam tamen Dei eſſentiam per hanc ſcientiam non cognouit, ſed ſolum per primam, de qua ſupra dictũ eſt *.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de potentia naturali animę intellectiuæ, quę ſ. eſt per cõparationem ad H agẽs naturale, qđ eſt intellectꝰ agẽs.

Ad 2^m dicendum, quòd humana anima in ſtatu huius vitæ, quò quodãmõ eſt ad corpus obligata, vt ſine phantaſmate [d] intelligere non poſſit, non poteſt intelligere ſubſtantias ſeparatas. Sed poſt ſtatũ huius vitæ, anima ſeparata poterit aliqualiter ſubſtantias ſeparatas per ſeipſas cognoſcere, vt in 1. parte dictum eſt*. Et hoc pręcipue manifeſtum eſt, circa animas beatorũ. Chriſtus autem ante paſſionẽ non ſolum fuit viator, ſed etiam comprehenſor: vnde anima eius poterat cognoſcere ſubſtantias ſeparatas per modum, quo cognoſcit anima ſeparata.

P.p.q.89.ar.1.

Ad 3^m dicendum, quòd cognitio ſingulariũ non pertinet ad perfectionem animæ intellectiuæ ſecundũ cognitionẽ ſpeculatiuã: pertinet tñ ad perfectionẽ eius ſm cognitionem practicam, quæ nõ perficitur abſq; cognitione ſingulariũ in quibus eſt operatio, vt dicitur in 6. Ethi.* Vnde ad prudẽtiã requiritur memoria præteritorũ, cognitio pſentiũ, & prouidentia futurorũ, vt Tul. dicit in ſua Rheto.* Quia igitur Chriſtus habuit plenitudinẽ prudentiæ ſm donũ conſilij, cõſequẽs eſt ꝙ cognouerit oĩa ſingularia [d] præſentia, pterita, & futura.

Li.6.c.7. circa fin. to.5.

Li.1. de inuẽtione in fol. 4. ante fin. libri.

Q. præc. ar. 1.

D.190.

D.1117.

¶ Secundum dubium eſt etiam ex Scoto, ibidem probante, ꝙ in Chriſto non fuit cognitio intuitiua per ſpecies infuſas omnium ſingularium quæ ſunt, fuerunt, & erunt: tum, quia ſpecies infuſa repræſentat obiectum, vt abſtrahit ab actuali exiſtẽtia, quia eodem modo repræſentat obiectum, ſiue exiſtat, ſiue non exiſtat, ac per hoc non eſt ratio cognoſcendi exiſtens, vt exiſtẽs, tum, quia veritates cognoſcibiles cognitione intuitiua, ſunt veritates cõtingentes, quę non poſſunt cognoſci per quaſcumque ſpecies ĩnatas, quia ex cognitione terminorum contingentium non poteſt cognoſci veritas complexorum contingẽtium de illis terminis, quia illarũ complexionum veritas non includitur in illis terminis, quẽadmodum veritas neceſſaria complexionis ſcibilis clauditur in extremis.

¶ Tertium dubium eſt, quia ex ratione literæ male videtur concludi in anima Chriſti per ſcientiã infuſam notitia omnium ſingularium, quia ex plenitudine prudentiæ in anima Chriſti nõ habetur cognitio omniũ ſingularium, ſed agibilium tantum, cum prudentia ſit ratio agibilium, extra agibilia autem ſunt & ſingularia factibilia (quæ ſpectant ad artem) & ſingularia nec agibilia nec factibilia, vt ſingularia ſpeculabilium, vt ſunt ſingularia arenæ, ſeminum, animalium, & huiuſmodi.

I ¶ Ad euidentiam horum ſciendum eſt, quòd ſpecies intelligibiles infuſæ non per accidens ſed ex ſuo genere, non ſolũ ſunt alterius rationis a ſpeciebus acquiſitis, quia habent aliud obiectum formale (vt contingit inter ſpecies innatas angelis, & acquiſitas a nobis) ſed ſunt longe alterius ac altioris ordinis, quia ſic ſunt ſimilitudines naturæ, puta, leoninæ, quod repræſentant ea, in quacumque diſpoſitione accidentali ſubſit, ita ꝙ per vnam ſpeciem poteſt intellectus cognoſcere quidditatiue leonem & omnia eius indiuidua, ſecundum indiuiduales conditiones, & intueri leones omnes actu exiſtentes. Nec hoc eſt mirabile, ita quòd ſit incredibile: ſed ratione fultum, quia ſcilicet, huiuſmodi ſpecies ſunt exemplatæ a diuina eſſentia, quæ vna exiſtens eſt ſimilitudo, ita cuiuſque propria, vt nihil in quocumque prætermittatur irrepræſentatum diſtinctiſſime. Si enim hoc de facto fatemur inueniri in diuina eſſentia reſpectu omnium, cur non poſſibile fatemur, in multis illius participationibus inueniri, quòd quælibet earum repræſentat aliquam vnam naturam cum ſuis quomodolibet accidentibus, K vt quod vnite præhabetur in eſſentia diuina ſuper omnes ordines diuiſim, participetur in aliquibus ſpeciebus ſpectantibus ad ſupremum ordinem cognoſcitiuorum, quales, ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ & animæ ſupernaturali lumine illuſtratæ.

¶ Vnde ad primum dubium reſpondetur, negando illationem primam, & dicendo quòd vna ſpecies ſuperioris ordinis ſeu infuſa ex ſuo genere, poteſt ſufficere ad notitiam abſtractiuam, hoc eſt quidditatiuam, tam ſpeciem, quàm ſingularis, vt ſingulare eſt, nec oportet multiplicare ſpecies illas iuxta numerũ ſingularium. Reliquæ autem conſequentiæ, quia iſtam primã ſupponunt, manifeſte ruunt.

¶ Ad ſecundum vero dubium dicitur, quòd quia Chriſti animæ attribuenda eſt ſcientia infuſa abſque diminutione, ideo aſſerendum eſt, Chriſtum notitia intuitiua infuſa vidiſſe omnia indiuidua, vt in hac litera dicitur.

¶ Et ad primam obiectionem reſpondetur, quòd falſum eſt, ſpeciem infuſam ex ſuo genere, abſtrahere neceſſario ab actuali exiſtentia: nam talis ſpecies poteſt repræſentare naturam, puta F leoninam, ſecundum omnia prædicata quidditatiua, & ſecundũ indiuiduales conditiones & exiſtentias quas habet, ac coniuncta in ea accidentia, vtpote exemplata a diuina eſſentia, vt exẽplari talis naturæ ſic & ſic indiuiduatę, ac exiſtentis, & qualificatæ ac quantificatæ. Ad probationem vero, quia ſiue exiſtat ſiue non, eodem modo repræſentat, reſpondetur quòd repræſentare eodẽ modo contingit dupliciter, vel ex parte repreſentati, & ſic falſum eſt quòd eodẽ mõ reprę́ſentet leonem, ſiue exiſtat, ſiue non, quia exiſtente leone repræſentatur exiſtens: non exiſtente autem, nõ repræſentat̃ exiſtẽs. Vel ex parte reprę́ſentãtis, & ſic verũ eſt quòd eodem modo reprę́ſentat: non enim mutatio fit in ſpecie illa per hoc quòd repræſentat naturam leoninam in hoc nunc de nono exiſtentem, ſed eodem modo ſe habẽt ex parte ſui: verum ipſa natura leonina in re mutationem patitur. Et breuiter ita reſpondetur de iſtis ſpeciebus in anima Chriſti: ſicut de eſſentia diuina, vt repræſentat hæc eadem, de qua conſtat quòd repræſentat eodem modo, ex parte repræſentantis, diuerſimode autem ex parte repræſentati. Et per hęc patet reſponſio ad ſecundam obiectionem, quia ſupponit hoc falſum, ſcilicet quòd ſpecies iſtæ ſint ſpecies adæquatæ terminis incomplexis. Nos autem dicimus, quòd ſpecies iſtæ quæ in I anima Chriſti ſunt, ſunt adeo altioris ordinis, vt imitentur diuinam eſſentiam, vt repræſentantem veritatem contingentium & non ſolum vt reprę́ſentantem naturam quamlibet ſecundũ ſe. Et propterea anima Chriſti intuitiue, perfecte per illas videt præterita, præſentia, & futura.

¶ Ad tertium dubium notandum eſt, quantum ſeipſo doctior fuerit Auctor hic, quoniam in 3. ſenten. diſtin. 14. q. 1. art. 3. q 1. & in q. de veri. q. 20. ar. 6. modificans infuſam Chriſto ſcientiã, eximit ab ea non ſolum diuinam eſſentiam, ſed ſingularia, vt cogitationes cordium, quia non pertinent hæc ad perfectionẽ humani intellectus, tam ſecundum naturæ, quàm gratiæ ſtatũ. Hic autem perſpicacius diſcernens intellectus practici perfectionem a perfectione intellectus ſpeculatiui humani, probat per hanc ſcientiam animam Chriſti noſſe omnia ſingularia præterita, præſentia, & futura: quia pertinent ad perfectionem intellectus practici. Et vere ſic eſt, nõ ſolum de cogitationibus hominum, ſed de omnibus ſingularibus, quia omnia ſubiecta ſunt prouidentiæ Chriſti inquantum homo, vt patet ex auctoritate K Apoſtoli ad Hebræ. 2. & ipſius domini, Matthæ. vltim: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra. Ex plenitudine igitur prudentiæ, non ſolum monaſticę, ſed politicæ, immo regalis, immo monarchicæ totius vniuerſi (cuius prudentiæ conſtat partem eſſe prouidentiam) recte concluditur ad perfectionem intellectus practici humani in Chriſto, etſi non in aliis hominibus, ſpectare cognitionem omnium ſingularium quæ ſunt ſubiecta prouidentiæ ſuæ. Conſtat autem ex 1. ad Corinth. 15. Quòd omnia ſunt Chriſto homini ſubiecta, præter eũ, qui ſubiecit ſibi omnia. ergo ſola eſſentiæ diuinæ viſione excepta, anima Chriſti per ſcientiam infuſam ſcit quæcumq; ſcit Deus ſcientia viſionis. Et per hæc clare patet reſponſio ad obiecta.



# Articvlvs II.

*Vtrum Chriſtus hac ſcientia uti potuerit, non conuertendo ſe ad phantaſmata.*

Ad secvndvm ſic pceditur. Videtur ꝙ anima Chriſti non potuerit intelligere ſecundũ hanc ſcientiam, niſi conuertendo ſe ad phantaſmata: quia, vt dicitur 3. de Anima, phantaſmata comparantur ad animam intellectiuam humanã, ſicut colores ad viſum: ſed potentia viſiua Chriſti nõ potuit exire in actum, niſi conuertendo ſe ad colores. ergo etiam neq; anima intellectiua eius potuit aliquid intelligere, niſi conuertendo ſe ad phantaſmata.

¶ 2 Præt. Anima Chriſti eſt eiuſdẽ naturæ cũ animabus noſtris, alioquin ipſe nõ eſſet eiuſdem ſpeciei nobiſcum, contra id quod Apoſt. dicit Phil. 2. quòd eſt in ſimilitudinem hominum factus: ſed anima noſtra non poteſt intelligere, niſi conuertendo ſe ad phantaſmata. ergo etiam neque anima Chriſti.

¶ 3 Præt. Senſus dati ſunt homini, vt deſeruiant intellectui. Si igitur aĩa Chriſti intelligere potuit abſq; conuerſione ad phantaſmata, quæ per ſenſus accipiũtur, ſequeretur quòd ſenſus fruſtra fuiſſent in anima Chriſti, quod eſt incõueniens. videtur igitur quòd anima Chriſti non potuerit intelligere, niſi conuertendo ſe ad phantaſmata.

Sed contra eſt, quòd anima Chriſti cognouit quędam, quę per phãtaſmata cognoſci nõ poſſunt, ſcilicet ſubſtantias ſeparatas. Potuit igitur intelligere, non conuertendo ſe ad phantaſmata.

Respon. Dicendum, ꝙ Chriſtus in ſtatu ante paſſionem, fuit ſimul viator & comprehenſor, vt E infra magis patebit.* Et præcipue quidem conditiones viatoris habuit ex parte corporis inquãtum fuit paſſibile, conditiones vero cõprehẽſoris maxime habuit ex parte animæ intellectiuæ. Eſt autem hæc conditio animæ comprehenſoris, vt nullo modo ſubdatur ſuo corpori, aut ab eo dependeat, ſed totaliter ei dominetur. Vnde & poſt reſurrectionem, ex anima gloria redundabit ad corpus. Ex hoc B autẽ anima hominis viatoris indiget [d] ad phantaſmata conuerti, quòd eſt corpori obligata, & quodãmodo ei ſubiecta, & ab eo dependens; & ideo animæ beatæ, & ante reſurrectionem & poſt, intelligere poſſunt abſque [d] conuerſione ad phantaſmata. Et hoc etiam oportet dicere de anima Chriſti, quæ plene habuit facultatem comprehenſoris.

Ad primvm ergo dicendum, C ꝙ ſimilitudo illa, quam Philoſophus ponit, non attenditur quãtũ ad omnia. Manifeſtũ eſt. n. ꝙ finis potentiæ viſiuæ eſt cognoſcere colores: finis aũt potentię intellectiuæ nõ [d] eſt cognoſcere phantaſmata, ſed cognoſcere ſpecies intelligibiles, quas apprehendit a phãtaſmatibus, & in phãtaſmatibus ſecundũ ſtatũ præſentis vitæ. Eſt igitur ſimilitudo, quantũ ad hoc, ad qđ aſpicit vtraq; potentia: non aũt quãtum ad hoc, in qđ vtriuſq; potentiæ conditio terminatur. Nihil D aũt prohibet, ſecundũ diuerſos ſtatus ex diuerſis rem aliquã ad ſuũ finẽ tendere: finis tamen proprius alicuius rei ſemper eſt vnus: & iõ licet viſus nihil cognoſcat abſque colore, intellectus tamen ſecundũ aliquem ſtatum poteſt cognoſcere abſque phantaſmate, ſed non abſque ſpecie intelligibili.

Ad 2^m dicendum, quòd licet anima Chriſti fuerit eiuſdem naturæ cum animabus noſtris: habuit tamen aliquem ſtatũ, quẽ aĩæ noſtræ non habent nunc in re, ſed ſolum in ſpe, ſcilicet ſtatum comprehenſionis.

Ad 3^m dicendum, quòd licet anima Chriſti potuerit intelli-

Jo. 1. ar. 4. ſi. & q. 14. ar. 2. ad 3. & 3. d. 14. q. 1. ar. 3. q. 1. ar. 2. ad 2. & d. 14. ar. 3. q. 1. & 3. c. & uer. q. 20. ar. 3. ad 1.

q. 15. ar. 10.

D.190.

D.185.

D.752.

¶ Super Quæſtionis vndecimæ Articulum ſecundum.

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore vnica eſt concluſio. Anima Chriſti ſecundũ ſcientiam infuſam poterat intelligere abſque conuerſione ad phantaſmata. Probatur. Cõditio animæ comprehenſoris eſt, vt nullo modo ſubdat̃ ſuo corpori, aut ab eo dependeat, ergo animæ beatæ ante & poſt reſurrectionẽ intelligere poſſunt abſq; cõuerſione ad phantaſmata, ergo aĩa Chriſti potuit intelligere abſq; cõuerſione ad phãtaſmata. Antecedens manifeſtatur, quia poſt reſurrectionẽ, ex anima redundabit gloria ad corpꝰ. Et prima cõſequentia probatur: quia indigere conuerſione ad phãtaſmata, eſt ex hoc, ꝙ anima eſt corpori obligata, & quodãmodo ei ſubiecta, & ab eo dependens: ſecũda vero conſequentia pbatur: quia Chriſtus ante paſſionem fuit ſimul viator & comprehenſor, comprehenſor pręcipue ex parte animæ intellectiuæ, viator ex parte corporis.

¶ Circa efficaciam iſtius proceſſus, dubium ſtatim occurrit: quia conceſſo toto, nõ infertur propoſitæ qõnis intenta concluſio. Nam concluſio inferenda eſt, ꝙ anima Chriſti poteſt abſq; conuerſione ad phantaſmata intelligere ſecundũ ſcientiam infuſam: in litera autem infertur nõ dicta concluſio, ſed abſolute, ꝙ abſque cõuerſione ad phantaſmata aĩa Chriſti potuit intelligere.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ Auctor ſolicitꝰ fuit non circa verba, ſed circa illud, in quo cõſiſtit difficultas. Cõcurrentibus autem duobus ſimul ad propoſitam quęſtionem, ſ. potentia ĩtellectiua, & habitu ſciẽtiæ infuſæ, & cũ ex parte ſciẽtię ex ſuo genere infuſæ, nulla habeatur rõ vinculi ad phãtaſmata, quin potius ex hac parte habetur eleuatio ſupra phãtaſmata, reſtat vt tota difficultas ex parte intellectus, qui naturali neceſſitudine deuinctus, experitur phantaſmatibus ſe teneat, an ſcilicet naturale vinculum inter intellectum humanum & phantaſmata efficiat, vt non poſſit etiam infuſa vti ſcientia, niſi conuertendo ſe ad phantaſmata. Et ideo difficultatis huius veritate aperta, monſtrando quòd intellectus comprehenſorum, ac per hoc animæ Chriſti, non obligatur ad phantaſmata, pro A conſtanti & claro dimiſſum eſt quid dicendum ſit ad quæſitũ, ſcilicet quòd potuit ſecundum infuſam ſcientiam Chriſti anima intelligere abſque conuerſione ad phantaſmata.

¶ In eodem proceſſu dubium occurrit ex Duran. in 3. ſenten. diſt. 14. q. 2. tenente oppoſitam concluſionem, hoc eſt, quòd Chriſtus indigebat cõuerſione ad phantaſmata in vſu ſciẽtiæ infuſæ. Et ratio eius eſt: quia ſcientia infuſa erat perfectio animæ Chriſti, ſecundũ quòd erat viator: naturalis autem conditio viatoris eſt indigẽtia phãtaſmatum ad vſum ſcientiæ. Sed hæc ratio facile apparet infirma ac uolũtaria: quoniã ſcientia infuſa eſt pfectio animæ Chriſti, aut abſolute, aut ſecundũ quòd nata eſt communicare cum angelis in habendo ſcientiam infuſam, quod conſtat cõuenire animæ humanæ non in uia, ſed in termino, in ſtatu ſ. ſeparationis. Vtro autem modo ſit, liquet quòd non eſt perfectio Chriſti, in quantũ erat uiator. Et quoniam erat ſimul uiator & comprehenſor, ex litera hac habes rationẽ, quare magis uſus huius ſciẽtiæ ſequitur conditiones cõprehenſoris, quàm uiatoris: quia ſcilicet in Chriſto hæc inuenitur differentia, ꝙ conditiones uiatoris habuit ex parte corporis, conditiones uero comprehenſoris habuit maxime ex pte animæ intellectiuæ, ad quã cõſtat ſpectare ſcientiam infuſam. Falſum eſt ergo, ſciẽtiã infuſam eſſe perfectionem aĩæ Chriſti, inquantũ viator erat, cum ratio ducat ad oppoſitum.

¶ In rñſione ad primum circa illud uerbũ, Finis potentiæ intellectiuæ eſt cognoſcere ſpẽs intelligibiles, cautꝰ eſto: qm ſumunt̃ hic ſpecies intelligibiles ut ſpẽs intelligibiles, hoc eſt, ut repræſentatiuæ ſunt, hoc ẽ ſm repræſentata p illas, & non ſm ꝙ ſunt ſm ſe res quædã: ſic. n. ad repræſentatorũ ordinem ſpectant: finis. n. intellectiuæ potentiæ eſt intelligere res intelligibiles, quę nõ niſi p ſpecies intelligibiles aut earũ vices ſeu locũ tenẽtes repræſentant̃. Quo circa dña ĩ lr̃a poſita ĩter phãtaſmata & ſpẽs ĩtelligibiles ĩ hoc, ꝙ nõ illa ſed iſtas cognoſcere eſt finis ĩtellectus, intelligit̃ ẽt ſumẽdo utraq; in repræſentando. Phantaſmata. n. ſunt ſingulariũ: ſpecies aũt quidditatum. Finis aũt intellectus noſtri eſt, noſſe qđ quid eſt, utpote ppriũ obiectũ, & nõ eſt noſſe materialia ſingularia, quorũ tñ

F gere, non conuertendo ſe ad phantaſmata: poterat tamē intelligere, ſe ad phantaſmata conuertendo: & ideo ſenſus non fuerunt fruſtra in ipſa, præſertim cum ſenſus non dētur homini ſolum ad ſcientiam intellectiuam, ſed etiam ad neceſſitatem vitæ animalis.

### ARTICVLVS III.

*Vtrum hæc ſcientia fuerit collatiua.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur ꝙ anima Chriſti hāc ſcientiam non habuerit per modū collationis. Dicit enim Damaſc. in 3. lib.* In Chriſto nō dicimus conſilium, neque electionem. Non autem remouentur hæc a Chriſto, niſi inquantum important collationem & diſcurſum. ergo videtur quòd in Chriſto non fuerit ſcientia collatiua vel diſcurſiua.

¶ 2 Præt. Homo indiget collatione & diſcurſu rationis, ad inquirenda ea, quæ ignorat: ſed anima Chriſti cognouit omnia, vt ſupra dictum eſt.* non ergo in ea fuit ſcientia diſcurſiua vel collatiua.

¶ 3 Præt. Scientia animæ Chriſti ſe habuit per modū comprehēſorū, qui angelis conformantur, vt dicitur Matth. 22. ſed in angelis non eſt ſcientia diſcurſiua, ſeu collatiua, vt patet per Dio.* 7. c. de di. no. ergo nec etiā in anima Chriſti fuit ſcientia diſcurſiua ſeu collatiua.

SED CONTRA eſt, quòd Chriſtus habuit animam rationalem, vt ſupra habitum eſt.* Propria autem operatio animæ rationalis eſt conferre & diſcurrere de vno in aliud. ergo in Chriſto fuit ſcientia diſcurſiua uel collatiua.

RESPON. Dicendum, ꝙ aliqua ſcientia poteſt eſſe diſcurſiua vel collatiua dupliciter. Vno modo, quantū ad ſcientię acquiſitionem, ſicut accidit in nobis, qui procedimus ad cognoſcendum vnum per aliud, ſicut effectus per cauſas, vel econuerſo. Et hoc modo ſcientia animæ Chriſti non fuit diſcurſiua K vel collatiua: quia hæc ſcientia, de qua nunc loquimur, fuit ſibi diuinitus indita, non per inueſtigationē rationis acquiſita. Alio modo, poteſt dici aliqua ſciētia diſcurſiua vel collatiua, quātū ad vſum: ſicut interdum ſcientes, ex cauſis concludunt effectus, non vt de nouo addiſcant, ſed volētes vti ſcientia, quā iam habent. Et hoc modo ſcientia animæ Chriſti poterat eſſe collatiua & diſcurſiua: poterat. n. ex vno aliud concludere, ſicut ſibi placebat. Sicut Matth. 17. cum Dominus quæſiſſet a Petro, a quibus reges terræ tributum acciperent, a filijs ſuis, an ab alienis, Petro reſpondente, quòd ab alienis, concluſit, ergo liberi ſunt filij.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd a Chriſto excluditur conſilium, quod eſt cum dubitatione, & per conſequens electio, quæ in ſui ratione tale conſilium includit. G Non autem a Chriſto excluditur vſus conſiliandi.

AD 2m dicendum, quòd ratio illa procedit de diſcurſu & collatione, prout ordinantur ad ſcientiam acquirendam.

AD 3m dicendum, ꝙ beati conformantur angelis, quantum ad dona gratiarum: manet tamen differentia, quæ eſt ſecundum naturam: & ideo vti collatione & diſcurſu, eſt connaturale animabus beatorum, non autem angelis.

### H ARTICVLVS IIII.

*Vtrū hæc ſcientia in Chriſto fuerit maior ſcientia angelorum.*

AD QVARTVM ſic ꝓceditur. Videtur ꝙ huiuſmodi ſciētia in Chriſto fuerit minor, quàm in angelis. Perfectio enim proportionatur pfectibili: ſed anima humana ſecundum ordinem naturæ eſt infra naturam angelicam. Cum igitur ſciētia, de qua nūc loquimur, ſit indita animæ Chriſti ad perfectionē ipſius, I videtur ꝙ huiuſmodi ſcientia fuerit infra ſcientiam, qua perficitur natura angelica.

¶ 2 Præt. Sciētia animæ Chriſti fuit aliquo modo collatiua & diſcurſiua, qđ non poteſt dici de ſcientia angelica. ergo ſcientia animæ Chriſti fuit inferior ſcientia angelorū.

¶ 3 Præt. Quanto aliqua ſcientia eſt magis immaterialis, tanto eſt potior: ſed ſcientia angelorum eſt immaterialior, quàm ſcientia animæ Chriſti; quia anima Chriſti eſt actus corporis, & habet conuerſionem ad phantaſmata, quod de angelis dici non poteſt. ergo ſcientia angelorū eſt potior, quàm ſcientia Chriſti.

SED CONTRA eſt, ꝙ Apoſt. dicit Hebr. 2. Eum autem, qui modico quàm angeli minoratus eſt, videmus Ieſum propter paſſionem mortis, gloria & honore coronatū. Ex quo apparet, quòd propter ſolam paſſionem mortis dicatur Chriſtus ab angelis minoratus. nō ergo propter ſcientiam.

RESPON. Dicendum, quòd

---

ſunt phantaſmata, quæ non niſi reflexione, aut extenſione attinguntur ab intellectu.

¶ *Super Quæſtionis vndecimæ Articulum tertium.*

TItulus, vt ſonat, ſumendus eſt.

¶ In corpore vnica diſtinctio eſt bimembris, cum concluſionib' ſingulis, iuxta ſingula membra. Diſtinctio: ſcientia diſcurſiua ſeu collatiua dicitur dupliciter, vl' quo ad acquiſitionē, vel quo ad uſum. Prima concluſio eſt. Scientia infuſa animę Chriſti nō eſt collatiua ſecundū acquiſitionem. Probatur: quia fuit non per inueſtigationē acquiſita, ſed diuinitus indita. Secunda cōcluſio eſt. Scientia huiuſmodi potuit eſſe collatiua, quātū ad vſum. Probatur, quia poterat, vt ſibi placebat, vti illa, & manifeſtatur de facto in Chrī diſcurſu Matth. 17. Omnia clara ſunt in litera.

3. di. 14. ar. 3. q. 3. Et ver. q. 20. art. 3. ad 1.

*lib. 3. c. 14. nō procul a fin. & lib. 2. cap. 22.

q. præc. art. 2.

Ca. 7. inter prin. & medium.

¶ *Super Quæſtionis vndecimæ Articulum quartum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore articuli eſt vnica diſtinctio bimembris, cū ſingulis concluſionib'. Diſtinctio eſt: Scientia indita animæ Chriſti poteſt dupliciter conſiderari: primo ſecundū id, quod habuit ex cauſa influente: ſecundo ſecūdum id qđ habuit ex ſubiecto recipiēte. Prima concluſio eſt. Scientia indita animæ Chriſti eſt multo excellentior ſciētia angelorum, quantum ad id, quod ſe tenet ex parte dei influentis, quo ad duo, hoc eſt multitudinē cognitorum, & certitudinem cognitionis. Probatur, quia lumē ſpiritualis gratiæ inditum animæ Chriſti ē multo excellentius, quàm lumen naturaliter inditum naturæ angelicæ. Secunda concluſio eſt. Scientia indita animæ Chriſti, quantum ad id qđ ſe tenet ex parte ſubiecti recipientis, eſt infra ſcientiam angelicam. Manifeſtatur, quia modus cognoſcendi naturalis animæ humanæ eſt inferior angelico, ut patet ex collatione, & diſcurſu, & phantaſmate.

q. 5. ar. 3.

¶ Nota hic, ꝙ formalis differentia inter has duas conditiones ſcientiæ infuſæ animæ Chriſti, cōſiſtit in diuerſitate eius, qđ ſe tenet ex parte gratuiti influx', & eius quod ſe tenet ex parte ſubiecti. Et primus quidem effectus gratuiti influxus uidet lumen gratioſe inditum animę Chriſti, qđ extendens ſe, & ad tot & ad tam excelſam certitudinem parit duos hos effectus, hoc eſt ꝙ anima Chriſti p infuſam ſcientiā multo plura cognoſcit, quàm angeli (quia ſcit omnia creata, quæ quādoq; ſunt) & certius ſcit etiam illa, quorum cognitio cōmunis eſt ſibi & angelis. Primum autem conſequens ſubiectum recipiēs, eſt modus recipiendi ſciētiam, quia .ſ. recipit illā diuiſim, per ſpecies minus uniuerſales, quàm ſint ſpecies angelicæ: hoc. n. ex parte ſubiecti ſe tenet, vt in art. 6. huius q. patet, & hic effectus ac defectus eſt eſſentialis ſcientiæ infuſæ. Alij aūt effectus, ſ. conferre, diſcurrere & c. ſunt accidentales: quia poſſunt adeſſe & abeſſe huic ſciētię, & eius uſui. Verū, quia manifeſtiores ſunt iſti, & ille ſeruabatur 6. art. (ubi ex ꝓpoſito tractandus erat, tamq̄ proprias habēs difficultates) ideo Auctor horum in litera hac meminit, nō tāquàm in his cōſiſteret eſſentialis differentia, ſed tamē in iſtis ſat eſſet manifeſtare defectū ſcientiæ infuſæ ex parte ſubiecti. Et potes hos effectus collatiōes, diſcurſus & phan-

D. 14. 186.

Supr. q. 1. ar. 4. & 10. art. 6. ad & q. 34. ar. 4. c. & q. ar. 6. c. & di. 14. ar. q. 2. ad 1 ar. 2. q. & ar. 3. c. Et ver. 20. ar. & ar. 4 6. c. Et c. 12.



ſciētia indita animę Chriſti, poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo ſecundū illud, quod habuit á cauſa influēte. Alio modo ſecundum id, quod habuit ex ſubiecto recipiente: quantum igitur ad primū, ſcientia indita animæ Chriſti, fuit multo excellentior, q̃ angelorum ſcientia, & quantum ad multitudinem cognitorum, & quantū ad ſcientię certitudinem: quia lumen B ſpiritualis gratiæ, quod eſt inditū animæ Chriſti, eſt multo excellentius, q̃ lumen, qđ pertinet ad naturā angelicam. Quantum autem ad ſecundum, ſcientia indita animæ Chriſti, eſt infra ſcientiam angelicam, ſ. quantum ad modum cognoſcendi, qui eſt naturalis animę humanæ, qui ſcilicet eſt per conuerſionem ad phantaſmata, & per collationem & diſcurſum. Et per hoc, patet reſponſio ad obiecta.

### ARTICVLVS V.

*Vtrum hæc ſcientia fuerit habitualis.*

AD QVINTVM ſic ꝓceditur. Videtur ꝙ in Chriſto non fuerit habitualis ſcientia. Dictum eſt* enim, quòd animam Chriſti decuit maxima perfectio ſcientiæ: ſed maior eſt perfectio ſcientiæ exiſtentis in actu, quàm exiſtentis in potentia vel habitu. ergo conue- D niens fuiſſe videtur, quòd omnia ſciret in actu: non ergo habuit habitualem ſcientiam.

¶ 2 Præt. Cum habitus ordinetur ad actum, fruſtra videtur eſſe habitualis ſcientia, quæ numquàm in actu reducitur. Cum autem Chriſtus ſciuerit omnia, ſicut iam dictū eſt,* non potuiſſet actu omnia illa conſiderare, vnum poſt aliud cogitando: quia infinita nō eſt enumerando ptranſire. Fruſtra igitur fuiſſet in eo, quorundam ſcientia habitualis, qđ eſt inconueniens. Habuit ergo actualem ſcientiam omnium, quæ ſciuit, & nō habitualē.

¶ 3 Præt. Scientia habitualis eſt quædam perfectio ſcientis: perfectio autem eſt nobilior perfectibili. Si igitur in anima Chriſti fuiſſet aliquis habitus ſcientiæ creatus, B ſequeretur quòd aliquid creatum eſſet nobilius, quàm anima Chriſti. nō igitur in anima Chriſti fuit ſcientia habitualis.

SED CONTRA, Scientia Chriſti de qua nunc loquimur, vniuoca fuit ſcientiæ noſtræ: ſicut & anima eius fuit vnius ſpeciei cum anima noſtra: ſed ſcientia noſtra eſt in genere habitus. ergo & ſcientia Chriſti fuit habitualis.

RESPON. Dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt,* modus huius C ſcientiæ inditæ animæ Chriſti fuit conueniens ipſi ſubiecto recipienti: nam receptum eſt in recipiente per modum recipientis. Eſt autem hic modus cōnaturalis animæ humanæ, vt quandoq; ſit intelligens actu, quandoque in potentia: medium autem inter puram potentiam & actum completum, eſt habitus: eiuſdem autem generis eſt medium & extrema, & ſic patet D quòd modus connaturalis animæ humanæ eſt, vt recipiat ſcientiam per modū habitus: & ideo dicendum eſt, quòd ſcientia indita animæ Chriſti fuit habitualis, & poterat ea vti, quando volebat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in anima Chriſti fuit duplex cognitio, & vtraq; ſuo modo perfectiſſima. Vna quidem excedens modum naturæ humanæ, qua ſcilicet vidit Dei eſſentiam, & alia in

Ar. præced.

---

phantaſmatum eleuare, & dicere, licet actualiter diſcurſu aut A phantaſmate vti ſit accidentale ſcientiæ infuſæ, attamen ſcientia infuſa animæ Chriſti ex hoc ipſo, ꝙ apta nata eſt cōpati in ſuo vſu diſcurſum ac phantaſmata, manifeſtatur a poſteriori eſſentialiter cōſequente, inferior ſcīa angelica, quæ nec diſcurſum, nec phātaſma patiē, ſuo admiſceri vſui. Et ꝙ Auctor ab eſſentiali ꝓprietate in 2. ar. iam manifeſtata, declarauit intentum hic, a notioribus tradens doctrinā, reſeruans ꝓprio loco eſſentialē differentiā de particularitate ſpecierū.

¶ Circa doctrinā prędictā eſſent duo dubia ex Sco. in 3. ſen. diſt. 14. q. 4. Alterum de perfectione ſeu nobilitate ſpecierū infuſarū aīæ Chriſti: ſed qm̄ Auctor ad ſextū hoc differt articulum, ideo illic tractandum reſeruetur. Alterū de actualis ac intuitiuæ cognitionis perfectione, quā anima Chriſti habuit in ꝓprio genere, qđ hic tractandum eſt. Tenet ſiquidē, ꝙ aīa Chriſti imperfecti' quocumq; angelo intuitiue cognouerit in ꝓprio genere quicquid intueri vtrique datum eſt. Et ratio ſua eſt: quia obiectū idem reſpectu vtriuſque, & intellectus animæ Chriſti eſt imperfectior, q̃ intellectus angeli. Reprimēda vox, ponens os in cælum: ſed quia ex errore ī principijs procedit excuſanda venit: ꝓuenit. n. hic error ex illo falſo principio, Notitia intuitiua ī proprio genere non eſt per ſpecies, & rurſus, Ad hmōi notitiam cōcurrit ſolus intellectus cū obiecto. Primum. n. iam ex dictis patet eſſe falſum, ſecundū vero ex requiſito lumine infuſo ad cognitionem ſupernaturalem rerū in proprio genere, arguitur falſitatis. Et potes tu ex hoc lapſu arguere principia hæc eſſe falſa, vtpote deducentia ad infandam de Chriſti anima ſententiam: eſt namq; ſecundum gratuita dona animæ intellectiuæ, non minoratus ab angelis, ſed ſuper omnes angelos ſublimatus, cum non niſi paulominus, hoc eſt, ſecundum corporis paſſionem, vt exponit Apoſtolus ad Heb. 2. fuerit minoratus ab angelis. Cognoſcit ergo anima Chriſti tam abſtractiue, quàm intuitiue per infuſas ſpecies in proprio genere res longe perfectius, quàm quicumque angeli, & hoc excellentiori lumine gratuito ſibi collato, quàm ſit lumen naturale angelorum, vt in litera dicitur.

3. d. 14. ar. 1. q. 2. & 3. Et ver. q. 20 ar. 1.

*q. 9. art. 1.

q. 10. ar. 2.

¶ *Super Quæſtionis vndecimæ Articulum quintum.*

TItulus clarus eſt.

¶ In corpore articuli vnica eſt concluſio, Scientia indita A animæ Chriſti fuit habitualis. Probatur, Modus ſcientiæ inditæ animę Chriſti fuit cōueniens ſubiecto recipienti. ergo ſcientia indita animę Chriſti fuit habitualis. Antecedens probatur: quia receptum eſt in recipiente per modum recipientis. Conſequentia vero probatur: quia modus connaturalis animæ humanę eſt, vt recipiat ſcientiam per modum habitus. Probatur hoc. Modus cōnaturalis animæ humanæ eſt, vt quandoq; ſit intelligens actu & quandoque in potētia. ergo modus connaturalis eiuſdem eſt, vt quādoque ſit in habitu, quia medium inter puram potentiā, & actum completum eſt habitus, & medium eſt eiuſdē generis cū extremis, hoc eſt ſi extrema ſunt naturalia, mediū eſt naturale, & ſi extrema ſunt connaturalia, medium eſt cōnaturale: hoc. n. ad idēptitatē generis ſpectat: quia penes vnitatē ſubiecti communis extremis & medio attenditur gen'. Et ſicut eſt naturalis via inter extrema per medium, ita oportet eſſe cōnaturalem viā per medium in illo, cui vtrumque extremū eſt viciſſim connaturale, alioquin tranſitus de connaturali extremo ad aliud connaturale extremum, nō eſſet connaturalis, aut ſine medio, extremis nō habentibus medium, quorum vtrumque a naturæ ordine exorbitat.

¶ In reſponſione ad primum aduerte, ꝙ ideo cognitio animæ Chriſti, qua videt verbum, dicitur perfectiſſima ſimpliciter: quia tam negatiue, q̃ poſitiue ē perfectiſſima inter oēs creatas cognitiones. Eſt nāq; ita perfecta, ꝙ nulla eſt E perfectior ipſa, & ipſa eſt omni alia perfectior, quia non habet parem: ſcientia autem ipſius infuſa dicitur perfectiſſima, non ſimpliciter, quia neutro modo eſt perfectiſſima, ſed in genere, hoc eſt genere cognitionis rerum in proprio genere. In hoc ſiquidem genere eſt perfectiſſima, & negatiue, quia nulla ſciētia in proprio genere inuenitur perfectior illa, quæ data eſt animæ Chriſti, & poſitiue, quia ipſa eſt perfectior qualibet aliq ſcientia in proprio genere inuēta, tam in hominibus, quàm in angelis.

¶ In reſponſione ad ſecundum nota primo, ꝙ cum multipliciter potuiſſet argumēto ſecundo ſatisfieri, puta ex parte ipſius habitus, dicendo ꝙ licet nō poſſit tali modo, hoc eſt numerando vnum poſt aliud exire in actum cognitionis infinitorum, quæ habitualiter nouit, poteſt tn̄ exire in actum cognitionis eorundem alio modo. ſ. ſimul cognoſcēdo actu quæcumq; per vnam ſpeciem repræſentātur, ita ꝙ cognitio ſit ſucceſſiua quo ad numerū ſpecierū intelligibiliū, quæ ſunt finitæ, & non quo ad numerū ꝑ illas cognitorū, quæ ſunt infinita. Nec exigit ha-

bitualis cognitio infinitorum, vt poſſit exire in actum tali modo, ſcilicet numerando cognita vnum poſt aliud: quoniã non ſic eſt in potentia ad actũ conſumandum, ſed ad actus inconſumabiles. Maluit tamen Auctor alia via ſoluere, hoc eſt ex parte voluntatis, quæ eſt reductiua habitus de otio in operationẽ, & docere, ꝙ quia voluntas indeterminata ſe habet ad infinita, ad hoc deſeruit infinitas habitualiter cognitorũ, vt volũtas ad quodcumque infinitorũ maluerit habitu vtatur, quod non eſſet in poteſtate ſua, ſi habitualis cognitio ad infinita ſe non extenderet. Quo fit, vt nõ fruſtra ſit infinitas cognitorũ habitualiter, licet non omnia actualiter in vſum cognitionis veniãt, quia ad hoc eſt neceſſaria, vt ad quodcumque maluerit applicari poſſit habitus ꝓ loco, tempore, negotio, fine, & huiuſmodi.

¶ *Super Quæſtionis vndecimæ Articulum ſextum.*

Titulus clarus eſt. De ſcientia ſiquidẽ infuſa quæritur, an ſit infuſa Chriſto in vnica ſpecie ſeu habitu, an in diuerſis. Et eſt ratio dubij, excellentia magna talis ſciẽtiæ infuſæ animæ Chriſti.

¶ In corpore vnica eſt cõcluſio reſponſiua quæſito. Scientia indita aĩæ Chriſti fuit diſtincta ſecundũ diuerſos habitus. Probatur. Habitus ſcientię diuerſificatur in nobis ex diuerſitate generis ſcibilis, ſed reſpectu ſcientiæ inditæ animæ Chriſti inuenitur diuerſitas generis ſcibilis. ergo ſcientia indita animæ Chriſti diſtinguitur in diuerſos habitus. Maior probatur ex 1. Poſt. Minor quæ non niſi implicite ex litera habetur, hoc eſt in ſua probatione, probatur in litera ſic. Connaturale eſt animæ humanæ, vt recipiat ſpecies in minori vniuerſalitate, quã angeli, ita. ſ. ꝙ diuerſas naturas ſpecificas per diuerſas ſpecies intelligibiles cognoſcat. Sed ſcientia indita animę Chriſti habuit modum connaturalem animæ humanæ. ergo ſcientia indita animæ Chriſti eſt diſtincta per ſpecies intelligibiles ſecundum diuerſitatem naturarum ſpecificarũ. Hoc autem nihil aliud eſt, quàm ſcientiam talem reſpicere diuerſa genera ſcibilia: nam ſi diuerſificatur ſecundũ diuerſas naturas ſpecificas, multo magis diſtinguitur ſm̃ diuerſa genera ſcibilia, cũ minor ſit diſtinctio per genera ſcibilia, quàm per ſpecificas naturas: quoniam ſub vno genere ſcibili comprehenduntur multæ naturæ ſpecificæ, vt patet ex ſupra dictis.

¶ Et ſcito, ꝙ cum hic dicitur ſpecies intelligibiles oportere diuerſificari ſecundum diuerſas naturas ſpecificas, intelligendum eſt de naturis proprie, hoc eſt ſubſtantijs, nam per vnã & eandem ſpeciem infuſam intelligit anima Chriſti ſubſtantiam & proprietates accidentiaq; eius. Rurſus, non ita intelligas ſpecies intelligibiles infuſas dearticulari ad naturas ſpecificas, vt præciſe repręſentent eas & non principia indiuiduantia, vt faciunt ſpecies intelligibiles abſtractæ a phantaſmatibus, & quales fuerunt ſpecies infuſæ primo homini: quoniam ſpecies infuſæ animæ Chriſti, ſunt non per accidens, ſed ex ſuo genere infuſæ, & ita ad naturas ſubſtantiarum ſpecificas arctantur, vt ſimul indiuidua earum oſtendant diſtincte, alioquin aut nõ nouiſſet hac ſcientia omnia, aut infinitæ ſpecies ponerentur: quorum vtrumque eſſe falſum monſtratum eſt.

¶ Circa hanc doctrinam iunctã reſponſioni ad primum dubium ſuperius reſeruatum ex Sco. in 3. ſent. diſt. 14. q. vlt. volente, ꝙ ſpecies intelligibiles infuſæ animæ Chriſti fuerunt perfectiſſimæ: quia ſicut ponitur animæ Chriſti collatam eſſe gratiã ſummã poſſibilem creaturæ, ita probabile eſt infuſas eſſe ſibi ſpẽs pfectiſſimas, & nobiliſſimas, p quas perfectiſſime nouit habitualiter res cognitiõe abſtractiua. (3.di.14.a.3.q.3.)

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ proportionalis ſimilitudo aſſumpta eſt falſa. (p.p.q.55.ar.3.) Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, ꝙ dono gratiæ reſpõdet directe donum gloriæ, & conſequenter ſicut aĩæ Chriſti collata ponitur ſumma gratia, ita collata ẽ ſumma gloria, ad quam ſpectat cognitio beata, & non cognitio infuſa de qua eſt qõ. (2.2.q.4.ar.6.) Vnde, quia cognitio infuſa nõ reſpõdet gratiæ, cõſequẽs eſt, vt male aſſumpta ſit ſimilitudo ꝓportionalis, vt ſicut ponitur, ſummã habere gratiam, ita ponendum eſt habere ſummas ſpecies infuſas. Et ſi quærat, cur gratia, gloria, & viſio beata non modificantur & articulantur iuxta modũ naturalem animæ humanę, ſcientiam aũt infuſam modificari ponitur in litera ad naturalem modum animæ humanæ, & ideo ſpecies eius intelligibiles eſſe minus vniuerſales, ac p hoc minus perfectas, quàm ſpecies angelorum, reſpondendum eſt ex reſponſione ad primum in art. præced. ꝙ viſio beata, & hmõi, ſunt de ordine connaturalium ſoli diuinæ naturæ, ac per hoc ſuperexcedentiũ modũ cuiuſcumq; naturæ creatæ. Et propterea non articulantur aut modificantur ex modo naturali animæ vel angeli. Scientia aũt infuſa eſt de ordine cõnaturalium creaturis. ſ. angelis, & animabus noſtris in ſtatu ſeparationis, ac per hoc eſt de ordine proportionatorũ modo humanæ naturæ, & propterea merito ponitur ipſam modificari & de articulari, iuxta connaturalem modum humanæ naturæ, ac per hoc, vt in litera dicitur, ponitur, ſpecies ipſius eſſe minus vniuerſales & imperfectiores, q̃ ſint ſpecies angelicæ. Cum qua tñ imperfectione ſpecierũ ſtat, ꝙ ſcientia infuſa animæ Chriſti, quo ad euidentiam, certitudinẽ, multitudinemq; cognitorũ ſit perfectior ſciã angelica, pp excellentius lumen, vt prædictũ eſt.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem art. 6. nota, ꝙ ſicut Ariſtoteles poſuit, ad intellectionem noſtram concurrere tria. ſ. obiectum in ſua ſpecie intelligibili, & intellectum poſſibilẽ elicientam intellectionem, & lumen intellectus agentis, quo clarent immediate principia, & illis mediantibus reliqua (concurrere .n. intellectum agentem non ſolum ad generationem ſpecierũ intelligibiliũ, ſed ẽt ad faciẽdã euidẽtiã cognitorũ ex eo patet, ꝙ ipſe, vt inquit Auerrois in procemio de anima, eſt cã primarũ propoſitionum proculdubio quo ad euidentiam, & conſequenter reliquarum, mediantibus illis primis) ita proportionabiliter auctor ponens ſcientiam altioris ordinis in anima humana, poſuit ſpecies altioris ordinis & lumẽ altioris ordinis, ſub quo clare cognoſcantur ea, quæ per ſpecies infuſas repræſentãtur. et propterea vt in litera dicitur, illud lumen commune eſt omnibus reuelatis, ſicut lumẽ intellectus agentis: & eſt mediũ, ſub quo, ſpecies autem intelligibilis eſt medium in quo res repræſentantur.

ipſa, & hæc fuit perfectiſſima ſimpliciter, & talis cognitio non fuit habitualis, ſed actualis reſpectu omniũ, quæ hoc modo cognouit. Alia autem cognitio fuit in Chriſto ſecundum modum proportionatum humanæ naturæ, prout ſcilicet cognouit res per ſpecies ſibi diuinitus inditas, de qua cognitione nunc loquimur. Et hæc cognitio non fuit ſimpliciter perfectiſſima: ſed perfectiſſima in genere humanæ cognitionis: vnde non oportuit, ꝙ eſſet ſemper in actu.

Ad 2m dicendum, ꝙ habitus reducitur in actum ad imperium volũtatis: nam habitus eſt quo quis agit, cum voluerit. Voluntas autem indeterminate ſe habet ad infinita. Nec tamen hoc eſt fruſtra, licet non in omnia actualiter tendat, dummodo tendat actualiter in id, quod conuenit loco & tempori: & ideo etiam habitus non eſt fruſtra, licet non omnia reducantur in actum, quæ habitui ſubiacent, dũmodo reducatur in actũ id, quod congruit ad debitum finem voluntatis, ſecundum exigentiam negotiorum & temporis.

Ad 3m dicendum, quòd bonũ, ſicut & ens, dupliciter dicitur. Vno modo ſimpliciter, & ſic bonum & ens dicitur ſubſtantia, quę in ſuo eſſe & ſua bonitate ſubſiſtit. Alio modo dicitur ens & bonum ſecundum quid, & hoc modo dicitur ens & bonum accidẽs: non quia ipſum habeat eſſe & bonitatem, ſed quia eius ſubiectum eſt ens & bonum. Sic igitur ſcientia habitualis non eſt ſimpliciter melior, aut dignior, quàm anima Chriſti, ſed ſecundum quid, cum tota bonitas habitualis ſcientiæ cedat in bonitatem ſubiecti.

## Articvlvs VI.

*Vtrum hæc ſcientia fuerit diſtincta per diuerſos habitus.*

Ad sextvm ſic proceditur. Videtur quòd in anima Chriſti nõ fuerit niſi vnus habitus ſciẽtiæ. Quanto enim ſcientia eſt perfectior, tanto eſt magis vnita: vnde & angeli ſuperiores per formas magis vniuerſales cognoſcunt, vt in prima parte dictũ eſt: *ſed ſcientia Chriſti fuit perfectiſſima. ergo fuit maxime vna. Non ergo fuit diſtincta per plures habitus.

¶ 2 Præt. Fides noſtra deriuatur a ſciẽtia Chriſti: vnde dicitur Hebr. 12. Aſpicientes in auctorẽ fidei & cõſumatorem Ieſum: ſed vnus eſt habitus fidei de omnibus credibilibus, vt in 2. parte dictum eſt. *ergo multo magis in Chriſto nõ fuit niſi vnus habitus ſcientiæ.

¶ 3 Præt. Scientiæ diſtinguuntur ſecundum diuerſas rationes ſcibilium: ſed anima Chriſti omnia ſciuit ſecundum vnam rationem, ſcilicet ſecundum lumen diuinitus infuſum. ergo in Chriſto fuit tantum vnus habitus ſcientiæ.

Sed contra eſt, quòd Zach. 3. dicitur, ꝙ ſup lapidẽ vnũ, ideſt, Chriſtum ſunt ſeptem oculi: per oculum autem ſcientia intelligitur. ergo videtur, quòd in Chriſto fuerint plures habitus ſciẽtiæ.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt, *ſcientia indita animæ Chriſti, habuit modum connaturalem animæ humanæ. Eſt autẽ connaturale animæ humanæ, vt recipiat ſpecies in minori vniuerſalitate, quàm angeli, ita ſcilicet, quòd diuerſas naturas ſpecificas, per diuerſas ſpecies ĩtelligibiles cognoſcat. Ex hoc autem contingit, ꝙ in nobis ſint diuerſi habitus ſcientiarũ, quia ſunt diuerſa ſcibilium genera, inquantum ſcilicet ea, quæ reducũtur in vnum genus, eodem habitu ſcientiæ cognoſcuntur, ſicut dicitur in 1. Poſte. *quòd vna ſcientia eſt, quæ eſt vnius generis ſubiecti. Et ideo ſcientia indita animę Chriſti, fuit diſtincta ſecũdum diuerſos habitus.

Ad primvm ergo dicendũ, quòd ſicut ſupra dictũ eſt, *ſcientia animę Chriſti eſt perfectiſſima, & excedẽs angelorum ſcientiam, quantum ad id, quod conſideratur in ea ex parte dei influentis: eſt tamen infra ſcientiã angelicam, quãtum ad modum recipientis. Et ad huiuſmodi modũ pertinet, quòd ſcientia illa per multos habitus diſtinguatur, quaſi per ſpecies magis particulares exiſtens.

Ad 2m dicendum, quòd fides noſtra innititur primę veritati: & ideo Chriſtus eſt auctor fidei noſtræ ſecundum diuinam ſciẽtiam, quæ eſt ſimpliciter vna.

Ad 3m dicẽdum, quòd lumen diuinitus infuſum, eſt communis ratio intelligendi, quæ diuinitus reuelantur: ſicut & lumen intellectus agentis eorum, quæ naturaliter cognoſcuntur. Et ideo oportuit eſſe in anima Chriſti proprias ſpecies ſingularum rerum, ad cognoſcendum cognitione propria vnumquodque. Et ſecundum hoc oportuit eſſe diuerſos habitus ſcientiæ in anima Chr̃i, vt dictũ eſt*.



¶ *Super Quæſtionis duodecimæ Articulum primum.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore articuli vnica eſt cõcluſio reſponſiua quæſito: Anima Chriſti per ſcientiam acquiſitã ſciuit omnia illa, q̃ poſſunt per actionẽ intellectus agẽtis ſciri. Probatur ex proportionali ſimilitudine inter ſciẽtiam infuſam reſpectu intellectus poſſibilis, & acquiſitam, reſpectu intellectus agentis: nam ſicut illa ponitur propter perfectionem potẽtiæ intellectus poſſibilis, ita iſta propter conuenientiam potentiæ actiuæ intellectus agẽtis. Et ideo ſicut illa ſe extendit ad omnia, ad quæ ſe extẽdit poſſibilis intellectus potentia, ita iſta ad oĩa, quæ poteſt intellectus agens facere.

¶ In reſpõſione ad primum, & ſecundũ ſimul dubium ex Durando in 3. Sen. diſ. 14. q. 3. occurrit, arguẽte directe contra vtrãque reſponſionem. Primo, contra ſecundã dicens, quòd ex viſione corporũ cæleſtium nullus poteſt comprehendere virtutes eorum, ſed potius experiẽtia effectuum. Deinde contra primam dicens, quòd experiẽtia nõ parit ſciẽtiam niſi rerum expertarum, & conſimilium ſecundum ſpeciem: quoniam ſic ex multis ſẽſibus ſit memoria, & inde experimentũ, & inde vniuerſale, quòd eſt principium artis & ſcientiæ (vt dicitur in procemio Meta. 1.) nõ ergo ex quibuſdam expertis Chriſtus venit in notitiam omnium, vt in litera dicitur.

¶ Ad primum horum dicitur, quòd Durandus voluit eſſe cæcus: nã in litera nõ dicitur, ꝙ ex ſola viſione corporali corporũ cæleſtiũ Chriſtus comprehẽderit cæleſtia: ſed expreſſe præmittitur in hac ipſa reſponſione ad ſecundum ibi, Per modum prædictũ. ſ. per experientiam, & ſubditur ſtatim exẽplariter, Sicut videndo, &c. Eſt ergo ſermo literæ de viſione experimentali, & nõ de viſione abſolute.

¶ Ad ſecundum aũt dicitur, ꝙ connexio ſpecierum, cauſarũ, effectuum, & huiuſmodi, manifeſtat ꝙ experientia in quibuſdam, puta in calidis, generat nõ ſolum ſcientiam calidorum, ſed excellenti exiſtente ingenio, ex ſcientia calidorũ generatur ſciẽtia frigidorũ, & ex his mediorũ, & ex his omnibus elemẽtorum & miſtorum, & ex his ad cauſas aſcenditur ſuperiores. Quocirca, experientiam parere ſcientiã ſimilium tantum, poteſt intelligi dupliciter, ſcilicet, vel immediate, & ſic eſt verũ: vel quouis modo, & ſic eſt falſum, vt in litera hac dicitur. Scientia, inquit Auctor, rerum non ſolũ acquiri poteſt ex experientia ipſarum, ſed ex experientia quarundam aliarum. Et rõ aſſignat: quia ex virtute luminis põt homo ꝓcedere, &c.

¶ Et ſcito ꝙ tota difficultas nr̃a cõſiſtit in cõprehẽdẽdo ſubſtãtiã vnã inferiorẽ: qm̃ illa cõprehẽſa, facile reliquę cõprehẽdentur. Et ſimiliter in comprehẽdendo vnũ corpus cæleſte, vno. n. cõprehẽſo, facile oĩa cõprehenderentur ab excellẽtiſſimo ingenio quale fuit illud aĩæ Chr̃i, Nõ ẽ aũt impoſſibile tali ingenio cõprehẽdere vnũ corpus cęleſte, & unũ miſtũ perfectũ, puta hominẽ. nõ eſt igitur impoſſibile, ꝙ oĩa quæ poſsũt uirtute intellect⁹ agẽtis cognoſci cogno-

Ar.4.huius quæſt.

Li.1. Poſte. tex.43.to.1.

D.1116.

Ar.4.huius quæſt.

In corp. ar.

## QVÆSTIO XII.

*De ſcientia animæ Chriſti acquiſita, in quatuor articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandũ eſt de ſcientia aĩæ Chriſti acquiſita vel experimẽtali.

### Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum ſecundum hanc ſcientiam cognouerit omnia.

¶ Secundo, Vtrum in hac ſcientia profecerit.

¶ Tertio, Vtrum aliquid ab homine didicerit.

¶ Quarto, Vtrum acceperit aliquid ab angelis.

## Articvlvs I.

*Vtrum ſecundum hanc ſcientiam Chriſtus cognouerit omnia.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd ſecundum hanc ſcientiam Chriſtus non omnia cognouerit. Huiuſmodi enim ſcientia per experientiam acquiritur: ſed Chriſtus non omnia expertus eſt. non igitur omnia ſecũdum hanc ſcientiam ſciuit.

¶ 2 Præt. Homo ſcientiam per ſenſum acquirit: ſed non omnia ſenſibilia ſenſibus corporalibus Chriſti fuerunt ſubiecta. non igitur ſecundum hanc ſcientiam omnia cognouit Chriſtus.

¶ 3 Præt. Quantitas ſcientiæ attenditur ſecundum ſcibilia. Si igitur ſecundum hanc ſciẽtiam Chriſtus omnia ſciuiſſet, eſſet in eo ſcientia acquiſita æqualis ſcientiæ infuſæ, & ſcientiæ beatæ, quod eſt inconueniens. non ergo ſecundum hãc ſcientiam Chriſtus omnia ſciuit.

Sed contra eſt, quod nihil imperfectũ fuit in Chriſto quãtum ad animam. Fuiſſet autem imperfecta hæc eius ſcientia, ſi ſecundum eam nõ ſciuiſſet omnia: quia imperfectum eſt, cui poteſt fieri additio. Ergo ſecundum hanc ſcientiam Chriſtus omnia ſciuit.

Respon. Dicendum, quòd ſcientia acquiſita ponitur in anima Chriſti (vt ſupra dictum eſt *) propter cõuenientiam intellectus agentis, ne eius actio ſit otioſa, quæ facit intelligibilia in actu: ſicut & ſcientia indita vel infuſa ponitur in anima Chriſti ad pfectionẽ intellectus poſſibilis. Sicut aũt intellect⁹ poſſibilis eſt, quo eſt oĩa fieri, ita intellectus agẽs eſt, quo eſt oĩa facere: vt dr̃ in 3. de aĩa. * Et iõ ſicut p ſciam inditã ſciuit aĩa Chr̃i oĩa illa, ad quæ intellectus poſsibilis eſt quocunq; mõ in potẽtia, ita

Q.9. ar.4.

Li.3. de anima tex.18. to.2.

cognouerit per inuentionem.

D.1118. ¶ At ſi quis dixerit, ſenſibus Chriſti omnia ſīgularia opportuna ad perfectam per inuētionē ſcientiam omnium naturali ratione cognoſcibilium oblata eſſe angelorum miniſterio ſupplente, nō aberraret: quoniam ſi (Euāgeliſta teſtante) eſurienti Chriſto angeli cibum corporalem miniſtrauerunt, Matth. 4. multo magis rationabile eſt, vt indigenti Chriſto ſpirituali cibo ſcientiæ acquiſitæ miniſtrauerint angeli ſīgularia opportuna, ex quibus ipſe ſuo ingenio ad inueniret ſcientiā. Hoc enim nullum incōueniens habet annexū, nec eſt miraculum voluntarie fictum, ſed ſuper ſimili & minus neceſſario expreſſo i Euāgelio fundatum, & propterea vt rationabile amplectendum eſt. Incorp. ar.

¶ *Super Quæſtionis duodecimæ Articulum ſecundum.*

Titulūs clarus eſt.

¶ In corpore articuli tria fiunt. Primo, ponitur diſtinctio bimembris. Duplex eſt profectus ſcientiæ, alter ſecundum ipſius eſſentiam, alter ſecundum effectum. Secundo reſpondetur quæſito, iuxta ſecundū mēbrū, Chriſtus profecit ſecundum effectum in ſcientia gratia, ſicut & ætate. Probaẗ: quia iuxta ætatis augumētum maiora opera faciebat, quæ maiorem ſcientiam & gratiā demonſtrabant. Tertio reſpondetur quæſito iuxta primum membrum, quo ad quadruplicē Chriſti ſcientiam, ſ. infuſam, beatam, diuinam, & acquiſitā. Et de tribus primis quidem negatiue, ſcilicet quòd Chriſtus non profecit. De acquiſita vero recitatur prius aliorū & ſua olim opinio, ꝙ non eſt augmentata ſecundū ſe, ſed

D.1217. In corp. ar. & q. præc. & q. 9. ar. 3. & 4.

Sup. q. 7. a. 12. ad 3. & inf. ar. 3. ad 3. & q. 15. art. 8. & 3. di. 13. lit. in fi. & di. 14. ar. 3. q. 5. & ver. q. 20. arti 6. ad 3. & op. 3. c. 223 & Io. 1. lec. 23. fi. & Hebræ. 5.

†Ar. præc.

*lib. 3. c. 21. Ortho. fid. paulo a pricip.

per ſcientiam acquiſitā ſciuit omnia illa, quę poſſunt ſciri per actionem intellectus agentis.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ ſcientia rerū acquiri poteſt non ſolum per experientiam ipſarum, ſed etiam per experientiā quarundam aliarum rerum, cum ex virtute luminis intellectus agentis poſſit homo procedere ad intelligendum effectus per cauſas, & cauſas per effectus, & ſimilia per ſimilia, & contraria per contraria. Sic igitur licet Chriſtus nō fuerit omnia expertus: ex his tamen, quæ expertus eſt, in omniū deuenit notitiā.

G

Ad 2ᵐ dicendum, ꝙ licet ſenſibus corporalibus Chriſti non fuerint ſubiecta omnia ſenſibilia: fuerunt tamen ſenſibus eius ſubiecta aliqua ſenſibilia, ex quibus pp excellentiſſimam vim rationis eius potuit in aliorum notitiam deuenire per modum prædictum:* ſicut videndo corpora cæleſtia, potuit comprehendere eorum virtutes & effectus, quos habēt in iſtis inferioribus, qui eius ſenſibus nō ſubiacebant. Et eadem ratione ex quibuſcumque alijs, in aliorum notitiam deuenire potuit.

H

Ad 3ᵐ dicendum, quòd ſecundum iſtam ſcientiam anima Chriſti nō ſimpliciter cognouit omnia; ſed illa omnia, quæ per lumen intellectus agentis homini ſunt cognoſcibilia. Vnde per hanc ſcientiam non cognouit eſſentiam ſubſtantiarum ſeparatarū, nec etiā ſingularia præterita, præſentia, & futura, quæ tñ cognouit per ſcientiā inditam, vt ſupra dictum eſt.*

I

## Articvlvs II.

*Vtrum Chriſtus in hac ſcientia profecerit.*

Ad secvndvm ſic ꝓceditur. Videtur quòd ſecundum hāc ſcientiam Chriſtus nō profecerit. Sicut. n. ſecundum ſcientiam beatitudinis & ſecundum ſcientiam infuſam Chriſtus cognouit omnia, ita & ſecundū hāc ſcientiā acquiſitam, vt ex dictis patet: † ſed ſecundum illas ſcientias non profecit. ergo nec ſcundum iſtam.

K

¶ 2 Præt. Proficere eſt imperfecti: quia pfectū additionē nō recipit: ſed in Chriſto nō eſt ponere ſciam imperfectam. ergo ſecundū hanc ſcientiam Chriſtus non profecit.

¶ 3 Præt. Damaſ. dicit.* Qui proficere dicūt Chriſtum ſapientia & & gratia, vt additamentum ſenſus ſuſcipientem, non venerantur

F vnionem, quæ eſt ſecundum hypoſtaſim: ſed impium eſt, illam vnionem non venerari. ergo impium eſt dicere, quòd ſcientia eius additamentum acceperit.

Sed contra eſt, quòd dicitur Luc. 2. quòd Ieſus proficiebat ſapientia & ætate & gratia, apud Deū & homines. Et Ambr. † dicit ꝙ proficiebat ſecundum ſapientiā humanam. Humana autem ſapientia eſt, quæ humano modo acquiritur, ſcilicet per lumen intellectus agentis. ergo Chriſtus ſecundum hanc ſcientiam profecit.

†Lib. de incar. domini ſacr. circa med.

Respon. Dicendum, quòd duplex eſt profectus ſciētiæ. Vnus quidem ſecūdum eſſentiam, prout ſcilicet ipſe habitus ſcientiæ augetur. Alius autem ſecundum effectum, puta ſi aliquis ſecundum eundem & æqualem ſcientiæ habitum, primo minora alijs demonſtret, & poſtea maiora & ſubtiliora. Hoc autem ſecundo modo manifeſtum eſt, quòd Chriſtus in ſcientia & gratia profecit, ſicut & in ætate: quia ſcilicet ſecundum augmentum ætatis opera maiora faciebat, quæ ſcilicet maiorem ſcientiam & gratiam demonſtrabant: ſed quantū ad ipſum habitum ſcientiæ, manifeſtum eſt quòd habitus ſcientiæ infuſæ in eo non eſt augmentatus, cum a principio plenarie fuerit ſibi omnium ſcientia infuſa, & multo minus ſcientia beata in eo augeri potuit. De ſcientia enim diuina quòd nō poſſit augeri, ſupra in prima parte dictum eſt.* Si igitur præter habitum ſcientiæ infuſum, non ſit in anima Chriſti aliquis habitus ſcientiæ acquiſitæ (vt quibuſdam videtur, † & mihi aliquando viſum eſt) nulla ſcientia in Chriſto augmentata fuit ſecundum eſſentiam, ſed ſolum per experientiam, ideſt, conuerſionem ſpecierum intelligibilium inditarum ad phantaſmata. Et ſecundū hoc dicunt, quòd ſcientia Chriſti profecit ſecundum experientiam, conuertendo ſcilicet ſpecies intelligibiles inditas ad ea, quę de nouo per ſenſum accepit: ſed quia incōueniēs videtur, quòd aliqua naturalis actio intelligibilis, Chriſto deeſſet, cum extrahere ſpecies intelligibiles a phantaſmatibus, ſit quædam naturalis actio hominis ſecundum intellectum agentem, conueniens videtur hanc etiam actionem in Chriſto ponere. Et ex hoc ſequitur, quòd in anima Chriſti aliquis habitus ſcientiæ fuerit, qui per huiuſmodi abſtractionem ſpecierum potuerit augmentari, ex hoc ſcilicet, quòd intellectus agens poſt primas ſpecies intelligibiles abſtractas a phantaſmatibus poterat etiam alias & alias abſtrahere.

p. p. q. 14. artic. 15.

† 3. ſent. d. 14. q. 1. a. 3.

D.1131.

D.1135.

Ad primvm ergo dicendum, quòd tam ſcientia infuſa animæ Chriſti, quàm ſciētia beata, fuit effectus agentis infinitæ virtutis, qui poteſt ſimul totum operari, & ita in neutra ſcientia Chriſtus profecit, ſed a principio eam perfectam habuit: ſed ſcientia acquiſita cauſatur ab intellectu agente, qui non ſimul totum operatur, ſed ſucceſſiue: & ideo ſecundū hanc ſcientiam Chriſtus non a principio ſciuit omnia, ſed paulatim, & poſt aliquod tempus, ſcilicet in perfecta ętate, quod patet ex hoc, quòd Euangeliſta ſimul dicit eum profeciſſe ſcientia & ætate.

¶ *Super Quæſtionis duodecimæ Articulum ſecundum* (continued): ſecundum experientiā, hoc eſt conuerſionem ſeu applicationē illius ad phantaſmata, quæ ex ſenſibus & experiētijs ab extra veniebant. Deinde repetiẗ propria nunc opinio, quòd acquiſita ſecundum eſſentiam aucta fuit: quia inconueniens videtur, deeſſe Chriſto aliquam intelligibilem actionem. Vbi nota & modeſtiam auctoris, quòd opinantis perſonam induit, dum ait, inconueniens videtur, & explanationem ſupra dictorum de operatione intellectus agentis, quòd ſcilicet de principali illius operatione, cuius priuatione otioſus ſeu fruſtra poneretur, fuit ſermo.

AD



Ad 2ᵐ dicendum, quòd hæc etiam ſcientia ſemper fuit perfecta ſecundum tempus: licet non ſemper fuerit perfecta ſimpliciter & ſecundum naturam: & ideo potuit habere augmentum.

Lib. 3. c. 21

Ad 3ᵐ dicendum, quòd verbum Damaſc.* intelligitur quantum ad illos, qui dicunt ſimpliciter fuiſſe factam additionem ſcientię Chriſti, ſcilicet ſecundum quamcumque eius ſcientiam, & præcipue ſecundum infuſam, quæ cauſatur in anima Chriſti ex vnione ad verbum: non autem intelligitur de augmento ſcientiæ, quæ ex naturali agente cauſatur.

## Articvlvs III.

*Vtrum Chriſtus aliquid ab homine didicerit.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtꝰ aliquid ab hominibus didicerit. Dicitur enim Luc. 2. quòd inuenerūt eum in templo in medio doctorum interrogantem illos & reſpondentem, interrogare vero & reſpondere eſt addiſcentis. ergo Chriſtus aliquid didicit ab hominibus.

¶ 2 Præt. Acquirere ſcientiam ab homine docente, videtur eſſe nobilius, q̄ acquirere a rebus ſenſibilibus: quia in anima hominis docētis ſunt ſpecies intelligibiles in actu, in rebus autem ſenſibilibus ſunt ſpecies intelligibiles ſolum in potentia: ſed Chriſtus accipiebat ſcientiā experimentalem ex rebus ſenſibilibus, vt dictum eſt.* ergo multo magis poterat accipere ſcientiam addiſcendo ab hominibus. Ar. præced.

¶ 3 Præt. Chriſtus ſecundum ſcientiam experimentalem nō omnia a principio ſciuit, ſed in ea profecit, vt dictum eſt:* ſed quilibet audiens ſermonem ſignificatiuum alicuius, poteſt addiſcere quod neſcit. ergo Chriſtus potuit ab hominibus aliqua addiſcere, quæ ſecundum hanc ſcientiam neſciebat. Ar. præced.

Sed contra eſt, quòd dicitur Iſa. 55. Ecce teſtem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus: præceptoris autem non eſt doceri, ſed docere. ergo Chriſtus non accepit aliquam ſcientiam per doctrinam alicuius hominis.

Respon. Dicendum, ꝙ in quolibet genere id, qđ eſt primum mouens, non mouetur ſecundum illam ſpeciem motus: ſicut primum alterans non alteratur. Chriſtus autem conſtitutus eſt a Deo caput eccleſiæ, quinimmo omnium hominum, vt ſupra dictum eſt,* vt non ſolum omnes per ipſum gratiam acciperent: ſed etiam vt omnes ab eo doctrinam veritatis reciperent. Vnde ipſe dicit Ioan. 18. In hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati: & ideo non fuit conueniens eius dignitati, vt a quocumque homine doceretur. q. 8. art. 3.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ſicut Orig.* dicit ſuper Luc. Dominus interrogabat, nō vt aliquid addiſceret: ſed vt interrogatus erudiret. Ex vno quippe doctrinæ fonte manat & interrogare & reſpondere ſapienter. Vnde & ibidem in Euangelio ſequitur, quòd ſtupebant omnes, qui eū audiebant, ſuper prudentia, & reſponſis eius. Hom. 19. in Lu. tom. 2.

Ad 2ᵐ dicendum, ꝙ ille qui addiſcit ab homine, non accipit immediate ſcientiam a ſpeciebus intelligibilibus, quæ ſunt in mente ipſius, ſed mediantibus vocibus ſenſibilibus, tamquā ſignis intelligibiliū conceptionum. Sicut aūt voces ab homine formatæ ſunt ſigna intellectualis ſcientiæ ipſius, ita creaturæ a Deo conditæ ſunt ſigna ſapientiæ eius. Vnde dicitur Eccl. 1. Quòd Deus effudit ſapientiam ſuper omnia opera ſua. Sicut igitur dignius eſt doceri a Deo, quàm ab homine, ita dignius eſt accipere ſcientiam per ſenſibiles creaturas, quàm per hominis doctrinam.

A

Ad 3ᵐ dicendum, ꝙ Ieſus proficiebat in ſcientia experimentali, ſicut & in ætate, vt dictum eſt.* Sicut autē ætas opportuna requiritur ad hoc, ꝙ homo accipiat ſcientiā per inuentionem, ita etiam ad hoc, quòd accipiat ſcientiam per diſciplinam. Dominus autem nihil fecit quod nō congrueret eius ætati: & ideo audiendis doctrinæ ſermonibus, non accommodauit auditum niſi illo tempore, quo poterat etiam per viam experientiæ talem ſcientiæ gradum attigiſſe. Vnde Greg.* dicit ſuper Ezech. Duodecimo anno ætatis ſuæ interrogare dignatus eſt homines in terra: quia iuxta rationis vſum doctrinæ ſermo non ſuppetit niſi in ætate perfecta. Ar. præced.

B

Hom. 2. parū a princ.

¶ *Super Quæſtionis duodecimæ Articulum tertium.*

Titulus clarus. ¶ In corpore articuli vna eſt cōcluſio reſponſiua quæſito negatiue, Chriſtus nihil ab homine didicit. Probatur. Primū mouens in quolibet genere, nō mouetur illa ſpecie motus: Chriſtus eſt primus doctor hominū omnium. ergo nō docetur ab aliquo homine. Maior manifeſtatur in primo alterante. Minor auctoritate domini. Ioan. 18.

## Articvlvs IIII.

*Vtrum Chriſtus aliquid acceperit ab angelis.*

C

Ad qvartvm ſic ꝓceditur. Videtur ꝙ Chriſtus ab angelis ſcientiam acceperit. Dicitur enim Luc. 22. quòd apparuit Chriſto angelus de cælo, cōfortans eum: ſed confortatio fit per verba confortatoria docentis, ſecundum illud Iob 4. Ecce docuiſti plurimos, & manus laſſas roboraſti, vacillantes cōfirmauerunt ſermones tui. ergo Chriſtus ab angelis edoctus eſt.

¶ 2 Præt. Diony.* dicit 4. cæl. hier. Video enim quòd & ipſe Ieſus, ſuper cæleſtium ſubſtantiarū ſuperſubſtantialis ſubſtātia, ad noſtram intranſmutabiliter veniens, obediēter ſubijcitur patris & Dei per angelos formationibus. Videtur igitur quòd ipſe Chriſtus ordinationi legis diuinę ſubijci voluerit, per quam homines mediantibus angelis erudiuntur.

D

¶ 3 Præt. Sicut corpus humanum naturali ordine ſubijcitur corporibus cæleſtibus, ita etiā humana mens angelicis mentibus: ſed corpus Chriſti ſubiectum fuit impreſſionibus cæleſtium corporum: paſſus eſt enim calorem æſtate, & in hyeme frigus, ſicut & alias humanas paſſiones. ergo etiā eius mens humana ſubiacebat illuminationibus ſupercæleſtium ſpirituum.

E

Sed contra eſt, quòd Dionyſ.* dicit 7. cap. cæl. hierar. ꝙ ſupremi angeli ad ipſum Ieſum quęſtionem faciunt, diuinique illius operis, & pro nobis aſſumptę carnis ſcientiam diſcunt, & eos ipſe

¶ *Super Quæſtionis duodecimæ Articulum quartum.*

Titulus clarus. ¶ In corpore artic. primo ponitur diſtinctio de duplici modo, quo anima nāta eſt ſciētia perfici: ſecundo reſpondetur quæſito. Quo ad primum dicitur, quòd anima dupliter nata eſt ſcientia perfici, vel ex ſenſibilibus, vel ex ſubſtantijs immaterialibꝰ. Et manifeſtatur diſtinctio: quia eſt media inter ſubſtātias ſeparatas & corporales. Quo ad ſecundū reſpondetur duabus cōcluſionibus, iuxta dictos duos modos. Prima eſt, Anima Chriſti perfecta eſt, ſciētia experimentali ex ſenſibilibꝰ, abſq; angelico lumine. Probatur, quia ſufficit ad hanc lumen intellectus agentis. Secunda eſt, Anima Chriſti perfecta eſt ex impreſſione ſuperiori, quo ad ſcientiā infuſam a deo immediate. Probatur. Sicut anima illa ſupra cōmunem creaturę modū vnita eſt verbo in vnitate perſonæ, ita ſupra communem hominum modum immediate a deo repleta eſt ſcientia.

¶ Et ſcito, quòd hęc ratio non ſolum eſt ſimilitudinis proportionalis, ſed etiā eſt redditiua veræ cauſæ,

Infra q. 30. ar. 2. ad 1. & 3. di. 13. q. 2. art. 2. q. 1. & di. 14. ar. 3. q. 6.

Cap. 4. non procul a fi. cap.

Cap. 7. poſt med. illius.

eiusſ, quare anima Chriſti immediate repleta eſt ſcientia infuſa a deo. Indignum quippe fuiſſet, vt aſſumpta anima in fontẽ ſapientiæ, vnde angeli ſapiunt, non ex ipſo fonte, ſed ex medijs riuulis deriuatis ad angelos perfunderetur. Conſonat autẽ valde, vt ſicut in vnione creaturæ limites ſunt exceſſi, ita in perfectione non creaturæ, ſed humanę naturę limes excedatur.

Q.xiiii.

¶In reſponſione ad primum, nota quòd confortationẽ Chriſti ab angelo fuiſſe teſtificationis naturæ humanæ, nõ auffert quin fuerit indigentiæ, non vt egeret inſtrui ab angelo: ſed quia egeret exteriori ac ſenſibili propoſitione obiecti ſeruatiui inferioris partis, ne plus cruciatus propaſſionis procederet.

¶Ad cuius euidentiam oportet nunc ſupponere ex Damaſceno, quòd in Chriſto non fuit redundantia inferiorum virium in ſuperiores, aut econuerſo, ſed quicumque permiſſum eſt agere quod ſuum erat, propter quòd cruciatus propaſſionis Chriſti fuit valde magnus, vt ſãguis decurrens in terram teſtať. Et quia pars ſuperior non redundabat ĩ inferiorem, proceſſiſſet ſuapte natura in tantum cruciat⁹ ille, vt motum & ſenſum abſtuliſſet a corpore Chriſti: aut valde impediſſet, ſed prouidẽtia diuina ſuppletum eſt per exterius cõfortatiuum, acſi homo aliquis confortaſſet eum, ita quòd, ſicut tentatus fuit a diabolo exterius proponendo obiecta inuitantia ad malũ, ita confortatus eſt ab angelo exterius proponente obiecta conſolatoria, quæ naturaliter nata ſunt ꝓpoſita, confortare vires ac corpus. Vt ſic quaſi frenum ex ſenſibiliter propoſitis, cruciatui ꝓpaſ-

Lib.2.ca.8. tom.3.

Li.6.ſ Luc. c.92. ſecundũ ord. Bedę, ante medium, to.2.

q.14.ar.1.

Ieſus ſine medio docet. Non eſt autem eiuſdem docere & doceri. ergo Chriſtus non accepit ſcientiam ab angelis.

Respon. Dicendum, quòd ſicut anima humana media eſt inter ſpirituales ſubſtantias & res corporales, ita duobus modis nata eſt perfici. Vno quidẽ modo, per ſcientiam acceptam ex rebus ſenſibilibus: alio modo, per ſcientiam inditam, ſiue impreſſam ex illuminatione ſpiritualium ſubſtãtiarum. Vtroq; autem modo anima Chriſti fuit pfecta: ex ſenſibilibus quidem ſecundum ſcientiam experimentalem,[d] ad quam quidem nõ requiritur lumen angelicum, ſed ſufficit lumen intellectus agentis, ex impreſſione vero ſuperiori ſecũdum ſcientiam infuſam, quam eſt immediate adeptus a deo. Sicut enim ſupra communem modum creaturæ anima illa vnita eſt verbo in vnitate perſonæ, ita ſupra communem modum hominum, immediate ab ipſo dei verbo repleta eſt ſcientia & gratia. Nõ aũt mediantibus angelis, qui ẽt ex influentia verbi, rerũ ſcientiam in ſui principio acceperunt, ſicut in 2. ſuper Gen. ad literã Aug.* dicit.

Ad primvm ergo dicendum, quòd illa confortatio angeli non fuit per modum inſtructionis, ſed ad demonſtrandam proprietatem humanæ naturæ. Vnde Beda dicit ſup Luc.* *In documento vtriuſque naturæ, & angeli ei miniſtraſſe, & eum confortaſſe dicuntur.* Creator enim creaturæ ſuæ non eguit præſidio: ſed homo factus, ſicut propter nos triſtis eſt, ita propter nos confortatur, vt ſcilicet in nobis fides incarnationis ipſius confirmetur.

Ad 2m dicendum, quòd Dion. dicit Chriſtum fuiſſe formationibus angelicis ſubiectum, non ratione ſuiipſius, ſed ratione eorũ, quę circa eius incarnationem agebantur, & circa miniſtrationem eius ĩ infantili ætate conſtituti. Vnde ibidem ſubdit, quòd per medios angelos nuntiatur Ioſeph a patre diſpẽſata Ieſu ad Aegyptum receſſio, & rurſum ad Iudæam de Aegypto traductio.

Ad 3m dicendum, ꝙ filius dei aſſumpſit corpus paſſibile, vt infra dicetur,* ſed animam perfectã ſcientia & gratia: & ideo corpus eius conuenienter fuit ſubiectum impreſſioni cæleſtium corporum: anima vero eius non fuit ſubiecta impreſſioni cæleſtium ſpirituum.

## QVAESTIO XIII.

*De potentia animæ Chriſti, in quatuor articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandum eſt de potentia animæ Chriſti.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primo, Vtrum habuerit omnipotentiam ſimpliciter.

¶Secundo, Vtrum habuerit omnipotentiam reſpectu immutationis creaturarum.

¶Tertio, Vtrum habuerit omnipotẽtiã reſpectu proprij corporis.

¶Quarto, Vtrum habuerit omnipotentiam reſpectu executionis ſuæ voluntatis.

### Articvlvs primvs.

*Vtrum anima Chriſti habuerit omnipotentiam ſimpliciter.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd anima Chriſti habuerit omnipotentiam. Dicit enim Ambro.* ſuper Luc. Potentiam, quam dei filius naturaliter habet, homo erat ex tempore accepturus: ſed hoc præcipue videť eſſe ſecundum animam, quæ eſt potior pars hominis. Cum ergo filius Dei ab æterno omnipotentiam hebuerit, videtur quòd anima Chriſti ex tempore omnipotentiam acceperit.

¶2 Præt. Sicut potentia Dei eſt infinita, ita etiam & eius ſcientia: ſed anima Chriſti habet omnium ſcientiã, quæ ſcit Deus, quodammodo, vt ſupra dictum eſt.† ergo etiam habet omnium potentiam, & ita eſt omnipotens.

¶3 Præt. Anima Chriſti habet omnem ſcientiam: ſed ſcientiarũ quædam eſt practica, quædam ſpeculatiua. ergo habet eorum, quę ſcit, ſcientiam practicã, vt ſcilicet ſciat facere ea, quæ ſcit. Et ſic videtur, quòd omnia facere poſſit.

Sed contra, Illud, quod eſt proprium Dei, non poteſt alicui creaturæ cõuenire: ſed proprium eſt Dei eſſe omnipotentem, ſecundũ illud Exod. 15. Iſte Deus meus, & glorificabo eum. Et poſtea ſubditur, Omnipotens nomen eius. ergo anima Chriſti, cum ſit creatura, non habet omnipotentiam.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt,* in myſterio incarnationis, ita facta eſt vnio in

ſionis appoſitum ſit ab extra, vt ſic inferior pars habuerit etiam in confortatione quod ſuum erat ab extra. Et hoc maxime monſtrat veritatẽ ac proprietatem humanæ naturæ in Chriſto.

¶ *Super Quæſtionis tertiædecimæ Articulum primum.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore vnica eſt concluſio reſponſiua quęſito. Impoſſibile eſt aĩæ Chriſti conuenire omnipotentiam. Probatur: In myſterio incarnationis vnio facta eſt in perſona, remanente diſtinctione naturarum, hoc eſt utraque natura retinente quod ſibi proprium eſt. ergo diuina natura retinuit ſibi omnipotentiã. ergo impoſſibile eſt animæ Chriſti conuenire omnipotententiam. Prima conſequẽtia probatur: quia omnipotentia eſt, vt proprietas cõſequenter ſe habẽs ad naturam diuinam. Quod probatur. Potentia actiua cuiuſlibet rei ſequitur formam ipſius. ergo ſequitur cuiuſque naturam. ergo potentia actiua reſpectu omniũ, quæ poſſunt habere rationem entis conſequitur naturam diuinam. ergo omnipotentia conſequitur diuinam naturã. Antecedens huius proſyllogiſmi probatur, quia forma eſt principium agendi. Prima vero conſequentia: quia natura aut eſt ipſa forma, aut cõſtituitur per formam. Secũda autem & probatur a priori, quia natura diuina eſt ipſum, incircumſcriptũ: & a ſimilibus, quia quælibet alia res habet potẽtiam actiuam reſpectu eorum, ad quæ ſe extendit perfectio ſuæ naturæ: ſicut calidũ ad calefaciendum. Tertia deinde conſequentia, per ſe nota ex terminis eſt. Secunda autem cõſequentia principa-

Inf.3.ar.huius q. & q. 21.ar.1.ad 1.& 1.di.14 q.1.ar.1.ad 2.&3.& d. 14.art.4.

*Gloſ. ord. id habet et Amb. Luc. 1. ſuper illd, Hic erit magnus.

†q.10.ar.1.

q.2.ar.1.& 2.



*lis probatur:* quia anima Chriſti eſt ps humanæ naturę nõ diuinæ.

¶Aduerte hic, ꝙ qualiter omnipotẽtia ſequatur eſſe ipſum in ſe ſubſiſtẽs, ac per hoc illimitatum & infinitũ ſupponimus ex doctrina Primi libri notũ. Illa autem propoſitio, Quælibet res habet potentiam actiuam reſpectu eorũ, ad quæ ſe extendit ſuæ naturæ perfectio, cum grano ſalis ſumẽda eſt, hoc eſt, vt intelligatur ĩ genere rerum actiuarum. Quod dico ꝓpter formas, quæ non ſunt ex ſuo genere actiuæ, vt quãtitas, & relatio.

¶ In reſpõſione ad tertium, aduerte, ꝙ Auctor hic corrigit loquẽdi modum de ſciẽtia animæ Chriſti reſpectu omniũ, quæ a deo fiunt. In tertio namque ſen. diſt. 14. art. vlti. ad ſecundum, vocauerat practicam ſcientiã, quã hic probat non eſſe practicam, quia non eſt factiua. Et tu doctrinam hanc ſequeris.

* c.5. ante med.

D. 944.

perſona, quòd tamen remanſit diſtinctio naturarum, vtraque ſcilicet natura retinente id, quod ſibi eſt proprium. Potentia autem actiua cuiuslibet rei, ſequitur formã ipſius, quę eſt principium agendi. Forma autem vel eſt ipſa natura rei, ſicut in ſimplicibus, vel eſt conſtituens ipſam rei naturam, in his ſcilicet, quæ ſunt compoſita ex materia & forma. Vnde manifeſtum eſt, quòd potentia actiua cuiuslibet rei, conſequitur naturam ipſius. Et per hunc modum, omnipotentia conſequenter ſe habet ad diuinam naturam: quia enim natura diuina eſt ipſum eſſe dei incircũſcriptum (vt patet per Dion.* 5. c. de Diui. no.) inde eſt, quòd habet potentiam actiuam reſpectu omnium, quæ poſſunt habere rationem entis, quod eſt habere omnipotentiam: ſicut & quælibet alia res habet potentiam actiuam reſpectu eorum, ad quæ ſe extendit perfectio ſuæ naturæ, ſicut calidũ ad calefaciendum. Cum igitur anima Chriſti ſit pars humanę naturę, impoſſibile[d] eſt, quòd omnipotentiam habeat.

Ad primvm ergo dicendum, quòd homo accepit ex tempore omnipotentiam, quam filius dei habuit ab æterno, per ipſam vnionem perſonæ, ex qua factum eſt, vt ſicut homo dicitur deus, ita dicatur omnipotens, non quaſi ſit alia omnipotentia hominis, quàm filij dei, ſicut nec alia deitas: ſed eo quòd eſt vna perſona dei, & hominis.

Ad 2m dicendum, ꝙ alia ratio eſt de ſcientia & de potentia actiua, ſicut quidam dicunt. Nam potentia actiua conſequitur ipſam naturam rei, eo quòd actio conſideratur vt egrediens ab agente. Scientia autem non ſemper habetur per ipſam eſſentiam ſcientis, ſed poteſt haberi per aſſimilationem ſcientis ad res ſcitas, ſecundum ſimilitudines ſuſceptas: ſed hæc ratio non videtur ſufficere: quia ſicut aliquis poteſt cognoſcere per ſimilitudinem ſuſceptam ab alio, ita etiam poteſt agere per formam ab alio ſuſceptã: ſicut aqua vel ferrum calefacit per calorem ſuſceptum ab igne. Non ergo per hoc prohibetur, quin ſicut anima Chriſti per ſimilitudines omnium rerum ſibi a deo inditas, poteſt omnia cognoſcere, ita per eaſdem ſimilitudines poſſit ea facere. Eſt igitur vlterius conſiderandum, quòd id quod a ſuperiori natura in inferiori recipitur, habetur per inferiorem modum: non enim calor in eadem pfectione & virtute recipitur ab aqua, qua eſt in igne. quia igitur anima Chriſti inferioris naturæ eſt, quàm natura diuina, ſimilitudines rerum nõ recipiuntur in ipſa anima Chriſti ſecundum eandem perfectionem & virtutem, ſecundum quam ſunt in natura diuina. Et inde eſt, quòd ſcientia animæ Chriſti eſt inferior ſcientia diuina, quantum ad modum cognoſcendi, quia deus pfectius cognoſcit res, quàm anima Chriſti, & quantum etiam ad numerum ſcitorum: quia anima Chriſti non cognoſcit omnia, quæ deus poteſt facere, quæ tamen deus cognoſcit ſciẽtia ſimplicis intelligentiæ, licet cognoſcat omnia præſentia, præterita & futura, quæ deus cognoſcit ſcientia viſionis. Et ſimiliter ſimilitudines rerum animæ Chriſti inditæ, non adæquant virtutem diuinam in agendo, vt ſcilicet poſſint omnia agere, quæ deus poteſt, vel etiam eo modo agere, ſicut deus agit, qui agit infinita virtute, cuius creatura non eſt capax. Nulla autem res eſt, ad cuius cognitionem aliqualiter habendam requiratur virtus infinita, licet aliquis modus cognoſcendi ſit virtutis infinitæ, quædam tamen ſunt quæ non poſſunt fieri, niſi a virtute infinita, ſicut creatio, & alia huiuſmodi, vt patet ex his, quæ in prima parte dicta ſunt.* et ideo anima Chriſti, quę cum ſit creatura, eſt virtutis finitæ, poteſt quidem omnia cognoſcere, ſed non per omnem modum: non autem poteſt omnia facere, quod pertinet ad rationem omnipotentiæ: Et inter cetera manifeſtum eſt, quòd non poteſt creare ſeipſam.

*P.p.q.45.

Ad 3m dicendum, quòd anima Chriſti habuit & ſcientiam practicam & ſpeculatiuam: non tamen oportet, quòd omnium illorum habeat ſcientiam practicam, quorum habuit ſcientiam ſpeculatiuam. Ad ſcientiam enim ſpeculatiuam habendam, ſufficit ſola conformitas vel aſſimilatio ſcientis ad rem ſcitam: ad ſcientiam autem practicam requiritur, quòd formæ rerum, quæ ſunt in intellectu, ſint factiuę. Plus autem eſt habere formam, & imprimere formam habitam in alterum, quàm ſolum habere formam: ſicut plus eſt lucere & illuminare, quàm ſolum lucere. Et inde eſt, quòd anima Chriſti habet quidem ſpeculatiuam ſcientiam creandi (ſcit enim qualiter deus creat) ſed non habet huius rei ſcientiam practicam: quia non habet ſcientiam creationis factiuam.

### Articvlvs II.

*Vtrum anima Chriſti habuerit omnipotentiam reſpectu immutationis creaturarum.*

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur quòd anima Chriſti habeat omnipotentiam reſpectu immutationis creaturarũ. Dicit enim ipſe Matth. vltim. Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra: ſed nomine Cæli & terræ intelligitur omnis creatura, vt patet cum dicitur Gen. 1. In principio creauit deus cęlum & terram. ergo videtur quòd anima Chriſti habeat omnipotentiam reſpectu immutationis creaturarum.

¶2 Præt. Anima Chriſti eſt perfectior qualibet creatura: ſed quælibet creatura poteſt moueri ab aliqua creatura: dicit enim Aug.* in 3. de Tri. quòd ſicut corpora craſſiora & inferiora, per ſubtiliora & potentiora quodam ordine reguntur, ita omnia corpora per ſpiritum vitę rationalem, & ſpiritus vitæ rationalis deſertor, atque peccator, per ſpiritum vitæ rationalem, pium & iuſtum. Anima autẽ Chriſti etiam ipſos ſupremos ſpi-

¶ *Super Quæſtionis tertiædecime Articulum ſecundum.*

Titulus, vt ſonat, intelligendus eſt.

¶ In corpore tria fiunt. Primo ponũtur duæ diſtinctiones: ſecundo ponũtur tres concluſiones: tertio ex dictis concluſionibus reſpondetur quæſito negatiue. Quo ad primum, ponitur diſtinctio trimẽbris. Trãſmutatiões sũt triplices, quædam naturales, quædam miraculoſæ, quædã ſecundum vertibilitatem in nihil. Altera diſtinctio eſt bimembris. Anima Chriſti ſumitur dupliciter: vel ſecundũ propriam virtutem ſiue naturalem, ſiue gratuitam, vel ſecũdũ quòd eſt inſtrumentum verbi dei. Quo ad ſecundum prima cõcluſio eſt: Anima Chriſti ſecũdum propriam virtutem habuit potẽtiam ad illos effe-

* lib.3.c.4. nõ procul a princip. tom.3.

ctu

ctus faciendum, qui ſunt animæ conuenientes. Hæc concluſio non probatur, ſed manifeſtatur quo ad effectus tres, hoc eſt gubernationem corporis, diſpoſitionem humanorum actuum, & illuminationem omnium per gratiam & ſcientiam. Secunda concluſio eſt: Anima Chriſti, vt eſt inſtrumentum verbi ſibi perſonaliter vniti, habuit inſtrumentalem virtutem ad omnes immutationes miraculoſas ordinabiles ad incarnationis finem. Et hæc quoque cõcluſio non aliter probatur: ſed manifeſtatur declarando incarnationis finem eſſe inſtaurare omnia, ſiue quæ in cælis, ſiue q̃ in terris ſunt, quòd conſumabitur, cum noua fient omnia, & Deus erit omnia in omnibus. Tertia cõcluſio eſt, ſolus deus poteſt creaturas in nihilũ redigere. Probatur: quia ſolus põt creare & conſeruare: immutatio autem in nihil reſpõdet creationi ex nihilo. Principalis cõcluſio eſt: Anima Chriſti non habet omnipotentiam reſpectu ĩmutationis creaturarum. Et relinquitur clara, tãquàm conſequens ex antedictis concluſionib'.

* ca.7. poſt med.

*Per totam epiſt.

D.219. ¶ Et ſcito, quòd primæ duæ concluſiones intelligũtur cũ præciſione aliorum, puta quòd ſecundũ propriam virtutem habuit tantum potentiam ad gubernandum, &c. & ſimiliter vt inſtrumentum verbi, habuit potẽtiam ad illa tantum, & non ad annihilandum, aut creandum. Nec hunc ſenſum oportet probare: quia diſtinctio ipſa in litera facta probat, & in litera huius quæſtionis clare habetur, vt patet intuenti. Sed ſi quæritur, quare Auctor non probauit primas concluſiones, reſpondeatur, ꝙ prima ex natura animæ, & ex dictis de gratia Chriſti, quòd eſt caput hominum, & Angelorum, &c. per ſe nota relicta eſt. Secunda autem ſufficiẽter probata eſt ex fine monſtrato: quia inſtrumẽtum ductiuum debet eſſe ad finem, commenſuratumq; illi, vt inſtrumentum tamẽ. Vnde ex hoc ipſo, quòd anima Chriſti eſt inſtrumentum proprium verbi incarnati, & finis incarnationis eſt inſtauratio omnium, habetur ſtatim, quòd anima Chriſti inſtrumentaliter põt ad omnia miracula opportuna ad inſtaurationem omnium.

¶ Nota diligentiſſime, vt ex doctrina præſentis articuli diſcernas in ſpeciali, quid ſub quoque membro contineatur, vt inde ſcias quid cadit ſub inſtrumentali Chriſti potentia. Dico autẽ hoc ſpecialiter, primo propter infuſionem gratiæ gratum faciẽtis, quàm membra Eccleſiæ habere a Chriſto capite effectiue inſtrumentaliter Auctor ſuperius dixit. Et hinc apparet non cõprehendi ſub mutationibus, quæ conueniunt creaturæ, ſecundum vertibilitatem in nihil: quoniam cum peccator perdit gratiam, conſtat gratiam non annihilari, cum deus numquam aliquid annihilet. Et conſequenter patet, quòd gratiam pœnitẽti concedere, non eſt creare, proprie loquendo. Et ſimiliter deum conſeruare gratiam in anima, non eſt conſeruare continuans creationem, de quo dicitur, quòd omnia in nihilum redigerentur, niſi ea manus omnipotentis conſeruaret. Hæc enim tria, ſcilicet creatio, conſeruatio, & annihilatio ſibiinuicem ita reſpondent, vt creationi ac conſeruationi non opponatur niſi annihilatio, & econtra. Clauditur ergo infuſio gratiæ ſub genere miraculoſarum mutationum, quamuis non ſit proprie miraculoſa: quia eſt ſecundum ordinarium curſum ordinis ſupernaturalis ad patriam cæleſtem. Secundo dico hoc propter

ritus mouet, illuminando eos, vt dicit Diony. 7.* c. Cæl. hier. ergo videtur, quòd anima Chriſti habeat omnipotentiam reſpectu immutationis creaturarum.

§ 3 Præt. Anima Chriſti habuit pleniſſime gratiam miraculorum ſeu virtutum, ſicut & ceteras gratias: ſed omnis immutatio creaturæ poteſt ad gratiam miraculorum pertinere, cum etiam miraculoſe cæleſtia corpora a ſuo ordine immutata fuerint, ſicut Diony. probat in Epiſt.* ad Polycarpum. ergo anima Chriſti habuit omnipotentiam reſpectu immutationis creaturarum.

Sed contra eſt, ꝙ eiuſdem eſt tranſmutare creaturas, cuius eſt eas conſeruare: ſed hoc eſt ſolius dei, ſecundum illud Heb. 1. Portans omnia verbo virtutis ſuę. ergo ſolius dei eſt habere omnipotentiam reſpectu ĩmutationis creaturarum. Non ergo hoc conuenit animę Chriſti.

Respon. Dicendum, quòd hic duplici diſtinctione eſt opus, quarum prima eſt ex parte tranſmutationis creaturarum, quæ[d] triplex eſt. Vna quidem eſt naturalis, quæ ſcilicet fit a proprio agente

F tranſubſtãtiationem panis in corpus Chriſti, quoniã hoc quoque ſub genere eodem continetur, ſcilicet immutationum miraculoſarum, & non ſub mutatione creationis. Quod ex eo patet, quòd creatio eſt ex nihilo, tranſubſtantiatio autem eſt ex pane, creatio facit totum nouum, tranſubſtantiatio transfert quod erat in aliud præexiſtens. Vnde & ſancti Patres, & ſpecialiter Ambroſius arguit tranſubſtantiationem poſſibilem ex creatione, tãquam magis difficili, dicens, Sermo Chriſti, qui potuit ex nihilo facere q̃d non erat, multo magis facere poteſt vt ſit, q̃d erat, in aliud tranſmutatum, vt patet de conſe. diſt. 2. ca. panis, & ca. reuera. Et hæc notata ſint, vt aduertat lector hæc poſſe fieri a deo mediantibus inſtrumentis, & nõ ſolum immediate: ſicut etiam fieri poteſt reſurrectio mortuorũ, & ponit duo corpora in eodẽ loco, & quicquid eiuſmodi eſt: quamuis requirat infinitam virtutem in agente principali.

¶ Circa doctrinam præſentis articuli dubium occurrit, pro quanto ponit ĩ anima Chriſti virtutem inſtrumentalẽ ad omnia miracula. Eſt autem ratio dubij: quia vel Auctor intelligit de cauſa inſtrumentali proprie, vel large pro cauſa, ſine qua non. Si proprie, obſtat tunc doctrina Auctoris, & Durandi. Nam Auctor ſuperius in prima parte, quæſtio. 45. art. 5. docet inſtrumentum oportere, ſecundũ id, quod eſt ſibi proprium, aliquid operari diſpoſitiue ad effectum principalis agentis, conſtat autem ꝙ anima Chriſti nihil operatur faciens ad effectum miraculi: puta cum dixit, Lazare veni foras, intellectio, volitio, imaginatio, vox cum clamore nullum effectum ex proprijs habuerunt circa cadauer, aut animam Lazari: ſed deitatis virtute anima reunita eſt corpori concurrentibus illis actibus humanis Chriſti vt medio, ſeu cauſa ſine qua non, & ſic de alijs. Et confirmatur: quia in 3. ſent. diſt. 16 quæſtio. 1. arti 3. Auctor dicit, ꝙ nec Angelo, nec animę Chriſti impreſſa eſt aliqua virtus ſpiritualis ad facienda miracula, niſi per modum orationis aut interceſſionis. Durandus quoque in 3. ſenten. diſt. 14. quæſt. vlti. probare nititur, quòd humanitas Chriſti faciebat miracula, nulla virtute ſupernaturali inhærente animæ aut corpori Chriſti, ſed ſola diuina virtute aſſiſtente ſibi: quia miracula faciebat Chriſtus ad teſtificandam deitatem, ſicut defectus ſubiicit ad teſtificandam ſuam humanitatem, & propterea ſicut defectus omnes ſunt humanitatis, ita miracula omnia ſunt diuinitatis. Si vero large ſumitur inſtrumentum, tunc obuiat litera præſens, attribuendo animæ Chriſti vt inſtrumẽto verbi, operationem omnium mutationum, tam naturalium quàm miraculoſarũ, & reſeruãdo ſoli deo mutationes annihilationis & creationis. Nam large de inſtrumento loquendo, poteſt oratione aut interceſſione ſimili modo concurrere anima Chriſti ad creationem aut annihilationem, ſicut concurrit ad miracula. Obuiat quoque doctrina Auctoris in quęſtio. de Pot. quæſt. 6. articu. 4. dicentis, Angelos & homines non ſolum oratione, ſed ex poteſtate quandoque miracula facere, iuxta doctrinam Gregorij. Et declarat poteſtatem illam eſſe per modum intentionis, ſeu motus in ipſis angelis ſeu hominibus ſanctis.

D. 314 | 680.

¶ Ad euidentiam horum, ſciendum eſt ſecundum Auctoris doctrinam indubitatum eſſe, quòd anima Chriſti inſtrumentaliter

G ſecundum ordinem naturę. Alia vero eſt miraculoſa, quæ fit ab agẽte ſupernaturali, ſupra cõſuetum ordinem & curſum naturæ: ſicut reſuſcitatio mortuorum. Tertia autem eſt, ſecundum quòd omnis creatura vertibilis eſt in nihil. Secunda autem diſtinctio eſt accipiẽda ex parte animę Chriſti, quæ dupliciter conſiderari poteſt. Vno modo ſecundum propriam naturam & virtutem, alio modo prout eſt inſtrumentum verbi Dei, ſibi perſonaliter vniti. ſi ergo loquamur de anima Chriſti, ſecundum propriam naturam & virtutem, ſiue naturalem, ſiue gratuitam, potentiam habuit ad illos effectus faciendos, qui ſunt animæ conuenientes: puta ad gubernandum

H corpus, & ad diſponendos humanos actus, & etiam ad illuminandum per gratię, & ſcientiæ plenitudinem, omnes creaturas rationales ab eius perfectione deficientes, per modum, quo hoc eſt conueniens creaturę rationali: ſi autẽ loquamur de anima Chriſti ſecundum quòd eſt inſtrumentum verbi ſibi vniti, ſic habuit inſtrumentalem virtutem ad[d] omnes immutationes miraculoſas faciẽdas, or-



A taliter non abuſiue, ſed proprie loquendo de inſtrumento, cõcurrit ad miracula faciendum. Hoc autem quid ſit, & qualiter fiat, accipi poteſt ex ipſa ratione agendi inſtrumenti. Inſtrumẽtum ſiquidem habet duplicem actionem, ſ. propriam & inſtrumentalem, vt ſcindere eſt propria operatio ſerrę: facere vero ſedem ſecando, eſt ipſius operatio inſtrumentalis, & calefacere eſt propria operatio caloris, augere vero animal eſt inſtrumẽtalis illius operatio. Et ſicut inſtrumenti eſt operatio duplex, ita etiã eſt duplex quo operatur. Alterum ſibi proprium, vt dentatura ferrea, & acuta ſerra, qũa ſcindit, & ipſa natura caloris, qua calidum calefacit. Alterum a principali agente participatum, quo extenditur, & facere dicitur principalem effectum. Et hoc eſt motus ipſe, quo inſtrumentum mouetur a principali agẽte, vt teſtatur Auctor inferius qõ. 62. art. 1. dicens, Cauſa inſtrumentalis non agit per virtutẽ ſuæ formæ: ſed ſolum p modum, quo mouetur a principali agente. Qui quidem motus vocatur virtus inſtrumentalis quandoque, & quandoque virtus intentionalis, & virtus ſpiritualis quandoque, eo quòd eſt motus rei, quæ aſſumitur in inſtrumentum: & ideo motus & conſtituit ipſum in eſſe factiuo, & ideo vis ſeu virtus. Vnde etiam cum lapidem baculo moueo, baculus ex hoc ipſo ꝙ vtor eo, fit & eſt motor effectiue lapidis. Et quia diminuta quædam mediatio eſt inter principale agens & effectum, deferens principale agens ad effectum, ideo intentionalis: & quia inſenſibilis eſt, & ad ſpiritualem quandoque effectum, ideo ſpiritualis. Et eſt ſermo de illo inſtrumẽti motu, quo mouetur ab agente principali vt ſic: quod vt clarius intelligas, conſidera in inſtrumentis artium duplicem potentiam, alteram ad motum localem, alteram ad cooperandum arti, exequendo operationem ipſius artis. Verbi gratia, inſtrumenta artis muſicæ ſunt in potentia, vt moueantur contactu digitorum, & ſunt in potentia vt muſicam ſonent. Et conſtat ꝙ de prima potentia reduci poſſunt ad actum a quocumque ſine arte potente illa commouere: ſed de ſecũda potentia, non niſi ab arte reduci poſſunt ad actum. Cum autem mouere nihil aliud ſit, quàm educere de potentia ad actum, & moueri ſit educi de potentia ad actum, clare conſtat ꝙ inſtrumentum tunc mouetur a principali agente, cum educitur de ſecunda potentia ad actum, cũ ſit cooperans ipſi principali agenti, cum ſit exequens operationem principalis agentis, quod fit per hoc, ꝙ principale agens vt ſic, vtitur illo ad opus ipſius principalis agentis: puta cum ars muſica vtitur inſtrumento muſico ad ſonum muſicum. Ipſe enim vſus eſt quidam ingręſſus artis in inſtrumenta, eſt quædam actuatio inſtrumentorum. Et propterea oportet certæ artis certa eſſe inſtrumenta: numquam enim muſica ingredietur inſtrumenta artis ſutoris, aut econuerſo. Et propterea habet rationem vis & virtutis & intentionis artis, & ad genus eius reducitur. Ex quibus ad propoſitũ aſcendendo dicimuſ, quòd Deus omnipotens, qui poteſt ſine cauſis ſecũdis cooperantibus effectiue miracula facere, dignatur quandoque illa efficere per cauſas ſecundas non dando illis virtutes aliquas naturales, aut gratuitas permanentes: ſed vtendo illis inſtrumentaliter ad opera miraculoſa, ita quòd ex hoc ipſo, ꝙ deus vtitur aliqua re, vt inſtrumento ad opus miraculoſum, eleuatur res illa in ordinem cauſæ inſtrumentalis, & ipſe paſſiuus vſus, quo deus illa vtitur ad hoc opus, eſt motus quo a principali agente inſtrumentum mouetur. Et ex hoc ipſo eſt vis actuatiua atq; conſtitutiua ipſius ineſſe inſtrumenti, ac per hoc ineſſe cauſæ effectiue inſtrumẽtaliter operis miraculoſi: reducitur enim res illa de potentia obedientiali ad actum, cum de non

D. 896.

* ſuper illud Matt. 28. data eſt mihi omnis poteſtas, tom. 9

dinabiles ad incarnationis finem, qui eſt inſtaurare omnia, ſiue quæ in cælis, ſiue quæ in terris ſunt. Immutationes vero creaturarum, ſecundum quòd ſunt vertibiles in nihil, correſpondent creationi rerum, prout ſcilicet producuntur ex nihilo. Et ideo, ſicut ſolꝰ[d] deus

B poteſt creare, ita ſolus poteſt creaturas in nihilum redigere, qui etiã ſolus eas in eſſe conſeruat, ne in nihilum decidant. ſic ergo dicendum eſt, quòd anima Chriſti non habet omnipotentiam reſpectu ĩmutationis creaturarum.

Ad primum ergo dicendũ, quòd ſicut Hiero.* dicit, Illi poteſtas data eſt, qui paulo ante crucifixus, qui ſepultus in tumulo, qui poſtea reſurrexit, ideſt Chriſto, ſecundum quòd homo. Dicitur autem ſibi omnis poteſtas data, ratio

C ne vnionis, per quam factum eſt, vt homo eſſet omnipotens, vt ſupra dictum eſt. † Et quamuis hoc ante reſurrectionem innotuerit angelis, poſt reſurrectionem tamen innotuit omnibus hominibꝰ, vt Remigius dicit. Tunc autem dicuntur res fieri, quando innoteſcunt: & ideo poſt reſurrectionẽ dicit dominus ſibi datam omnem poteſtatem in cælo & in terra.

Ad 2[m] dicendum, ꝙ licet omnis creatura ſit mutabilis ab alia creatura præter ſupremum Angelum, qui[d] tamen poteſt illuminari ab anima Chriſti, non tamen immutatio omnis, quæ poteſt fieri circa creaturam, poteſt fieri a creatura: ſed quædam immutationes poſſunt fieri a ſolo deo. Quæcũq; tamen immutationes poſſunt fieri per creaturas, poſſunt etiam fieri per animam Chriſti, ſecundum quòd eſt inſtrumentum verbi, nõ autem ſecundum propriam naturam & virtutem: quia quædã hu-

† art. præ. ad 1.

D. 152.

instrumento fit inſtrumentum, quod fieri conſtat ex hoc ſolo, quòd deus vtitur illa inſtrumentaliter ad opus miraculoſum. Quod non eſſe impoſſibile conſtat: cum nulla ſit ratio impoſſibilitatis, & quandoque de facto ſic fuiſſe Gregorij auctoritate patet in 2. Dialog. ponentis, Sanctos ex poteſtate quandoque miracula facere. Et vere decet diuinam liberalitatem eleuare etiã in hoc quoſdam amicos ſuos, vt etiam coeffectores miraculorũ efficiat, & non ſolum benemeritos aut interceſſores. Et quia omnipotentia non eſt alligata certis inſtrumẽtis, locis, aut propinquitatibus, ideo nõ refert, qualis re vtatur deus inſtrumentaliter ad quodcumque miraculum: nam ſicut poteſt ſine inſtrumento opus illud perficere, ita poteſt non ſolum efficere per inſtrumentum, ſed per quodcumque, & vbicumque exiſtat, & quantumcumque diſtet. Neque enim minuitur aut arctatur omnipotentia diuina ad limites inſtrumẽti, quod aſſumit, ſed inſtrumentum eleuatur ad omnipotentiæ exequutionem in tali miraculo, ad quod efficiendum ordinatur ab ipſa. Et propterea Auctor in Secunda Secundę, qõ. 178. articulo primo ad primum de his loquẽs, dicit, ꝙ deus vtitur inſtrumentaliter interiori actu hominis, vel eius loquutione, vel actu exteriori, vel cõtactu alicuius corporis etiam mortui. Quamuis ergo tunc minus perſpicaciter textum illum expoſuerim: non enim illuxerat mihi quod modo trado. Et quoniã homo Chriſtus Ieſus plenitudinem omnium gratiarum habuit, conſequens eſt vt anima ſua quatenus diuini verbi inſtrumentum, non qualecumque ſed coniunctum, omnia poſſit miraculoſa opera efficere. Nec opus eſt quærere alium modum,

D aut quid, & qualiter, niſi quòd verbum vtetur inſtrumentaliter anima ſeu humanitate coniũcta ſibi ad opera miraculoſa. Applicando enim dicta ad verbum & humanitatem Chriſti, perſpicies quæ dicimus, quæ in hac litera ab Auctore tradunť.

¶ Dicendum eſt ergo ad quæſtionem, ꝙ de inſtrumento proprie loquitur Auctor & hic & in Secunda Secundæ, loco allegato, & in Prima parte. Et ad obiectionem ex doctrina Primæ partis reſpondetur, quòd ad inſtrumentum exigitur, quòd habeat propriam operationẽ vltra illam, quam participat a principali agente, & quod operatio propria ſit præſuppoſita operationi participatæ, ita quòd prius intelligatur propria operatio terminari ad illud, in quod tenditur quàm operatio participata ſicut præſuppoſitum prius intelligitur, quàm iunctum illi. Et huiuſmodi præuiam operationẽ appellauit Auctor operari diſpoſitiue, non quòd oporteat illam operationem proprie diſponere. Nec hanc ego fingo gloſſam: ſed ex ipſo Auctore inferius in qõ. 62. accepi, Vbi baptiſmum inſtrumentalem cauſam

E ponens, expreſſe docet ſufficere, vt aqua ſecundum propriam operationem corpus tangat, diluendo ad hoc, vt participata operatione animam abluat. Et hoc ſufficit propoſito & intento in prima parte: quia per hoc concluditur, efficaciter, ꝙ nulla creatura poteſt inſtrumentaliter creare: quia nulla poteſt propriam operationem præuiam creationi circa creandum, ponere, cum nihil ſit, vt ibi dicitur, In propoſito autem cum deus vtitur creatura aliqua inſtrumentaliter ad opus miraculoſum, opus proprium illius creaturæ ſe habet vt præuium operi miraculoſo: quia ſe habet vt præſentans ſeu deferens diuinum imperium ad creaturam, in qua fit opus miraculoſum, vt Auctor docuit in loco allegato in quæſtio. de Potentia. Et hoc eſſe verum, ex eo coniicere potes, quia hinc vtriuſque difficultatis ſolutio habetur, hoc eſt, quare operari miracula per modũ meriti ſeu interceſſionis, & ex poteſtate ſeu inſtrumentaliter diſtinguuntur, etiam ſi ſolus actus interior inſtrumentum ponatur,

natur, & quare opus creationis inter miraculoſa non computatur, Prima ſiquidem quæſtio ſoluitur ex hoc, quòd tam meritum quàm oratio, vt ſic præcedit actionem diuinam ad miraculum, actus vero quicumque etiam interior, etiam ipſa oratio, non vt oratio, ſed vt inſtrumentum dei, ſequitur diuinā actionem, vt illius executio, ita quòd ex hoc ipſo quòd deus eleuat illum in ſuum inſtrumentum ad op⁹ miraculoſum, fit exequutorius di- (*P.2.q.111 art.1.) uini imperij, tamquàm deferens (vt dictū eſt) illud creaturæ, in qua miraculum fit.

¶ Quādo igitur ſanctorum actus aut opera ſolum meritorie, aut interceſſorie ſe habent ad miracula, tunc dicuntur facere miracula impetrando q̄ deus per ſeipſum facit. Quādo vero actus aliquis ſe habet vt exequens diuinum imperium (cui omnia obediunt) tunc dicunt operari miracula ex poteſtate, inſtrumentali tn̄, vt Auctor declarauit.

¶ Secundæ autem quæſtionis ſolutio ex hoc habet: quia delatio imperij non poteſt fieri ad nihil, oportet enim ens eſſe ad quod executiue delatio imperij fit: ad nihil nāque nihil poteſt deportari.

(*Lib.3.orth.fid.c.20 & 23.) ¶ Ad id vero quod ex 3. ſentē. affertur, dici poteſt, vel quòd Auctor doctior ſeipſo correxit illud: vel quòd ſub modo interceſſionis vel orationis comprehendit etiam modum inſtrumentalē: quia conueniunt in hoc generali modo, ꝙ non ſunt de genere permanentium, ſed conſiſtentiū in motu. Et per hæc patet intellectus infinitorum dictorum de inſtrumentali efficientia attributa humanitati Chriſti vel paſſioni, vel ſacramentis Eccleſiæ, & alijs huiuſmodi.

¶ In reſpōſione ad ſecundum eiuſdem ſecundi articuli 13. quæſtio. aduerte ꝙ hic Auctor aſſertiue dicit, animam Chriſti vt inſtrumētum verbi, poſſe in omnes mutatiōes, quás quæcumque creaturæ poſſunt facere, quod in 3. Sen- F ten, non niſi credendo dixit.

¶ In reſponſione ad tertium memento, gratiam Chriſti eſſe nō ſolum ſingularem, ſed capitalem, ita quòd homini illi vt vniuerſali capiti conuenit. Ac per hoc gratia miraculorum, vt vniuerſali inſtrumento confertur duplici vniuerſalitate, hoc eſt vniuerſalitate miraculorum, quia poterat omnia miracula inſtrumentaliter efficere, & vniuerſalitate generationis ſibi ſimilium, participatiue tamē: quia poterat inſtrumentaliter efficere alios homines cooperatores miraculorum, ex poteſtate inſtrumentali quóq; participata, vt euangelico teſtimonio in litera allato probat. Nam ſicut verbum poteſt vti humanitate ſibi iuncta, ad faciendum miracula, ita & eadem ratione poteſt illa vti ad communicandū alijs poteſtatem faciendi miracula. Eſt ſiquidem huiuſmodi communicatio miraculum quoddam, cōprehenſum ſub vniuerſalitate miraculorum.

iuſmodi immutationum non pertinent ad animam, neque quātum ad ordinem naturæ, neque quantum ad ordinem gratiæ.

Ad 3^m dicendum, quòd (ſicut dictum eſt * in Secunda parte) gratia virtutum ſeu miraculorum datur animæ alicuius ſancti, non vt propria virtute ei conueniat miracula facere, ſed vt per virtutem G diuinā huiuſmodi miracula fiant. Et hæc quidem gratia excellentiſſime data eſt animæ Chriſti, vt ſcilicet non ſolum ipſe miracula faceret, ſed etiam vt hanc gratiam in alios transfunderet. Vnde dicitur Matth. 10. quòd, Cōuocatis duodecim diſcipulis, dedit eis poteſtatē ſpirituum immundorum, vt eiicerent eos, & curarent omnem languorem & omnem infirmitatem.

### Articvlvs III.

*Vtrum anima Chriſti habuerit omnipotentiam reſpectu proprij corporis.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd anima Chriſti habuerit omnipotentiam reſpectu proprij corporis. Dicit enim Damaſc. * in 3. lib. quòd omnia naturalia fuerunt Chriſto volūtaria; volens enim eſuriuit, volens ſitiuit, volens timuit, volēs mortuus eſt, &c. ſed ex hoc deus dicitur omnipotens, quia omnia quęcumque voluit fecit. ergo videtur quòd anima Chriſti habuerit omnipotentiam reſpectu naturalium operationum proprij corporis.

¶ 2 Præt. In Chriſto fuit perfectius humana natura q̄ in Adam, in quo ſecundum originalem iuſtitiam, quam habuit in innocentiæ ſtatu, corpus habebat omnino ſubiectum animæ, vt nihil in corpore poſſet accidere contra animæ volūtatem. ergo multo magis anima Chriſti habuit omnipotentiam reſpectu ſui corporis.

¶ 3 Præt. Ad imaginationem animæ, naturaliter corpus immutatur, & tanto magis, quanto magis anima fuerit fortis imaginationis, vt in Prima parte habitum eſt; ſed anima Chriſti habuit virtutem ꝑfectiſſimam, & quantum ad imaginationem, & quantum ad alias vires. ergo aīa Chriſti fuit omp̄s in reſpectu ad corpus proprium.

Sed contra eſt, quòd dicitur Heb. 2. quòd, Debuit per omnia fratribus aſſimilari, & præcipue in his, quæ pertinent ad conditionem naturæ humanæ: ſed ad conditionem humanæ naturæ pertinet, quòd valetudo corporis, & eius nutritio & augmentum, imperio rationis ſeu voluntatis non G ſubdantur: quia naturalia ſoli deo qui eſt actor naturæ, ſubduntur. ergo nec in Chriſto ſubdebantur. Non igitur anima Chriſti fuit omnipotēs reſpectu proprij corporis.

Respon. Dicendum, quòd ſicut dictū eſt, * anima Chriſti pōt (*Art. præc.) dupliciter cōſiderari. Vno modo, ſecundum propriam naturam & virtutem. Et hoc modo ſicut non poterat immutare exteriora corpora a curſu & ordine naturæ, ita etiam non poterat immutare pro- H prium corpus a naturali diſpoſitione: quia anima ſecundum propriam naturam, habet determinanatam proportionem ad ſuū corpus. Alio modo poteſt conſiderari anima Chriſti, ſecundum ꝙ eſt inſtrumentum vnitum verbo dei in perſona. Et ſic ſubdebatur eius poteſtati totaliter omnis diſpoſitio proprij corporis: quia tamen virtus actionis non proprie attribuitur inſtrumento, ſed principali agēti, talis omnipotentia magis attri- I buitur ipſi verbo dei, quàm animæ Chriſti.

Ad primvm ergo dicendum, quòd verbum Damaſ. * eſt intelligendum quantum ad voluntatem Chriſti diuinam: quia ſicut ipſe in præcedenti ca. † dicit, beneplacito diuinæ voluntatis permittebatur carni pati, & operari quæ propria. (*citatum in arg. † li.3.c.15 a med. & c.14.)

Ad 2^m dicendum, ꝙ non pertinebat hoc ad originalem iuſtitiā, K quam Adam habuit in ſtatu innocentiæ, ꝙ anima hominis haberet virtutem tranſmutandi proprium corpus in quamcumque formam: ſed quòd poſſet ipſum conſeruare abſque omni nocumento. Et hanc etiam virtutem Chriſtus aſſumere potuiſſet, ſi voluiſſet: ſed cum ſint tres ſtatus hominum, ſcilicet innocentiæ, culpæ & gloriæ, ſicut de ſtatu gloriæ aſſumpſit comprehenſionem, & de ſtatu innocentiæ immunitatem a peccato, ita & de ſtatu culpæ aſſumpſit neceſſitatem ſubiacendi pœnalitatibus huius vitę, vt infra * dicetur. (*Q.14.art.1.)

Ad 3^m dicendum, quòd imaginationi, ſi fuerit fortis, naturaliter obedit corpus quantum ad aliqua, puta quantum ad caſum de trabe in alto poſita: quia imaginatio nata eſt eſſe principiū motus localis, vt dicitur 3. de Anima. * Similiter etiam quantum ad altera- B tionem, quæ eſt ſecundum calorē & frigus, & alia conſequentia: eo quòd ex imaginatione conſequenter natæ ſunt conſequi animæ paſſiones, ſecundum quas mouetur cor, & ſic per commotionem ſpirituum, totum corpus alteratur. Aliæ vero diſpoſitiones corporales, quæ non habent naturalem ordinem ad imaginationē, non trāſmutantur ab imaginatione, quātumcumque ſit fortis: puta figura man⁹ vel pedis, vel aliquid ſimile. C (*li 3. de anima, tex. 48. & ſequentibus to. 2.)

¶ Super Quæſtionis tertiædecimæ Articulum tertium.

Titulus clar⁹ eſt.

¶ In corpore vnica diſtinctio; bimembris repetitur: & duabus concluſionibus iuxta duo diſtinctionis membra reſpondetur. Diſtinctio eſt de anima Chriſti ſecundū propriam virtutē, vel ſecūdum quòd eſt inſtrumentum verbi. Prima concluſio eſt, Anima Chriſti ſecundum propriam virtutem nō habuit omnipotentiam reſpectu proprij corporis. Probatur ex ſimilitudine proportionali: quia ſicut non poterat exteriora corpora immutare propria virtute, ita nec proprium. Et probatur ratione: quia anima Chriſti habebat determinatam proportionem ad ſuū corpus, ac per hoc non omnia, ſed aliquid determinatū poterat reſpectu ſui corporis.

¶ Secunda concluſio eſt, Anima Chriſti, vt inſtrumētum verbi habuit omnipotentiam reſpectu proprij corporis. Hæc concluſio non aliter probatur: ſed ex præcedēti articulo vt clara relinquitur. Et hoc intellige ſobrie, hoc eſt de omnipotentia reſpectu & naturaliū & miraculoſarum tranſmutationum, non reſpectu conſeruationis ex nihilo, aut annihilationis, vt in præcedenti articulo determinatum eſt. Subdit tamen Auctor, vnde poſſis doctorum dicta intelligere abſque dictæ concluſionis præiudicio: quòd ſcilicet hæc omnipotentia attributa inuenitur magis verbo Dei, q̄ animæ Chriſti, intātū, vt inuenias forte negatam ab anima Chriſti & attributam verbo: quia virtus actionis factiua, principali agēti attribuitur ſimpliciter: inſtrumento autem, ignoto præſertim, aut non attribuitur, aut etiam aufertur.

¶ Super Quæſtionis tertiædecimæ Articulum quartum.

Titulus clarus ē intelligentibus terminos. ille enim dicitur omnipotēs reſpectu executionis propriæ voluntatis, qui poteſt exequi quicquid vult exequi, ita quòd potentia executiua æquiparatur in illo voluntati executionis.

¶ In corpore eſt vna diſtinctio bimēbris cum duabus concluſionibus reſponſiuis quæſito, iuxta membra diſtinctionis. Diſtinctio eſt, Volūtas Chriſti dupliciter aliquid voluit, vel per ſeipſum exequendum, vel ꝑ virtutem diuinam. (*1.p.q.19. art.12.)

¶ Vbi nota, quòd ly per ſeipſum, ſignificat per propriā virtutem naturalē vel gratuitam, immanentem ſcilicet ī ipſo, ita quòd diſtinguitur hoc membrum contra illa, q̄ poterat Chriſtus ꝑ virtutem inſtrumētalem, vt patet in litera. Sumitur ſiquidem hic per ſeipſū, ſicut in ſecundo articulo ſumptum eſt per propriam virtutem: vtrobiq;.n. contra virtutem inſtrumentalem diſtinctio fit, vt patet in litera. Prima ergo concluſio eſt, Anima Chriſti quicquid voluit per ſeipſum exequendum, potuit. Probatur: quia dedeceret ſapientiam ſuam vt aliquid vellet per ſeipſum efficere, qđ nō ſubiaceret virtuti ſuæ. Secunda concluſio eſt, Anima Chriſti quicquid voluit efficiendum A diuina virtute, potuit inſtrumentaliter & non propria virtute, vt patet de operibus miraculoſis.

¶ In reſponſione ad primum perſpice ex ſecunda reſponſione, quòd diſtinctio in corpore articuli poſita, non fuit comprehenſiua omnium, quæ Chriſti humana voluntas voluit fieri: quoniam ſub neutro membro comprehenduntur q̄ Chriſtus voluit per alios homines fieri quæ non ſubiacebāt poteſtati eius naturali, aut gratuitæ, cuius executio ad humanā ſpectabat voluntatem: ſed comprehendit oēs modos quibus anima Chriſti poteſt dici omnipotens, reſpectu executionis propriæ voluntatis, ſcilicet reſpectu exequendorum per ipſum, & exequendorum inſtrumentaliter tantum per ipſum, Deo principaliter operante. Reſpectu ſiquidem reliquorum non ponitur omnipotēs: iuxta hanc ſecundam reſponſionem auctoritate Agathonis firmatam.

¶ Sed dubio non caret hæc ſecunda reſponſio, quomodo verificetur, ꝙ Chriſt⁹ voluerit humana voluntate aliquid fieri per alios homines: & non potuerit facere quòd ſic fieret, cum minus pie ſonare hoc videatur. Poſſet dici, quod verificatur de voluntate antecedente non conſequente, ſed hæc reſponſio non conſonat Agathoni, quia hoc commune eſt voluntati tam diuinæ quàm humanæ, vt contra voluntatem antecedentem agatur. Sententia autem Agathonis, ſecundum differentiam inter diuinam & humanam volūtatem in hoc, quòd diuina quæcumq; voluit fecit, humana autem aliquid vult, & non poteſt, procedit vt patet in litera.

¶ Dicendum eſt ergo, quòd non incōuenit, Chriſtum humana voluntate vere voluiſſe aliquid ꝑ aliquos operādum, vel non operandū, cuius oppoſitum factum eſt. puta, potuit velle, quòd aliquis non peccaret, deſiderādo quòd ille non offenderet deum, & tamen ille peccabat, Chriſto non permittente ſecundum humanam voluntatem: quia non erat in poteſtate virtutis eius, cohibere peccatum contra peccantis voluntatem.



### Articvlvs IIII.

*Vtrum anima Chriſti habuerit omnipotentiam reſpectu executionis ſuæ uoluntatis.*

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur ꝙ anima Chriſti non habuerit omnipotentiam reſpectu executionis propriæ voluntatis. Dicitur enim Mar. 7. quòd ingreſſus domum, neminem voluit ſcire, & non potuit latere. Nō ergo potuit in omnibus exequi propoſitum ſuæ voluntatis.

¶ 2 Præt. Præceptum eſt ſignum voluntatis, vt in Prima parte dictum eſt. * ſed dominus quædam facienda præcepit, quorum contraria acciderunt: dicitur enim Matth. 9. quòd cæcis illuminatis, comminatus eſt Ieſus dicens, Videte ne quis ſciat: illi autem exeuntes, diffamauerūt illum per totam terram illam. Nón ergo in omnibus potuit exequi propoſitum ſuæ voluntatis.

¶ 3 Præt. Id, quod poteſt aliquis facere, non petit ab alio: ſed dominus petiuit a Patre, orando illud quod fieri volebat: dicitur enī Luc. 6. quòd exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione dei. ergo non potuit exequi in omnibus propoſitum ſuæ volūtatis.

Sed contra eſt, quòd dicit Auguſt. * in lib. de Quæſtionibus veteris & noui Teſtamenti: Impoſſibile eſt, vt Saluatoris voluntas non impleatur, nec poteſt velle, quod ſcit fieri non debere. (*in lib. q. ex nouo teſt. qui īcipit: deus quidem perfectus eſt q. 77. in prin. tom. 4.)

Respon. Dicendum, quòd anima Chriſti dupliciter aliquid B voluit. Vno modo, quaſi per ſe implendum, & ſic dicendum eſt, ꝙ quicquid voluit, potuit: non enim conueniret ſapientię eius, vt aliquid vellet per ſe facere, quod ſuæ virtuti non ſubiaceret. Alio modo voluit aliquid, vt implendum virtute diuina: ſicut reſuſcitationis proprij corporis, & alia huiuſmodi miraculoſa opera, quæ quidem non poterat propria virtute, ſed ſecundum quòd erat inſtrumētum diuinitatis, vt dictum eſt. * (* Art. 1. huius q.)

C Ad primvm ergo dicendum, quòd ſicut Aug. † dicit in lib. de Quęſtionibus veteris & noui Teſtamenti, Quod factum eſt, hoc voluiſſe dicendus eſt Chriſtus. Aduertēdum eſt enim, quòd illud in finibus geſtum eſt gentilium, quibus adhuc tempus prædicandi nō erat: vltro tamen venientes ad fidem, non ſuſcipere, inuidię erat. A ſuis ergo noluit prædicari, requiri autem ſe voluit: & ita factū eſt. Vel poteſt dici, quòd hæc voluntas Chriſti nō fuit de eo, quod D per eum fiendum erat: ſed de eo, quod erat fiēdum per alios, qđ nō ſubiacebat humanæ voluntati ipſius. Vnde in epiſtola * Agathonis Papæ, quæ eſt recepta in ſexta Synodo, legitur. † ergo ne ille omniū Conditor ac Redemptor, in terris latere volens non potuit, niſi hoc ad humanam eius voluntatem, quam temporaliter eſt dignatus aſſumere, redigatur? († lib. & c. citatis ī arg. ſed cont. * Quæ habetur in 6. ſyn. gener. Conſtan. a med. illius ī actiōe 4. † recepta ē in 8. actiōe 6. ſynod. general. & lecta fuit in actione 4.)

Ad 2^m dicendum, quòd ſicut Greg. * dicit 19. Mor. per hoc, ꝙ dominus p̄cepit taceri virtutes ſuas, ſeruis ſuis ſe ſequentibus exemplum dedit, vt ipſi quidem virtutes ſuas occultari deſiderent: & tamen vt alij eorum exemplo proficiant, prodantur inuiti. ſic ergo p̄ceptum illud deſignabat volunta- (* lib. 19. c. 18. poſt medium.)

luntatem. Et eſt ſermo de Chriſto homine ſecundum ꝓpriam virtutem. Et hoc modo Agathō dicit, quòd voluit latere, & nō potuit, ſcilicet ſecundum propriam virtutem: potuiſſet tamen ſecundum inſtrumentalem virtutē. Nec hæc minus pie ſonant apud diſcernētes inter ſubiacentia & non ſubiacentia Chriſto homini ſm propriā virtutē, q̄ ꝙ decuerint humanā Chriſti voluntatem recta deſideria etiā ſine opere.

¶ In reſponſione ad ſecundum, optime vteris diſtinctione inter voluntatem antecedenter vel abſolute, attribuendo pręceptum taciturnitatis volūtati etiam humanæ Chriſti antecedenter. Volebat ſiquidem, quantum ex ſe erat, gloriam fugere, & hanc voluntatem præcepto taciturnitatis ſignificabat: nolebat tamen abſolute, hoc eſt oībus conſideratis, taceri, & ideo nō peccabant publicātes illa miracula.

¶ In reſponſione ad tertium, conſidera quanta ſit neceſſitas orandi, cum etiam ad ipſa opera, quæ Chriſtus ſciebat ſe facturū, orationis medium adhiberet, ea ratione, quia orationes cauſæ mediæ ſunt ad operanda & conſequenda: ſine cauſis autem medijs velle effectus ſtulti eſt, ſi ut velle colligere frumenta ſine ſeminatione.

3. diſ.15.q.1.artic.1.& diſ.22.q.2.ar.1.q.1.c.& 4.contra c.55.11.& opuſ.3.c.42.& 47.

tem ipſius, quia humanam gloriā refugiebat, ſecundum illud Ioā. 8. Ego gloriam meam non quæro. Volebat tamen abſolute præſertim ſecundum diuinam voluntatem, vt publicaretur miraculum factum, propter aliorum vtilitatē.

Ad 3^m dicendum, quòd Chriſtus orabat & pro his, quæ virtute diuina fienda erant, & pro his ēt, quæ humana voluntate erat facturus, quia virtus & operatio animæ Chriſti dependebant a deo, qui operatur in nobis velle & perficere, vt dicitur Philip. 2.

## *QVÆSTIO XIIII.*

*De defectibus corporis aſſumptis a filio Dei, in quatuor articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de defectibus, quos Chriſtus in humana natura aſſumpſit. Et primo de defectibus corporis, ſecundo de defectibus animæ.

### Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, vtrum filius Dei aſſumere debuerit in humana natura corporis defectus.

¶ Secundo, vtrum aſſumpſerit neceſſitatē his defectib⁹ ſubiacēdi.

¶ Tertio, vtrum hos defectus contraxerit.

¶ Quarto, vtrum omnes huiuſmodi defectus aſſumpſerit.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum filius Dei in humana natura aſſumere debuerit corporis defectus.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd filius dei non debuerit aſſumere humanam naturam cum corporis defectibus. Sicut enim anima vnita eſt perſonaliter verbo dei, ita & corpus: ſed anima Chriſti habuit omnimodam perfectionem & quātum ad gratiam, & quantum ad ſciētiam, vt ſupra dictum eſt.* ergo etiam corpus eius debuit eſſe omnibus modis perfectum, nullum in ſe habens defectum.

*Q.7.ar.9. & q.9.ar.1.

¶ 2 Præt. Anima Chriſti videbat verbum dei ea viſione, qua beati vident (vt ſupra dictum eſt)* & ſic anima Chriſti erat beata: ſed ex beatitudine animæ glorificatur corpus: dicit enim Auguſtinus* in epiſtola ad Dioſcorum, Tam potenti natura Deus fecit animam, F vt ex eius pleniſſima beatitudine redundet etiam in inferiorem naturam, quæ eſt corpus, non beatitudo, quæ fruentis & intelligentis eſt propria, ſed plenitudo ſanitatis, ideſt, incorruptiōis vigor. Corpus igitur Chriſti fuit incorruptibile, & abſque omni defectu.

* q.9.art.2.

* Epiſt.56. non multū ante mediū to. 2.

¶ 3 Præt. Pœna conſequitur culpam: ſed in Chriſto non fuit aliqua culpa, ſecundum illud primæ Pet. 2. Qui peccatum non fecit. ergo nec defectus corporales, qui ſunt pœnales, in eo eſſe debuerunt.

¶ 4 Præt. Nullus ſapiens aſſumit id, quod impedit ipſum a proprio fine: ſed per huiuſmodi defectus corporales, multipliciter videtur impediri finis incarnationis. primo quidem, quia propter huiuſmodi infir- G mitates, homines ab eius cognitione impediebantur, ſecundum illud Iſa. 53. Deſiderauimus eum deſpectum & nouiſſimum virorum, virum dolorum, & ſcientem infirmitatem, & quaſi abſconditus vultus eius & deſpectus: vnde nec reputauimus eum. Secundo, quia ſanctorum patrum deſiderium non videtur impleri, ex quorum perſona dicitur Iſa. 51. Cōſurge, conſurge, induere fortitudinem, brachium domini. Tertio, quia congruentius per fortitudinem, quàm per infirmitatem, videbatur & poteſtas diaboli poſſe ſuperari, & humana infirmitas poſſe ſanari. Non ergo videtur conueniens fuiſſe, quòd filius dei huma- H nam naturam aſſumpſerit cum corporalibus infirmitatibus, ſiue defectibus.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Heb. 2. In eo, in quo paſſus eſt & tentatus, potens eſt & eis, qui tentantur, auxiliari: ſed ad hoc venit, vt nos adiuuaret: vnde & Dauid dicebat, Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. ergo cōueniens fuit, vt filius dei carnem aſſumpſerit, infirmitatibus humanis ſubiacentem, vt in ea poſſit pati & tentari, & ſic auxilium nobis ferre.

RESPON. Dicendum, conueniens fuiſſe, corpus aſſumptum a filio dei humanis infirmitatibus & defectibus ſubiacere, & præcipue, propter tria. Primo I quidem, quia ad hoc filius dei carne aſſumpta, venit in mundum, vt pro peccato humani generis ſatisfaceret. Vnus autem pro peccato alterius ſatisfacit, dum pœnam pro peccato alterius debitam, in ſe ſuſcipit. Huiuſmodi autem defectus corporales, ſcilicet mors, fames, ſitis, & huiuſmodi, ſunt pœna peccati, quod eſt in mundum per Adam introductum, ſecundum illud Roman. 5. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. Vnde conueniens fuit quantum ad finem incarnationis, quòd huiuſmodi pœnalitates in noſtra natura ſuſciperet vice noſtra, ſecundum illud Iſa. 53. Vere languores noſtros ipſe tulit. Secundo, propter fidem incarnationis K aſtruendam. Cum enim natura humana non aliter eſſet nota hominibus, niſi prout huiuſmodi corporalibus defectibus ſubiacet, ſi ſine his defectibus filius dei humanam naturam aſſumpſiſſet, videretur non fuiſſe verus homo, nec veram carnem habuiſſe, ſed phantaſticam, vt Manichęi poſuerunt. Et ideo, vt dicitur Phil. 2. Exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Vnde & beatus Thomas per aſpectum vulnerum eſt ad fidem reuocatus, vt dicitur Ioan. 20. Tertio, propter exemplum patientiæ, quod nobis exhibet, paſſiones & defectus humanos fortiter tolerando. vnde dicitur Heb. 12. Suſtinuit a peccatoribus aduerſus ſemetipſum cōtradictionem, vt non fatigemini, animis veſtris deficientes.

¶ *Super Quæſtionis quartædecimæ Articulum primum.*

TItulus articuli clarus eſt.

¶ In corpore vnica eſt concluſio, Conueniēs fuit corpus aſſumptum a filio dei, defectibus ſubiacere. Probatur tripliciter. Primo ex fine incarnationis: ſecundo, ex fidei ſuſceptione: tertio ex exēplaritate patientiæ. Et omnia clara ſunt in litera.



A AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſatisfactio ꝓ peccatis alterius, habet quidem quaſi materiā pœnas, quas aliquis pro peccato alterius ſuſtinet: ſed ꝓ principio habet habitum animæ, ex quo inclinatur ad volendum ſatisfacere pro alio, & ex quo ſatisfactio efficaciā habet: non. n. eſſet efficax ſatisfactio, niſi ex charitate procederet, vt infra dicetur.* Et ideo oportuit animam Chriſti & perfectam eſſe, quantum ad habitus ſcientiarum & virtutum, vt haberet facultatem ſatisfaciendi, & quòd corpus eius eſſet ſubiectum infirmitatibus, vt ei ſatisfactionis materia non deeſſet.

* In materia d ſatisf. id erat ſa ... nō ... 

B AD 2^m dicendum, ꝙ ſm naturalem habitudinem, quæ eſt inter animam, & corpus, ex gloria animæ redundat gloria ad corpus: ſed hæc naturalis habitudo in Chriſto ſubiacebat voluntati diuinitatis ipſius, ex qua factum eſt, quòd beatitudo remaneret in anima, & non deriuaretur ad corpus, ſed caro pateretur, quę cōueniunt naturæ paſſibili, ſecūdum illud qd̄ Dam.* dicit, quòd beneplacito diuinæ voluntatis, permittebatur carni pati, & operari quæ propria.

* li.3.c.15. a med. & c.14.

AD 3^m dicendum, quòd pœna ſemper ſequitur culpam actualem vel originalem: quandoq; quidem eius qui punitur: qñq; aūt alterius, pro quo ille, qui pœnas patitur, ſatisfacit. Et ita accidit in Chriſto, ſecūdum illud Iſaiæ 53. Ipſe vulneratus eſt propter iniqui- C tates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra.

AD 4^m dicendum, ꝙ infirmitas aſſumpta a Chriſto non impediuit finem incarnationis, ſed maxime promouit, vt dictum eſt.* Et quāuis per huiuſmodi infirmitates abſconderetur eius diuinitas, manifeſtabatur tamen humanitas, quæ eſt via ad diuinitatē perueniendi, ſecundū illud Rom. 5. Acceſſum habemus per Ieſum Chriſtum ad deum. Deſiderabant autem antiqui patres in Chriſto, non quidem fortitudinem corporalem, ſed ſpiritualem per quam & diabolum vicit, & humanam infirmitatem ſanauit.

* In corp. artic.

### ARTICVLVS II.

*Vtrum Chriſtus neceſſitatem his defectibus ſubiacendi aſſumpſerit.* D

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus non ex neceſſitate his defectibus ſubiacuerit. Dicitur enim Iſa. 53. Oblatus eſt, quia ipſe voluit, & loquitur de oblatiōe ad paſſionem: ſed voluntas opponitur neceſſitati. ergo Chriſtus non ex neceſſitate ſubiacuit corporalibus defectib⁹.

¶ 2 Præt. Damaſc.* dicit in 3. lib. Nihil coactum in Chriſto conſideratur, ſed omnia voluntaria: ſed E quod eſt voluntarium, non eſt neceſſarium. ergo huiuſmodi defectus non fuerunt ex neceſſitate in Chriſto.

* li.3.c.20. in fine.

¶ 3 Præt. Neceſſitas infertur ab aliquo potentiori: ſed nulla creatura eſt potentior, quàm anima Chriſti, ad quam pertinebat proprium corpus conſeruare. ergo huiuſmodi defectus ſeu infirmitates non fuerunt in Chriſto ex neceſſitate.

SED CONTRA eſt, quòd A Apoſt. dicit Rom. 8. Miſit deus filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati: ſed conditio carnis peccati eſt, quòd habeat neceſſitatem moriendi & ſuſtinendi alias huiuſmodi paſſiones. ergo talis neceſſitas ſuſtinendi hos defectus fuit in carne Chriſti.

RESPON. Dicendum, quòd duplex eſt neceſſitas. Vna quidem coactionis, quæ fit ab agente extrinſeco. Et hæc quidem neceſſi- B tas contrariatur & naturæ & voluntati, quorum vtrumque eſt principium intrinſecum. Alia autem eſt neceſſitas naturalis, quæ conſequitur principia naturalia, puta formam, ſicut neceſſarium eſt ignem calefacere: vel materiā, ſicut neceſſarium eſt corpus ex contrarijs compoſitum diſſolui. Secundum igitur hanc neceſsitatem, quæ conſequitur materiam, corpus Chriſti ſubiectum fuit[d] neceſsitati mortis & aliorum huiuſ- C modi defectuum: quia ſicut dictum eſt,* beneplacito diuinæ voluntatis, carni Chriſti permittebatur agere, & pati quæ propria. Hæc autem neceſſitas cauſatur ex principijs carnis humanæ, vt dictum eſt.* Si autem loquamur de neceſſitate coactionis, ſecundum quidem quòd repugnat naturæ corporali; ſic iterum corpus Chriſti ſecundum conditionem propriæ naturę neceſſitati ſubiacuit, & claui perforantis, & flagelli per D cutientis. Secundum vero quòd neceſſitas talis repugnat voluntati, manifeſtum eſt quòd in Chriſto non fuit neceſſitas horum defectuum, neque per reſpectum ad diuinam voluntatem, neque per reſpectum ad voluntatem humanam Chriſti abſolute, prout ſequitur rationem deliberantem, ſed ſolum ſecundum naturalem motum voluntatis, prout ſcilicet naturaliter refugit mortem, & etiam corporis nocumenta.

* art. ꝓced. ad 2.

* In iſto ar.

E AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Chriſtus dicitur oblatus, quia voluit[d] & voluntate diuina, & voluntate humana deliberata: licet mors eſſet contra naturalem motum voluntatis humanæ, vt Damaſc.* dicit.

* li.3.c.23. & 24.

AD 2^m patet reſponſio ex dictis.†

† In corp. art.

AD 3^m dicendum, quòd nihil fuit potentius, quàm anima Chriſti abſolute: nihil tamen prohibet aliquid fuiſſe potentius, quantum ad hunc effectum: ſicut clauus ad perforandum. Et hoc di-

¶ *Super Quæſtionis quartædecimæ Articulum ſecundum.*

TItulus intelligendus eſt vt iacet.

Inf. q.15. a.1.ad 1. Et 3. di.3.q.1. ar.2.q.1. c.&n.

¶ In corpore duo fiunt. Primo, ponitur vna diſtinctio bimembris cum cōditionibus mēbrorū, & multiplicitate vtriuſque. Secūdo, reſpondetur quæſito tribus concluſionibus. Diſtinctio ē. Neceſſitas eſt duplex, coactionis, vel naturalis. Conditio neceſſitatis coactionis eſt, quòd eſt ab extrinſeco, multiplicitas eius eſt, ꝙ cōtrariatur quandoq; naturæ, quādoque voluntati: quia tam natura, q̄ voluntas eſt principium intrinſecum: illa autē eſt ab extrinſeco. Conditio neceſſitatis naturalis eſt, ꝙ conſequitur principium naturale: multiplicitas eius eſt, quia vel conſequit̄ formam, vel materiam. Prima concluſio eſt: Corpus Chriſti ſecūdum neceſſitatem naturalē conſequentem materiā ſubiectum fuit neceſſitati mortis, & aliorum huiuſmodi defectuum. Probatur. Carni Chriſti permittebatur agere & pati, quæ erāt propria: ſed neceſſitas horū defectuū cauſatur ex ꝓprijs carnis. ergo. Secunda concluſio eſt, Corpus Chriſti ſecundum conditionem propriæ naturæ ſubiacuit neceſſitati coactionis repugnantis naturæ corporali, vt patet de clauo perforante, & flagello percutiente. Tertia concluſio eſt. In Chriſto non fuit neceſſitas coactionis repugnātis voluntati diuinæ aut humanæ abſolute: ſed ſolum ſecūdum naturalem motum voluntatis. Hæc concluſio non aliter probatur: ſed ex declaratione terminorum relinquit̄ euidens apud theologos. Declaratur ſiquidem voluntas abſolute, hoc eſt cōſequens rationem deliberantem, & naturalis, prout naturaliter refugit mortem, corporiſque nocumenta.

D. 904.

¶ Vbi nota primo, quòd apud Auctorem hic, deliberatio eſt actus rationis. Et voluntas dicitur deliberata denominatiue a ratione deliberante, & cauſaliter: quia conſequitur rationem deliberantē (quæ. ſ. rō oībus conſideratis cōcludit aliquid eſſe malum vel bonum, fugiendum vel proſequendū) & ſequitur motus voluntatis cōformis tali rationi appetens vel fugiens, qui vocatur voluntas deliberata. Naturalis aūt voluntas vocatur motus ille voluntatis, qui conſequitur rōnem apprehendētem bonum vel malum, non conſideratis omnibus circūſtantijs, ſed ipſum nudū obiectū bonum

D. 905.

num (puta vitam, ſanitatem) vel malum, puta mortem, infirmitatem, flagellari, & huiuſmodi. ad huiuſmodi. n. apprehenſionẽ, ſequitur naturaliter motus voluntatis volens bonum, vel nolens malum. Et tamen, vt dictum eſt, ſupera:dita rõni cõſideratione circũſtãtiarum (puta mori, propter bonum virtutis) ſequitur ĩ voluntate motus volitionis reſpectu mali, puta, mortis propter iuſtitiã, & nolitionis reſpectu boni, puta vitæ cũ detrimento virtutis. Renuit ſiquidem viuere cum defectu ẽt negatiuo talis act⁹ virtutis, puta redẽptionis humanæ.

3. diſt. 15. q. 1. arti. 3. & diſt. 21. q. 1. artic. 2. c. & op. 5. c. 221

¶ In reſponſione ad tertium, vide ꝙ Auctor neceſſitatẽ coactionis contrariæ corpori (quã in corpore articuli reſpectu corporis Chriſti poſuit) hic extendit etiã ad aĩam Chriſti ſ̃m propriam naturam & virtutem: quia ſuperius dictũ eſt, ꝙ aĩa Chriſti ſ̃m propriam naturam & virtutem nõ poterat mutare naturalem curſum rerũ, ſ̃m quem cõſtat, clauum eſſe potentiorem ad perforandũ carnem humanam, q̃ anima ſit potens ſeruare corpus illæſum a perforatiõe: qm̃ hoc nõ ſine miraculo fieret. Et hoc eſt qđ litera docet.

*¶ Super Quæſtionis quartædecimæ Articulum tertium.*

Titulus totus cõſiſtit ĩ verbo cõtractionis. Nihil. n. aliud vertitur in dubiũ hic, niſi an defectus corporales, qui in Chriſto fuerunt, fuerint cõtracti, an nõ fuerint cõtracti, ſed aliter habiti.

* refertur 3. ſent. diſt. 16. & habetur in glo. ordin. ſup hunc locũ.

¶ In corpore articuli vnica eſt cõcl'o reſponſiua quæſito: Chriſtus non cõtraxit defectus corporales, ſed volũtarie ſuſcepit. Probatur quo ad primã principalemq; partem: Contractio ĩportat ordinem effect⁹ ad

co, ſecundum quòd anima Chriſti F conſideratur ſecundum propriam naturam & virtutem.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum Chriſtus defectus corporales contraxerit.*

AD TERTIVM ſic ꝓceditur. Videtur quòd Chriſtus defectus corporales contraxerit. Illud enim contrahere dicimur, quod ſimul cum natura ex origine trahimus: ſed Chriſtus ſimul cum natura G humana defectus & infirmitates corporales per ſuam originem traxit a matre, cuius caro huiuſmodi defectibus ſubiacebat. ergo videtur, quòd hos defectus contraxerit.

¶ 2 Præt. Id, quod ex principijs naturæ cauſatur, ſimul cum natura trahitur, & ita contrahitur: ſed huiuſmodi pœnalitates cauſantur ex principijs naturæ humanæ. ergo eas Chriſtus contraxit.

¶ 3 Præt. Secundum huiuſmodi H defectus Chriſtus alijs hominibus ſimilatur, vt dicitur Hebr. 2. ſed alij homines huiuſmodi defectus contrahunt. ergo videtur quòd etiam Chriſtus huiuſmodi defectus contraxerit.

SED CONTRA eſt, quòd huiuſmodi defectus cõtrahuntur ex peccato, ſecundum illud Rom. 5. Per vnum hominem peccatum intrauit in hũc mundum, & per peccatum mors: ſed in Chriſto non habuit locum peccatum. ergo hu- I iuſmodi defectus Chriſtus non contraxit.

RESPON. dicendum, quòd in verbo contrahendi, intelligitur ordo effectus ad cauſam, vt ſcilicet illud dicatur contrahi, quod ſimul cum ſua cauſa ex neceſſitate trahitur. Cauſa autem mortis & horum defectuum in humana natura eſt peccatum: quia per peccatum mors intrauit in hunc mundum, vt dicitur Rom. 5. Et ideo illi proprie dicuntur hos defectus K contrahere, qui ex debito peccati hos defectus incurrunt. Chriſtus autem hos defectus non habuit ex debito peccati: quia vt Augu.* dicit exponens illud Ioan. 3. Qui de ſurſum venit, ſuper omnes eſt, de ſurſum venit Chriſtus, id eſt, de altitudine naturæ humanæ, quam habuit ante peccatum primi hominis. Accepit enim naturam humanam abſque peccato, in illa puritate, in qua erat in ſtatu innocentiæ, & ſimili modo potuiſſet aſſumere humanam naturam abſque defectibus. Sic igitur patet, quòd Chriſtus non contraxit hos defectus, quaſi ex debito peccati eos ſuſcipiens, ſed ex propria voluntate.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd caro Virginis concepta fuit in originali [d] peccato: & ideo hos defectus contraxit. † ſed Chriſtus naturam ex Virgine aſſumpſit abſque culpa. Et ſimiliter potuiſſet naturam aſſumere abſque pœna: ſed voluit ſuſcipere pœnam propter opus noſtræ redemptionis implendum, vt dictum eſt. * Et ideo habuit huiuſmodi defectus, non contrahendo, ſed voluntarie aſſumendo.

D. 17... † Aliâs ... caro Chriſti ex Virgine ſumpta naturã ... que culpa.

* art. 1. huius q.

AD 2m dicendum, quòd cauſa mortis & aliorum corporalium defectuum in humana natura, eſt duplex. Vna quidem remota, quæ accipitur ex parte principiorum materialium humani corporis, inquantum eſt ex contrarijs compoſitum: ſed hęc cauſa impediebatur per originalem iuſtitiam. Et ideo proxima cauſa mortis & aliorum defectuum, eſt peccatũ: per quod ſubtracta eſt originalis iuſtitia. Et propter hoc, quia Chriſtus fuit ſine peccato, dicitur non contraxiſſe huiuſmodi defectus; ſed voluntarie aſſumpſiſſe.

AD 3m dicendum, quòd Chriſtus in huiuſmodi defectibus, aſſimilatus eſt alijs hominibus, quantum ad qualitatem defectuum, nõ autem quãtum ad cauſam. Et ideo Chriſtus non contraxit huiuſmodi defectus, ſicut alij.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum Chriſtus omnes defectus corporales hominum aſſumere debuerit.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus omnes defectus corporales hominũ aſſumere debuerit. Dicit enim Dam. * Quod eſt inaſſumptibile, eſt incurabile: ſed Chriſtus venerat omnes defectus noſtros curare. ergo omnes defectus noſtros aſſumere debuit.

¶ 2 Præt. Dictum eſt, † quòd ad hoc quòd Chriſtus pro nobis ſatisfaceret, debuit habere habitus perfectiuos in anima & defectus in corpore: ſed Chriſtus ex parte animæ aſſumpſit plenitudinem omnis gratiæ. ergo ex parte corporis debuit aſſumere omnes defectus.

¶ 3 Præt. Inter omnes defectus corporales, pręcipuum locũ tenet mors: ſed Chriſtus mortem aſſumpſit. ergo multo magis oẽs alios defectus aſſumere debuit.

Sup. q. ... ad 2. ... ad 3. & ... q. 15. ar... c. & q. ... art. 4. ... & 3. c. ... q. 2. ar... diſt. 15. ... art. 1. & ... 22. q. 2. ... 3. q. 1. ... ꝑ ca. ... 11. & ... cap. 21... 218. * lib. 3. ... & 18. † Arti. 1.

SED CONTRA eſt, quòd contraria nõ poſſunt ſimul fieri in eodẽ: ſed quædam infirmitates ſunt ſibiipſis contrariæ, vtpote ex contrarijs principiis cauſatę. ergo nõ potuit eſſe, quòd Chriſtus omnes ĩfirmitates humanas aſſumeret.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut dictũ eſt*, Chriſtus defect⁹ humanos aſſumpſit, ad ſatisfaciendũ pro peccato humanæ naturæ: ad quod requirebatur, quòd haberet perfectionem ſcientiæ & gratiæ in anima. Illos ergo defect⁹ Chriſtus aſſumere debuit, qui conſequuntur ex peccato communi totius naturæ, nec tamen repugnant perfectioni ſcientiæ gratiæ. Sic igitur nõ fuit cõueniens, vt omnes defectus ſeu infirmitates humanas aſſumeret: ſunt enim quidam defectus, qui repugnant perfectioni ſcientię & gratiæ: ſicut ignorãtia, pronitas ad malum, & difficultas ad bonũ. Quidam autem defectus ſunt, qui non cõſequuntur communiter totam humanam naturam, propter peccatum primi Parentis, ſed cauſantur in aliquibus hominibus ex quibuſdam particularibus cauſis: D ſicut lepra, & morbus caducus, & alia huiuſmodi. Qui quidem defectus, quandoque cauſantur ex culpa hominis, puta, ex inordinato victu, quandoque autem ex defectu virtutis formatiuæ: quorum neutrum conuenit Chriſto, quia & caro eius de Spirituſancto concepta eſt, qui eſt infinitæ ſapientiæ & virtutis, errare & deficere non potẽs, & ipſe nihil inordinatum in regimine ſuæ vitæ exercuit. Sunt autẽ tertij defectus, qui in omnibus hominibus communiter inueniuntur, ex peccato primi parẽtis: ſicut mors, fames, ſitis, & alia huiuſmodi. & hos defectus omnes Chriſtus B ſuſcepit, quos vocat Dama.* naturales & indetractibiles paſſiones: naturales quidem, quia conſequũtur communiter totam naturã humanam: indetractibiles autem, quia defectum ſcientiæ, & gratiæ non important.

Li. 1. ortho. fid. c. 14. in fine. & li. 3. c. 20.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd omnes particulares defectus hominũ, cauſantur ex corruptibilitate & paſſibilitate corporis, ſuperadditis quibuſdam particularibus cauſis. Et ideo cum Chri C ſtus curauerit paſſibilitatẽ & corruptibilitatẽ corporis noſtri, per hoc ꝙ eam aſſumpſit, ex conſequẽti omnes alios defectus curauit.

AD 2m dicendum, quòd plenitudo omnis gratiæ & ſcientiæ, animæ Chriſti ſecũdum ſe debebatur ex hoc ipſo, ꝙ erat a verbo Dei aſſumpta, & ideo abſolute omnem plenitudinem ſapientiæ & gratiæ Chriſtus aſſumpſit: ſed defect⁹ noſtros diſpenſatiue aſſumpſit, vt pro D peccato noſtro ſatisfaceret, nõ qa ei ſ̃m ſe cõpeterẽt, & ideo nõ oportuit, ꝙ omnes aſſumeret, ſed ſolũ illos, qui ſufficiebãt ad ſatisfaciẽdũ ꝓ peccato totius humanæ naturæ.

AD 3m dicẽdum, ꝙ mors in omnes homines deuenit ex peccato primi parẽtis: non autẽ quidã alij defectus, licet ſint morte minores. Vnde non eſt ſimilis ratio.

caùſam. ergo illi ꝓprie dicuntur contrahere defect⁹ mortis, &c. qui ex debito peccati hos defectus incurrunt: ergo Chriſtus hos defectus non contraxit. Antecedens probatur: quia contrahere eſt ſimul trahere, effectum. ſ. cum cã ſua. Prima conſequentia probatur: qa cã mortis & horum defectuum in humana natura eſt peccatũ. Probatur ex auctoritate ad Rom. 5. Per peccatum mors, &c. Secunda vero concluſio probatur: quia Chriſtus nõ habuit hos defectus ex debito peccati. Probatur auctoritate Auguſtini. Vltima pars concluſionis probatur: quia potuiſſet, ſi voluiſſet Chriſtus aſſumere naturam abſq; pœna, ſicut aſſũpſit abſq; culpa.

¶ In reſpõſione ad ſecũdum, nota Auctorem in theologia theologice loq, cum dicit cauſam proximã mortis eſſe peccatum, remotam autem compoſitionem ex contrarijs. Formaliter ſiquidẽ loquitur, vbi omnino theologica eſt materia, qualis eſt iſta.

Ar. 1. & 2. huius quæ.

*¶ Super Quæſtionis quartædecimæ Articulum quartum.*

Titulus conſiſtit in vniuerſalitate defectuum humanorum corporaliũ, an ſcilicet oẽs aſſumi a Chriſto fuerit conueniens.

¶ In corpore vna eſt concluſio reſpõſiua quæſito: Non fuit conueniens, vt Chriſtus aſſumeret oẽs defectus ſeu infirmitates humanas. Probatur, Chriſtus aſſumpſit defectus humanos ad ſatisfaciẽdum ꝓ peccato humanæ naturæ. ergo illos tantũ defectus aſſumere debuit, qui conſequuntur ex peccato cõmuni totius humanæ naturæ, nec tamen repugnant perfectioni ſcientiæ & gratiæ, ergo non fuit conueniens vt omnes defectus ſeu infirmitates humanas aſſumeret. Antece- A dens patet. Et prima conſequentia, quo ad primam partem, relinquitur clara. Quo ad ſecundam vero probatur, quia ad ſatisfaciendum pro peccato humanæ naturæ, requiritur ſatisfactor perfectus in anima, ſcientia, & gratia. Secunda autem, quia defectus ſunt trifariã: quidam repugnantes perfectioni ſcientiæ, vt ignorantia, vel gratiæ, vt pronitas ad malum & difficultas ad bonum: quidam particulares, vt varii morbi: quidam communes toti humanæ naturæ, vt fames, ſitis, fatigatio, mors &c.

¶ Vbi nota tria. Primo, quòd quia rationis ordo poſcit, vt ſatisfactio, quæ pœnalis eſt, reſpondeat culpæ (& culpæ communi reſpõdeat pœna communis) ideo litera ex eo quòd Chriſtus defectus pœnales aſſumpſit ad ſatisfaciendũ pro peccato naturæ humanæ, optime, vt clarum intulit, conſequens, quòd ſolos communes humanæ naturæ defectus pęnales aſſumere debuit. Secundo, quòd quia negatio particularium defectuum in Chriſto illata, non erat probata (quàmuis fuerit probata affirmatio vniuerſalium defectuum in eodem ex proportione pœnæ ad culpam) ideo litera ſubiunxit rationem eximẽtem corpus Chriſti a ſpecialibus defectibus, ex negatione cauſarũ eorundem ad negationem eorum procedentem, ex eo, ꝙ defectus ſpeciales aut ſunt ex defectu principii vel principiorum, aut ex defectu progreſſus vitæ, quorum neutrum in Chriſto locum habere potuit.

¶ Et ſi quis obiecerit, quòd poſſit eſſe aliquis horum defectuũ, ex tertia cauſa, puta, ex cælo vel cõcurſu elementi alicuius, ſciat omnes huiuſmodi concurſus cauſatiuos morbi ſpecialis, nihil aliud eſſe quàm defectum principii: concurrẽs enim cauſa impedit principia a naturali perfectione actionis vel paſſionis ſuæ, & ideo reducitur huiuſmodi cauſa ad defectum virtutis formatiuæ, cauſam poſitam in litera.

¶ Tertio, quòd Auctor doctrinam ſuam conformem Damaſceno oſtendens, confirmat ſimul, & exponit illum.

¶ Sed reſtat hic dubium, quo pacto licuerit, vbi de defectibus corporis agitur, ignorantiam inter defectus communes computare, cum conſtet ignorantiam eſſe defectum animæ.

¶ Ad hoc dicitur, quòd Auctor licet tractet de defectibus corporis: inſerit tamen vniuerſalem doctrinam de defectibus humanis, qui non debuerunt aſſumi a Chriſto, vt ex vniuerſali regula habeatur diſcretio inter defectus etiam corporis, qui debuerunt vel non debuerunt aſſumi. Et hoc propter pronitatem ad malum & difficultatem boni, quoniam alia eſt lex in membris humanis repugnans legi mentis, ſecũdum quam proni ſunt ſenſus hominis ad malum, & non quod volumus bonum hoc agimus, id autem quod de ignorantia admiſcetur, exempli gratia poſitum eſt.

¶ Sed quia hæc reſponſio dicta ſecundum eundem contextum ſeparat, dum ignorantiam vt exemplum, pronitatem vero ad malum, & difficultatem ad bonum vere interpretatur, aliter dicitur, quòd per ignorantiam hic intelligitur copulatio corporalis cauſatiua ignorantiæ: naſcuntur ſiquidem aliqui inepti ad ſcientiam, ſicut alii ĩclinati ad iram, & huiuſmodi.

¶ Sed hoc minus cõſonat literæ, diuidẽti contra defectus repugnantes perfectioni ſcientiæ vel gratiæ, defectus corporis ſpeciales: conſtat autem has complexiões exhorbitãtes a temperãtia humanæ medietatis, inter ſpeciales computari defectus. Vnde dicẽdum eſt, quòd ignorantia dupliciter ſumi poteſt, vel ſecundum ſe, & ſic eſt defectus non corporis, ſed animæ, ſicut ſciẽtia: contraria. n. circa idem nata ſunt fieri, uel ſecundum ſuam cauſam occaſionalem communẽ toti naturæ humanæ, & ſic eſt defectus tenens ſe ex parte corporis, quoniam ex hoc ipſo, quòd anima ſit in corpore, non recipit influxum ſciẽtiæ a ſuperioribus, & manet ignorans: in cuius ſignum ſtatim, ꝙ a corpore ſeparatur anima, perficitur ſcientia infuſa a ſuperioribus. Chriſtus autem licet ſuſceperit animam in corpore, non ſuſcepit tamen defectum ſcientiæ concomitãtem animã ex hoc, ꝙ ſit in corpore, qm̃ ab initio eius anima repleta eſt, & beata, & infuſa ſcientia, vt patet ex antedictis. Et ideo inter defectus corporis, hoc eſt ſe tenẽtes ex parte corporis, computata eſt hoc in loco ignorantia.

¶ In reſponſione ad ſecundũ perſpicaciter vide, ꝙ animæ Chri E ſti ſecundum ſe debebatur plenitudo omnis gratiæ & ſcientiæ, ex hoc ipſo quòd erat aſſumpta a Verbo: eſt enim hoc ſumptum ex Ioã. 1. Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis, quaſi Vnigenitum a Patre. Et docemur ex hoc non ſolum differentiam intentam in litera inter ſcientiam ac gratiam, & defectus, quòd illæ debebantur animæ Chriſti ſecundum ſe, hoc eſt ob propriã perfectionem, iſti vero ſolum propter aliud, hoc eſt ſatisfactionem & exemplaritatem &c. ſed etiam quòd non ſunt duo miracula, gratia vnionis, & gratia virtutum in anima Chriſti: ſed ſicut in naturalibus generans dat vna generatione formam, & conſequentia ad formam, ita in myſterio incarnationis aſſumens dat gratiæ & ſcientiæ plenitudinem, vt conſequentia aſſumptionem. Et propterea ſicut debentur genito concomitantia formam, debito naturali, ita debetur aſſumptæ animæ plenitudo gratiæ & ſcientiæ, debito quaſi naturali, ſeu connaturalis ordinis. Connaturalis quippe eſt aſſumptæ animæ plenitudo gratiæ & ſcientiæ.

¶ *Super Quæſtionis quintædecimæ Articulum primum.*

Titulus clarus eſt.

¶In corpore eſt vnica concluſio reſponſiua quæſito: Chriſtus nullo modo aſſumpſit defectũ peccati. Probatur: Defect⁹ aſſumpti a Chriſto ſunt aſſumpti ad tria, hoceſt ad ſatisfaciendum pro natura humana: ad comprobãdam ſuam humanitatẽ, & ad exẽplum virtutis: ſed defectus peccati ad nihil horum valet. ergo. Maior patet ex primo articulo præcedentis queſtionis. Minor ſingillatĩ quo ad ſingulas partes clare probatur in litera, ita vt non ſit opus exponere.

## *QVAESTIO XV.*

*De defectibus animæ, a Chriſto aſſumptis, in decem articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt, de defectibus pertinẽtibus ad animam.

Et circa hoc quæruntur decẽ.

¶ Primo, Vtrum in Chriſto fuerit peccatum.
¶ Secundo, Vtrum in eo fuerit fomes peccati.
¶ Tertio, Vtrum in eo fuerit ignorantia.
¶ Quarto, Vtrum anima eius fuerit paſſibilis.
¶ Quinto, Vtrum in eo fuerit dolor ſenſibilis.
¶ Sexto, Vtrũ in eo fuerit triſtitia.
¶ Septimo, Vtrũ in eo fuerit timor.
¶ Octauo, Vtrum in eo fuerit admiratio.
¶ Nono, Vtrum in eo fuerit ira.
¶ Decimo, Vtrum ſimul fuerit viator & cõprehenſor.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum in Chriſto fuerit peccatum.*

[Inf.q.32.a.7.& 3.diſ.3.q.1.cor.fi.&d.12.q.1.cor.fin.& quo.4.q.11 ar.1.] AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd in Chriſto fuerit peccatum. Dicitur.n. Pſal.21 Deus Deus meus reſpice in me, quare me dereliquiſti, longe a ſalute mea verba delictorum meorum; ſed hæc verba dicuntur ex perſona ipſius Chriſti, vt patet ex hoc, quòd ipſe ea in cruce protulit. ergo videtur ꝙ in Chriſto fuerint delicta.

¶2 Præt. Rom.5. dicit Apoſto. ꝙ in Adam omnes peccauerunt, quia.ſ. in eo originaliter fuerunt: ſed Chriſtus etiã originaliter fuit in Adã. ergo in eo peccauit.

¶3 Præt. Apoſt. dicit Heb.2. ꝙ in eo, in quo Chriſtus paſſus eſt, & tentatus, potens eſt & his, qui tẽtantur, auxiliari: ſed maxime indigebamus auxilio eius contra peccatum. ergo videtur ꝙ in eo fuerit peccatum.

¶4 Præt. Secundæ ad Cor.5. dicitur ꝙ Deus eum, qui non nouerat peccatum.ſ. Chriſtum, pro nobis peccatum fecit: ſed illud vere eſt, quod a Deo factum eſt. ergo in Chriſto vere fuit peccatum.

[Ca.11. ĩ fi. tom.3.] ¶5 Præt. Sicut Aug.* dicit in lib. de Agone Chriſtiano, in homine Chriſto ſe nobis ad exemplũ vitæ præbuit filius Dei: ſed homo indiget exemplo nõ ſolum ad recte viuendum, ſed etiam ad hoc, quòd pœniteat de peccatis. ergo videtur, quòd in Chriſto debuerit eſſe peccatum, vt de peccatis pœnitendo, pœnitentiæ nobis daret exemplum.

SED CONTRA eſt, quòd ipſe dicit Ioan.8. Quis ex vobis arguet me de peccato?

[Art.1.& 2. huius quæ.] RESPON. Dicẽdum, quòd ſicut ſupra dictum eſt*, Chriſtus ſuſcepit defectus noſtros, vt pro nobis ſatiſfaceret, & vt veritatẽ humanæ naturæ cõprobaret, & vt nobis fieret exemplum virtutis: ſecundũ quæ tria manifeſtum eſt, ꝙ defectum peccati aſſumere non debuit. Primo quidem, quia peccatum nihil operatur ad ſatisfactionem, quinimmo virtutem ſatisfactionis impedit: quia vt dicitur Eccl.34. dona iniquorum nõ probat Altiſſimus. Similiter etiam ex peccato nõ de-
F monſtratur veritas humanæ naturæ, quia peccatum non pertinet ad humanam naturam, cuius Deus eſt cauſa: ſed magis eſt contra naturam, per ſeminationẽ diaboli introductum, vt Dam.* dicit. [Li.2.ca.4. & li.4.ca.] Tertio, peccãdo exemplum virtutis præbere non potuit, cum peccatum contrarietur virtuti. Et ideo Chriſtus nullo modo aſſumpſit defectum peccati, nec originalis nec actualis, ſecundum illud quod dicitur 1.Petri.2. Qui peccatum non fecit.

[Li.3.orth. fi.ca.3.] AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut Dama.* dicit in 3. li. dupliciter dicitur aliquid de Chriſto, uno modo, ſecundum proprietatem naturalem
G & hypoſtaticam, ſicut dicitur quòd Deus factus eſt homo, & quòd paſſus eſt pro nobis, alio modo, ſecũdum proprietatem perſonalẽ & habitudinalẽ, prout ſcilicet aliqua dicũtur de ipſo in perſona noſtra, quæ ſibi ſecundum ſe nullo modo conueniunt. Vnde & inter ſeptem regulas Ticonij, quas Aug.* ponit in 3. de doctri. chriſtia. [Li.3.ca.31. tom.3.] prima ponitur de Domino & eius corpore, cum.ſ. Chriſti & eccleſię vna perſona æſtimatur. Et ſecundum hoc Chriſtus ex perſona membrorum ſuorum loquens dicit, Verba delictorũ meorum, non quòd in ipſo capite delicta fuerint.

[Li.10.ca.19. & 20. to.3.] AD 2m dicendum, quòd ſicut dicit Aug.* 10. ſuper
H Gene. ad literam, non omnimodo Chriſtus fuit in Adam & in alijs patribus, quo nos ibi fuimus. Nos enim fuimus in Adam ſecundum ſeminalem rationẽ & ſecundum corpulentam ſubſtantiam: quia.ſ. vt ipſe ibidem dicit, cum ſit in ſemine & viſibilis corpulẽtia, & inuiſibilis ratio, vtrumque currit ex Adam: ſed Chriſtus viſibilem carnis ſubſtantiam de carne virginis ſumpſit: ratio vero conceptionis eius non a ſemine virili, ſed longe aliter, ac deſuper venit. Vnde non fuit in Adam ſecundum ſeminalem rationem, ſed ſolum ſecundum corpulentam ſubſtantiã. Et ideo Chriſtus non accepit actiue ab Adam humanã naturã, ſed ſolum materialiter: actiue vero a Spirituſancto: ſicut
I & ipſe Adam materialiter ſumpſit corpus ex limo terræ, actiue autem a Deo. Et propter hoc Chriſtus non peccauit in Adam, in quo fuit ſolum ſm materiam.

AD 3m dicendum, quòd Chriſtus ex ſua tentatione & paſſione nobis auxiliatus eſt, pro nobis ſatisfaciẽdo: ſed peccatũ nõ cooperatur ad ſatisfactionem, ſed magis ipſam impedit, vt dictum eſt*. [In corp.ar. & q.14.art. ad 1.] Et ideo non oportuit, quòd peccatũ in ſe haberet, ſed omnino eſſet purus a peccato: alioquin pœna, quam ſuſtinuit, fuiſſet ſibi debita pro proprio peccato.

AD 4m dicendum, quòd Deus fecit Chriſtũ peccatum, non quidem vt in ſe peccatum haberet: ſed quia fecit eum hoſtiam pro peccato: ſicut & Oſeæ.4. dicitur, Peccata populi mei comedent.ſ. Sacerdo-
K tes, qui ſecundum legẽ comedebãt hoſtias pro peccato oblatas. Et ſecundum hunc modũ dicitur Iſa.52. quòd Dominus poſuit in eo iniquitatem omnium: quia ſcilicet eum tradidit, vt eſſet hoſtia pro peccatis omnium hominum. vel fecit eum peccatum, ideſt, habentem ſimilitudinem carnis peccati, vt dicitur Roma.8. & hoc propter corpus paſsibile, & mortale, quod aſſumpſit.

AD 5m dicendum, quòd pœnitens laudabile exẽplum dare poteſt, nõ ex eo quòd peccauit, ſed in hoc ꝙ volũtarie pœnã ſuſtinet ꝓ peccato. Vnde Chriſtus dedit maximum exemplum pœnitentibus, dum non pro peccato proprio, ſed pro peccatis aliorum voluit pœnam ſubire.

ARTI-



¶ *Super Quæſtionis quintædecimæ Articulum ſecundum.*

[Inf.q.27.a.3.c.& ad 1.& 3.d.17.a.1.q.2.ad4.& opu.3.c.231.] IN titulo fomes peccati importat inclinationem appetitus ſenſitiui in id, quod cõtrariatur rectæ rationi, puta, in ſuperfluam delectationem, in exceſsiuam cupiditatem, & ſimilia.

¶ In corpore vnica eſt concluſio reſponſiua quæſito: ĩ Chriſto non fuit fomes peccati. Probaẽ dupliciter, primo ſic, [Li.3. orth. fid.ca.15.a med. & ca.14.] Virtus moralis facit rationalem partem animæ, in qua eſt, rationi eſſe ſubiectam, & tanto magis quãto perfectior fuerit. ergo quanto virtus in aliquo fuerit magis perfecta, tãto magis in eo debilitaẽ vis fomitis. ergo in Chriſto non fuit fomes peccati. Antecedens declaratur, in temperantia & mãſuetudine. Prima cõſequentia probatur, quia ad rationem fomitis pertinet inclinatio appetitus ſenſualis ĩ id, quod eſt contra rationem. Secunda vero, quia in Chriſto fuit virtus ſecundũ perfectiſsimum gradum: quod probatur, quia Chriſtus perfectiſsime habuit gratiam, & omnes virtutes morales. Secundo, probatur cõcluſio principalis, quia iſte defect⁹ nõ eſt ordinabilis ad ſatisfaciendum: ſed potius inclinat ad contrarium ſatisfactioni. ergo non debuit aſſumi a Chriſto. Et patet ſequela ex pręcedentibus. [Q.7.art.2. & 9.]

[Alias irraſcibili.] ¶ Occurrit hic dubium, quia ſecundũ primam rationẽ in litera allatam, ſequitur, quòd nõ ſolum in Chriſto, ſed etiã in puris hominibus puta, Ioanne Baptiſta, non fuerit fomes peccati, quia in ipſo a principio fuerunt virtutes perfectæ: nõ ſolum in habitu, vt ſunt in pueris baptizatis, ſed in exercitio, cum fuerit tantę ꝑfectionis, vt iuſtitia appellatus ſit, vt dicit Glo. in verbo, Iuſtitia, ybi ſcriptum eſt: Iuſtitia ante eum ambulabit. [1.2.q.56.a.4.]

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ differentia inter animam Chriſti & aliorũ eſt, quòd anima Chriſti eſt ſecundũ quòd erãt animæ in ſtatu innocẽtiæ, quãtum ad elongationẽ a peccato: animæ vero reliquorum quãtumcumque ſanctificatorum in vtero, in hac vita ſunt ſicut anima hominis, qui incidit in latrones, & non ſolũ ſpoliatus eſt gratuitis, ſed vulnerat⁹ eſt in naturalibus. Et ideo in anima Chriſti ſecundum ſe ſola naturalis ĩclinatio partis ſenſitiuę in bonũ ſibi conſonum erat per virtutem ſubiicienda perfectæ rationi, vt nulla fomitis ratio maneret in eo: in aliis autem non ſolum eſt naturalis inclinatio partis ſenſitiuæ in bonum ſibi cõſonũ, ſed talis inclinatio eſt vulnerata. Et ꝓpterea non ſufficit in aliis ad tollendum fomitem, perfectio virtutis: ſed ſpeciali eſt opus gratia, ſic ſanãte, vt extinctus ſit fomes peccati, qđ ſoli beatæ Virgini ĩ hac vita cõceſſum credimus. Nõ ſequitur igitur ex proceſſu literæ, ꝙ perfectio virtutis regulariter tollat fomitẽ, ſed quòd perfectió virtutis in Chriſto infert in ipſo, non fuiſſe fomitem.

### ARTICVLVS II.

*Vtrum in Chriſto fuerit fomes peccati.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ in Chriſto fuerit fomes peccati. Ab eodem enim principio deriuatur fomes peccati & paſſibilitas corporis ſiue mortalitas.ſ. ex ſubtractione originalis iuſtitiæ, per quam ſimul inferiores
B vires animæ ſubdebantur rationi, & corp⁹ animæ: ſed in Chriſto fuit paſſibilitas corporis & mortalitas. ergo etiã in eo fuit fomes peccati.

¶2 Præt. Sicut Dama.* dicit in 3. li. Beneplacito diuinę voluntatis permittebaẽ caro Chriſti pati & operari quæ propria: ſed proprium eſt carni, vt concupiſcat delectabilia ſibi. Cum igitur nihil aliud ſit fomes, quàm concupiſcentia, vt dicitur in gl, Rom.7.) videtur quòd in Chriſto fuerit fomes peccati.

C ¶3 Præt. Ratione fomitis peccati, caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ, vt dicitur Gal.5. Sed tanto ſpiritus oſtẽditur fortior & magis dignus corona, quanto magis ſuperat hoſtem.ſ. concupiſcentiam carnis, ſecundum illud 2.ad Tim.2. Non coronabitur niſi qui legitime certauerit. Chriſtus autem habuit fortiſſimum, & victorioſiſſimum ſpiritũ & maximæ dignum corona, ſecundum illud Apoc.6. Data eſt ei corona, & exiuit vincẽs, vt vinceret. uidetur ergo ꝙ in Chriſto maxime debuerit eſſe fomes peccati.
D
SED CONTRA eſt, quòd dicitur Matth.1. Quod in ea natum eſt, de Spirituſancto eſt: ſed Spirituſanctus excludit peccatum & inclinationem peccati, quæ importatur nomine fomitis. ergo in Chriſto non fuit fomes peccati.

RESPON. Dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt*, Chriſtus perfectiſſime habuit gratiam & omnes virtutes. Virtus autẽ moralis, quæ eſt † in rationali parte animæ, eam facit eſſe rationi ſubiectam, & tanto magis, quanto perfectior fuerit virtus: ſicut temperantia concupi-
E ſcibilem, & fortitudo, & manſuetudo iraſcibilem, vt in 2. parte dictum eſt*. ad rationem autem fomitis pertinet inclinatio ſenſualis appetitus in id, quod eſt contra rationem. Sic igitur patet, quòd quãto virtus in aliquo fuerit magis ꝑfecta, tãto magis in eo debilitatur vis fomitis. Cum igitur in Chriſto fuerit virtus ſecundum perfectiſſimum gradum, conſequens eſt, ꝙ in eo fomes peccati non fuerit, cũ
A etiam iſte defectus non ſit ordinabilis ad ſatisfaciendum: ſed potius inclinet ad contrariũ ſatisfactioni.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd inferiores vires pertinentes ad ſenſibilem appetitum, naturaliter ſunt obedibiles rationi: non autem vires corporales, vel humorũ corporalium, vel etiam ipſius animæ vegetabilis, vt patet in 1.Eth.* [Li.1.Eth.c.vlt.to.5.]
B Et ideo perfectio virtutis, quæ eſt ſecundum rationem rectam, non excludit paſsibilitatem corporis, excludit autem fomitem peccati: cuius ratio conſiſtit in reſiſtentia ſenſualis appetitus ad rationem.

AD 2m dicendum, ꝙ caro naturaliter concupiſcit id, quod eſt ſibi delectabile concupiſcentia appetitus ſenſitiui: ſed caro hominis, qui eſt animal rationale, hoc concupiſcit ſecundum modum & ordinẽ rationis. & hoc modo caro Chriſti concupiſcentia appetitus ſenſitiui
C naturaliter appetebat eſcam & potum & ſomnum, & alia quæ ſecundum rectam rationem appetũtur, vt patet per Dama.* in 3.li. [Lib.3.orth. fi.c.14.] Ex hoc autem non ſequitur, quòd in Chriſto fuerit fomes peccati, qui importat concupiſcentiam delectabilium, præter ordinem rationis.

AD 3m dicendum, ꝙ fortitudo ſpiritus aliqualis oſtẽditur, ex hoc quòd reſiſtit concupiſcentiæ carnis ſibi contrariãtis: ſed maior fortitudo ſpiritus oſtenditur, ſi per eius virtutem totaliter caro comprimatur, ne contra ſpiritum con-
D cupiſcere poſsit. & ideo hoc competebat Chriſto, cuius ſpirit⁹ ſummũ fortitudinis gradũ attigerat. Et licet non ſuſtinuerit impugnationem interiorẽ ex parte fomitis, ſuſtinuit tñ exteriorẽ impugnationẽ ex parte mundi & diaboli, quos ſuperãdo victoriæ coronã ꝓmeruit.

¶ *Super Quæſtionis quintædecimæ Articulum tertium.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore vna ẽ concluſio: In Chriſto non fuit ignorãtia. [3.di.17.ar.1.q.2.ad 5.] Probatur, Sicut in Chriſto fuit plenitudo gratiæ & virtutis, ita fuit plenitudo omnis ſciẽtiæ. ergo ſicut prima plenitudo excludit fomitẽ peccati, ita ſecũda excludit ignorãtiã. ergo in Chriſto nõ fuit ignorãtia. [Li.3.orth. fid.c.21.in prin.] prima cõſequentia probaẽ, quia ignorãtia opponitur plenitudini ſcientiæ: ſecũda, quia non fuit fomes peccati ĩ Chro.

### ARTICVLVS III.

*Vtrum in Chriſto fuerit ignorantia.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd ĩ Chriſto
E fuerit ignorantia. Illud enim vere fuit in Chriſto, quod ſibi competit ſecundum humanam naturam, licet ei non competat ſecundum diuinã, ſicut paſſio & mors: ſed ignorantia cõuenit Chriſto, ſecundum humanam naturã: dicit enim Dama.* in 3.lib. quòd ignorantem & ſeruilem aſſumpſit naturam. ergo ignorantia vere fuit in Chriſto.

¶2 Præt. Aliquis dicitur ignorans per notitiæ defectum: ſed aliqua notitia defuit Chriſto: dicit enim

¶ In reſponſione ad tertium, aduerte nouitie, quòd triũ expoſitionũ verborum Iſaiæ, quæ in litera ponũtur, duæ pimæ conueniunt in hoc, quod ly Antequam puer ſciat, exponũt, antequã De⁹ fiat puer ſciens, hoc eſt, antequã incarnetur habens matrem & patrem putatiuum. In hoc enim ſenſu verificatur tam literalis expoſitio, quòd rex Aſſyriorũ auferret ſpolia ante incarnationẽ filii Dei, quã ſpiritualis, quòd filius Dei ante incarnationẽ inuocat⁹ ſaluaret populũ ſuũ. Tertia autem poſt incarnationẽ exponit, quòd ly Ante, dicat ordinem temporis, ſecũdum ætatem infantilem Ieſu Chriſti.

Q.7. art.9. & q.9. ar.1.

Apoſto. 2. ad Corinth. 5. Eum qui non nouit peccatum, pro nobis peccatũ fecit. ergo in Chriſto fuit ignorantia.

¶ 3 Præt. Iſa. 8. dicitur, Antequam ſciat puer vocare patrem ſuum & matrem ſuam, auferetur fortitudo Damaſci. Puer autem ille eſt Chriſtus. ergo in Chriſto fuit aliquarũ rerum ignorantia.

SED CONTRA, Ignorantia per ignorantiam nõ tollitur. Chriſtus autem ad hoc venit, vt ignorátias noſtras auferret: venit enim vt illuminaret his, qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent. ergo in Chriſto ignorantia non fuit.

RESPON. Dicendum, ꝙ ſicut in Chriſto fuit plenitudo gratiæ & virtutis, ita in ipſo fuit plenitudo omnis ſcientiæ, vt ex præmiſſis * patet. Sicut autem in Chriſto plenitudo gratię & virtutis excludit fomitẽ peccati, ita plenitudo ſcientiæ, excludit ignorantiam, quæ ſcientiæ opponitur. Vnde, ſicut in Chriſto non fuit fomes peccati, ita non fuit in eo ignorantia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd natura a Chriſto aſſumpta poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo, ſecundum rationem ſuæ ſpeciei, & ſecundum hoc dicit Dama. * eam eſſe ignorantem & ſeruilem. Vnde ſubdit, Nam ſerua quidem eſt hominis natura eius, qui fecit ipſam, Dei ſcilicet, & non habet futurorum cognitionem. Alio modo, poteſt conſiderari ſecundum id, quod habet ex vnione ad hypoſtaſim diuinam, ex qua habet plenitudinem ſcientię & gratię, ſecundum illud Ioan. 1. Vidimus eum quaſi vnigenitum a Patre, plenum gratiæ & veritatis. & hoc modo natura humana in Chriſto ignorantiam nõ habuit.

Loco citato in argu. 1.

AD 2ᵐ dicendum, quòd Chriſtus dicitur nõ nouiſſe peccatum, quia neſciuit per experientiam, ſciuit autem per ſimplicem notitiam.

AD 3ᵐ dicendum, quòd loquitur ibi Propheta de ſcientia humana Chriſti. Dicit enim, Antequam ſciat puer, ſcilicet ſecundum humanitatem, vocare patrem ſuum, ſcilicet Ioſeph (qui pater eius fuit putatiuus) & matrem ſuam, ſcilicet Mariam, auferetur fortitudo Damaſci: quod non eſt ſic intelligendum, quaſi aliquando fuerit homo, & hoc neſciuerit: ſed antequam ſciat, ideſt, antequam fiat homo ſcientiam habens humanam, auferetur. vel ad literam, fortitudo Damaſci, & ſpolia Samariæ, per regem Aſſyriorum: vel ſpiritualiter, quia nondum natus, populum ſuum ſola inuocatione ſaluabit, vt gl. * Hie. ibi exponit. Aug. tamen in ſermo †. de Epi. dicit, hoc eſſe completum in adoratione Magorum. Ait enim, Antequam per humanã carnem humana verba proferret, accepit virtutem Damaſci, ſcilicet diuitias, in quibus Damaſcus præſumebat: in diuitijs autem principatus, auro defertur. Spolia vero Samarię idem ipſi erant: Samaria namque pro idolatria ponitur: illic enim populus ad idola colenda cõuerſus eſt. Hæc igitur prima ſpolia puer idolatriæ detraxit. Et ſecundum hoc intelligitur, antequam ſciat, ideſt, antequã oſtendat ſe ſcire.

Hier. ibi, tomo. 5.
Aug. in ſer. 4. q eſt 32. ĩ ordine ante med, to. 10.

F ARTICVLVS IIII.

*Vtrum anima Chriſti fuerit paſſibilis.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ anima Chriſti nõ fuerit paſſibilis. Nihil enim patitur niſi a fortiori, quia agens præſtantius eſt patiente, vt patet per Aug. 12. ſuper Gene. * ad literam, & per Philo. 3. de anima†: ſed nulla creaturæ fuit præſtantior, q̃ anima Chriſti. ergo anima Chriſti
G non potuit ab aliqua creatura pati, & ita non fuit paſſibilis: fruſtra enim in ea fuiſſet potentia patiendi, ſi a nullo pati potuiſſet.

¶ 2 Præt. Tul. in li. * de Tuſculanis quæſtionib⁹ dicit, ꝙ paſſiones animæ ſunt quædã ęgritudines: ſed in aĩa Chriſti nõ fuit aliqua ęgritudo: nã ægritudo animæ ſequitur peccatum, vt patet per illud Pſal. 40. Sana animam meã, quia peccaui tibi. ergo in Chriſto nõ fuerunt animæ paſſiones.

¶ 3 Præt. Paſſiones aĩæ uident̃ idẽ eſſe cũ fomite peccati, vnde & Apo-
H ſto. Ro. 7. vocat eas paſſiones pc̃tõrũ: ſed ĩ Chriſto nõ fuit fomes peccati, vt ſupra dictũ eſt †. Ergo vr̃ ꝙ nõ fuerint ĩ eo aĩæ paſſiones, & ita aĩa Chriſti non fuit paſſibilis.

SED CONTRA eſt, ꝙ in Pſal. 78. dicit̃ ex perſona Chriſti, Repleta eſt malis anima mea: non quidem peccatis, ſed humanis malis. i. doloribus, vt gl. * ibi exponit. Sic ergo anima Chriſti fuit paſſibilis.

RESPON. Dicẽdũ, ꝙ animã ĩ cor-
I pore conſtitutam ᵈ dupliciter contingit pati. Vno modo, paſſione corporali: alio modo, paſſione animali. Paſſione quidem corporali patitur per corporis læſionem. Cũ enim anima ſit forma corporis, conſequens eſt quòd vnum ſit eſſe animæ & corporis: & ideo corpore perturbato per aliquam corpoream paſſionem, neceſſe eſt quòd anima per accidens perturbetur, ſcilicet quantum ad eſſe, quod habet in corpore. Quia igitur corpus
K Chriſti fuit paſſibile, & mortale (vt ſupra habitũ eſt *) neceſſe fuit vt etiam eius anima hoc modo, paſſibilis eſſet. Paſſione autem animali pati dicitur anima ſecundum operationem, quæ vel eſt propria animę, vel prĩcipalius eſt animæ, q̃ corporis. Et q̃uis etiã ſ̃m intelligere & ſentire dicatur hoc modo anima aliquid pati, tamen ſicut in ſecunda parte dictum eſt †, proprijſſime dicuntur paſſiones animæ, affectiones appetitus ſenſitiui, quæ

¶ *Super Queſtionis quintædecime Articulum quartum.*

IN titulo paſſibilitas, vt ſonat, ſumenda eſt.

¶ In corpore articuli duo fiunt. Primo rñdetur q̃ſito: ſecundo declaratur rñſio.

¶ Quo ad primum, primo diſtinguit̃ de paſſione animæ coniunctæ corpori, vel corporali, vel aĩali.

¶ Secundo, declaratur terminus prim⁹ quid. ſ. eſt aĩam pati paſſione corporali.

¶ Tertio, reſpondetur ſecundum talẽ paſſionẽ q̃ſito vna concluſione: Anima Chriſti fuit paſſibilis paſſione corporali. Probatur: Corp⁹ Chriſti fuit paſſibile & mortale. ergo neceſſe fuit animã eſſe paſſibilẽ. Patet conſequentia ex terminis declaratis.

¶ Quarto, declaratur alter terminus, quid ſcilicet eſt animã pati paſſione animali. & hic diſtinguitur, vel proprie vel propriiſſime.

¶ Quinto, reſpondetur iuxta talẽ paſſionem quæſito vnica concluſione: Anima Chriſti fuit paſſibilis paſſione aĩali. Probatur: Affectiones appetit⁹ ſenſitiui fuerunt ĩ Chriſto. ergo Antecedẽs probatur dupliciter, primo, q̃a ptinẽt ad naturã hoĩs: ſecũdo, auctoritate Auguſt.

¶ Quo ad ſecundũ declaratur ſecunda concluſio reſpõſiua qualiter & quales fuerint paſſiões aĩales ĩ Chriſto. Et ponitur triplex differẽtia ſecundum triplicem modum, quo deordinant̃ paſſiões vel ex parte obiecti, vel principii, vel effectus: ita ꝙ ſumma differentiæ cõſiſtit inter paſſiones eſſe ordinatas, vel inordinatas. Et illæ quidem in hoc propoſito vocant̃ paſſiões, iſtæ autem propaſſiones. Et ideo cũ de Domino Ieſu Chriſto ſermo eſt (ne cuiuſquã aures offendam⁹) animales paſſiones negamus, propaſſiones autẽ aſſerimus in Chriſto fuiſſe, Hieronymũ imitantes,

3. di. ... ar. 1. q. ... 2. & ... q. 1. a. ... & 2. & ... 33. ... pu. 3. ... Et op. ... 3. Aug. ... 12 c. ... medi... Ariſt. ... ani. ... tom. 2.

Li. 4. ... 3. a pri... & ſeque... bus.

Ar. 2. hu... quæſt.

Aug. ... hoc ... pſal. 87 ... mo. 8. D. 14.

Q. 14. ...

P. 2. q. ... ar. 2. 5.



tantes, dicentem de Chriſti triſtitia, Nõ paſſio, ſed propaſſio eſt.

Li. 14. ca. 9. parum ante medium, tomo. 5.

¶ *Super Quæſtionis quintædecimæ Articulum quintam.*

TItulus clar⁹ eſt.

¶ In corpore vnica concluſio: in Chriſto fuit verus dolor. Probatur. In quo eſt læſio corporis & ſenſus læſionis, eſt dolor ſenſibilis: ſed in Chriſto fuit vtrumque. ergo. Probatur minor quo ad primũ, quia corpus Chriſti erat paſſibile & mortale. Quoad ſcd̃m vero, q̃a aĩa Chriſti perfecte habuit oẽs potẽtias naturales.

¶ Nota nouitie, quòd illa duo in litera poſita requiſita ad dolorem, non ſunt doloris partes, ſed cauſæ ſufficientes. Dolor namque nec eſt lęſio, nec perceptio læſionis: ſed eſt paſſio appetitus ſenſitiui conſurgens ex corporis læſione percepta ſenſu: nam quantumcumq; corpus lędereur flagello, clauo, vel gladio, ſi non perciperetur, non conſurgeret dolor, vt patet cum læduntur hi, qui patiuntur ecſtaſim. Et rurſus quãtumcumque corpus lædatur, & læſio percipiatur intellectu vel imaginatione, ſi non ſentitur, non ſequitur dolor, vt patet in iis, qui calidis adhuc plagis ſuperlæduntur. Hi enim magnã læſionẽ patientes uix dolent, quia fere illam non ſentiunt, perturbato organo tactus, quam tamẽ cognoſcunt eſſe magnam corporis læſioné. Ex hoc enim quòd quantitas doloris iuxta quantitatem ſenſationis conſequitur, habetur ꝙ dolor abſolute ſenſationem abſolute læſionis corporis cõſequit̃, ita ꝙ ſi null⁹ eſſet lęſionis ſenſus, nullus eſſet dolor.

Li. 14. ca 9. parum ante medium, tomo. 5.

Cap. 26. in Mat. ſuper illud Cœpit contriſtari, to. 9.

Loco citato in argu. 1.

¶ In reſponſione ad primum, dubiũ occurrit ad hominem, quia Auctor ſuperius in q. 14. ar. 3. ad ſecundum dixit cõ-

in Chriſto fuerunt, ſicut & cetera, quę ad naturam hominis pertinẽt. Vnde Aug. dicit in 14. de ciui. Dei, * Ipſe Dominus in forma ſerui vitã agere dignatus, humanitus adhibuit eas, vbi adhibendas eſſe iudicauit: neq; enim in quo verũ erat hominis corpus, & verus hominis animus, falſus erat humanus affectus. Sciendum tamen eſt, ꝙ huiuſmodi paſſiones aliter fuerunt in Chriſto, quàm in nobis, quantum ad tria. primo quidem, quãtum ad obiectum, quia in nobis plerũque huiuſmodi paſſiones feruntur ad illicita, quod in Chriſto non fuit. Secundo, quantum ad principiũ, quia huiuſmodi paſſiones frequẽter in nobis præueniunt iudicium rationis: ſed in Chriſto omnes motus ſenſitiui appetitus oriebantur ſecũdum diſpoſitionem rationis. Vnde Augu. dicit 14. de ciui. Dei*, quòd hos motus certiſſimæ diſpẽſationis gratia, ita cum voluit Chriſtus ſuſcepit animo humano, ſicut cum voluit, factus eſt homo. Tertio, quãtum ad effectũ, quia in nobis quandoque huiuſmodi motus non ſiſtunt in appetitu ſenſitiuo, ſed trahũt rationem, quod in Chriſto non fuit: quia motus naturaliter humanæ carni conuenientes, ſic ex eius diſpoſitione in appetitu ſenſitiuo manebant, quòd ratio ex his nullo modo, impediebatur facere quæ cõueniebant. Vnde Hiero. † dicit ſuper Mat. ꝙ Dominus noſter, vt veritatem aſſumpti probaret hominis, vere quidem contriſtatus eſt: ſed ne paſſio in animo illius dominaretur, per propaſſionem dicitur quòd cœpit contriſtari, vt paſſio perfecta intelligatur, quando animo. i. rationi dominatur: propaſſio autem, quando eſt inchoata in appetitu ſenſitiuo, ſed vlterius non ſe extendit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd anima Chriſti poterat quidẽ reſiſtere paſſionibus, vt ei non ſuperuenirent, præſertim virtute diuina: ſed própria voluntate ſe paſſionibus ſubiiciebat tam corporalibus quàm animalibus.

AD 2ᵐ dicendum, ꝙ * Tullius ibi loquitur ſecũdum opinionem ſtoicorũ, qui non vocabát paſſiones quoſcumque motus appetitus ſenſitiui, ſed ſolum inordinatos: tales autem paſſiones manifeſtũ eſt in Chriſto non fuiſſe.

AD 3ᵐ dicendũ, ꝙ paſſiones peccatorũ, ſunt motus appetitus ſenſitiui in illicita tendẽtes, qđ nõ fuit ĩ Chriſto, ſicut nec fomes peccati.

A ARTICVLVS V.

*Vtrum in Chriſto fuerit dolor ſenſibilis.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ ĩ Chriſto nõ fuerit verus dolor ſenſibilis. Dicit enim Hilar. in 10. de Trini. * Cum pro Chriſto mori ſit vita, quid ipſe in mortis ſacramento doluiſſe æſtimandus eſt, qui pro ſe moriẽtibus vitam repẽdit? Et infra dicit †, Vnigenitus Deus hominem verũ, non deficiens a ſe Deo ſumpſit: in quo quàmuis aut ictus incideret, aut
B vulnus deſcenderet, aut nodi concurrerent, aut ſuſpenſio eleuaret, afferrẽt quidem hæc impetum paſſionis, non tamen dolorem paſſionis inferrent. nõ igitur in Chriſto fuit uerus dolor.

¶ 2 Præt. Hoc proprium videtur eſſe carni in peccato conceptæ, quòd neceſſitati doloris ſubiaceat: ſed caro Chriſti non eſt cum peccato cõcepta, ſed ex Spiritu ſancto in vtero virginali. nõ ergo ſub iacuit neceſſitati patiẽdi dolorem.

C ¶ 3 Præt. Delectatio contemplationis diuinorũ diminuit ſenſum doloris, vnde & Martyres in paſſionibus ſuis tolerabilius ſuſtinuerunt ex conſideratione diuini amoris: ſed anima Chriſti ſumme delectabatur in contemplatione Dei, quẽ per eſſentiam videbat, vt ſupra dictum eſt. * Non ergo poterat ſentire aliquem dolorem.

SED CONTRA eſt, ꝙ Iſa. 53. dr̃, Vere dolores noſtros ipſe tulit.

D RESPON. Dicẽdũ, ꝙ (ſicut patet ex his *, quæ in 2. parte dicta ſunt) ad veritatem doloris ſenſibilis, requiritur lęſio corporis & ſenſus lęſionis. Corpus autem Chriſti lædi poterat, quia erat paſſibile & mortale, vt ſupra habitum eſt *. Nec defuit ei ſenſus læſionis, cum anima Chr̃i pfecte haberet oẽs potẽtias naturales. vñ nulli dubiũ debet eſſe, quin ĩ Chriſto fuerit verus dolor.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ in omnibus illis verbis & ſimili-
E bus, Hilarius a carne Chriſti non veritatem doloris, ſed neceſſitatẽ excludere intendit. Vnde poſt præmiſſa verba ſubdit*, Neq; enim cũ ſitiuit, aut eſuriuit, aut fleuit, bibiſſe Dominus aut manducaſſe, aut doluiſſe monſtratus eſt: ſed ad demonſtrandam corporis veritatem, corporis conſuetudo ſuſcepta eſt, ita vt naturæ noſtræ cõſuetudine, cõſuetudini ſit corporis ſatisfactũ, vel cũ potũ & cibũ accepit, non ſe neceſſitati corporis, ſed conſuetudini tribuit, & accepit neceſſita-

poſitionem ex contrariis eſſe cauſam remotam: peccatum vero cauſam proximam mortis, & aliorum defectuum naturæ humanæ: nunc vero dicit peccatum eſſe cauſam primã, & compoſitioné ex contrariis eſſe cauſam propinquã horum defectuũ. Quo mõ ſtãt hæc ſimul?

Inf. q. 46. a. 6. c. Et 3. di. 15. q. 2. art. 3. q. 1. Et veri. q. 26. art. 8. cor. fi. & ad 8. Et op. 3. c. 239.
* Hil. li. 10. in 2. fol. a prin. li.
Lib. 10. de tri. ante medium lib.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ prius dicta verificãtur, referẽdo cauſas defectuum ad naturam humanam: hic autem dicta verificantur, referẽdo eaſdem ad ſingulos filios Adę. Nam ſi ad naturam ſpectes humanam, inuenies cõpoſitionem ex contrariis cauſam eſſe mortis & defectuũ remotam, quia impediebatur a ſuperueniẽte originali iuſtitia, vt in ſuum nõ poſſet effectum, ac per hoc peccatũ, tollẽs originalem iuſtitiam prohibẽtem defectus, ſit mortis & defectuum proxima cauſa non poſitiue (vt compoſitio ex cõtrariis) ſed remouẽdo ꝓhibẽs, & hoc ſuperius Auctor docuit. Si vero ad ſĩgulos filios Adę ſpectes, inuenies, peccatũ eſſe cauſam primam (vtpote vniuerſalem cauſam in ſuo vt dictum eſt, ordidine, ſed vt remouentem prohibens) compoſitionem autẽ ex cõtrariis ĩ hoc hoĩe eſſe propinquã cãm mortis & defectuũ: q̃a hæc ſola ſufficit ad cauſandã mortẽ & defectus corporales. Sed quoniam tã cõpoſitio ex contrariis, q̃ peccatum eſt cã vniuerſalis abſolute, & particularis in hoc, ideo aliter dicitur, ꝙ prius dictum, verum eſt quo ad ipſas cauſas: nunc vero dictum, verum eſt quo ad executiones ipſarum cauſarum. Nam ſi ad compoſitionem ex contrariis & peccatũ ſpectem⁹, inuenitur compoſitio prior, & peccatũ tollens ſuperuenientem iuſtitiam, inuenitur poſterior cauſa, & hoc ſuperius docuit Auctor dicẽs compoſitionẽ remotam,

Q. 9. ar. 2.

P. 2. q. 35.

Q. 14. ar. 1.

Loco citato in argu.

Q.14.ar.1. & art.3.ad 2.
Lib. 10. de Trini. ante med. illius.
Q.14.ar.2.

motam, peccatum vero proximā cauſam. Si autem ſpectemus ad executiones cauſalitatū vtriuſq; inuenimus peccatum eſſe priorem cauſam, quia prius peccatū ſuſtulit iuſtitiam prohibentē mortē & defectus, & deinde compoſitio ex contrariis intulit defect⁹ & mortem. & ideo Auctor hic dicit peccatum eſſe primā cauſam mortis & defectuū, quia ab ipſo incępit mors & defect⁹ omnis, compoſitio autē dicit̃ cauſa propinqua, quia compoſitio ex cōtrariis poſt peccatum executa eſt operationē ſuā, qua mortem defectuſque intulit. Et hæc eſt vera expoſitio horum dictorū.

tē ꝑ cōparationē ad cauſam primā F horū defectuū, quæ eſt peccatum, vt ſupra dictum eſt, † vt ſcilicet ea ratione dicatur caro Chriſti non ſubiacuiſſe neceſſitati horum defectuum, quia non fuit in ea peccatum. Vnde ſubdit: * Habuit enim, ſcilicet Chriſtus, corpus, ſed originis ſuæ proprium, neque ex vitijs humanæ conceptionis exiſtēs, ſed in forma corporis noſtri, virtutis ſuæ poteſtate ſubſiſtens. Quantum tamen ad cauſam propinquam horum defectuum, quæ eſt compoſi- G tio contrariorum, caro Chriſti ſubiacuit neceſſitati horum defectuū, vt ſupra dictum eſt *.

Ad 2m dicendum, quòd caro in peccato concepta ſubiacet dolori, non ſolum ex neceſſitate naturaliū principiorum, ſed etiam ex neceſſitate reatus peccati. Quæ quidē neceſſitas in Chriſto non fuit: ſed ſolū neceſſitas naturaliū principiorū.

Q.14. ar.1. ad 2.

Ad 3m dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictū eſt, *virtute diuinitatis Chr̄i diſpēſatiue, ſic beatitudo in aīa cōtinebatur, ꝙ nō deriuabat ad corpus, H vt eius paſſibilitas & mortalitas tolleretur. Et eadem ratione delectatio contemplationis, ſic retinebatur in mente, quòd non deriuabatur ad vires ſenſibiles, vt per hoc dolor ſenſibilis excluderetur.

¶ *Super Quæſtionis quintædecimæ Articulum ſextum.*

Inf.q.46.a.2. Et 3. diſ. 15.q.2.art. 3.q.3. cor. & ad 5. Et op.3.c.239
Li.7. eth.c. 13.& 14.tomo.5.
Li.14.ca.6. in med. to. 5.

Titulus clarus ē. ¶ In corpore vnica eſt concluſio reſponſiua quæſito. Sicut in Chriſto potuit eē verus dolor, ita potuit in eo eſſe vera triſtitia. Probatur. Anima Chriſti potuit aliquid apprehēdere interius vt nociuū. ergo potuit in eo eſſe vera triſtitia, ſicut & verus dolor. Antecedens manifeſtatur, quia & quantum ad ſe, & quantum ad alios potuit apprehendere aliquid vt nociuū, vt patet in exemplis. Cōſequētia vero probatur ex quod quid eſt triſtitiæ & doloris, & ex vna cōmuni vtriuſque cauſa in Chriſto: aſſignatur ſiquidē vtriuſque quidditas ex eſſentiali cōuenientia & differētia vtriuſq; Ex hoc namque quòd conueniūt in hoc, quòd ſunt vna paſſio appetitus ſenſitiui, cōſiſtens in refutatione mali præſentis, & differunt penes obiectum (quia doloris obiectū eſt malum corporis præſens, ſenſu tactus ꝑceptum, triſtitiæ autem malum pręſens interius perceptū) iūcto his, quòd cauſa doloris poſſibilis in Chriſto fuit diſpenſatio diuinę virtutis, retinēs in parte ſuperiori quæ ſūt gloriæ, vt pars ſenſitiua propria dolendo exequi poſſet, clare ſequitur quòd ſicut in Chriſto potuit eſſe verus dolor, ita & vera triſtitia. Et ly Sicut, mōſtrat non ſolum ſimilitudinem ſeu conueniētiam in cauſa propria Chriſto, ſed & in proportionali ratione definitiua vtriuſque, & in modo communi omnibus in Chriſto paſſionibus. ſ. per modū propaſſionis: de quo modo ſubditur, in litera remittēte ſe ad dicta in ar.4. huiuſmet quæſtionis.

¶In reſponſione ad ſecundum memento nouitie numeri principalium paſſionum. ſ. ſpei ſeu cupiditatis, delectationis, timoris, & triſtitiæ, & ītelliges quare, ad has quatuor ſpectant Stoici.

Li. 1. de ... de ad ... c.2. post ... dium ...
At. præ... 3.
P. 2. q. 35. ar. 1.
Ar.4. huius quæſt.

ARTICVLVS VI.

*Vtrum in Chriſto fuerit triſtitia.*

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ in Chriſto non fuerit triſtitia. Dicit̃.n. de Chriſto Iſa.42. Non erit triſtis, nec turbulentus.

¶2 Præt. Proue.12. dicitur, Non cōtriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit. Et huius rationem Stoici aſ- I ſignabant, quia nullus triſtatur niſi de amiſſione ſuorum bonorum: iuſtus autem nō reputat bona ſua niſi iuſtitiam & virtutem, quas nō poteſt amittere, alioquin ſubijceretur iuſtus fortunę, ſi pro amiſſione bonorū fortunæ triſtaretur: ſed Chriſtus fuit maxime iuſtus, ſ̄m illud Hier.23. Hoc eſt nomen quod vocabūt eum, Dominus iuſtus noſter. ergo in eo non fuit triſtitia.

¶3 Præt. Philo. dicit in * 7. ethic. ꝙ omnis triſtitia eſt malum & fugien- K dum: ſed nullum malū fuit in Chriſto. ergo in Chriſto nō fuit triſtitia.

¶4 Præt. Sicut Aug. † dicit 14. de ciui. Dei, triſtitia eſt de his, quæ nobis nolentibus accidunt: ſed nihil paſſus eſt Chriſtus contra ſuam volūtatem: dicitur enim Iſa.33. Oblatus eſt, quia voluit. non ergo in Chriſto fuit triſtitia.

SED CONTRA eſt, quòd dicit Dominus Matth.26. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortē. & Ambr. dicit in 3. de Trini. *Vt homo triſtitiam habuit: ſuſcepit enim triſtitiam meam confidenter: triſtitiā nomino qui crucem prædico.

RESPON. Dicendū, quòd ſicut dictum eſt, † delectatio diuinæ contemplationis, ita per diſpenſationem diuinę virtutis retinebatur in mente Chriſti, ꝙ non deriuabatur ad vires ſenſitiuas, vt per hoc dolor ſenſibilis excluderetur. Sicut autem dolor ſenſibilis eſt in appetitu ſenſitiuo, ita & triſtitia: ſed eſt differentia ſecundum motiuum ſiue obiectum: nam obiectū & motiuū doloris, eſt læſio, ſenſu tactus percepta: ſicut cum aliquis vulneratur. Obiectum autem & motiuū triſtitiæ, eſt nociuum ſeu malū interius apprehenſum ſiue per rationem, ſiue per imaginationē (vt in 2. parte habitum eſt*) ſicut cum aliquis triſtatur de amiſſione gratiæ vel pecuniæ. Potuit autem anima Chriſti iuterius apprehendere aliquid vt nociuum, & quantum ad ſe, ſicut paſſio & mors eius fuit, & quantum ad alios, ſicut peccatum diſcipulorum, vel etiam iudæorū occidentium ipſum. Et ideo ſicut ī Chriſto potuit eſſe uerus dolor, ita potuit in eo eſſe vera triſtitia, alio tamen modo, quàm in nobis, ſecundum illa tria quæ ſupra aſſignata ſunt, * cum communiter de paſſionib⁹ aīæ Chriſti loqueremur.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd triſtitia remouetur a Chriſto ſecundum paſſionem perfectam; fuit tamen in eo initiata ſecundum propaſſionem. Vnde dicitur Matth.26. Cœpit contriſtari & mœſtus eſſe. Aliud enim eſt contriſtari, aliud incipere contriſtari, vt Hiero. † ibidem dicit.

Hieron. ... Mat.26. ... mo.9.
Aug. li... c.7. in pr... tom.5.

AD 2m dicendum, quòd ſicut Aug. dicit in 14. de Ciuita. Dei *, pro tribus perturbationibus, ſcilicet, cupiditate, lætitia & timore, Stoici tres eupathias, ideſt, bonas paſſiones, in animo ſapientis poſuerunt, ſcilicet pro cupiditate voluntatem, pro lætitia gaudium, pro metu cautionem: ſed pro triſtitia negauerunt aliquid poſſe eſſe in animo ſapientis, quia triſtitia de malo eſt, quod iam accidit: nullum autem malū exiſtimant poſſe accidere ſapiēti. & hoc ideo eſt, quia non credebāt aliquid eſſe bonum niſi honeſtū, quod homines bonos facit: nec aliquid eſſe malū niſi inhoneſtum, per quod homines mali fiunt. Quàmuis autem honeſtum ſit principale hominis bonū, & inhoneſtum principale hominis malum (quia hæc pertinent ad ipſam rationem, quæ eſt principalis in homine) ſunt tamen quædam ſecundaria hominis bona, quæ pertinent ad ipſum corpus, vel ad exteriores res corpori deſeruientes. Et ſecundum hoc, poteſt in animo ſapientis eſſe triſtitia, quantum ad appetitum ſenſitiuum, ſecundum apprehenſionem huiuſmodi malorum: non tamen ita quòd iſta triſtitia perturbet rationem. Et ſecundum hoc intelligitur, quòd non contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit, quia, ſcilicet, ex nullo acciden-

te eius



Li.14.ca.9. ante med. tom.5.

te eius ratio perturbatur. Et ſecundum hoc triſtitia fuit in Chriſto ſecundum propaſſionem, non autē ſecundum paſſionem.

AD 3m dicendum, ꝙ omnis triſtitia eſt malum pœnæ, non autem eſt ſemper malum culpæ: ſed ſolū B quando ex inordinato affectu procedit. Vnde Aug. dicit 14. de Ciuit. Dei*: Cum rectam rationem ſequūtur iſtæ affectiones, & quando, & vbi oportet, adhibentur, quis eas tunc morbidas ſeu vitioſas paſſiones audeat dicere?

AD 4m dicendum, quòd nihil prohibet, aliquid eſſe contrarium voluntati ſecundum ſe, quod tamen eſt volitum ratione finis, ad quem ordinatur: ſicut medicina C amara non eſt ſecundum ſe volita, ſed ſolum ſecundum quòd ordinatur ad ſanitatē. Et hoc modo, mors Chriſti & eius paſſio fuit ſecundū ſe conſiderata inuoluntaria, & triſtitiam cauſans: licet fuerit voluntaria in ordine ad finem, qui eſt redemptio humani generis.

ARTICVLVS VII.

*Vtrum in Chriſto fuerit timor.*

Sup.q.7.a.6. Et 3. diſ. 15.q.2.art. 2.q.3.
Li.10.li.fo. a priu. lit.

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ in Chriſto D non fuerit timor. dicitur enim Prouer.18. Iuſtus quaſi leo confidens, abſque terrore erit: ſed Chriſtus fuit maxime iuſtus. ergo in Chriſto non fuit aliquis timor.

¶2 Præt. Hila. dicit 10. de Trini.*Interrogo eos, qui hoc ita exiſtimāt, an ratione ſubſiſtat, vt mori timuerit, qui omnem ab apoſtolis mortis timorem expellens, ad gloriam eos ſit martyrij exhortatus. nō ergo in Chriſto rationabile eſt fuiſſe timorem.

¶3 Præt. Timor non videtur eſſe niſi de malo, quod non poteſt homo vitare: ſed Chriſtus poterat vitare & malū pœnæ, quod paſſus eſt, & malū culpę, qđ alijs accidit. ergo in Chriſto non fuit aliquis timor.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Marci 14. Cœpit Ieſus pauere & tædere.

RESPON. Dicendum, ꝙ ſicut triſtitia cauſatur ex apprehēſione mali præſentis, ita timor cauſatur ex apprehenſione mali futuri. Apprehenſio autem mali futuri ſi omnimodam certitudinem habeat, non inducit timorem. vnde Philoſo. dicit in 2. Rhet.* quòd timor non eſt niſi vbi eſt aliqua ſpes euadendi. Nam quando nulla ſpes eſt euadendi, apprehenditur malum vt præſens, & ſic magis cauſat triſtitiam, quàm timorem.

Li.2.Rhet. ca. 5. circa medium tomo.3.

Sic ergo timor poteſt conſiderari, quantum ad duo. Vno modo, quantum ad hoc quòd appetitus ſenſitiuus, naturaliter refugit corporis læſionem, & per triſtitiam, ſi ſit præſens, & per timorem, ſi ſit futura. Et hoc modo, timor fuit in Chriſto, ſicut & triſtitia. Alio modo, poteſt conſiderari ſecundum incertitudinem futuri euentus: ſicut quando nocte timemus ex aliquo ſonitu, quaſi ignoran-

*Super Quæſtionis quintædecimæ Articulum ſeptimum.*

Titulus clarus eſt.

¶ *In corpore duo fiunt. primo declarantur conditiones requiſitæ ad cauſandum timorem, ſecundo reſpondetur quæſito*, cum diſtinctione bimembri & cōcluſionibus duabus. Quo ad primum, conditiōes ſunt quatuor: apprehenſio mali futuri, incerti, ſeu poſſibilis euitari. Et in *duabus primis* conuenit cum triſtitia, quia vterque eſt ex apprehenſione mali: in tertia differūt, quia illa eſt præſentis, iſte futuri. Sed hæc differentia non ſufficit, quia non eſt vſquequaque differentia, quoniam futurum poteſt habere rationem præſentis, & tūc nō timor, ſed triſtitia cauſat̃. Apprehēdit̃ aūt malū futurū ſub ratione præſentis, quando vt certum apprehenditur. & ideo in*certum ſeu poſſibile* vitari eſſe debet malū futurū, quod timorem ingerit. Et hæc omnia in litera ex conuenientia & differentia inter triſtitiam & timorem clare dicuntur.

¶Sed bene nota verba literę, ſi omnimodam certitudinē habeat: quoniam, etſi eſt certum quo ad ſubſtātiam & incertum quo ad tēmpus (vt contingit cōmuniter de morte) aut, quo ad genus mortis (vt contingit damnatis ad mortē & huiuſmodi) quātum admiſcetur de incertitudine, tantū poteſt immiſceri ſpei euadendi, & conſequenter timoris. Nec putes propterea enumeratas eſſe omnes timoris cauſas, quoniā ſat fuit propoſito eas conditiones afferre, ſecundum quas diſcernendum eſt qualiter fuit, & qualiter non fuit in Chriſto timor: de timore enim diffuſe in prima ſecundæ tractatum eſt.

¶Quo ad ſecundum, diſtinctio eſt, Timor poteſt cōſiderari quātū ad duo: primo, quantum ad motum appetitus ſenſitiui ex apprehenſo malo futuro: ſecundo, quātum ad motum eiuſdem ex apprehenſo malo futuro incerto. Prima concluſio eſt, In Chri- E *ſto fuit timor quo ad primum. Secunda concluſio eſt. In Chriſto* non fuit timor quo ad ſecundum. Probatur auctoritate Dama. Et patet vtraque concluſio ex dictis.

¶Sed dubium occurrit circa primam cōcluſionem, quia motus appetitus ex malo futuro apprehenſo, non eſt timor niſi ſit cum ſpe euaſionis (vt in litera dicitur ex Ariſtotele) ergo talis motus non eſt timor niſi æquiuoce. non ſaluatur igitur per hoc ſufficienter in Chriſto timor.

¶Dubium quoque alterum occurrit circa ſecundam concluſionem, quoniā ex hoc, quòd Chriſtus omnia futura certo cognouit, *non ſufficienter excluditur timor, quo ad incertitudinē euētus*, qm̄ ſcientia animæ Chriſti (vt patet ex ſupra dictis) erat habitualis, nec oportebat eſſe actualem, quoniam habitus eſt, quo quis operatur cum vult, & propterea poterat Chriſtus non vtēdo ſcientia euentus, quā habebat, apprehendere malū futurum, quaſi incertū, & ſic habere in ſuo appetitu timoris motū, quo ad

A omnia (ſicut & triſtitiam) non quo ad aliquid tantum.

¶Et augetur dubium: quia ex eo, quòd in Chriſto non erat redundantia ſuperiorum ad inferiores partes, aut econtra, ſed vnaquęque pars ſibi propria exercebat, cōſentaneum eſt, vt æſtimatiua ſeu cogitatiua Chriſti cum ratione non vtente ſcientia infuſa de certitudine *euentus mortis*, quāuis vtente ſciētia futuræ mortis, apprehenderit malum futurum, vt incertum ipſi cogitatiuæ quo ad euentum, & ex tali apprehenſione fuerit timor quo ad omnia, cum imagi*natiua ſeu cogitati*ua ſit mouens immediatū appetitus ſenſitiui.

¶Ad horum euidētiam ſciendum eſt, quòd ſermo literæ eſt, quòd ſermo literę eſt de Chriſto homine ſimpliciter & abſolute, & non eſt de Chriſto, ſecundū quid: ita quòd vtraque concluſio verificatur de Chriſto ſecūdum id, quod cōuenit Chriſto ſimpliciter. Conſtat autem, de Chriſto non dici ſimpliciter, ꝙ *incertus erat de euē*tu mali futuri, ſed oppoſitum. ſ. quòd certus erat de euentu mortis & reliquorū malorū futurorū, non ſolum inquantum Deus, ſed etiā inquantum homo: nec ſolum vt cōprehenſor, *ſed etiam vt* viator, quàmuis ſecundum quid, hoc eſt ſecūdum aliquā eius partem, poſſit euentus incertitudo non priuatiue, ſed negatiue intellectæ, illi attribui. Sed nō propterea poteſt ra*tione partis attribui* ipſi Chriſto abſolute, quia oppoſitū, vt dictū eſt, conuenit illi ſimpliciter: ſicut ætiops poteſt quidem dici albus dentes: non tamen propterea poteſt dici albus, quia, ſimpliciter loquendo, eſt niger. Timor igitur quo ad incertitudinem euentus, vere negatur in Chriſto ſimpliciter & abſolute, quia Chriſtus erat certiſſimus de euentu malorum.

¶Et hoc eſt quod docemur ex ſecunda concluſione literæ: cum quo tamen ſtat, quòd in Chriſto ſecundum aliquam portionem potuit eſſe timor, etiam quo ad incertitudinem euētus, quod eſt, *in Chriſto ſecundum quid fuiſſe timorem*, quo ad incertitudinem euentus, pro quanto potuit ratio inferior apprehēdere malum futurum, nihil proponendo de certitudine, vel incertitudine euentus, ac per hoc apprehendebatur malum futurum vt incertum negatiue: remanebat ſiquidem malum futurum non certum ex hoc ipſo, quòd non proponebatur certe eventurū. Et ſic potuit eſſe in Chriſto timor, etiam quo ad incertitudinem euentus.

¶ Ad primum igitur dubium dicitur, quòd motus appetitus ſenſitiui cauſatus ex apprehenſione mali futuri, abſtrahendo *a certo, vel incerto, eſt vere timor, non triſtitia*, requirens quòd malum futurum apprehendatur, quaſi præſens, quia certum. Et quoniam in litera nihil aliud dicitur, ponendo primā cōcluſioné, niſi ꝙ timor fuit in Chriſto, quatenus cauſat̃ ex apprehēſione mali futuri, ideo ſibi non obſtāt prius dicta ex Ariſt. Nec obſtat ſecunda concluſio, quæ non negat huiuſmodi timo-

tes quid hoc ſit. Et quãtum ad hoc timor nõ fuit in Chriſto, vt Dama. * dicit in 3. lib.

Ad primvm ergo dicendũ, quòd iuſtus dicitur eſſe abſque terrore, ſecũdum quòd terror importat perfectam paſſionem, auertentem hominem ab eo, quod eſt rationis, & ſic timor nõ fuit in Chriſto, ſed ſolum ſecundũ propaſsionẽ. & ideo dicitur quòd Ieſus, Cępit pauere, quaſi ſecũdum propaſſionem, vt Hierony.* exponit.

Ad 2m dicendum, quòd Hila. eo modo a Chriſto excludit timorem, quo excludit triſtitiam. ſ. quo ad neceſſitatem timendi: ſed tamẽ ad comprobandam veritatem humanæ naturę, voluntarie timorem aſſumpſit, ſicut etiam & triſtitiam.

Ad 3m dicendum dicendum, ꝙ licet Chriſtus potuerit vitare mala futura ſecundum virtutem diuinitatis, erant tamen ineuitabilia vel non de facili vitabilia, ſecundũ infirmitatem carnis.

Li. 3. ortho. fid. ca. 23. — rem a Chriſto, ſed negat timorem quo ad incertitudinẽ cõtrarie a Chriſto ſimpliciter.

¶ Et hinc patet ſolutio ſecundi dubii, quoniam vt dictum eſt, concluſio ſecunda aſſerit in Chriſto abſolute non fuiſſe incertitudinem euẽtus mali (quæ eſt ambiguitas quædã de malo futuro) hęc eſt enim ĩcertitudo cõtrarie, ac per hoc nõ eſſe timorẽ quo ad huiuſmodi incertitudinem. Obiectiones autem loquuntur & de incertitudine negatiue, & de Chriſto ſecundum quid: quia vt dictũ eſt, verificatũ de Chriſto ſimpliciter, ꝙ erat certiſſimus de euentu cuiuſq; mali futuri.

Hier. in ca. 26. Matth. tom. 9.

¶ *Super Quæſtionis quintædecimæ Articulum octauum.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore vnica eſt cõcluſio: in Chriſto ſolum, quantum ad ſcientiam experimentalem, potuit eſſe admiratio. Hæc cõcluſio primo probatur, deinde redditur ratio, quare iſta potẽtia poſita eſt in actu. Probatio eſt. Admiratio ẽ de nouo, & inſolito, ſed Chriſto nec ſecundum ſcientiam diuinam, nec humanam in verbo, nec inditã, ſed tantum experimẽtalem, potuit occurrere aliquid nouum & inſolitum. ergo. Ratio actus eſt ĩſtructio noſtra. Cõfirmatur auctoritate Auguſtini.

4. cõ. c. 33. fi, & Mat. 7

*Li. 1. Met. ca. 2. in me. tom. 3.

†Ar. 3 huius quæſt.

*Li. 2. c. 15.

Li. 4. eth. c. 3. declin. ad fin. tom. 5.

## Articvlvs VIII.

*Vtrum in Chriſto fuerit admiratio.*

Ad octavvm ſic proceditur. Videtur quòd in Chriſto non fuerit admiratio. Dicit. n. Philoſ. in 1. Meta. * ꝙ admiratio cauſatur ex hoc, quòd aliquis videt effectum, & ignorat cauſam. Et ſic admirari non eſt niſi ignorantis: ſed in Chriſto non fuit ignorantia, vt dictum eſt †. ergo in Chriſto non fuit admiratio.

§ 2 Præt. Dama. dicit in 2. li. * quòd admiratio eſt timor ex magna imaginatione, & ideo Philo. dicit in 4. Ethi. † quòd magnanimus non eſt admiratiuus: ſed Chriſtus fuit maxime magnanimus. ergo in Chriſto non fuit admiratio.

§ 3 Præt. Nullus admiratur de eo, quod ipſe facere poteſt: ſed Chriſtus facere poterat quicquid magnum erat in rebus. ergo videtur quòd de nullo admirabatur.

Sed contra eſt, quod dicitur Mat. 7. Audiẽs Ieſus, (ſcilicet verba Centurionis) miratus eſt.

Respon. Dicẽdum, quòd admiratio proprie eſt de aliquo nouo & inſolito. In Chriſto autem non poterat eſſe aliquid nouum & inſolitum, quantũ ad ſciẽtiam diuinam, neque etiam quantum ad ſciẽtiam humanam, qua cognoſcit res in verbo, vel qua cognoſcit res per ſpecies inditas; potuit tamen aliquid eſſe ſibi nouum & inſolitum ſecundum ſcientiam[a] experimentalem, ſecundum quam, ſibi poterant quotidie aliqua noua occurrere. Et ideo ſi loquamur de ipſo, quantum ad ſcientiam diuinam, & ſcientiam beatam, vel etiam infuſam, non fuit in Chriſto admiratio. Si autem loquamur de eo, quantum ad

D. 1418.

F ſcientiam experimentalem, ſic admiratio in eo eſſe potuit. Et aſſumpſit hunc * defectum ad noſtram inſtructionem, vt ſcilicet doceat eſſe mirãdum, quod etiam ipſe mirabatur. Vnde dicit Auguſt. in 1. ſuper Gene. † contra Manichæos, quòd mirabatur Dominus, nobis mirãdum eſſe ſignificat, quibus adhuc opus eſt ſic moueri. Omnes ergo tales motus eius nõ perturbati animi ſigna ſunt, ſed docentis magiſteriũ.

* Aliàs affectum.

† Li. 1 ca. 8. non procul a fi. tom. 1.

Ad primvm ergo dicendum, quòd licet Chriſtus nihil ignoraret, poterat tamen aliquid de nouo occurrere experimentali eius ſcientiæ, ex quo admiratio cauſaretur.

G Ad 2m dicendum, ꝙ Chriſtus non admirabatur de fide Centurionis, ea ratione, quòd eſſet magna quantum ad ipſum: ſed quia erat magna quantum ad alios.

Ad 3m dicendum, quòd ipſe poterat facere omnia ſecundum virtutem diuinam, ſecundum quam in eo admiratio non erat: ſed ſolum ſecũdum humanam ſcientiam experimentalem, vt dictum eſt*.

In corp. ar.

## Articvlvs IX.

*Vtrum in Chriſto fuerit ira.*

Ad nonvm ſic proceditur. Videtur quòd in Chriſto non fuerit ira. Dicit enim Iacobi. 1. Ira

H viri, iuſtitiam Dei non operatur: ſed quicquid fuit in Chriſto, ad iuſtitiam Dei pertinuit: ipſe enim factus eſt nobis iuſtitia a Deo, vt dicitur 1. Corinth. 1. ergo videtur ꝙ in Chriſto non fuerit ira.

§ 2 Præt. Ira manſuetudini opponitur, vt patet in 4. Ethi. * Sed Chriſtus fuit manſuetus. ergo in eo non fuit ira.

§ 3 Præt. Greg. dicit in 5. Mora. † ꝙ ira per vitium, excæcat oculũ mentis: ira vero per zelum, ipſum tur-

I bat: ſed in Chriſto mentis oculus non fuit excæcatus nec turbatus. ergo in Chriſto nõ fuit nec ira per vitium, nec ira per zelum.

Sed contra eſt, quod Ioã. 2. de eo dicitur eſſe impletũ, quod in Pſalm. 68. legitur, Zelus domus tuæ comedit me.

Respon. Dicẽdum, quòd ſicut in 2. parte dictum eſt, * ira eſt effectus triſtitiæ. Ex triſtitia enim alicui illata, conſequitur in eo circa ſenſitiuam partem, appetitus re-

K pellendi illatam iniuriam, vel ſibi vel alijs. Et ſic ira eſt paſſio compoſita ex triſtitia & appetitu vindictę. Dictum eſt autem †, quòd in Chriſto triſtitia eſſe potuit. Appetitus etiam vindictæ quandoque eſt cũ peccato, quando. ſ. aliquis vindictam quærit abſque ordine rationis, & ſic ira in Chriſto eſſe nõ potuit: huiuſmodi enim dicitur ira per vitium. Quandoque vero talis appetitus eſt ſine peccato, immo eſt laudabilis, puta cũ aliquis ap-

¶ *Super Quæſtionis quintædecimæ Articulum nonum.*

Titulus clarus eſt.

3. diſ. 15. q. 2. ar. 2. q. 2.

¶ In corpore articuli ſunt duæ concluſiones reſpõſiuę quęſito. Prima eſt: Ira per vitium non potuit eſſe in Chriſto. Secunda eſt, Ira per zelum fuit in Chriſto. Probatur cõcluſio vtraque ſimul, monſtrando primo, ex quibus cõſtat ira (ſcilicet, ex triſtitia & appetitu vindictæ) & diſtinguẽdo duplicem appetitũ vindictæ, vel non ſecũdum ordinem rationis, vel ſecundũ ordinem rationis, illeiram per vitium, iſte iram per zelum conſtituit, vt Auguſti. dicit. Et ſic relinquuntur ambæ concluſiones vt per ſe notæ: prima, quia in Chriſto conſtat non fuiſſe peccatum. Secunda vero, quia Euãgelium expreſſe dicit de Chriſto, Zelus domus tuæ, & c.

Li. 4. eth. c. 5. tom. 5.

† Li. 5. Mor. ca. 33. n. [illegible] pcula pã.

1. 2. q. 46. a. 3. ad 3. Et 2. 2. q. 1 [illegible] artt. 1. 2. [illegible] 3. Et Mal. q. 12. art. [illegible] & 2.

¶ Nec putes nouitie, proprie compoſitã eſſe irã ex triſtitia & apetitu vindictæ: cum illa ſit in concupiſcibili, hæc in iraſcibili: & rurſus vterque eſt qualitas ſimplex. Sed cõpoſita dicitur tãquam ex neceſſario cõcurrẽtibus ad conſtitutionẽ ipſius, quæ formaliter eſt appetitus vindictæ: cauſaliter autem eſt triſtitia, quia ex triſtitia iniuriæ

1. 2. q. 46. a. 2. & ar. 3. ad 3.

Ar. 6. huius quæſt.



iniuriæ cauſatur. Et potes, ſi vis concluſiones deducere, ſyllogizare facile, In Chriſto fuit triſtitia & appetitus vindictæ, non præter, ſed ſecũdum rationis ordinem. ergo in ipſo ira non per vitium, ſed per zelum fuit.

[illegible] 10. I [illegible] ſuper [illegible], zelus domus tuæ comedit me to. 9.

petit vidictam ſecundum ordinem iuſtitiæ, & hoc vocatur ira per zelum. Dicit enĩ Auguſt. ſuper Ioã †. quòd zelo domus Dei comeditur, qui omnia peruerſa, quæ videt, cupit emendare, & ſi emendare non poteſt, tolerat, & gemit. Et talis ira fuit in Chriſto.

A

Ad primvm ergo dicendũ, quòd ſicut Greg. dicit 5. moral *. ira dupliciter ſe habet in homine. Quandoque enim præuenit rationem, & trahit eam ſecum ad operandum, & tunc proprie ira dicitur operari, nam operatio attribuitur principali agenti. Et ſecundum hoc intelligitur, quòd ira viri, iuſtitiam Dei nõ operatur. Quandoque vero ira ſequitur rationem, & eſt quaſi inſtrumentum ipſius, & tunc operatio, quæ eſt iuſtitiæ, non attribuitur iræ, ſed rationi.

*Li. 5. Mor. ca. 33.

B

Ad 2m Dicendum, quòd ira quæ tranſgreditur ordinem rationis, opponitur manſuetudini, non autẽ ira, quæ eſt moderata, & ad medium reducta per rationem, nam manſuetudo medium tenet in ira.

Ad 3m dicendum, quòd in nobis ſecundum naturalem ordinem, potentiæ animæ mutuo ſe impediũt, ita ſcilicet quòd cum vnius potentiæ operatio fuerit intenſa, alterius operatio debilitetur. Et ex hoc procedit, quòd motus iræ, etiam ſi ſit ſecundum rationẽ moderatus, vtcumque impedit oculum animæ contemplantis. Sed in Chriſto per moderationem diuinę virtutis, vnicuique potentiæ permittebatur agere quod erat ei proprium, ita quòd vna potentia ex alia non impediebatur. Et ideo, ſicut delectatio mẽtis cõtemplantis non impediebat triſtitiam, uel dolorem inferioris partis, ita etiam econuerſo paſſiones inferioris partis, in nullo impediebant actum rationis.

C

¶ *Super Quæſtionis quintædecimæ Articulum decimum.*

Titulus in principio corporis clarificatur, dum termini declarantur, ſcilicet comprehenſor, & uiator, hoc eſt habens beatitudinẽ, & tendens in beatitudinem.

¶ In corpore una eſt cõcluſio. Chriſtus fuit ſimul cõprehenſor & viator. Probatur, Chriſtus ante paſſionem ſecundũ mentem plene videbat Deum, & cum hoc, anima eius erat paſſibilis, & corpus paſsibile & mortale. ergo habebat beatitudinem, quantum ad id, quod eſt proprium animę, & deerat ei beatitudo q̃tũ ad alia. ergo erat ſimul comprehẽſor & uiator. Antecedẽs patet ex antedictis. Prima conſequẽtia probatur, quia beatitudo hominis perfecta conſiſtit in ani ma & corpore, &c. Secunda autẽ, quia uiator eſt, qui tendit in beatitudinẽ: comprehenſor, qui obtinet. Probatur auctoritate duplici Apoſtoli.

3 diſ. 14. art. 2 & diſ. 18. [illegible] Et ver. [illegible] 6 ar. 10. [illegible] art. [illegible] Et quo [illegible] q. 2. a. 1. Et op. 3 cap. 238. Et opu. 18. cap. 7.

## Articvlvs X.

*Vtrum Chriſtus ſimul fuerit uiator, & comprehenſor.*

Ad Decimvm ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus non fuerit ſimul viator & comprehenſor. Viatori enim competit moueri ad finem beatitudinis, comprehenſori autem competit in fine quieſcere. Sed non poteſt eidẽ ſimul conuenire, quòd moueatur ad finem, & quod quieſcat in fine. ergo nõ potuit ſimul eſſe, ꝙ Chriſtus eſſet viator, & comprehenſor.

D

§ 2. Præt: Moueri ad beatitudinem, aut eam obtinere, non competit homini ſecundum corpus, ſed ſecundum animam, Vnde Auguſtinus dicit in Epiſtola* ad Dioſcorum, quòd ad inferiorem naturam, quæ eſt corpus, redundat ab anima, nõ beatitudo, quæ propria eſt fruentis & intelligentis, ſed plenitudo ſanitatis, ideſt, incorruptionis vigor. Sed Chriſtus licet haberet corpus paſſibile, tamen ſecundum mentẽ plene Deo fruebatur. nõ igitur Chriſtus fuit

*epi. 56. ãte mediũ, to. 2

A viator, ſed purus comprehenſor.

§ 3 Præt. Sancti, quorum animæ ſunt in cælo, & corpora in ſepulcris, fruuntur quidem beatitudine ſecundum animam, quamuis eorum corpora morti ſubiaceant, tamen non dicuntur uiatores, ſed ſolum comprehenſores. ergo pari ratione licet corpus Chriſti fuerit mortale, quia tamen mẽs eius Deo fruebatur, videtur quòd fuerit purus comprehenſor, & nullo modo viator.

Sed contra eſt, ꝙ dicitur Hier. 14. Quare colonus futurus es in terra, & quaſi viator declinans

B ad manendum?

Respon. Dicendum, quòd aliquis dicitur viator, ex eo quòd tendit in beatitudinem, comprehenſor autem dicitur ex hoc, quòd iam beatitudinem obtinet, ſecundum illud 1. Cor 9. Sic currite ut comprehendatis. & Philip. 3. Sequor autem, ſi quo modo comprehendam. Hominis autem beatitudo perfecta conſiſtit in anima & corpore, ut in ſecunda parte habitum eſt*. In anima quidem quantum ad id, quod eſt ei proprium, ſecundum quòd mens uidet, & fruitur Deo. In corpore vero, ſecundum quòd corpus reſurgit ſpirituale, & in uirtute, & in gloria, & in incorruptione, vt dicitur 1. Corin. 15. Chriſtus autem ante paſſionem ſecundum men-

1 2. q. 4. ar. 4

C tem plene videbat Deum, & ſic habebat beatitudinem, quantum ad id, quod eſt proprium animæ, ſed quantum ad alia deerat ei beatitudo, quia & anima eius erat paſſibilis, & corpus paſſibile & mortale, vt ex ſupradictis patet*. Et ideo ſimul erat comprehenſor, inquantum habebat beatitudinem propriam animæ, & ſimul viator, inquantum tendebat in beatitudinem, ſecundum id, quod ei de beatitudine deerat.

ar. 4. hui9 q. & q. 14. articu. 2.

Ad Primvm ergo dicendum, ꝙ impoſſibile eſt moueri ad finem, & quieſcere in fine, ſecundũ idẽ. Sed ſecundũ diuerſa nihil hoc prohibet, ſicut aliquis homo ſimul eſt ſciens, quantũ ad ea, quæ iam nouit, & addiſcens, quantũ ad ea, quæ nondum nouit.

D Ad 2m dicendum, quòd beatitudo principaliter & proprie conſiſtit in anima & ſecundum mentem, ſecundario tamen & quaſi inſtrumentaliter requiruntur ad beatitudinem corporis bona. Sicut etiam Philoſophus dicit in primo Ethi †. quòd exteriora bona organice deſeruiunt beatitudini.

li. 1. eth. c. 8 circa fi. to. 5

Ad 3m dicendum, ꝙ non eſt eadem ratio de animabus ſanctorum & de Chriſto, propter duo: primò quidẽ, quia animæ ſanctorum non ſunt paſſibiles, ſicut fuit anima Chriſti: ſecundo, quia corpora nõ agũt aliquid per quod in beatitudinem tendãt, ſicut Chriſtus ſecundum corporis paſſiones, in beatitudinem tendebat, quantum ad gloriam corporis.

E

## Qvæstio XVI.

*De conſequentibus Vnionem quantum ad ea, quæ conueniunt Chriſto ſecundum eſſe, & fieri, in duodecim articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandum eſt de his, quæ conſequũtur unionem. Et primo quantum ad ea, quæ conueniunt Chriſto ſecundum ſe. Secundo,

¶ *Super Quæſtionem ſextamdecimam.*

Hic incipit ſecunda pars primi tractat9 de Chriſto, in qua expeditis his, quæ de Vnionis myſterio erant dicenda, tractantur illa quæ ad vnionem conſequuntur ut patet in litera, in qua

In qua tota iſta pars durans uſque ad quæſtionem 26. diſtinguitur ſatis clare. F

*¶ Super Quæſtionis ſextædecimæ Articulum primum.*

de his, quæ conueniunt Chriſto per comparationem ad Deum patrem. Tertio, de his, quæ conueniunt Chriſto per comparationem ad nos.

¶ Circa primum duplex conſideratio occurrit. Prima quidem de his, quæ conueniunt Chriſto, ſecundũ eſſe & fieri. Secunda de his, quæ conueniunt Chriſto ſecundum rationem vnitatis.

## Circa primum quæruntur duodecim.

¶ Primo, Vtrum hæc ſit vera, Deus eſt homo.

¶ Secundo, Vtrũ hæc ſit vera, Homo eſt Deus.

¶ Tertio, Vtrum Chriſtus poſsit dici homo dominicus.

¶ Quarto, Vtrum ea, quæ conueniunt Filio hominis, poſſint prędicari de filio Dei, & ecõtrario.

¶ Quinto, Vtrum ea, quæ conueniunt Filio hominis, poſſint prędicari de diuina natura, & de humana ea, quæ conueniunt filio Dei.

¶ Sexto, Vtrum hæc ſit vera, Filius Dei factus eſt homo.

¶ Septimo, Vtrum hęc ſit vera, Homo factus eſt Deus.

¶ Octauo, Vtrum hęc ſit vera, Chriſtus eſt creatura.

¶ Nono, Vtrum hæc ſit vera, Iſte homo, demonſtrato Chriſto, incępit eſſe, vel fuerit ſemper.

¶ Decimo, Vtrũ hęc ſit vera, Chriſtus, ſecundum quòd homo eſt creatura.

¶ Vndecimo, Vtrum hæc ſit vera, Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt Deus.

¶ Duodecimo, Vtrum hęc ſit vera, Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt hypoſtaſis vel perſona.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum hæc ſit uera, Deus eſt homo.*

3. di. 7. q. 1. ar. 1. Et vni. art. 4. c. fin.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ hæc ſit falſa, Deus eſt homo. Omnis enim propoſitio affirmatiua in materia remota eſt falſa; ſed hæc propoſitio, Deus eſt homo, eſt in materia remota: quia formæ ſignificatæ per ſubiectum & prædicatum, ſunt maxime diſtãtes. Cum ergo propoſitio prædicta ſit affirmatiua, videtur quòd ſit falſa.

¶ 2 Præterea, Magis conueniunt tres perſonæ diuinæ adinuicem, quàm humana natura & diuina: ſed in myſterio Trinitatis vna perſona non prædicatur de alia: non enim dicimus, quòd pater eſt filius, vel econuerſo. ergo videtur quòd nec humana natura, poſſit prædicari de Deo, vt dicatur quòd Deus eſt homo.

¶ 3 Præterea, Athanaſius dicit*, quòd ſicut anima & corpus vnus eſt homo, ita Deus & homo, vnus eſt Chriſtus: ſed hęc eſt falſa, Anima eſt corpus. ergo etiam hęc eſt falſa, Deus eſt homo. (In ſuo ſymbolo.)

¶ 4 Præterea, Sicut in prima parte habitum eſt †, quod prędicatur de Deo non relatiue, ſed abſolute, conuenit toti Trinitati & ſingulis perſonis: ſed hoc nomen homo, non eſt relatiuum, ſed abſolutum. Si ergo vere prædicatur de Deo, ſequeretur quòd tota Trinitas & quælibet perſona ſit homo, quod patet eſſe falſum. (P. p. q. 3. art. 3.)

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Philip. 2. Qui cum in forma Dei eſſet, exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Et ſic ille qui eſt in forma Dei, eſt homo: ſed ille qui eſt in forma Dei, eſt Deus. ergo Deus eſt homo.

RESPON. Dicendum, quòd iſta propoſitio, Deus eſt homo, ab omnibus Chriſtianis conceditur, non tamen ab omnibus ſecundum eandem rationem. Quidam enim hanc propoſitionem concedunt, non ſecundum propriam acceptionem horum terminorum.

Titulus clarꝰ eſt.

¶ In corpore articuli tria fiunt. Primo in communi recitatur, in quo conueniunt & differunt Chriſtiani circa propoſitum, & dicitur quòd cõueniunt omnes in affirmatione iſtius propoſitionis: differunt autem in ratione affirmandi.

¶ Secundo, referuntur tria genera erroris circa rationem affirmãdi illam. Primum eſt, circa ueritatem prædicati, ſcilicet ly homo, & diuiditur in duos errores. Secũdum eſt, circa ueritatem ſubiecti, ſcilicet ly Deus, & continet unum errorem. Tertium eſt, circa ueritatem propoſitionis, hoc eſt circa eſſe ſignificatũ per ly eſt, copulam verbalem dictæ propoſitionis, & diuiditur in duos errores, cõputãdo illos quatuor modos, ſcilicet dignitatis, auctoritatis, affectionis, vel ĩhabitationis, ꝓ vnico, & reliquũ duarum hypoſtaſum ꝓ altero, ita quòd vniuerſi errores hi, ſunt quinque, q ſatis clare patet in litera ex prius dictis.

¶ Tertio, reſpondetur q̃ſito vnica concluſione, Hæc propoſitio, ſcilicet, deus eſt homo, eſt vera, & propria ſuppoſito incarnationis myſterio cum fide catholica. Probatur, Hoc nomẽ deus ex modo ſuæ ſignificationis poteſt ſupponere ꝓ perſona filii dei. ergo põt ſupponere ꝓ ſuppoſito humanæ naturæ. ergo de deo põt prędicari homo. Antecedens probaſ, quia nomen ſignificans naturam cõmunem in concreto, poteſt ſupponere pro quolibet contentorum ſub natura communi, vt patet, inductiue in homine, &c. Conſequentia autem prima probatur, quia perſona filii dei eſt vere & proprie ſuppoſitum humanę naturæ. Secunda autem probatur, quia de quolibet ſuppoſito alicuius naturæ, poteſt vere & proprie prædicari nomen ſignificãs illam naturam in concreto.

¶ Vbi nota diligentiſſime, quòd in iſta propoſitione, deus eſt homo, deus ſupponit pro perſona humana, quia ſupponit pro perſona filii dei, quatenus eſt ꝑſona humana. hinc enim litera infert, quòd homo vere & proprie prædicatur de deo, quia nomen naturæ humanæ in concreto vere & proprie prædicatur de quolibet ſuo ſuppoſito: oportet enim ſubſumere, ſed deus pro perſona verbi, eſt vere & proprie ſuppoſitũ naturæ humanæ. ergo.

¶ Et ſcito quòd iſta propoſitio, Deus eſt homo, eſt quaſi vna indefinita, & ideo ad veritatem eius ſufficit, quòd vna perſona diuina ſit homo, & ad proprietaté ipſius ſufficit prædicatum eſſe ęquale aut maius ſubiecto (vt Porphyrius dixit) & ſe habere ad ſubiectum quaſi per modum informãtis, vt euitentur implicita ſubiecta, quæ oportet ſubintelligi in propoſitionibus indirectis, puta riſibile eſt homo, hoc eſt, ille qui eſt riſibilis, eſt homo.

¶ Vnde ſicut iſta eſt vera & propria, Homo eſt criſpus, quia Sortes eſt criſpus, ita iſta eſt vera, & propria, deus eſt homo, quia vna perſona diuina eſt homo: habet enim ſe homo ad verbum, vt eſt perſona humana tamquam formale, vt Auctor docuit in 4. cõtra Gen. ca. 46. in ſolutione ſextæ obiectionis.

¶ In reſpõſione ad primum, collige copias doctrinæ ibi cõtentæ. Duo ſiquidẽ ad metaphyſicam, & tria ad logicã ſpectãtia, ibi docemur. Primũ metaphyſicũ miſtum logicæ eſt, quòd nõ formarum diuerſitas, ſed incõpoſſibilitas coeũdi, eſt quæ fundat materiam remotam.

¶ Alterum miſtũ fidei eſt, quòd ſuppoſito diuino neutra natura, diuina ſcilicet & humana, ineſt per accidens, ſed per ſe. Primum Logicũ ſuppoſito incarnationis myſterio eſt: hæc ꝓpoſitio, Deus eſt homo, non eſt in materia remota neque in contingenti, ſed naturali. Secundum eſt, Homo prædicatur de Deo, non per accidẽs, ſed per ſe. Tertiũ eſt, quòd homo prędicatur de Deo, ſicut ſpecies de ſua hypoſtaſi. Et declaratur, qua ratione, ſubiungendo, Non ratione formæ ſignificatæ per hoc nomen Deus, quod eſt ſubiectũ propoſitionis, ſed ratione ſuppoſiti, quod eſt hypoſtaſis humanę naturæ. Et prima quidem duo ab omnibus acceptari videntur, quoniam ſine his incarnationis myſterium ſaluari nequit, & de his ſuperius multa dicta ſunt: ſed tria vltima non carent quæſtione, & ſingula diſcutienda ſunt.

¶ Circa primum igitur horum, ſcilicet hæc propoſitio, Deus eſt homo, eſt in materia naturali, dubium occurrit: quia omnis propoſitio in materia naturali eſt neceſſaria, alioquin non diſtingueretur



A Nam Manichæi verbum Dei, dicunt eſſe hominem, non quidem verum ſed ſimilitudinarium, inquantum dicunt filium Dei corpus phantaſticum aſſumpſiſſe, vt ſic dicatur Deus homo, ſicut cuprum figuratum dicitur homo, quia habet ſimilitudinem hominis. Similiter etiam illi, qui poſuerunt, quòd in Chriſto anima B & corpus non fuerunt vnita, non poſſunt dicere quòd Deus ſit uerus homo, ſed quòd dicatur homo figuratiue ratione partium. Sed utraque harum opinionum ſupra improbata eſt*. Alii uero econuerſo ponunt ueritatem ex parte hominis, ſed negant ueritatem ex parte Dei. Dicunt enim Chriſtum, qui eſt Deus & homo, eſſe Deum non naturaliter, ſed participatiue, ſcilicet per gratiam, ſicut & omnes ſancti viri dicuntur dii, excellentius tamen Chriſtus præ aliis, propter gratiam abundantiorem. Et ſecundum hoc, cum dicitur, Deus eſt homo, ly Deus, non ſupponit uerum, & naturalẽ Deum. Et hæc eſt hęreſis Photini, quæ ſupra improbata eſt†. Alii vero concedunt hãc propoſitionem cum ueritate utriuſq; termini, ponentes Chriſtum & uerum Deum eſſe, & uerum hominem, ſed tamẽ veritatem prædicationis non ſaluant. Dicunt. n. quòd homo prædicatur de Deo per quandam coniũctionẽ vel dignitatis, vel auctoritatis, vel etiam affectionis, aut inhabitationis. Et ſic poſuit Neſtorius Deum hominem eſſe, ut per hoc nihil aliud ſignificetur, quàm ꝙ Deus eſt homini coniunctus tali coniunctione, ꝙ homo inhabitet a Deo, & vniatur ei ſecũdũ affectũ, & ſecundum participationem auctoritatis & honoris diuini. Et in C ſimilem errorem incidunt quicũque ponunt duas hypoſtaſes, uel duo ſuppoſita in Chriſto, quia nõ

Q. 5. arti. 1. & 2. Q. 2. art. 6.

retur contra propoſitionem in materia contingenti: ſed iſta non eſt neceſſaria (non enim Deus neceſſario eſt homo) ergo non eſt in materia naturali.

¶ Circa ſecundum, ſcilicet quòd dicta propoſitio eſt per ſe, ex Scoto & Durando in 7. di. 3. ſent. dubium occurrit. Scotus quidem probat tripliciter hanc propoſitionem eſſe veram non ꝑ ſe, ſed per accidẽs, logice loquendo: tũ quia prædicatum nõ eſt de intellectu ſubiecti: tũ quia ſi ſic, prædicaretur de quolibet cõtento ſub ſubiecto, & ſic Spiritus ſanctus & Pater eſſet homo: tum quia in prædicationibus per ſe, ſubiectum ſupponit determinate: qa ſi indeterminate tantũ ſupponeret, hæc eſſet per ſe, animal eſt homo, quia põt verificari pro Petro vel Paulo, ſed hoc ſubiectum Deus, nõ includit determinate plus Filium, quã Patrem.

¶ Durãdus uero inquit, Puto quòd magis proprie poteſt dici vera per accidens, quàm per ſe, quia omnis propoſitio vera per ſe, eſt vera cũ reduplicatione termini ſupra ſe: homo enim, ſecundum quòd homo, eſt animal, & eſt riſibilis. In propoſito autem Deus, ſecundum quòd Deus, eſt homo, eſt falſa: quia non forma ſignificata per ſubiectum eſt ratio inhærentiæ prædicati ad ſubiectum, ſed ſola vnitas ſuppoſiti, quæ etiam in propoſitionibus per accidens, eſt tota cauſa uerificationis earum. Et ideo hæc propoſitio magis eſt dicenda per accidens, quàm per ſe.

¶ Circa tertium, ſcilicet homo prædicatur de Deo, ſicut ſpecies de ſua hypoſtaſi, Scotus vbi ſupra, occurrit dicens, quòd quia iſta unio non habet ſimilem, nullum eſt prædicatũ ſicut in propoſito, ſed hæc prædicatio ex parte prædicati eſt ſpecies, ex parte uero modi ſe habendi prædicati reſpectu ſubiecti, eſt ſicut accidens quintum prædicabile: quia non eſt de ratione ſubiecti, & aduenit temporaliter ſubiecto exiſtenti in actu cõpleto æternaliter, & per hoc aduenit ita ut poſſit abeſſe. D

¶ Ad horum euidentiam oportet tria prænotare. Primum eſt, quòd ly Deus, poteſt, quantum ad propoſitum ſpectat, dupliciter conſiderari, primo abſolute, ſecundo, ut contractum, vel determinatum per prædicatum, ſcilicet eſſe hominem. poteſt enim ſupponere ly deus, ſecundum ſuam naturalem ſuppoſitionem pro habente deitatem, abſque determinatione huius, uel illius habentis deitatem, ſicut homo pro habente humanitatem, & ſic conſideratur abſolute, ſicut cum dicitur, deus charitas eſt. Poteſt quoque ſupponere pro certo ſuppoſito diuinæ naturæ, quoniam talia ſunt, quo ad ſuppoſitionem ſubiecta, qualia permittunt prædicata, ſicut cum in Symbolo dicitur, Deũ de Deo, ly Deũ, ſupponit pro Filio, & ly Deo pro patre. Et ſi in hac propoſitione, Deus eſt homo, accipiatur ly Deus abſolute, conſtat E propoſitionem iſtam eſſe veram per accidens, ſicut conſtat, hanc eſſe per accidens, animal eſt homo. Accidit enim logice loquendo (ut nunc loquimur) animali eſſe hominem, ratione alicuius animalis, quod eſt homo, & ſimiliter accidit deo eſſe hominem, ratione alicuius hypoſtaſis diuinæ, quæ eſt homo. Si autem accipiatur ly deus, ut ſubſtat determinationi prædicati, ſic ſupponit pro perſona Filii, quæ ſola eſt homo, ſicut cum dicitur, quòd homo peccãdo ſpoliauit genus humanum ſtola innocentiæ, ſupponit pro uno ſingulari, ſcilicet Adam, & ſic ſumi in hac propoſitione, clare Auctor affirmat in litera in calce corporis articuli.

Sed quia hoc non ſufficit, ſciendũ eſt ſecundo, ꝙ ly Deus, ſupponendo pro perſona Filii, dupliciter poteſt conſiderari, vel quo ad formã ſignificatã, q̃ eſt deitas, vel quo ad ipſam perſonã ſuppoſitã. Et quia extrema inſinuant mediũ, hic ſubintelligas, vel quo ad vtrũque. Et ſi quidẽ in hac propoſitione ſumeretur deus ſupponens pro Filio quo ad formã ſignificatam, ſimilirer clare conſtat, ꝙ propoſitio eſſet per accidens, accidit enim deitati ratione hypoſtaſis Verbi eſſe hoiem. Et idẽ eſt iudiciũ, ſi ſumeretur quo ad utrumque. Et propterea in propoſito ſumitur ly Deus, ut ſupponit pro perſona Filii quo ad hypoſtaſim, & hoc habes etiam clare in litera in calce reſponſionis ad primum.

¶ Verum, quia perſona Filii Dei habet hoc ſingulariſſimũ, quòd eſt perſona ſubſiſtens in duabus naturis, diuina ſcilicet & humana, ideò tertio recolendum eſt, quòd hypoſtaſis, pro qua ſupponit in hac propoſitione ly Deus, habet conditiones æternas, & habet conditiones ex tempore, eſt enim ꝑſona diuina ab æterno, & eſt perſona humana ex tẽpore. Et ſi ſuponeret pro perſona Filii, vt eſt hypoſtaſis diuina ꝑciſe, tunc etiam propoſitio eſſet per accidens, quoniam filius Dei, nõ inquantum hypoſtaſis diuinę naturæ, ſed inquãtum hypoſtaſis humanæ naturæ, hominis prędicationem recipit: ſed ponendo, quòd ſupponat pro ꝑſona Filii, quoad hypoſtaſim, ſecundum quòd de facto eſt, poſtquàm Verbum caro factum eſt, uere habebimus quòd homo prædicatur de ſua hypoſtaſi, cum dicitur, Deus eſt homo. Et hoc eſſe intentum ab Auctore, euidenter patet, ex eo quòd tractatus iſte intitulatur, de his, quæ conſequuntur uniones. Suppoſito ergo incarnationis myſterio, de perſona Filii eſt ſermo præſentis literæ, cum dicitur, quòd Deus, hic ſupponit pro perſona Filii, ĩmo & clare in litera dicitur, quòd in dicta propoſitione, Homo prædicatur de Deo ut ſpecies de ſua hypoſtaſi. Supponit ergo Deus, pro hypoſtaſi humana, ſi homo prædicatur de Deo, vt ſpecies de ſua hypoſtaſi: ſpeciei ſiquidem humanæ nulla hypoſtaſis eſt ſua, niſi humana, quæ in Chriſto eſt ab æterno diuina. Clariſſime autẽ hoc ſupponi explicatur in principio corporis ſequentis articuli, cum dicitur, ſuppoſita veritate utriuſque naturæ diuinæ & humanæ, & unione ĩ perſona, & hypoſtaſi, hæc eſt uera & propria, Homo eſt Deus, ſicut & iſta, Deus eſt homo. Hic enim explicatur, quòd vtraque propoſitio ſupponit conditionem de facto inuentam in perſona Verbi. His prælibatis ad ſingula dicendum eſt.

¶ Ad primum igitur dubium dicitur, quòd hæc propoſitio eſt neceſſaria, & quamuis Deus abſolute non ſit neceſſario homo. Deus tamen pro perſona Verbi incarnati eſt neceſſario, homo, conſtat enim euidenter, quòd perſona humana quælibet eſt neceſſario homo. Deus autem in hac propoſitione determinatur ad ſupponendum pro perſona humana. Et propterea iſta propoſitio, & ſi non quo ad ſignificatum, tamen quo ad ſuppoſitum per nomen ſubiecti, eſt neceſſaria.

¶ Ad ſecundum vero dubium, reſpondendo ad primum Scoti, dicitur quòd iſta propoſitio eſt per ſe reſpectu ſuppoſiti, & quòd prædicatum eſt de intellectu ſubiecti quo ad ſuppoſitum per illud quamuis non ſit de intellectu eius quo ad formam ſignificatam per idem, eſt enim homo de intellectu hypoſtaſis humanæ, ita quòd oppoſitum nequit intelligi.

¶ Ad ſecundum negatur ſequela, loquendo de Deo, quo ad ſuppoſitum: illud enĩ quod per ſe prædicatur de Deo ratione formæ ſignificatæ per ly Deus, prędicatur de quolibet cõtento ſub deo: ſed illud quod per ſe prædicatur de Deo ratione ſuppoſiti talis, pro quo ſupponitur exigente prædicato huiuſmodi ſuppoſitionem, nõ prædicatur de quolibet cõtento ſub hoc nomine, Deus.

¶ Ad tertium dicitur per eandẽ diſtinctionem, quòd in prædicationibus per ſe ratione formæ ſignificatæ per ſubiectũ, ſubiectũ ipſum ſupponit indeterminate quo ad ſuppoſitũ & determinate quo ad naturã. Sed in prædicatione per ſe ratione certi ſuppoſiti, pro quo prædicatũ facit ſupponere ſubiectum ſecus oportet eſſe,

eſſe, quia neceſſe eſt ſubiectum ſupponere pro determinato ſuppoſito, & ſic eſt in propoſito, vt patet ex dictis.

¶ Ad Durandũ autẽ ex eadẽ diſtinctione reſpondetur, dicẽdo quod illa maior, Omnis propoſitio per ſe vera, eſt vera cum reduplicatione termini ſubiecti ſupra ſe, licet admittatur in propoſitionibus per ſe veris de ſubiecto ratione formę ſignificatę, negatur tamẽ in propoſitione per ſe vera de ſubiecto ratione certi ſuppoſiti tãtum. Et ratio diuerſitatis eſt, quia reduplicatio transfert terminum ſubiectũ in naturam prædicati: quod conſtat teneri
Q. 2. art. 6. formaliter. cum enim dico, homo, inquantum homo, eſt animal, vel riſibilis, perinde eſt ac ſi dicerem homo, inquantum eſt homo, eſt animal, vel, &c. Vbi patet, quòd ly homo repetitur, vt prædicatum, & propterea denotat humanitatem eſſe rationem coniunctionis prædicati cũ ſubiecto. Et ideo iſta eſt falſa, Deus, inquantum Deus, eſt homo: ſignificat enĩ deitatem eſſe rationem neceſſariã coniunctionis prædicati cum ſubiecto. Nec ſolum ipſa eſt falſa, ſed etiam iſta, Verbum,
D. 828. P. p. q. 39. art. 4. ad 3. inquantum Verbũ, eſt homo, quia ly inquantum, reduplicatiue ſumptum, denotat formam ſignificatam hoc eſt proprietatem hypoſtaticã Verbi conſtitutiuam, eſſe rationem neceſſariam connexionis prædicati cum ſubiecto. Secus autem dicendum eſſet, ſi ly inquantum, teneretur ſpecificatiue, quoniam ſic iſta eſt vera, Verbum, inquantum Verbum, eſt homo, quoniam eſſe hominem conuenit Verbo ſecundum propriam perſonalitatem. Sed quia hoc non ſpectat ad perſeitatem logicam, de qua eſt ſermo, ideo reuertentes ad ſubiuncta per Durandum dicentem, quòd quando ſola vnitas ſuppoſiti eſt ratio coniunctionis extremorum, propoſitio eſt vera per accidens, reſpondemus quòd ſola vnitas ſuppoſiti extrinſeci ab altero ſaltem extremorum verificans propoſitionem, conſtituit illam veram per accidens, ſed vnitas ſuppoſiti intrinſeci vtrique extremo conſtituit propoſitionem directam & formalem, veram per ſe de altero extremo, non reſpectu formæ ſignificatæ, ſed reſpectu ſuppoſiti. Sic autem eſt in propoſito, nam in vtroque termino, ſcilicet, Deus, & homo, clauditur intrinſece, quamuis indeterminate, hypoſtaſis Verbi incarnati, vtpote veriſſime & propriiſſime perſona diuina & humana. Non ſic autem eſt in propoſitionibus per accidens puta, Homo eſt albus, quoniam in iſtis ſuppoſitum per hominem copulatur tantum, & extrinſece importatur per album, quod puram qualitatem ſignificat. Et hæc iam docuerat Auctor in 3. ſenten. diſtinct. 7. quæſt. 1. artic. 1.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quòd Scotus videtur accepiſſe pro ſubiecto Deum ſeu hypoſtaſim Verbi abſolute, & ideo nõ inuenit quale ſit hoc prædicatum cum ſua prædicatione. Sed Auctor intuens talia eſſe ſubiecta, quo ad ſuppoſitionem, qualia exigunt prædicata, ſupponendo incarnationis myſterium, ſupponit cum fide catholica, Deum eſſe quandam hypoſtaſim humanam, & pro illa in hac propoſitione ſupponere ly Deus. Et propterea ſtatim inuenit, non ſolum quòd prædicatum eſt ſpecies, ſed etiam quòd prædicatur vt ſpecies de propria hypoſtaſi. Nec hoc aliquam habet difficultatem, niſi illam quam ex fide ſupponimus, ſcilicet, perſonam Filii eſſe vere & proprie perſonã humanam, hac namque ſuppoſitione facta, clare liquet, ꝙ ſicut

eſt poſſibile intelligi, quòd duorũ quæ ſunt ſecundum ſuppoſitũ vel hypoſtaſim diſtincta, vnũ proprie prædicetur de alio, ſed ſolum ſecũdum quandam figuratiuam locutionem, inquantũ in aliquo coniũguntur, puta ſi dicamus Petrum eſſe Ioannem: quia habent aliquam coniunctionem adinuicem. Et hæ etiam opiniones ſupra improbatæ ſunt*. Vnde ſupponendo ſecundũ veritatem catholicæ fidei, quòd vera natura diuina, vnita eſt cum vera natura humana non ſolũ in perſona, ſed etiam in ſuppoſito vel hypoſtaſi, dicimus hanc propoſitionem eſſe veram & propriam, Deus eſt homo, non ſolum propter veritatem terminorum (quia, ſcilicet Chriſtus eſt verus Deus, & verus homo) ſed etiam propter veritatẽ prædicationis. Nomen enim ſignificans naturam communem in cõcreto, poteſt ſupponere pro quolibet contentorum ſub natura communi, ſicut hoc nomen homo poteſt ſupponere pro quolibet homine ſingulari. Et ita hoc nomen Deus, ex ipſo modo ſuæ ſignificationis poteſt ſupponere pro [d] perſona filii Dei, vt etiam in prima parte habitum eſt*. De quolibet autẽ ſuppoſito alicuius naturæ, poteſt vere & proprie prædicari nomen ſignificans illam naturã in cõcreto, ſicut de Sorte & Platone proprie, & vere prædicatur homo. Quia ergo perſona filii Dei (pro qua ſupponit hoc nomen Deus) eſt ſuppoſitũ na
G turæ humanæ, vere & proprie hoc nomen homo, poteſt prædicari de hoc nomine Deus, ſecundũ ꝙ ſupponit pro perſona filii Dei.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ quando formæ diuerſæ non poſſunt cõuenire in vnum ſuppoſitũ, tũc oportet ꝙ propoſitio ſit in materia remotà, cuius ſubiectũ ſignificat vnam illarum formarũ, & prædicatum aliã. Sed quando duæ formæ poſſunt conuenire in vnũ ſuppoſitum, non eſt materia remota, ſed naturalis, vel contingens, ſicut cum dico, album eſt muſicum. Na
H tura autem diuina & humana, quãuis ſint maxime diſtantes, tamen conueniunt per incarnationis myſterium in vno ſuppoſito: cui neutra illarum ineſt per accidens, ſed per ſe. Et ideo hęc ꝓpoſitio, Deus eſt homo, nõ eſt neque in materia remota, neque in materia contingẽti, ſed in materia naturali. Et prædicatur homo de Deo, non per

F ſpecies ꝑdicatur de ſua hypoſtaſi, quũ dicit, A, eſt homo, ſi ly A, ſupponit pro certa perſona humana, ita in propoſito ex quo ly Deus, ſupponit pro quadã certa perſona humana. Et hinc patet ꝙ iſta propoſitio, Deus eſt homo, dum ly Deus, ſupponit pro illa perſona humana, quæ eſt Verbũ incarnatum, eſt per ſe in primo modo dicendi per ſe reſpectu ſuppoſiti, vt toties dictum eſt, & non reſpectu formæ ſignificatæ ꝑ ly De⁹. Et eſt prædicatio eſſentialis, & vniuoca, vt patet ex definitione vniuocorum, & Auctor ĩ allegatis locis explanat. Et tu potes ex notioribus monſtrare explicatã doctrinam eſſe verã, mutando nomen ſubiectum, ita quòd loco ly Deus, ponatur nomen proprium illius perſonæ, quatenus eſt perſona humana, & dicendo, Ieſus eſt homo. Conſtat enim, quòd ly Ieſus ſupponit pro perſona filii Dei, vt eſt hypoſtaſis humana, pro qua dictum eſt etiam ſupponere ly Deus, in hac propoſitione, Deus eſt homo. Nec eſt differẽtia inter has propoſitiones, Deus eſt homo, & Ieſus eſt homo, quo ad ſuppoſitum, ſed quo ad ſignificatum per nomina ſubiecta. Quocirca ſſcut iſta, Ieſus eſt homo, eſt per ſe in primo modo, & eſſentialis, & prædicat ſpeciem de propria perſona, ita iſta, Deus eſt homo reſtringendo ly Deus, ad Ieſum, vt vnico verbo dicatur. Et ſicut non vertitur in opiniones, an iſta ſit per ſe & eſſentialis vniuoca, &c.
I Ieſus eſt homo, ita non debet in diuerſas trahi opiniones iſta, Deus eſt homo, intellecta quo ad ſuppoſitum, ex quo ſupponit pro Ieſu. Et hinc patere poteſt, quòd etiam iſta propoſitio, Chriſtus eſt homo, reſpectu ſuppoſiti, eſt per ſe in primo modo.

¶ Nec obſtat quòd Scotus vbi ſupra obiicit dicens, quòd quia Chriſtus, Damaſceno teſte, ſignificat hypoſtaſim duarum naturarum, nihil per ſe vnum prædicatur de illo per ſe, vtpote de non per ſe vno in ſe: ſicut enim apud Ariſtot. primo Metaphy. ratio in ſe falſa, de nullo eſt vera, ita ratio per ſe non vna, nihil per ſe vnum de ſe verificat. Et ſimile eſt de iſta, Chriſtus eſt homo, & iſta, Homo albus eſt coloratus. Hæc inquam non obſtant, quia quo ad rem, Chriſtus ſignificat vnam per ſe & in ſe hypoſtaſim, homo albus autem ſignificat hypoſtaſim vnam per accidens, accidit enim ſubiecto albedinis eſſe hominem, & econtra. Quo ad propoſitionem quoque iam dictum eſt, quòd iſtæ propoſitiones dicuntur per ſe reſpectu ſuppoſiti, &
K non reſpectu formæ deitatis ſignificatæ. Suppoſitum autem eſt in ſe per ſe vnum: quia non eſt niſi hypoſtaſis æterna filii Dei, quæ ex tempore eſt ipſamet immutata omnino hypoſtaſis humana, & ideo optime per ſe de illo prædicatur tam Deus, quam homo, nihilminus, quàm ſi eſſet vnius illarum naturarum tantum hypoſtaſis: extenſio ſiquidem ſeu communitas ipſius ad duas naturas, nihil tollit de proprietate eiuſdem reſpectu ſingularium.

¶ In reſponſione ad quartum, dubium occurrit, quoniam reſponſio iſta videtur contradicere doctrinæ iam habitæ, & eneruare illam. nam ſi homo prædicatur de Deo ratione relationis, vt in hac reſponſione dicitur, ſequitur quòd non prædicatur eſſentialiter, ſicut ſpecies de ſua hypoſtaſi, vt in reſponſione ad primum dictum eſt. Prædicatio namque ſpeciei humanæ de ſua hypoſtaſi, eſt & eſſentialis & ſubſtantialis, non relatiua, vt patet.

¶ Ad-



accidens, ſed per ſe, ſicut ſpecies de ſua hypoſtaſi, non quidem ratione formæ ſignificatæ per hoc nomen Deus, ſed ratione ſuppoſiti qđ eſt hypoſtaſis humanæ naturæ.

Ad 2m dicendũ, quòd tres perſonæ diuinæ conueniunt in natura, diſtinguuntur tamen in ſuppoſito: & ideo nõ prædicantur de inuicem. In myſterio autem incarnationis naturæ quidem, quia diſtinctę ſunt de inuicem non prædicantur, ſecundum quòd ſignificantur in abſtracto (non enim natura diuina eſt humana) ſed quia conueniunt in ſuppoſito, prædicantur de inuicem in concreto.

Ad 3m dicendum, quòd anima & caro ſignificantur vt in abſtracto, ſicut diuinitas & humanitas: in concreto uero dicuntur animatum & carneum, ſiue corporeum, ſicut, & ex alia parte Deus & homo. Vnde vtrobique abſtractum non prædicatur de abſtracto, ſed ſolum concretum de concreto.

Ad 4m dicendum, quòd hoc nomen homo, prædicatur de deo ratione vnionis in perſona, quæ quidem unio relationem importat. Et ideo non ſequitur regulam eorum nominum, quæ abſolute prædicantur de Deo ab æterno.

## Articvlvs II.

*Vtrum hæc ſit uera, Homo eſt Deus.*

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur quòd hæc ſit falſa, homo eſt Deus. Deus enim eſt nomẽ incõmunicabile: ſed Sap. 13. reprehenduntur idololatrę, de hoc quòd hoc nomen Deus, quod eſt incommunicabile, lignis & lapidibus impoſuerunt. ergo pari ratione videtur eſſe incõueniens, ꝙ hoc nomen deus prędicet̃ de hoĩe.

¶ 2 Præt. Quicquid prædicatur de prędicato, prędicat̃ de ſubiecto: ſed hæc eſt uera, Deus eſt Pater, vel de⁹ eſt Trinitas. Si ergo hęc ſit uera, Homo eſt Deus, videtur quòd hæc etiam ſit uera, homo eſt Pater, uel, homo eſt Trinitas: quas quidem patet eſſe falſas. ergo & primam.

¶ 3. Præt. in Pſalm. 80. dicitur, Non erit in te Deus recens: ſed homo eſt quiddam recens: non enim Chriſtus ſemper fuit homo. ergo hæc eſt falſa, Homo eſt Deus.

Sed contra eſt, quòd dicitur Rom. 9. Ex quibus eſt Chriſtus ſm carnẽ, qui eſt ſup oĩa Deus benedictus in ſęcula: ſed Chriſtus ſecundum carnem eſt homo. Ergo
B hæc eſt uera, Homo eſt Deus.

Respon. dicendum, quòd ſuppoſita veritate vtriuſq; naturæ, diuinæ ſcilicet, & humanæ, & vnione in perſona & hypoſtaſi, hæc eſt uera & propria, Homo eſt Deus, ſicut & iſta, Deus eſt homo; hoc enim nomen homo, poteſt ſupponere pro qualibet hypoſtaſi humanæ naturæ, & ita poteſt ſupponere ꝓ ꝑſona filii Dei, quã dicimus eſſe hypoſtaſim humanæ naturæ. Manifeſtũ eſt autẽ, ꝙ de perſona filii Dei
C vere & proprie prædicatur hoc nomẽ Deus, vt in prima parte habitũ eſt†. Vnde relinquitur ꝙ hæc ſit uera, & propria, Homo eſt Deus.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ idolatræ attribuebant nomẽ deitatis lapidibus & lignis, ſm quòd in ſua natura conſiderantur, quia putabãt in illis aliquid numinis eſſe. Nos autem nõ attribuimus nomẽ Deitatis homini ſm humanã naturã, ſed ſm ſuppoſitũ æternũ, quod eſt etiã per vnionem ſuppoſitum
D humanæ naturæ, ut dictum eſt*.

Ad 2m dicendũ, ꝙ hoc nomẽ Pater, prædicatur de hoc nomẽ Deus ſm ꝙ hoc nomen Deus ſupponit ꝓ ꝑſona Patris: ſic aũt nõ prædicat̃ de perſona Filii, quia perſona filii nõ eſt perſona Patris, & per cõſequẽs non oportet, quòd hoc nomen Pater, prædicetur de hoc nomine homo, de quo prædicatur hoc nomen Deus, inquantũ ly homo ſupponit pro perſona Filii.

Ad 3m dicendum, ꝙ licet humana natura in Chriſto ſit quiddã re
E cens, tñ ſuppoſitum humanæ naturæ non eſt recens, ſed æternum. Et quia hoc nomen Deus, non prædicatur de homine ratione humanæ naturæ, ſed ratione ſuppoſiti, nõ ſequitur ꝙ ponamus Deum recentẽ. Sequeret̃ aũt, ſi poneremus, ꝙ homo ſupponit ſuppoſitum creatũ, ſecũdum ꝙ oportet dicere eos, qui in Chriſto ponunt duo ſuppoſita.

¶ Ad hoc dicitur, quòd Auctor non dixit, quòd vnio, ratione cuius eſt iſta prædicatio, eſt relatio aut relatiua, ſed dixit, quòd relationem importat, hoc eſt connotat, importatur enim nõ ſolum res ſignificata, ſed connotata. Et propterea licet vnio naturæ humanæ ad deum ſit ſubſtantialis, quia tamen connotat relationem, ideo nomen prædicatum ſecundum illam, non ſequitur regulã abſolutorũ ab æterno.

¶ Altius poſſet exponi hæc reſponſio, dicẽdo quòd homo prędicatur de Deo ratione vnionis in perſona, quã vnionem conſtat ex ſupradictis fundamentaliter eſſe ſubſtantialem, formaliter relatiuam: ſed prædicatio eſt ratione vnionis fundamentalis, quæ ſignificatur per vnionẽ formaliter, vt differentia per proprietatẽ conſueuit ſignificari. Et quia illa fundamentalis vnio, quæ fundat prædicationem iſtã, habet modum relatiuũ, quo ad hoc, quòd de nouo poſita in perſona diuina, nullam in illa mutationem ponit niſi relatiuam relatione nõ reali, ſed rationis, ideo dictũ eſt, quòd relationẽ importat. Et ideo non ſequitur regulam abſolutorũ ab æterno, quæ ſi de nouo apponerẽtur, aut tollerentur a Deo, mutationem in ipſo ponerent.

¶ *Super quæſtionis ſextædecimæ Articulum ſecundũ.*

Locis ſup. ar. 1. inductis. Titulus clar⁹ eſt.

¶ In corpore articuli vnica eſt cõcluſio reſpõſiua quęſito. Hæc eſt vera, & propria, Homo eſt Deus, ſuppoſito incarnationis myſterio. Probatur. Deus prędicatur vere, & proprie de perſona filii dei, ergo prædicatur uere, & proprie de homine. Probatur cõſequentia, quia homo põt ſupponere pro perſona filii Dei. Probatur hoc. Homo poteſt ſupponere pro qualibet hypoſtaſi humanæ naturæ, ſed quædam hypoſtaſis humanæ naturæ eſt perſona filii Dei, ergo homo põt ſupponere pro ꝑſona filii Dei.

¶ In hac materia recolẽda ſunt dicta in priore articulo, quoniã iſta propoſitio de qua eſt ſermo, eſt etiã per ſe in primo modo reſpectu ſuppoſiti per ſubiectũ, nõ reſpectu naturæ ſignificatæ, &
A ſubiectũ trahitur ad ſupponẽdũ pro tali ſuppoſito ex prædicato, ſicut de ſua cõuertente & cõuerſa dictũ eſt in præcedẽti articulo. Et per hoc patet tam corpus articuli, quàm reſponſio ad primũ.

¶ In reſpõſione ad ſcdm, dubiũ occurrit circa illud dictum, In iſta propoſitione, Deus eſt Pater, ly Deus ſupponit pro perſona Patris. Nã ly Deus, quantum eſt ex naturali ſua ſuppoſitione, ſupponit pro habente deitatẽ indiſtincte, ſicut homo pro habente humanitatem: ex parte autem prædicati non reſtringitur, ad ſupponendum pro perſona Patris, quoniam ſtando in ſua naturali ſuppoſitione, vera eſt propoſitio, Deus eſt pater, quoniã habens deitatem eſt Pater, vt patet. Minus ergo bene dictum videtur, quòd ſupponit pro Patre hoc nomen Deus, cum nomen patris de illo prædicatur.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ quia argumentum de prædicatione per ſe procedit fundatũ ſuper illa regula,
P. p. q. 39. ar. 3. & 4. Quicquid prædicatur de ꝑdicato, &c. ideo Auctoris uerba de prædicatiõe ꝑ ſe intelligẽda ſunt. Iſta ſiquidem propoſitio, Deus eſt Pater, poteſt eſſe per ſe & per accidens, logice loquendo. Nã prædicatio ꝑ ſe exigit prædicari æqua de æquis, aut maiora de minoribus. In cor. ar. Minus autem de maiori non niſi per accidens prædicatur, vt patet dicẽdo, animal eſt homo. Hoc autem nomẽ Deus, ſi ſecundum ſuam naturalem ſumatur ſuppoſitionem maius, hoc eſt communius eſt, quàm nomen Patris aut Trinitatis, quoniam extendit ſe etiam ad filium, & Spiritumſanctum, quorum neuter eſt Pater aut Trinitas, & propterea ſic ſumptũ, reddit prædicationem per accidens, dicendo, Deus eſt Pater aut trinitas. quo fit vt ſi conſtituẽda ſit ꝓpoſitio per ſe prędicans Patrem de Deo, oportet Deum reſtringi ad ſupponendum pro perſona Patris, vt ſic æquale de æquali prædicetur per ſe; ſicut ſi Trinitas prædicari per ſe intelligitur de Deo, oportet Deum reſtringi ad ſupponendum quaſi ſimpliciter, vt ſic æquale de æquali prædicetur. Et ſic patet ſenſus literæ.

¶ Super

## ARTICVLVS III.

*Vtrum Chriſtus poſſit dici homo dominicus.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus poſſit dici homo dominicus. Dicit enim Auguſt*. in lib. 83. q. Monendum eſt, vt illa bona expectentur, quæ fuerunt in illo homine dominico: loquitur autem de Chriſto. ergo videtur ꝙ Chriſtus ſit homo dñicus.

¶ 2 Præt. Sicut dominium conuenit Chriſto ratione diuinæ naturę, ita ẽt humanitas pertinet ad humanã naturam: ſed Deus dicitur humanatus, vt patet per Damaſ. in 3. lib*. vbi dicit ꝙ humanatio eã, quæ ad hominẽ, copulationẽ demõſtrat. ergo pari ratione põt dici denominatiue, ꝙ homo ille ſit dominicus.

¶ 3 Præt. Sicut dominicus denominatiue dicitur a dño, ita diuinus denominatiue dicitur a Deo: ſed Dion*. Chriſtum nominat diuiniſſimũ Ieſum. ergo pari ratione põt dici ꝙ Chriſtus ſit homo dominicus.

SED CONTRA eſt, quòd Aug. dicit in lib. Retract†. Non uideo vtrum recte dicatur, homo dñicus Ieſus Chriſtus, cum ſit vtique dñus.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut ſupradictũ eſt,* cum dicitur homo Chriſtus Ieſus, deſignat ſuppoſitum æternũ, quod eſt perſona filii Dei, propter hoc, ꝙ eſt vnum ſuppoſitum vtriuſq; naturæ. De perſona autem filii Dei prædicatur Deus & Dñs eſſentialiter, & ideo non debet prædicari denominatiue: quia hoc derogat veritati vnionis. Vnde cũ Dominicus dicatur denominatiue a Dño, non põt vere & proprie dici, ꝙ homo ille ſit dñicus, ſed magis quòd ſit dominus: ſi autẽ per hoc, quòd dicitur, homo Chriſtus Ieſus, deſignaretur ſuppoſitum aliquod creatum, ſecundũ illos, qui ponunt in Chriſto duo ſuppoſita, poſſet dici homo ille dominicus, inquantũ aſſumitur ad participationem honoris diuini, ſicut Neſtoriani poſuerunt. Et hoc etiam modo humana natura nõ dicitur eſſentialiter dea, ſed deificata non quidem per conuerſionem ipſius in diuinam naturam, ſed per coniunctionem ad diuinam naturam in vna hypoſtaſi, vt patet per Dam. in tertio lib*.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd Aug. verba illa & ſimilia retractat in lib. Retracta. Vnde poſt verba præmiſſa in lib. Retracta*. ſubdit, Vbicumque hoc dixi, ſcilicet quòd Chriſtus Ieſus ſit homo dominicus, dixiſſe me nollem, poſtea quippe vidi non eſſe dicendũ: quamuis nonnulla ratione poſſet defendi, quia ſcilicet poſſet aliquis dicere quòd dicitur homo dominicus ratione humanæ naturæ, quam ſignificat hoc nomen homo, non autem ratione ſuppoſiti.

Ad 2^m^ dicendum, ꝙ illud vnum ſuppoſitum, quod eſt humanæ, & diuinæ naturæ, primo quidem fuit diuinæ naturæ, ſcilicet ab æterno, poſtea autem ex tempore per incarnationem factum eſt ſuppoſitum humanæ naturæ. Et hac ratione dicitur humanatum, non quia aſſumpſerit hominem, ſed quia aſſumpſit humanam naturam. Non autem ſic eſt econuerſo, quòd ſuppoſitum humanæ naturæ aſſumpſerit diuinam naturam, vnde non poteſt dici homo deificatus vel dominicus.

Ad 3^m^ dicendum, quòd hoc nomen diuinum, conſueuit prædicari etiam de his, de quibus prædicatur eſſentialiter hoc nomen deus: dicimus enim, quòd diuina eſſentia eſt Deus, ratione identitatis, & ꝙ eſſentia eſt Dei, ſiue diuina, propter diuerſum modum ſignificandi, & verbum diuinum, cum tamen verbum ſit Deus. Et ſimiliter dicimus perſonam diuinam ſicut & perſonã Platonis, propter diuerſum modum ſignificandi: ſed dominicus non dicitur de his, de quibus dominus prædicatur: non enim conſueuit dici, ꝙ aliquis homo, qui eſt dominus ſit dominicus: ſed illud quod qualitercumque eſt domini, dominicũ dicitur, ſicut dominica volũtas, vel dominica manus, vel dominica paſſio. Et ideo ipſe homo Chriſtus, qui eſt dominus, non poteſt dici dominicus: ſed poteſt caro eius dici caro dominica, & paſſio eius poteſt dici paſſio dominica.

¶ *Super Quæſtionis ſextædecimæ, Artic. 3.*

3. diſt. 7. q. 1 artic. 2.
*q. 36. circa mediũ, to. 4

TItulus clarus eſt, originem habens ab Auguſtini varia diuerſis temporibus ſententia, & Magiſtri Sententiarum diſtinctio 7. tertii libri.

¶ In corpore articuli vnica eſt concluſio reſponſiua quæſito, Nõ poteſt vere & proprie dici, quòd homo ille ſit dominicus, ſed quòd eſt dominus. Probatur primo directe. homo ille, ſcilicet Chriſtus Ieſus, deſignat perſonam filii dei. ergo de illo prædicatur dominus eſſentialiter. ergo non debet de illo prædicari dominus denominatiue. Antecedens probat, quia vnum eſt ſuppoſitum diuinæ, & humanæ neturæ in Chriſto, prima cõſequẽtia eſt clara. Secunda vero probatur, quia derogaret veritati vnionis ſi prædicaretur denominatiue. Firmatur deinde concluſio ac ratio allata ex oppoſito, q a ſcilicet hæc prædicatio propria eſt Neſtorianis, & q a ſimilis prædicatio propria eſt naturæ aſſumptæ. Neſtoriani ſiquidem, ponendo duo ĩ Chriſto ſuppoſita, proprie dicunt, Chriſtum hominem dominicum, quia vere eſſet ibi ſuppoſitum participatiue dominicum. Nos quoque proptie dicimus naturam aſſumptam eſſe deificatam nõ deam; quia enim diuerſa eſt aſſumpta natura a deitate, non deam dicimus. Et quia iuncta eſt deitati in vnitate perſonæ, ideo deificata. Suppoſitũ autẽ quia vnicũ, eſt filii dei, ideo Deum & dominum, non dominicũ, aut deificatum dicimus.

l. 3. orthod. fid. ca. 11.
ca. 4. Eccle. hier. par. 3. ĩ tit. Cõtem. in princip.
†li. 1. retrac. c. 19. nõ pcul a fi. t. . i.
Arti. præc. ad 3.
li. 3. orth. fi. cap. 3. 4. 15. & 17.
li. 1. retract. c. 19. decli. ad fin. to. 1.

¶ Circa rationem concluſionis dubiũ occurrit, quia videtur falſa, tum quia ex affirmatione prædicationis eſſentialis infert negationem denominatiue, conſtat enim illationẽ hanc non tenere ex forma, vt manifeſtat inſtantia de Deo, & diuino, neq; ex materia, quia dñicus nomen eſt commune ſuppoſito & naturæ, põt. n dici natura aſſumpta, natura dñica, ſicut & caro eius, dicit̃ caro dominica, tũ quia hæc prædicatio nõ derogat veritati vnionis, qm̃ affirmare Chriſtũ hoĩem dominicum, non ẽ negare Chriſtũ eſſe verũ dñm: ſicut affirmare Verbũ eſſe diuinũ, nõ eſt negare ipſum eſſe verum Deum.

¶ Ad hoc dicit̃, ꝙ ratio veritati innititur, & eſt efficax. Nam quæſtio iſta de nominibus eſt, nominibus autem vtẽdũ eſt, vt plures vtunt̃, ſecundũ Philoſophũ, communis autem vſus illud dominicum vocat quod ẽ dñi, non quod dñs eſt, vt in reſponſiõe ad tertiũ litera explicat: & ꝓpterea ex affirmatione prędicatiõis eſſentialis iſtius termini Dñs bene illata eſt negatio denominatiui. Et ſimiliter dicẽdo, homo dñic⁹ ſ̃m communem vſum intelligitur homo dñi, ac per hoc aliquis homo dñi, & ſic intelligunt̃ ibi duo ſuppoſita, vnũ ĩ ly Aliquis homo, & vnum in ly Domini, ac ꝑ hoc ruit veritas vnionis diuinæ & humanæ naturæ ĩ vno eodemque ſuppoſito. Et propterea Auctor hãc loquutionem neſtorianam dixit. Non eſt autẽ ſimile de Deo & diuino, vt in litera dicitur: quia diuinũ identice cõſueuit ſumi frequenti vſu, non ſic autem dñicum.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum ea, quæ conueniunt filio hominis poſſint prædicari de filio Dei, & econuerſo.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd ea, quæ ſunt humanæ naturæ, non poſſint dici de Deo. Impoſſibile enim eſt oppoſita de eodem prædicari: ſed ea, quę ſunt humanæ naturæ, ſunt contraria his, quæ ſunt propria dei: deus enim eſt increatus, immutabilis, & æternus: ad humanam autem naturam pertinet, vt ſit creata, temporalis & mutabilis. ergo ea quæ ſunt humanæ naturæ, non poſſunt dici de deo.

¶ 2 Præt. Attribuere Deo ea, quæ ad defectum pertinent, videtur derogare diuino honori, & ad blaſphemiã pertinere: ſed ea, quæ ſunt humanæ naturæ, defectum quendam continent: ſicut pati, mori & alia huiuſmodi. ergo videtur quòd nullo modo ea, quæ ſunt humanæ naturæ, poſſint dici de Deo.

¶ 3 Præt. Aſſumi conuenit humanæ naturæ: non autem hoc conuenit Deo. non ergo ea quæ ſunt humanæ naturæ, de Deo dici poſſunt.

SED CONTRA eſt, quòd Damaſc.* dicit in 3. lib. quòd Deus ſuſcepit ea, quæ ſunt carnis idiomata, ideſt, proprietates dum Deus paſſibilis nominatur, & Deus gloriæ crucifixus eſt.

RESPON. Dicendum, quòd circa hanc quæſtionem diuerſitas fuit inter Neſtorianos & Catholicos. Neſtoriani enim voces, quæ dicuntur de Chriſto, diuidere volebant hoc modo, vt ea quę pertinent ad humanam naturã, non dicerẽtur de Deo: nec ea quæ pertinent ad diuinã naturam, dicerentur de homine. Vnde Neſtorius dixit: Si quis Dei verbo tentat paſſiones tribuere, anathema ſit. Si qua vero nomina ſunt quæ ꝑtinere poſſunt ad vtramque naturã, de talibus prædicabant ea, quæ ſunt vtriuſque naturæ: ſicut hoc nomen Chriſtus vel Dominus. Vnde concedebant Chriſtum eſſe natum de Virgine, & fuiſſe ab æterno: non tamen dicebant vel Deum natum de Virgine, vel hominem ab æterno fuiſſe. Catholici vero poſuerunt huiuſmodi quæ dicuntur de Chriſto, ſiue ſecundum diuinam naturam, ſiue ſecundum humanam, dici poſſe tam de Deo, quàm de homine. Vnde Cyrillus dicit,* Si quis duabus perſonis ſeu ſubſtantiis, ideſt hypoſtaſibus eas, quæ in Euangelicis & Apoſtolicis conſcriptionibus ſunt, diuidit voces, vel ea quæ de Chriſto a ſãctis dicuntur, vel ab ipſo Chriſto de ſemetipſo, & aliquas quidem ex his homini applicandas crediderit, aliquas vero ſoli Verbo deputauerit, anathema ſit. Et huius rõ eſt: quia cum ſit eadem hypoſtaſis vtriuſque naturæ, eadem hypoſtaſis ſupponitur nomine vtriuſque naturæ. ſiue ergo dicatur homo, ſiue Deus, ſupponitur hypoſtaſis diuinæ & humanæ naturæ. & ideo de homine poſſunt dici ea, quæ ſunt diuinæ naturæ, tanquam de hypoſtaſi diuinæ naturæ: & de Deo poſſunt dici ea quæ ſunt humanę naturæ, tamquã de hypoſtaſi humanæ naturæ. Sciendum tamẽ, quòd in propoſitione, in qua aliquid de aliquo prædicatur, non ſolum attenditur quid ſit illud, de quo prædicatur prædicatum, ſed etiam ſecundum quid de illo prædicetur. Quàmuis ergo non diſtinguãtur ea quæ prædicantur de Chriſto: diſtinguuntur tamen ſecundum id, ſecundum quòd vtrumque prædicatur. Nam ea quæ ſunt diuinæ naturæ, prædicantur de Chriſto ſecundũ diuinã naturam: ea autem quæ ſunt humanæ naturæ, prædicantur de eo ſecundum humanam naturam. Vnde Aug. dicit in 1. de Trin.† Diſtinguamus quid in ſcripturis ſonet, ſecundum formam Dei, & quid ſecũdum formam ſerui. Et infra*, quid & propter quid, & quid ſecundum quid dicatur, prudẽs & diligens & pius lector intelliget.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd oppoſita prædicari de eodem ſecundum idem, eſt impoſſibile: ſed ſecundum diuerſa, nihil prohibet. Et hoc modo oppoſita prædicantur de Chriſto, nõ ſecundum idem: ſed ſecundum diuerſas naturas.

AD 2^m^ dicẽdum, quòd ſi ea quæ ad defectũ pertinent, Deo attribuerentur ſecũdum diuinam naturam, eſſet blaſphemia, quaſi pertinens ad diminutionem honoris ipſius: non autem pertinet ad Dei iniuriam, ſi attribuantur ei ſecundum naturam aſſumptam. Vnde in quodam ſermõne Epheſini Concilij dicitur, Nihil putat Deus iniuriam, quod eſt occaſio ſalutis hominibus: nihil enim abiectorum quę elegit propter nos, iniuriam facit illi naturæ, quæ non poteſt eſſe ſubiecta iniuriis, propria vero facit inferiora, vt ſaluet naturam noſtram. Quando ergo abiecta & vilia ſunt, diuinam naturam non iniuriantur, ſed ſalutem hominibus operantur, quomodo dicis ea quæ cauſa noſtræ ſalutis ſunt, iniuriæ occaſionem Deo fuiſſe?

AD 3^m^ dicendum, quòd aſſumi conuenit humanæ naturæ, non ratione ſuppoſiti, ſed ratiõe ſuiipſius: & ideo non conuenit Deo.

¶ *Super Quæſtionis ſextædecimæ Articulum quartum.*

TItulus, vt iacet, intelligẽdus eſt de conuenientib⁹ humanæ naturę exiſtẽti ĩ Chriſto: puta paſſibilitate, morte, & aliis huiuſmodi, quæ de Chriſto ratione illius naturæ humanæ dicuntur, dum dicimus Chriſtum crucifixũ, mortuũ, ſepultum, &c.

¶ In corpore articuli tria fiunt, primo refertur differẽtia inter Neſtoriũ & Catholicos ĩ hac quæſtione. Secundo, redditur rõ catholicæ doctrinæ. Tertio, ſubiũgitur opportunum documentum circa hãc catholicã doctrinã.

li. 3. Orth. fid. ca. 6. in medio.

¶ Quo ad primũ, Neſtoriani duabus diſtinctionibus vtebantur in propoſito. Altera bimembri ex parte prædicatorum: quædam enim ſunt prædicata propria diuinæ naturæ (vt eſſe omnipotentem, æternũ, & ſimilia) quędam ſunt prędicata propria humanę naturæ, vt eſſe mortalem, corporeum, filium hominis, & huiuſmodi. Altera ex parte ſubiectorum trimembri: poteſt enim dictis prædicatis ſubiici in enuntiatione vel nomẽ proprium Dei, vt Deus, vel nomẽ propriũ hominis, vt homo: vel nomẽ commune vtrique naturæ, diuinæ ſcilicet & humanæ, vt Chriſtus. Et ſubiungebant duas cõcluſiones: primam de ſubiectis ꝓpriis, dicendo, quòd nec de nomine proprio Dei dicuntur prædicata propria homini, nec de nomine proprio hominis dicuntur prædicata propria Dei. Et propterea negabant Deum eſſe natum ex Virgine aut mortuum, aut aliquid paſſum: & ſimiliter hominẽ eſſe creatorem cæli, & terræ, & huiuſmodi. Secunda, de ſubiecto communi, dicendo, de nomine communi Deo, & homini prædicari vere, tam ea quæ ſunt propria Deo, quàm ea quæ ſunt propria homini. Et propterea Chriſtus vere dicitur omnipotẽs, æternus, creator, & nat⁹ ex Virgine, crucifixus, mortuus, & ſepultus. Hoc fuit dogma Neſtorii.

Incõ. Eph. 1. cui præfuit Cyril. can. 4. to. 1. conc.

¶ Catholici autem affirmant vniuoce vtraque prædicata vere enuntiari de quocumque nomine ſubiecto, ſiue ꝓprio ſiue cõmuni: vt patet ex Cyrilli auctoritate.

Lib. 1. c. 11. in prin. to. 3.* eodem loco.

¶ Quo ad ſecũdũ ratio catholicæ aſſertionis eſt, idẽpt itas hypoſtaſis vtriuſq; naturæ Chriſto. Hinc enim fit, vt vna eademq; hypoſtaſis ſupponat̃ vtriſq; nominibus, & ꝙ propria Deo inueniantur prædicari de hypoſtaſi diuina, & propria homini de hypoſtaſi humana. Nec oportet hic immorari: quia ex ſupradictis patet, nomina communia cõcreta poſſe pro qualibet ſua hypoſtaſi ſupponere.

¶ Quo ad tertium, documentũ catholicum eſt, quòd licet non diſtinguendum ſit cum Neſtorio ſubiectum, de quo diuina & humana prędicantur, diſtinguenda tamẽ eſt rõ ſubiecti, qua diuina de ipſo dicũtur a ratione, qua humana de eodem enuntiantur: nam vna eademque eſt hypoſtaſis in diuerſis naturis ſubſiſtẽs & propterea diſcernendum caute eſt non id, de quo dicũtur: ſed id, ſecundũ quod dicuntur. Et hoc cõfirmatur auctoritate Auguſt.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum ea, quæ conueniunt filio hominis, poſſint prædicari de diuina natura: et de humana ea, quæ conueniunt filio Dei.*

AD QVINTVM ſic ꝓceditur. Videtur ꝙ ea quę ſunt humanę naturæ, poſſint dici de natura diuina. Ea enim quæ ſunt humanæ naturæ, prædicantur de filio Dei & de Deo: ſed Deus eſt ſua natura. ergo ea quæ ſunt naturæ humanæ, poſ-

¶ *Super Quæſtionis ſextædecimæ Articulum quintum.*

IN titulo vide diuerſitatem huius a præcedenti titulo: nam hic quæſtio refertur ad diuinã naturam, ibi vero ad Deum. nam hic quæritur an humana prædicentur de natura diuina: ibi, an humana prædicentur de Deo. Vnde cum inter Deũ & diuinam

& diuinã naturam ſola ſit differentia ſecundum modum ſignificandi, oĩs iſta quæſtio ad rem diuinam ſpectat, non vt res eſt abſolute, ſed vt res ẽ ſignificata noĩe abſtracto, puta deitas aut diuinitas, vel æquiualẽte, puta natura diuina, eſſentia diuina & hmõi. F
¶ In corpore articuli duæ ſunt cõcluſiones ſimul probatæ. Altera eſt: in Chriſto ea quæ ſunt vnius naturæ, non poſſunt prædicari de alia in abſtracto ſignificata. Altera eſt. In Chriſto ea quæ ſũt vtriuſque naturæ, poſſunt indifferẽter de nominibus concretis vtriuſque naturæ prædicari. Probanť ſimul. Ea quæ ſunt propria vnius, nõ poſſunt vere prędicari de alio, niſi đ eo quod eſt idẽ illi. ergo ea quę ſunt vnius naturæ, &c. Antecedens manifeſtatur, quia riſibile non cõuenit niſi ei, quod eſt homo. Conſequentia vero ꝓbatur, primo: q̃a nomina cõcreta ſupponũt hypoſtaſim naturæ. Et cõfirmatur deinde ſecunda concluſio auctoritate Leonis.

Li. 3. orth. fid. c. 6. circa fin. & c. 7. a med.

Li. 3. ca. 4.

¶ Aduerte hic, ꝙ abſtracta & cõcreta nomina, quãuis cõueniant in ſignificato formali (quoniã tam deitas, quàm Deus deitatẽ ſignificat, & ſimiliter tã humanitas, quàm homo humanam ſignificat naturã) ex differenti tamen ſignificandi modo inuento in illis, alia oriť differentia quo ad ſuppoſita per illa: nam abſtractum nomen & ſignificat naturam & ſupponit pro natura: deitas enim pro deitate ſupponit. Cõcretum vero ſignificat quidem naturã, ſed etiam ſupponit pro habente naturã, ac per hoc pro hypoſtaſi naturæ, hypoſtaſis.n. eſt habens naturam: Deus.n. ſupponit pro habẽte deitatem, pro hypoſtaſi diuinæ naturæ, & ſimiliter homo pro habẽte humanam naturã, pro hypoſtaſi humanæ naturæ: & ſimiliter riſibilitas & ſignificat & ſupponit ipſam riſibilitatẽ, ſed riſibile ſupponit ꝓ habẽte riſibilitatẽ.

In epi. 83. inter mediũ & fin. illi⁹.

D. 1147.

Et ideo riſibilitas nõ prædicatur de humanitate, ſed riſibile vere prædicatur de homine, qm̃ idẽ eſt habens humanitatẽ & riſibilitatẽ. Ex his igitur patet in primis aſſũptũ in litera antecedens, cũ ſua manifeſtatione exẽplari de riſibili. Veriſſime ſiquidem dr̃, propria vnius non verificari de alio, niſi illud aliud ſit idẽ huic, cui ſunt propria, quemadmodũ propria riſibilitatis non verificãtur de humanitate, quia nihil eſt idẽ vtriq;, ſed verificãtur de homine, quia homo eſt id humanæ naturæ, quod eſt idẽ habẽti riſibilitatẽ, idem.n. ſubiecto eſt hypoſtaſis humana, & ſubiectum riſibilitatis. Patet deinde vis conſequentiæ, quoniam dũ explicatur in litera proprietas concretorũ in ſupponendo, inſinuatur differentia, quam explicauim⁹ inter ſuppoſitionẽ concretorum & abſtractorum, ex qua fit vt abſtractũ nomen vnius naturæ pateat ĩportare omnino aliud ab his, quæ ſunt alterius naturæ, ſcilicet ipſam ſolam naturã ſecundum ſe, ac per hoc optime inferri, quòd non prędicantur de abſtracto ea quæ ſunt alteri⁹ naturæ: et ſimiliter pateat concretum cuiuſque in Chriſto naturæ importare id, quod idem eſt, quod commune eſt omnibus ad quã cumque naturã ſpectantibus, ſcilicet vnam eãdemq; hypoſtaſim, & ideo optime inferri, quòd indifferẽter ea, quæ ſunt vtriuſque naturæ de contractis vtriuſque naturæ, prædicantur.

P. p. q. 39. art. 5.

Q. 3. art.

ſunt prædicari de diuina natura.

¶ 2 Præt. Caro pertinet ad naturã humanã: ſed ſicut dicit Damaſ*. in 3. lib. dicimus naturã verbi incarnatã eſſe, ſm̃ beatos Athanaſiũ, & Cyrillum. ergo uidetur ꝙ pari ratione ea quæ ſunt humanæ naturæ, poſſint dici de diuina natura.

G ¶ 3 Præt. Ea, quæ ſunt diuinę naturæ conueniunt humanæ naturæ in Chriſto, ſicut cognoſcere futura, & habere ſalutiferã virtutẽ. ergo videť ꝙ pari rõne ea, quæ ſũt humanę naturę, poſsĩt dici de diuina natura.

Sed contra eſt, ꝙ Damaſc*, dicit in 3. lib. Deitatẽ quidẽ dicẽtes nõ nominamus de ea, quæ humanitatis idiomata ſunt. i. proprietates: nõ. n. dicimus deitatẽ paſſibilẽ, vel creabilẽ: deitas aũt eſt diuina natura. ergo ea, quæ ſunt humanæ naturæ, nõ poſsũt dici de diuina natura.

H Respon. Dicendum, ꝙ ea quæ ſunt propria vnius, non poſſunt vere de alio prędicari, niſi de eo, quod eſt idẽ illi, ſicut riſibile nõ conuenit niſi ei qđ eſt homo: in myſterio aũt incarnationis nõ eſt eadẽ natura diuina & humana, ſed eadẽ eſt hypoſtaſis vtriuſq; naturæ, ideo ea, quæ ſũt vnius naturæ, nõ poſſunt de alia prædicari, ſm̃ ꝙ in abſtracto ſignificatur. Nomina vero cõcreta ſupponunt hypoſtaſim naturæ, & ideo indifferẽter prædicari poſſunt ea, quæ ad vtrãq; naturã pertinẽt, de nominibus concretis, ſiue illud nomẽ de quo dicuntur, det intelligere vtrãq; naturã, ſicut hoc nomẽ Chriſtus, in quo intelligitur & diuinitas vngẽs, & humanitas vncta, ſiue ſolũ diuinã naturã, ſicut hoc nomẽ Deus vel filius Dei, ſiue ſolũ naturam humanã, ſicut hoc nomẽ homo vel Ieſus. Vnde Leo papa dicit in Epiſtola ad Palæſtinos*: Non intereſt, ex qua Chriſtus ſubſtãtia nominetur, cũ inſeparabiliter manẽte vnitate perſonæ, idẽ ſit & totus hominis filius, propter carnẽ, & totus Dei filius, propter vnam cum Patre deitatẽ. I K

Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ in diuinis realiter eſt idem perſona cum natura, & ratione huius idẽtitatis diuina natura prædicatur de filio Dei: non tamen eſt idẽ modus ſignificãdi, & ideo quædam dicuntur de filio Dei, quæ non dicuntur de diuina natura, ſicut dicimus ꝙ filius Dei eſt genitus, non tamen dicimus ꝙ natura diuina ſit genita, vt in prima parte habitum eſt*. Et ſimiliter in myſterio incarnationis dicimus, ꝙ filius Dei paſſus eſt, non autem dicimus quòd diuina natura ſit paſſa.

Ad 2ᵐ dicendum, ꝙ incarnatio magis importat vnionem ad carnẽ, quàm carnis proprietatẽ. Vtraq; autem natura in Chriſto, eſt vnita alteri in perſona, ratione cui⁹ vnionis, & diuina natura dicitur incarnata, & humana natura deificata, vt ſupra dictum eſt*.

Ad 3ᵐ dicendum, ꝙ ea quæ ſunt diuinæ naturæ, dicuntur de humana natura, non ſecundum ꝙ eſſentialiter competunt diuinæ naturæ, ſed ſecundum ꝙ participatiue deriuantur ad humanam naturam. Vnde ea, quę participari non poſſunt a natura humana (ſicut eſſe increatũ, aut omnipotentem) nullo modo de humana natura dicuntur. Diuina autem natura nihil participatiue recipit ab humana natura, & ideo ea quæ ſunt humanæ naturæ, nullo modo poſsũt dici de diuina natura.

## Articvlvs VI.

*Vtrũ hæc ſit uera, De⁹ factus eſt homo.*

AD Sextvm ſic proceditur. Videtur ꝙ hæc ſit falſa, Deus factus eſt homo. Cum.n. homo ſignificet ſubſtantiam, fieri hominem, eſt fieri ſimpliciter: ſed hæc eſt falſa, Deus fact⁹ eſt ſimpliciter. ergo hæc eſt falſa, Deus factus eſt homo.

¶ 2 Præt. Fieri hominem eſt mutari: ſed Deus non poteſt eſſe ſubiectum mutationis, ſecundum illud Malach. 3. Ego dominus, & nõ mutor. ergo videtur quòd hęc ſit falſa, Deus factus eſt homo.

¶ 3 Præt. Homo ſecundum quòd de Chriſto dicitur, ſupponit perſonam filii Dei: ſed hæc eſt falſa, Deus factus eſt perſona filii Dei. ergo hęc eſt falſa, Deus factus eſt homo.

Sed contra eſt, quod dicitur Ioan. 1. Verbum caro factũ eſt. Et ſicut Athanaſius dicit in Epiſtola ad Epitectũ*, quod dixit, Verbũ caro factum eſt, ſimile eſt, ac ſi diceretur, quòd Deus homo fact⁹ eſt.

*Super Quæſtionis ſextædecimæ Articulum ſextum.*

TItulus clarus eſt.
¶ In corpore articuli primo reſpondetur quæſito vnica cõcluſione. Hæc eſt vera, Deus factus eſt homo. Probaturque ſyllogiſmo ſatis clare poſito, & ordinato in litera, ita vt non ſit op⁹ formare illũ.
¶ Deinde aperitur, quòd hæc propoſitio a diuerſis diuerſimode intelligitur, iuxta dicta in primo huius quæſtionis articulo de iſta propoſitione, Deus eſt homo.
¶ In reſpõſione ad ſecundum, ſi dubitas, vide ſcripta in articulo primo in reſponſione ad vltimum. Et ſi tibi illa non ſufficiunt, nec quieſcis ex relatiua declaratione tam profundæ factionis, dicito quòd licet fieri hominem, abſolute importet mutationem

Infr. q. 33. ar. 3. & E
diſt. 3. q. 
art. 3. c. &
diſt. 7. q. 
Et opu. 
18. Et c. 
c. 6. Et 
1. l. 1.

Poſt medi
illius, & 
cip. Ergo
bitra.



in ſubiecto acquirente humanam naturam, puta in materia, attamen perſonam aliquam fieri hominem, non importat mutationem in perſona acquirente naturam humanam. Et ratio diuerſitatis eſt: quia ſubiectum quod fit homo, per tranſmutationem ſui acquirit eſſe humanum: ſed perſona quæ fit homo, ſola noua perſonatione humanæ naturæ fit homo. Perſonare autem naturam humanam, nõ eſt mutari, ſed ſubſiſtere nunc primo in illa. Et ideo filius dei prius non erat homo, quia non ꝑſonabat naturã humanam, & in tempore factus eſt homo, quia incœpit quandoque perſonare naturam vnã humanam, & per hoc acquiſiuit primo eſſe ſubſtantiale humanæ naturę, & non tantum eſſe relatiuum: factus ẽ homo, factus eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, rationalis, & non ad aliquid, nõ ad humanam naturam. Et eſt non ſolũ ſubiectum propoſitionis ly Deus, cũ dicitur, deus factus eſt homo, ſed vt ſubiectum factionis, hoc eſt perſonationis nũc primo: hoc enĩ fieri nihil aliud eſt, quàm perſonare nunc primo. Et ſic habes ſubſtãtialem factionem & terminum & ſubiectum, abſque mutatione ſubiecti. Et ſi tibi apparet mirabile, memento quia nihil eſt mirabilius, quàm verbum caro factum eſt, poſt Trinitatis arcanum.
¶ In reſponſione ad tertium, ſi formalẽ reſponſionem nouitius optat, dicito quòd iſta eſt vera, Deus factus eſt ſubſiſtens in humana natura: hoc enim formaliter ſupponit ly homo. Et ſi ad materialiter ſubſtratum inſtet deſcendi, dicito quòd hæc etiam eſt vera, deus factus eſt perſona filij dei ſubſiſtens in humana natura. Sicut etiam cum paries fit albus vere dicitur, quòd pariès factus eſt paries albus, vt patet in ſeptimo Metaphyſi. & ad propoſitum in 4. Senten. diſtin. 7.

P. p. q. 39. art. 5.

ar. 1. huius quæſt.

ar. 1. huius quæſt.

Q. 3. art.

In corp. ar.

Respon. Dicendum, quòd vnumquodque dicitur eſſe factum illud, quod de nouo incipit prædicari de ipſo. Eſſe autem hominem, vere prædicatur de Deo, ſicut dictum eſt†, ita tamen quòd non conuenit Deo eſſe hominem ab æterno, ſed ex tempore per aſſumptionem humanæ naturæ. Et ideo hæc eſt vera, Deus factus eſt homo. Diuerſimode tamen intelligitur a diuerſis, ſicut & hęc, Deus eſt homo, vt ſupra dictum eſt*. B

Ad primvm ergo dicendum, quòd fieri hominem, eſt fieri ſimpliciter in oĩbus his, in quibus humana natura incipit eſſe in ſuppoſito de nouo creato. Deus autem dicitur factus homo, eo quòd humana natura incępit eſſe in ſuppoſito diuinæ naturæ, ab æterno præexiſtente. Et ideo Deũ fieri hominem, non eſt Deum fieri ſimpliciter. C

Ad 2ᵐ dicendum, quòd ſicut dictum eſt †, fieri importat quòd aliquid prædicetur de nouo de altero. Vnde, quandocumque aliquid de nouo prædicatur de altero cum mutatione eius, de quo dicitur, tunc fieri eſt mutari. Et hoc contingit in omnibus quæ abſolute dicuntur: nõ enim põt albedo aut magnitudo dę nouo aduenire alicui, niſi per hoc quòd de nouo mutatur ad albedinem, vel magnitudinẽ. Ea vero quæ relatiue dicuntur, poſſunt de nouo prędicari de aliquo abſque eius mutatione, ſicut homo de nouo fit dexter abſque ſua mutatione, per motum illius, qui fit ei ſiniſter. Vnde in talibus non oportet omne quod dicitur fieri, eſſe mutatum, quia hoc poteſt accidere per mutationem alterius. Et per hunc modum Deo dicimus, Domine refugium factus es nobis. D E
Eſſe autem hominem, conuenit Deo ratione vnionis, quæ eſt relatio quædam: & ideo eſſe hominem prædicatur de nouo de Deo abſque eius mutatione per mutationem humanæ naturæ, quæ aſſumitur in diuinam perſonam. Et ideo cum dicitur, Deus factus eſt homo, non intelligitur aliqua mutatio ex parte Dei, ſed ſolum ex parte humanæ naturæ.

Ad 3ᵐ dicendum, quòd homo ſupponit perſonam Filii Dei, non nudam, ſed prout ſubſiſtit in humana natura. Et ideo quamuis hæc ſit falſa, Deus factus eſt perſona filii Dei, eſt tamen hæc vera, Deus factus eſt homo, ex eo quòd eſt vnitus humanæ naturæ.

## Articvlvs VII.

*Vtrum hæc ſit uera, Homo factus eſt Deus.*

AD ſeptimvm ſic proceditur. Videtur quòd hæc ſit vera, Homo factus eſt Deus. Dicitur enim Romano. primo, Quod ante promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis, de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem: ſed Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem. ergo homo factus eſt filius Dei.

¶ 2 Præter. Auguſt. dicit in primo de Trinit*. Talis erat illa ſuſceptio, quæ Deum hominem faceret, & hominem Deum: ſed ratione illius ſuſceptionis hæc eſt vera, Deus factus eſt homo. ergo ſimiliter hæc eſt vera, Homo factus eſt Deus.

¶ 3 Præter. Gregorius Nazanzenus dicit in Epiſt. ad Elidonium†, Deus quidẽ humanatus eſt, homo autẽ deificatus, vel quõlibet aliter

*Super Quæſtionis ſextædecimæ Articulum ſeptimum.*

TItulus clarus eſt.
¶ In corpore duo fiunt. Primo, ponitur duplex propoſitionis ſenſus improprius: & iuxta vtrumque reſpondetur. Secundo, ponitur tertius ſenſus, qui ſolus eſt proprius, & reſpondetur quæſito. A
¶ Quo ad primum vide nouitie, quòd in primo ſenſu copula verbalis eſt, ly eſt. Et ly factus, ponitur vel adiectiuum ſubiecti, puta homo factus: ſicut ſi diceretur, homo creatus, vel adiectiuum prędicati, puta deus factus: ita quòd ſenſus eſſet, vel quòd factus homo eſt deus, vel quòd homo eſt deus factus. Et vtroque modo iudicatur falſa: & de ſecunda quidem, non eſt dubium. Prima autem falſa iudicatur: quia ly homo, in ſubiecto ſtat pro hypoſtaſi, ac per hoc dicendo, homo factus, enuntiatur de perſona humana facta, quòd eſt deus: conſtat autem, nullam eſſe perſonam, ſiue humanam, ſiue diuinam factã, quæ ſit deus: nam perſona humana, quæ eſt deus, eſt non facta, ſed genita ab æterno, deus de deo.
¶ In ſecundo autem, quamuis improprio ſenſu, dicuntur quinque. primo, ponitur modus, quo ſumitur ly factus: & dicitur ſumi, vt modus determinans compoſitionem, ſicut in propoſitionibus modalibus ly poſſibile, aut neceſſarium determinare dicitur compoſitionem, ita ꝙ propoſitio iſta, Homo factus eſt Deus, ſonat iſtam, Hominem eſſe Deum, factum eſt. Et propterea, ſecundo in litera explicatur dictus ſenſus eiuſdem, ſcilicet, factum eſt, vt homo ſit deus, & ſimiliter deus factus eſt homo, factum eſt, vt deus ſit homo. Tertio dicitur, quòd propoſitio vtraque eſt vera in hoc ſenſu. Quarto, quòd hic ſenſus non eſt proprius harum propoſitionum. Et ratio quidem logica eſt: quia ly factus, non eſt modus determinatiuus cõpoſitionis ſicut ly poſſibile, aut neceſſarium. Ratio vero realis ad ſenſum reſpiciens, quæ in litera redditur, cum quinto ſubiungitur, qũo ſenſus iſte poteſt proprietatem forte habere, eſt quia hic homo, de quo enuntiatur factũ eſſe deum, non eſt factus deus, ita ꝙ neq; ab æterno, neq; ex tẽpore factum eſt, vt hõ, hoc eſt hic homo, eſſet deus: conſtat.n. ꝙ ly homo, ſupponit in hac enuntiatione pro hoc homine: q̃a ſupponit perſonaliter & determinate, & quòd hic homo eſt deus ab æterno genitus, non factus, eſt hypoſtaſis filij dei.

Locis ſup. arti. 6. citatis.

Li. 1. c. 13. circa prin. tom. 3.

In epiſt. 1. ad Elidonium inter princip. & med.

Infr. q. 33. ar. 3. & E diſt. 3. q. art. 3. c. & diſt. 7. q. Et opu. 18. Et c. 6. Et 1. l. 1.

Poſt medi illius, & cip. Ergo bitra.

Non eſt igitur proprius ſenſus harum locutionum, dicere, Factum eſt vt homo eſſet deus. Poſſet tamen, vt quinto dicitur in litera ſaluari, vt proprius ſenſus, ſuſtinẽdo quòd homo habeat ſuppoſitionem ſimplicem, hoc eſt, ſupponat pro natura humana in concreto communiter. nam factum eſt, quòd homo ſit deus: quamuis nõ ſit factum, quòd aliqͣs ſingularis homo ſit deus: quia ille ſingularis homo, qui eſt deus, eſt naturaliter, & ab æterno deus.

¶ Occurrit hic autẽ circa duo quæſtio. Primo circa ſuppoſitionem ſimplicẽ, & proprietatem ꝓpoſitionis ſic ſumptæ. Secundo, circa perſonalem, an iſte homo ſit factus deꝰ. Eſt autem dubitãdi ratio circa primũ: quia dicendo, homo eſt factus deus, ly homo ſupponit pro habente naturã humanam indeterminate. aliud enim eſt dicere, hic homo eſt factus deus: & aliud eſt dicere, homo eſt factus deus: quoniã homo ſupponit confuſe pro habente naturã humanam, hic homo autẽ determinate.

*lib.3.c.2. non longe a fine.

¶ Et hinc fit primo, vt ratio literæ nihil valeat, reprobando illam, Homo factus eſt deus: quia iſta ẽ falſa. Iſte homo factus eſt deus. Fit ſecundo, vt non logice dicatur in litera, quòd ſupponat ſimpliciter ly Homo, I ſtando pro homine communiter: quoniam ſupponit perſonaliter, confuſe tamen: immo naturalis ſuppoſitio termini cõis concreti, eſt ſupponere ꝓ habente naturã indeterminate. Fit tertio, vt quia iſta propoſitio, Homo factus eſt deus, in perſonali ſuppoſitione proprijſſime ſumpta eſt vera: quia in veritate homo eſt deus, & nõ ſemper fuit deus, ſed per vnionis gratiam eſt deus: male in litera arguatur falſitatis. Fit quarto, vt Scotus in tertio ſententiarum diſtinctione ſeptima, quæſtione ſecunda, rectius dixerit ꝙ iſta propoſitio, Homo factus eſt deus, eſt ſimpliciter vera & propria: tum quia homo per actionem agentis eſt deus, & non ſemper fuit deus: tum quia eſt conuertens illam, deus factus eſt homo.

¶ Ad euidentiam horum ſcito, quòd inter perſonalem, & ſimplicem ſuppoſitionem hæc eſt differẽtia, quòd ſi ly Homo, ſupponit perſonaliter, oportet prædicatum conuenire alicui perſonæ humanæ: quod enim de nulla perſona humana, nec de omnibus ſimul verificatur, de homine perſonaliter ſumpto nõ K verificatur, vt patet diſcurrenti, tam in propoſitionibus per ſe, quàm per accidens. Si vero ſupponit ſimpliciter, prædicatum conuenit homini abſtrahenti a ſuis ſuppoſitis: ita quòd verificatur de homine communiter, & de nullo homine, nec de omnibus ſimul verificatur.

¶ Ad propoſitum autem deſcendendo, conſiderandum eſt, ꝙ in illa propoſitione, Homo factus eſt deus, ly Homo ſupponit perſonaliter proprie loquendo: quia ly factus eſt, non permittit hominem ſupponere niſi perſonaliter: ſicut cum dicitur, Homo factus eſt albus: quoniam fieri reale, non eſt hominis communiter, ſed hominis ſingularis. Et ꝓpterea ad veritatẽ iſtius, Homo factus eſt deus, oportet veram eſſe iſtam, Aliquis homo factus eſt deus: ſicut ad veritatem iſtius, Homo factus eſt albus, oportet quòd aliquis homo ſit factus albus. Sed ſi ly homo, ſupponat ſimpliciter: veritas eius non exigit, quòd aliquis homo ſit factus deus, ſed ſufficit quòd per actionem alicuius agentis factum ſit, vt de homine abſolute verificetur de nouo F eſſe deum, Et quia poteſt dici quòd iſte ſenſus eſt proprius ſenſus iſtius propoſitionis a doctoribus poſitæ (ita quòd de homine abſolute dixerunt quòd factus eſt deus) nec hæc proprietas eſt vſquequaque clara, ideo Auctor dixit, Niſi forte &c.

¶ Ad obiecta igitur reſpondendo dicitur, concedendo quòd homo, proprie loquendo, ſupponit pro habente naturam humanam indeterminate: & ꝙ alia eſt propoſitio, Homo factus eſt deus, & alia, Hic homo factus eſt deus. Sed cum infertur primo. ergo ratio literæ nihil valet, reſpondetur quòd efficax eſt: qͣ licet ſint diuerſæ propoſitiones, negatio tamen illius ſingularis, ſcilicet hic homo eſt factus deus, infert negationem illius indefinitæ, homo factus eſt deus: quoniam gratia materiæ vnũ ſingulare in propoſito æquiualet omnibus ſingularibꝰ: conſtat enim vnum tantum hominem eſſe deum. Et propterea ſicut a negatione omnium ſingularium infertur negatio indefinitæ, ita in propoſito a negatione vnius ſingularis deſtruitur indefinita.

*art.4. huius

†q.2.art.

¶ Ad ſecundum dicitur, quòd quia talia ſunt ſubiecta, qualia permittuntur a prædicatis, & prædicatum integrum, ſcilicet factum eſſe deum, verificandum eſt, & non poteſt verificari de homine perſonaliter ſiue confuſe, ſiue determinate, ideo ad ſuppoſitionem ſimplicem recurſum eſt. Logicum quippe eſt, vt homo ſupponat ſimpliciter pro habente naturam, abſtrahendo a ſingularibus, non ſolum quo ad ſignificationem, ſed quo ad id quod prædicato ſupponat, & hæc non eſt eius naturalis ſuppoſitio, ſed cum perſonaliter ſupponit pro habente naturam indeterminate.

¶ Ad tertium dicitur, quòd iam patet, falſum eſſe, quòd perſonaliter ſumpta illa propoſitio, homo factus eſt deus, ſit vera: nec eſt verũ de homine perſonaliter ſumpto, quòd per gratiam vnionis eſt deus.

¶ Vnde ad quartum ex Scoto dicitur, quòd ſi Scotus vtitur ſuppoſitione ſimplici, verum dicit: & affirmat proprietatem ſenſus, quam Auctor in litera ſub dubio relinquit: ſed in veritate ly Factus eſt, tranſit in imperſonalẽ: hoc eſt, factum eſt, K vt homo eſſet deus. Quod non videtur de intentione Scoti, volentis iſtam, Homo factus eſt deus, ſequi per conuerſionem ad illam, deus factus eſt homo: oportet enim perſonaliter ſupponere hominem, ſi per conuerſionem ſequitur ad illam. Et propterea ſi (vt apparet) vtitur ſuppoſitione perſonali, directe dicit contra Auctorem, ſed falſum dicit: quoniam perſonaliter ſumpta propoſitio illa, homo factus eſt deus, eſt falſa. Et cum probatur, quia iſtæ ſunt veræ, homo per actionem agentis eſt deus: &, homo non prius erat deus, reſpondetur quòd prima eſt falſa, quia veritas eius exigit veritatem alicuius ſuæ ſingularis, ſcilicet quòd aliquis homo per actionem agentis eſt deus, qui prius non fuit deus, Conſtat autem, quòd nullus homo per actionem cuiuſcumque agentis eſt de nouo deus: quia ille homo, ſcilicet Ieſus Nazarenus, qui ſolus inter homines eſt deus, non eſt de nouo deus, ſed ab æterno: nec per actionem alicuius agentis, ſed æterna natiuitate a Patre eſt deus. Nec eſt verum quòd iſtius, deus factus eſt homo, conuertens ſit, homo factus eſt deus, ſed illa, Qui factus eſt homo, eſt deus, ſicut iſta, A Paries factus eſt albus, non conuertitur in iſtam, Album factũ eſt paries, ſed in iſtam, Quod factum eſt album, eſt paries.

nominauerit: ſed deus ea ratione dicitur humanatus, qua eſt homo factus. ergo homo ea ratione dicitur deificatus, qua eſt factus deus. Et ita hæc eſt vera, homo factus eſt deus.

¶ 4 Præt. Cum dicitur, deus factus eſt homo, ſubiectum factionis vel mutationis non eſt deus: G ſed humana natura, quam ſignificat hoc nomen homo: ſed illud videtur eſſe ſubiectum factionis, cui factio attribuitur. ergo hæc magis eſt vera, homo factus eſt deus, quàm iſta, Deus factus eſt homo.

Sed contra eſt, quòd Damaſc. dicit in 3.lib. *Non hominem deificatum dicimus, ſed deum humanatum: idem autem eſt fieri deum quod deificari. ergo hæc eſt falſa, homo factus H eſt deus.

Respon. Dicendum, quòd iſta propoſitio, homo factus eſt deus, tripliciter poteſt intelligi. Vno modo, ita quòd hoc participium Factus, determinet abſolute vel ſubiectum, vel prædicatum. Et in hoc ſenſu eſt falſa: quia neque homo ille de quo deus prædicatur, eſt factus, neque deus eſt factus, vt infra dicetur. * Et ſub eodem ſenſu hæc eſt falſa, deus factus eſt homo: ſed ſub hoc ſenſu non quæritur hic de iſtis propoſitionibus. Alio modo poteſt intelligi, vt ly Factus, determinet compoſitionem, vt ſit ſenſus, homo factus eſt deus, ideſt, factum eſt, vt homo ſit deus. Et ſub hoc ſenſu vtraq; eſt vera, & homo factus eſt deus, & deus factus eſt homo: ſed hic nõ eſt proprius ſenſus harum locutionum: niſi forte intelligatur ſ'm ꝙ ly homo, non habet perſonalẽ ſuppoſitionem, ſed ſimplicem. Licet.n. hic hõ non ſit factus deus, quia hoc ſuppoſitũ.ſ. pſona filij dei, ab ęterno fuit deus, tamen homo, cõiter loquendo, nõ ſemper fuit deus. Tertio modo ꝓprie intelligitur, ſecundum ꝙ hoc participium factus, ponit fieri circa hoĩem in reſpectu ad deũ, ſicut ad terminum factionis. Et in hoc ſenſu, ſuppoſito ꝙ in Chriſto ſit eadem perſona, & hypoſtaſis, & ſuppoſitum dei & hominis (vt ſupra oſtenſum eſt †) iſta propoſitio eſt falſa: quia cum dicitur, homo factus eſt deus, ly homo, habet perſonalem ſuppoſitionem. Non.n. eſſe deum, verificatur de homine ratione humanæ naturæ, ſed ratione ſuppoſiti ſui: ſuppoſitum autem illud humanæ naturæ, de quo verificatur eſſe deum, eſt idem quod hypoſtaſis ſeu perſona filij dei, quæ ſemper fuit deus. Vnde non poteſt dici, quòd iſte homo incœpit eſſe deus, vel quòd fiat deus, aut quòd factus ſit deus. Si B vero eſſet alia perſona vel hypoſtaſis dei & hominis, ita quòd eſſe deum, prædicaretur de homine, & econuerſo, per quandam coniunctionem ſuppoſitorum, vel dignitatis perſonalis, vel affectionis, vel inhabitationis (vt Neſtoriani dixerunt) tunc pari ratione poſſet dici, quòd homo factus eſt deus, ideſt, coniũctus deo, ſicut & quòd deus factus eſt homo, ideſt, coniunctus homini.

Ad primvm ergo dicendum, C quòd in verbis illis Apoſtoli hoc relatiuum Qui, quod refert perſonam filij dei, non debet intelligi ex parte prædicati, quaſi aliquis exiſtens ex ſemine Dauid, ſecundum carnem ſit factus filius dei, in quo ſenſu obiectio procedebat: ſed debet intelligi ex parte ſubiecti, vt ſit ſenſus, quòd filius dei factus eſt, ſcilicet homo, ad honorem Patris (vt Glo. exponit) exiſtens ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Ac ſi diceret, filius dei factus eſt habens carnem ex ſemine Dauid, ad honorem dei.

Ad 2m dicendum, quòd illud verbum Auguſt. * eſt intelligendum in illo ſenſu, ſecundum quòd ex illa ſuſceptione incarnationis factum eſt, vt homo eſſet deus, & deus eſſet homo. In quo ſenſu ambæ locutiones ſunt veræ, vt dictum eſt. † Et ſimiliter dicendum eſt ad tertium: nam deificari idem eſt, quod fieri deum.

Ad 4m dicendum, quòd terminus in ſubiecto poſitus tenetur materialiter, ideſt pro ſuppoſito: poſitus vero in prædicato, tenetur formaliter, ideſt pro natura ſignificata. Et ideo cum dicitur, Homo factus eſt deus, ipſum fieri, non attribuitur humanæ naturæ, ſed ſuppoſito humanæ naturæ, quod eſt ab æterno deus, & ideo non conuenit ei fieri deum. Cum autem dicitur, deus factus eſt homo, factio intelligitur terminari ad ipsã humanam naturam. Et ideo proprie loquendo, hæc eſt vera, deus factus eſt homo: ſed hæc eſt falſa, homo factus eſt deus.

¶ Secundum dubium occurrens eſt: quia videtur quod etiam factum ſit, quòd iſte homo ſit deus: nam ly iſte homo, ſtat pro ſuppoſito æterno, non quatenus eſt æternum, ſeu hypoſtaſis diuinæ naturæ: ſed quatenus eſt ex tempore hypoſtaſis humanę naturæ. Conſtat autẽ, quòd factũ eſt per gratiam diuinam, vt hypoſtaſis diuinæ naturæ, eſſet hypoſtaſis humanę naturæ, & quòd hypoſtaſis humanæ naturæ, eſſet ipſa verbi hypoſtaſis. Et ſic propoſitio eſſet vera, & ſenſum proprium habet ſecundum perſonalẽ ſuppoſitionem.

¶ Ad hoc dicitur, quòd in hac vltima particula literæ nõ eſt ſermo de veritate, ſed de proprietate ſenſus. Et propterea licet aſſignatus ſenſus obiiciẽdo ſit verus, non tamen ẽ proprius dictæ propoſitionis: quia ly homo, ex parte ſubiecti perſonaliter ac determinate ſupponens, debet ſumi pro illa hypoſtaſi abſolute: & non pro illa, vt abſtrahit a ſeipſa (vt obiectio ſumit) quia ſubiecta tenentur materialiter: cõſtat autem quòd abſolute ſumpta hypoſtaſi illa, falſum eſt quòd factum ſit illam eſſe deum. Vbi tamen huiuſmodi dicta inueniuntur, pie interpretanda ſunt, nec extendenda.

¶ Quo ad ſecundum tertius ſenſus ponit, quòd hoc totum. Factus eſt, ponitur pro copula verbali: ſic enim ly factus eſt, ponit circa hominem vt ſubiectum fieri, non abſolute, ſed in ordine ad deum, vt terminum factionis: ita ꝙ ſenſus proprius eſt, quòd homo effectus eſt deus. Et in hoc ſenſu proprie reſpõdetur quæſito, quòd propoſitio eſt falſa: & manifeſtatur, & probatur. Manifeſtatur quidem & ex ſuppoſita ſententia fidei falſificante dictam propoſitionem, & ex contraria hæreſi Neſtorianorum verificante eandem. Ponendo enim vnam tantum in Chriſto hypoſtaſim, cum illa ſit genita deus ab æterno, & ſupponatur per ly homo, non poteſt dici, quòd factus eſt deus. Ponendo autem cum hæreticis duas in Chriſto hypoſtaſes, optime verificatur, quòd homo factus eſt deus, quia ille homo cõiunctus eſt deo, ſicut econtra, Deus factus eſt homo, i. coniunctus eſt illi homini ſecundum hos hæreticos. Probatur autem ſic. Eſſe deum verificatur de homine non ratione naturæ, ſed E ſuppoſiti. ergo fieri deum, de ſuppoſito quoque verificari debet, ſi propoſitio eſt vera: ſed de ſuppoſito non poteſt verificari fieri deum. Probatur: quia ab æterno eſt deus, nec vnquam cœpit eſſe deus, aut fieri deus, aut quòd factus ſit deus. ergo. Antecedens patet. Conſequentia vero probatur: quia eiuſdem eſt fieri & eſſe, ſi ſit, cum fieri terminetur ad eſſe.

¶ Aduerte circa hæc, quòd cum in omni factione, qua vnum fit aliud, non ſolum concurrat terminus, ſed ſubiectum ſeu quaſi ſubiectum, & in hac factione, vt in litera dicitur, Deus ſignificetur vt terminus, per hanc propoſitionem, Homo factus eſt deus, reſtat vt homo ſignificetur vt ſubiectum: & ideo, vt in litera dicitur, eſt falſa propoſitio iſta, Homo factus eſt deus. Et tamen ſi relatiue iudicetur iſta factio, veriſſimum eſt, quòd deus eſt terminus, & homo formaliter eſt ſubiectum: quia ſecũdum rem mutatio ponitur in homine formaliter, & in deo non niſi vt in termino. Quo fit, vt ad rem ſpectando, deberet iſta propoſitio, Homo factus eſt deus, dici vera, & magis vera, quàm illa, deus factus eſt homo: quia in illa ſubiectum factionis ponitur ſubiectum, & terminus ponitur terminus, in iſta autem, econtra: & tamen totum oppoſitum affirmatur: quia iſta, deus factus eſt homo, affirmatur & in Euangelio, Verbum caro factum eſt, & in ſymbolo, Et homo factus eſt: illa autem, Homo factus eſt deus, communiter dicitur falſa.

*poſitum i arg.

¶ Quorſum hæc? Propter duo. Primum eſt, vt non ſiſtas in factione relatiua, ſed intelligas in hoc myſterio fieri illud, quo dicitur, Verbum caro factum eſt, & homo factus eſt, eſſe non fieri relatiuum: qͣ non caro, non homo factus eſſet dei filius, ſed ad carnem, ad hominem: & militarent multum argumenta allata. Sed fieri ſubſtantiale, non quale eſt fieri, quo materia tranſmutatur in carnem, aut humanam naturam: ſed quale eſt fieri, quo fingeretur, Sortem fieri hominem. Nam ſicut alio modo ſe habet eſſe inter Sortem & humanam naturam ex vna parte, & inter materiam & humanam naturam ex altera parte, ita diſſimiliter ſe habet fieri D inter hæc & illa: cum enim dicimus, Sortes eſt homo, non denotatur aliud eſſe prædicati, & aliud ſubiecti: ſed cum dicitur, Materia eſt humana, aliud eſſe eſſentiale denotatur materiæ, & aliud humanitatis. Et ideo fieri medians inter materiam & eſſe humanum, fieri ſubſtantiale quidem, ſed mutationis eſt ipſius materiæ: inter Sortem autem & humanam naturam non mediat fieri mutationis: ſed aut nullum, aut ſine mutatione. Et ad hoc fieri ſpectat fieri illud, quo verbum caro factum eſt: ſicut ad hunc eſſendi modum ſpectat eſſe illud, quo verbum eſt homo, in primo modo dicendi per ſe, vt patet ex ſupradictis.

† In corp. artic.

D.1051.

¶ Secundum eſt, ꝙ cum his ſtat, ꝙ interuenit in hoc myſterio mutatio relatiua; ſecundario tamen: ita ꝙ cum de hoc myſterio loquendum eſt dicito, ꝙ interueniunt hic duo, ſ. factio, & mutatio. Et ꝙ factio quidem eſt ſubſtantialis, quia Verbum caro factum eſt: & locum ſubiecti tenet in hac factione ſubſtantiali verbum: quia ſecundum rei veritatem concurrit in hoc fieri verbum, vt hypoſtaſis, quæ naturæ ſubiicitur, naturam ſubſtantificans, in natura ſubſiſtens. Et natura ipſa humana (de qua eſt ſermo) tenet locum termini, quãuis non tm̃, vt dicetur. Mutatio autem eſt relatiua: & reſpectu huius natura humana tenet locum ſubiecti, verbum aũt locum termini: quia verbum non refertur, niſi quia natura refertur ad verbum. Et qm̃ non de mutatione, ſed de factione eſt ſermo in iſtis propoſitionibus, ideo illa eſt ſimpliciter vera, deus factus eſt homo: in eo ſiquidem de eo quod eſt, vt ſubiectum factionis, dicitur, quòd factum eſt homo, quod conſtat eſſe veriſſimum, & proprijſſime dictum: iſta vero, Homo factus eſt deus, eſt ſimpliciter falſa: quoniam in ea enuntiatur vt terminus factionis deus, qui nec ratione naturæ, nec ratione ſuppoſiti poteſt terminare factionem circa ſuppoſitum hominis ex ſignificatione propoſitionis poſitam, cum dicitur, homo factus eſt deus.

¶ In reſponſione ad primum aduerte nouitie, quòd tota vis argumenti

argumenti conſiſtit in illo pronomine, Ei: quaſi dixerit Apoſtolus, de filio ſuo, quia factus eſt ei, hoc eſt deo filius, &c. Et propterea reſponſio cõſiſtit in hoc, quòd ly Ei, idem ſignificat quod ad honorem eius: & conſtruitur ſic, Qui factus eſt ad dei honorem ex ſemine Dauid ſecundum carnem.

¶ In reſponſione ad ſecundum & tertiũ habes piam interpretationem Græcorum ĩ Gregorio, & Latinorum in Auguſtino.

¶ In reſponſione ad quartũ vide in calce reſponſionis, ꝙ natura humana dicitur ſubiectum factionis, non ſolum ea ratione, quia eſt ſubiectum mutationis relatiue: ſed quia ſubſtantiale fieri in myſterio Icarnationis inuentum conuenit humanæ naturæ paſſiue: quoniam hoc fieri non eſt, niſi verbo vniri naturam humanã in vnitatem hypoſtaticam, vbi conſtat verbum perſonare naturam, & naturam perſonari in verbo. Et licet verbũ perſonare naturã, non ſit agere (cum non ſit commune toti Trinitati, cui omnis actio ad extra communis eſt, ſed ſoli verbo conueniat (& conſeqnẽter naturam a verbo perſonari, non ſit pati: quia tamen hoc fieri, phyſice loquendo, nõ eſt niſi perſonatio humanæ naturæ in Verbo, vt nunc primo dependens a tota Trinitate, vt cauſa efficiẽte, & verbum in ipſa perſonatione concurrat vt hypoſtaſis, & natura humana vt patiens ipſam factionem ſuæ perſonalitatis in verbo tam verbum quàm natura humana poteſt ſignificari vt ſubiectum factionis in hoc myſterio. Et propterea in litera dicitur quòd dici poteſt, Humanitas facta eſt Dei, non autem, quòd homo factus eſt deus.

Homo factus eſt deus: ſicut ſi Sortes cum prius fuerit homo, poſtea factus eſt albus, demonſtrato Sorte, hæc eſt vera, Hic homo hodie factus eſt albus: hæc tamen eſt falſa, Hoc album hodie factum eſt homo. Si tamen ex parte ſubiecti poneretur aliquod nomen ſignificans naturam humanam in abG ſtracto, poſſet hoc modo ſignificari vt ſubiectum factionis, puta ſi dicatur, quòd natura humana facta eſt filij dei.

### Articvlvs VIII.

*Vtrum hæc ſit uera, Chriſtus eſt creatura.*

Inf.q.20.a.1. ad 1. Et 1.q.41. art.3.c.& ad 4. Et 3.diſtinctio. 4. q.2. art. 2.ad 4. & di.11. q.1.arti.2. & diſ.21.q.1. art.3 ad 2. Et 4. cõ. c. 48. Et veri. q.29.arti.1. ad 1. Et op. 3.c.223.et 1. Cor.15. lec.2.

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur quòd hæc ſit vera, Chriſtus eſt creatura. Dicit enim Leo Papa, Noua & inaudita H conuentio: Deus qui eſt & erat, fit creatura: ſed illud poteſt prædicari de Chriſto, quòd filius dei factus eſt per incarnationem. ergo hæc eſt vera, Chriſtus eſt creatura.

¶ 2 Præt. Proprietates vtriuſque naturæ, poſſunt prædicari de hypoſtaſi communi vtriuſque naturæ quocumque nomine ſignificetur, vt ſupra dictum eſt: * ſed proprietas humanæ naturæ eſt eſſe creaturam: ſicut & proprietas diuinæ naturæ eſt eſſe creatorem. ergo vtrumque poteſt dici de Chriſto, ſcilicet quòd ſit creatura, & ꝙ ſit increatus & creator.

* art.5.huius q.

¶ 3 Præt. Principalior pars hominis eſt anima, quàm corpus: ſed Chriſtus ratione corporis, quod de Virgine traxit, dicitur eſſe ſimpliciter natus de Virgine. ergo ratione animæ, quæ creata eſt a deo, debet ſimpliciter dici, ꝙ Chriſtus ſit creatura.

SED CONTRA eſt, quòd Ambro. dicit in lib. de Trinita.† Numquid dicto factus eſt Chriſtus? numquid mandato creatus eſt Chriſtus? quaſi dicat, non. Vnde ſubdit, Quo modo autem creatura in deo eſſe poteſt? etenim deus naturę ſimplicis eſt, non coniunctæ. ergo hæc non eſt concedenda, Chriſtus eſt creatura.

† in lib. de fide c.3. circa medium tom.2.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut Hiero.* dicit, ex verbis inordinate prolatis incurritur hæreſis. Vnde cum hæreticis nec nomina debemus habere communia, ne eorum errori fauere videamur. Arriani autem hæretici, Chriſtum dixerunt eſſe creaturam, & minorem Patre, non ſolum ratione humanæ naturæ, ſed etiam ratione diuinę perſonæ. Et [d] ideo non eſt abſolute dicendum, quòd Criſtus ſit creatura vel minor Patre, ſed [d] cum determinatione, ſcilicet ſecundum humanam naturam. Ea vero, de quibus ſuſpicari non poteſt, quòd diuinæ perſonæ conueI niant ſecundum ſeipſam, poſſunt ſimpliciter dici de Chriſto ratione humanæ naturę, ſicut ſimpliciter dicimus Chriſtum eſſe paſſum, mortuum & ſepultum: ſicut etiam in re-

* refert. ſen. diſt. in fine.

D.111. D.617.

¶ *Super Quæſtionis ſextædecimæ Articulum octauum.*

TItulus de propoſitione eſt, an enunciatio iſta, Chriſtus eſt creatura, ſit vera.

¶ In corpore duæ ſunt concluſiones. Prima eſt directe reſponſiua quæſito. Non eſt abſolute dicẽdum, Chriſtus eſt creatura: ſed cum determinatione ſ. ſecundum humanam naturam. Probatur, Cum hæreticis nec nomina debemus habere cõmunia ergo cum Arrianis non debemus conuenire in dicendo Chriſtum creaturam. Antecedẽs probatur & ex Hieronymo: quia ex verbis inordinate prolatis incurritur hæreſis: & ne hæreticorum errori fauere videamur. Conſequentia probatur: quia Arriani dicebant Chriſtum creaturam ſimpliciter: quia ſecundum vtrãq; naturam erat creatura, quod eſt damnata hæreſis.

¶ Nota hic nouitie, ꝙ ex verbis inordinate prolatis incurritur hæreſis, non formaliter, quæ exigit pertinaciam in voluntate: ſed vel materialiter, in ſignificato verborum inordinatorum, errorem contrarium fidei importantium, vel apparenter, dum inordinata verba ſpeciem hæreſis præſeferunt: ſicut etiam in F alijs vitijs incurritur ex aliqua inordinatione ſpecies mali, a qua vniuerſaliter abſtinendum eſſe iubet Apoſtolus.

¶ Nota ſecundo, ꝙ quia quæſtio iſta eſt de nominibus, quæ diuerſimode a diuerſis intelligi poſſunt, ideo ſufficiens ratio abſtinendi ab aliqua locutione eſt fuga apparentiæ, ne videamur fauere hæreticis, et ſi in veritate non faueremus.

¶ Nota tertio, quòd communicare cum hæreticis in vocabulis, prohibitum eſt quo ad propria, non autem quo ad communia nam in his quæ bene cum Eccleſia dicunt, nos non communicamus cum illis: ſed ipſi communicant nobiſcum. Sed in iis vocibus, quas contra Eccleſiam leuãt, vtpote ipſis proprijs, communicare non debemus. Talis autem ẽ vox iſta, Chriſtus ẽ creatura. Vſurparunt ſiquidẽ Arriani vocem hanc de Chriſto ſecundum id totum, quod eſt, & nõ ſecundum partem: cum ſecundum veritatem non niſi ratione partis, hoc eſt humanæ naturæ creatus ſit. Et propterea in hac enuntiatione, Chriſtus ẽ creatura, vtpote hæreticis propria, contra Eccleſiæ & vocem & veritatem, non eſt communicandum cum Arrianis: & ideo eſt ſimpliciter neganda.

¶ Occurrit hic dubium: quia vox iſta non arriana, ſed euangelica eſt, ac per hoc non propria hæreticis, ſed communis & frequentanda. Probatur aſſumptum Ioan.14. ex verbis Domini dicentis ſine determinatione aliqua, Pater maior me eſt. Si enim Chriſtus abſolute & ſimpliciter dixit, Pater maior me eſt (quod eſt dicere, ego ſum minor Patre) & idem eſt iudicium de iſta & de illa, Chriſtus eſt creatura, vt in litera dicitur, conſequens eſt, vt dicere hæc, non ſit communicare in vocabulis cum hæreticis: ſed ſectari Euangelica verba, deſtruendo tamen ſenſum hæreticorum: non enim prohibemur loqui & freK quentare locutiones ſacræ Scripturæ, male expoſitæ ab hæreticis, alioquin oporteret nouum ſemper modum loquendi inuenire, quod eſt fatuum.

¶ Ad hoc dicitur, quòd Saluator non dixit ſine determinatione, Pater maior me eſt: quoniam appoſuit hanc locutionem, vt rationem præcedentis, de ſeipſo ſecundum aſſumptam naturam loquentis: ait enim, Gauderetis vtique quia vado ad Patrem: quia Pater maior me eſt: conſtat enim liquido, quòd ſecundum humanam naturam vadit ad Patrem: quia Pater maior eſt ipſo proculdubio ſecundum illam naturam, ſecundum quam vadit ad Patrem: alioquin maioritas non eſſet ratio eundi ad Patrem. Ex contextu igitur literæ quo maioritas Patris ratio eundi ad Patrem ponitur, determinatur maioritas ipſa Patris ad filium ſecũdum humanam naturam, ſecundum quam vadit ad Patrem. non eſt ergo euangelica, ſed arriana vox, Chriſtus eſt minor Patre, Chriſtus eſt creatura.

¶ Secunda



bus corporalibus & humanis, ea quæ in dubitationem venire poſſunt, an conueniant toti vel parti, ſi inſunt alicui parti, non attribuimus toti ſimpliciter, ideſt, ſine determinatione: non enim dicimus quòd æthiops eſt albus, B ſed quòd eſt albus ſecundum dentes. Dicimus autem abſque determinatione, quòd eſt criſpus: quia hoc non poteſt ei conuenire, niſi ſecundum capillos.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd aliquando ſancti doctores cauſa breuitatis determinatione omiſſa; nomine creaturæ vtuntur circa Chriſtum: eſt tamẽ in eorum dictis ſubintelligenda determinatio, inquantum homo.

AD 2[m] dicendum, ꝙ omnes C proprietates humanæ naturæ, ſicut & diuinæ, poſſunt aliqualiter dici de Chriſto. Vnde & Damaſc.* dicit in 3. lib. quòd Chriſtus, qui deus eſt & homo, dicitur & creabilis & increabilis, partibilis & impartibilis: ſed tamen illa quæ dubitationem habent circa alterutram naturam, non ſunt dicenda abſque determinatione. Vnde ipſe poſtea alibi ſubdit, † Ipſa vna hypoſtaſis, ſcilicet Chriſti, & increata eſt deitate, & creata eſt humanitate. Sicut & econuerſo non eſſet di D cendum ſine determinatione, Chriſtus eſt incorporeus vel impaſſibilis ad euitandum errorem Manichæi, qui poſuit Chriſtum verum corpus non habuiſſe, nec vere paſſum eſſe: ſed dicendum eſt cum determinatione, quòd Chriſtus ſecundum deitatem eſt incorporeus & impaſſibilis.

*lib.3.c.4. in fine & c.3. a medio.

† lib.4.c.5. a medio.

AD 3[m] dicendum, quòd de natiuitate ex Virgine, nulla dubitatio poteſt eſſe, ꝙ conueniat perſonæ filij dei, ſicut poteſt eſſe de creatione. Et ideo non eſt ſimilis ratio vtrobique.

### Articvlvs IX.

*Vtrum hæc ſit uera, iſte homo, demonſtrato Chriſto, incœpit eſſe.*

3. diſt.12. q.1.art.vnico.

AD NONVM ſic proceditur. Videtur quòd ille homo, demonſtrato chriſto incœperit eſſe. Dicit enim Auguſt. ſuper Ioan.* Priuſquam mundus eſſet, nec nos eramus, nec ipſe mediator Dei & hominum, homo Ieſus Chriſtus: ſed illud quod non ſemper fuit incœpit eſſe. ergo ille homo, demonſtrato chriſto, incœpit eſſe.

* Tra.105. a medio, tom.9.

¶ 2 Præt. chriſtus incœpit eſſe homo: ſed eſſe hominem eſt eſſe ſimpliciter. ergo ille homo incœpit eſſe ſimpliciter.

¶ 3 Præt. Homo importat ſuppoſitum humanæ naturæ: ſed chriſtus non ſemper fuit ſuppoſitum humanæ naturæ. ergo ille homo incœpit eſſe.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Hebr. vlti. Ieſus chriſtus heri & hodie, ipſe & in ſæcula.

RESPON. Dicendum, quòd non eſt dicendũ, quòd ille homo, demõſtrato chr̄o, incœperit eſſe, ſi nihil addatur: & hoc duplici rõne.

¶ Secunda concluſio ſeu potius regula vniuerſalis eſt: Ea quæ A non poſſunt ſuſpicari conuenire perſonæ Chriſti, ſecundum ſe abſolute affirmantur de Chriſto, quamuis ſolum ratione naturæ humanæ illi conueniant.

¶ Vbi nota nouitie Auctorem iñ hac litera diſtinguere ea, quę conueniunt Chriſto ratione humanę naturæ in duo genera: nam quædam ſunt, quæ in dubitationem venire poſſunt: an conueniãt perſonæ ſecundum ſe, quædam vero q̃ clare conuenire intelliguntur ſolum ratione naturæ. Et de ſecundo genere habetur regula, ꝙ ſimpliciter & abſolute affirmantur de Chriſto, vt eſſe crucifixũ, mortuũ &c. de primo autẽ genere traditam eſſe regulam contrariã, ſcilicet, ꝙ non ſimpliciter, ſed cum determinatione affirmãda ſunt de Chriſto, teſtatur contextus literæ, cum ponendo ſecundi generis regulam dicit, Ea vero de quibus. Per hanc ſiquidem aduerſatiue continuationem textus inſinuauit, ꝙ in illis duobus, ſ. minor Patre, & creatura, omnia ſimilis generis intellexit, ac per hoc vniuerſalem regulam. Probatur autem in litera vtraq; regula ex cõi vſu loquendi in corporalibus humanis, ex eo ꝙ in illis differẽtia huiuſmodi ſeruatur: diſtinguuntur ſiquidẽ & in illis communia toti, & parti a proprijs parti. Et cõmunia ſi ſecundum partem tantum inſunt, nõ ſimpliciter enuntiãtur de toto: non.n. dicimus quòd æthiops eſt albus, ſed quòd eſt albus dentes: ſed bene dicimus quòd eſt criſpus, quamuis ſolos capillos habeat criſpos. Et ſcito hic neutram obiectionem Durandi in 3. ſen. diſt. 11. militare contra præſentem doctrinam: quia ad rem ipſam ſpectant ambæ. Auctor autem ad dubitationem & errorẽ vitandum tendit, & ſuper hoc fundat doctrinam hanc, vt patet in litera. Et propterea nec obſtat, ꝙ Chriſtus dr̄ abſolute genitus ex Maria virgine: nec obſtat quòd humana & diuina na E tura aut ſuppoſitum non ſe habent vt partes, ſicut capilli & dentes, nec pdicarẽtur de Chriſto, ſicut criſpum aut albũ eſſe. Argumentum.n. a ſimili, optime ſeruit ad modum loquendi comprobandum, quicquid ſit de rerum diſparitate.

¶ In reſponſione ad primum, aduerte reſponſionem non voluntariam: ſed ſumptam ex textu Magiſtri ſen. in 3. diſtinc. 11. vbi hæc tractatur materia.

¶ *Super Quæſtionis ſextædecimæ Articulum nonum.*

TItulus, vt iacet, ſumendus eſt de hac propoſitione, Iſte homo incœpit eſſe.

¶ In corpore vnica eſt concluſio reſponſiua quæſito, Iſte homo non incœpit eſſe. Probatur dupliciter. Primo: quia propoſitio eſt ſimpliciter falſa, quia demonſtrat ſuppoſitum æternũ. Neque obſtat, quòd ly homo, ſignificat naturam: quia termi- A nus ĩn ſubiecto poſitus tenetur non formaliter pro natura, ſed materialiter pro ſubiecto.

¶ Circa hunc proceſſum occurrit primo Durandus in 12. diſt. 3. ſen. q.1. reprehendens concludentem ex eo, quòd ſubiectum ſtat materialiter pro ſuppoſito, iſtam eſſe falſam. Iſte homo, i. Chriſtus, incœpit eſſe. Ex hoc enim, inquit, quod ſubiectum tenetur materialiter, licet habeatur ꝙ aliquid poteſt ſibi vere attribui, quod non attribuitur illi rõne formæ (ſicut cum dicimus, album currit) nõ tamen habetur, quin etiam attribui ſibi vere poſſit, qđ conuenit illi ratione formæ, vt patet dicendo, hoc album diſgregat. Ac ꝑ hoc, cũ incipere eſſe conueniat Chriſto rõne humanæ naturæ, ſicut illa eſt vera, Hic homo (demonſtrato Chriſto) eſt riſibilis, ita iſta, Hic homo incœpit eſſe, ſi nihil aliud obſtat, niſi quòd ſubiectũ tenetur materialiter. Vtrobiq; enim ſuppoſito attribuitur quod ratione formæ conuenit.

¶ Occurrit deinde Scotus in 3. ſen. di. 11. q.3. obiiciens, ꝙ ſtare pro ſuppoſito contingit dupliciter, ſ. ſecundum ſe, vel vt habeat aliqđ aliud, ſicut Sortes albus ſtat pro ſuppoſito generis ſubſtantiæ, non ſecundum ſe, ſed vt habet albedinem: & ſimiliter hic homo id eſt, Chriſtus ſtat ꝓ ſuppoſito diuino, non ſecundum ſe, ſed vt eſt ſuppoſitũ humanæ naturæ. Deficit ergo proceſſus literæ, non diſtinguendo modos, quib9 poteſt pro ſuppoſito accipi hic hõ ſeu Chr̄s.

¶ Circa eundem proceſſum pro quanto fundat ſe ſuper hoc, quòd iſta propoſitio, Chriſtus incœpit eſſe, ſignificat in ſuppoſito æterno aliquid repugnans illius æternitati, ſ. incipere eſſe. Durandus quoque ibidem occurrit, arguens quòd nec iſtud videtur valere: quia licet ponendo in Chriſto vnum eſſe tantũ, valeret, non tamen ponendo in ipſo plura eſſe, ſicut oportet aliquo modo ponere: quoniam non ſequitur, quòd non ſemper fuerit nullum eſſe habendo: ſed quòd non ſemper fuerit ſecundum eſſe illud, ſecũdum quod incœpit eſſe, cum quo ſtat, quòd ſemper fuerit ſecundum aliud eſſe.

¶ Circa cõcluſionem Scotus primo vbi ſupra occurrit, volẽs, quòd iſta poſſit concedi, Chriſtus ſeu iſte homo incœpit eſſe. Et ratio eius eſt: quia ly eſſe, importat eſſe ſimpliciter, hoc eſt, de genere ſubſtantiæ: conſtat autem Chriſtum incœpiſſe eſſe hominem, quod eſt eſſe de genere ſubſtantiæ. Tueturq́ue hanc ſuam poſitionem ex prætallegato dicto, ſcilicet quòd iſte homo ſeu Chriſtus ſtat pro verbo, vt eſt ſuppoſitum humanæ naturæ, fouetq́ue ſe, tum quia quod generatur, incipit eſſe 5. Phyſi. tum quia verbum incœpit eſſe homo: ergo Chriſtus incœpit eſſe. Probatur conſequentia: Quando de aliquo dicitur incipere determinatum per aliquod prædicatum de illo toto dicitur incipere: ſicut ſi Sortes incipit eſſe albus, Sortes albus incipit eſſe, ergo ſimiliter eſt in propoſito,

¶ Occurrit deinde Durandus, concludens, diſtinguendum eſſe, & non ſimpliciter reſpondendum, an Chriſtus incęperit eſſe: quoniam vtraque pars contradictionis eſt vera, ad diuerſa referendo, naturam ſcilicet vel ſuppoſitum.

¶ Ad primo obiecta ex Durando, dicitur quòd non militant contra præſentem literam. Cōcedimus ſiquidem omnia, q̃ obiiciendo dicūtur in communi de ſubiecto ſtante materialiter, ſcientes, ꝙ aliud eſt conuenire ſuppoſito rōne ſuppoſiti, & aliud conuenire ſuppoſito, quacumque illud ratione cōueniat. Vnde nec ſomniauit Auctor, quòd quia ſubiectum tenetur materialiter, ideo oporteat quicquid illi attribuitur, vere conuenire illi ratione ſuppoſiti: ſed docuit quòd oportet illud non repugnare ſuppoſito, ita quòd fundatur proceſſus literæ ſuper hoc, ꝙ quia ſubiectum tenetur materialiter pro ſuppoſito, ideo oportet attributum ſuppoſito non repugnare ſuppoſito, nec ſufficit non repugnare naturæ, ſeu formæ. Per hoc enī excludit Auctor obiectionem dicentiū, ꝙ quia dicēdo, Iſte homo incœpit eſſe, incipere eſſe, non repugnat naturæ humanæ Chriſti ſignificatæ per ly homo, conſequens eſt, ꝙ ſit vera. Excluditur ſiquidem: quia oportet quòd incipere eſſe nō repugnet ſuppoſito īportato per ly iſte homo: quia ly homo, ex parte ſubiecti ſtat pro habente naturam hypoſtatice: ſignificat enim iſtum habentem naturam humanam: conſtat enim quòd iſte habens humanitatem eſt ſuppoſitū. Et quia in Chriſto non eſt aliud ſuppoſitum niſi æternum, cui repugnat incipere eſſe, ideo propoſitio concluditur falſa.

* art. 7. huius q. ad 4.

¶ Ad obiecta deinde contra eundem proceſſum ex Scoto dicitur, quòd proceſſus non peccat ex prætermiſſa diſtinctione inter ſuppoſitum diuinum ſecundum ſe, & vt ſuppoſitum humanæ naturę: quia illa diſtinctio ſuperflua eſt in propoſito: qm̄ quæſtio non eſt de propoſitione aliqua, in qua ſubiectum eſt ſuppoſitum diuinum ſecundum ſe: non enim vertitur hic in dubium, An verbum ſeu filius dei incœpit eſſe, præſupponimus enim ſuppoſitum diuinum æternum eſſe. Sed quæſtio eſt de propoſitione, in qua ſubiicitur ſuppoſitum æternum habens humanam naturam, vt eſt iſta, Iſte homo, demonſtrato Chriſto, incœpit eſſe: & ſimiliter iſta, Chriſtus incœpit eſſe. Et propterea non oportuit diſtinguere: ſed infra terminos quæſiti ſtando procedere. Et ſic factum eſt in litera procedente ex eo, ꝙ ſi de hoc homine negatur fuiſſe, negatur fuiſſe de ſuppoſito æterno: quia negatio totum deſtruit ſignificatum per hunc hominem, & non ſolam rationem, qua eſt homo: iſta ſiquidem ꝑpoſitio, Iſte homo demonſtrato Chriſto incœpit eſſe, claudit in ſe duas propoſitiones: alteram affirmatiuam, iſte homo quandoque fuit, alteram negatiuam, & iſte homo immediate ante illud non fuit. Hæc autem negatiua eſt de ſecundo adiacente, & negat pro tempore præcedente ab iſto homine eſſe. Negans autem hunc hominem eſſe, non negat directe hunc eſſe hominem, vt Scotus & aduerſarij exponunt, vt patet. ergo negat totum, ſcilicet hunc hominem eſſe. Et cum hic homo ex parte ſubiecti principaliter importet ly hunc (quia ſubiecta materialiter tenentur) conſequens eſt, quòd principaliter negatur eſſe de ſuppoſito demonſtrato per ly hic, ac per hoc propoſitio eſt ſimpliciter falſa.

Primo quidem, quia hæc locutio eſt ſimpliciter falſa, ſecundum ſententiam catholicæ fidei, qua ponimus in Chriſto vnum ſuppoſitum & vnam hypoſtaſim, ſicut & vnam perſonam. Secundum hoc enim oportet, quòd in hoc quod dicitur, iſte homo, demonſtrato Chriſto, deſignetur ſuppoſitum æternum, cuius æternitati repugnat incipere eſſe. Vnde hęc eſt falſa, hic homo incœpit eſſe. Nec obſtat ꝙ incipere eſſe conuenit humanæ naturæ, quæ ſignificatur per hoc nomen homo: quia terminus in ſubiecto poſitus non tenetur formaliter pro natura, ſed magis materialiter pro ſuppoſito, vt ſupra dictum eſt.* Secundo, quia etiam ſi eſſet vera, non tamen eſſet ea vtendum abſque determinatione, ad euitandum hæreſim Arrij: quia ſicut perſonæ filij Dei attribuit, ꝙ eſſet creatura, & quòd eſſet minor Patre, ita attribuit ei quòd eſſe incœperit, dicens, quòd erat, quando non erat.

Ad primum ergo dicendum, quòd auctoritas illa eſt intelligenda cum determinatione, vt ſcilicet dicamus, quòd homo Ieſus Chriſtus non fuit antequàm mundus eſſet, ſ̄m humanitatem.

Ad 2m dicendum, quòd cum hoc verbo incipit, non ſequitur argumentum ab inferiori ad ſuperius: non enim ſequitur, hoc incipit eſſe album, ergo incipit eſſe coloratum. Et hoc ideo, quia incipere, importat nūc eſſe, & non prius: non autem ſequitur, hoc non erat prius album, ergo non erat prius coloratum. Eſſe autem ſimpliciter, eſt ſuperius ad eſſe hominem: vnde non ſequitur, Chriſtus incœpit eſſe homo, ergo incœpit eſſe.

Ad 3m dicendum, quòd hoc nomen homo, ſecundum quòd accipitur pro Chriſto, licet ſignificet humanam naturam, quæ incœpit eſſe, tamen ſupponit ſuppoſitum ęternum, quod eſſe non incœpit. Et ideo quia ſecundum quòd ponitur in ſubiecto, tenetur pro ſuppoſito, ſecundum autem quòd ponitur in prædicato, refertur ad naturam, ideo hæc eſt falſa, homo Chriſtus eſſe incœpit, ſed hæc eſt vera, Chriſtus incœpit eſſe homo.

F ¶ Ad obiecta ſecundo loco Durandi & Scoti, ſcito quòd eſſe, quando eſt ſecundum adiacens, dicitur importare eſſe ſimpliciter, non vt eſſe ſimpliciter vocatur eſſe ſubſtantiæ (vt patet ex eo, ꝙ de accidentibus formatur propoſitio de ſecundo adiacente, vt albedo eſt, & hinc ruit fabrica Scotica) ſed vt eſſe ſimpliciter ſignificat eſſe ſine additione, ſeu determinatione aliqua, iuxta illud ſecundi Topicorū, Simpliciter dico, qđ nullo addito dico. Et hinc ſit, vt ſiue in Chriſto ſit vnum, ſiue plura eſſe, nihil referat ad quæſtionem hanc de ꝓpoſitione, nō de re. Et ſimiliter ſiue eſſe hominem ponat eſſe ſubſtātiæ in Chriſto, ſiue non, nihil ad propoſitum, de propoſitionis veritate quærens. Dicendo igitur, iſte homo incœpit eſſe, quia claudit in ſe iſtam negatiuam de ſecundo adiacente, iſte homo nō fuit, & ly non fuit, tollit eſſe abſque determinatione quacūque, cōſequens euidenter eſt, quòd ſignificat ſubiectum non fuiſſe, & non ſignificat non fuiſſe ſubſtantiam aut hominem, aut ſecundum primariū aut ſecundarium eſſe. Et ruit tam obiectio Durandi ſuper duo eſſe fundata, quàm poſitio Scoti ſuper eſſe ſimpliciter, hoc eſt ſubſtātiæ fundata: uterque enim oportet quòd determinet ly non fuit, ad aliquod eſſe ſaltem ſubſtantiæ: propoſitio autem ipſa negat fuiſſe, abſque determinatione ad eſſe ſubſtantiæ vel accidētis, primi vel ſecundi, ſimpliciter vel ſecundū quid: & ideo ex virtute ſermonis propoſitio eſt ſimpliciter falſa, vt Auctor optime in litera intulit.

D. 1051.

¶ Ad rationem ergo Scoti dicitur, quòd licet eſſe ſubſtantiæ ſit eſſe ſimpliciter, vt diſtinguitur contra eſſe accidentale: non tamen eſt eſſe ſimpliciter, vt diſtinguitur contra eſſe determinatum: eſſe autem ſecundum adiacens eſt eſſe ſimpliciter, vt diſtinguitur contra eſſe determinatum: cum enim dicimus, A. eſt, vel non eſt, non dico eſſe ſubſtantiale, aut accidentale: ſed eſſe abſque determinatione ſubſtantialitatis aut accidentalitatis, &c.

¶ Ad primum fomentum, quia quod generatur, incipit eſſe, dicitur, ꝙ hoc eſt verum communiter: ſed non eſt verū, quando quod generaṫ, ſuppoſitaliter præeſt, vt accidit in propoſito.

K ¶ Ad ſecundum, negatur conſequentia. Et ad probationem dr̃, ꝙ maior eſt vera de toto, vt totum eſt categorematice, & ſilr̃ de compoſito ſeu coniuncto. Et ſilr̃ de nomine per ſe primo ſignificante totum, ſeu compoſitum, aut coniunctum categorematice, & ſupponente per ſe primo pro illo, vt ſi æs incœpit eſſe ſphæricum, ſequitur, ergo ſphæra ænea incœpit eſſe: quia & ſignificat & ſupponit per ſe primo pro toto, i. ſphæra ænea. Secus autem eſt de termino importante quidem totum, ſed principaliter alteram partem, & ſupponente pro illa, connotando tantum reliquam: tunc. n. quāuis præcedens pars incipiat eſſe altera, non infertur tamen quòd nomen ſupponens pro prima parte, & connotando tantum in ſuppoſitione alteram, incipiat eſſe, quia denotaretur per hoc, quòd ipſa prima pars, pro qua ſupponit, inciperet eſſe. Sic autem eſt in propoſito: quoniam tam ly Chriſtus, quàm iſte homo, licet importet totū, ſ. ſuppoſitum & naturam humanam: ſupponit tamen pro ſuppoſito, & in ſupponendo ex parte ſubiecti connotat tantum naturam humanam: quia ſubiecta tenentur materialiter. Et pro-



Et propterea quāuis iſte incipiat eſſe hō, nō tn̄ ſequitur. ergo iſte hō incipit eſſe: qa denotareṫ quòd pſona illa incœperit eſſe.

¶ Ad Durandum vltimo diſtinguendum cenſentem, dicitur ꝙ ſi cautelę opera datur, diſtinguendo, tutior cum Magiſtro ſent. in 3. diſt. 12. eligitur pars, vt ibi patet. ſed ſi accuſatur falſitatis, negās iſtam propoſitionem, iſte homo, ſeu Chriſtus, incœpit eſſe, vtinam non ſtudeatur calumniæ: quoniam, vt iam ex dictis perſuaderi poteſt, locutio iſta ſimpliciter & abſolute eſt falſa. Vnde damnata nuper eſt Pariſijs, & cum appellatū eſſet ad apoſtolicam ſedem, reprobata dicitur ſub Alexandro ſexto.

3. diſ. 4. q. 1 ar. 2. q. 1. c. & q. 2. ad 1. Et diſt. 10. q. 1. ar. 1. q. 2. & di. 11. art. 1.

¶ Secundo in litera probatur concluſio propoſita, ſcilicet, non eſt dicendum, ꝙ iſte homo incœpit eſſe: quia dato, ꝙ eſſet vera, non eſſet ea vtendum, ad euitandam hæreſim Arrij, attribuentis Chriſto nō ſolum, ꝙ eſt creatura, & minor Patre: ſed ēt ꝙ incœpit eſſe, dicē do, ꝙ erat, quando non erat, vt patet in Nicena ſynodo. Et eſt ſenſus, Erat duratio, in qua non erat Chriſtus: quia non eſt ab æterno, Contra Apoſtolum dicentē, Ieſus Chriſtus heri & hodie, ipſe & in ſæcula, & Ioannem dicentem, In principio erat verbum.

* Art. ꝓced.

* li. 5. Met. text. 18. to. 3.

¶ In reſpōſione ad ſecundum, habes qđ diximus de eſſe ſimpliciter, vt diſtinguitur contra eſſe ſubſtantiæ, puta hominis, & ſimiliter accidentis, cum ponitur ſuperius ad eſſe hominem, & pari ratione ad eſſe ſubſtantiam, & eſſe accidens.

### Articvlvs X.

*Vtrum hæc ſit uera, Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt creatura.*

Ad decimvm ſic proceditur. Videtur quòd hæc ſit falſa, Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt creatura, vel incœpit eſſe. Nihil enim in Chriſto eſt creatum niſi humana natura: ſed hæc eſt falſa, Chriſtus, ſecundum ꝙ homo, eſt humana natura. ergo hæc etiam eſt falſa, Chriſtus, ſecūdum quòd homo, eſt creatura.

¶ 2 Præt. Prædicatum magis prædicatur de termino in reduplicatione poſito, quàm de ipſo ſubiecto propoſitionis, ſicut ſi dicam, corpus, ſecundum quòd coloratum, eſt viſibile, ſequitur quòd coloratum ſit viſibile: ſed hæc nō eſt abſolute (ſicut dictum eſt*) cōcedenda, homo Chriſtus eſt creatura. ergo neque hæc, Chriſtus, ſecundum ꝙ homo, eſt creatura.

¶ 3 Præt. Quicquid prædicatur de quocumque homine, ſecūdum quòd homo, prædicatur de eo per ſe & ſimpliciter: idem enim eſt per ſe, & ſecundum quòd ipſum, vt dicitur 5. Meta.* ſed hæc eſt falſa, Chriſtus eſt per ſe & ſimpliciter creatura. ergo etiam hæc eſt falſa, Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt creatura.

Sed contra, Omne qđ eſt, vel eſt creator vel creatura: ſed hæc eſt falſa, Chriſtus ſecundum quòd homo, eſt creator. ergo hæc eſt vera, Chriſtus ſecundum quòd homo, eſt creatura.

Respon. Dicendum, quòd cum dicitur, Chriſtus, ſecundum ꝙ homo, hoc nomen homo, poteſt reſumi in reduplicatione, vel ratione ſuppoſiti, vel ratione naturæ. Si quidem reſumatur ratione ſuppoſiti, cum ſuppoſitum humanæ naturæ in Chriſto, ſit æternū & increatū, hæc erit falſa, Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt creatura. Si vero reſumatur ratione humanę naturæ, ſic eſt vera: q̇a ratione humanæ naturæ, ſiue ſecundum humanam naturam, conuenit ſibi eſſe creatura, vt ſupra dictum eſt.* Sciendum tamen, ꝙ nomen ſic reſumptum in reduplicatione, magis proprie tenetur pro natura, quàm pro ſuppoſito: reſumitur enim in vi prædicati, qđ tenetur formaliter: idem enim eſt dictu, Chriſtus ſecundum quòd

* art. 8. huius q.

### ¶ *Super Quæſtionis ſextædecimæ Articulum decimum.*

Titulus clarus, vt ſonat,

¶ In corpore articuli duo fiunt. Primo dicitur, quid poteſt dici diſtinguendo, hoc eſt ꝙ vtraque pars ſuſtineri poteſt cum diſtinctione: quia ly homo, poteſt ſtare vel pro natura, vel pro ſuppoſito. Secundo, in quam partem ſit potius declinandum. Et duo dicuntur. Primum, circa propoſitam propoſitionem. ſ. Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt creatura, vel incępit eſſe, & dicitur quòd in partem affirmatiuam declinādum eſt, quia ly homo, tenetur formaliter, quia habet vim prædicati. Secundum, circa alteram propoſitionem, ſ. Chriſtus, ſ̄m quòd hic hō, eſt creatura, aut incæpit eſſe. Et dicitur, quòd in partem negatiuam declinandum eſt: quia ly hic, trahit hoīem ad ſuppoſitū.

¶ Hoc in loco aduerte, ꝙ quia iſta propoſitio, Chriſtus eſt creatura, non eſt reprobata, quia omnino falſa, ſed quia Arrianos ſonans, ideo cum de iſta modo eſt quæſtio, Chriſtus ſecūdum, ꝙ homo, eſt creatura, minor quæſtio eſt, & nulla de falſitate, ſed de vſu. Et iſta quidem vti licet, illa non: quia in illa cum Arrio communicaremus, in iſta non. Verum aduerte, quòd cum de Chriſto ſermo ſacer loquitur, & diſtinguit ea, quæ conueniunt illi ratione naturæ aſſumptæ, ſemper vtitur ly inquantum, aut ly ſ̄m quòd, ſumptum ſpecificatiue: dicimus. n. ꝙ Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt crucifixus, ſepultus, deſcendit ad inferos, prædicauit, aſcendit in templum, circumciſus eſt, &c. Conſtat namque, quòd in his & ſimilibus ly inquantum, non tenetur reduplicatiue, quoniam natura humana non eſt per ſe ratio talium, ſed multa per accidens inſunt,

A vt patet: ſed tenetur ſpecificatiue, quoniam ſpecificat eam partem ſeu conditionem, qua inſunt hæc: ſicut cum dicitur, æthiops, ſecundum quòd habet dentes, eſt albus. Vnde & in propoſito licet poſſit teneri reduplicatiue (quia eſſe hominem, eſt per ſe ratio, quòd ſit creatura) a ſanctis tamen aſſumptum videtur principaliter, vt teneatur ſpecificatiue, vt denotetur quòd eſſe creaturam, non conuenit Chriſto ſecundum ſuppoſitum, ſed ſecundum naturam aſſumptam, & ſimiliter incipere eſſe. Verum inter has duas, ex prædictis patet differentia, quòd illa reprobata eſt, vt male ſonās, iſta, vt falſa: ita quòd dicimus iſtā eſſe falſam, Chriſtus incœpit eſſe: iſtam autem veram, Chriſtus, inquantum homo, incœpit eſſe.

¶ Occurrit autem ſtatim hic Scotus in quæſtio 2. diſtinctio. 11. 3. ſentent. obiiciens, ꝙ propoſitio affirmatiua falſa ex repugnantia terminorum, non ſit vera per additam reduplicationem, vel determinationem, non tollentem illam repugnantiam. Sed reduplicatio proprie ſumpta, non diminuit alterum extremum: quia eſt determinatio extremi ad extremum. ergo ipſa non verificat aliquam propoſitionem, quæ ſine reduplicatione fuit falſa. Si igitur iſta eſt falſa, Chriſtus incœpit eſſe, iſta non eſt vera, Chriſtus, inquantum homo, incœpit eſſe, & hoc loquendo de reduplicatiua propria. Et addit, quòd loquendo de ipſa ſpecificatiue, quamuis ſit vera, eſt tamen impropria: quoniam deberet ſpecificatio ſe tenere ex parte prædicati, puta, Chriſtus incœpit eſſe ſecundum hominem: ſicut non eſt propria illa, æthiops, ſecundum quòd habet dentes, eſt albus: ſed iſta, æthiops eſt albus ſecundum dentes. Et hæc ſint allata quo ad illam propoſitionem, Chriſtus, inquantum homo, incœpit eſſe: quia apud nos iſta eſt vera, & ſua præiacens falſa, quāuis Scotus ſubſumat de illa, Chriſtus, inquantum homo, eſt creatura: quia ipſe tenet illius præiacentem eſſe falſam.

E ¶ Ad hæc dicitur, ſuſtinendo etiam hanc eſſe veram & proprie reduplicatiuam, Chriſtus ſecundum quòd homo, incępit eſſe: ita tamen quòd non fiat difficultas circa incœptionem eſſendi: an per ſe conueniat homini, an ſolum de facto: quia non eſt ab æterno, quoniam ad propoſitum non refert. Et propterea, ſuppoſito quòd per ſe conueniat naturæ humanæ incipere eſſe, ſicut per ſe conuenit ei eſſe creaturam, dicitur quòd maior Scoti eſt vera: ſed minor tacita, ſcilicet, ſed nulla reduplicatio tollit illam repugnantiam, eſt falſa. Et ad illius probationem expreſſam, quia ſcilicet reduplicatio non minuit extremum, ſi proprie loquimur de conditione diminuente, conceditur totum quod aſſumitur. Sed negatur ſequela, quoniam conditio diminuens tollit terminum, quem diminuit: ſicut homo in potentia non eſt homo, & homo mortuus, non eſt homo: conſtat enim quòd reduplicatio extremi non tollit illud. Sed ſi latiori vocabulo ſumitur minuere, prout vtens aliquo vnius, & non vtens aliquo eiuſdem, minuit illud (pro quanto non totaliter, ſeu ſecundum totum, ſed ſecundum

homo, acſi diceretur, Chriſtus ſecundum quòd eſt homo. Et ideo hæc magis eſt concedenda quàm neganda, Chriſtus, ſecundum ꝙ homo, eſt creatura. Si tamen adderetur aliquid, per quod traheretur ad ſuppoſitum, eſſet propoſitio magis neganda, quàm concedenda: puta ſi diceretur, Chriſtus, ſecundum quòd hic homo, eſt creatura.

Ad primvm ergo dicendũ, quòd licet Chriſtus non ſit humana natura, eſt tamen habens humanam naturam. Nomen autem creaturæ, natum eſt prædicari non ſolum de abſtractis, ſed etiam de concretis: dicimus enim quòd humanitas eſt creatura, & quòd homo eſt creatura.

Ad 2[m] dicendum, quòd ly homo, ſecundum quòd ponitur in ſubiecto, magis reſpicit ſuppoſitum: ſecundum autem quòd ponitur in reduplicatione, magis reſpicit naturam, vt dictum eſt.* Et quia natura eſt creata, ſuppoſitum vero increatum, ideo licet non cõcedatur iſta ſimpliciter, Homo Chriſtus eſt creatura: conceditur tamen iſta, Chriſtus ſecundum ꝙ homo, eſt creatura.

Ad 3[m] dicendum, quòd cuilibet homini, qui eſt ſuppoſitum ſolius naturæ humanæ, competit quòd non habeat eſſe, niſi ſecundum humanam naturam: & ideo de quolibet tali ſuppoſito ſequitur, ſi ſecundum quòd homo eſt creatura, quòd ſit creatura ſimpliciter: ſed Chriſtus non ſolum eſt ſuppoſitum humanæ naturę, ſed etiam diuinæ, ſecundum quam habet eſſe increatum: & ideo non ſequitur. ſi ſecundum quòd homo, eſt creatura, quòd ſit ſimpliciter creatura.

## Articvlvs xi.

*Vtrum hæc ſit uera, Chriſtus ſecundum quòd homo, eſt Deus.*

Ad vndecimvm ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus, ſecundum quòd homo, ſit deus. Chriſtus enim eſt deus per gratiam vnionis: ſed Chriſtus, ſecundum quòd homo, habet gratiam vnionis. ergo Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt deus.

¶ 2 Præt. Dimittere peccata, eſt proprium Dei, ſecundum illud Iſa. 43. Ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me: ſed Chriſtus, ſecundum quòd homo, dimittit peccata, ſecundum illud Matth. 9. Vt autem ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, &c. ergo Chriſtus ſecundum quòd homo, eſt deus.

¶ 3 Præt. Chriſtus non eſt homo communis, ſed eſt homo iſte particularis: ſed Chriſtus, ſecundum quòd eſt iſte homo, eſt deus: quia in iſto homine deſignatur ſuppoſitum æternum, quod naturaliter eſt deus. ergo Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt deus.

Sed contra, Illud, quod conuenit Chriſto, ſecundum quòd homo, conuenit cuilibet homini. Si ergo Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt Deus, ſequitur quòd omnis homo ſit deus, quod patet eſſe falſum.

Respon. Dicendum, quòd iſte terminus, homo, in reduplicatione poſitus, poteſt dupliciter accipi. Vno modo, quantum ad naturam, & ſic non eſt verum, quòd Chriſtus, ſecundum quòd homo, ſit deus: quia humana natura eſt diſtincta a diuina ſecundum differentiam naturæ. Alio modo, poteſt accipi ratione ſuppoſiti, & ſic cum ſuppoſitum naturæ humanæ in Chriſto, ſit perſona filij dei, cui per ſe conuenit eſſe Deum, verum eſt quòd Chriſtus, ſecundum quòd homo, ſit deus: quia tamen terminus in reduplicatione poſitus, magis proprie tenetur pro natura, quàm pro ſuppoſito (vt ſupra dictum eſt.*) ideo magis eſt iſta neganda, Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt deus, quàm ſit affirmanda.

Ad primvm ergo dicendum, quòd non ſecundum idem conuenit alicui moueri ad aliquid, & eſſe illud: nam moueri conuenit alicui ratione materiæ vel ſubiecti, eſſe autem in actu, ratione formæ. Et ſimiliter non ſecundum idem conuenit Chriſto ordinari ad hoc, quòd ſit deus per gratiam vnionis, & eſſe deum: ſed primum conuenit ſibi ſecundum humanam naturã: ſecundum vero, ſecundum diuinam. Et ideo hæc eſt vera, Chriſtus ſecundum quòd homo, habet gratiam vnionis: non tamen iſta, Chriſtus ſecundum quòd homo, eſt deus.

Ad 2[m] dicendum, quòd filius hominis habet in terra poteſtatem dimittendi peccata, non virtute humanę naturæ, ſed virtute

---

aliquid eius illo vtitur) ſic concedimus quòd reduplicatio minuit quandoq; quia reduplicat terminum ratione naturæ ſeu formæ, & non ratione ſuppoſiti. Et ꝓpterea tollit repugnãtiam inuentam in præiacẽte propoſitione inter extrema ſine reduplicatione, ꝓpter ſuppoſitum, ſic. n. eſt in propoſito. Nã iſta Chriſtus incępit eſſe, eſt falſa ex repugnantia extremorum: quia incipere eſſe repugnat ſuppoſito per ly Chriſtus in ſubiecto, vt prædictum fuit:* ſed cum aliquid tantũ Chriſti reduplicať, ſcilicet natura humana, vt contingit in iſta, Chriſtus, inquantum homo, incœpit eſſe, repugnãtia tollitur, hoc eſt incipere eſſe, nõ ſignificatur conuenire ſuppoſito abſolute, ſed ratione naturæ humanæ, ratione cuius in veritate cõuenit illi ſuppoſito incipere eſſe. Et propterea iſta reduplicatiua diciť vera, & illa falſa. Nec ex hoc quòd reduplicatio eſt determinatio extremi ad extremum, ſequitur quòd non minuat prædicto modo, qm̃ cõſtat, quòd poteſt eſſe determinatio vnius extremi ſecũdum ſuum formale ad ſterum, & non ſecũdum ſuum materiale, vt contingit in propoſito. Ad id vero quod ſubdiť, quòd ſpecificatiue ſumendo ly inquãtum, propoſitio eſt vera, ſed impropria, dicitur, & quòd eſt vera & propria: quoniã ſpecificatio non denotat ſpecificatum terminum eſſe rationem inhærentiæ prædicati ad ſubiectum, & propterea ſpecificatiua poteſt eſſe vera in materia contingenti, vt eſt iſta, Sortes, in quãtum capillatus, eſt criſpus: & ens, inquantum ens eſt ſubiectũ metaphyſicæ: ſed denotat illud, ſecundum ꝙ, ſeu mediante quo prædicatum inest ſubiecto, ſiue per ſe, ſiue per accidens prædicatum inſit, ſiue ſubiecto, ſiue cõditioni ſpecificatæ. Signum autem, ꝙ huiuſmodi enunciationes ſunt non ſolum veræ, ſed propriæ, defert frequẽs vſus earum, cum de his quæ conueniunt Chriſto, diſcrete ac caute loquimur, dicentes Chriſtum, ſecundum quòd erat homo, paſſum, natũ, ſepultum, reſurrexiſſe: cum his tamẽ omnibus, quia in litera comparatiue dicitur, magis concedendum, quam negandum, vel ecõuerſo, diſce declinare quidem in alteram partem, ſed non pertinaciter cõtendere.

¶ In reſponſione ad tertium vide nouitie, quòd ſuſtinendo propoſitionem reduplicatam proprie eſſe, reſpondet Auctor ad maiorem diſtĩguẽdo illam, quòd verum eſt prędicari de quocunque homine, qui ſolummodo eſt ſuppoſitum humanæ naturæ: ſecus aũt eſt de illo hoĩe, q eſt ſuppoſitũ diuinę pri⁹, & poſt humanæ naturæ.

¶ *Super Quæſtionis ſextadecimæ Articulum undecimũ.*

Titulus vt ſonat, clarus.

¶ In corpore duo, primo diſtinguẽdo, vtrãque partem dicit poſſe teneri: qa terminus reduplicatus poteſt vel ratione naturæ, vel ſuppoſiti reduplicari. Secundo docet, quòd in partem negatiuam declinandum eſt: quia magis tenetur formaliter terminus reduplicatus. Et omnia clara ſunt ex ꝓcentibus.

¶ In reſponſione ad tertium, percipe reſponſionem conſiſtere in hoc, quòd licet ſecũdum rem Chriſtus non ſit homo communis, ſed iſte, in propoſitione tamen illa, Chriſtus,

* In corp. art.

3. di. 10. q. 1. art. 1. q. 1. & q. 3. c.

* art. præced. in corp. & ad 1.

---



naturæ diuinæ: in qua quidem natura conſiſtit poteſtas dimittendi peccata per auctoritatem, in humana autẽ natura conſiſtit inſtrumentaliter & per miniſterium. Vnde Chryſ. ſuper Matth.* hoc exponens dicit: Signanter dixit, In terra dimittendi peccata, vt oſtenderet, quòd humanæ naturæ poteſtatem diuinitatis vniuit indiuiſibili vnione: quia etſi factus eſt homo, tamen Dei verbum permãſit.

Ad 3[m] dicendum, quòd cum dicitur, iſte homo, pronomẽ demonſtratiuum, hoc nomen homo, trahit ad ſuppoſitum: & ideo magis eſt hæc vera, Chriſtus, ſecundum quòd iſte homo, eſt Deus, quàm iſta, Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt Deus.

## Articvlvs xii.

*Vtrum hæc ſit uera, Chriſtus ſecũdum quòd homo, eſt hypoſtaſis, uel perſona.*

Ad dvodecimvm ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus ſecundum quòd homo, ſit perſona. Illud enim quod conuenit cuilibet homini conuenit Chriſto, ſecundum quòd eſt homo: eſt enim alijs hominibus ſimilis, ſecũdum illud Phil. 2. In ſimilitudinem hominum factus: ſed omnis homo eſt perſona. ergo Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt perſona.

¶ 2 Præt. Chriſtus ſecundum quòd homo, eſt ſubſtantia rationalis naturę, non autem ſubſtantia vniuerſalis. ergo ſubſtantia indiuidua: ſed nihil aliud eſt perſona, quàm rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia, vt Boetius dicit in lib. de duab. natu.* ergo Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt perſona.

¶ 3 Præt. Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt res humanæ naturæ, & ſuppoſitum & hypoſtaſis eiuſdem naturæ: ſed omnis hypoſtaſis & ſuppoſitum & res humanæ naturæ, eſt perſona. ergo Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt perſona.

Sed contra, Chriſtus ſecundum quòd homo, non eſt perſona æterna. Si ergo Chriſtus ſecundum quòd homo, ſit perſona, ſequeretur quòd in Chriſto ſint duæ perſonæ, vna temporalis & alia æterna, quod eſt erroneum, vt ſupra dictum eſt.*

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt,* iſte terminus homo, in reduplicatione poſitus, poteſt accipi, vel ratione ſuppoſiti, vel ratione naturæ. Cum ergo dicitur, Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt perſona, ſi accipiatur ratione ſuppoſiti, manifeſtum eſt quòd Chriſtus ſecundum quòd homo, eſt perſona: quia ſuppoſitũ humanæ naturæ nihil eſt aliud, quàm perſona filij Dei. Si autem accipiatur ratione[a] naturę, ſic poteſt intelligi dupliciter. Vno modo, vt intelligatur, quòd naturæ humanæ cõpetat eſſe in aliqua perſona, & hoc etiam modo verũ eſt: omne enim quod ſubſiſtit in humana natura, eſt perſona. Alio modo poteſt intelligi, vt naturæ humanę in Chriſto propria perſonalitas debeatur, cauſata ex principijs humanæ naturæ. Et ſic Chriſtus ſecundũ ꝙ homo, non eſt perſona: quia humana natura nõ eſt per ſe ſeorſum ſubſiſtens a diuina natura, quod requirit ratio perſonæ.

Ad primvm ergo dicendum, quòd omni homini conuenit eſſe perſonam, ſecundum ꝙ omne ſubſiſtens in humana natura eſt perſona: ſed hoc eſt proprium homini Chriſto, quòd perſona ſubſiſtens in humana natura eius, non ſit cauſata ex principijs humanæ naturæ, ſed ſit æterna: & ideo vno modo eſt perſona, ſecundum quòd homo, alio modo non, ſicut dictum eſt.*

Ad 2[m] dicendum, quòd ſubſtantia indiuidua, quæ ponitur in definitione perſonę, importat ſubſtantiam cõpletam per ſe ſubſiſtentem ſeparatim ab alijs, alioquin manus hominis poſſet dici perſona, cum ſit ſubſtantia[d] quædã indiuidua: quia tñ eſt ſubſtantia indiuidua ſicut in alio exiſtens, non poteſt dici perſona. Et eadem ratione, nec humana natura in Chriſto, quæ tamen poteſt dici indiuiduum vel ſingulare quoddam.

Ad 3[m] dicendum, ꝙ ſicut perſona ſignificat quid completum, & per ſe ſubſiſtens in natura rationali, ita[d] hypoſtaſis, ſuppoſitum & res naturæ in genere ſubſtantię ſignificant quiddam per ſe ſubſiſtens. Vnde ſicut humana natura non eſt per ſe perſona ſeorſum a perſona filij Dei, ita etiam non eſt per ſe hypoſtaſis vel ſuppoſitũ, vel res naturæ: & ideo in ſenſu, in quo negatur iſta, Chriſtus ſecundum quòd homo, eſt perſona, oportet etiam negari omnes alias.

## Qvæstio xvii.

*De pertinentibus ad unitatem in Chriſto quantum ad eſſe, in duos articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandum eſt de his, quæ pertinent ad vnitatem in Chriſto in cõmuni. Nam de his, quæ pertinent ad vnitatem, vel pluralitatem in ſpeciali, ſuis locis determinandum eſt: ſicut ſupra* determinatum eſt, quòd in Chriſto non eſt vna tantum ſcientia, & * infra determinabitur quòd in Chriſto non eſt vna tantum natiuitas.

Conſiderandum eſt ergo primo de vnitate Chriſti, quantum ad eſſe. Secundo, quantum ad velle. Tertio, quantum ad operari.

### Circa primum quæruntur duo.

¶ Primo, Vtrum Chriſtus ſit vnum vel duo.

¶ Secundo, Vtrũ in Chriſto ſit tantum vnum eſſe.

---

Chriſtus, ſecũdum quòd homo eſt &c. ly homo, non trahitur ex reduplicationis nota ad ſuppoſitum, ad quod trahitur ex pronomine. Et ideo iſta conceditur, Chriſtus, ſecundum quòd iſte homo, eſt deus, & non illa, Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt deus.

¶ *Super Quæſtionis ſextadecimæ Articulum duodecimũ.*

Titulus clarus, vt ſonat.

¶ In corpore articuli cum diſtinctione reſpondetur triplici concluſione. Diſtinctio eſt, quòd ly homo reduplicari poteſt ratione ſuppoſiti vel naturæ. Et hoc dupliciter, vel quòd natura exigat perſonam, vel quòd natura exigat perſonam propriam. Cõcluſio prima iuxta primum membrum eſt, Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt perſona: tũ quia ſuppoſitum Chriſti eſt perſona: tũ quia ſuppoſitum humanæ naturæ in Chriſto eſt perſona filij dei. Concluſio ſecũda iuxta ſecundum membrum eſt: Chriſtus, ſecundũ quòd homo, eſt perſona: quia humana natura exigit perſonari: eſt enim ſubſtantia rationalis perfecta: omnis autem ſubſtantia huiuſmodi ſubſiſtentiã exigit, qua perſona eſt. Cõcluſio tertia iuxta tertium membrum eſt: Chriſtus, ſecundum quòd homo, nõ eſt perſona: quia humana natura in Chriſto caret propria ſubſiſtentia ſeu perſonalitate, vtpote non per ſe ſeorſum, ſed in perſona diuina exiſtens.

¶ *Super Quæſtionis decimæſeptimæ Articulum primum.*

In titulo fige oculos mẽtis in neutrum genus, cum legis, an Chriſtus ſit vnum, vel duo, ita quòd ly duo, in neutro etiam genere ſumitur, & merito, vt directe opponatur ad ly vnum. Nec addendus eſt aliquis alius terminus, puta ens, an ſcilicet ſit vnum ens, vel duo entia, ſed abſolute, vt ſonat, diſcutienda eſt quæſtio, an Chriſtus ſit vnũ, vel duo. Sic enim promiſſus rectuſque ordo de conſequentibus incarnationis myſterium, ſeruatur, dum diſcuſſis his, quę ad veritatẽ, eſſe, vel fieri ſpectãt in præcedenti quæſtione, in hac veritas indaganda eſt eorum, quæ ſpectãt ad vnitatem, inter quæ conſtat primũ locum tenere vnitatem

Homil. 50. in Mat. circa med. to. 2.

3. di. 10. q. 1. art. 1. Et Ro mana. lec. 3.

Aliquanto ſuperius ſ. in 3. pag.

q. 2. art. 2. & 6.

Art. 10. huius quæſt.

D. 1214.

In corp. art.

D. 728. & 729.

D. 1212.

Quæſt. 9.

Quæſt. 35.

tatem aũt dualitatẽ ſimpliciter & abſolute, & deinde vnitatem vel dualitatẽ talẽ. Eſt igitur quæſtio in hoc articulo, an Chriſtus ſit vnũ vel duo ſimpliciter & abſolute ſine determinatiõe aliqua.

3.di.6.q.2.ar.1.& diſt.21.q.1.a.1.q.2.ad 6.Et 4.cõ.c.38.fi.Et 4.cõt.c.38.fin.Et vnio.art.2.ad 2.& 7.& ar.3.& 4.p totũ & art.5.ad 14.

¶ In corpore duo fiunt. Primo, reſpondetur ſecũdũ quid attendatur eſſe vnũ vel duo in Chriſto. Secundo, reſpondetur determinate q̃ſito vnica concluſione. Quo ad primũ, concluſio eſt illa: Chriſtus eſt vnum vel duo, non ſecundum dualitatem naturarum, ſed ſecundum vnitatem, vel dualitatem ſuppoſiti ſeu pſonæ. Probatur cõcluſio hæc quo ad primam partem: quia de Chriſto nõ prædicantur ambæ naturæ in abſtracto, ſed altera tantum, ſcilicet diuina, quod ꝓbatur ex differentia inter deũ, & alia in hoc, quòd in ſolo deo natura ſecundum ſe prędicatur de ſuppoſito: hinc enim ſequitur, quòd humana natura non prædicatur de Chriſto. Quo ad ſecundam vero partem: quia ambæ naturæ vt in ſuppoſito, prædicãtur de Chriſto, ſiue ſignificentur in ſuppoſito indeterminate, ſiue determinate.

* libr. 1. de Tri. c.7. in fin. tom.3.
† Ench. ca. 35. a medio tom. 3.

¶ Vbi nota, quòd licet diuerſimode poſſit formari hæc prima pars corporis articuli, puta pmittendo differentem habitudinem Chriſti ad naturas ſecundum ſe, vel vt in ſuppoſito ſignificatas, & ſubdendo conditionalem proceſſum, ſi ambæ naturæ &c. vis tamen rationis conſiſtit in hoc. Ad eſſe duo exigitur, quòd Chriſtus ſit aliqua prædicata ponẽtia in numerum: deitas autẽ & humanitas ponunt in numerum: ſunt enim duæ naturæ: & ideo ſi Chriſtus eſſet ſua humanitas, ſicut eſt ſua deitas, Chriſtus uere eſſet duo. Et hoc eſt quod in litera di

Lib.3.text.18.tom.2.
In prędica. ¶ c.de diffe. to.1. inter opera Ariſ.
In libr. an oẽ qđ eſt, bonum ſit.
D.114. & 417. & 466. D.1081.
p.p.q.3.ar.3.& 4.

## Articvlvs primvs.

*Vtrum Chriſtus ſit unum, uel duo.*

AD primvm ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus nõ ſit vnum, ſed duo. Dicit enim Aug. in 1. de Trini.* quia forma Dei accepit formam ſerui, vtrumque deus propter accipientem Deum, vtrũque autem homo propter acceptũ hominem: ſed vtrumque dici nõ poteſt, niſi vbi ſunt duo. ergo Chriſtus eſt duo.

¶ 2 Præt. Vbicumque eſt aliud & aliud, ibi ſunt duo: ſed Chriſtus eſt aliud & aliud: dicit. n. Aug.† in Ench. Cum in forma Dei eſſet, formam ſerui accepit, vtrumq; vnus, ſed aliud pp̄ verbũ, aliud propter hominem. ergo Chriſtus eſt duo.

¶ 3 Præt. Chriſtus non eſt tantum homo: quia ſic purus homo eſſet. ergo eſt aliquid aliud, quàm homo, & ita in Chriſto eſt aliud & aliud. ergo Chriſtus eſt duo.

¶ 4 Pręt. Chriſtus eſt aliquid, quod eſt pater, & eſt aliquid, qđ non eſt pater. ergo Chriſtus eſt aliquid & aliquid. ergo Chriſtus eſt duo.

¶ 5 Præt. Sicut in myſterio Trinitatis ſunt tres perſonæ in vna natura, ita in myſterio incarnationis ſunt duæ naturæ in vna perſona: ſed propter vnitatem naturæ, non obſtante diſtinctione perſonæ, Pater & Filius ſunt vnum, ſecũdum illud Ioan. 10. Ego & pater unum ſumus. ergo non obſtante vnitate perſonæ, propter dualitatem naturarum, Chriſtus eſt duo.

¶ 6 Præt. Philoſophus dicit in 3. Phyſic.* quòd vnum & duo denominatiue dicuntur: ſed Chriſtus habet dualitatem naturarum. ergo Chriſtus eſt duo.

¶ 7 Præt. Sicut forma accidentalis facit alterum, ita forma ſubſtãtialis aliud, vt Porphyrius dicit:† ſed in Chriſto ſunt duæ naturæ ſubſtantiales, humana ſcilicet & diuina. ergo Chriſtus eſt aliud & aliud. ergo Chriſtus eſt duo.

Sed contra eſt, quòd Boet. dicit in lib. de duab. nat.* Omne quod eſt, inquantum eſt, vnum eſt: ſed Chriſtum eſſe confitemur. ergo Chriſtus eſt vnum.

Respon. Dicendum, ꝙ natura ſecundum ſe conſiderata prout in abſtracto ſignificatur, non vere poteſt prædicari de ſuppoſito ſeu perſona niſi in deo, in quo non differt quod eſt, & quo eſt, vt in prima parte habitum eſt.* In Chriſto autem cum ſint duæ naturæ, di-

F uina ſcilicet & humana, altera earum, ſcilicet diuina, poteſt de eo prędicari, & in abſtracto & in concreto: dicimus enim quòd filius Dei, qui ſupponitur in hoc nomine Chriſtus, & eſt diuina natura, & eſt Deus: ſed humana natura nõ poteſt prædicari de Chriſto ſecundum ſe in abſtracto, ſed ſolum in concreto, prout ſcilicet ſignificatur in ſuppoſito. Non enim vere poteſt dici, quòd Chriſtus ſit humana natura: quia natura huma-

G na non eſt nata prædicari de ſuo ſuppoſito. Dicitur autem, ꝙ Chriſtus eſt homo, ſicut & quòd Chriſtus eſt Deus. Deus autem ſignificat habentem deitatem, & homo ſignificat habentem humanitatẽ. Aliter tamen habens humanitatẽ ſignificatur per hoc nomẽ homo, & aliter per hoc nomen Ieſus, vel Petrus. Nam hoc nomen homo, importat habẽtem humanitatem indiſtincte, ſicut & hoc nomen Deus, indiſtincte importat haben-

H tem deitatẽ: hoc autem nomen Petrus vel Ieſus, importat diſtincte habentem humanitatem, ſcilicet ſub determinatis indiuidualibus proprietatibus: ſicut & hoc nomẽ filius Dei, importat habentẽ deitatem ſub determinata proprietate perſonali. Numerus autem dualitatis in Chriſto ponitur circa ipſas naturas, & ideo ſi ambæ naturæ in abſtracto prædicarentur de Chriſto, ſequeretur ꝙ Chriſtus eſſet duo: ſed quia duæ naturæ non

I prędicantur de Chriſto, niſi prout ſignificãtur in ſuppoſito, oportet ſecundum rationem ſuppoſiti prędicari de Chriſto, vnum vel duo. Quidã autem poſuerunt in Chriſto duo ſuppoſita, ſed vnam perſonam, quæ quidem videtur ſe habere ſecũdũ eorum opinionem tamquàm ſuppoſitum completum vltima completione: & ideo quia ponebant in Chriſto duo ſuppoſita, dicebant Chriſtũ eſſe duo neutraliter, ſed quia ponebant vnam

K perſonam, dicebant Chriſtum vnũ maſculine, nam neutrum genus deſignat quiddam informe, & imperfectum: genus autem maſculinum, deſignat quiddam formatũ & perfectum. Neſtoriani autem ponentes in Chriſto duas perſonas, dicebant Chriſtum non ſolum eſſe duo neutraliter, ſed etiã duos maſculine. Quia vero nos ponimus in Chriſto vnam perſonam & vnum ſuppoſitum, vt ex ſupra dictis patet,* ſequitur quòd dicamus quòd nõ ſolum Chriſtus

citur, quòd quia numerus dualitatis in Chriſto ponitur circa ipſas naturas, iõ ſi ambæ naturę &c. Sed prædicata, quæ uere affirmãtur de Chriſto, non ponũt in numerum: Deus enim & homo in Chriſto nõ ponunt in numerum: non enim ſunt duo habentia deitatem & humanitatem, ſed unum & idem numero eſt habens humanitatẽ & habens diuinitatem: & ſimiliter filius dei, & hic homo, ſeu Ieſus, non ponunt in numerum, ut patet. In hoc cõſiſtit tota uis huius articuli. Et in hac quidem prima parte corporis deuenitur uſq; ad hoc, quòd ſi natura utraque prædicaret de Chriſto, eſſet duo Chriſtus: quia naturę ponunt in numerum: ſed quia non prædicatur, nõ conſtituit Chriſtũ duo: & quia prædicatur, ut in ſuppoſito, iõ ſecũdum rationem ſuppoſiti numerati uel non numerati, dicendus eſt Chriſtus unũ uel duo.

¶ Vbi occurrit duplex dubiũ. Primũ ẽ circa illud: In ſolo deo natura prædicatur de ſuppoſito: habet enim inſtantiã, quia in angelis ſuppoſitum nõ differt a natura.

¶ Alterum eſt circa proceſſum literæ cõditionalem: quoniã procedit a deſtructione antecedẽtis, quod non licet. Ait enim, Si ambæ naturæ in abſtracto p̄dicarentur de Chriſto, ſequeretur ꝙ Chriſtus eſſet duo: ſed quia duæ naturæ non prædicantur &c.

¶ Ad primum facile patet reſponſio, ꝙ quia aliquo modo differt ſuppoſitum a natura in angelis, quàmuis in illis nõ differat indiuiduũ a natura, ideo ſolida ſtat litera.

¶ Ad ſecundum dicitur, quòd quia in proprijs argumentum a deſtructione antecedentis nõ eſt prohibitum, ideo cum ex proprijs hic proce-

q.2.ar.3.& 6.



cedatur (vt patet ex declaratis) abſque vitio proceſſum eſt. ¶ Quo ad ſecundam partem corporis concluſio eſt: Chriſtus eſt & vnus & vnum. Deducitur concluſio ex præmiſſis, ſubiunctis tribus modis dicendi de ſuppoſito ſeu perſona Chriſti. Primus eſt dicentium in Chriſto duo ſuppoſita & vnam perſonam. Secundus eſt dicentium in Chriſto duo ſuppoſita, & duas perſonas. Tertius eſt dicentium in Chriſto vnũ ſuppoſitum & vnã perſonam. Iuxta primum, Chriſtus eſt duo, in neutro genere, & vnus. Iuxta ſecũdum, Chriſtus eſt duo, tam neutraliter quàm maſculine. Iuxta tertium Chriſtus, eſt vnum & vnus. Et quia tertius modꝰ ſolus eſt ſententia fidei, ideo concluditur, quòd Chriſtus eſt vnum & vnus.

Cõtrà in eq.

¶ In reſponſione ad tertium aduerte nouitie, quòd cum in medio reſponſionis dicitur, non tamen ſequitur, quòd ſit aliquid aliud, quàm homo &c. iſta aduerſatiua non reſpicit ad propoſitionẽ immediate poſitam in litera: ſed ad propoſitionem negatiuam in arguendo aſſumptam, ſcilicet Chriſtus nõ eſt tantum homo: Auctor ſiquidem in hac reſpõſione primo mõſtrat hanc aſſumptã propoſitionem eſſe veram, monſtrando ſuam contradictoriam affirmatiuam eſſe falſam, ſcilicet Chriſtus eſt tãtum homo: quia prædicata tenentur formaliter. Et interponit ad bonitatẽ doctrinæ qualiter poſſet fieri affirmatiua vera, ſcilicet Chriſtus eſt tantum id, quod eſt homo. Deinde reſpõdẽdũ eſt, argumento. Et quia cõceſſit antecedens aſſumptum, ſcilicet Chriſtus nõ eſt tantum homo, reſpondet ad conſequentiã, ergo eſt aliquid aliud, quàm homo, dicens, Non tamen ſequitur quòd ſit aliquid aliud quàm homo &c. quaſi dixerit: licet antecedens ſit verum, ſequela tamen non valet.

Cap.11.in fine tom.6.
Ad Elidon. epi.1. inter prin. & medium. Incipit: Honoratiſſimo.
D.1052.

¶ In reſponſione ad quartum, vide nouitie, quòd cum in li-

eſt unus maſculine, ſed etiã quòd eſt vnum neutraliter.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ verbum illud Augu.* non eſt ſic intelligendum, quòd ly, vtrumq;, teneatur ex parte prædicati, quaſi dicat, ꝙ Chriſtus ſit vtrumq;, ſed tenetur ex parte ſubiecti. Et tunc ly, vtrumque, ponitur non quaſi pro duobus ſuppoſitis, ſed pro duobus nominibus ſignificãtibus duas naturas in concreto. Poſſum enim dicere, quòd vtrumque, ſcilicet Deus & homo, eſt Deus ꝓpter accipientem Deum, & vtrumque, ſcilicet Deus & homo, eſt homo propter acceptum hominem.

Ad 2[m] dicendum, quòd cum dicitur, Chriſtus eſt aliud & aliud, locutio eſt exponenda, vt ſit ſenſus, habens aliam & aliam naturã. Et hoc modo exponit Aug. in lib. contra Felicianum.* Vbi cum dixiſſet, In mediatore Dei & hominũ, aliud Dei filius, aliud hominis filius, ſubdit, Aliud inquam pro diſcretione ſubſtantię, non alius pro vnitate perſonæ. Vnde Grego. Nazanzenus in Epiſto. ad Elidonium dicit.* *Si oportet compendioſe dicere*, aliud quidem & aliud, ea, ex quibus Saluator eſt: ſiquidem nõ idẽ eſt inuiſibile viſibili, & quod abſque tempore ei, quod ſub tempore, non autem alius & alius, abſit: hæc enim ambo vnum.

Ad 3[m] dicendum, quòd hæc eſt falſa, Chriſtus eſt tantum homo: quia non excludit aliud ſuppoſitum, ſed aliam naturam, eo quòd termini in prædicato poſiti, formaliter tenentur. Si vero adderetur, aliquid per quod traheretur ad ſuppoſitum, eſſet vera locutio, puta Chriſtus eſt tantum id, quod eſt homo. Non tamen ſequitur, ꝙ ſit aliquid aliud, quàm homo: quia ly aliud, cum ſit relatiuum diuerſitatis ſubſtãtiæ, proprie refertur ad ſuppoſitum, ſicut & omnia relatiua facientia perſonalem relationem: ſequitur autem, ergo habet aliam naturam.

Ad 4[m] dicendum, quòd cum dicitur, Chriſtus eſt aliquid quod eſt pater, ly aliquid, tenetur pro natura diuina, quæ etiam in abſtracto prædicatur de patre & filio: ſed cum dicitur, Chriſtus eſt aliquid quod non eſt pater, ly aliquid, tenetur non pro ipſa natura huma-

A tera conceditur, ꝙ Chriſtus eſt aliquid quod non eſt pater &c. ſenſus eſt quòd Chriſtus eſt homo, hoc eſt ſuppoſitum humanæ naturę, quod eſt eſſe aliquid quod non eſt pater, quia eſt eſſe ſubſtantiam, vt ſubſtantia dicitur hypoſtaſis, quæ ſubſtantia ſecundum rem in Chriſto eſt hypoſtaſis filij, quæ non eſt

na, ſecũdum quòd ſignificatur in abſtracto, ſed ſecundum quòd ſignificatur in concreto, non quidẽ ſecũdum ſuppoſitum diſtinctum, ſed ſecundum ſuppoſitũ indiſtinctum, prout ſcilicet ſubſtat naturæ, non autem proprietatibus indiuiduantibus: & ideo non ſequiquitur, quòd Chriſtus ſit aliud, &

B aliud, vel ꝙ ſit duo: quia ſuppoſitum humanę naturę in Chriſto, ꝙ eſt perſona filij Dei, non ponit in numerum cũ natura diuina, quæ prædicatur de patre & filio.

Ad 5[m] dicendum, quòd in myſterio diuinæ Trinitatis natura diuina prędicatur etiam in abſtracto de tribus perſonis: & ideo ſimpliciter poteſt dici, quòd tres perſonæ ſint vnum: ſed in myſterio incarnationis non prædicantur ambæ naturę in abſtracto de Chriſto:

C & ideo non poteſt ſimpliciter dici, quòd Chriſtus ſit duo.

Ad 6[m] dicendum, quòd duo dicitur, quaſi habens dualitatem, non quidem in aliquo alio, ſed in ipſo, de quo duo prædicantur. Fit autem prædicatio de ſuppoſito, quod importatur per hoc nomen Chriſtus. Quàmuis igitur Chriſtus habeat dualitatem naturarum: quia tamen non habet dualitatem ſuppoſitorum, non poteſt dici Chriſtus eſſe duo.

Ad 7[m] dicendum, quòd alte-

D rum importat diuerſitatem accidentis: & ideo diuerſitas accidentis ſufficit ad hoc, quòd aliquid ſimpliciter dicat alterũ: ſed aliud importat diuerſitatem ſubſtantię: ſubſtantia autem dicitur non ſolum natura, ſed etiam ſuppoſitũ, vt dicitur in 5. Meta.* & ideo diuerſitas naturę non ſufficit ad hoc, quòd aliquid ſimpliciter dicatur aliud, niſi adſit diuerſitas ſecũdũ ſuppoſitum: ſed diuerſitas naturæ facit aliud ſecundum quid, ſcilicet ſecundum naturam, ſi nõ adſit diuerſitas ſuppoſiti.

## Articvlvs II.

*Vtrum in Chriſto ſit tãtum unum eſſe.*

AD secvndvm ſic proceditur. Videtur quòd in Chriſto non ſit tantum vnum eſſe: ſed duo. Dicit enim Damaſ.* in 3. lib. quòd ea, quæ conſequuntur naturam, in Chriſto duplicantur: ſed

pater: quàmuis nõ ſignificetur nomine hominis ipſa hypoſtaſis filij diſtincte, ſed indiſtincte. Quia igitur ex his duobꝰ dictis, Chriſtꝰ eſt aliquid quod eſt pater, Chriſtus eſt aliquid quod nõ eſt pater, nihil aliud habetur, niſi quòd Chriſtus eſt deitas & ſuppoſitum humanæ naturæ, & hæc duo, ſ. deitas & ſuppoſitum humanæ naturæ in Chriſto non ponunt in numerũ, quia ſuppoſitũ humanæ naturæ in Chriſto eſt filius dei, qui non ponit in numerum cum deitate, ideo non ſequitur quòd Chriſtus ſit duo.

¶ Attẽde vir docte, ex hoc articulo collato cum artic. 5. in quæſtionibus diſputatis de vnione verbi incarnati, quantum ſeipſo doctior fuerit hic Auctor, quantũ diſtent fundamenta doctrinæ huius ab illis, vt ſcias omnem auctoritatem huic operi deferre.

¶ *Super Quæſtionis decimæſeptimæ Articulum ſecundum.*

TItulus, vt ſonat, ſumendus eſt de eſſe ſimpliciter & abſolute. Vertitur enim in quæſtionem, an ſicut dicimus in Chriſto ſimpliciter & abſolute duas naturas, ita dicere poſſumꝰ, in Chriſto duo eſſe ſimpliciter & abſolute, an vero ſicut in Chriſto non eſt niſi vnum ſuppoſitum, vna perſona, ita non eſt niſi vnũ eſſe. Et notandum eſt, quòd non quæritur de propoſitione, ſed de re: non. n. quæritur, an illa ꝓpoſitio ſit vera, Chriſtus habet duo eſſe: ſed an in Chr̄o ſint duo eẽ. Et licet iſta quæſtio uideat prima facie locanda inter quæſtiones ſubſtantiales de incarnatione, & non inter

Lib. 5. metaph. tex. 15 tom. 3.
3.di.4.q.1.ar.2.q.1.co.fi.& di.6.q.2.art.2. Et vnio. art.4. Et quol. 9.q.2.ar.2. Et opu.3.cap.216.& 219.
*lib.3.c.13.

ter conſequentes (vt ab Auctore locata eſt) ſi quis tamẽ profundius conſideret, ſuo loco poſita eſt, quoniam vnum ſequitur ens: tota autem latitudo tractatorum ante illam quæſtionem, ſpectat ad eſſe vel fieri incarnationis in ſe, vel enuntiatum. Vnde merito, modo de vno vel multis tractatur. Nec propterea a ſubſtãtialibus receditur: qui vnũ vel multa nõ addit naturam aliquã ſupra ens, hoc ẽ illud quod vnũ vel multa dicitur ſecũdum veram metaphyſicam. Vna enim albedinis natura, nullã entitatem addit ſupra albedinis naturã, & ſic de alijs.

¶ In corpore duo principaliter fiunt. Primo, pręmittũtur tria manuducentia ad veritatem. Secundo, proceditur ex duabus cõditionalibus, & infertur concluſio reſponſiua quæſito, quòd in Chriſto eſt vnum eſſe tantum.

¶ Quo ad primum præmittuntur tria. Vnum ex parte ſubiecti, quod eſt Chriſtus, & duo ex parte prædicati, quod eſt habere eſſe vnum vel plura: ex parte ſiquidem ſubiecti præmittitur generalis regula, quòd quæ ſunt naturæ, multiplicantur in Chriſto, quę ſunt hypoſtaſis, non multiplicantur. Et ratio redditur: quia in Chriſto ſunt duæ naturæ & vna perſona. Ex parte vero prædicati præmittitur prius, quòd eſſe eſt de numero ſpectantium & ad naturam & ad perſonam: diuerſimode tamen, quia perſonæ vt habentis ſeu quod eſt, naturæ autem vt principij, ſeu quo aliquid eſt. Et hoc probatur a ſigno, quia natura ſignificatur per modum formæ, qua aliquid eſt ens vel tale, vt patet de albedine & humanitate. Deinde præmittitur aliud ex parte prædicati, ſcilicet quòd eſſe eſt duplex, quoddã a forma vel natura pertinente ad eſſe perſonale, quoddã a forma uel natura non pertinente ad eſſe perſonale. Exemplũ primi in homine, eſt eſſe quod homo habet ab anima. Exemplum ſecũdi eſt eſſe quod habet ab albedine, & vniuerſaliter ab accidentali forma, nam anima ſpectat ad perſonalitatem Sortis, albedo non. Ponitur autem in litera duplex inter hęc duo eſſe, differentia. Prima eſt penes ſimpliciter vel ſecundũ quid: quia primum eſt eſſe Sortis ſimpliciter & abſolute: ſecũndum autem eſt eſſe Sortis *non* ſimpliciter, ſed vt eſt talis, puta inquantum albus. Secunda eſt penes vnitatem vel pluralitatem: quia ſecundum poteſt in vna & eadem perſona mũltiplicari, vt patet, primũ autem impoſſibile eſt in vna & eadem perſona multiplicari: quia impoſſibile eſt, ꝙ vnius rei non ſit unum eſſe.

¶ Quo ad ſecundum, prima conditionalis eſt, Si natura humana adueniſſet filio dei nõ hypoſtatice, ſed accidentaliter, oporteret in Chriſto ponere duo eſſe: unum, ſecundum quòd eſt deus, & aliud ſecundum quòd eſt homo. Hæc conditionalis non aliter probatur in litera, niſi quòd deducitur ex pręmiſſis, *exemplum afferendo in Sorte* de eſſe ipſius, ſecundum quòd eſt homo, & ſecundum quòd eſt albus, & rationem applicando, quia eſſe album, non ſpectat ad eſſe perſonale *Sortis*.

¶ Secunda conditionalis eſt, Si natura humana coniungitur filio dei perſonaliter, ſecundum naturam humanam non aduenit ſibi *nouũ eſſe* perſonale, ſed ſolum noua habitudo præexiſtentis eſſe perſonalis ad naturam humanam. Circa quam conditionalem quatuor apponit: nam primo narrat, ꝙ quotcumque ſint integrantia perſonam, non niſi unum eſſe conſtituunt. Et hoc declarat in partibus integralibus, per ly eſſe autem & capitatum, & in partibus eſſentialibus materialibus, per ly & eſſe corporeũ, & in partibus eſſentialibus formalibus, per ly eſſe animatum. Secundo declarat, quòd ſi pars aliqua perſonalis adueniret præexiſtenti perſonæ, idem eſſet iudicium quo ad unitatem ipſius eſſe, ita quòd ex adueniente noua parte non adueniret nouum eſſe. Ita quòd manifeſtauit, quòd ſpectantia quæcumque ad perſonalitatem, ſiue ſimul cum perſona coæua ſint, ut cum *Sortes* integer naſcitur, ſiue *aliquid* eorum de nouo aduenit præexiſtenti perſonæ, unum tantum eſſe ſemper eſt. Et ratio eſt in promptu: quia non melioris ſunt conditionis perſonalia ex hoc, quòd adueniunt poſt, quàm ſi eſſent cõgenita ſeu coæua perſonæ: ſed ſi eſſent congenita ſeu coæua, nõ niſi unũ eſſe conſtitueretur, ergo ſi adueniunt, non deferunt nouum eſſe. Tertio declaratur, quid noui perſonæ adueniat ex ſuperaduentu perſonalium, & dicitur quòd eſt relatio ad nouam partem perſonalem. Et huius quoq; in prom-

eſſe conſequitur naturam: eſſe.n. eſt a forma. ergo in Chriſto ſunt duo eſſe.

¶ 2 Præt. Eſſe filii dei eſt ipſa natura diuina, & eſt æternum: eſſe autem hominis Chriſti non eſt diuina natura, ſed eſt eſſe temporale. ergo in Chriſto non eſt tantum vnum eſſe.

¶ 3 Præt. In Trinitate quàmuis ſint tres perſonæ, eſt tamen vnum eſſe propter vnitatem naturæ: ſed in Chriſto ſunt duæ naturę, quàmuis ſit vna perſona. ergo in Chriſto nõ eſt tantum vnum eſſe, ſed duo.

G ¶ 4 Præt. In Chriſto anima dat aliquod eſſe corpori, cum ſit forma eius: ſed nõ dat ſibi eſſe diuinum, cum ſit increatum. ergo in Chriſto eſt aliud eſſe, præter eſſe diuinum, & ſic in Chriſto non eſt tantum vnum eſſe.

SED CONTRA, Vnumquodque ſecundum hoc dicitur ens, ſe-

F ptu cauſa eſt, quia ſicut perſonalia congenita non dant perſonæ ſingula *propria* eſſe, ſed *perſona* unum eſſe habet relatum ad omnia perſonalia (Sortes enim non habet unum eſſe partiale a manu, & unum a capite, & unum ab hepate, & unum ab oculis &c. quaſi ex his conflētur unum eſſe totale, ſed Sortes habet ſuũ propriũ eſſe, quod eſt primo eſſe ipſius Sortis, & illo refertur ad omnia perſonalia, cum illo dicitur eſſe & ipſe, & dicitur eſſe ſecũdum caput, manus, pedes, &c.) ita ſi ſunt aduentitia, ſola relatio præexiſtenti eſſe acquiritur ad illa. Demũ poſita ipſa conditionali, declaratur ſenſus huiuſmodi relationis in Chriſto, ut ſcilicet perſona illa dicatur ſubſiſtere non ſolum ſecundum diuinam, ſed etiam ſecundum humanam naturam.

¶ Hæc ſunt in corpore articuli in quibus multæ ſunt quæſtiones. Prima domeſtica eſt de intẽtione & ſenſu Auctoris, an ſcilicet Auctor intendat docere, quòd *in Chriſto* nullum eſt eſſe actualis exiſtentiæ de genere ſubſtantiæ creatum, ſed ſola exiſtentia increata. Secunda quæſtio, an ita ſit in ueritate, quòd in Chriſto nulla exiſtentia ſubſtantialis ſit niſi diuina.

H ¶ Quæſtionis primæ ratio eſt, uarietas uerborum ipſius Auctoris: nam in quæſtionibus diſputatis de unione uerbi incarnati, Auctor clare dicit, in Chriſto inueniri duo eſſe, unum æternum, quod eſt eſſe principale ſuppoſiti, & unum temporale, inquantum uerbum eſt factum homo, & hoc eſſe eſt eſſe ſecundarium illius ſuppoſiti. In hac etiam litera non concludit Auctor, quòd Chriſto ſecundum humanam naturam non adueniat nouum eſſe, ſed ap poſuit ly perſonale, ut patet cũm infertur concluſio circa calcem corporis articuli, quaſi præſeruauerit ſe auctor ab exiſtentia actuali, ut eſt naturæ humanæ, non ut eſt perſonæ. In reſponſione quoque ad primum, non negatur totaliter dualitas eſſe: ſed cum cõparatiuo magis dicitur, quòd eſſe magis retinet unitatem ſecundum unitatem hypoſtaſis, quàm habeat dualitatem ſecundum dualitatem naturę. In quibus uerbis dualitas eſſe minus quidem affirmatur, non autem negatur totaliter, quaſi tamquàm quid ſecundarium, non niſi ſecundum quid affirmandum. In reſponſione quoq; ad tertiũm duplex eſſe inſinuatur, dum ſoluitur argumẽtum

I ex idemtitate naturæ & perſonæ in diuinis, & affirmatur conditionalis, quòd ſi ibi eſſet aliud eſſe naturæ, & aliud eſſe perſonæ, eſſet triplex eſſe. Hæc enim ſolutio inſinuat, quòd quia in humanis & in Chriſto, perſona non eſt idem cum natura aſſumpta, aliud eſt eſſe perſonæ, & aliud naturæ, ac per hoc duo ſunt in Chriſto eſſe. In oppoſitum autem eſt proceſſus articuli ſecundum planum illius ſenſum.

¶ Ad hoc dicitur, quòd proculdubio ſenſus literæ huius & doctrina Auctoris eſt, in Chriſto non inueniri aliquod eſſe actualis exiſtentiæ ſubſtantiale, niſi eſſe exiſtentiæ diuinum. Clare ſiquidem patet ex proceſſu huius articuli, tolli a Chriſto omne eſſe, quod a quacumque re perſonali in Chriſto eſt niſi a deitate. Fundatur enim uis rationis literæ ſuper hoc, quòd ſiue forma ſiue materia ſiue pars, ſiue natura quæcumque ſit ſpectans ad perſonalitatem alicuius, non affert ſuum eſſe, & propterea oportet alterum duorũ dicere, aut quòd natura humana non ſpectet ad perſonalitatem Chriſti, aut quòd non attulerit Chri-

K ſto eſſe, quod dediſſet perſonæ humanæ quam conſtituiſſet, ſi non fuiſſet aſſumpta. Ad hoc nãque fundauit ſe Auctor ſuper ꝑtinentia, uel impertinentia formę ad ꝑſonalitatẽ alicuius, ut pertinentia ad perſonalitatẽ alicuius, priuata fore ſingulis proprijs eſſe, ex hoc ipſo ꝙ ad alterius perſonalitatẽ ſpectãt, monſtraret: quoniam in hoc differunt perſonales a non perſonalibus formis, quòd non perſonales habent ſingulæ ſingula propria eſſe, ut patet de albedine, dulcedine, quantitate &c. perſonalia autem carent ſingulis eſſe. Et propterea ſi, pro quia, humanitas in Chriſto perſonalis res eſt, oportet quòd careat ſuo proprio eſſe, quod conſtat uocari eſſe actualis exiſtentiæ, natũ principiari ab humanitate, ſeu natũ eſſe humanitatis ut principij quo, Vnde perinde eſſet dicere humanitatem in Chriſto habere propriam exiſtentiam: ſed illã non eſſe ſimpliciter, aut principalem exiſtentiam Chriſti: ſed ſecundariam aut ſecundum quid, puta inquantum eſt homo, & collocare humanitatem Chriſti in ordine formarum ſeu naturarum non pertinentium



tium ad perſonalitatem, *quibus conuenit* afferre ſecũ ſua ſingula eſſe, & propterea multiplicare illa in vna & eadem perſona. Cum tamen euidenter in litera clarum ſit, humanitatem, Chriſti locatam eſſe inter ſpectãtia ad perſonalitatem, & ideo non afferre proprium eſſe; quia ſi afferret illud, multiplicaretur in vna & eadem perſona eſſe perſonale: quoniam eſſe propriũ naturæ humanæ eſt eſſe perſonale: eſt.n. eſſe *Sortis* aut Platonis &c.

¶ Ad obiecta autem in oppoſitum reſpõdendo ad primum dicitur, quòd opinio illa poſita in q. illa de vnione verbi, vt retractata cenſenda eſt, niſi quis adeo deſipiat, vt putet doctrinã in hoc vltimo libro traditam, & in authenticis libris etiam prius probatam, ſcilicet in 3. ſent. diſt. 6. q. 2. & in quolib. 9. q. 2. reducendam eſſe ad quæſtiunculam vix cognitam inter opera Auctoris, & longe ante factã. Quæ rationabilius creditur colligendo condita, inter ſchedulas diſputationum quàm vmquàm edita a D. Tho. conſtat enim quæſtionem illam de tanta re, hoc eſt de vnione verbi incarnati, imperfectiſſime materiam vnionis tractare, & per hoc diſſonare ab alijs quæſtionibus diſputatis eiuſdem, & rationibus multum debilibus vti, vt patet conferenti illos articulos ſimilibus in hoc opere, & quinque tantum articulis rem tantam abſoluere: præſeferunt ſiquidem hæc quod diximus.

¶ Ad ſecundum ſumptum ex corpore huius articuli dicitur, quòd nihil obſtat: quoniam eſſe perſonale, & eſſe ſubſtantiale perſonalium, apud Auctorem idem eſt, & iam declaratum erat in *hacmet litera hoc, quando illatũ* eſt, in Chriſto non aduenire nouum eſſe perſonale. Vnde ly perſonale, ſumitur ibi, vt diſtinguitur contra accidentale: quia enim hæc duo tantum eſſendi genera in perſona declarauerat, & Filio dei ex humanitate aſſumpta non aduenit nouũ eſſe accidentale, ſub quo ſubſtantiale eſſe exiſtentiæ *claudi oportet*, quoniam humanã natura non niſi ſubſtantiale eſſe exiſtentiæ ſecum affert, quod accidentale eſſe: filio dei, ideo ad differentiam huiuſmodi accidentalis eſſe addidit ly perſonale, alioquin concluſio nouum terminum appoſuiſſet, & non ſequeretur ex præmiſſis.

¶ Ad tertium *ſumptum ex reſponſione ad primum, dicitur* ꝙ comparatio cadit ſupra cauſas, & non ſupra effectus: vnitas enim perſonæ, & dualitas naturæ ſunt cauſæ, vnitas vel dualitas eſſe, eſt effectus. Docet ergo litera, quòd quia eſſe ad naturã ſe habet vt ad principium quo, ad perſonam vero ſe habet vt ad proprium ſubiectum quod, ideo *magis* vrget vnitas perſonæ ad vnitatem eſſe, quàm dualitas naturæ ad duo eſſe, ac per hoc, quia cauſa efficaciorem effectum habere debet, ponenda eſt vnitas, & nõ dualitas eſſe in Chriſto. Hic eſt verus & intentus ſenſus literæ, & reſponſione ſatisfacit argumẽto, vt patet, & conſonat *corpori articuli, nec ullam* habet diſſonantiam. Et ſi uis etiam grãmatice literam conſtruere, diſpone conſtruendo ly magis, ſupra ly ſecundum unitatem hypoſtaſis, & ſimiliter ly quàm, ſupra ly ſecundum dualitatem naturæ, & exponito: & ideo magis ſecundum unitatem hypoſtaſis retinet vnitatem, quàm ſecũdum dualitatem *naturæ* habeat dualitatem, & videbis, quòd comparatio fit ad cauſas, non ad effectus.

¶ Ad quartum ſumptum ex reſponſione ad tertium dicitur, ꝙ reſponſio iſta ſupponit vnum ſingulariſſimum verum in prima parte habitũ, ſcilicet quòd in ſolo deo eſſe eſt naturæ proprium, ita quòd ipſius eſt & ut quo, & ut quod eſt. In cæteris namque eſſe eſt naturæ vt quo, perſonæ autem, quæ eſt aliud quid a natura, eſt ut quod. Hinc enim ſequitur reſponſio literæ, ſcilicet quòd quia perſona in diuinis eſt idem quod natura, non eſt aliud eſſe perſonæ præter eſſe naturæ.

¶ Et bene nota ly præter, quia ex hoc uerbo inſinuat, quòd ſupponitur quòd eſſe ſit naturæ. Et cum dixit, Nõ eſt aliud, intendit de illa alietate, qua perſona eſt aliud a natura. In his enim, in quibus perſona & natura ſecundum rẽ differunt, ſicut perſona eſt aliud a natura, ita eſſe perſonæ debitum, eſt aliud ab eſſe naturæ. Aliud autem non per poſitionem duorum eſſe, quorum vnum ſit aliud ab alio, ſed per alietatem, ut ita dixerim, naturalem: quia alterius naturæ eſt eſſe, quod non debetur naturæ niſi per perſonam, cui primo conuenit, & alterius naturæ eſſet eſſe, quod conuenit naturæ abſque expectatione

cundum quòd dicitur vnum, quia vnum & ens conuertuntur. ſi ergo in Chriſto eſſent duo eſſe, & non tantum vnum, Chriſtus eſſet duo, & non vnum.

RESPON. Dicendum, quòd quia in Chriſto ſunt duæ naturæ & vna hypoſtaſis, neceſſe eſt quòd ea, quæ ad naturam pertinent in Chriſto, ſint duo: quæ autem pertinent ad hypoſtaſim in Chriſto, ſint vnum tantũ. Eſſe autem pertinet & ad naturam & ad hypoſtaſim: ad hypoſtaſim quidem, ſicut ad id quod habet eſſe: ad naturam autem, ſicut ad id, quo aliquid habet eſſe. Natura enim ſignificatur per modum formæ, quæ dicitur ens ex eo, quòd ea aliquid ẽ, ſicut albedine eſt aliquid album, & humanitate eſt aliquis homo. Eſt autem cõſiderandum, quòd ſi eſt ali-

B qua *forma* vel natura, quæ non ꝑtineat ad eſſe perſonale hypoſtaſis

A *a perſona, quod in ſolo deo inuenitur. Quia igitur in diuinis* perſona eſt idem cum natura vendicãte ſibi eſſe vt proprium, ideo non eſt aliud eſſe conueniens perſonæ quàm eſſe propriũ naturæ, & ideo tres perſonæ non habent niſi eſſe, & haberent triplex eſſe, ſicut eſt ibi triplex perſona, ſi perſonę eſſe diſtingueretur ab eſſe naturæ, hoc eſt, ſi pſonæ deberetur propriũ eſſe alterius rationis ab eo, quod debetur naturæ, quando eſſe eſt ꝓpriũ naturæ. Et hunc eſſe intentum ſenſum, videre potes, tum ex eo quòd nec in creaturis apud Auctorem eſſe duplex ponitur, vnum naturæ, & aliud perſonæ: tũ ex eo, quòd nõ triplex, ſed quadruplex eſſe haberent diuinæ pſonæ, ſi eſſe perſonæ eſſet aliud ab eſſe naturæ per poſitionem plurium eſſe in perſona & in natura, quia inueniretur præter eſſe naturæ in quo communicarent perſonæ, triplex eſſe perſonæ triplicis: in litera autem non niſi triplex infertur eſſe, ſi aliud eſſet eſſe naturæ, ab eſſe perſonæ: tum, quia hinc ſatis fit argumento, quòd non eſt eadem ratio de vnitate uel pluralitate ipſius eſſe penes naturam, vel perſonam in Trinitate, & in myſterio incarnati Verbi: quia in Trinitate eſſe eſt naturæ proprium: & ideo eius unitatem ſequitur, & non pluralitatem perſonarum, exiſtente perſona idẽ cum natura: *in aſſumpta* autem natura a Verbo, eſſe eſt proprium perſonæ: quia perſona aliud eſt a natura: ſicut in ceteris hominibus eſſe, quàmuis ſit a natura, non eſt tamen natu-

C ræ, ſed perſonæ proprium, & propterea ad vnitatem perſonæ ſequitur vnitas eſſe, & ad pluritatem naturæ non ſequitur pluralitas ipſius eſſe. Nec ſatis fieret argumento ſi exponeretur litera, quòd ubi perſona eſt aliud a natura, ibi ſunt duo eſſe, vnum naturæ & aliud perſonæ: ſed potius argumenti vis firmaretur, & concluderentur in Chriſto duo eſſe, unum naturæ & perſonæ ſimul diuinæ, & aliud naturæ humanæ: quoniam perſona Chriſti *aliud* eſt a *natura* humana aſſumpta. Eſt igitur indubie tenendum ſecundum Auctoris doctrinã, in Chriſto nullũ eſſe actualis exiſtentię ſubſtantialis inueniri, niſi eſſe actualis exiſtentiæ Filij Dei, quod eſt æternum, & ipſe deus.

¶ Circa ſecundam autem quæſtionem multiplex dubium occurrit: nã *primo dubitatur de præmiſſis: deinde de modo,* quo

D ponitur Chriſtus exiſtentiam humanam habere: tertio, de ipſa concluſione: quarto, de ſua contradictoria. *Scotus* in primis in 3. ſent. diſt. 6. q. 1. arguit proceſſum iſtum quo ad fundamentum, ſcilicet quòd vnum & idem eſt eſſe perſonæ & pertinentium ad perſonam, tum quo ad perſonam reſpectu naturæ, tũ quo ad perſonam reſpectu partium. Et primo etiam arguit non ſequi intentum ſic, Eſſe naturæ & perſonæ eſt idem, quãdo eſt in proprio ſuppoſito: quia ſuppoſitũ non addit rem ſupra naturam, ſed negationem. ergo ſi a natura tollatur ratio ſuppoſiti, tollendo illas negationes, non propterea tollitur eſſe naturæ, ſed remanet cum ſuo eſſe, ac per hoc in alia perſona poſita, haberet & ſuum eſſe, & eſſe illius perſonæ, non eſt ergo idem iudicium de natura in proprio vel alieno ſuppoſito, quo ad unum uel plura eſſe. Et confirmatur: quia ſicut perſona aſſumens non ſupplet idemptitatem perſonæ humanæ cum natura humana, ita eſſe perſonæ aſſumentis non ſupplet idemtitatem ipſius eſſe perſonæ humanæ, & naturæ humanæ.

E ¶ Contra ſecundum vero de partibus perſonæ arguit. Pars adueniens toti non dat eſſe toti, ſed recipit: quia perficitur a forma totius: quod probatur: quia ſi remaneret diſtincta ſicut prius non reciperet eſſe totius, ſed vel haberet proprium eſſe, vel nullum: ſed natura humana vnita verbo non habet rationem partis, nec iſtam rationem partis: quia non informatur a uerbo, ſed remanet ſimpliciter diſtincta, igitur vel nullum eſſe habet, vel aliquod eſſe proprium.

¶ Contra modum, quo ponitur Chriſtum habere eſſe, ſecundum naturam humanam, ſcilicet quòd uerbum nouo modo relatiue ſe habet ſecundũ illam, arguit. Si verbũ tantũ habeat reſpectum nouũ ad naturam illam, & ille eſt reſpectus rationis tm̃, cum per reſpectum rationis non dicatur ſubiectum formaliter eſſe aliquid. ergo verbum, inquantum homo, non erit formaliter aliquid. Conſequens eſt contra illud, extra de hæretic. Cum Chriſtus. ergo &c.

¶ Contra concluſionem ipſam, ſcilicet, in Chriſto nullum eſt eſſe

eſſe exiſtentiæ ſubſtantiale creatum, arguit ſeptem vel octo medijs. Primo, Terminus per ſe generationis habet eſſe acquiſitũ per generationem: filius Dei homo eſt per ſe terminus generationis ex matre. ergo. Si dicatur, inquit Durandus, ꝙ generatio terminatur ad eſſe diuinum, non ſecundum ſe, ſed relatiũ ad humanam naturam; Cõtra, Illud eſt per generationẽ acceptũ, quod eſt per corruptionem mortis perditũ: ſed per mortem Chriſti nõ ẽ amiſſa relatio Verbi ad naturã aſſumptam, ſed eſſe vitale ſecundum naturam humanam. ergo illud non eſt per generationẽ acquiſitum, ſed hoc.

¶ Secundo, in Chriſto fuit duplex viuere, vt patet ex hoc, quòd vnum per mortem perdidit. ergo in ipſo fuit duplex eſſe. Et tenet ſequela ex ſecundo de Anima: Viuere viuentibus eſt eſſe.

¶ Tertio, anima Chriſti creabatur. ergo habuit creatam exiſtentiam. Probatur ſequela: quia creatio terminatur ad exiſtentiã.

¶ Quarto, humanitas Chriſti eſt effecta & conſeruatur a tota Trinitate. ergo ſecundum exiſtere creatum. Probatur conſequentia: quia non ſecundum exiſtere increatum. Probatur: quia nihil efficit ſe.

¶ Quinto, ſi natura aſſumpta a Verbo dimitteretur, non oporteret acquiri ſibi nouum eſſe per generationem, nec per creationem: & tamen ipſa ex hoc, quòd dimiſſa, non eſſet annihilata, nec eſſet ens in potentia (vt anima antichriſti ante creationem) ergo haberet aliquod eſſe in actu, & non nouum: quia per nullam mutationem poſitiuam. ergo idem quod modo habet. igitur &c. Et ſi dicatur, inquit Durandus, quòd habet eſſe nouum: ergo eſt corrupta. Probatur dupliciter ſequela: tum quia perdidit eſſe ſimpliciter, & acquiſiuit aliud eſſe ſimpliciter: tum quia, niſi hoc ſufficiat ad corruptionem ſimpliciter naturæ, ſed requiritur quòd nullum aliud eſſe recipiat, ſequeretur quòd numquã poterit eſſe corruptio ſine annihilatione.

¶ Sexto, natura angeli poſſet aſſumi a Verbo, & illa non poteſt manere eadem, niſi maneat ſua exiſtentia eadem: ſecundum iſtos. ergo nec natura humana modo poſſet manere eadem in Chriſto, niſi maneret ſua exiſtentia. Conſequentia eſt manifeſta: quia ita eſt intrinſeca ſua exiſtentia vni, ſicut alteri.

¶ Septimo, fundamentum relationis naturaliter præcedit relationem, & ſecundum eſſe actuale, præcedit rationem relationis actualis: vnio iſta fuit relatio actualis. ergo eius fundamentum præceſſit naturaliter ſecundum eſſe actuale, fundamentũ illud erat ipſa natura totalis. igitur &c. Confirmatur, Prius naturaliter anima perficit corpus, quã tota natura eſſet nata aſſumi: in illo priori forma fuit actus materiæ, & per conſequens dabatur eſſe ſibi quod nõ corrumpebatur per aſſumptionem.

¶ Octauo, arguitur ex doctrina Auctoris in 1. par. q. 50. ar. 5. ex propoſito probantis eſſe non poſſe ſeparari a forma: ſicut nec rotunditas poteſt ſeparari a circulo: quia eſſe conuenit formæ ſecundum ſe, ſicut rotunditas circulo. Ex hoc enim arguitur ſic. Eſſe non poteſt ſeparari a forma. ergo nec ab anima Chriſti, igitur anima Chriſti habet proprium eſſe.

¶ A Durando quoque in 3. ſent. diſt. 6. q. 2. vltra præallata arguitur: quia agere eſt etiam ſuppoſiti ſicut & eſſe, & præſupponit eſſe, & multiplicatur in Chriſto. ergo.

¶ Aureolus etiam & Io. de Neapoli apud Capreolum in 6. diſt. 3. ſent. arguunt. Ille quidem: quia eſſe exiſtentiæ eſt actus quo formaliter eſſentia eſt: eſſe diuinũ non actuat eſſentiam humanam. ergo humanitas Chriſti vel eſt actuata ſuo eſſe, vel adhuc perſeuerat potentialis ad eſſe: nam eſſe diuinũ non ſupplet vicem cauſæ formalis inhærentis. Iſte aũt: tum quia ſecundum Damaſc. quod eſt inaſſumptibile, eſt incurabile: tũ quia Chriſtus homo perfectus eſt, nihil minus habens tam in diuinitate, quàm in humanitate. Et qui oppoſitum dixerit plenus diaboli ſpiritu, ſeipſum gehennæ filium demonſtrabit, vt Damaſus dixit in epiſtola recitata in lib. 9. tit. 15. Hiſtoriæ tripartitæ.

¶ Demũ pro contradictoria concluſionis arguit Scotus tenens illam, tum quia humanitas Chriſti eſt extra cauſam ſuam, ergo habet neceſſario propriã exiſtentiam actualem, ſicut habet proprium eſſe quidditatiuũ, licet nõ habeat propriã ſubſiſtentiam, quæ nihil poſitiui addit: tum quia Verbum ſubſiſtit in natura humana, ſicut ſuppoſitum in natura, ꝑꝑ quod proprie F dicitur homo: & ideo eſt exiſtens exiſtentia huius naturæ, Sicut per oppoſitum: quia ego non ſum pes meus, nec ſubſiſto reſpectu pedis, ſicut reſpectu naturæ, ideo exiſtentia pedis mei non eſt exiſtentia mei, quàmuis ſit in me: ſed ecõuerſo magis pes exiſtit per exiſtentiam mei. Nec eſt, inquit Scotus exiſtẽtia humanitatis Chriſti exiſtentia ſecundum quid, ſed ſimpliciter, tam in ſe, quia eſt exiſtẽtia de genere ſubſtantiæ, quæ eſt ens ſimpliciter, quàm reſpectu Chriſti: quia qualis eſt exiſtentia in ſe, tale exiſtere dat cuicumq; exiſtenti per ipſam: ſed Verbum exiſtit exiſtẽtia iſta, ſ. naturæ humanæ. ergo exiſtit ſimpliciter per exiſtentiam naturæ humanæ, & ſic ſunt duæ exiſtentiæ ſimpliciter, non ſolum in Chriſto, ſed Chriſti: tum quia in Chriſto ſunt duæ voluntates & duo velle ſecundum Damaſ. c. 62, ſed eſſe intimius ſeu immediatius, ſe habet ad eſſentiam, quam velle ad voluntatem. ergo magis neceſſe eſt plurificari eſſe, ſecundum pluralitatem naturarũ. Vel formetur ſic. Natura vt diſtinguitur contra ſuppoſitum, eſt principium operandi. ergo eſt etiam principium eſſendi in actu: quia eſſe immediatius ſe habet &c.

ſubſiſtentis, illud eſſe non dicitur eſſe illius perſonæ ſimpliciter, ſed ſecundum quid, ſicut eſſe album, eſt eſſe Sortis, non inquantum eſt Sortes, ſed inquãtum eſt albus. Et huiuſmodi eſſe nihil ꝓhibet multiplicari in vna hypoſtaſi vel perſona: aliud enim eſt eſſe, quo Sortes eſt albus, & quo Sortes eſt muſicus: ſed illud eſſe, quod pertinet ad ipſam hypoſtaſim vel perſonam ſecũdum ſe impoſſibile eſt in vna hypoſtaſi vel perſona multiplicari; quia impoſſibile eſt, quòd vnius rei non ſit vnum eſſe. Si igitur humana natura adueniret filio Dei non hypoſtatice vel perſonaliter, ſed accidentaliter (ſicut quidã poſuerunt) oporteret ponere in Chriſto duo eſſe: unum quidem, ſecundum G quòd eſt deus, aliud autem, ſecundum quòd eſt homo: ſicut in Sorte ponitur aliud eſſe, ſecundum quòd eſt albus, & aliud, ſecundum quòd eſt homo, quia eſſe album, non pertinet ad ipſum eſſe perſonale Sortis. Eſſe autem capitatum, & eſſe corporeum, & eſſe animatum, totum pertinet ad vnam perſonam Sortis: & ideo ex omnibus his, non fit niſi [d] vnum eſſe in Sorte. Et ſi contingeret, quòd poſt conſtitutionem perſonæ Sortis, aduenirẽt Sorti manus vel pedes vel oculi, ſicut accidit in cæco nato, ex his non accreſceret Sorti aliud eſſe, ſed ſolum relatio quædam ad huiuſmodi, quia ſcilicet diceretur eſſe non ſolum ſecundum ea, quæ prius habebat, ſed etiam ſecundum ea, quæ ſibi poſtmodum aduenĩũt. Sic igitur, cum humana natura coniungatur filio dei hypoſtatice vel perſonaliter, vt ſupra dictum eſt,* & non accidentaliter, cõſequens eſt quòd B ſecundum humanam naturam nõ adueniat ſibi nouum eſſe perſonale, ſed ſolum noua habitudo eſſe perſonalis præexiſtentis ad naturã humanam, vt ſcilicet perſona illa iam dicatur ſubſiſtere, non ſolum

¶ H Ad euidentiam horum, non ſunt alia fundamenta iaciẽda, ſed ſupra poſitum in litera fundamẽtum ſolide fabricandum: quàmuis enim dum non curamus de diſtinctione inter perſonam & naturam, dicamus, eſſe actualis exiſtentiæ, de quo eſt ſermo, eſſe actualitatem naturæ cuiuſq; creatæ, cum tñ exacte diſcernitur ꝑſona a natura, dicimus, vt in hac litera habetur, ꝙ eſſe eſt actus naturæ, vt principij quo, perſonæ aũt vt ſubiecti, ſeu qđ habet ipſum eſſe: ita quòd natura eſt principiũ quo immediatum ipſius eſſe, ſed non eſt receptiuum immediatum ipſius eſſe, ſed mediante perſona, ita ꝙ oportet naturam perſonari ad hoc, vt ab ea principietur actualiter ipſum eſſe, non ex defectu naturæ principiantis vt quo: ſed quia deficeret ſuſceptiuum primum ipſius eſſe, ſi non eſſet perſonata: perſona enim eſt, cui primo conuenit eſſe vt ſubiecto, ſeu quod habet eſſe, ſeu quod eſt: & ſi his adiunxeris, quòd natura nũquàm eſt, quod eſt, ſed ſemper eſt quo eſt, inuenitur ſiquidem natura exiſtens, non vt quæ exiſtit: ſed vt qua aliquis exiſtit, perſpicies duo. Primum, quòd ad hoc quòd natura exiſtat, non exi- I gitur quòd ipſa actuetur per exiſtentiam, vt ſubiectum actuatur per formam in eo, ſed ſufficit quòd ipſa ſit, qua aliquis exiſtit. Nec mirum eſt ſcientibus, quòd non omnia vno eodemq; modo ſunt, ſed ſat eſt vnicuique entium eſſe modo ſibi conuenienti: ſunt enim multi eſſendi modi. Et naturis quidẽ ac formis conſonus eſſendi modus eſt, non vt ſint tamquàm quod eſt, ſed vt ſint tãquàm quo eſt: nec plus eis debetur: ſicut apud Peripat. principium eſt indubitatum, quòd formæ ſunt & non ſunt abſque ſui generatione & corruptione. Aliud eſt, ꝙ quia prius natura perſonatur quàm exiſtentiam propriam conſtituat, intimior eſt perſona naturæ, quàm exiſtentia, ac per hoc ſi poteſt præueniri, ne conſtituat propriam perſonam, multo magis poteſt præueniri, ne conſtituat exiſtentiã, ordine ſiquidem quodam, perſonalitas prius, & exiſtentia deinde a natura conſtituitur propter antedictam rationem. Et ex his ſequitur tertium, ꝙ natura carens propria perſonalitate: quia præuenitur ab aliena, oportet conſequenter quòd careat propria exiſtentia: ſi enim exiſtentia propria non prouenit ab ipſa actua- K liter, niſi in propria perſona, ex hoc ipſo quòd ad alienam trahitur perſonam, ſequitur quòd ad alienam trahitur exiſtẽtiã, illius ſcilicet perſonæ præuenientis ipſam. Et rurſus, ſi exiſtentia non debetur naturæ, vt quod eſt, ſed vt quo eſt, perſonæ autem vt quod, ex hoc ipſo quòd natura trahitur ad alienã perſonam, vt ſit quo eſt, ſequitur quòd ſufficienter conſecuta eſt exiſtentiam: quia conſecuta eſt exiſtentiam illius perſonæ, modo conuenienti ipſi naturæ, ſcilicet vt quo: hoc enim ipſum, quod eſt, naturam aliquam eſſe naturam alicuius perſonæ actu exiſtentis, eſt naturam illam exiſtere, ſiue perſona illa ſit conſtituta per illam naturam, ſiue non. Sicut igitur in Chriſto, ut inferius patebit, unam tantum filiationem, relationem realem ponimus ex defectu ſubiecti, ita in Chriſto ex defectu ſubiecti primi unum tantum eſſe ponimus. Primum enim ſubſtantialis exiſtentiæ ſubiectum eſt perſona. Repugnat aũt diuinæ perſonæ exiſtentia creata duplici rõne. Prima eſt ex diuinitate: quia diuina perſona non poteſt recipere in ſe creatum aliquid. Secunda eſt, ex communi ratione perſonæ; quia perſonæ vnius non eſt niſi vnum eſſe ſubſtantiale. Et hæc ratio in litera ponitur. Quocirca quia humanitas Chriſti præuenta eſt in myſterio incarnationis, vt propriam non ſortiretur perſonalitatem, ſed ad perſonalitatem Verbi aſſumpta eſt, iõ quaſi impedita eſt a proprio eſſe, & eſt ſortita eſſe perſonæ diuinæ, ex hoc ipſo, ꝙ eſt diuinæ perſonæ natura dicta de illa in quid. Habet .n. ex hoc ſuum eſſendi modum, ſcilicet, eſſe vt quo, (natura enim perſonæ eſt vt quo, nec plus ſibi debetur.

D. 560.

¶ Ad primo ergo obiecta contra fundamentum proceſſus, quia idem eſt eſſe naturæ & perſonæ, reſpondetur præmittendo tamen, quòd fundamentum Auctoris eſt quidem idemtitas ipſius eſſe reſpectu naturæ & perſonæ: ſed non ſola idemtitas, ſed adiuncta modi diuerſitate reſpectu vtriuſque: quia ſcilicet illud idẽ eſſe eſt naturæ, vt quo; perſonę, vt quod. Ex idemtitate enim eſſe cum hac modi diuerſitate, procedit litera, vt patet. Sed Scotus contra ſolam idemtitatem affert pro cauſa, & hoc eſt primum, in quo argumentum deficit. Veruntamen quia idemtitas quoque cauſa eſt, reſpondetur quòd falſa ratio redditur, quare eſſe eſt vnum vtriuſque, quia ſcilicet non differunt re aliqua: quoniam, vt patet ex ſuperius diſcuſſis, perſona addit rẽ aliquam ſupra naturam: addit enim terminationẽ ipſius. Vnde argumentum Sco. aſſumit, & non cauſam pro cauſa, & falſum. Vera autem cauſa eſt: quia eſſe vnicuique rei ſufficit ſuo modo. propterea enim perſonæ & perſonalibus omnibus ſufficit vnum eſſe: quia eodem eſſe perſona eſt, vt quod, perſonalia vt quo, vel ſecundum quòd, vel alio ſimili modo. Et per idem patet reſponſio ad cõfirmationem: non oportet enim perſonã ſupplere idemtitatem cum natura, ſed ſufficit quòd ſuppleat perſonalitatem illius naturæ. Ex hoc enim, quòd verbum ſupplet humanitatis perſonam, ſupplet etiam illius eſſe: quia fit ipſum quod eſt humanitatis, ac per hoc humanitas exiſtit, vt quo eſt perſonæ, quæ eſt humanitatis quod eſt.

¶ Ad obiecta vero eiuſdem, contra vnum eſſe partis & perſonę reſpondetur, quòd ſi vis fiat in verbis, aſſumitur non cauſa vt cauſa: non enim ideo pars eſt contenta ipſo eſſe totius, quia perficitur per formam totius: ſed quia ſpectat ad integritatem totius. Ex hoc enim fit, vt ſit contenta modo eſſendi congruo, ac debito integrantibus perſonam, ſcilicet vt exiſtant per exiſtere totius, ex hoc ipſo, quòd totius integratiua ſunt. Et proportionaliter in propoſito dicitur, quòd quia humanitas Chriſti pertinet ad perſonalitatem Chriſti: quia eſt aſſumpta quaſi ad integritatem perſonæ Chriſti, non quaſi ſuppleat defectum aliquem in perſona Chriſti, ſed vt ſit perſona Chriſti perſona illius humanitatis, ideo humanitas Chriſti non dat nouum eſſe Chriſto: ſed contenta eſt conſono ſibi eſſendi modo, vt ſcilicet exiſtat ex hoc ipſo, quòd eſt natura Chriſti.

¶ Ad probationem autem, quia ſi pars maneret diſtincta a toto, vt prius & cetera, dicitur quòd iſta conditionalis non probat probandum: quoniam cum ipſius veritate ſtat falſitas cauſalis aſſumptæ, quæ negata eſt. Veruntamen ad rem dicendo, non faciendo vim in verbis, reſpondetur quòd ſi pars remaneret diſtincta & omnino diuerſa a toto, dumtamen eſſet toti vnita pars perſonaliter, non afferret nouum eſſe, ſed exiſteret per eſſe ſui totius. Et in propoſito humanitas Chriſti non ſic aduenit perſonæ diuinæ, vt ſit diſtincta ab illa ſicut prius: ſed eſt indiuiſa a perſona ſecundum eſſe perſonale, ita quòd non eſt ſicut pars ſeparata, ſed eſt ſicut pars coniuncta ſecundum eſſe ſubſtantiale: eſt enim aſſumpta ad perſonalitatem poſitiuã uerbi dei. Et ex hac perſonalitate communicata humanitati Chriſti perfecta eſt humanitas illa, multo plus, quam quæcumque pars perficiatur per hoc, quòd aduenit ſuo toti: acquiſiuit enim perfectionem infinitam, acquirendo perſonalitatem infinitam. Quo fit, ut quia humanitas Chriſti non remanet diſtincta, ſed indiſtincta ſecundum eſſe ſubſtantiale a Verbo, conſequens ſit, ut non det Verbo nouum eſſe, ſed ipſa ſit per eſſe infinitum ipſius Verbi.



A ¶ Ad obiecta deinde eiuſdem Scoti contra modum, reſpondetur, quòd ex malo intellectu literæ procedit. Interpretatur ſiquidem arguens Auctorem dicere, inter Verbum & naturam humanam non eſſe coniunctionem, niſi relatiuam relatione rationis ex parte Verbi: & ideo arguit, Si tantum habet relationem &c. Hic autem ſenſus longe eſt a nobis, plus quã terra a cælo: quoniam ſecũdũ doctrinam Auctoris ſæpe repetitam, inter Verbũ & humanitatem aſſumptã eſt coniunctio ſubſtantialis, quã comitatur vnio relatiua. (q. 2. ar. 6.) Sed quia cõiunctio iſta ſubſtantialis non eſt ſecundum nouũ eſſe ipſius humanitatis, ſed ſecundum æternum eſſe ipſius Verbi, ideo Auctor ad ad excludendam acquiſitionem noui eſſe, dicit quòd ſolum aduenit ſibi noua relatio, & non dixit hoc ad excludendã coniunctionem ſubſtantialem ſecundum perſonalitatem & illius eſſe, ut clare patet in litera: quin potius cũ dictio excluſiua non excludat a concomitantibus nec fundamentũ a relatione, ponendo ſolum nouam relationem acquiri, intelligitur præacquiri fundamentũ illius, qđ eſt perſonalis coniunctio, ſuper qua fundatur relatio C noua perſonæ ad naturã. Vñ patet argumentũ totaliter ruere.

¶ Ad obiecta contra concluſionem reſpondendo, ad primam Scoti dicitur, negando maiorem ad ſenſum arguentis: generationis enim terminus habet eſſe nouiter acquiſitum, uel antiquum nouo modo ſe habens.

¶ Vnde ad obiectionem Durandi contra hanc reſponſionem, dicitur, quòd ſi maior intelligatur cum præciſione, falſa eſt: nã licet illud per generationem ſit acceptum quod eſt per corruptionem mortis amiſſum, non tamen illud præciſe. Sed ſi ad terminum formalem generationis propoſitio reſtringatur, cõcedatur: ſed terminus formalis eſt natura, uel anima in corpore, & per mortem humanitas ipſa corrupta eſt per ſeparationem animæ a corpore. Quàmuis etiam dici poſſit, falſam eſſe minorem: quia deſinẽte per mortem humanitate Chriſti, quæ eſt ipſa natura humana reſultans ex partibus unitis, oportuit quoque deſinere unionem Verbi ad illam ſecundum ſe, quàmuis remanſerit ad illam ſecundum vtramque ſui partem, ani- D mam ſcilicet & corpus.

¶ Ad ſecundum Scoti dicitur, ꝙ uerbum Philoſophi uerum eſt de uiuere eſſentiali & de eſſe eſſentiali: uiuere enim eſt eſſe eſſentiale. Et hoc in Chriſto duplex fuit, & unum eorum quod in coniunctione animæ & corporis cõſiſtit, corruptum eſt per mortem, & non intelligitur de eſſe actualis exiſtentiæ.

¶ Ad tertium dicitur, negando ſequelam, & ad probationem, ꝙ creatio terminatur ad rem, quæ creatur ſub exiſtentia noua ſimpliciter uel illi rei, quæ creatur. Et ſic anima Chriſti creata eſt, ut exiſtat exiſtentia noua ſibi, non noua ſimpliciter.

¶ Ad quartum dicitur, quòd humanitas Chriſti effectiue conſeruatur, & facta eſt a tota Trinitate ſecundum eſſe exiſtentiæ increatum communicatum ſibi. Nec ſequitur quòd deus efficiat ideo ſe, aut ſuum eſſe, ſed quòd effecerit, & cõſeruet ſe, ſuũ eſſe communicatum humanæ naturæ perſonaliter.

¶ Ad quintum dicitur, ꝙ ſi humanitas Chriſti dimitteretur a E uerbo, ſortiretur nouam perſonalitatem & nouam exiſtentiã, non per aliquam nouam actionem, ſed per antiquam actionem, qua a principio effecta fuit. Illa enim actio tamquàm impedita a completione proprij effectus, ob præuenientem perſonalitatem Verbi non eſt hactenus conſecuta effectum propriæ perſonalitatis & propriæ exiſtentiæ. Modo autem dimiſſio ipſa eſſet tamquàm remotio prohibentis, & ſic ſortiretur effectum nouæ perſonalitatis & noui eſſe. Et probatur ſic eſſe dicendum: quia perinde ſe haberet humanitas dimiſſa, ac ſi non fuiſſet aſſumpta: ſed conſtat quòd ſi non fuiſſet aſſumpta, ex ſua generatione propriam perſonalitatem & propriam exiſtentiam habuiſſet, igitur ſi dimitteretur, acquireret propriã perſonalitatem & propriam exiſtentiam a generante, per ſe loquendo, & a dimittente per accidens, tamquàm a remouente prohibens. Et per hæc patet ad formam argumenti, quòd haberet eſſe nouum per nouam mutationem: licet per accidens, tamquàm remotionem prohibentis, & per antiquã per ſe, ſoluto impedi-

secundum diuinam naturam, ſed etiam ſecundum humanam.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ eſſe conſequitur naturam, non ſicut habentem eſſe, ſed ſicut qua aliquid eſt: perſonam autem ſiue hypoſtaſim conſequitur, ſicut habentem eſſe. Et ideo magis retinet vnitatem ſecundum vnitatem hy- G poſtaſis, quàm habeat dualitatem ſecundum dualitatem naturæ.

Ad 2ᵐ dicendum, quòd illud eſſe æternum filii Dei, quod eſt diuina natura, fit eſſe hominis, inquãtum humana natura aſſumitur a filio Dei in vnitatem perſonæ.

Ad 3ᵐ dicendum, quòd ſicut in prima parte dictum eſt*, quia perſona diuina eſt idem cum natura, in perſonis diuinis non eſt aliud eſſe perſonæ præter eſſe naturæ, & ideo tres perſonę non habẽt, niſi vnum eſſe. Haberent autem triplex eſſe, ſi in eis eſſet aliud eſſe:

* P. p. q. 3. a. 3. & 4.

impedimento: ſicut graue impeditum mouetur a generante per F ſe, a remouente prohibens per accidens. Habet enim a generante humanitas plus ad perſonalitatem propriam & propriam exiſtentiam, quàm graue ad motum deorſum, cum illa ſeipſa ad hoc tendat intime: hoc autem per grauitatem & extrinſece: in cuius ſignũ illa per ſolam omnipotentiã diuinam poteſt impediri, hoc autem a naturalibus & voluntariis impeditur paſſim.

¶ Ad obiectionem autem Durandi dicitur, quòd talis dimiſſio eſſet nonnulla corruptio: quoniam corrumperetur humanitas non in ſe, ſed ſecundum eſſe coniunctũ Verbo, & perderet duo, ſcilicet perſonalitatem diuinam ſibi, & exiſtentiam diuinã ſibi, & acquireret perſonalitatem propriam, non ſolum ſibi, ſed ſimpliciter: & ſimiliter exiſtẽtiam propriã, & ſibi, & ſimpliciter: ſic eſſet ſecundum rem. Ad rationes autem terminorum ſpectando, dicitur quòd corruptio ſimpliciter naturæ compoſitæ (qualis eſt humanitas Chriſti) non attenditur penes eſſe actualis exiſtentiæ, ſed penes eſſe eſſentiæ, quod ex eo clare patet, quòd humanitas Chriſti per mortem corrupta eſt, ex hoc quòd anima ſeparata eſt a corpore. Et in hoc omnes conuenimus, quamuis ſecundum Auctorem & multos, nullum eſſe actualis exiſtentiæ fuerit per Chriſti mortem corruptum. Quum igitur ex perdi H tione eſſe corruptio ſimpliciter infertur, niſi ſit ſermo de eſſe eſſentiæ, aut de eſſe vt includit eſſe eſſentiæ, negetur ſequela. Et per hoc patet quòd ſubiuncta probatio nihil valet dicendo, Si non ſufficit perdere vnum eſſe exiſtentiæ, & acquirere aliud, ſed oportet etiam nullum aliud acquirere, ergo annihilatio. Stat enim, quòd perdat vnum, & nullum aliud acquirat, & non annihiletur, ſed corrumpatur per expoliationem materiæ ab illa forma. Si enim in ipſa dimiſſione humanitatis a Chriſto, anima illa ſepararetur a corpore, tunc humanitas Chriſti perderet vnum eſſe, & nullum aliud acquireret, quia non eſſet, & tamen non annihilata eſſet: quia remaneret, & materia cum forma cadaueris, & anima intellectiua cum noua exiſtentia modo præexpoſito.

¶ Ad ſextum Scoti negatur, quòd apud nos natura Angeli non eſſet eadem, niſi ſit eadem exiſtentia.

¶ Ad ſeptimum conceditur, quòd fundamentum eſt prius ſecũ I dum actualem exiſtentiam relatione, & in propoſito: dicimus enim quòd humanitas Chriſti fuit prius exiſtens, quàm relata ad Verbum. Sed negatur ſequela: iſta fuit exiſtens, ergo propria exiſtentia, ſtat enim quòd fuerit exiſtens exiſtentia Verbi. Et hæc reſponſio ſatisfacit omnibus argumentis, quæ fiunt de agere, ꝙ ſupponit exiſtere, & de accidentibus, quòd ſupponunt ſubiectum exiſtere, & ſimilibus: conceditur enim ſemper, ꝙ hæc omnia in Chriſto ſupponunt humanitatem exiſtere, ſed ab exiſtentia ad exiſtentiam propriam, non valere conſtat argumentũ: ſtat enim quòd præexiſtat exiſtentia communicata ſibi ex perſonalitate Verbi ſibi communicata.

¶ Ad confirmationem dicitur, quòd anima Chriſti informabat corpus, & dabat ei eſſe animatum, eſſe dico eſſentiæ: eſſentialiter ſiquidem conſtituebat animatum corpus, non autem eſſe exiſtẽtiæ propriæ, ſed antequam daret hoc, præuẽta fuit ex aſſumptione ad perſonam Verbi.

¶ Ad octauum ex doctrina Auctoris dicitur, quòd doctrina Auctoris intelligitur de ſeparabilitate naturali, quòd ſcilicet impoſſibile eſt naturaliter formam ſeparari a ſuo eſſe. Et ex hoc cõcludit efficaciter formas ſubſiſtentes per ſe abſque materia, eſſe incorruptibiles, anima aũt Chriſti abſque proprio eſſe ex diuinæ omnipotentiæ præuentione. Nec obſtat exemplũ de circulo & rotunditate, quia exempla & ſimilia non currunt in omnibus. Et ſi exigat pars exactam reſponſionem ad ſingula, dicito quòd hæc propoſitio, Formæ conuenit per ſe proprium eſſe, poteſt intelligi dupliciter. Primo, quòd per ſe conueniat formæ vt principio, & ſic eſt vera: ſed quia perſeitas principii eſt impedibilis per ſuperiorem cauſam, ideo cum huius propoſitionis veritate, ſtat quòd in Chriſto anima præuenitur a proprio eſſe, cuius per ſe eſſet principium. Alio modo intelligitur, quòd per ſe conueniat formæ vt principio & ſubiecto, ſicut propria paſſio conuenit ſubiecto proprio. Et ſic hæc propoſitio non eſt vera, niſi de forma, propria perſonalitate ſeu ſubſtantia terminata, qualis non eſt anima Chriſti, quę non niſi per Verbum ſubſiſtit. Vnde Auctor ibi ex prima propoſitione, Forma inquantum forma, ſubſumpta ſecunda de forma per ſe ſubſiſtẽte, cõcludit Angelos incorruptibiles. Et vere ſic eſt, quia implicat formam per ſe ſubſiſtere abſque proprio eſſe, non minus quàm circulum abſque rotunditate inueniri.

¶ Ad Durandum dicitur, quòd licet eſſe, & agere conueniant in hoc, quòd vtrumque eſt ſuppoſiti, quia tamen diuerſimode ſunt ſuppoſiti, ideo non eſt ſimilis de illis ratio quo ad vnitatem, vel pluralitatem. Eſſe enim eſt ſuppoſiti immediate, vt ſubiecti, agere autem nõ ſuſcipitur in ſuppoſito, niſi mediante natura & potentia eius, & iccirco agere multiplicatur cum pluralitate naturæ, eſſe vero eſt cum perſona vna.

¶ Ad Aureolum dicitur, quòd eſſe exiſtentiæ non actuat eſſentiam niſi terminatam, hoc eſt perſonatam, ſeu per ſe ſubſiſtentem: & quia humanitas Chriſti non eſt terminata propria perſonalitate, ſed perſonalitate Verbi, ideo non conuenit ſibi actuari per exiſtentiam. Et hæc intellige, loquendo de Actuare & Actuari per modum inhæſionis. Nam ſi de Actuare & Actuari, infra totam latitudinem ſuorum modorum ſermo ſit, non eſt remotum a Philoſophia diuina, Deum poſſe H actuare rem creatam. In cuius ſignum diuinam eſſentiam eſſe actum cuiuſque intellectus videntis ipſam, & Theologi, & Philoſophi fatentur. Cum ergo naturam humanam in Chriſto ex diuina perſonalitate, & eſſe diuino perfici fateamur, non eſt abſonum fateri etiam, quòd actuatur aliquo etiam modo per perſonalitatem, & eſſe diuinum. Quocirca cum dicitur, aut eſt actuata proprio eſſe, aut perſeuerat potentialis ad proprium eſſe, dicitur quòd proprie loquendo, vtraque pars diſiunctiue eſt falſa, quoniam ex aſſumptione ad diuinum eſſe perfecta eſt potentialitas ad exiſtentiam longe excellentius, quàm fuiſſet perfecta per propriam exiſtentiam: ſicut poſſe perſonari in propria perſona, longe excellentius perfectũ eſt per perſonam Verbi, quàm fuiſſet perfectum per propriam perſonalitatem. Et quia potentiæ perfectio actuatio vocatur, ideo dicere potes, quòd potentia ad propriam exiſtentiam eſt actuata non per proprium, ſed per diuinum eſſe, longe excellen- I tius, & perfectius, quàm fuiſſet actuata per proprium eſſe. Et ideo non remanet humanitas Chriſti potentialis, hoc eſt in ſtatu potentiali ad propriam exiſtentiam, ad quem ſtatum rediret, ſi dimitteretur a Verbo, ceſſante tam excellenti actuatione, prohibente naturam ab imperfectioribus ſibi propriis & connaturalibus, perſonalitate ſcilicet & exiſtentia propria.

¶ Ad Ioannem de Neapoli dicitur, quòd vtraque auctoritas cum ſibi ſimilibus loquitur de naturalibus, vt diſtinguuntur contra perſonalia, ita quòd Chriſtus habuit omnia homini naturalia, non perſonalia, & quòd de naturalibus eſt inaſſumptibile, eſt incurabile, ſecus eſt de perſonalibus. Probatur hæc gloſſa ex fidei catholicæ ſententia, dicentis in Chriſto non eſſe perſonam, niſi diuinam. non eſt ergo in Chriſto perſonalitas humana: quam tamen conſtat in reliquis hominibus inueniri. Idem eſt autem iudicium de perſonalitate, & propriis perſonæ, vt diſtinguitur contra naturam. Aut K igitur dicant iſti perſonas noſtras eſſe incurabiles, quia perſona eſt inaſſumptibilis, & ſimiliter Chriſtum non perfectum hominem, quia caret perſonalitate humana, quorum vtrumque alienum eſſe a veritate conſtat, aut vniuerſaliter ſic fateantur, quòd non de perſonalibus hominis, ſed de naturalibus eſt ſermo, quum Chriſtus perfectus homo dicitur, & aſſumpſiſſe omnia humana, & ſimilia, atteſtante hoc Symbolo Athanaſii, explicante, naturalia ſufficere ad hoc, quòd Chriſtus ſit perfectus homo, dum dicit de Chriſto, Perfectus homo ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens.

¶ Ad obiecta demum Scoti pro contraria poſitione, reſpondendo dicitur ad primum, quòd conſequentia nihil valet, quia eſſe actualis exiſtentiæ, realiter diſtinguitur ab eſſe eſſentiæ, ſeu quidditatiuo. Et diuina præuentione factum eſt, vt humanitas Chriſti extra cauſam ſuam actu ſit per exiſtentiam Verbi, & non per propriam. Vbi aduerte pro clariori intellectu, quòd non eſt imaginandum (vt iſti putant) quòd additio partis ad perſonam, ſit velut additio quanti ad quantum, ſiue per modum



perſonę, & aliud eſſe naturæ.

Ad 4ᵐ dicendum, quòd anima in Chriſto dat eſſe corpori, inquantum facit ipſum actu animatum, quod eſt dare ei complementum naturæ & ſpeciei: ſed ſi intelligatur corpus perfectum per animam abſque hypoſtaſi habente vtrumque, hoc totum compoſitum ex anima & corpore (prout ſignificatur nomine humanitatis) non ſignificatur vt quod eſt: ſed vt quo aliquid eſt. Et ideo ipſum eſſe eſt perſonæ ſubſiſtentis, ſecundum ꝙ habet habitudinem ad talem naturam, cuius habitudinis cauſa eſt anima, inquantum perficit humanam naturam, informãdo corpus.

## QVAESTIO XVIII.

B *De pertinentibus ad unitatem in Chriſto quantum ad uoluntatem, in ſex articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandũ eſt de vnitate quãtum ad voluntatem.

modum continuationis, puta cum aqua aquæ continuatur, vbi ex duabus quantitatibus partialibus fit vna totalis quantitas, partialiter inhærens partibus totius aquæ, ſiue per modum aggenerationis, puta cum alimentum auget hominem, qui alitur ex illo, vbi non remanet quantitas cibi potuſque alentis: ſed ſic adiungitur alito, vt ſubinduat quantitatem ipſius, qui alitur, extendente illam anima, vt in ſecundo de anima dicitur. Nam ſi oculus adueniret de nouo Sorti, neque exiſtentiam propriam partialem adiungeret exiſtentiæ Sortis, cum exiſtentia Sortis ſit indiuiſibilis, non extenſa per ſe aut per accidens: quia de genere eſt immateriali, vtpote propria animę intellectiuæ, quæ inextenſa eſt omnino in corpore. Nec adueniens oculus ſubinduceret exiſtentiam Sortis, tamquam formam ad ſe extenſam per inhæſionem ſibi, ita quòd exiſtentia Sortis inciperet inhærere oculo nouo: quoniam huiuſmodi inhæſio non debetur parti: ſed ſufficienter prouiſum eſt parti de exiſtentia in hoc ipſo, quòd eſt pars perſonæ exiſtentis. Nec videtur etiam intelligibile, quòd ſecus poſſit eſſe: quomodo namque exiſtentia indiuiſibilis propria alicui, intelligetur actuare quantum aliquod, ſeu etiam nõ quantum adiunctum niſi mediante illo, cui eſt propria? Et quia idem eſt iudicium de oculo aduenıente de nouo & oculo congenito, & de hac & reliquis partibus, ideo humanitas Chriſti, quę quaſi pars quædam eſt perſonæ Verbi (quia ad perſonalitatem propriam Verbi aſſumpta eſt) inuenitur ſufficienter poſitã extra cauſam ſuam exiſtens abſque propria exiſtentia, & abſque hoc, quòd actuetur per informationem inhæſiuam ab exiſtentia Verbi: ſibi.n. non debetur exiſtentia niſi per perſonam, cuius eſt.

¶ Ad ſecundum dicitur, quòd ex hoc quòd Verbum ſubſiſtit in natura humana ſicut ſuppoſitum in natura, nõ ſequitur quòd exiſtat per exiſtentiam illius naturæ: ſed bene ſequitur econtra, quòd natura illa ſubſiſtat per exiſtentiam Verbi. Ad probationem autem ex oppoſito de pedis exiſtentia dicitur, quòd peccat ſecundum non cauſam vt cauſam. Neque enim, quia Chriſtus eſt homo, cauſa eſt quòd exiſtat humana exiſtentia: neque quia non eſt pes, cauſa eſt quòd non exiſtat exiſtentia pedis: ſed ratio propria eſt, quia perſonæ ſoli debetur eſſe, vt ſubiecto quòd eſt. Ad id vero quod ſubditur de qualitate exiſtentiæ humanæ in Chriſto, ſcilicet quòd eſt exiſtentia ſimpliciter, & in ſe & Chriſto, non oportet aliter reſpondere: quoniam negata in Chriſto exiſtentia humana, vana eſt diſputatio de qualitate exiſtentiæ humanæ in ipſo.

¶ Ad tertium dicitur, negando ſequelam, eſſe eſt intimius ſeu immediatius. ergo magis multiplicatur. Melius tamen dicitur quòd intimius ſeu immediatius alicui dupliciter, vel vt principio, vel vt ſubiecto. Et ſubditur, quòd eſſe eſt intimius naturæ vt principio, quàm velle voluntati: ſed velle immediatius voluntati vt ſubiecto, quàm eſſe naturæ vt ſubiecto: quia eſſe non naturæ, ſed perſonæ eſt vt ſubiecti proprii: velle autem eſt voluntatis vt proprii ſubiecti. Et propterea non ſequitur, quòd ſi velle plurificatur ad pluralitatum voluntatum, quòd eſſe plurificetur ad pluralitatem naturarum.

¶ Ad vltimam formationem argumenti, concedi poteſt totum, E & dici quòd non ex defectu naturæ immediate principiantis eſſe: ſed ex defectu ſuſceptiui, ſcilicet perſonæ proprię fit, vt natura non principiet actualiter actũ eſſendi, & principiat actualiter actum operandi: quia non deeſt proximum ſuſceptiuum operationis. Concede ergo, quòd natura vt diſtinguitur contra ſuppoſitum, eſt principium & operandi & exiſtendi: ſed negetur ſequela implicita, ergo actualiter principiat exiſtere in Chriſto, ſicut actualiter principiat operari: quia natura, vt diſtinguitur contra ſuppoſitum, eſt non ſolum principium: ſed etiam ſuſceptiuum proximum operandi: ſed exiſtentiæ eſt ſolum principium, & non eſt ſuſceptiuum proprium. Natura enim humana eſt principium exiſtendi perſonæ propriæ, vt proprio ſubiecto, quæ in Chriſto non eſt: & ideo non principiat exiſtentiam in Chriſto: ſed operandi eſt principium ſibiipſi vt proprio ſubiecto diſtinguendo naturam contra ſuppoſitum, vt dictum eſt. Et ideo in Chriſto principiat proprium operari: & propterea operari mul- A tiplicatur ſecundum naturas, eſſe autem non.

¶ Attende diligenter & caute nouitie, quòd iſta deciſio pendet ex duabus quæſtionibus communibus. Altera eſt, An exiſtentia & eſſentia diſtinguantur realiter. Altera, An exiſtentia ſubſtantialis ſit perſonæ vt proprii ſuſceptiui, an communiter ſit perſonę vel naturę. Præſupponit enim doctrina iſta, & eſſe aliam rem eſſe ab eſſentia, & eſſe deberi perſonæ, vt proprio ſubiecto. Et quoniam variæ ſũt opiniões circa hęc, cum de Chriſti exiſtẽtia humana quæſtio eſt, noli hæc intelligere quaſi ſint fidei, noli pertinax eſſe in concluſione, niſi euidentiã prius habeas de cõibus quæſtionibꝰ: ſed vt rõnabilia ac cõſona hæc amplectere.

¶ In eodem art. 2. q. 17. in reſponſione ad ſecundum, intellige perſpicacius, quòd quia vnio diuinorũ humanorumque in Chriſto eſt in perſona & non in natura (conueneiunt namque diuina & humana in vnam perſonam, non in vnam naturam) ideo cùm audis, quòd eſſe diuinum factum eſt eſſe hominis, quia natura humana aſſumpta eſt in vnitatem perſonæ, diſtinctionem C de ipſo eſſe in communi penetra, quatenus ipſum eſſe eſt vel perſonæ vel naturæ. Quamuis enim vnum idemque ſit eſſe naturæ ac perſonæ alia tamen ratione eſt naturæ, & alia perſonæ: nã naturæ eſt vt principii, perſonæ vt ſuſceptiui, vt dictũ eſt. Quocirca conuenire in eſſe, quatenus eſt naturę, eſt conuenire ad integritatem principii ipſius eſſe: hoc eſt, fieri partes naturæ, quæ eſt principium eſſendi: & ſic materia & forma conueniunt in vno eſſe, vt eſſe eſt naturæ. Conuenire autem in vno eſſe, quatenus eſt perſonæ, eſt conuenire ſeu ſpectare ad integritatem perſonalium: & ſic caput & pedes & reliquæ partes, & natura ipſa cum ſuis partibus conueniunt in eſſe vt eſt perſonę. Vnde patet quòd eſſe diuinum, non quatenus eſt naturę, communicatum eſt humanitatis Chriſti: quoniam conſtat humanitatem Chriſti non concurrere cum deitate ad integrandum quaſi principium ipſius eſſe: ſed eſt communicatum vt eſt perſonæ: quoniam humanitas Chriſti aſſumpta eſt ad perſonalitatem Verbi: ita quòd D eſt de numero ſpectantium ad perſonalitatem filii Dei, modo noſtram intelligentiã excedente. Et propterea non ſequitur, quòd vnio ſit facta in natura, nec quòd vnio ſit facta cum Patre & Filio: communicatum ſiquidem eſt humanæ naturæ eſſe diuinũ, non vt eſt naturæ, nec vt eſt cuiuſcumque perſonæ diuinæ: ſed vt eſt perſonæ Filii: quia aſſumpta eſt ad perſonalitatem Filii tantum.

¶ In reſponſione ad quartum eiuſdem articuli, habes clare reſponſionem de effectu formali intrinſeco, quem formam oportet ponere in ſua materia, quod eſt eſſe eſſentiæ, ita quòd forma ſubſtantialis dat materię ſubſtantiale eſſe eſſentiæ, conſtituendo ſubſtantiæ naturam, ſeu eſſentiam completam: & ſimiliter anima dat eſſe animatũ (quod alio nomine dicitur eſſe viuum) conſtituendo eſſentiam viuam ſeu animatam, & ſic de aliis. In hoc enim conſiſtit effectus formalis, a quo non poteſt ſeparari etiam per intellectum forma in materia. Et ſi non intelligis formę vlteriorem progreſſum, nõ habes adhuc (vt in litera dicitur) illud quod eſt, ſed ſolummodo naturam: quia aliquid eſt, quæ E ſcilicet eſt eſſendi principium non ſubiectum. Et ideo ex hoc, quòd forma ſeu anima neceſſario dat eſſe corpori, non habetur quòd eſſe ſit naturæ & ſubiecti quod, ſed quia conſtituit naturã, quæ eſt quo, relinquit ſubſecuturum illud, quod eſt quod: & ideo eſſe eſt perſonę in ordine ad naturam, &c. vt prædeclaratum fuit. Superius quoque, cum tractatum fuit, an corpus mediante anima aſſumptum fuerit, declaratum eſt quòd in calce huius reſponſionis ſubditur, ſcilicet quòd anima in formando corpus, ſicque in eſſe perfecto conſtituendo naturam humanam, eſt cauſa habitudinis vnionis humanæ naturæ ad Verbum.

¶ *Super Quæſtionis decimæoctauæ Articulum primum.*

TItulus clarus eſt.

¶ In corpore duo fiunt, primo recitatur erronea poſitio tenentium partem negatiuam: ſecundo reſpondetur ſecundum veritatem. Quo ad primum refertur, quòd in hanc communem concluſionem

¶ Et circa hoc quæruntur ſex.

¶ Primo, Vtrum in Chriſto ſit alia volũtas diuina, & alia humana.

¶ Secundo, Vtrum in humana natura Chriſti ſit alia volũtas ſenſualitatis, & alia rationis.

¶ Tertio, Vtrũ ex parte rationis fuerint ĩ Chriſto plures volũtates.

¶ Quarto, Vtrum in Chriſto fuerit liberum arbitrium.

¶ Quinto, Vtrũ voluntas humana Chriſti, fuerit omnino conformis diuinę voluntati in volito.

¶ Sexto, Vtrum in Chriſto fuerit aliqua contrarietas voluntatum. G

## ARTICVLVS I.

*Vtrum in Chriſto ſint duæ uoluntates.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd in Chriſto non ſint duę voluntates, vna diuina, & alia humana. Voluntas enim eſt primum mouens & imperans in vnoquoque volente: ſed in Chriſto primum mouens, & imperans H fuit voluntas diuina, quia omnia humana in Chriſto mouebatur ſecundum volũtatem diuinam. ergo videtur quòd in Chriſto non fuerit niſi vna voluntas. ſ. diuina.

¶ 2 Præt. Inſtrumentum non mouetur propria voluntate, ſed voluntate mouentis: ſed natura humana fuit in Chriſto, ſicut inſtrumentum diuinitatis eius. ergo natura humana in Chriſto nõ mouebatur propria volũtate, ſed diuina.

¶ Præt. Illud ſolum multiplicatur in Chriſto, quod pertinet ad naturam. I Voluntas autem non videtur ad naturam pertinere, quia ea quę ſunt naturalia, ſunt ex neceſſitate: quod autem eſt voluntarium, nõ eſt neceſſarium. ergo voluntas eſt vna tantum in Chriſto.

¶ 4 Præt. Damaſcenus * dicit in 3. libro, quòd aliqualiter velle non eſt naturæ, ſed noſtræ intelligentiæ, ſcilicet perſonalis: ſed omnis voluntas eſt aliqualis voluntas, quia nihil eſt in genere, quod non ſit ĩ aliqua eius ſpecie. ergo omnis K voluntas ad perſonam pertinet: ſed in Chriſto fuit, & eſt vna tantũ perſona. ergo in Chriſto eſt vna tantum voluntas.

SED CONTRA eſt quòd dominus dicit Luc. 22. Pater, ſi vis, transfer calicem iſtum a me, uerun tamen non mea voluntas, ſed tua fiat: quod inducens Amb. ad Gratianum Imperatorem dicit,* Sicut ſuſceperat voluntatem meam, ſuſcepit triſtitiam meam. Et ſuper F Luc. dicit,† voluntatem ſuam, ad hominem retulit, Patris, ad diuinitatem: voluntas enim hominis eſt tpalis, volũtas diuinitatis æterna.

RESPON. Dicendum, quòd quidam poſuerunt in Chriſto eſſe vnam ſolã voluntatem: ſed ad hoc ponendum diuerſimode moti eſſe videntur. Appollinarius enim non poſuit animam intellectualem in Chriſto, ſed quòd Verbum eſſet loco animæ, vel etiam loco intellectus. Vnde cum voluntas ſit in ratione (vt Philoſophus dicit in 3. de Anima*) ſequebatur quòd in Chriſto non eſſet voluntas humana, & ita in eo non eſſet niſi vna volũtas. Et ſimiliter Euthices, & oẽs qui poſuerunt vnam naturam compoſitam in Chriſto, cogebantur ponere vnam voluntatem in eo. Neſtorius etiam, quia poſuit vnionem dei, & hoĩs eſſe factam ſolum ſecũdũ affectum, & voluntatem, poſuit unam volũtatẽ in Chriſto. Poſtmodũ vero Macharius Antiochenus patriarca, & * Ciprus Alexandrinus, & Sergius Conſtantinopolitanus; & quidam eorum ſequaces, poſuerunt in Chriſto vnam uoluntatem, quamuis ponerent duas naturas in Chriſto ſecundum hypoſtaſim vnitas, quia opinabãtur ꝙ humana natura in Chriſto numquam mouebatur proprio motu, ſed ſolum ſecundum quòd erat mota a diuinitate, vt patet ex epiſtola ſynodica Agathonis Papæ. † Et ideo in ſexta Synodo apud Conſtantinopolim celebrata, determinatum eſt oportere dici, quòd in Chriſto ſint duæ voluntates: ubi ſic legitur,* Iuxta quod olim prophetæ de Chriſto, & ipſe nos erudiuit, & ſanctorum patrum nobis tradidit ſymbolum, duas naturales voluntates in eo, & duas naturales operationes prædicamus. Et hoc neceſſarium fuit dici. Manifeſtum eſt enim quòd filius dei aſſumpſit humanam naturam perfectam, ſicut ſupra oſtenſum eſt † Ad perfectionem autem humanæ naturæ pertinet voluntas, quæ eſt naturalis eius potentia, ſicut & intellectus, vt patet ex his quæ in prima parte dicta ſunt.* Vnde neceſſe eſt dicere, quòd filius Dei humanam voluntatem aſſumpſerit in humana natura. Per aſſumptionem autem humanæ naturæ, nullam diminutionem paſſus eſt filius dei in his, quæ pertinent ad diuinam naturam, cui competit voluntatem habere, vt in prima parte habitum eſt.* Vnde neceſſe eſt dicere, quòd in Chriſto ſunt duæ voluntates, vna ſcilicet diuina, & alia humana.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quicquid fuit in humana natura Chriſti, mouebatur nutu volũtatis diuinæ: non tamen ſequitur ꝙ in Chriſto non fuerit motus volũtatis proprius naturæ humanæ, quia etiã aliorum ſanctorum piæ volũtates mouentur ſ̃m voluntatẽ dei, qui operatur in eis velle & perficere, vt dicitur Philip. 2. Licet enim volũtas non poſſit interius moueri ab aliqua creatura, interius tamen mouetur a deo, vt in prima parte dictum eſt.* Et ſic etiam

conclusionem multi errantes cõuenerũt, ſcilicet, in Chriſto, non ſunt duæ voluntates. Quadrifariã aũt hi diuiſi ſũt. Apollinaris enim ex negatione animæ intellectiuæ in Chriſto, negat voluntatem humanam. Euthices ex vnitate naturæ compoſitę vnã quoque voluntatem ponit. Neſtorius ſolam creatam naturam in Chriſto ponens, vnitam Deo ſecundum conformitatem affectus, negat diuinam voluntatem in Chriſto. Macharius autẽ ex negatione proprii mõtus in humanitate Chriſti voluntatem humanam in Chriſto negauit. vbi vides ꝙ omnes conueniunt in negatione duarũ in Chriſto voluntatũ, dum aliqui diuinam, aliqui humanam a Chriſto tollunt, aut vtrãque tollere coguntur, & ponere vnam tertiam naturæ compoſitæ. Sed de Macharii poſitione non ſatis liquet, de volũtate, quæ eſt naturalis potentia, ſed de voluntate, hoc eſt actu volendi, quoniam non negat potentiam, ſed motũ proprium humanæ naturæ in Chriſto. Verum, quia fruſtra fuiſſet voluntas ſine vllo velle ſemper, ideo dicitur ꝙ negauit humanã in Chriſto voluntatem.

¶ Quo ad ſecundũ reſpondetur affirmatiue, In Chriſto ſũt duæ voluntates, diuina, & humana. Probatur dupliciter. Primò auctoritate Synodi, quæ propter huiuſmodi errores extirpandos hoc determinauit. Secundo ratione tali: Filius dei aſſumpſit naturam humanam perfectã, & nihil illi propterea defuit de perfectione naturæ diuinæ. ergo habet duas voluntates, diuinam ſcilicet & humanã. Probatur conſequentia, pro prima quidem parte, quia ad perfectionẽ humanæ naturæ pertinet voluntas, quia eſt naturalis illius potentia, ſicut & intellectus. Pro ſecunda verò parte, quia ad diuinam naturam ſpectat voluntatem habere, vt ex dictis in prima parte hęc ambo patent.

¶ Reſponſiones argumentorum non ex poſitione, ſed annotatione egent. Et ſecunda ſpecialiter reſponſio applicanda eſt ad diuerſas, & ualde multas quęſtiones, in quibus eſt ſermo de inſtrumẽtis, & ſpecialiter quum voluntas hominis, Dei ĩſtrumẽtum dicitur ad aliquid operandum, ſiue miraculũ, ſiue non. Ex tertia autẽ reſponſione habes, collectam quadruplicem voluntatem in Chriſto poni, duplicem quaſi potentiam diuinam ſcilicet & humanam, & duo genera actuũ, in humana ſcilicet, voluntatẽ naturalem & uoluntatem rationalem. De quibus ſuperius diſcuſſæ ſunt difficultates & inferius ĩ hac quęſtione, clarior erit ſermo in litera.

3. di. 14. ar. 1. q. 1. cor. & di. 17 ar. 1. q. 1. & 4. cont. ca. 36. Et po. q. 10. ar. 4. ad 13. Et opu. 3. c. 218. Et Io. 6. l. 4.

lib. 3. orth. fid. cap. 14.

li. 2. de fid. ad Gratia. c. 3. a medio, tom. 2.

† Super illud Lu. Nõ ſicut ego volo. lib. 10. ĩ Luc. to. 5.

li. 3. de an. tex. 4...

*Aliàs Ci... pus, ſeu ... pus.

Hæc epiſt. miſſi ... ad Synod. lecta in ... ctione 4 ... recepta ...

*In act. ... quæ ... cta ... 4. Syn. ... gen. ... 2. ar. 5.

P. p. q. ... & ...

P. p. q. ...

P. p. q. ... art. 4.



Chriſtus ſecundum voluntatem humanam, ſequebatur voluntatem diuinam, ſecundũ illud Pſal. 39. Vt facerem voluntatem tuam, deus meus, volui. Vnde Auguſt. dicit contra Maximinum, † ubi dixit Filius Patri, Non quod ego volo, ſed quod tu vis, quid te adiuuat quòd tua uerba ſubiungis & dicis, Oſtendit vere ſuam voluntatem, ſubiectam ſuo genitori, quaſi nos negemus hominis voluntatem, voluntati dei debere eſſe ſubiectam.

Ad 2[m] dicendum, quòd proprium eſt inſtrumenti, quòd moueatur a principali agente, diuerſimode tamen ſecundum proprietatem naturæ ipſius. Nam inſtrumentum inanimatum, ſicut ſecuris aut ſerra, mouetur ab artifice per ſolum motum corporalem. B Inſtrumentum vero animatum anima ſenſibili, mouetur per appetitum ſenſitiuum, ſicut equus a ſeſſore. Inſtrumentum vero animatum anima rationali, mouetur per voluntatem eius, ſicut per imperium domini mouetur ſeruus ad aliquid agendum, qui quidem ſeruus eſt, ſicut inſtrumentum animatum, vt Philoſophus dicit in 1. Politico.* Sic ergo humana natura in Chriſto fuit inſtrumentum diuinitatis, vt moueretur per propriam voluntatem.

Ad 3[m] dicendum, quòd ipſa potẽtia voluntatis eſt naturalis, & conſequitur naturam ex neceſſitate. Sed motus vel actus huius potentiæ (qui etiam voluntas C dicitur) quandoque quidem eſt naturalis & neceſſarius, puta reſpectu felicitatis, quandoque autem ex libero arbitrio rationis proueniens, & non neceſſarius neque naturalis (ſicut patet ex his, quæ in prima parte dicta ſunt †) & tamen etiam ipſa ratio, quæ eſt principium huius motus, eſt naturalis. Et ideo præter voluntatem diuinam, oportet in Chriſto ponere voluntatem humanam, non ſolum, prout eſt potentia naturalis, aut prout eſt motus naturalis, ſed etiam prout eſt motus rationalis.

Ad 4[m] dicendum, quòd per hoc quòd dicitur aliqualiter velle, deſignatur determinatus modus volendi, determinatus autem modus ponitur circa ipſam D rem, cuius eſt modus. Vnde cum voluntas pertineat ad naturam, ipſum etiã quòd eſt aliqualiter velle, pertinet ad naturam, non ſecundum quòd eſt abſolute conſiderata, ſed ſecundum quòd eſt in tali hypoſtaſi. Vnde etiam voluntas humana Chriſti habuit quendã determinatum modum, ex eo quòd fuit in hypoſtaſi diuina, vt ſcilicet moueretur ſemper ſecundum nutum diuinæ voluntatis.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum in Chriſto fuerit aliqua uoluntas ſenſualitatis, præter rationis uoluntatem.* E

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd in Chriſto nõ fuerit aliqua volũtas ſenſualitatis pręter rationis voluntatem. Dicit enim Philoſophus in 3. de anima,* quòd voluntas in ratione eſt, in ſenſitiuo autem appetitu eſt iraſcibilis & concupiſcibilis: ſed ſenſualitas ſignificat appetitũ ſenſitiuum. ergo non fuit in Chriſto voluntas ſenſualitatis.

¶ 2 Præt. Secundum Aug. 12. de A Trin.* ſenſualitas ſignificatur per ſerpentem: ſed nihil ſerpentinum fuit in Chriſto, habuit enim ſimilitudinem animalis venenoſi ſine veneno, vt Aug. dicit † ſuper illud Ioann. 3. Sicut exaltauit Moyſes ſerpentem in deſerto, ergo in Chriſto nõ fuit voluntas ſenſualitatis.

¶ 3 Præt. Voluntas ſequitur naturam, vt dictũ eſt.* Sed ĩ Chriſto nõ fuit, niſi vna natura præter diuinam: ergo in Chriſto non fuit, niſi vna voluntas humana.

SED CONTRA eſt, ꝙ Ambro. dicit in 2. ad Gratianũ †, Mea ẽ volũtas, quam ſuã dixit, quia vt homo ſuſcepit triſtitiã meam. Ex quo datur intelligi, ꝙ triſtitia pertinet ad humanã voluntatẽ in Chriſto: ſed triſtitia ptinet ad ſẽſualitatẽ, vt in ſecunda parte habitũ eſt.* ergo videtur quòd in Chriſto ſit voluntas ſenſualitatis, præter voluntatem rationis.

RESPON. dicendum, ꝙ ſicut C prædictum eſt,* filius Dei humanã naturam aſſumpſit cum omnibus, quæ pertinent ad perfectionem ipſius naturæ humanæ. In humana autem natura includitur etiam natura animalis, ſicut in ſpecie includitur genus. Vnde oportet quòd filius dei aſſumpſerit cum humana natura, etiam ea quæ pertinent ad perfectionem naturæ animalis, inter quæ eſt appetitus ſenſitiuus, qui ſenſualitas dicitur, & ideo oportet dicere, ꝙ in Chriſto fuit D ſenſualitas. Sciendũ eſt etiam, ꝙ ſẽſualitas, ſiue ſenſualis appetitus, in quantũ eſt natus obedire rationi, dicitur rõnale per participationẽ, vt patet per Philoſophum 1. Ethi.* Et quia voluntas eſt in ratione (vt dictum eſt †) pari ratione poteſt dici, quòd ſenſualitas ſit voluntas per participationem.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ratio illa procedit de voluntate eſſentialiter dicta, quæ non eſt niſi in parte intellectiua: ſed voluntas E participatiue dicta, poteſt eſſe in in parte ſenſitiua, inquantum obedit rationi.

Ad 2[m] dicendum, quòd ſenſualitas ſignatur per ſerpentem, non quãtum ad naturam ſenſualitatis, quam Chriſtus aſſumpſit, ſed quantum ad corruptionẽ fomitis, quæ in Chriſto non fuit.

Ad 3[m] dicendum, quòd vbi eſt vnum propter alterum, ibi vnum tantum eſſe videtur, ſicut ſuperficies, quæ eſt viſibilis per colorem, eſt vnũ viſibile cũ colore. Et ſimiliter, quia ſenſualitas nõ dr̃ volũtas

¶ Super quæſtionis decimeoctauæ Articulum ſecũdum.

TItulus ſingularis eſt: non quærit de appetitu ſenſitiuo, vt ſic, ſed de appetitu ſenſitiuo, vt habet rationẽ voluntatis, non ſimpliciter & abſolute, ſed talis, hoc eſt ſenſualis, Puto autem rationem tituli huius fuiſſe euãgelica verba, quibus motus appetit⁹ ſenſitiui, vel le vocatur, cum dicitur. Veruntamen non ſicut ego volo.

¶ In corpore artic. vnica eſt concluſio. In Chriſto fuit volũtas ſenſualitatis, ſeu ſenſualitas, dicta voluntas participatiue. probatur primo, ꝙ ĩ Chriſto fuit ſenſualitas appetitus: ſecundo, quòd iſte ſit voluntas per participatıonẽ. Primũ probatur, Filius dei aſſumpſit naturam humanam cum omnibus pertinentibus ad ipſius naturę perfectionẽ, ergo aſſumpſit cum ea oĩa quæ pertinent ad perfectionem naturæ animalis, ergo aſſumpſit ſenſualitatem: prima conſequentia probatur, quia in natura humana includitur natura animalis, ſicut in ſpecie includitur genus. Secunda aũt probatur, quia appetitus ſẽſitiuus, qui ſenſualitas dicitur, eſt vnum de pertinẽtibus ad perfectionẽ naturæ animalis. Secundum probatur. appetitus ſenſitiuus ſeu ſenſualitas, vt natus obedire rationi, vocatur, & eſt rationalis participatiue ſecũdo Eth. ergo pari ratione vocari poteſt & eſt voluntas participatiue, pbatur, quia voluntas in ratione eſt. nã ſicut a ratione præcipiente rationalis appetitus, ita a voluntate quoque prę cipiente volũtarius appetitus, qui volũtas vocatur, dici poteſt. Imo ex hoc ipſo ꝙ rõnalis appetitus appetitus dicit̃, voluntas dicitur, quia rationalis appetitus nomen eſt propriũ voluntatis, & participatiue ſolũ cõmunicatũ ſenſualitati.

¶ Aduerte hic, quòd quia omnis motus appetitus ſenſitiui ĩ Chriſto fuit voluntarius (quoniã etiã motus proprii ſẽſualitatis in propria obiecta, voluntarii erant, nam voluntarie eſuriuit, & vnãquamq; virium propria exercere diſpoſuit) ideo ĩ Chriſto appetitus ſenſitiuus ſemper rationalis, & ſemper participatiue voluntas in quolibet ſuo actu fuit

li. 3. ca. 19. iuxta medi. tom. 6.

li. 1. Poli. c. 3. & 4. & l. 8. eth. c. 11. tom. 5.

p. 1. q. 5. ar. 8. et qu. 6. artic. 1.

In 3. arti. 5. ... Et 3. d. 17. ar. 1. q. 2. Et opu. 3 c. 230. *li. 3. d ani ma, tex. 42 tom. 2.

li. 12. ca. 13 paulo poſt pric. tom. 3 † ex tract. 12. a medio poſt collig. tom. 9.

Art. præce.

li. 2. de fide ad Grati. c. 3. a medio. to. 2.

1. 2. q. 23. ar. 1. & 3.

Art. præce.

D. 1219.

li. 1. ethi. c. ult. tom. 5. † Ar. pręce.

*Super Quæſtionis decimæoctauæ Articulum tertium.*

TItul⁹ clarus eſt, ortumque habuit ex diſtinctione voluntatis tã a Damaſceno, q̃ aliis facta.

¶ In corpore articuli reſpondetur cũ diſtinctione ad quæſitum. Diſtinctio eſt, Voluntas accipi poteſt, vel pro potentia, vel pro actu. Prima concluſio iuxta primum mẽbrũ. In Chriſto eſt vna tantum volũtas humana eſſentialiter, & non participatiue dicta. Secunda concluſio, iuxta ſecundum membrum eſt. In Chriſto sũt duæ voluntates, ſcilicet voluntas vt natura, & voluntas ut ratio. Probatur primo ſecunda concluſio. Voluntas eſt finis & eorũ quæ sũt ad finem alio & alio modo. ergo alterius rationis eſt actus uoluntatis in finem, & alteri⁹ rationis, act⁹ volũtatis in id quod eſt ad finem. ergo in Chriſto ſunt duę voluntates, id eſt, duæ ſpecies actuum volũtatis. Antecedens pro prima parte ex ſuperioribus ſupponitur. Pro ſecunda probatur, quia in finẽ fertur ſimpliciter & abſolute, quia fertur ut in id, quod eſt ſecũdum ſe bonum, vt in ſanitatẽ. In id vero qđ eſt ad finẽ, fertur cum quadam comparatione, quia fertur in id, ſecundum quòd habet bonitatẽ ex ordine ad aliud ſcilicet finem, vt patet de ſumptione medicinæ propter ſanitatem. Conſequentia relinquitur pro euidenti gratia materiæ, nam talis modorum diuerſitas, qualis .ſ. cõſurgit ex propriis rationibus finis, & eius quod eſt ad finẽ, diuerſã habet rationẽ in appetitibus propriis. Probatur dein de prima concluſio, quia talis diuerſitas actuum nõ diuerſificat potentiã. Probatur: ſtat cum vna cõmuni ratione boni, quæ eſt obiectũ voluntatis: ſtante enim vnitate obiecti proprii voluntatis, quod eſt bonum in cõmuni, non diuerſificatur potẽtia voluntatis, quamuis diuerſificentur genera actuum eius ex diuerſa ratiõe generali actuũ eius, cuiuſmodi ſunt motus ad bonum in ſe, & motus ad bonũ propter aliud.

Sup. ead. q. artic. 2. ad 2. & inf. art. 4. & 5. cor. & 3. di. 17. ar. 1. q. 3. & opuſ. 3 c. 229. *li. 2. c. 22. & li. 3. cap. 14. & 18.

ar. 1. huius quæſt. ad 3.

1. 2. q. 8. ar. 2. & 3.

niſi quia participat voluntatẽ rationis, ſicut eſt una natura humana in Chriſto, ita etiam ponitur una voluntas humana in Chriſto.

## ARTICVLVS III.

### *Vtrum in Chriſto fuerint duæ uoluntates, quantum ad rationem.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd in Chriſto fuerint duæ voluntates, quantum ad rationẽ. Dicit. n. Damaſc.* in 2. lib. quòd duplex eſt hominis voluntas, ſcilicet naturalis, quæ uocatur theliſis, & voluntas rationalis, quæ uocatur buliſis: ſed Chriſtus ĩ humana natura habuit quicquid ad perfectionẽ humanæ naturę pertinet. ergo vtraq; prædictarum voluntatũ fuit in Chriſto.

¶ 2 Præt. Vis appetitiua diuerſificatur in homine, ſecundũ diuerſitatẽ virtutis apprehenſiuæ, & ideo ſecundum differentiam ſenſus, & intellectus diuerſificatur in homine appetitus ſenſitiuus & intellectiuus: ſed ſimiliter quantum ad apprehenſionem hominis ponitur differentia rationis & intellectus, quorum vtrumq; fuit in Chriſto. ergo fuit in eo duplex voluntas, vna intellectualis, & alia rõnalis.

¶ 3 Præt. A quibuſdam ponitur in Chriſto voluntas pietatis, quæ non poteſt poni niſi ex parte rationis. ergo in Chriſto ex parte rationis ſunt plures voluntates.

SED CONTRA eſt, quòd in quolibet ordine eſt vnum primũ mouens: ſed voluntas eſt primum mouens in genere humanorum actuum. ergo in uno homine nõ eſt niſi una volũtas proprie dicta, quæ eſt uolũtas rationis, Chriſtus autẽ eſt vnus homo. ergo in Chriſto eſt vna tantũ volũtas humana.

RESPON. dicendũ, ꝙ ſicut dictum eſt*, voluntas quandoq; accipitur pro potentia, & quandoq; pro actu. Si ergo voluntas accipiatur pro actu, ſic oportet in Chriſto ex parte rationis ponere duas volũtates, id eſt duas ſpecies actuũ voluntatis. Voluntas .n. vt in ſecũda parte dictũ eſt†, & eſt finis, & eſt eorũ, quę ſunt ad finem, & alio modo fertur in vtrumque. Nã in finẽ ferť ſimpliciter & abſolute, ſicut in id, quod eſt ſecundũ ſe bonũ. In id autem, quod eſt ad finẽ, fertur cum quadam comparatione, ſecundũ quòd habet bonitatem ex ordine ad aliud. Et ideo alterius rationis eſt actus voluntatis ſecundum quòd fertur in aliquid, quod eſt ſecundum ſe volitum, vt ſanitas (quod a Damaſc*. vocatur theliſis, id eſt, ſimplex voluntas, & a Magiſtris vocatur voluntas vt natura) & alterius rationis eſt actus uoluntatis, ſecundum quòd fertur in aliquid, quod eſt volitũ ſolum ex ordine ad alterum, ſicut eſt ſumptio medicinæ, quem quidem uoluntatis actum Damaſc*. vocat buliſim, id eſt, conſiliatiuam voluntatem, a Magiſtris autẽ vocatur voluntas vt ratio. Hæc autem diuerſitas actus non diuerſificat potentiam, quia vterque actus attendit ad vnam communem rationem obiecti, quod eſt bonũ. Et ideo dicendũ eſt, ꝙ ſi loquamur de potentia voluntatis, in Chriſto eſt vna ᵃ ſola voluntas humana, eſſentialiter, & non participatiue dicta: ſi uero loquamur de uoluntate, quæ eſt actus, ſic diſtinguitur in Chriſto voluntas, quæ eſt vt natura, quæ dicitur theliſis, & uoluntas, quæ eſt ut ratio, quæ dicitur buliſis.

Loco citato in arg. 1.

Loco citato in arg. 1.

D. 1119.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ illæ duæ voluntates non diuerſificantur ſecundum potentiam, ſed ſolum ſecundũ differentiam actus, vt dictum eſt*.

In cor. ar.

Ad 2ᵐ dicendum ꝙ, etiam intellectus, & ratio non ſunt diuerſæ ᵈ potẽtiæ, vt in prima parte dictum eſt†.

D. 1064. P. p. q. 79. artic. 8.

Ad 3ᵐ dicendum, quòd uoluntas pietatis non videtur eſſe aliud quàm uoluntas, quæ conſideratur vt natura, inquantum ſcilicet refugit alienum malum abſolute conſideratum.

## ARTICVLVS IIII.

### *Vtrum in Chriſto fuerit liberum arbitrium.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd in Chriſto non fuerit liberum arbitrium. Dicit. n. Damaſc.* in 3. li. Gnomen autem, id eſt, ſententiam vel mentem, vel excogitationẽ, & prohæreſim, ideſt electionem, in Domino dicere impoſſibile eſt, ſi proprie loqui volumus. Maxime autẽ in his, quæ ſunt fidei, eſt proprie loquendum. ergo in Chriſto non fuit electio, & per conſequens nec liberum arbitrium, cuius actus eſt electio.

¶ 2 Præt. Philoſophus dicit in 3. Ethic†. quòd electio eſt appetitus præconſiliati: ſed conſiliũ non videtur fuiſſe in Chriſto, quia nõ cõſiliamur, de quibus certi ſumus, Chriſtus aũt de oĩbus certitudinẽ habuit. ergo in Chriſto nõ fuit electio, & ſic nec liberum arbitrium.

¶ 3 Præt. Liberum arbitrium ſe habet ad vtrumque: ſed voluntas Chriſti fuit determinata ad bonũ, quia non potuit peccare, ſicut ſupra dictum eſt*. ergo in Chriſto nõ fuit liberum arbitrium.

SED CONTRA eſt, ꝙ dicitur

*Super quæſtionis decimæ octauæ Articulum quartum.*

TItul⁹ vt ſonat. clarus eſt.

¶ In corpore articuli vnica eſt concluſio reſponſiua, In Chriſto fuit liberũ arbitrium. Probatur: in Chriſto voluntas ponitur vt ratio, ergo electio, ergo liberum arbitrium. Antecedẽs probať, quia in Chriſto ponitur duplex uoluntatis actus, ſcilicet reſpectu finis, & reſpectu eius quod eſt ad finem, &c. vt ſupra dictũ eſt. Prima conſequentia probatur, quia electio eſt idem quod uolũtas, ut ratio: quod probatur ex differentia inter uolũtatem, & electionem ex tertio Ethicorum, quia illa finis, hæc eius quod ad finem, & propterea illa uoluntas ut natura, hæc uoluntas ut ratio. Secunda uero conſequentia probatur, quia electio eſt proprius actus liberi arbitrii, hoc eſt uolũtatis, ut eſt liberũ arbitrium, ut in prima parte dictum eſt.

3. di. 14. ar. 1. q. 1. c. & di. 17. a. 1. q. 3. ad. Et diſt. 18. art. 2. ad. *li. 3. c. 14. non procul a fi.

li. 3. ethi. 3. circa to. 5.

q. 15. art. & 1.

Super



Iſa. 7. Butyrum & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum, quod eſt actus liberi arbitrii. ergo in Chriſto fuit liberum arbitrium.

RESPON. dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt†, in Chriſto fuit duplex ᵈ actus volũtatis, unus quidẽ, quo eius uoluntas ferebatur in aliquid, ſicut ſm ſe volitũ, quod pertinet ad rationẽ finis: alius autem, ſecundũ quem eius voluntas ferebatur in aliquid per ordinẽ ad aliud, quod pertinet ad rationem eius, quod eſt ad finem. Differt autẽ, vt Philoſophus dicit in 3. Ethi*. electio a voluntate in hoc, ꝙ volũtas, per ſe loquẽdo, eſt ipſius finis, electio aũt eorum quæ ſunt ad finẽ. Et ſic ſimpliciter voluntas eſt idẽ, quod voluntas vt natura. Electio aũt eſt idẽ, quod uoluntas vt ratio, & eſt proprius actus liberi arbitrii, vt in prima parte dictũ eſt†. Et ideo cum in Chriſto ponatur voluntas vt ratio, neceſſe eſt etiam ponere electionem, & per conſequens liberum arbitrium, cuius actus eſt electio, vt in prima parte habitum eſt*.

art. 1. huius q. ad 3.

li. 3. eth. c. 2. in fi. to. 5

1. p. q. 83. art. 4.

1. p. q. 83. ar. 3 & 1. 2. q. 13. art. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Damaſc. excludit a Chriſto electionem, ſecundum quòd intelligit in nomine electionis importari dubitationẽ. Hęc tamen dubitatio nõ eſt de neceſſitate electionis, quia etiã deo conuenit eligere, ſecundũ illud Epheſ. 1. Elegit nos in ipſo &c. cum tamẽ in Deo nulla ſit dubitatio. Accidit tñ dubitatio electioni, inquantum eſt in natura ignorante. Et idem dicendum eſt de aliis, de quibus fit mentio in auctoritate prędicta.†

citat. ar. 1

Ad 2ᵐ dicendum, ꝙ electio præſupponit conſiliũ, non tamen ſequitur ex conſilio, niſi iam determinato per iudicium. Illud enim, quod iudicamus agendum, poſt inquiſitionem conſilii eligimus, ut in 3. Ethic. dicitur*. Et ideo ſi aliquid iudicetur vt agendũ abſq; dubitatione & inquiſitione præcedente, hoc ſufficit ad electionem. Et ſic patet, quòd dubitatio ſiue inquiſitio non per ſe pertinet ad electionem, ſed ſolum ſecundum quòd eſt in natura ignorante.

lib. 3. ethi. c. 2. & 3. to. 5.

Ad 3ᵐ dicendum, quòd voluntas Chriſti licet ſit determinata ad bonum, non tamen eſt determinata ad hoc vel ad illud bonum. Et ideo pertinet ad Chriſtum eligere per liberum arbitrium confirmatum in bono, ſicut ad beatos.

## ARTICVLVS V.

### *Vtrum uoluntas humana Chriſti, fuerit omnino conformis diuinæ uoluntati in uolito.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ voluntas humana in Chriſto nõ voluerit aliud, quàm deus vult. Dicitur enim in Pſal. 39. ex perſona Chriſti, vt facerem uolũtatem tuam, deus meus, volui: ſed ille qui vult voluntatẽ alicuius facere, vult quod ille vult. ergo uidetur ꝙ voluntas humana Chriſti nihil aliud voluerit, quàm uoluntas diuina ipſius.

¶ 2 Præt. Anima Chriſti habuit perfectiſſimam charitatem, quæ etiã comprehenſionẽ noſtræ ſcientiæ excedit, ſecundũ illud Epheſ. 3. ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti: ſed charitas eſt facere, quòd homo idẽ velit quod Deus. vnde & Philoſophus in 9. Ethi*. dicit, quòd vnum de amicabilibus eſt eadem uelle & eligere. ergo voluntas humana in Chriſto nihil aliud uoluit, quàm diuina.

l. 9. c. 4. t. 5.

¶ 3 Præterea, Chriſtus fuit verus comprehenſor: ſed ſancti, qui ſunt comprehenſores in patria, nihil aliud volunt, quàm quod Deus vult, alioquin nõ eſſent beati, quia non haberent quicquid uellẽt: beatus enim eſt qui habet quæcumq; vult, & nihil mali uult, vt Aug. dicit in li. de Trin.* ergo Chriſtus nihil aliud voluit ſm voluntatẽ humanã, quàm voluit uolũtas diuina.

li. 1. de tri. c. 5. & li. 13 c. 5. in fi. & c. 6. tom. 3.

SED CONTRA eſt, ꝙ Aug. dicit contra Maximinum†: In hoc quod Chriſtus ait, Non quod uolo, ſed quod tu, aliud ſe oſtendit uoluiſſe, quàm pater, quod niſi humano corde non poſſet, cum infirmitatem noſtram in ſuum, non diuinum, ſed humanum transfiguraret affectum.

†li. 3. cont. Max. c. 19. in medio. tom. 6.

RESPONDEO dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt*, in Chriſto ſecundum humanam naturam ponitur multiplex volũtas .ſ. volũtas ſenſualitatis, quæ participatiue voluntas dicitur, & volũtas rationalis, ſiue conſideretur per modum naturæ, ſiue per modum rationis. Dictum eſt autem ſupra*. quòd ex quadam diſpenſatione filius Dei ante ſuã paſſionẽ permittebat carni agere, & pati quæ ſunt ei propria. Et ſimiliter etiam permittebat omnibus viribus aĩæ agere, & pati quæ propria. Manifeſtum eſt aũt, ꝙ uoluntas ſenſualitatis, refugit naturaliter dolores ſenſibiles, & corporis læſionẽ. Similiter etiam voluntas vt natura, repudiat ea, quę ſunt naturæ contraria, & quæ ſunt ſecundum ſe mala, puta mortem, & alia huiuſmodi: ſed hæc tamen voluntas, quandoque per modum rationis eligere poteſt ex ordine ad finem. Sicut etiam in aliquo puro homine ſenſualitas eius, & etiam voluntas abſolute conſiderata refugit vſtionem, quam tamen voluntas ſecundum rationem eligit propter finem ſanitatis. Voluntas autem dei erat, vt Chriſtus dolores & paſſiones & mortẽ pateret, non quòd iſta eſſent a Deo volita ſecundum ſe, ſed ex ordine ad finẽ humanę ſalutis. vnde patet, ꝙ Chriſtus ſecundum voluntatem ſenſualitatis, & ſecundum voluntatẽ rationis, quæ conſideratur per modum naturæ, aliud poterat velle, quàm Deus: ſed ſecundũ voluntatem, quæ eſt per modum rationis,

ar. 1. & 3. huius q.

q. 14. art. 1. ad 2.

D. 1219.

*Super Quæſtionis decimæoctauæ Articulum quintum.*

TItulus clarus eſt de conformitate voluntatis Chriſti humanæ ad diuinam in volito. Nam de conformitate in modo volendi nulla eſt quæſtio, cũ impoſſibile ſit volũtatẽ creatã velle eo modo, quo vult Deus: ſed an circa rem volitam fuerit conformitas, ita ꝙ nihil voluerit ſecundũ appetitum humanum, quod alienum ſit a volito ſecundum diuinam uoluntatem, in dubium uertitur, propterea quòd legimus Chriſtum ſecũdum hominem noluiſſe mortem propriam, quã tam ſcđm eundẽ voluiſſe voluntate diuina.

3. di. 17. q. 1. a. 3. & 4. & 3. d. 17. a. 1. q. 1. & 4. contra to. 57. 6.

¶ In corpore articuli reſpondetur quæſito cũ diſtinctione duabus concluſionibus. Diſtinctio ẽ de triplici in Chriſto humana voluntate, hoc eſt, voluntate ſẽſualitatis, voluntate rõnali, vt eſt natura & volũtate rõnali, vt eſt ratio. Prima concluſio eſt, Chrs ſm voluntatem ſenſualitatis, & ſecundũ voluntatẽ rationalem per modũ naturæ, poterat aliud velle quàm Deus. Secunda concluſio eſt, Chriſtus ſm voluntatẽ per modũ rationis, ſemper idem voluit quod Deus. Probãtur ſimul dupliciter, primo ratione, ſecũdo auctoritate. Ratio eſt iſta: voluntas ſenſualitatis naturaliter refugit, & læſionem corporis & dolores ſenſibiles, & voluntas vt natura repudiat, & contraria naturæ, & ſecundum ſe mala, & voluntas per modum rationis eligit, quandoque hæc eadem ex ordine ad finem, & uolũtas Dei erat, ut Chriſt⁹ mortem, & mala pateretur, non ꝙ iſta vellet ſecundum ſe, ſed in ordine ad finem, ergo Chriſtus ſecundum uoluntatem ſẽſualitatis, & ſecundum voluntatẽ per modum naturæ, poterat aliud velle, quàm Deus, & ſecũdum uoluntatẽ per modum rationis, ſẽper voluit idem qđ Deus. Antecedẽs habens quatuor partes, quo ad primas tres partes probatur ex hoc, ꝙ videm⁹ ſenſualitatẽ, & uolũtatẽ ut naturã refugere aduſtionem, quã tñ uoluntas per modũ rationis, quãdoque eligit propter ſanitatem acquirẽdã. Conſequentia autẽ probatur, Filius dei ex quadam diſpenſatione ante paſſionem ſuam permittebat omnibus viribus aĩæ agere quæ propria ſunt eis. ergo permittebat in Chriſto voluntatem ſẽſualitatis refutare



læſionem

læſionem abſolute, &c. & uoluntatem ut naturã repudiare mortem abſolute, & uoluntatem ut rationem acceptare eandem in ordine ad finem humanæ ſalutis. Vbi patet, primas duas uoluntates aliud uelle, quàm deus, & tertiam uelle idem, quod Deus. Aſſumptum ad probandum conſequentiam probatur, quia

ſemper idem volebat quod Deus, quod patet ex hoc ipſo qđ dicit, Non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu. Volebat.n. ſm rationem, uoluntatẽ diuinã impleri: quãuis aliud dicat ſe uelle ſecundum quãdam aliã eius voluntatem.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ Chriſtus per voluntatẽ rationalem voluit, ut diuina uoluntas impleretur, nõ autem per uoluntatẽ ſenſualitatis, cuius motus non ſe extendit uſque ad uoluntatẽ Dei, neque per uoluntatem, quæ conſideratur per modum naturæ, quæ fertur in aliqua obiecta abſolute conſiderata, & non in ordine ad diuinam uoluntatem.

Ad 2m dicendum, ꝙ conformitas uoluntatis humanæ ad uolũtatem diuinã, attenditur ſm uoluntatẽ rationis, ſm quam, etiã voluntates amicorũ concordant, inquantũ. ſ. ratio conſiderat aliquod uolitũ in ordine ad uoluntatem amici.

Ad 3m dicendũ, ꝙ Chriſtus fuit ſimul cõprehẽſor & uiator, inquãtum. ſ. per mentẽ fruebatur Deo, & habebat carnẽ paſſibilem. Et ideo

ſupra dictum eſt, ꝙ filius Dei ex quadã diſpenſatione permittebat carni agere & pati, quæ ſũt ei propria: ex hoc enĩ ſequitur per uiã ac rõnẽ ſimilis, quòd ſimiliter permiſit uiribꝰ animæ agere quæ eis ſunt propria. Deinde probantẽ ambę concluſiones auctoritate unica Chriſti orantis ad Patrẽ, Non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu. In his enim uerbis, triplex uoluntas patet. ſ. diuina in ly tu, humana cõformis diuinæ in ly ſicut tu (quæ ẽ uolũtas per modum rationis) & humana aliud uolens, quàm diuina in ly, nõ ſicut ego uolo. Et hæc eſt uoluntas rationalis per modum naturæ, repudians mortẽ abſolute, & uoluntas ſenſualitatis, refutãs dolores ſenſibiles &c. Patet ergo ex hac auctoritate utraque concluſio.

¶ Nota nouitie, ꝙ ut in reſponſione ad primum clarius explanatur, tam actus uoluntatis per modum naturæ, quàm actus ſenſualitatis ex propria natura habet obiectum abſtrahens ab ordine ad diuinam uoluntatem, & propterea quantum eſt ex parte obiecti, non ſpectat ad hos motus, conformitas ad diuinam uoluntatem. Dico autem quantum eſt ex parte obiecti, quia ex parte ſubiecti etiam actus iſti conformes ſunt diuinæ uoluntati in beatis: ita quòd inter Chriſtum ante mortem & beatos, differentia horum motuũ in uolito ex parte ſubiecti oritur: quia. ſ. Chriſtus animam & carnẽ paſſibilẽ habebat, beati autem non. Hinc enim fit, ut Chriſti uoluntati naturali & ſenſuali occurrerent aliqua ut contraria & læſiua, quæ beatis exemptis ab omnis poſſibilitate mali occurrere nequeunt, & propterea beati etiam ſm naturalem uoluntatis motum, & ſecundum appetitum ſenſitiuum conformantur diuinę voluntati in volito, Chriſtus autem non. Et ſcito quòd iſti volũtatis motus, qui in aliud tendebant in Chriſto, nihil aliud ſunt quàm velleitates: vniuerſaliter ſiquidem loquendo, actus voluntatis per modum naturæ diſtinctus contra actum voluntatis per modum rationis contrarium eligentis, nihil aliud eſt quàm velleitas, de qua dicitur in Ethc. ꝙ eſt etiam impoſſibilium: ita ꝙ in beatis nec electio, nec velleitas eſt ad aliud volitum, quam quod Deus vult. In Chriſto aũt electio oĩs conformis Deo fuit in volito, ſed non omnis velleitas eius fuit conformis Deo in volito; habuit.n. Chriſtus velleitatem non patiendi crucẽ, quã tñ elegit, quia Deus ſic volebat. Et ſimile eſt in nobis, cum dolemus de morte iuſte patientiũ, & plagis iuſte a Deo nobis inflictis, & aliis huiuſmodi. Vellẽmus.n. hæc non eſſe: veruntamen, fiat voluntas Dei, dicimus, & volumus ſi non exorbitamus.

*Super Quæſtionis decimæoctauæ, Articulum ſextum.*

TItulus clarus quo ad quid nominis; in corpore autem manifeſtatur quid ſit contrarietas voluntatum, & ſecundum quæ attendatur, nempe ſecundum contrarietatem obiectorum, vt volentis, nolentis, & ſimilium.

¶ In corpore articuli duo fiunt. primo mõſtratur, in cõmuni in quo cõſiſtit cõtrarietas voluntatũ: ſecundo, reſpõdetur quæſito.

¶ Quo ad primum concluſio eſt. Ad contrarietatẽ voluntatũ in aliquo requiritur, quòd oppoſitio voluntatũ ſit & circa idẽ, & in eadẽ voluntate. Probatur primo concluſio hæc ex cõmuni rõne,

F contrarietatis, quam addit ſupra diuerſitatem: contrarietas.n. ſpecies eſt diuerſitatis. Sed inter contrarietatẽm, & diuerſitatem hoc intereſt, quòd contrarietas addit ſupra diuerſitatem oppoſitionẽ, ſecundũ idem, & in eodem. Procedit ergo litera ſic. Contrarietas exigit oppoſitionem in eodem ſecundum

ex parte carnis paſſibilis poterat in eo aliquid accidere, quod repugnaret naturali uoluntati ipſius, & etiam appetitui ſenſitiuo.

## ARTICVLVS VI.

G *Vtrum in Chriſto fuerit contrarietas uoluntatum.*

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ in Chriſto fuerit cõtrarietas uoluntatum. Contrarietas namque uoluntatum attẽditur ſm contrarietatem obiectorum, ſicut etiã contrarietas motuũ attenditur ſm contrarietatẽ terminorũ, ut patet per Philo. in 5. phyſi*. ſed Chriſtus ſm diuerſas uolũtates cõ- H traria uolebat, nã ſm uoluntatẽ diuinã uolebat mortem, quã refugiebat ſm uoluntatẽ humanã. vnde Ath. dicit in lib. aduerſus Apollinarium, Qñ Chriſtus dicit, Pater, ſi poſſibile eſt, trãſeat a me calix iſte, & tamen non mea, ſed tua uolũtas fiat, & iterum, Spiritus promptus eſt, caro autem infirma, duas uolũtates hic oſtendit: vnam humanã, quæ propter infirmitatem carnis

idem. ergo contrarietas voluntatum in aliquo exigit oppoſitionem voluntatum ſecundum idẽ, & in eadem uoluntate. Antecedẽs probatur: quia ſi diuerſitas ſit in diuerſis, aut ſecundum diuerſa, non eſt contrarietas. Probatur: quia non eſt contradictio, contrarietas namque contradictionem in ſe claudit. Deinde declaratur eadem concluſio quo ad illam particulam, ſecundũ idẽ ex diuerſis rationibus volendi, & nolendi vnum & idem (puta mortem Sortis propter commune vel priuatum bonũ) dupliciter ſe habentibus, vel vt diuerſis tãtum, vel nõ ſolum vt diuerſis, ſed oppoſitis, vt patet in exemplo literæ, de volũtate principis circa mortẽ Sortis latronis propter bonum publicum, & uoluntate parentis, vt nõ moriatur propter bonum proprium: quando .n. hic ſiſtunt ambę voluntates diuerſæ quidẽ ſunt, ſed non contrariantur, quia licet contraria velint (ſcilicet mori illũ, & nõ mori illũ) diuerſa tñ eſt ratio volendi mortem, & uolendi nõ mortẽ, ac per hoc non eſt oppoſitio ſm eandem rationẽ volendi. Sed ſi non ſiſtitur hic, ſed uoluntas parentis circa nõ mori propter bonũ propriũ, opponit bonũ propriũ bono cõmuni, iam nõ ſola eſt diuerſitas rationũ volendi. ſ. communis & proprii, ſed eſt oppoſitio earundem: quia cõmune bonum tollitur per proprium in ratione volẽdi. Vincit.n. amor proprius amorem cõmunis boni, & expellit illud a ratione volendi, & vult filium non mori, etiam contra commune bonum ob nimium amorem proprii boni. Demum declaratur eadẽ concluſio quo ad illam particulam, in eadem voluntate ex diuerſis appetitibus, dupliciter etiam diſpoſitis, vel cum ſola diuerſitate, vel cum diuerſitate habentibus etiã oppoſitionem. Verbi gratia. Appetitus rationalis vult bonum rationis, appetitus ſenſualis vult bonum delectabile ſecundum ſenſum. Si hic ſiſtitur, diuerſitas appetituũ eſt ſola, ſed ſi vltra progreditur ex parte ſubiecti appetitus boni delectabilis, vt immutet appetentem vel ad tardandum, vel mutandũ appetitum boni rationis, iam non ſola diuerſitas eſt appetituũ, ſed oppoſitio, quia opponit ſe appetitus delectabilis cõtra appetitum rationis, & uincit illum, dum immutat illũ vel annullando, vel debilitando illum ex parte appetentis, vt ſcilicet vel non velit bonũ rationis tunc, vel debilitet velit illud. Hoc autem quod dicimus de oppoſitione appetitus ſenſitiui ad rationalem, intelligendum quoque eſt locũ habere inter actum voluntatis per modum naturæ & actũ electionis, nam cum in diuerſa tendunt, ſi uoluntas naturalis intantũ protendit, vt opponat ſe electioni, & vincat illã, contrarietas volũtatũ eſt, vt ſi quis electurus diſpẽdiũ honoris, famæ, ac vitæ, ob bonũ virtutis, a naturali volũtate vitæ, honoris gloriæq; vincatur.

¶ Circa hanc concluſionem nota, ꝙ in concluſione nõ dicitur ad contrarietatẽ voluntatũ requiri hæc duo, ſed dicit hæc duo requiri ad contrarietatem voluntatum in aliquo. Appoſuit ſiquidem Auctor ly in aliquo, ad monſtrãdũ quòd de cõtrarietate volũtatũ in uno & eodẽ homine loquit. Et dixit hoc, quia ſciebat, imo etiã in hac litera docet, ꝙ ad contrarietatẽ voluntatũ ſimpliciter & abſolute non requiruntur hæc quo, ſed alterũ tantũ ſufficit, ut patet in exẽplo literæ de voluntate principis, & volũtate pa-

3. di. 17. ar. 2. q. 1. & 3. Et op. 3. ca. 239. ſu.

li. 5. Phyſ. text. 49. uſq; ad fi. to. 2.



rentis nimis vitam filii amantis. Sunt enĩ vere tunc contrariæ voluntates, quamuis ſint diuerſorũ hominũ. Et hoc modo uoluntas peccatorum eſt contraria voluntati diuinæ, & contra Dei voluntatẽ agere dicuntur: eſt ſiquidem hæc contrarietas volũtatum obiectiue, non ſubiectiue. Sed Auctor in litera loquitur de voluntatũ contrarietate, & obiectiua, & ſubiectiua, & ideo adiunxit ly in aliquo, & dixit ad cõtrarietatẽ volũtatũ in aliquo, hoc eſt obiectiue, & ſubiectiue, exigi duo ſcilicet oppoſitionẽ ſm idẽ, & oppoſitionẽ in eadẽ volũtate.

¶ Quo ad ſecundũ, concluſio reſponſiua quæſito eſt, in Chriſto nulla fuit contrarietas volũtatũ. Probatur, primo ex parte primæ conditionis requiſitæ ad contrarietatem voluntatum, hoc eſt oppoſitionis ſecundum idẽ ſeu eandem rationẽ. Probatur autem ſic, In Chriſto nec voluntas naturalis, nec voluntas ſenſualitatis repudiabat rationem volitam a diuina, & humana electione. ergo in Chriſto non habuit locũ repugnantia voluntatum ſecũdum idẽ. antecedẽs probatur quo ad volũtatẽ naturalem, quia etiam voluntate abſoluta Chriſtus volebat ſalutem humani generis, quamuis nõ vellet hoc in ordine ad aliud, hoc eſt, quàmuis non vellet eã vt rationẽ volẽdi mortem propriam: quia ad voluntatẽ vt naturam, non ſpectat velle aliquid in ordine ad aliud, ſed ſolum velle, vel nolle aliquid abſolute. Deinde probatur antecedens quo ad volũtatem ſenſualitatis: quia eius motus, nec ad acceptãdum, nec ad repudiandum tã excelsũ bonũ (quod eſt bonũ commune æternæ ſalutis generis humani) ſe extẽdit. Secundo probatur concluſio ex parte ſecundæ conditionis requiſitæ ad contrarietatem voluntatum in aliquo, hoc eſt oppoſitionis ĩ eadem voluntate. Probatur autẽ ſic. Neutra voluntatum coniugatio ex altera impediebatur aut retardabat. ergo in Chriſto non habuit locũ repugnantia voluntatum in eadem voluntate. Antecedens manifeſtatur, & quo ad voluntatem diuinam, humanamque electiuam: quia nec impediebatur, nec retardabatur ex volũtate naturali, aut ſenſualitatis, & ecõuerſo: quia nec volũtas naturalis, nec ſenſualitatis impediebatur a diuina, aut humana electiua. Placebat ſiquidẽ Chriſto ſecũdum diuinã voluntatem & rationalem voluntatem, vt & voluntas ſua humana per modũ naturæ moueretur, hoc eſt, haberet ſuas naturales velleitates reſpectu uitæ, reſpectu ĩtegritatis corporis, reſpectu honoris, reſpectu famæ, reſpectu gloriæ, &c. & appetitus ſenſitiuus timeret futurũ, triſtareturq; de præſenti malo corporis &c.

Habetur in Epiſt. Agathonis ad ſexta Synod. general. & legitur in actione 4. & recipitur actione 8.

refugiebat paſſionem, & diuinam eius, promptã ad paſſionẽ. ergo in Chriſto fuit contrarietas volũtatũ.

¶ 2 Præt. ad Galat. 5. dicitur, ꝙ Caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ, & ſpiritus aduerſus carnẽ. Eſt igitur cõtrarietas voluntatũ, qñ ſpiritus vnum cõcupiſcit, & caro aliud: ſed hoc fuit in Chriſto, nã per volũtatem carnis, quam Spiritus ſanctus in eius mente faciebat, volebat paſſionem, ſecundum illud Iſa. 53. Oblatus eſt, quia voluit, ſecundum autem carnem, paſſionem refugiebat. ergo erat in eo cõtrarietas voluntatum.

¶ 3. Præterea, Luc. 22. dicitur, quòd factus in agonia prolixius orabat: ſed agonia videtur importare quandam cõpugnationẽ animi in contraria tendentis. ergo videtur, quòd in Chriſto fuerit contrarietas voluntatum.

SED CONTRA eſt, quòd in determinatione ſextæ Synodi dicitur*, Prædicamus duas naturales voluntates, non contrarias (iuxta quòd impii aſſerunt hæretici) ſed ſequentem eius humanã voluntatem, & non reſiſtentem vel reluctãtem, ſed potius ſubiectam diuinæ eius, atque omnipotenti volũtati.

RESPON. dicendum, ꝙ contrarietas non põt eſſe niſi oppoſitio attendatur in eodẽ, & ſecundũ idem: ſi autem ſecundum diuerſa & in diuerſis exiſtat diuerſitas, nõ ſufficit hoc ad rationem contrarietatis, ſicut ad rationem contradictionis, puta quòd homo ſit pulcher aut ſanus ſecundum manum, & non ſecundum pedem. Ad hoc ergo, quòd ſit contrarietas voluntatum in aliquo, requiritur primò quidem, quòd ſecundum idem attendatur diuerſitas volũtatum. Si enim vnius voluntas ſit de aliquo fiendo ſecũdum quandam rationem vniuerſalẽ, & alterius voluntas ſit de eodem non fiendo ſecundum quandam rationem particularem, non eſt omnino contrarietas volũtatum. Puta, ſi Rex vult E ſuſpendi latronem propter bonũ publicum, & aliquis ejus conſanguineus nolit eum ſuſpendi propter amorem priuatum, non erit contrarietas voluntatis, niſi forte intantum ſe extendat voluntas hominis priuati, vt bonũ publicum velit impedire, vt conſeruetur bonum priuatũ: tunc.n. circa idẽ attẽditur repugnantia voluntatũ. Secũdo aũt requiritur ad contrarietatẽ voluntatis, ꝙ ſit circa eandẽ voluntatem. Si .n. homo vult vnum ſe-

A cundũ appetitum rationis, & vult aliud ſecundum appetitum ſenſitiuum, non eſt hic aliqua contrarietas, niſi forte appetitus ſenſitiuus in tantum præualeat, quòd vel immutet vel retardet appetitum rationis: ſic enim iam ad ipſam volũtatẽ rationis perueniret aliquid de motu cõtrario appetitus ſenſitiui.

Sic igitur dicendum eſt, ꝙ licet voluntas naturalis, & voluntas ſẽſualitatis in Chriſto aliquid aliud B voluerit, quàm voluntas diuina & voluntas rationis ipſius, nõ tñ fuit aliqua contrarietas voluntatum. Primo quidem, quia neque voluntas naturalis, neq; voluntas ſenſualitatis repudiabat illam rationem, ſcilicet qua diuina voluntas, & voluntas rationis humanę in Chriſto paſſionẽ volebat. Volebat.n. etiam voluntas abſoluta in Chriſto ſalutem humani generis, ſed eius non erat velle hoc in ordine ad aliud: motus autem ſenſualitatis ad hoc C ſe extendere nõ valebat. Secundo, quia neque volũtas diuina neque voluntas rationis in Chriſto impediebatur aut retardabatur per voluntatem naturalẽ, aut per appetitũ ſenſualitatis. Similiter etiã, nec econtrario voluntas diuina vel voluntas rationis in Chriſto, refugiebat aut retardabat motum voluntatis naturalis humanę, & motum ſenſualitatis in Chriſto. Placebat enim Chriſto ſecundum volunta- D tem diuinam, & etiam ſecundum voluntatem rationis, vt uoluntas naturalis in ipſo, & voluntas ſenſualitatis, ſecundum ordinem ſuæ naturæ mouerentur. Vnde patet, quòd in Chriſto nulla fuit repugnantia, vel contrarietas voluntatum.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ hoc ipsũ, ꝙ aliqua uoluntas humana in Chriſto aliud volebat, quàm eius uoluntas diuina, procedebat ex ipſa volũtate diuina, cuius beneplacito natura humana motibus propriis mouebatur in Chriſto, vt Damaſ*. dicit. lib. 3. orth. fi. ca. 15. a med.

¶ Ad 2m dicendum, quòd in nobis per concupiſcentiam carnis impeditur, aut retardatur concupiſcentia ſpiritus, quod in Chriſto non fuit. Et ideo in Chriſto non fuit contrarietas carnis ad ſpiritum, ſicut in nobis.

E Ad 3m dicendum, quòd agonia nõ fuit in Chriſto, quantum ad partem animæ rationalem, ſecundum ꝙ importat concertationem voluntatum ex diuerſitate rationum procedentem: puta cum aliquis, ſecundũ quòd ratio conſiderat vnum, vult hoc, & ſecundum quòd conſiderat aliud, vult contrarium. Hoc.n. contingit propter debilitatem rationis, quæ non poteſt diiudicare quid ſit ſimpliciter melius, quod in Chriſto non fuit: quia per ſuam rationem iudicabat ſimpliciter eſſe melius, quòd per eius paſſionem impleret voluntas diuina circa ſalutẽ generis humani: fuit tñ in Chriſto agonia, quantum ad partem ſenſitiuam, ſecundum quòd importat timorem infortunii imminẽtis, ut dicit Damaſc.* in 3. libro. lib. 3. c. 18. 20. & 23.

## QVÆSTIO XIX.

*De pertinentibus ad uirtutem Chriſti quantum ad operationem, in qua tuor articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de vnitate operationis Chriſti.

### Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum in Chriſto ſit vna operatio diuinitatis & humanitatis, vel plures.

¶ Secundo, Vtrum in Chriſto ſint plures operationes ſecũdum humanam naturam.

¶ Tertio, Vtrum Chriſtus ſecundũ humanam operationem aliquid ſibi meruerit.

¶ Quarto, Vtrum per eam aliquid meruerit nobis.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum in Chriſto ſit una tantũ operatio diuinitatis & humanitatis.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd ĩ Chriſto ſit vna tantum operatio diuinitatis & humanitatis. Dicit enim Dion.* in 2. cap. de Di. no. Diſcreta autem eſt benigniſſima circa nos Dei operatio per hoc, quòd ſecundum nos ex nobis integre vereque humanatũ eſt Verbum, quod eſt ſupra ſubſtantiã, & operari & pati, quæcumque humanæ eius diuinæque operationi congruunt. ubi vnam operationem nominat, humanam & diuinam, quæ in Græco dicitur theandrica, ideſt, Dei virilis. videtur igitur eſſe vna operatio compoſita in Chriſto.

¶ 2 Præt. Principalis agentis, & inſtrumenti eſt vna ſola operatio: ſed humana natura in Chriſto fuit inſtrumentum diuinæ, vt ſupra dictum eſt*. ergo eadem eſt diuinæ, & humanæ naturæ in Chriſto operatio.

¶ 3 Præt. Cum in Chriſto ſint duæ naturæ in vna hypoſtaſi vel perſona, neceſſarium eſt vnum & idẽ eſſe, quod pertinet ad hypoſtaſim vel perſonam: ſed operatio pertinet ad hypoſtaſim vel perſonam: nihil enim operatur niſi ſuppoſitũ ſubſiſtens, vnde ſecundum Philoſophũ actus ſunt ſingularium*. ergo in Chriſto eſt vna & eadem operatio diuinitatis, & humanitatis.

¶ 4 Præt. Sicuti eſſe eſt hypoſtaſis ſubſiſtentis, ita etiam operari: ſed F propter vnitatem hypoſtaſis eſt in Chriſto vnum eſſe, vt ſupra dictum eſt*. ergo etiam propter eãdem vnitatem eſt in Chriſto vna operatio.

¶ 5 Præt. Vbi eſt vnum operatum, ibi eſt vna operatio: ſed idem operatum erat diuinitatis & humanitatis, ſicut ſanatio leproſi, vel ſuſcitatio mortui. ergo videtur quòd in Chriſto ſit vna tantum operatio diuinitatis & humanitatis.

SED CONTRA eſt, quòd Ambroſ.* G dicit in 2. lib. ad Gratianum imperatorem, Quemadmodum eadem operatio diuerſæ eſt poteſtatis, numquid ſic poteſt minor quẽadmodum maior operari, aut vna operatio poteſt eſſe, vbi diuerſa ſubſtantia eſt?

RESPON. Dicendum, quòd ſupra* dicti hæretici, qui poſuerunt in Chriſto vnam volũtatem, poſuerunt etiam in Chriſto vnam operationem. Et vt eorũ opinio erronea melius intelligatur, conſiderandũ H eſt, quòd vbicumque ſunt plura agẽtia ordinata, inferius mouetur a ſuperiori, ſicut in homine corpus mouetur ab anima, & inferiores vires a ratione. Sic igitur actiones & motus inferioris principii ſunt magis operata quædam, quàm operationes: id autem quod pertinet ad ſupremum principium, eſt proprie operatio, puta, ſi dicamus in homine quòd ambulare, quod eſt pedũ, & palpare, quod eſt manuum, ſunt quædam hominis operata, quorum vnum operatur anima per pedes, aliud per manus. & quia eſt eadem I anima operans per vtrumque, ex parte ipſius operantis, quod eſt primum principium mouens, eſt vna & indifferens operatio: ex parte autem ipſorum operatorum differentia inuenitur. Sicut autem in homine puro corpus mouetur ab anima, & appetitus ſenſitiuus a rationali, ita in Domino Ieſu Chriſto humana natura mouebatur & regebatur a diuina. Et ideo dicebant, quòd eadem eſt operatio & indifferens ex parte ipſius diuinitatis ope K rantis, ſunt tamen diuerſa operata, inquantum ſcilicet diuinitas Chriſti aliud agebat per ſeipſam, ſicut quòd portabat omnia verbo virtutis ſuæ, aliud autem per humanam naturam, ſicut quòd corporaliter ambulabat. Vnde in ſexta Synodo inducuntur verba Seueri hæretici, ſic dicentis. Ea quæ agebantur & operabantur ab vno Chriſto, multum differunt: quædam enim ſunt Deo decibilia, quædam humana, veluti corporaliter vadere ſuper terram, profecto humanum eſt: A cruribus vero vexatis, & ambulare ſuper terrã, penitus nõ valẽtib[9] ſanũ greſſum donare, Deo decibile eſt. Sed vnus, ſcilicet incarnatum Verbum, hoc & illud operatus eſt, & nequaquã hoc quidem huius, hoc vero huius eſt naturæ: neque eo quòd diuerſa ſunt operamenta, ideo duas operatrices naturas atq; formas iuſte deferimus: ſed in hoc decipiebãtur, quia actio eius quod mouetur ab altero, eſt duplex. Vna quidem, quam habet ſecũdum pro B priam formam, alia autem, quã habet, ſecundum quòd mouetur ab alio: ſicut ſecuris operatio ſecundum propriã formam, eſt inciſio, ſecundum autem quòd mouetur ab artifice, operatio eius eſt facere ſcamnum. Operatio igitur, quæ eſt alicuius rei ſecundum ſuam formã eſt propria eius: nec ptinet ad mouentem, niſi ſecũdum quòd vtitur huiuſmodi re ad ſuã operationẽ: ſicut calefacere eſt propria operatio ignis, non autem fabri, niſi qua C tenus vtitur igne ad calefaciendũ ferrũ: ſed illa operatio, quæ eſt rei ſolum ſecundum quòd mouetur ab alio, non eſt alia præter operationem mouentis ipſum: ſicut facere ſcamnum, nõ eſt ſeorſum operatio ſecuris ab operatione artificis, ſed ſecuris participat inſtrumẽtaliter operationẽ artificis. & ideo vbicumque mouens & motum habent diuerſas formas ſeu virtutes operatiuas, ibi oportet quòd ſit alia operatio mouentis, & alia ope D ratio propria moti: licet motũ participet operationem mouentis, & mouens vtatur operatione moti, & ſic vtrumque agat cũ cõione alterius. Sic igitur in Chriſto humana natura habet propriam formã, & virtutem, per quam operatur, & ſimiliter diuina. Vnde humana natura habet propriam operationem diſtinctam ab operatione diuinæ, & econuerſo. Et tamen diuina natura vtitur operatione naturæ humanæ, ſicut opatione ſui in E ſtrumenti, & ſimiliter humana natura participat operationem diuinæ naturæ, ſicut inſtrumẽtum participat operationẽ principalis agẽtis. Et hoc eſt quod dicit Leo Papa in Epiſtola ad Flauianum*: Agit vtraque forma. ſ. tam natura diuina, quàm humana in Chriſto cum alterius communione, quod proprium eſt: Verbo. ſ. operante quod Verbi eſt, & carne exequẽte quod carnis eſt. Si vero eſſet vna tantum operatio diuinitatis & humanitatis in Chriſto, oporteret dicere, vel quòd humana natura non haberet propriam formam & virtutem (de diuina enim hoc dici eſt impoſſibile) ex quo ſequeretur, quòd ĩ Chriſto eſſet tantum diuina operatio, vel oporteret dicere, quòd ex diuina virtute & humana eſſet conflata in Chriſto vna virtus, quorum vtrumq; eſt impoſſibile. Nam per primũ horum ponitur natura humana in Chriſto eſſe imperfecta: per ſecũdum vero, ponitur confu B ſio naturarum. & ideo rationabiliter in 6. Synodo* hæc opinio eſt condemnata, in cuius determinatione dicitur: Duas naturales operationes indiuiſe, incõuertibiliter, inconfuſe, inſeparabiliter, in eodẽ domino Ieſu Chriſto vero Deo noſtro glorificamus, hoc eſt, diuinam operationẽ, & humanã opationẽ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Dion.* ponit in Chriſto operationem theandricam. i. diuinam virilem, vel diuinam humanã, nõ C per aliquam confuſionem operationum ſeu virtutum vtriuſq; naturæ, ſed per hoc, quòd diuina operatio eius vtitur humana, & humana eius operatio participat virtutem diuinæ operationis. Vnde ſicut ipſe dicit in quadam Epiſtola ad Caium*: Super hominem operabatur ea, quæ ſunt hominis: qđ mõſtrat, Virgo ſupernaturaliter cõcipiens, & aqua inſtabilis, terrenorum pedum ſuſtinens grauitatem. Manifeſtum eſt enim, quòd conci D pi eſt humanæ naturæ, ſimiliter & ambulare, ſed vtrũque fuit in Chriſto ſupernaturaliter. & ſimiliter diuina operabatur humanitus: ſicut cum ſanauit leproſum tangendo. Vnde in eadẽ Epiſtola ſubdit*: Nõ ſecundum Deum diuina faciens, non humana ſecundum hominẽ, ſed Deo homine facto, noua quadam Dei & hominis operatione. Quòd autem intellexerit duas eſſe operationes in Chriſto, vnam diuinæ naturæ, aliam autem humanæ, E patet ex his, quæ dicit in 2. ca. de diui.* no. vbi dicit, quòd his, quæ pertinẽt ad humanam eius operationum. Pater & Spiritusſanctus nulla ratione communicant, niſi quis dixerit ſecundum benigniſſimam, & miſericordem voluntatẽ, inquãtum. ſ. Pater & Spiritusſanctus ex ſua miſericordia voluerunt Chriſtum agere & pati humana. Addit autem & omnem ſublimiſſimã & ineffabilem Dei operationem, quã homo pro nobis factus adimpleuit, immutabilis profecto Deus &

*Super quæſtionis decimænonæ articulum primum.*

TItulus articuli præſentis & ſequentis, accurata eget annotatione ſui ſenſus. nam cum vnũ multipliciter dicatur, conſequens eſt vt operatio vna multipliciter dicaẽ. In propoſito aũt, vt Auctor ipſe in hoc articulo inſinuat, & in ſequẽti aperte teſtaẽ, ſermo eſt de operationis vnitate ſm principium actiuum, non quodcumq;, ſed proprium, hoc eſt virtute propria agẽs, ita ꝙ operatio vna appellatur, quæ eſt ab vno tantum actiuo principio virtute ꝓpria, & ſi a plurib[9] actiuis principiis ſecundum ſuas proprias virtutes eſt, non eſt opatio vna, perinde ergo eſt q̃rere, an diuinitatis & humanitatis in Chriſto ſit vna tm̃ operatio, acſi quęretur, an in Chriſto ſit vnũ tantũ principium operãdi virtute propria ſiue illud ſit ſola diuinitas, ſiue compoſitũ quid ex humanitate & diuinitate, ſiue ſola humanitas. Quod tamen null[9] vmquã opinat[9] eſt, credens incarnati Verbi myſteriũ. Eſt aũt mouẽdi hũc articulũ ratio, & hęreſis ponentium in Chriſto vnã naturã cõpoſitam ex deitate & humanitate, quoniam conſequẽter poneretur vna tantum confuſa operatio in Chriſto, quia poneretur ĩ eo vnũ tm̃ pricipium virtute propria actiuũ. ſ. natura illa tertia confuſa, & multo magis hęreſis ponẽtiũ in Chriſto ſolã deitatẽ eſſe actiuã virtute propria, humanitatẽ vero eſſe purũ inſtrumẽtũ ſine propria virtute (quales fuerũt ſubtrahẽtes Chriſto voluntatẽ humanam, vel eius actũ) qm̃ ſecundũ hoc in Chriſto cõſequenter poneretur deitatis & humanitatis vna tãtũ operatio, iuxta vnitate actiui principii proprii. At ſi ĩ Chriſto deitas agit virtute propria, & humanitas agit etiam virtute propria (quãuis coagat ſimul deitati) non ẽ deitatis & humanitatis in Chriſto operatio vna tãtũ, ſed eſt vna & multæ. Verbi gratia, dũ Chriſt[9] ſanauit infirmum tangẽdo, ſi fuit in illo opere aliquis actus cauſat[9] ab humanitate virtute propria, & aliq's cauſat[9] a diuinitate virtute propria, operatio illa non eſt vna tantum, ſed eſt quidẽ vna & multæ. Vna puta ſanatio, quia virtute propria deitatis, & ab humanitate inſtrumentaliẽ eſt, duæ vero, quia adiungiẽ dictæ operationi operatio, q̃ eſt ab humanitate virtute propria, dũ ſanationi coniungitur voluntaria cõtactio, ſanatio enĩ vna operatio eſt a deitate per humanitatem, contact[9] aũt voluntarius poneret humana operatio a propria humanitatis virtute. Si autẽ ſola deitas propria virtute operari ponatur, & humanitas ſolum vt pote exequẽs principalis agentis virtutem poneret, vna tãtũ operatio inueniret in hmõi curatione. Hæc de tit.

¶ In corpore artic. primo recitaẽ ſimul & declaratur hæreticorũ poſitio cum fundamento. ſecundo oſtẽditur radix erroris eorũ. tertio reſpõdeẽ q̃ſito ibi, Et ideo vbicumque mouens & motum.

¶ Quoad primum erronea cõcluſio ẽ. In Chriſto eſt vna tantum operatio, licet ſint multa operata. Probaẽ, quia vnum tãtum eſt in Chriſto principiũ actiuũ, ſcilicet deitas: humanitas aũt inſtrumentaliter ſe habet. Declaratur hæc & in aĩa reſpectu organorũ corporeorũ, & reſpectu viriũ ſenſitiuarũ.

¶ Quoad ſecũdum radix errãdi ponitur, quia non diſtinxerũt operationem inſtrumenti per propriam formam, vel per participationẽ agentis. Declarãtur hæc ĩ artificialibus, artifice, & ſerra, & in naturalibus, ſcilicet igne reſpectu artis: quod potes declarare tu reſpectu aĩæ vegetatiuæ, cuius inſtrumentũ poniẽ ignis in augmento, vt patet in 2. de Anima contra Empedoclem. Indiſtinctio igitur operationum & communio agentium, quia principale vtitur propria operatione inſtrumenti, & inſtrumentum participat operationem propriã, principalis errandi occaſio fuit.

¶ Quo ad tertium cõcluſio eſt, In Chriſto ſunt duæ operationes. Probatur primo ratione oſtenſiua: ſecundo, auctoritate Leonis: tertio, ducendo ad impoſſibile: quarto definitione Synodi. Omnia clara ſunt in litera.

¶ In reſpõſione ad quartum, aduerte & perſpice ſenſum literæ, ponentis differentiam inter eſſe & operari reſpectu naturæ & perſonæ. Poniẽ ſiquidem primo mõ vtriuſq; cõuenientia in hoc, ꝙ vtrumque hoc eſt tam eſſe, quàm operari, eſt perſonæ a natura, ita ꝙ vtrũq; habet naturam pro principio & perſonam pro ſubiecto, quod eſt, quod operatur. Deinde ſubditur differentia inter vtrumque, quia in conſtitutione pſonæ a natura eſſe ſe habet vt termin[9], quia ſpectat ad ipſam perſonæ conſtitutionẽ, vt propria actualitas eius: perſona enim nihil aliud ẽ, quàm natura deducta ad hoc, quòd ſit proprie id, quod eſt. Et hinc prouenit, vt vnitas perſonæ exigat vnitatem eſſe, oportet namque cõſtitutionẽ vnius perſonæ, ad vnum tantummodo terminũ compleri. Operatio vero non ſic ſe habet: non enim natura, conſtituendo perſonam, dat operari, ſicut dat eſſe, ſed pſona, iam exiſtens profert, mediãte natura, operationem. Et ideo vnitas perſonæ non exigit vnitatem operationis. Vbi vides, quòd eſſe immediate in perſona a natura eſt, operari vero iam conſtituta perſona habet a natura ipſa, mediãte natura: habet enĩ operatio naturã & vt principium, & vt ſuſceptiuum proximum ſaltem mediãte potentia, perſonã autem vt primũ operans, vt quod: eſſe vero naturam, habet vt principiũ quo tantum, & perſonã vt immediatũ ſubiectum quod eſt. Eadẽ ergo ẽ doctrina hic & ſuperius tradita: non enim docemur hic, quòd eſſe ſit de intrinſeco ĩtellectu perſonæ, ſed quòd pertinet ad conſtitutionem perſonæ. Et vere ſic eſt, quoniã conſtitutio perſonæ eſt conſtitutio ipſius eſſe, tum quia non alia conſtitutione fit perſona, & aliã ſit eſſe, ſed vna & eadem: tũ, quia ad hoc conſtituitur perſona, vt ſit, quod eſt dictu, conſtitutionem perſonæ terminari ad eſſe, tamquàm ad ipſi perſonæ propria, immediatam vltimamq; actualitatem, infra latitudinem ſui generis, ſcilicet ſubſtantiæ.

¶ In reſpõſione ad quintum vide nouitie, quòd cũ ꝓpriis operatis ſingulariũ operationum (diuinæ ſcilicet & humanæ) ſtare dicitur vnitatem operati reſpectu vtriuſque: non per viã proprietatis, quia hoc repugnat his, quæ nunc immediate dicta ſunt, ſed per viã concurſus ſeu cõmunionis. Numquã. n. operatũ propriũ vni[9] operationis eſt operatum proprium alterius, vt in principio reſpõſionis docemur: ſed operatũ propriũ vnius põt eſſe operatum commune ſibi & alteri operationi, vt ſanatio leproſi eſt pro-

Infr. q. 25. arti. 1. ad 2. Et 3. di. 10. q. 1. ar. 2. q. 1. ad 3. & di. 18. ar. 1. Et 4. contra c. 36. Et veri. q. 20. art. 1. ad 2. & 6. Et vni. ar. 1. ad 16. & ar. 5. Et opuſ. 3. c. 219.

* c. 2. inter finẽ & medium c.

Q. 13. ar. 2. & 3.

Li. 1. Metaph. c. 1. ante medium tom. 3.

Q. 17. art.

Li. 2. de fi. de c. 4. in pag. a princip. c. 104.

q. præcæ.

In epiſto. 10. c. 4. paulo a princi.

In 6. Syno. generali: actione 4. & 8. & 9.

Loco citato in argum.

In epi. quæ incip. Quæris tu quidem, circa medium.

In prædicta epiſt. in fine.

Ca. 2. inter finẽ & medium partis 1.

Dei verbum. Sic igitur patet, ꝙ alia eſt operatio humana, in qua Pater, & Spiritusſanctus non communicant niſi ſecundum acceptationẽ miſericordiæ ſuæ, & alia eſt eius operatio, inquantum eſt Dei uerbum, in qua communicant Pater, & Spiritusſanctus.

Ad 2^m dicendum, quòd inſtrumentũ dicitur aliquid agere ex eo, quòd mouetur a principali agente, quod tamen præter hoc poteſt habere propriam operationem ſecundum ſuam formam, vt de igne G dictum eſt.* Sic igitur actio inſtrumenti, inquantum eſt inſtrumẽtũ, non eſt alia ab actione principalis agẽtis: poteſt tamen habere aliam operationem, prout eſt res quædã. Sic igitur operatio, quæ eſt humanæ naturæ in Chriſto, inquantum eſt inſtrumentum diuinitatis, non eſt alia ab operatione diuinitatis: non enim eſt alia ſaluatio, qua ſaluat humanitas Chriſti, & diuinitas eius: habet tamen humana natura in Chriſto, inquantũ eſt natura quædam, quandam propriam operationem præter diuinam, vt H dictum eſt*.

Ad 3^m dicendum, quòd operari eſt hypoſtaſis ſubſiſtentis: ſed ſecundum formam & naturam, a qua operatio [d] ſpeciem recipit. & ideo a diuerſitate formarũ, ſeu naturarum eſt diuerſa ſpecies operationum: ſed ab vnitate hypoſtaſis eſt vnitas ſecundum numerum, quantum ad operationem ſpeciei. Sicut ignis habet duas operationes ſpecie differentes, ſcilicet illuminare & calefacere, ſecũdum differentiam lucis & caloris, & tamẽ eſt vna numero illuminatio ignis ſemel illuminantis. Et ſimiliter in Chriſto oportet, quòd ſint duę operationes ſpecie differentes ſcd̃m eius duas naturas: quælibet tamen operationũ eſt vna numero in Chriſto ſemel facta, ſicut vna ambulatio & vna ſanatio.

Ad 4^m dicendum, quòd eſſe & operari eſt perſonæ a natura, aliter tamen & aliter. Nam eſſe, pertinet ad ipſam conſtitutionem perſonæ, & ſic quantum ad hoc ſe habet in ratione termini: & ideo vnitas perſonæ, requirit vnitatem ipſius eſſe cõpleti & perſonalis: ſed operatio eſt quidam effectus perſonæ ſecundum aliquã formã, vel naturã, vnde pluralitas operationũ non præiudicat vnitati perſonali.

Ad 5^m dicendum, quòd aliud eſt proprium operatum operationis diuinæ & operationis huma- F næ in Chriſto: ſicut operatum proprium diuinæ operationis eſt ſanatio leproſi, operatum autem proprium humanæ naturæ, eſt eius cõtactus. Concurrunt autem ambæ operationes ad vnum operatũ, ſecũdum ꝙ vna natura agit cum cõmunione alterius, vt dictum eſt.

### Articvlvs II.

*Vtrum in Chriſto ſint plures operationes humanæ.*

Ad secvndvm ſic proceditur. Vr̃ quòd ĩ Chriſto ſint plures humanæ operationes. Chriſtus. n. inquantum homo, communicat cum plantis in natura nutritiua, cum animalibus autem in natura ſenſitiua, cum angelis autem in natura intellectiua, ſicut & ceteri homines: ſed alia eſt operatio plantę, inquantum eſt planta, & alia animalis, inquantum eſt animal. ergo Chriſtus, inquantum eſt homo, habet plures operationes.

¶ 2 Præt. Potentiæ & habitus diſtinguuntur ſecundum actus: ſed in H anima Chriſti fuerunt diuerſæ potentiæ & diuerſi habitus. ergo & diuerſæ operationes.

¶ 3 Præt. Inſtrumenta debent eſſe proportionata operationibus: corpus autem humanum habet diuerſa membra differentia ſecundũ formam. ergo diuerſis operationibus debent eſſe accommodata. Sunt ergo in Chriſto diuerſæ operationes ſecundum humanam naturam.

Sed contra eſt, quòd ſicut Dama.* dicit in 3. li. operatio I ſequitur naturã: ſed in Chriſto eſt tantum vna natura humana. ergo in Chriſto fuit vna tantum operatio humana.

Respon. Dicendum, quòd quia homo eſt id, quod eſt ſecundum rationem, illa operatio dicitur eſſe ſimpliciter humana, quæ a ratione procedit per voluntatem, quæ eſt rationis appetitus. Si qua autem operatio eſt in homine, quæ non procedit a ratione & volũtate, nõ K eſt ſimpliciter operatio humana: ſed conuenit homini ſecundũ aliquam partẽ humanæ naturæ: quãdoque quidem, ſecundum ipſam naturam elemẽti corporalis, ſicut ferri deorſum: quãdoque vero, ſecundum virtutem animæ vegetabilis, ſicut nutriri & augeri: quandoque vero, ſecũdum partem ſenſitiuam, ſicut videre & audire, imaginari & memorari, concupiſcere & iraſci. Inter quas operationes eſt differentia. Nam operationes animæ ſenſitiuæ ſunt aliqualiter obedientes rationi, & ideo ſunt aliqualiter rationales & humanæ, inquantum ſcilicet, obediunt rationi, vt patet per Philo. in 1. Ethi.* Operationes vero quæ ſequuntur animã vegetabilem, vel etiam naturã elementaris corporis, non ſubiiciuntur rationi, vnde nullo modo ſunt rationales, nec humanæ ſimpliciter, ſed ſolum ſecundum partẽ hu- B manæ naturæ. Dictum eſt autem ſupra*, ꝙ quando agens inferius agit per propriam formam, tũc eſt alia operatio inferioris agentis & ſuperioris: quando vero agens inferius non agit, niſi ſecundũ quòd eſt motum a ſuperiori agente, tunc eſt eadem operatio ſuperioris agẽtis & inferioris. Sic igitur in quocumq; homine puro alia eſt operatio elementaris corporis & animæ vegetabilis ab operatione voluntatis, C quæ eſt proprie humana. Et ſimiliter etiam operatio animæ ſenſitiuę quantum ad id, quòd nõ mouetur a ratione: ſed quãtum ad id, quòd mouetur a ratione, eſt eadem operatio partis ſenſitiuæ & rationalis. Ipſius autem animæ rationalis eſt vna operatio, ſi attendamus ad ipſum principiũ operationis, quod eſt ratio vel voluntas. Diuerſificatur autem ſecũdum reſpectum ad diuerſa obiecta, quam quidem diuerſitatem aliqui appellauerũt diuerſitatem operatorum, magis q̃ operationum, iudicantes de vnitate operationis ſolum ex parte operatiui principij. Sic enim nũc quæritur de vnitate vel pluralitate operationum in Chriſto. Sic igitur in quolibet puro homine eſt tantum vna operatio, quæ proprie humana dicitur: præter quã tamen ſunt in homine puro quædam aliæ operationes, quę non ſunt proprie humanæ, ſicut dictum eſt*. Sed in homine Ieſu Chriſto nullus erat motus ſenſitiuæ partis, qui non eſſet ordinatus a ratione. Ipſe ẽt operationes naturales & corporales aliqualiter ad eius volũtatẽ ptinebãt, inquantũ volũtatis eius erat, vt caro eius ageret, & pateretur q̃ ſunt ſibi propria, vt dictũ eſt ſupra.* Et ideo multo magis eſt vna operatio in Chriſto, q̃ in quocũq; alio hoĩe.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ operatio partis ſenſitiuę, & etiã nutritiuę, nõ eſt proprie humana, ſicut dictum eſt:* & tamen in Chriſto huiuſmodi operationes fuerũt magis humanę, quàm in alijs.

C Ad 2^m dicẽdũ, ꝙ potẽtię & habitus diuerſificantur per cõparationẽ ad obiecta, & iõ diuerſitas operationũ hoc modo reſpõdet diuerſis potentijs & habitibus, ſicut ẽt reſpõdet diuerſis obiectis. Talẽ aũt diuerſitatẽ opeartionũ nõ intendimus excludere ab humanitate Chr̃i, ſicut nec eã, q̃ eſt ſm aliud & aliud inſtrumentum, ſed ſolum illam, quę eſt ſecundum primum principium actiuum, vt dictum eſt*. Vn- D de patet etiã reſponſio ad tertium.

### Articvlvs III.

*Vtrum actio humana Chriſti potuerit eſſe ſibi meritoria.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur, ꝙ actio humana Chri

¶ proprium operatum diuinæ operationis, & cũ hoc eſt cõmune operatum dictæ diuinæ operationi, & humano cõtactui participãti diuinam operationẽ, vt in calce reſponſionis docemur.

*¶ Super Quæſtionis decimænonæ Articulum ſecundum.*

Titulus ex præcedenti clarus eſt.

¶ In corpore tria fiunt. primo, declaratur in communi quid, & quæ ſit operatio humana, vel non humana, & ſimiliter vna vel multæ. Secundo, declarantur hæc eadẽ in puro homine, applicando ad purum hominem communiter prædicta. Tertio, applicando ad Chriſtum, reſpondetur quæſito vnica cõcluſione: In Chriſto eſt vna humana operatio multo magis, quàm in quocumque homine. — *In corp. ar.* — *In corp. ar.*

¶ Quo ad primum, quia titulus duos terminos claudit. ſ. operationem humanam & vnitatẽ, vel pluralitatem, ideo Auctor primo operationẽ elucidat humanam, & deinde illius vnitatẽ vel multitudinem in cõmuni. Dicit ergo tria. Primum. Operatio humana ſimpliciter eſt, quæ a rõne procedit ſecundum voluntatem, quia homo eſt homo per rationem, & per oppoſitum reliquæ operationes attributæ homini, nõ humanę niſi ſecundum partem ſunt: & ſunt triplicis ordinis, ſcilicet ex natura elemẽti, ex anima vegetatiua, ex anima ſenſitiua. Secundum, Differentia inter operationes hominis ſecundum partem naturæ humanæ eſt, ꝙ quædam ſunt participatiuæ quandoq; humanæ, vt q̃ ſunt partis ſenſitiuæ, & quædam nõ, vt quæ ſunt partis vegetabilis & elementaris. Tertium, Subordinatorum agentium propriis virtutibus operationes ſũt multæ, agentium vero vna virtute vna eſt operatio. — *D. 946.*

¶ Nota hic duo. Primo, quòd quia ratio (vt dicitur 9. Meta.) eſt ad oppoſita, & ab electione, quæ eſt actus voluntatis determinatur, ideo ratio & volũtas pro vnico principio operationis humanę cõputatur, & idem eſt operationem eſſe a ratione, & a voluntate, quæ eſt appetitus rationis determinatiuus. Secundo, quòd cum in litera dicitur operationem hominis nõ procedentem a voluntate conuenire homini ſecundum aliquam partem humanæ naturæ, & ſubdiſtĩguitur pars humanæ naturæ in elementarem, vegetabilẽ & ſenſibilẽ, dubiũ ſurgit de primo actu intellectus qui eſt hominis, & non a voluntate, nec ab aliqua harũ partiũ. Vnde dupliciter poteſt intelligi litera pręſens: primo, vt ſit ſermo de genere operationis, ita quòd ſenſus eſt, ſi qđ genus operationis eſt conueniẽs homini &c. Et tunc caret ſcrupulo litera, quia licet inueniatur in homine aliqua operatio nõ a voluntate, nec ſecundum illas partes numeratas in litera (vt primus act⁹ ĩtellectus, quẽ oportet eſſe naturalem, vtpote, ante omnẽ actum voluntatis) non tamen inuenitur aliquod genus operationis in homine, quod nõ ſit a volũtate aut ab aliqua nominatarum partium. Intelligere enim hominis ſecundum ſuum genus eſt a voluntate, quàmuis prima intellectio ſit accepta. Alio modo, poteſt intelligi, vt litera intelligatur vt ſonat, ſcilicet, quòd operatio hoĩs non a volũtate, nõ eſt ſimpliciter humana, ſed conuenit homini ſecundum aliquã partem humanæ naturæ, & hic terminetur ſententia, ita — *Li. 3. ca. 14 ad prima c. 15.*



ita quòd ſequẽs diſtinctio non apponatur, vt euacuatiua partis humanę naturæ: ſed vt narratiua partium humanæ naturæ opportunarum ad propoſitum.

Dico autem hoc, quia inter partes humanæ naturæ eſt computanda intellectiua pars, vt natura, ſicut ſenſitiua, vegetatiua, & elemẽtaris. Et ſic multo magis ſine vlla gloſſa litera caret ſcrupulo, quia primus actus intellectus non eſt proprie humanus, & conuenit homini ſecundũ partem intellectiuã humanæ naturæ: ſequitur enim actus ille ad partem intellectiuam, vt natura quędam eſt, ſicut ad graue ſequitur moueri deorſum, vterque enim motus eſt a generante deductis impedimentis, & pars intellectiua vt natura ſumpta, optime diſtĩguitur contra rationem appetitus determinatã ad operandum, ſicut agens naturale contra agens a propoſito vt patet. — *Li. 1. Ethi. c. vlt. to. 5* — *Art. pręce.*

¶ Quo ad ſecundũ cõcluſio eſt, In quolibet puro homine eſt tantum vna operatio humana, multæ autem non humanæ. Declaratur diſcurrendo ſingillatim per quatuor enumeratas partes humanæ naturæ. ſ. elementarem, vegetabilem, ſenſitiuam & rationalem. Nam ex elementari & vegetabili patet ſecunda pars cõcluſionis: quia alia & alia eſt operatio harum partium & voluntatis. Ex ſenſitiua vero diſtinguendo propriã a participato, patet quòd ſecũdum propria habet etiã aliã operationem, participatiuę autem vnam & eſt ipſius & voluntatis operatio. Ex rationali autem diſtinguendo ſeu replicãdo de quali vnitate operationis eſt ſermo (. ſ. penes vnitatem principii propria virtute) habetur quòd vna tantum eſt operatio humana in vno homine: quæ eſt prima pars concluſionis, quia vnum tantum eſt humanum principium. ſ. voluntas, quàmuis diuerſitas ſit operationum humanarum penes obiecta, quæ vocatur penes operata a quibuſdam. Ex quibus omnibus patet, quòd ſequitur concluſio quo ad vtramque ſui partẽ: nam ex hoc quòd nulla pars humanæ naturæ multiplicat operationem humanam in vno puro homine, habetur quòd vna tantũ eſt operatio humana in vno homine, & ex eo quòd in eodem ſecundum diuerſas humanæ naturæ partes multiplicantur operationes non humanæ, habetur quòd præter humanam operationem ſunt in vno puro homine multæ operationes non humanæ.

¶ Notato hic, quòd hic apparet non eſſe hic ſermonem de vnitate numerali, aut pure ſpecifice operationis, cum clare conſtet, in vno eodemque homine eſſe diuerſis tẽporibus humanas operationes multas ſecundum numerum ab eodem principio actiuo humano: ſed quia omnis humana operatio in vno homine ab eodem eſt humano principio, vna dicitur vnitate formali ſui actiui principii, & vnitate nihilominus numerali in omni ſubordinato principio ſibi obſequente, vna enim numero eſt modera- A tio humani motus a voluntate, concupiſcentia, ac lingua ſeu manu, & ſimile eſt de aliis. Diſtinctio autem ſpecifica vel etiam generica operationum humanarum penes obiecta, de qua in pręcedentibus libris tractatum & diſcuſſum eſt in proceſſu materiæ moralis, extra præſens propoſitum eſt, vt patet in litera.

¶ Quo ad tertium, concluſio eſt, Multo magis eſt vna operatio ĩ Chriſto, quàm in quocumque alio homine. Probatur, quia & operationes elementares & vegetatiuæ aliqualiter voluntariæ erant, & ſenſitiuæ nullus erat motus non ordinatus a ratione, quorum oppoſita in homine puro multiplicãt opationes. — *In iſto ar.*

¶ Aduerte hic primo, quòd omnis motus partis ſenſitiuæ in Chriſto dicitur ordinatus a ratione, pro quanto voluntas rationalis in Chriſto volebat mot⁹ naturales partis ſenſitiuæ in ſe eſſe vſque ad tales terminos, & non amplius. — *Q. pręced. ar. 5.* — *In corp. ar.*

¶ Aduerte ſecũdo, quòd motus naturales partis vegetatiuæ, & elementaris dicuntur in Chriſto voluntarii voluntate humana, & approbatiue, vt patet, & cauſaliter ſeu imperatiue, pro quanto ſubditi erant voluntati humanæ Chriſti, vt voluntas eius erat inſtrumentum diuinitatis. His enĩ duobus modis verificatur de voluntate humana Chriſti, ꝙ eſuriit, ſitiuit &c. voluntarie. — *In corp. ar.*

¶ Aduerte tertio, ꝙ Auctor non concludit in Chriſto eſſe vnam tantum operationem humanæ naturæ: ſed cum monſtraſſet, in quolibet puro homine inueniri operationem quidem humanam vnam tantum, operationes autem naturæ humanæ ſecundum diuerſas partes multas, intulit, in Chriſto non ſolum eſſe operationem humanam vnam, ſicut in ceteris hominibus, ſed reliquas partium naturæ huma- E næ operationes in Chriſto ad illud vnum principium operationis humanæ reduxit, oſtendendo eas eſſe voluntarias, ac per hoc ad vnitatem reduxit non ſimpliciter, quia ex propriis actiuis principiis emanant vegetatiuæ & elementares, ſed quodammodo, quatenus ſcilicet ſunt voluntariæ, & ideo comparatiuam concluſit. Multo magis eſt vna operatio in Chriſto, quàm in quocumque alio homine. — *3. di. 18. ar. 2. 3. 4. & 5. & uer. q. 29 a. 7. ad 6. & opuſ. 3. ca. 238. fin.*

*¶ Super Quæſtionis decimænonæ Articulum tertium.*

Titulus clar⁹ eſt.

¶ In corpore duæ ſunt concluſiones. Prima eſt, Chriſtus habuit per meritum quicquid alii habent per meritum, niſi ſit tale, cuius meritum deroget dignitati Chriſti. Secunda eſt directe reſponſiua quæſito, Chriſtus potuit aliquid ſibi mereri. Prima concluſio habet duas partes. Et quo ad primam probatur, Habere aliquod bonum per ſe, eſt nobilius, quàm habere illud per alium: ſed habere per proprium meritum, eſt habere illud per ſe

ſti non potuerit ei eſſe meritoria. Chriſtus.n.ante mortem fuit comprehenſor, ſicut & modo eſt: ſed cōprehenſoris non eſt mereri: charitas enim comprehenſoris pertinet ad præmium beatitudinis, cū ſecundum eam attendatur fruitio, vnde non videtur eſſe principium merendi, cum non ſit idem meritū & præmium. ergo Chriſtus ante paſſionem nō merebatur, ſicut nec modo meretur.

¶2 Præt. Nullus meretur id, quod eſt ſibi debitum: ſed ex hoc, quòd Chriſtus eſt filius Dei per naturā, debetur ſibi hæreditas æterna, quā alij homines per bona opera merētur. non ergo Chriſtus aliquid ſibi mereri potuit, quia a principio fuit filius Dei.

¶3 Præt. Quicumq; habet id, quod eſt principale, nō proprie meretur id, quod ex illo habito ſequitur: ſed Chriſtus habuit gloriā animæ, ex qua ſecundum communem ordinem ſequitur gloria corporis, vt Aug.* dicit in Epiſtola ad Dioſcorum: in Chriſto tamen diſpenſatiue factum eſt, quòd gloria animæ non deriuaretur ad corpus. nō ergo Chriſtus meruit gloriā corpis.

Eſt epiſtol. 56. nō multum remote ante medium to. 2.

¶4 Præt. Manifeſtatio excellentiæ Chriſti non eſt bonum ipſius Chriſti, ſed eorum, qui eum cognoſcūt, vnde & pro præmio ꝓmittitur dilectoribus Chriſti, vt eis manifeſtetur, ſecundū illud Ioan. 14. Si quis diligit me, diligetur a Patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. ergo Chriſtus non meruit manifeſtationem ſuę altitudinis.

Sed contra eſt, quòd Apoſto. dicit Philip. 2. Factus eſt obediens vſque ad mortem: propter quód & Deus exaltauit illum. Meruit ergo obediēdo ſuam exaltationem, & ita aliquid ſibi meruit.

Respon. Dicendum, quòd habere aliquod donum per ſe, eſt nobilius, quàm habere illud per aliud: ſemper enim cauſa, quę eſt per ſe, potior eſt ea, quę eſt p aliud, vt dicitur in 8. Phyſi.* Hoc autem dicitur aliquis habere p ſeipſum, cuius eſt ſibi aliquo modo cauſa. Prima autem cauſa omnium bonorum noſtrorum per auctoritatē eſt Deus. & per hunc modum nulla creatura habet aliquid boni per

G ſeipſam, ſecundum illud 1. ad Corinth. 4. Quid habes quod non accepiſti? Poteſt tamen ſecundario aliquis eſſe cauſa ſibi alicuius boni habendi, inquantum. ſ. in hoc ipſo Deo cooperatur: & ſic ille, qui habet aliquid per meritū proprium, habet quodammodo illud per ſeipſum. vnde nobilius habetur id, quod habetur per meritum quàm id, quod habet ſine merito. Quia autem omnis perfectio & nobilitas Chriſto eſt attribuenda, conſequens eſt, quòd ipſe per me-

H ritū habuerit illud, quod alij per meritum habent, niſi ſit tale quid, cuius carētia magis dignitati Chriſti & perfectioni præiudicet, q̃ per meritum accreſcat: unde nec gratiam nec ſcientiam, nec beatitudinem animę, nec diuinitatem meruit: quia cum meritum non ſit niſi eius quod[d] nondum habetur, oporteret quòd Chriſtus aliquando iſtis caruiſſet, quib⁹ carere, magis diminuit dignitatem Chriſti, quàm augeat meritum, ſed gloria

I corporis, vel ſi quid aliud huiuſmodi eſt, minus eſt quàm dignitas merēdi, quę pertinet ad virtutem charitatis. & ideo dicendum eſt, ꝙ Chriſtus gloriam corporis, & ea quę pertinent ad exteriorem eius excellentiam (ſicut eſt aſcenſio, veneratio, & alia huiuſmodi) habuit per meritum. & ſic patet, quòd aliquid ſibi mereri potuit.

Ad primvm ergo dicendum, quòd fruitio, quę eſt actus charitatis, pertinet ad gloriam animę, quā

K Chriſtus nō meruit, & ideo ſi per charitatem aliquid meruit, non ſequitur, quòd idem ſit meritum & pręmium. Nec tamen per charita-

per ſe, ergo habere per meritum, eſt nobilius quàm ſine merito, ergo Chriſtus habuit per meritum quicquid alii habent per meritum. Maior probatur, quia cauſa per ſe, potior eſt ea, quæ eſt per aliud. Minor probatur, ſane tamen expoſita, quòd intelligitur per ſe tamquam cauſam non primam (quia illa eſt Deus, vt patet ex Apoſtolo) ſed ſecundariam, q̄a ē eſſe Dei cooperatorem. Conſequētia autē ultima probatur, quia omnis perfectio. & nobilitas eſt Chriſto attribuenda.

¶ Quo ad ſecūdam vero partem probatur concluſio, diſtinguēdo bona in duo genera: quædā quorum quandoque abſentia maiorē adimit perfectionem, q̃ dignitas merēdi ponat, vt gloria aię, ſcientia, gratia, vnio perſonalis Verbi: quædam quorū coæua pręſentia, melior eſt dignitas merendi, vt gloria corporis, aſcenſio, veneratio. Stante ſiquidem diſtinctione patet, quòd probata reſtat concluſionis ſecunda pars ex illa radice. Omnis perfectio & nobilitas attribuenda eſt Chriſto. Hinc ſiquidem ſequitur, & quòd dignitas meriti attribuenda eſt ſibi reſpectu bonorū tunc minorum dignitate merendi, & quòd reſpectu maiorum bonorum tunc dignitate merendi, non habuerit meritū. Specificantur autem in litera vtraq; bona, & probatur ꝙ quædam Chriſtus meruit, quia minora ſunt quàm dignitas merendi, quæ pertinet ad virtutem charitatis. Secunda aūt concluſio reſponſiua directe quæſito, nō aliter probatur: ſed ex prima probata & explanata in ſpecialibus bonis q̃ Chriſtus meruit, relinquitur euidens.

¶ Aduerte hic, ꝙ licet Auctor potuiſſet vnico verbo expedire hāc quæſtionem, dicendo quòd ſuppoſita abſentia quorundum bonorum, quæ de facto fuit in Chriſto, vt patet, ad dignitatem ipſius ſpectar, quòd habuerit illa per meritū, quia quod eſt per ſe nobilius eſt, quàm quod per aliud. Altius tamen Auctor orſus, monſtrare voluit quare quædā potuit mereri Chriſtus, & quædam non. Et ad hoc monſtrandum accepit hinc modum habendi, ſcilicet per meritum vel ſine merito, & inde bonum quod haberi debet, & appendit vtrumque in ſtatera cum oppoſito alterius: poſuit enim in vna parte modum habendi per meritum cum abſentia quandoque boni, & in altera parte coæuam præſentiam boni cum non merito. Et li-

F brando cuncta, quia inuenit modum habendi per meritum cum abſentia exteriorum bonorum, meliorem eſſe, quàm præſentiā eorundem ſine merito, concluſit in Chriſto fuiſſe meritum reſpectu exteriorum bonorum. Et quia inuenit præſentiam interiorum bonorum cum non merito eorum, meliorem fore quàm meritum eorūdem, quòd eorundē oporter habere abſentiā, concluſit in Chriſto interiora bona fuiſſe ſine merito. Hic proceſſus eſt literæ, vt patet.

Li. 8. Phyſ. tex. 39.

¶ Sed remanet hic dubium circa rationem in litera redditā, quare Chriſtus meruit exteriora bona: quia ſcilicet dignitas merendi, ſpectat ad charitatē, ac per hoc pręſtat exteriorum bonorū præſentiæ coæuæ. Nam ſecundum hanc rationem Chriſtus ēt meruit ſciētiā, quia ſcientia inferior eſt charitate, ad quam ſpectat dignitas meriti. In litera autem computatur ſciētia inter bona non ſub merito Chriſti, q̄a derogaret dignitati Chriſti plus neſciētia quandoque, q̃ non meritū ſciētiæ.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ ſcientia tam beata quàm infuſa, quæ in Chriſto excluditur a merito, clauditur infra latitudinē gratiæ, & de beata patet. De infuſa autem perſuadetur, ex eo quòd comprehendit in ſe dona Spiritusſancti, intellectum, ſapientiā ſcientiam, & conſilia, vt patet ex ſuperiori tractatu de ſcientia infuſa Chriſti. Gratiæ autē plenitudinis defectus ī Chriſto, maiorē tolleret a Chriſto perfectionem, quàm poneret modus habendi ex merito. Et propterea ratio literæ ſtat ſolida reſpectu exteriorū bonorū, nec habet locum reſpectu ſcientiæ infuſæ.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem articuli aduerte reſpōſionem conſiſtere in diſtinctione maioris argumenti aſſumpti, ſcilicet habito principali, acceſſorium non proprie cadit ſuo merito. Diſtinguitur.n. acceſſorium dupliciter, vel abſolute, vel ſecundum cōgruētiam humanorum meritorum. De primo tranſeat maior, ſed de ſecūdo negatur: gloria autē corporis eſt ad gloriā animæ acceſſoria, ſecundum congruētiam humanorū meritorū ex diuina ordinatione: & ideo ſub merito cadere poteſt.

¶ In reſponſione ad quartum, collige debitum noſtrum erga Chriſtū. Nam ſi parentibus & benefactoribus debemus, ſecundum eſſe quod habent in nobis, & opinionem bonā, & affectum beneuolum,



tem meruit, inquantum erat charitas comprehenſoris, ſed inquantū erat[a] viatoris: nam ipſe fuit ſimul viator & comprehenſor, vt ſupra habitum eſt.* Et ideo, quia nunc nō eſt viator, nō eſt in ſtatu merēdi.

Q. 15. arti. 10.

Ad 2m dicendum, ꝙ Chriſto, ſecundum quòd eſt Deus, & Dei filius, per naturam debetur gloria diuina, & dominium omnium, ſicut primo & ſupremo domino. Nihilominus tamē debetur ei gloria ſicut homini beato, quàm quātum ad aliquid debuit habere ſine merito, & quantum ad aliquid cū merito, vt ex ſupradictis patet*.

In corp. ar.

Ad 3m dicendum, quòd redundantia gloriæ ex anima ad corpus, eſt ex diuina ordinatione ſecundū congruentiam humanorum meritorum,* vt ſcilicet, ſicut homo meretur per actum animæ, quē exercet in corpore, ita etiam remuneretur per gloriā animę, redundantem ad corpus. & propter hoc non ſolum gloria animę, ſed etiam gloria corporis cadit ſub merito, ſecundum illud Rom. 8. Viuificabit mortalia corpora noſtra, propter inhabitantem Spiritum eius in nobis. Et ita potuit cadere ſub merito Chriſti.

D. 81.

Ad 4m dicendum, quòd manifeſtatio excellentiæ Chriſti, pertinet ad bonum eius, ſecūdum eſſe, quod habet in notitia aliorum, quàmuis principalius pertineat ad bonum eorum, qui eum cognoſcunt, ſecundum eſſe quod habēt in ſeipſis: ſed etiam hoc ipſum refertur ad Chriſtum, inquantum ſunt membra eius.

### Articvlvs IIII.

*Vtrum Chriſtus alijs mereri potuerit.*

Ad qvartvm ſic ꝓceditur. Videtur ꝙ Chriſtus alijs mereri non potuerit. Dicitur enim Ezech. 18. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. ergo pari ratione anima quæ meretur, ipſa remunerabitur. non ergo eſt poſſibile quòd Chriſtus alijs meruerit.

¶2 Præ. De plenitudine gratiæ Chriſti omnes accipiunt, vt dicitur Ioā. 1. ſed alij homines habentes gratiam Chriſti, non poſſunt alijs mereri: dicitur enim Ezec. 14. quòd ſi fuerint in ciuitate Noe, Daniel & Iob, filium & filiam nō liberabūt, ſed ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas. ergo nec Chriſtus potuit aliquid nobis mereri.

¶3 Præt. Merces, quam quis meretur, debetur ſecundum iuſtitiam, & non ſecundum gratiam, vt patet Ro. 4. Si ergo Chriſtus meruit ſalutem noſtram, ſequitur quòd ſalus noſtra non ſit ex gratia Dei, ſed ex iuſtitia, & quòd iniuſte agat cū eis quos non ſaluat, cum meritū Chriſti ad omnes ſe extendat.

Sed contra eſt, quòd di-

A citur Rom. 5. Sicut per vnius delictum in omnes homines in condēnationem, ſic & per vnius iuſtitiā in omnes homines in iuſtificationem vitæ: ſed demeritum Adæ deriuatur ad condemnationem aliorum. ergo multo magis meritum Chriſti ad alios deriuatur.

Respon. Dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt*, in Chriſto non ſolum fuit gratia, ſicut in quodam homine ſingulari, ſed ſicut in capite totius Eccleſiæ, cui omnes

B vniuntur, ſicut capiti membra, ex quibus cōſtituitur myſtice vna perſona. Et exinde eſt, quòd meritum Chriſti ſe extendit ad alios, inquantum ſunt membra eius, ſicut etiam in vno homine actio capitis aliqualiter pertinet ad omnia membra eius, quia non ſolū ſibi ſentit, ſed omnibus membris.

Quæſt. 8.

Ad Primvm ergo dicendum, quòd peccatum ſingularis perſonæ non nocet niſi ſibijpſi: ſed peccatum Adæ, qui conſtitutus eſt a Deo principiū totius naturæ, ad alios per carnis propaginem deriuatur. Et ſimiliter meritum Chriſti, qui eſt a Deo conſtitutus caput omnium hominum, quantum ad gratiam, ſe extendit ad omnia eius membra.

C Ad 2m dicendum, quòd alij de plenitudine Chriſti accipiunt, non quidem fontem gratiæ: ſed quandā particularem gratiam. & ideo non oportet, quòd alij homines poſſint aliijs mereri, ſicut Chriſtus.

Ad 3m dicendum, quòd ſicut peccatum Adæ, nō deriuatur ad alios, niſi per carnalem generationem, ita meritum Chriſti non deriuatur ad alios, niſi per generationem ſpiritualem quæ fit in baptiſmo, per quam homines Chriſto incorporantur, ſecundum illud ad Gala. 3. Omnes quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtū induiſtis. Et hoc ipſum eſt gratiæ, quod homini conceditur regenerari in Chriſto, & ſic ſalus hominis eſt ex gratia.

D
## QVAESTIO XX.

*De conuenientibus Chriſto, ſecundum quòd Patri fuit ſubiectus, in duos articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandū eſt de his, quæ conueniūt Chriſto per comparationem ad Patrem: quorum quędam dicuntur de ipſo ſecundum habitudinem ipſius ad Patrem, puta, quòd eſt ei ſubiectus, quòd ipſum

E orauit, quòd ei in ſacerdotio miniſtrauit: quædam vero dicūtur vel dici poſſent, ſecundum habitudinem Patris ad ipſum, puta, ſi Pater eum adoptaſſet, & quòd eum prædeſtinauit.

¶ Primo igitur conſiderandum eſt, de ſubiectione Chriſti, ad Patrē.

¶ Secundo, De eius oratione.

¶ Tertio, De ipſius ſacerdotio.

¶ Quarto, De adoptione, an ei cōueniat.

beneuolū, & actus reuerentes, & verba honorabilia, quā to magis Creatori ac Redemptori noſtro debemus, vt in nobis eſſe habeat (tā in intellectu, quā in affectu, quā in verbis & actibus) conſone ad excellentiā ſuam, ad recepta beneficia, & c. Hoc.n. eſt id ſolum quod retribuere illi poſſumus: quoniam ſecūdū eſſe, quod habet in ipſo, nihil poſſum⁹ ei dare aut tollere. In hoc nāq; eſſe qđ in nobis habet, omnis cult⁹ diuinus cōſiſtit, & ad hoc ordinatur, in quo tota dei gloria extra ſeipſum conſiſtit.

D 189.

*alias actuū

¶ *Super Quæſtionis decimænonæ Articulum quartum.*

1. ſ. q. 48. a. 1. cor. & ar. 6. & q. 49. ar. 1. co. & 1. diſ. 10. q. 2. arti. 3. ad 3. & 3. diſ. 18. ar. 6. & veri. q. 26. ar. 6. ad 20. & q. 29. a. 7.

Titulus de merito condigni intelligitur, & clarus eſt ex terminis ſuperius declaratis.

¶ In corpore eſt vnica concluſio reſponſiua, Meritum Chriſti extendit ſe ad alios ut membra ipſius. Probatur & declaratur. Primo, probatur: in Chriſto fuit gratia, non ſolū vt in homine ſingulari, ſed ut in capite totius Eccleſiæ. ergo meritum ipſius. Antecedēs patet ex ſupradictis. Conſequentia patet, quia ex omnibus membris cōſtituitur vna perſona myſtica, cuius caput, hoc ē prīcipale, eſt Chriſtus. Declaratur ex ſimilitudine in homine, quia caput ſentit ſibi & omnibus mēbris.

¶ Aduerte hic, ꝙ priuilegium Chriſti eſt mereri aliis ex condigno, ita quòd ſicut ſolus eſt caput Eccleſiæ, ita ſolus poteſt mereri ex cōdigno pro aliis: ſanctorum autem merita aliis prodeſſe poſſunt de cōgruo. Auctor uero in reſponſione ad tertium dixit quòd ſufficiebat ad ſolutionem argumenti, quòd ſcilicet non oportet ſanctos mereri pro aliis, cū quo uerum quoque eſt, quòd non poteſt ſanctorum meritū eſſe pro alio ex condigno.

¶ *Super Quæſtionis uigeſimæ Articulum primum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore una eſt concluſio reſponſiua quæſito, Chriſtus eſt ſubiectus Patri tripliciter, ſecundum bonitatem, ſeruitutē, & obedientiam. probatur primo, Natura humana ex ſui conditione habet triplicem hanc ſubiectionem ad Deū. ergo Chriſtus eſt tripliciter ſubiectus Patri. Antecedens manifeſtatur in ſingulis tribus ſubiectionibus. Conſequentia probatur, quia cuilibet habenti naturam conueniunt quæ propria ſunt illi naturæ. Declaratur ſecundo concluſio auctoritatibus

catib*, ſingulas ſubiectiones attributas eſſe Chriſto.

¶In reſponſione ad primum & ſecundũ habes rationem huius articuli, propter Arrii ſcilicet errorẽ motus videtur. Et cum quanta cautela loquendum eſt, & ſi ſermoni cautela deeſt, non deſit intellectui ſanus ſenſus.

¶Quinto, De eius prędeſtinatione.

## Circa primum quæruntur duo.

¶Primo, Vtrum Chriſtus ſit ſubiectus Patri.

¶Secundo, Vtrum ſit ſubiectus ſibiipſi.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum dicendum ſit Chriſtum ſubiectum Patri.*

1.p.q.42.a.4.ad1.& q.43.ar.7.ad 1.& 3.di.11 arti.1.ad 2. & diſt. 17. arti. 3. q.1. co.& 1. co. 15.lec.3.fi. Ca.4. habetur hic lib.i ter opa Augu. tom. 3. †Q.16.art.8. *Li.3.orth. fid. c.21.parũ ante medium.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd non ſit dicendum, Chriſtum eſſe ſubiectum Patri. Omne enim quod ſubijcitur Deo Patri, eſt creatura, quia, vt dicitur in lib.* de Eccleſiaſticis dogmatibus, in Trinitate nihil eſt ſeruiens neque ſubiectũ: ſed non eſt ſimpliciter dicendum, quòd Chriſtus ſit creatura, vt ſupra dictum eſt †. ergo etiam non eſt ſimpliciter dicendum, quòd Chriſtus ſit Deo patri ſubiectus.

¶2 Præt. Ex hoc dicitur aliquid Deo ſubiectum, quòd eſt eius dominio ſeruiẽs: ſed humanæ naturæ in Chriſto non poteſt attribui ſeruitus: dicit enim Dama.* in 3. lib. Sciendum eſt, quòd neq; ſeruam ipſam, ſcilicet humanam naturam Chriſti dicere poſſumus: ſeruitutis enim & dominationis nomina, non naturæ ſunt nomina cognitioniſque ſigna, ſed eorũ, quæ ad aliquid, quemadmodum paternitatis, & filiationis nomina. ergo Chriſtus ſecundum humanam naturam nõ eſt ſubiectus Deo patri.

¶3 Præt. Prioris ad Cor. 15. dicitur, Cum autem ſubiecta illi fuerint omnia, tunc ipſe filius ſubiectus erit illi, qui ſibi ſubiecit omnia: ſed ſicut dicitur Hebr. 2. Nunc, necdum videmus omnia ſubiecta ei. ergo nondum ipſe eſt ſubiectus Patri, qui ei ſubiecit omnia.

Li.1.de trini. c.7.ante med.tom.3

SED CONTRA eſt, quòd Dominus dicit Ioan. 14. Pater maior me eſt. Et Aug. dicit in 1. de * Trinit. Non immerito Scriptura vtrumque dicit, æqualem Patri Filium, & Patrem Filio maiorẽ: illud enim propter formam Dei, hoc autem propter formam ſerui ſine vlla confuſione intelligitur, ſed minor eſt ſubiectus maiori. ergo Chriſtus ſecundum formam ſerui eſt Patri ſubiectus.

Ca.1.a medio illius.

RESPON. Dicendum, quòd cuilibet habenti aliquam naturam, conueniunt ea, quæ ſunt propria illi naturæ. Natura autem humana ex ſui conditione habet triplicem ſubiectionem ad Deum. Vnã quidem ſecundum gradum bonitatis, prout ſcilicet diuina natura eſt ipſa eſſentia bonitatis, vt patet per Diony.* 1. ca. de diui. no. natura autem creata habet quandam participationem diuinæ bonitatis, quaſi radijs illius bonitatis ſubiecta. Secundo, humana natura ſubijcitur Deo, quãtum ad Dei poteſtatem, prout ſcilicet natura humana, ſicut & quælibet creatura ſubiacet operationi diuinæ diſpoſitionis. Tertio modo, ſpecialiter humana natura Deo ſubijcitur, quantum ad proprium ſuum actum, inquantum ſcilicet, propria voluntate obedit mandatis eius. Et hanc triplicem ſubiectionem ad Patrem Chriſtus de ſeipſo confitetur. Primam quidem Matth. 19. Quid me interrogas de bono? vnus eſt bonus Deus Vbi * Hiero. dicit, quòd quia eum magiſtrum vocauerat bonum, & non Deum vel Dei filium confeſſus erat, dixit, hominem, quàmuis ſanctum, in comparatione Dei non

Sup illud, Quid me interrogas de bono? to.9.

F eſſe bonum. Per quod dedit intelligere, quòd ipſe ſecundum humanam naturam non pertingebat ad gradum bonitatis diuinæ. & quia in his quæ non mole magna ſunt, idem eſt eſſe maius, quod melius, vt Auguſt. dicit in 6. de Trin. * ex hac ratione Pater dicitur maior Chriſto ſecundum humanam naturam. Secunda etiam ſubiectio Chriſto attribuitur, inquantũ omnia, quæ circa humanitatem Chriſti acta ſunt, diuina diſpoſitione geſta creduntur. vnde Dionyſi. † dicit 4. cap. Cæl. Hierar. quòd Chriſtus ſubijcitur Dei patris ordinationibus. Et hæc eſt ſubiectio ſeruitutis, ſecundum quòd omnis creatura Deo ſeruit, eius ordina-

Li.6. de tri. cap.8.circa medium a mo.3. Ca.4. circa fin.illius.

G tioni ſubiecta, ſecundum illud Sap. 16. Creatura tibi factori deſeruiens. Et ſecũdum hoc, etiam filius Dei Philippen. 2. dicitur, formam ſerui accepiſſe. Tertiam etiam ſubiectionem attribuit ſibiipſi Ioan. 8. dicens, Quæ placita ſunt ei, facio ſemper. Et hæc eſt ſubiectio obedientiæ. Vnde dicitur Philippenſ. 2. quòd factus eſt obediens Patri vſque ad mortem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut non eſt ſimpliciter intelligendum, quòd Chriſtus ſit creatura: ſed ſolum ſecundum humanam naturam, ſiue apponatur ei determinatio, ſiue non (vt ſupra dictum eſt*) ita etiam non eſt ſimpliciter intelligẽdum, quòd

H Chriſtus ſit ſubiectus Patri: ſed[d] ſolum ſecundum humanam naturam, etiam ſi hæc determinatio non apponatur, quam tamen conuenientius eſt apponere, ad [d] euitandum errorem Arrij, qui poſuit filium minorem Patre.

Q.16.art. D.6[illegible]. D.[illegible]

AD 2m dicendum, quòd relatio ſeruitutis & dominij fundatur ſuper actione & paſſione, inquantũ ſcilicet ſerui eſt moueri a domino ſecundum imperium. Agere autem non attribuitur naturæ ſicut agenti, ſed perſonæ: actus enim ſuppoſitorum ſunt & ſingularium, ſecundum Philoſo. * attribuitur tamen actio naturæ, ſicut ei ſecundum quam perſona

Li.1. met. paul. post princ.

I vel hypoſtaſis agit. & ideo quàmuis non proprie dicatur, quòd natura ſit domina vel ſerua, poteſt tamen proprie dici quòd quælibet hypoſtaſis vel perſona ſit domina vel ſerua ſecundum hanc vel illam naturam. Et ſecundum hoc nihil prohibet, Chriſtum dicere Patri ſubiectum, vel ſeruum ſecundum humanam naturam.

AD 3m dicendum, quòd ſicut Aug. * dicit in 1. de Trinit. tunc Chriſtus tradet regnum Deo & Patri, quando iuſtos, in quibus nunc regnat per fidem, perducturus eſt ad ſpeciem, vt ſcilicet videant ipſam eſſentiam communem Patri & filio. Et tunc totaliter erit Patri ſubiectus non ſolum in ſe, ſed etiam in mẽbris ſuis, per plenam participationem diuinæ bonitatis. Tunc etiam omnia erunt plene ei ſubiecta per

Li.1. de trini.c.8.circa med.

K finalem impletionem ſuæ voluntatis de eis, licet etiã modo ſint omnia ei ſubiecta, quantum ad poteſtatẽ, ſecundum illud Matth. vlt. Data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo & in terra.

### ARTICVLVS II.

*Vtrum Chriſtus ſit ſubiectus ſibiipſi.*

¶ *Super Quæſtionis uigeſimæ Articulum ſecundum.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus nõ ſit ſubiectus ſibiipſi. Dicit enim Cyrillus in Epiſtola ſynodica*, quam ſcilicet ſynodus Epheſina recepit: Neque ipſe Chriſtus ſibi ſeruus ẽ, neq; dominus, fatuũ

TItulus clarus eſt in ſe: ſed ſua cauſa ex articulo colligitur, quòd eſt diuerſus loquendi modus Græcorũ & Latinorum. Cyrillus enim & Damaſ. cum Epheſina ſynodo

*In [illegible] 1. E[illegible] miſſa [illegible] ſtor. [illegible] dio [illegible]



ſynodo negãt Chriſtum ſubiectum ſibi: Auguſtinus vero Chriſtum ſibi ſubiectum ſecundum humanitatem aſſirmat. Et quia vtraq; ſententia eſt vera, & ad diuerſos ſenſus relata rationabiliter dicta ab vtriſque, ideo nota ẽ quæſtio hæc.

Li.3. fid. orth. c.21. parum a medio.

¶ In corpore duo ſunt. Primo, reſpondetur quæſito ſecundum veritatẽ: ſecũdo, docemur cõuenientem loquendi modum, in hac materia.

Lib. 1. non multum remote ante finem.

¶Quo ad primum cũ diſtinctione duplicis ſenſus huiuſmodi locutionũ reſpondetur, quòd ſcilicet poſſunt ſeruitus & dominium referri vel ad diuerſitatem ſuppoſitorũ, vel ad ſolã diuerſitatem naturarum in vna perſona. Probatur hæc diſtinctio, quia eſſe dominum vel ſeruum attribuitur perſonæ ſecundum aliquam naturam, poteſt igitur referri diuerſitas requiſita inter dominum & ſeruum: vel ad perſonarũ & naturarũ ſimul diuerſitatẽ, vel ad diuerſitatẽ naturarũ tantum ſtante vnitate perſonæ. Et prima concluſio iuxta primũ ſenſum eſt: Chriſtus non eſt ſubiectus ſibi, aut dominus ſui, Manifeſtatur: quia ſic eſt hæreſis Neſtorii damnata in ſynodo, negata a Cyrillo, & Damaſc. Secũda vero concluſio iuxta ſecundũ ſenſum eſt: Chriſt⁹ eſt ſibi ſubiect⁹ & ſui dominus Hæc probatur ex diuerſitate naturarum & auctoritate Auguſtini.

In ſuo ſymbolo fidei.

Li.1.c.7.ante med. tomo.3.

¶Quo ad ſecũdum, modus loquendi cõgruus eſt vt de Chriſto ea quę ſunt excellentiæ, abſolute dicãtur, ea vero quæ ſunt ſubiectionis, cũ determinatione appoſita dicantur, ſcilicet ſecundum humanã naturã. Et ratio eſt, quia Chriſtus eſt nomen perſonæ, quæ in Chriſto ẽ æterna, & Deus verus.

A præc. ad 1.

¶ Nota hic, quòd ea, quæ ſunt excellẽtiæ dupliciter ſignãtur, vel ſine determinatione ſeu limitatiõe, vt eſſe dominũ præſidentem, maximum, &c. vel cum limitato termino, ſuiipſius, puta quòd eſt dominus ſui, præſidet ſibi, &c. Auctor in litera loquitur de relationibus excellentię ſimpliciter & abſolute: cum dicit quòd de Chriſto ſunt abſolute enuntiãda. Et per oppoſitũ ea quæ ſunt minorationis, non ſunt ſimpliciter & abſolute enũtiãda, puta quòd eſt creatura, quod eſt ſeruus, quòd ſubiectus. Et nõ loquitur de relationibus excellẽtiæ reſpectu ſui nam tã relationes excellentiæ, quàm relationes ſubiectionis reſpectu ſui, cũ determinatione dicẽdæ ſunt: ſicut enĩ dicendum eſt Chriſtum ſibi ſubiectum ſecundum humanã naturam, ita dicendum eſt Chriſtum ſecundum deitatem dominum ſui ſecundum humanitem: Et hęc manifeſte probantur ex reſponſionibus ad primum, & ſecundum in litera, vbi habet quòd iſta relatiua non ſimpliciter, & abſolute dicuntur, reſpectu ſui, quoniã exigunt diuerſitatẽ ſuppoſitorum, ſimpliciter loquendo: ſed cũ determinatione aliqua poſſunt reſpectu ſui verificari, vt etiam ex Ariſto. authoritate ĩ reſpõſione ad tertium cõfirmatur.

In conci. 1. Epheſi. cui præfuit Cyrillus ca. 6.

Locis in argu.1.citatis

Li.1.de tri. cap.7. ante med.tó.3.

Locis in argu.1.citatis

enim eſt, magis autem & impium ita dicere & ſapere. & hoc etiam aſſerit Dama. † in 3. libro dicens: Vnum enim ens Chriſtus, non poteſt ſeruus eſſe ſuiipſius & dominus: ſed intantum Chriſtus dicitur ſeruus Patris, inquantũ eſt ei ſubiectus. ergo Chriſtus non eſt ſubiectus ſibiipſi.

A

¶2 Præt. Seruus refertur ad dominum: ſed relatio nõ eſt alicuius ad ſeipſum. vnde & Hila. dicit in lib. de Trini. * quòd nihil eſt ſibi ſimile, aut æquale. ergo Chriſtus nõ poteſt dici ſeruus ſuiipſius, & per cõſequens nec ſibi eſſe ſubiectus.

B

¶3 Præt. Sicut anima rationalis & caro vnus eſt homo, ita De⁹ & homo vnus eſt Chriſtus, vt Athana.* dicit: ſed homo non dicitur ſubiectus ſibiipſi, vel ſeruus ſuiipſius, aut maior ſeipſo propter hoc, quòd corpus eius ſubiectum eſt animæ. ergo neque Chriſtus dicitur ſubiectus ſibiipſi propter hoc, quòd eius humanitas ſubiecta eſt diuinitati ipſius.

C

SED CONTRA eſt, quòd Augu.* dicit in 1. de Trin. Veritas oſtẽdit ſecundum iſtum modum, quo ſcilicet, Pater maior eſt Chriſto ſecundum humanam naturam, & ſeipſo minorem Filium.

¶2 Præt. Sicut ipſe argumentatur ibidem, ſic accepta eſt a Filio Dei forma ſerui, vt non amitteretur forma Dei: ſed ſecundum formam Dei, quæ eſt communis Patri, & Filio, Pater eſt filio maior ſecundum humanam naturam. ergo etiam Filius eſt maior ſeipſo ſecundum humanam naturam.

D

¶3 Præt. Chriſtus ſecundum humanam naturam eſt ſeruus Dei patris ſecundum illud Ioan. 20. Aſcendo ad Patrem meum & patrem veſtrũ, Deum meum & Deum veſtrum: ſed quicumq; eſt ſeruus patris, eſt ſeruus Filij, alioquin non omnia quæ ſunt patris, eſſent filii. ergo Chriſtus eſt ſeruus ſuiipſius, & ſibi ſubditus.

RESPON. Dicendum, quòd (ſicut dictum eſt*) eſſe dominum & ſeruum attribuitur perſonæ vel hypoſtaſi ſecundum aliquam naturam. Cum ergo dicitur Chriſtus eſſe dominus vel ſeruus ſuiipſius, vel quòd verbum Dei eſt dominus hominis Chriſti, hoc põt ĩtelligi dupliciter. Vno modo, vt ĩtelligatur hoc eſſe dictum ratione alterius hypoſtaſis vel perſonæ, quaſi alia ſit perſona verbi Dei dominantis, & alia hominis ſeruientis, quod pertinet ad hæreſim Neſtorij. Vnde in condemnatione Neſtorij dicitur in ſynodo * Epheſina Si quis dicit Deum vel dominum eſſe Chriſti ex Deo patre verbum, & non magis eundem confitetur ſimul Deum & hominem, vtpote verbum factum carnem, ſecundũ Scripturas, anathema ſit. Et hoc modo negatur a Cyrillo & Dama.

E

† Et ſub eodem ſenſu negandum eſt, Chriſtum eſſe minorem ſeipſo, vel eſſe ſibi ſubiectum. Alio modo, poteſt intelligi ſecundũ diuerſitatem naturarum in vna perſona vel hypoſtaſi. Et ſic dicere poſſumus ſecundum vnam earum, in qua cum patre conuenit ſimul eũ cum patre præeſſe, & dominari: ſecundum vero alteram naturam, in qua nobiſcum conuenit, ipſum ſubeſſe & ſeruire. Et per hunc modum dicit Auguſt. * Filium eſſe ſeipſo minorem. Sciendum tamen, quòd cum hoc nomen Chriſtus ſit nomen perſonæ, ſicut & hoc nomen Filius, illa per ſe, & abſolute poſſunt dici de Chriſto, quæ cõueniunt ei ratione ſuæ perſonæ, quę eſt ęterna, & maxime huiuſmodi relationes, quæ magis proprie videntur ad perſonam vel hypoſtaſim pertinere, ſed ea quæ cõueniunt ſibi ſm humanã naturã ſunt potius attribuenda cum determinatione, vt videlicet dicamus Chriſtum eſſe ſimpliciter maximum, & dominum & præſidentem, quòd autem ſit ſubiectus vel ſeruus vel minor, eſt ei attribuendum cum determinatione, ſcilicet ſecundum humanam naturam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Cyrillus & Dama. negant Chriſtum eſſe dominũ ſuiipſius, ſecundum quòd per hoc importatur pluralitas ſuppoſitorũ, quæ requirit ad hoc, quòd aliquis ſimpliciter ſit dominus alicuius.

AD 2m dicendum, quod ſimpliciter quidem oportet eſſe alium dominum, & aliũ ſeruum: poteſt tamen aliqua ratio dominij & ſeruitutis ſeruari, prout idem eſt dominus & ſeruus ſuiipſius, ſecundum aliud & aliud.

AD 3m dicendum, quòd propter diuerſas partes hominis, quarum vna eſt ſuperior & alia inferior, dicit etiam Philo. in 5. Ethi.* quòd eſt hominis ad ſeipſum iuſtitia, inquantum iraſcibilis & concupiſcibilis obediunt rationi. Vnde, per hunc modum etiam vnus homo poteſt dici ſibi ſubiectus & ſeruiẽs ſecundum diuerſas ſui partes.

Li.5. Ethi. c.vlt.tom.5

Ad alia aũt argumenta patet reſponſio ex dictis. Nam Auguſtin.* aſſerit Filium ſeipſo minorem eſſe, vel ſibi ſubiectum, ſecundum humanam naturam, non ſecundum diuerſitatem ſuppoſitorum.

Li.1.de trinita.c.7. tomo.1.

## QVÆSTIO XXI.

*De oratione Chriſti, in quatuor articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de oratione Chriſti.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum Chriſto conueniat orare.

¶ Secundo, Vtrum conueniat ſibi ſecundum ſuam ſenſualitatem.

¶ Tertio, Vtrum conueniat ſibi orare pro ſeipſo, an tantū pro alijs.

¶ Quarto, Vtrum omnis eius oratio ſit exaudita.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum Chriſto competat orare.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ Chriſto non competat orare. Nam ſicut Dam.* dicit, oratio eſt petitio decentium a Deo; ſed cum Chriſtus omnia facere poſſet, non videtur ei conuenire, quòd aliquid ab aliquo peteret. ergo videtur quòd Chriſto nō conueniat orare.

¶ 2 Præt. Non oportet orando petere illud, quod aliquis ſcit pro certo eſſe futurū (ſicut non oramus ꝙ ſol oriatur cras) neque eſt etiā conueniens, quòd aliquis orando petat, quod ſcit nullo modo eſſe futurum: ſed Chriſtus ſciebat circa omnia quid eſſet futurum. ergo non conueniebat ei aliquid orando petere.

¶ 3 Præt. Dama.* dicit in li. 3. quòd oratio eſt aſcenſus intellectus in Deum: ſed intellectus Chriſti non indigebat aſcenſione in Deū, quia ſemper intellectus eius erat Deo coniunctus, non ſolum ſecundum vnionem hypoſtaſis, ſed etiam ſecundum fruitionem beatitudinis. ergo Chriſto nō cōueniebat orare.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Luc. 6. Factum eſt, in illis diebus exijt in montem orare, & erat pernoctans in oratione dei.

RESPON. Dicendum, quòd (ſicut dictum eſt* in 2. parte) oratio eſt quædam explicatio propriæ voluntatis apud Deum, vt eam impleat. Si igitur in Chriſto eſſet vna tantum voluntas, ſcilicet diuina, nullo modo competeret ſibi orare, quia voluntas diuina per ſeipſam eſt effectiua eorum, quæ vult, ſecundum illud Pſal. 134. Omnia quecūq; voluit Dominus, fecit: ſed quia in Chriſto eſt alia voluntas diuina, & alia humana, & voluntas humana nō eſt per ſeipſam efficax ad implendum quæ vult, niſi per virtutem diuinam, inde eſt ꝙ Chriſto, ſ͠m ꝙ eſt homo, & humanā voluntatē habens, competit orare.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd Chriſtus poterat ꝑficere omnia quæ volebat, ſecundum quòd Deus, non autem ſecundum quòd homo, quia ſecundū quod homo, non habuit omnipotentiam, vt ſupra habitum eſt.* Nihilominus tamen ipſe idem Deus exiſtēs & homo, voluit ad Patrem orationem porrigere, non quaſi ipſe eſſet impotēs, ſed propter noſtram inſtructionem. Primo quidem, vt oſtenderet ſe eſſe a patre. Vnde ipſe dicit Ioan. 11. propter populum qui circunſtat, dixi. ſ. verba orationis, vt credant, quia tu me miſiſti. Vnde Hila. in 10. de Trin.* dicit, Nō prece eguit, pro nobis orauit, ne filius ignoraretur. Secūdo, vt nobis exēplū orandi daret. Vnde Amb. dicit ſuper Luc.† Noli inſidiatrices aperire aures, vt putes filium Dei quaſi infirmum rogare, vt impetret quod implere nō poſſit; poteſtatis enim actor, obedientiæ magiſter, ad præcepta virtutis, ſuo nos informat exēplo. Vnde & Augu.* dicit ſuper Ioa. Poterat Dominus in forma ſerui, ſi hoc op⁹ eſſet, orare ſilentio: ſed ita ſe patri exhibere voluit precatorē, vt meminiſſet noſtrū ſe eē doctorē.

AD 2ᵐ dicendum, quòd inter alia, quæ Chriſtus ſciuit futura, ſciuit quædam eſſe fienda propter ſuam orationē, & huiuſmodi nō incōuenieter a deo petijt.

AD 3ᵐ dicēdū, ꝙ aſcēſio nihil eſt aliud, q̃ motus in id, quod eſt ſurſum: motus aūt, vt habetur ī 3. de anima*, dupliciter dicitur. Vno modo, proprie, ſ͠m quòd importat exitū de potentia in actū, prout eſt actus imperfecti, & ſic aſcēdere cōpetit ei, quod eſt potētia ſurſum, & nō actu. & hoc modo, vt Dam. † dicit in 3. li, intellectus humanus Chriſti nō eget aſcēſione ī deū, cū ſit ſemper Deo vnitus, & ſ͠m eſſe perſonale, & ſ͠m cōtēplationē beatā. Alio modo, dicitur motus qui eſt actus perfecti. i. exiſtentis in actu: ſicut intelligere & ſentire dicūtur quidā motus. & hoc modo ītellectus Chriſti ſemper aſcēdit in Deū, quia ſemper contēplatur ipſum, vt ſupra ſe exiſtentem.

Q. 13. ar. 1.

Li. 10. parū ante fin.

Li. 5. in Luc. c. 6. titulus c. de oratione. ſu in monte pacis: prin. tom. ... Tract. 104. parum a te med. tom. 9.

Li. 3. de anima. tex. ... tom. 2.

Li. 3. ca. ... circa prin.

¶ Super Quæſtionis uigeſimæprimæ Articulum primum.

TItulus clarus. ¶ In corpore vnica cōcluſio, Chriſto, ſecundū quòd eſt homo conuenit orare. Probatur, oratio eſt explicatio ꝓpriæ volūtatis apud Deum, vt eam impleat. ergo ſi ī Chriſto eſſet tantum voluntas diuina, non cōpeteret ei orare. ergo Chriſto, ſecundum quòd habet voluntatem humanā, conuenit orare. Antecedēs patet ex antedictis. Conſequētia prima probatur, quia diuina voluntas eſt per ſeipſam efficax, iuxta Pſal. Secunda vero probatur, quia in Chriſto præter diuinam eſt humana voluntas, quæ nō per ſeipſam eſt efficax, ſed ope diuinæ virtutis eget.

3. di. 17. ar. 3. q. 1. & 4. diſ. 15. q. 4. art. 6. q. 2. ad 1. & Io. 11. le. 6.

Li. 3. ca. 24. in princ.

¶ In reſpōſione ad primum, vide Nouitie quòd Auctor primo loquit̃ de Chriſto ratione humanæ naturæ aſſumptæ, & dicit neceſsitatē orandi, non omnipotentiam naturæ ſuæ humanæ. Deinde loquitur de toto Chriſto, & aſſignat plures rationes orādi, ſcilicet fidei ſuæ, ſuæ deitatis, & exēpli noſtri.

¶ In reſpōſione ad ſecundum vide curioſe, quòd reſponſio ſtat in hoc, quòd Chriſt⁹ neſciuit Lazarum reſuſcitandū abſolute, ſed ſciuit Lazarum reſuſcitandum medio ſuo clamore &c. & ſimile eſt de aliis. Et ideo vana eſt quæſtio, ad quid oportet tot media apponere: eadē enī eſt præuiſio termini & mediorum, & eadem eſt quæſtio & ſolutio omnium.

Li. 3. ortho. fid. c. 24. in prin.

2. 2. q. 83. a. 1. & 2.

¶ In reſponſione ad tertium vide Nouitie, quòd aſcenſus eſt nomē motus proprie dicti. Translatum autem ad mentem poteſt dupliciter conuenire menti, ſecundum proprium mentis actū, qui vere & proprie eſt actus perfecti, puta, intelligere. Nam poteſt menti conuenire aſcenſus vel per modum motus, qui actus eſt imperfecti, & ſic conuenit nobis, qui non ſumus mente coniuncti ſupernis, ſed tēdimus mentis actibus ad illa, ſicut vapores aſcēdūt ſurſum, qui de terra eleuantur, & tendunt ſurſum, & ſic Chriſti menti nō conuenit aſcenſus, quia ſemper eſt cū Deo: uel per modū motus, qui eſt actus perfecti, & ſic conuenit Chriſto & beatis aſcenſus mentis in Deum: quia iuncti Deo contemplantur ipſum, vt ſuper ſe, perfecti contemplatione illius, ſicut nos cum contēplamur aliquid, dicimur moueri, ſecundum intellectum in illud.

### ARTICVLVS II.

*Vtrum Chriſto conueniat orare, ſecundum ſuam ſenſualitatem.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ Chriſto conueniat orare ſ͠m ſuam ſenſualitatem. Dicitur. n. in Pſal. 83. ex perſona Chriſti, Cor meum & caro mea exultauerūt in deū viuū: ſed ſenſualitas dicit̃ appetitus carnis. ergo ſenſualitas Chriſti potuit aſcēdere ī deū viuū, exultādo, & pari mō orando.

¶ 2 Præt. Eius videtur eſſe orare, cuius eſt deſiderare illud quod petit: ſed Chriſtus petiuit aliquid quod deſiderauit eius ſenſualitas, cum dixit, Tranſeat a me calix iſte; ſicut dicitur Matth. 26. ergo ſenſualitas Chriſti orauit.

¶ 3 Præt. Magis eſt vniri deo in perſona, quàm aſcendere in deum per orationem; ſed ſenſualitas fuit aſſumpta a deo in vnitatem perſonæ, ſicut & quælibet pars humanæ naturæ. ergo multo magis potuit aſcendere in deum orando.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Phil. 2. quòd filius Dei ſecundum naturam quam aſſumpſit, in ſimilitudinem hominum factus eſt: ſed alij homines non orant ſecundum ſenſualitatem. ergo nec Chriſtus orauit ſecundum ſenſualitatem.

RESPON. Dicendum, quòd orare ſecundum ſenſualitatem poteſt intelligi dupliciter. Vno modo ſic, quòd ipſa oratio ſit actus ſenſualitatis, & hoc modo Chriſtus ſecundum ſenſualitatem non orauit: quia eius ſenſualitas eiuſdē naturæ & ſpeciei fuit in Chriſto & in nobis. In nobis autem non poteſt ſenſualitas orare duplici ratione. Primo quidem, quia motus ſenſualitatis non poteſt ſenſibilia tranſcendere: & ideo non poteſt in Deum aſcendere, quod requiritur ad orationem. Secundo, quia oratio importat quandam ordinationem, prout ſcilicet aliquis deſiderat aliquid quaſi a Deo implendum, & hoc eſt ſolius rationis. Vnde oratio eſt actus rōnis, vt in ſcd͠a parte habitum eſt.* Alio modo poteſt dici aliquis orare ſecundum ſenſualitatem, quia ſcilicet eius ratio orando Deo proponit, quod eſt in appetitu ſenſualitatis ipſius, & ſecundum hoc Chriſtus orauit ſecundum ſenſualitatem, inquantum ſcilicet oratio eius exprimebat ſenſualitatis affectum tamquàm ſenſualitatis aduocata, & hoc, vt nos de tribus inſtrueret. Primo quidem, vt oſtenderet, ſe veram naturam humanam ſuſcepiſſe cum omnibus naturalibus affectibus. Secundo, vt oſtenderet quòd homini licet ſecundum naturalem affectum aliquid velle, quod Deus non vult. Tertio, vt oſtendat quòd proprium affectum debet homo diuinæ voluntati ſubijcere. Vnde Auguſt.* in Enchir. dicit. Sic Chriſtus hominem gerens, oſtendit priuatam quandam hominis voluntatem, cum dicit, Tranſeat a me calix iſte. Hæc enim erit humana voluntas, proprium aliquid & tamquàm priuatum volēs: ſed quia rectum vult eſſe hominem, & ad eum dirigi, ſubdit, Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu: ac ſi dicat, Vide te in me: quia potes aliquid proprium velle, etſi deus aliud velit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd caro exultat in deum viuum, non per actum carnis aſcendentem in deum: ſed per redundantiam a corde in carnem, inquantum appetitus ſenſitiuus ſequitur motum appetitus rationalis.

AD 2ᵐ dicendum, quòd licet ſenſualitas hoc voluerit quod ratio petebat, hoc tamen orando petere non erat ſenſualitatis, ſed rationis, vt dictum eſt.*

AD 3ᵐ dicendum, quòd vnio in perſona eſt ſecundum eſſe perſonale, quod pertinet ad quamlibet partem humanæ naturæ: ſed aſcenſio orationis eſt per actum, qui non conuenit niſi rationi, vt dictum eſt.* Vnde non eſt ſimilis ratio.

2. 2. q. 83. ar. 1.

Li. ... Enchir. ... circa illud: Factus de ... ca. ... tom. 8.

In corp. ar.

In corp. ar.

¶ Super Quæſtionis uigeſimæprimæ Articulum ſecundum.

TItulus, vt ſonat, ſumatur, quoniam in articulo diſtinguitur. ¶ In corpore vnica eſt diſtinctio bimēbris cum duabus cōcluſionibus reſponſiuis ſingulis ad ſingula membra. Diſtinctio. Orare ſecūdum ſenſualitatem dupliciter cōtingit, primo elicitiue: ſecundo materialiter. iuxta primū mēbrū concluſio eſt: Chriſtus non orauit ſecundum ſenſualitatem. Iuxta ſecundū concluſio eſt: Chriſtus orauit ſecundū ſenſualitatem. Probātur ambæ concluſiones in litera ſatis clare, vt patet. Et tota materia eſt clara: quoniam & conſtat quòd oratio nō pōt eſſe ſenſualitatis act⁹, & ꝙ ſenſualitatis affectus pōt eſſe materia, quam oratio deo offert.

Inf. ar. 4. & ad 4. & ... 17. ar. ... & opuſ. ... 240. & ... le. 7.



### ARTICVLVS III.

*Vtrum fuerit conueniens Chriſtum pro ſe orare.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſto nō fuerit conueniens pro ſe orare. Dicit enim Hilar.* in 10. de Trini. Cum ſibi non proficeret deprecationis ſermo, ad profectum tamen noſtræ fidei loquebatur. Sic ergo videtur quòd Chriſtus non ſibi, ſed nobis orauerit.

¶ 2 Præt. Nullus orat niſi pro eo quod vult: quia ſicut dictum eſt,† oratio eſt quædam explicatio voluntatis per Deum implendæ: ſed Chriſtus volebat pati ea, quæ patiebatur: dicit enim Aug.* 26. contra Fauſtum. Homo plerumq; etſi nolit, contriſtatur: etſi nolit, dormit, etſi nolit, eſurit, aut ſitit. Ille autē, ſcilicet Chriſtus, omnia iſta habuit, quia voluit. ergo ei non cōpetebat pro ſeipſo orare.

¶ 3 Præt. Cyprianus dicit in lib.* de oratione dominica: Pacis & vnitatis magiſter noluit ſingillatī & priuatim preces fieri, vt quis cum precatur, pro ſe tantum precetur: ſed Chriſtus illud impleuit qđ docuit, ſ͠m illud Act. 1. Cœpit Ieſus facere & docere. ergo Chriſtus numquàm pro ſe ſolo orauit.

SED CONTRA eſt, quòd ipſe Dominus orando dicit Ioan. 17. Clarifica filium tuum.

RESPON. Dicendum, quòd Chriſtus pro ſe orauit dupliciter. Vno modo, exprimendo affectum ſenſualitatis, vt ſupra dictū eſt,* vel etiam volūtatis ſimplicis, quæ conſideratur vt natura, ſicut cum orauit a ſe calicem paſſionis transferri. Alio mō, exprimendo affectū voluntatis deliberatæ, quæ conſideratur vt ratio: ſicut cum petijt gloriam reſurrectionis: & hoc rationabiliter. Sicut enim dictum eſt,* Chriſtus ad hoc vti voluit oratione ad patrem, vt nobis daret exemplum orandi, & vt oſtenderet, patrem ſuum eſſe auctorem, a quo & æternaliter proceſſit ſecundum diuinam naturam, & ſecūdum naturam humanam ab eo habet quicquid boni habet. Sicut autem in humana natura, quædam bona habebat a patre iam percepta, ita etiam expectabat ab eo quædam bona, nondū habita, ſed percipiēda: & ideo ſicut pro bonis iam perceptis in humana natura gratias agebat patri, recognoſcendo eum auctorem, vt patet Matth. 26. & Ioā. 11. ita etiam vt patrem auctorem recognoſceret, ab eo orando petebat ea, quæ ſibi deerant, ſecundum humanam naturam, puta gloriam corporis, & alia huiuſmodi. Et in hoc etiam nobis dedit exemplum, vt de perceptis a nobis muneribus gratias agamus, & etiam nondum habita orando poſtulemus.

¶ Super Quæſtionis vigeſimæprimæ Articulum tertium.

TItulus clarus. ¶ In corpore duæ concluſiones. Prima eſt, Chriſtus orauit ꝓ ſe, ſenſualitatis & ſimplicis volūtatis affectum explicando. Secunda eſt: Chriſtus orauit pro ſe, explicando petendoque affectum volūtatis deliberatæ. Prima concluſio relinquit̃ ex dictis clara, & auctoritate euāgelij, Trāſeat a me calix iſte. Secūda autem probatur ratione ſimul & ſimilitudine: Chriſtus orauit pro exēplo, & pro fide, ꝙ ipſe eſt a patre, ſecū dū deitatem & humanitatem: ſed ipſe erat a patre ſecundum aliqua bona percepta in natura humana, & ſecundū aliqua percipienda. ergo ſicut conſonū fuit gratias agere pro perceptis, ita petere percipienda. Et tenet ſequela, qa ſic vtrorumque auctor recognoſcitur pater. Et hæc quo ad fidem. Quo ad exemplum vero infertur. ergo conſonum fuit exemplū dare, & gratias agēdi, & petendi.

¶ Memēto nouitie, quòd orationis multæ ſunt partes: quarum duæ ſunt gratiarum actio & petitio, de quibus hic eſt ſermo. Et ideo petitionem probat litera, Chriſto conuenire a ſimili, ſicut & gratiarum actionem.

3. di. 17. art. 3. q. 2. Et opuſ. 7. Et Io. 12. le. 4.

*lib. 10. parū ante fin.

Ar. 1. huius quæſt.

Lib. 26. c. 8. in fi. to. 6.

Aliquantulum a prin. incip. Euāgelica præcepta.

D. 1220.

Ar. præced.

Ar. 1. huius quæſt. ad 1.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ Hilarius loquitur quantum ad orationem vocalem, quæ non erat ei neceſſaria propter ipſum, ſed ſolum propter nos: vnde ſignanter dicit, quòd ſibi non proficiebat deprecationis ſermo. Si enim deſiderium pauperum exaudit Dominus, vt in Pſal. 9. dicitur, multo magis ſola volũtas Chriſti habet vim orationis apud patrem. Vnde ipſe dicebat Ioan. 11. Ego ſciebam, quoniam ſemper me audis, ſed propter populum qui circũſtat dixi, vt credant, quia tu me miſiſti.

Ad 2m dicendum, quòd Chriſtus volebat quidem pati illa quæ patiebatur, pro tempore illo: ſed nihilominus volebat, vt poſt paſſionem, gloriam corporis conſequeretur, quam nondum habebat: quam quidem gloriam expectabat a patre ſicut ab Auctore, & ideo conuenienter ab ipſo eam petebat.

Ad 3m dicendum, quòd ipſa gloria quam Chriſtus orando petebat, pertinebat ad ſalutem aliorum, ſecundum illud Rom. 4. Reſurrexit propter iuſtificationem noſtram: & ideo illa etiam oratio, quam pro ſe faciebat, erat quodammodo pro alijs. Sicut & quicumque homo aliquod bonum a Deo poſtulat, vt vtatur illo ad vtilitatem aliorum, non ſibi ſoli, ſed etiam alijs orat.

## Articvlvs IIII.

*Vtrum oratio Chriſti ſemper fuerit exaudita.*

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur quòd oratio Chriſti non ſemper fuerit exaudita. Petijt enim a ſe remoueri calicem paſſionis, vt patet Matth. 26. Qui tamen ab eo nõ fuit tranſlatus. ergo videtur ꝙ non omnis oratio eius fuerit exaudita.

¶ 2 Præt. Ipſe orauit, vt peccatum crucifixoribus ſuis ignoſceretur, vt patet Luc. 22. Nõ tamen omnibus pctm̃ illud fuit dimiſſum: nã iudæi fuerunt pro illo peccato puniti. ergo videtur quòd nõ omnis eius oratio ſit exaudita.

¶ 3 Præt. Dominus orauit pro his, qui erant credituri per verbũ apoſtolorum in ipſum, vt omnes in eo vnum eſſent, & vt peruenirent ad hoc, ꝙ eſſent cum ipſo: ſed non oẽs ad hoc perueniunt. ergo non omnis eius oratio eſt exaudita.

¶ 4 Præt. In Pſal. 21. dicitur in perſona Chriſti: Clamabo per diem, & nõ exaudies. non ergo omnis oratio Chriſti fuit exaudita.

Sed contra eſt, quod Apoſt. dicit ad Heb. 5. Cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt,* oratio eſt quodammodo interpretatiua volũtatis humanæ. tunc ergo alicuius orantis, exauditur oratio, qñ eius volũtas adimplet. Volũtas aũt ſimpliciter hominis eſt rationis volũtas: hoc F .n. abſolute volumus, quod ſecundum deliberatam rationem volumus. Illud aũt quod volumus ſecundum motum ſenſualitatis, vel ẽt ſecundum motũ voluntatis ſimplicis, quæ cõſideratur vt natura, nõ ſimpliciter volumus, ſed ſecundum quid. ſ. ſi aliud nõ obſiſtat, qđ per deliberationem rationis inuenitur. Vnde talis voluntas magis eſt dicenda velleitas, ꝙ̃ abſoluta volũtas, quia. ſ. homo hoc vellet, ſi aliud nõ obſiſteret. Secũdũ aũt voluntatem rationis, Chriſtus nihil G aliud voluit, niſi quod ſciuit Deũ velle: & ideo omnis abſoluta voluntas Chriſti, ẽt humana fuit impleta, quia fuit Deo conformis, & per conſequens omnis eius oratio fuit exaudita. Nam & ſecundum hoc aliorum orationes implẽtur, ꝙ ſunt eorum volũtates Deo conformes, ſecundũ illud Ro. 8. Qui autẽ ſcrutatur corda, ſcit. i. approbat, quid deſideret ſpiritus, ideſt, quid faciat ſanctos deſiderare, qm̃ H ſecundum Deum, ideſt, ſecundum conformitatem diuinæ volũtatis, poſtulat pro ſanctis.

Ad primvm ergo dicendum, quòd illa petitio de trãſlatione calicis, diuerſimode a ſanctis exponitur. Hilarius enim ſuper Matth. dicit.* Quòd autẽ vt a ſe tranſeat, rogat, non vt ipſe prætereatur, orat: ſed vt in alterum id quod a ſe tranſit, accedat, atq; ideo pro his orat, qui paſſuri poſt ſe erant, ut ſit ſenſus, quomodo a me bibitur I calix iſte paſſionis, ita ab his bibatur ſine ſpei diffidentia, ſine ſenſu doloris, ſine metu mortis. Vel ſecundum Hiero.* Signanter dicit, Calix iſte hoc eſt populi iudæorũ, qui excuſationem ignorantiæ habere non poſſunt, ſi me occiderint habentes leges & prophetas, qui vaticinantur. Vel ſecundum Dionyſ. Alexandrinum, quod dicit, Transfer calicem iſtum a me, nõ hoc eſt, non adueniat mihi: niſi enim aduenerit, transferri non K poterit: ſed ſicut quod præterit, nec intactum eſt nec permanens, ſic Saluator leuiter inuadentẽ tentationem flagitat pelli. Ambroſ.* autem dicit & Origen. & Chryſoſtom. quòd hoc petijt quaſi [d] homo, naturali voluntate mortem recuſans. Sic ergo ſi intelligatur, quòd petierit per hoc, alios martyres ſuæ paſſionis imitatores fieri ſecundum Hilarium.† vel ſi petijt quòd timor bibendi calicis eum non perturbaret, vel quòd mors eum non detineret: omnino impletum eſt quod petiuit. Si vero intelligitur petiiſſe

¶ *Super Quæſtionis vigeſimæprimæ Articulum quartum.*

3.di.17.ar. 3.q.3.&4. Et opuſcu. 3.c.140. Et opuſc.7. & Pſal.20. & Io.12.lec. 4.&Heb.5.

Titulus clarus. ¶ In corpore articuli vna eſt cõcluſio reſponſiua quæſito. Omnis oratio Chriſti fuit exaudita. Probatur. Omnis voluntas ſimpliciter Chriſti fuit adimpleta. ergo omnis oratio eius fuit exaudita. Antecedẽs & declaratur & probatur. Declaratur quidem diſtinguendo de voluntate ſimpliciter, vel ſecundũ quid: illa rationis deliberata, iſta naturę & velleitas. Probatur vero: quia omnis voluntas ſimpliciter Chriſti fuit deo conformis, quia nihil ſic voluit niſi qđ ſciuit deum velle. Conſequentia vero probatur dupliciter. Primo, tunc alicuius oratio exauditur, quando eius voluntas impletur, quia oratio eſt interpretatiua voluntatis. Secundo, quia conformitas voluntatis ad diuinam voluntatem, eſt ratio exauditionis aliorũ orantium, vt probatur ex auctoritate Apoſtoli ad Ro. 8.

Ar. præced. arg. 2. & ar. 1. huius q.

¶ Aduerte hic nouitie, ꝙ oratio eſt explicatiua volũtatis, & illius penetratrix: non ſolum autem voluntatis deliberatæ, ſed velleitatis, & affectus, vt patet ex ſupradictis, & ex oratione Chriſti, Tranſeat a me calix iſte. Verum ſicut voluntas diſtinguitur in ſimpliciter vel ſecundum quid, ita oratio, prout eſt petitio, diſtinguitur in ſimpliciter vel ſecũdum quid. Et vt petit ſeu procurat pro voluntate deliberata, ẽ oratio ſimpliciter: vt autẽ pro velleitate & affectu humano, eſt oratio ſecundum quid. Et propterea ſimpliciter de oratione loquendo, verum eſt, ꝙ omnis Chr̃i oratio fuit exaudita: oratio namque quã pro velleitate & affectu ſenſus obtulit, non ſimpliciter petebat, ſed ſub conditione: ſubdidit .n. fiat voluntas tua. Et ita exaudita eſt etiã hæc oratio quo ad vltimum petitũ, qđ deliberate volebat & deſiderabat.

¶ In reſponſione ad primum, vide nouitie, ꝙ Dionyſij Alexandrini expoſitio habetur in Catena aurea. Luc. 22. Et ẽ illa quæ ſecundo loco ponitur in litera ſcilicet, quòd timor mortis eũ non perturbaret, aut quòd mors eum non detineret. Loquitur .n. Dionyſius hic ad ſimilitudinem alicuius nociui applicati nobis per modũ tranſeuntis, puta, ignis vel aquæ, & huiuſmodi. Tale .n. quia applicatur mihi, non eſt intactũ, ſed aliqualiter contingens me: quia vero petranſit, non ꝑmanet in me. Et ſic volebat Chriſtꝰ vel mortis timore tangi, non comprimi, vel morte ipſa tangi, non detineri, ſed reſurgere. Modus igitur mali eſt qui ſub petitione cadit, cũ dicitur, Trãſeat calix, trãsfer calicẽ &c. ſecundum iſtam expoſitionem. Reliqua clara ſunt.

Cano. 4. in Mat. pa... a medio.

Super ... loci ... 9. tom.

Amb. ... in Luc ... mil... ge. hom ... in Mat. 6. fo. ... illim ... Chry. hom. ... in Ma... tom. ... D. ... *Hila... 1. in Ma...



quòd non biberet calicem mortis & paſſionis, vel ꝙ non biberet ipſum a iudæis, non quidem eſt factum quod petijt: quia ratio quę petitionem propoſuit, nolebat vt hoc impleretur: ſed ad inſtructionẽ noſtram volebat demonſtrare nobis ſuam voluntatem naturalem & motũ ſenſualitatis, quem ſicut homo habebat.

Ad 2m dicendum, ꝙ Dominus non orauit pro omnibus crucifixoribus, neq; ẽt pro omnibus, qui erant credituri in eum: ſed pro his ſolum, qui erant prædeſtinati, vt per ipſum vitam conſequerentur æternam.

Vnde patet etiam reſponſio ad tertium.

Ad 4m dicendum, quòd cum dicit, Clamabo, & nõ exaudies, intelligendum eſt, quãtum ad affectum ſenſualitatis, quæ mortem refugiebat: exauditur tamen quantum ad affectum rationis, vt dictum eſt.*

In corp. ar.

## QVÆSTIO XXII.

*De ſacerdotio Chriſti, in quatuor articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandum eſt, de ſacerdotio Chriſti.

Et circa hoc quærũtur ſex.

¶ Primo, Vtrum conueniat Chriſto eſſe ſacerdotem.

¶ Secundo, De hoſtia huius ſacerdotis.

¶ Tertio, De effectu huiꝰ ſacerdotij

¶ Quarto, Vtrum effectus ſacerdotij eius pertineat ad ipſum, vel ſolum ad alios.

¶ Quinto, De æternitate ſacerdotij eius.

¶ Sexto, Vtrũ debeat dici ſacerdos ſecundũ ordinẽ Melchiſedech.

## Articvlvs primvs.

*Vtrum Chriſto conueniat eſſe ſacerdotem.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd Chriſto nõ conueniat eſſe ſacerdotem. Sacerdos .n. eſt minor angelo: vnde dicitur Zach. 3. Oſtẽdit mihi Deus ſacerdotem magnum ſtantem coram angelo Domini: ſed Chriſtus eſt maior angelis, ſecundum illud Hebr. 1. Tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. ergo Chriſto non conuenit eſſe ſacerdotem.

¶ 2 Præt. Ea, quæ fuerunt in veteri teſtamento, fuerunt figuræ Chriſti, ſecundũ illud Col. 2. Quæ ſunt vmbra futurorum: ſed Chriſtus nõ traxit carnis originem ex ſacerdotibus veteris legis: dicit. n. Apoſt. ad Hebr. 7. Manifeſtum eſt, ꝙ ex Iuda ortus ſit Dominus noſter, in qua tribu nihil de ſacerdotibus Moyſes locutus eſt. ergo Chriſto non conuenit eſſe ſacerdotem.

¶ 3 Præt. In veteri lege, quæ eſt figura Chriſti, non fuit ibidem legiſlator & ſacerdos: vnde dicit Dominus ad Moyſen legiſlatorem, Exo. 28. Applica Aaron fratrem tuum, vt ſacerdotio fungatur mihi. Chriſtus autem eſt lator nouæ legis, ſecundum illud Hier. 31. Dabo legem meam in cordibus eorum. ergo Chriſto non conuenit eſſe ſacerdotem.

A Sed contra eſt, quòd dicitur Heb. 4. Habemus Pontificem, qui penetrauit cælos, Ieſum filium Dei.

Respon. Dicendum, quòd proprie officium ſacerdotis eſt eſſe mediatorem inter Deũ & populum, inquantum ſcilicet diuina populo tradit, vnde dicitur ſacerdos, quaſi ſacra dans, ſecundũ illud Malach. 2. Legem requirent ex ore eius, ſcilicet ſacerdotis: & iterum, inquantum preces populi Deo offert, & pro eorum peccatis Deo aliqualiter ſatisfacit. Vnde Apoſtolus dicit ad Heb. 5. Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis. Hoc autem maxime conuenit Chriſto: nam per ip B ſum diuina dona hominibus ſunt collata, ſecundum illud 2. Pet. 1. Per quem, ſcilicet Chriſtum, maxima & pretioſa nobis promiſſa donauit, vt per hoc efficiamini diuinæ conſortes naturæ. Ipſe etiam humanum genus Deo reconciliauit, ſecundum illud Coloſſ. 1. In ipſo, ſcilicet Chriſto, cõplacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eũ reconciliare omnia. Vnde Chriſto maxime conuenit eſſe ſacerdotem.

Ad primvm ergo dicendum, quòd poteſtas hierarchica conuenit quidem angelis, inquantum & ipſi ſunt medij inter Deum & hominem, vt patet per Dio.* in lib. cæl. hierar. ita quòd ipſe ſacerdos, inquantum eſt medius inter Deum & populum, angeli nomen C habet, ſecundum illud Malach. 2. Angelus Domini exercituum eſt. Chriſtus autem maior angelis fuit, non ſolum ſecundum diuinitatem, ſed etiam ſecundum humanitatem, inquantum habuit plenitudinem gratiæ & gloriæ. Vnde etiam excellentiori modo hierarchicam, ſeu ſacerdotalem poteſtatem prę angelis habuit, ita etiam quòd ipſi angeli fuerunt miniſtri ſacerdotij eius, ſecundum illud Matth. 4. Acceſſerunt angeli, & miniſtrabant ei, ſecundum tamen paſſibilitatem carnis, modico ab angelis minoratus eſt, vt Apoſtolus dicit Heb. 2. Et ſecundum hoc, conformis fuit hominibus viatoribus in ſacerdotio conſtitutis. Ca. 6. Eccl. hier. parte 3. a med.

Ad 2m dicendum, quòd ſicut Damaſ.* dicit in 3. D lib. quod in omnibus eſt ſimile, idem vtique erit, & non extraneum. Quia igitur ſacerdotium veteris legis erat figura ſacerdotij Chriſti, noluit Chriſtus naſci de ſtirpe figuralium ſacerdotum, [d] vt oſtenderetur non eſſe omnino idem ſacerdotium: ſed differre ſicut verum a figurali. Li. 3. Orth. fid. c. 26. circa fin. D. 1094.

Ad 3m dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt,* alij homines particulatim habent quaſdam gratias, ſed Chriſtus tamquàm omnium caput habet perfectionem omnium gratiarum: & ideo quantũ ad alios pertinet, alius eſt legiſlator, & alius ſacerdos, & alius rex: ſed hæc omnia concurrunt in Chriſto tamquàm in fonte omnium gratiarum. Vnde dicitur Iſa. 33. E Dominus iudex noſter, Dominus legifer noſter, Dominus rex noſter: ipſe veniet & ſaluabit nos. q. 8. ar. 4. & alijs eiuſd. quæſt.

## Articvlvs II.

*Vtrum Chriſtus ſimul fuerit ſacerdos & hoſtia.*

Ad secvndvm ſic ꝓceditur. Videtur quòd ipſe Chriſtus nõ fuerit ſimul ſacerdos & hoſtia. Sacerdotis enim eſt hoſtiam occidere: ſed Chriſtus non ſeipſum occidit. ergo ipſe non fuit ſimul ſacerdos & hoſtia.

¶ *Super Quæſtionis vigeſimæſecundæ Articulum primum.*

Titulus clarus. ¶ In corpore articuli eſt vnica concluſio rñſiua quæſito. Chriſto maxime conuenit eſſe ſacerdotem. Probatur: Proprie officium ſacerdotis eſt eſſe mediatorem inter deũ & populum vtrimque: ſed hoc maxime conuenit Chriſto. ergo. Maior declarat quo ad vtrãque partem officij. Minor ſimiliter, & omnia clara ſunt.

¶ In reſponſione ad primum conſidera nouitie, quòd tota vita Chriſti in terra fuit oblatio pro humano genere, & ꝓpterea angeli Chriſto poſt ieiunium & tentationem miniſtrantes in his, quæ ad refectionem corporis ſpectabant, miniſtri ſacerdotij Chriſti dicuntur.

Inf. q. 31. a. 2 co... & ad 2. & q. 59. ... ad 1. & ... c. 76. ... 20. ... fin. Et ... & Pſ. ... & Heb. ... 4. fi.

¶ *Super Quæſtionis vigeſimæſecũdæ Articulum ſecundum.*

Titulus clarus. ¶ In corpore unica eſt concluſio reſponſiua, Chriſtus non ſolũ ſacerdos, ſed ſimul fuit hoſtia perfecta, ſcilicet pro peccato, pacifica, & holocauſtum. Hæc concluſio quo ad primam

Inf. q. 84. artic. 7. ad 4. Et opu. 69. c. 18.

primam partem ſupponitur ex præcedẽte articulo, quo ad ſecundam uerò ꝙ fuerit ſimul hoſtia probatur. Omne qđ deo exhibetur ad hoc, ut ſpiritus hominis feratur in deũ eſt hoſtia ſeu ſacrificium: ſed humanitas Chriſti eſt deo exhibita ad hoc, ut ſpiritus hominum ferantur in deum. ergo. Maior propoſitio probatur. Sacrificium uiſibile eſt ſacramentum inuiſibilis, inuiſibile autẽ eſt oblatio ſpiritus. ergo.

¶ Aduerte quòd uis probationis conſiſtit in hoc: Omne ſacrificium aut eſt uiſibile, aut inuiſibile: ſed uiſibile ordinatur ad inuiſibile, ut ſacrum eius ſignum ad ſanctum ſignatũ, ac per hoc, finem: ſignatum enim finis eſt ſigni. omne igitur ſacrificium exterius eſt ſacrificium ex ordine ad interius, hoc eſt oblationem ſpiritus: & econtrà, omne quod ad oblationem ſpiritus deo offertur, ſacrificium denominatiuè dicitur. Tertia uerò pars cõcluſionis, hoc eſt perfecta pro peccato pacifica & holocauſtũ, probatur ex litera. Homo indiget ſacrificio propter tria, ſcilicet remiſſionẽ peccati, gratiæ conſeruationem & conſumationem: ſed hæc tria per humanitatem Chriſti habuimus. ergo. Maior in litera & infertur ex priori ſyllogiſmo, quo probata eſt altera pars cõcluſionis, nam ſi ſacrificium exterius dicitur ex relatione ad oblationem ſpiritus, & ad oblationem ſpiritus noſtri cõcurrũt iſta tria, ſcilicet remiſſio peccati, conſeruatio uitæ gratiæ, & conſumatio illius, conſequẽs eſt ut ad hæc tria homo indigeat ſacrificio, & declaratur quo ad ſingula ſingulis auctoritatibus ſcripturæ. Minor uerò probatur auctoritatibus ſacræ ſcripturæ etiam ſingulis ad ſingula.

¶ Recolito hic ex prima ſecundę q. 102. artic. 3. ad octauum, triplex fuiſſe ſacrificij genus in ueteri teſtamento, holocauſtum, hoſtiã pro peccato, & hoſtiam pacificam, & holocauſtum quidẽ perfectionis ſtatui conſonare, quia totum cõburebatur in honorem dei, hoſtiam uerò pacificã ad profectus ſtatum pertinere, qui ex deo per miniſtros nobis cooperantibus eſt. In tres enim partes diuidebatur, unã deo incenſam, aliam in uſum ſacerdotum, tertiam in uſum offerentium, ſiue pro beneficijs receptis, ſiue recipiendis eſſet. Hoſtia uerò pro peccato, ſtatum pœnitẽtium monſtrat, & in duas ſecabatur partes, unam deo incenſam, alterã in uſum ſacerdotum: quia remiſſio peccatorũ nõ a poteſtate noſtra, ſed a Deo per miniſtros eſt, niſi pro proprijs ſacerdotis uel populi peccatis offerretur: quia tunc nulla erat pars ſacerdotũ. Vnde quia humanitas Chriſti pro omnibus iſtis oblata fuit ab ipſomet, ideo dicitur in litera, ꝙ fuit hoſtia perfecta, utpote exiſtens ſimul & hoſtia ꝓ peccato, & hoſtia pacifica, & holocauſtum.

Lib.10.c.5. tom. 5.

¶ 2 Præt. Sacerdotium Chriſti magis eſt ſimile ſacerdotio Iudæorũ, quod erat a Deo inſtitutum, quàm ſacerdotio Gentilium, quo dæmones colebantur. In veteri autem lege nũquàm homo in ſacrificium offerebatur, quod maxime reprehenditur in ſacrificijs gentilium, ſecũdũ illud Pſal. 105. Effuderunt ſanguinem innocentem, ſanguinẽ filiorum ſuorum & filiarum ſuarum, quas ſacrificauerunt ſculptibilibus Chanaan. ergo in ſacerdotio Chriſti non debuit eſſe ipſe homo Chriſtus hoſtia.

¶ 3 Præt. Omnis hoſtia ex hoc, ꝙ Deo offertur, Deo ſanctificatur: ſed ipſa Chriſti humanitas a principio fuit ſanctificata, & Deo coniuncta. ergo non conuenienter poteſt dici, quòd Chriſtus, ſecũdum quòd homo, fuerit hoſtia.

Sed contra eſt, quòd Apoſt. dicit ad Epheſ. 5. Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut Augu.* dicit in 10. de ciui. Dei, oẽ ſacrificium viſibile, inuiſibilis ſacrificij ſacramẽtum, ideſt, ſacrum ſignum eſt. Inuiſibile aũt ſacrificiũ eſt, quo homo Deo ſpiritum ſuum offert, ſecũdum illud Pſal. 51. Sacrificium Deo ſpiritus cõtribulatus: & ideo omne illud, quod Deo exhibetur, ad hoc ꝙ ſpiritus hominis feratur in Deum, poteſt dici ſacrificium. Indiget igitur homo ſacrificio propter tria. Vno quidem modo ad remiſſionẽ peccati, per qđ a Deo auertitur: & ideo Apoſt. dicit ad Hebr. 5. ꝙ ad ſacerdotem pertinet, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis. Secũdo, vt homo in ſtatu gratiæ cõſeruetur, ſemper Deo inhærens, in quo eius pax & ſalus conſiſtit. Vnde & in veteri lege immolabatur hoſtia pacifica ꝓ offerentium ſalute, vt habetur Leuit. 3. Tertio ad hoc, ꝙ ſpiritus hominis perfecte Deo vniatur, quod maxime erit in gloria. Vnde & in veteri lege offerebatur holocauſtũ quaſi totum incenſum, vt dicitur Leuit. 1. Hæc autem per humanitatem Chriſti nobis prouenerunt. Nã primo quidem noſtra peccata deleta ſunt, ſecundum illud Ro. 4. Traditus ẽ pp delicta noſtra. Scđo, gratiam nos ſaluantem per ipſum accepimus, ſecũdum illud Heb. 5. Factus eſt oĩbus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ. Tertio, ꝑ ipſum perfectionem gloriæ adepti ſumus, Heb. 10. Habemus fiduciã F per ſanguinem eius in introitum ſanctorum, ſcilicet in gloriam cæleſtem: & ideo ipſe Chriſtus inquantum homo, non ſolum fuit ſacerdos, ſed etiam hoſtia perfecta, ſimul exiſtens hoſtia pro peccato, & hoſtia pacifica, & holocauſtum.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Chriſtus non ſe occidit, ſed ſeipſum volũtarie morti expoſuit, ſecundum illud Iſa. 53. Oblatus eſt, quia ipſe voluit: & ideo dicitur ſeipſum obtuliſſe.

G Ad 2m dicendum, ꝙ hominis Chriſti occiſio poteſt ad duplicem voluntatem comparari, Vno modo, ad voluntatem occidentium. Et ſic non habet rationem hoſtiæ: non. n. dicuntur occiſores Chriſti, hoſtiã Deo obtuliſſe, ſed grauiter deliquiſſe. Et huius peccati ſimilitudinem gerebant impia gentiliũ ſacrificia, quibus homines idolis immolabant. Alio modo, poteſt cõſiderari occiſio Chriſti per com H parationem ad voluntatem patientis, qui voluntarie ſe obtulit paſſioni. Et ex hac parte habet rationem hoſtiæ in quo non conuenit cum ſacrificijs Gentilium.

Ad *3m dicendum, quòd ſanctitas humanitatis Chriſti a principio non impedit, quin ipſamet humana natura, cũ in paſſione oblata eſt Deo, ſanctificata nouo modo fuerit, ſcilicet vt hoſtia actualiter tunc exhibita. Acquiſiuit enim actualem hoſtiæ ſanctificationem tunc ex antiqua charitate & gratia I vnionis ſanctificante eandem abſolute.

*Reſpõ ſuppica.

## Articvlvs III.

### *Vtrum effectus ſacerdotij Chriſti ſit expiatio peccatorum.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd effectus ſacerdotij Chriſti non ſit expiatio peccatorum. Solius enim Dei eſt peccata delere, ſecundum illud Iſa. 43. Ego ſum q deleo iniquitates tuas propter me: ſed Chriſtus non eſt K ſacerdos, ſecundum quòd Deus, ſed ſecundum quòd homo. ergo ſacerdotium Chriſti non eſt expiatiuum peccatorum.

¶ 2 Præt. Apoſt. dicit Heb. 10. quòd hoſtiæ veteris teſtamenti non poterant perfectos facere: alioquin ceſſaſſent offerri, eo quòd nullam haberẽt conſcientiam peccati cultores ſufficienter ſemel mundati, ſed in ipſis commemoratio peccatorum per ſingulos annos fit: ſed ſimiliter ſub ſacerdotio Chriſti fit

¶ *Super Quæſtionis uigeſimæſecundæ Articulum tertium.*

In titu. attende primò, ꝙ non quæritur, an ſola expiatio peccati ſit effectus ſacerdotij Chriſti. Nec quæritur, an expiatio peccatorũ ſit a ſolo ſacerdotio Chriſti, ſed an ſacerdotiũ Chriſti habeat hunc effectum, qui eſt expiare peccata.

¶ Attende ſecundo, ꝙ non eſt hic qõ de modo habẽdi hunc effectum, an ſcilicet effectiuè an meritoriè, an alio mõ, ſed ĩ confuſo illo, ſcilicet mõ, quo ſacerdotij actibus ſacrificãdo, offerẽdo, &c. effect⁹ attribuuntur: & illo rurſus modo, quo ſacrificio Chriſti natum eſt conuenire, quòd ſit efficax.

¶ Tertio, quòd expiatio ſecundũ nominis proprietatẽ, emundationem ſeu purgationem culparum ſignificare videtur, & ſic ſumitur in propoſito.

¶ In corpore vnica eſt concluſio: Chriſti ſacerdotium habet plenam vim expiandi peccata. Probatur. Ad perfectam emũdationem pctĩ duo requirũtur, dare gratiã, & ſatisfacere: ſed Chriſti ſacerdotium habet vtrumque. ergo. Maior ꝓbatur ex duobus inuentis in peccato, macula & reatu, quorũ primum gratia, ſecũdũ ſatiſfactione tollitur. Minor vero auctoritate Ioannis & Iſaiæ.

¶ In reſponſione ad primũ cum dicitur, ꝙ inquantum Chriſti humanitas operabatur virtute diuinitatis, ſacrificium Chriſti erat efficaciſſimum ad delenda peccata per gratiã, nõ intelligas humanitatem Chriſti concurrere inſtrumentaliter ad creandam gratiam in anima, ſed intelligito quãtum ad creationem ſpectat, concurrere inſtrumentaliter diſpoſitiue & meritoriè: nata eſt. n. gratia ſecundum illam viã creari in patiẽte diſpoſito, ſicut anima rõnalis. Et propterea, licet creatio abſolute refutet inſtrumẽtum, creatio tñ rei in patiente diſpoſito non refutat inſtrumentum, & ſacrificium Chriſti inuenitur efficaciſſimũ ad cauſandam gratiã iuſtificantẽ: ſicut ſemen humanũ bene diſpoſitum inuenit̃ efficax ad cauſandam animã rationalẽ producendi hominis. Verius tamen dicitur ſecũdũ Auctoris doctrinam, humanitatem Chriſti operari virtute diuinitatis inſtrumentaliter deletionem peccatorũ, per gratiã non creatione, ſed infuſione ꝓductã, vt ſuperius mõſtratũ eſt auctoritate eius, & rõne.

¶ In reſponſione ad tertiũ, vide nouitie,



In ſynod. 1. Epheſi. cui præſuit Cyrillus, 10

cõmemoratio peccatorũ, cũm dicitur, Dimitte nobis debita noſtra. Mat. 6. offertur ẽt continue ſacrificiũ in eccleſia: vnde & ibidem dicitur, Panem noſtrum quotidianũ da nobis hodie. ergo per ſacerdotiũ Chriſti non expiantur peccata.

¶ 2 Præt. In veteri lege maxime immolabatur hircus ꝓ peccato principis, vel capra pro peccato alicuius de populo, vel vitulus pro peccato ſacerdotis, vt patet Leuit. 4. ſed Chriſtus nulli horum comparatur, ſed agno, ſecundum illud Hie. 11. Ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimam. ergo videtur ꝙ eius ſacerdotium nõ ſit expiatiuum peccatorum.

Sed contra eſt, quòd Apoſt. dicit Heb. 9. Sanguis Chriſti, qui per Spiritumſanctum ſeipſum obtulit immaculatum Deo, emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo viuenti. Opera autem mortua dicuntur peccata. ergo ſacerdotium Chriſti habet virtutem emundandi peccata.

Respon. Dicendum, ꝙ ad peccatorum perfectam emundationẽ duo requiruntur, ſecundum quòd duo ſunt in peccato, ſcilicet macula culpæ, & reatus pœnæ. Macula quidem culpæ deletur per gratiã, qua cor peccatoris conuertitur in Deum: reatus autem pœnę, totaliter tollitur per hoc, ꝙ homo Deo ſatisfacit. Vtrumq; autem horum efficit ſacerdotium Chriſti. Nam uirtute ipſius gratia nobis datur, qua corda noſtra conuertuntur ad Deum, ſecundum illud Ro. 3. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius. Ipſe etiam pro nobis plenarie ſatisfecit, inquantum ipſe languores noſtros tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Vnde patet, ꝙ Chriſti ſacerdotiũ habet plenam vim expiandi peccata.

Ad primvm ergo dicendum, quòd licet Chriſtus non fuerit ſacerdos ſecundum quòd Deus, ſed ſecundum quòd homo, vnus tamẽ & idem fuit ſacerdos & Deus. Vnde in ſyno.* Epheſ. legitur: Si quis Pontificem dicit & Apoſtolũ noſtrum fieri, non ipſum ex Deo Verbum, quando factum eſt caro, & ſecundum nos homo, ſed tamquàm alterum præter eũ ſeorſum hominem ex muliere, anathema ſit: & ideo inquantum eius humanitas operabatur in virtute diuini A tatis, illud ſacrificium erat efficaciſſimum ad delẽda peccata. Propter quod Aug. dicit in 4. de Tri.* Vt quoniam quatuor conſiderantur in omni ſacrificio, cui offeratur, a quo offeratur, quid offerat, pro quibus offeratur: idem ipſe vnus veruſq; mediator, per ſacrificium pacis reconcilians nos Deo, vnum cum illo maneret, cui offerebatur: vnũ in ſe faceret, pro quibus offerebatur: vnus ipſe eſſet, qui offerebat, & quod offerebat.

B Ad 2m dicendum, quòd peccata non commemorantur in noua lege, propter inefficaciam ſacerdotij Chriſti, quaſi per ipſum non ſufficienter expientur peccata: ſed cõmemorantur quantũ ad illos, qui vel eius ſacrificij nolunt eſſe participes (ſicut ſunt infideles) pro quorũ peccatis oramus, ut conuertantur: vel etiam quantũ ad illos, qui poſt participationẽ huius ſacrificij ab eo deuiant, qualitercũque pec- C cando. Sacrificium autẽ, quod quotidie in eccleſia offertur, non eſt aliud a ſacrificio, quod ipſe Chriſtus obtulit: ſed eius cõmemoratio: vnde Aug. dicit in 10. de ciuit.* Dei. Sacerdos ipſe Chriſtus offerens, ipſe & oblatio: cuius rei ſacramentum, quotidianum eſſe uoluit eccleſiæ ſacrificium.

Ad 3m dicendum, quòd ſicut Orige.* dicit ſuper Ioan. Licet diuerſa animalia in veteri lege offerentur, quotidianũ tamẽ ſacrificiũ, quod offerebatur mane & veſpe- D re, erat agnus, vt habetur Nume. 28. Vnde ſignificabatur, ꝙ oblatio agni veri, id eſt Chriſti, eſſet ſacrificium cõſumatiuum omnium aliorum. Et ideo Ioan. 1. dicitur, Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mũdi.

## Articvlvs IIII.

### *Vtrum effectus ſacerdotij Chriſti non ſolùm ad alios pertinuerit, ſed etiam ad ipſum.*

E Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur ꝙ effectus ſacerdotij Chriſti non ſolùm pertinuerit ad alios, ſed etiam ad ipſum. Ad officiũ enim ſacerdotis pertinet, pro populo orare, ſm illud 2. Mach. 1. Orationẽ faciebant ſacerdotes, dũ conſumaretur ſacrificium; ſed Chriſtus non ſolùm pro alijs orauit, ſed etiam pro ſeipſo, ſecundum quòd ſupra dictum eſt,* ſicut expreſſe dicitur Heb. 5. quòd in diebus carnis ſuæ, preces ſupplicationeſque ad Deum, qui poſſit illum ſaluum facere a mor-

Lib.4.c.14. circa fin. tomo 3.

Li.10. de ciui. dei. c.20 in med. t. 5.

*Sup. illud Ioan. 1. Ecce agnus Dei. qui liber 1. in lucẽ prodijt anno Dñi 1555.

4. di. 4. q. 1. ar. 3. q. 5.

q. 21. ar. 3.

ꝙ Chriſtus ex hoc ipſo quòd aſſimilatus eſt agno continuæ hoſtiæ, figuratus dicitur per ceteta ſacrificia, ut ſacrificium omniũ conſumatiuum: ita ꝙ non negatur Chriſtum cõparari alijs: ſed diſtinguitur ꝙ per aſſimilationem comparatur agno, per cõſumationem comparatur alijs, & ex hoc ipſo ꝙ agno aſſimilatur, refertur ad omnia, ut conſumatio. Rationi ſiquidem cõſonat, ut momentanea ad continuum reducantur, & quod continui eſt conſumatio, omnium ſit conſumatiuum. Reliqua enim ſacrificia pro peccatis, hircus, capra, uitulus, nunc uel tunc offerebantur, agnus autem continue, & propterea uerus agnus ad omnia cõparatur ſacrificia, vt omnium conſumatiuum.

¶ *Super Quæſtionis vigeſimæſecũdæ Articulum quartum.*

Titulus clarus eſt, occaſionem ſumens ex diuerſis auctoritatib⁹, Apoſtoli ſcilicet, & ſynodi, ut patet in artic.

¶ In corpore articuli unica eſt concluſio. Non conuenit Chriſto effectum ſacerdotij ſui recipere. Probatur dupliciter. Primo, ex conditione recipientis ſacerdotij effectũ. Scđo, ex excellentia ſacerdotij Chriſti. Prima ergo ratio eſt, Suſcipiens ſacerdotij effectum, non poteſt per ſeipſum accedere ad deum: ſed Chriſtus per ſeipſum accedit ad ad deum. ergo. Maior probatur: quia ſacerdos eſt medi⁹, ac ꝑ hoc ſuſcipere effectũ ſacerdotij ẽ ſuſcipere effectũ medij: hoc aũt eſt ſoli⁹ impotentis per ſeipſum accedere ad deum: qui enim poteſt per ſeipſum, non eget medio. Minor probatur auctoritate Apoſtoli. Secunda ratio eſt. Primũ agens in quoli-

bet genere, eſt ita influens, quòd non eſt recipiens in illo genere. Probatur inductiue in primo illuminãte, in primo calefaciente, & poſſet afferri in primo alterante, ſcilicet cælo, & in primo mouente localiter, ſcilicet deo, ſeu intelligentia. Sed Chriſtus eſt fons totius ſacerdotij: Probatur inductiue, & reſpectu ſacerdotij legis veteris & nouæ.

q.19. art.3. & 4.

¶ Occurrit autem ſtatim dubiũ, quare omiſſum fuerit in hac inductione ſacerdotium ante vtramque legem, ſcilicet Melchiſedech & patrum.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ quia erat eadem ratio de ſacerdote legali, & ante legem quo ad propoſitum (quia vterque erat figura Chriſti) ideo exprimẽdo legalem cum eius ratione, ſcilicet quia figura erat ſacerdotij Chriſti, etiam prędeceſſores comprehendit.

Canon. 10. concil. 1. Epheſ. cui præfuit Cyril. tom. 1. Concil.

¶ In reſpõſionibus argumentorum, vide quòd Auctor nõ totalr̃ excludit Chriſtum ab effectu ſui ſacerdotij: ſed docet loqui caute, ꝙ ſecundum quid, inquantũ ſcilicet erat paſſibilis participauit ſacerdotij ſui effectum, ſimpliciter autem non: tũ quia non habuit peccatum: tum quia non indiguit, vt prima ratio in corpore articuli allata probat: tum quia non congruebat ſibi, vt ſecunda ratio ibi allata probat.

Ar. 1. huius q.

¶ In reſponſione ad ſecũdum perſpice, ꝙ dicitur ſacrificiũ offerri per modum ſatiſfactionis, & effectum ipſius proprium eſſe, quod ex vi ipſius, quatenus ſatiſfactoriũ eſt, fit. Ratio ſiquidem huius eſt: quia ſacrificium ex ſua eſſentiali & primaria inſtitutiõe, nihil aliud eſt q̃ quædam recognitio reuerentialis ipſius dei, quæ quia debita eſt deo, quia deus eſt, quia creator, cõſeruator, largitorque eſt oĩum,

te, cum clamore ualido, & lachrymis obtulit. ergo ſacerdotiũ Chriſti effectum habuit non ſolum in alijs, ſed etiam in ſeipſo.

¶ 2 Præt. Chriſtus ſacrificium obtulit ſeipſum in ſua paſſione: ſed per paſſionem ſuam nõ ſolũ aliis meruit, ſed etiam ſibi, ut ſupra habitum eſt.* ergo ſacerdotium Chriſti non ſolum habuit effectum in aliis, ſed etiam in ſeipſo.

¶ 3 Præt. Sacerdotium ueteris legis fuit figura ſacerdotii Chriſti: ſed ſacerdos ueteris legis non ſolum pro aliis, ſed etiam pro ſeipſo ſacrificium offerebat: dicitur enim Leuit. 16. quòd Pontifex ingreditur ſanctuariũ, vt roget pro ſe, & pro domo ſua, & pro vniuerſo cætu filiorum Iſrael. ergo etiam ſacerdotium Chriſti nõ ſolum in aliis, ſed in ſeipſo effectum habuit.

Sed contra eſt, ꝙ in Epheſina* ſynodo legitur, *Si quis dicit Chriſtum pro ſe obtuliſſe oblationem, & non magis pro nobis ſolũ (non enim indiguit ſacrificio, qui peccatum neſcit) anathema ſit*; ſed in ſacrificio offerendo, potiſſime ſacerdotis conſiſtit officium. ergo ſacerdotium Chriſti non habuit effectum in ipſo Chriſto.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt,* ſacerdos conſtituitur medius inter Deum & populum. Ille autem indiget medio ad deũ, qui per ſeipſum accedere ad Deũ nõ poteſt, & talis ſacerdotio ſubijcitur, effectum ſacerdotii participans. Hoc autem Chriſto nõ competit: dicit enim Apoſt. ad Heb. 7. Accedẽs per ſemetipſum ad Deũ, ſemper viuens, ad interpellandum pro nobis: & ideo Chriſto nõ conuenit effectum ſacerdotii in ſe ſuſcipere, ſed potius ipſum aliis cõmunicare. Primum enim agens in quolibet genere, ita eſt influens, quòd non eſt recipiens in genere illo: ſicut Sol illuminat, ſed non illuminatur, & ignis calefacit, ſed nõ calefit. Chriſtus aũt eſt fons totius ſacerdotii: nam ſacerdos legalis erat figura ipſius: ſacerdos autem nouæ legis in perſona ipſius operatur, ſecundũ illud 2. ad Cor. 2. Nã & ego quod donaui, ſiquid donaui, propter vos in perſona Chriſti: & ideo non cõpetit Chriſto effectum ſacerdotii recipere.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ oratio & ſi conueniat ſacerdotibus: non tamen eſt eorum officio propria. Cuilibet. n. conuenit & pro ſe & pro aliis orare, ſecũdum illud Iac. vlt. Orate pro inuicem,

F vt ſaluemini. Et ſic poſſet dici, ꝙ oratio qua Chriſtus pro ſe orauit, non erat actus ſacerdotij eius: ſed hæc reſpõſio videtur excludi per hoc, quòd Apoſt. Hebr. 5. cum dixiſſet, Tu es ſacerdos in æternum ſecundũ ordinem Melchiſedech, ſubdit, Qui in diebus carnis ſuæ preces &c. vt ſupra.* Et ita videtur ꝙ oratio, qua Chriſtus orauit, ad eius ſacerdotiũ pertineat: & ideo

G oportet dicere, ꝙ alij ſacerdotes effectum ſacerdotij ſui participant, non inquãtum ſacerdotes, ſed inquantum peccatores, vt infra dicetur. Chriſtus autem, ſimpliciter loquendo, peccatum nõ habuit. Habuit tamen ſimilitudinem peccati in carne, vt dicitur Ro. 8. Et ideo non ſimpliciter dicendum eſt, ꝙ ipſe effectum ſacerdotij participauerit, ſed ſecundum quid, ſcilicet ſecundum paſſibilitatem carnis. Vnde ſignanter dicit, Qui poſſit il-

H lum ſaluum facere a morte.

Ad 2m dicendum, ꝙ in oblatione ſacrificij cuiuſcumq; ſacerdotis, duo poſſunt cõſiderari. ſ. ipſum ſacrificium oblatum, & deuotio offerẽtis. Proprius autem effectus ſacerdotij eſt id, quod ſequitur ex ipſo ſacrificio, Chriſtus autẽ conſecutus eſt per ſuam paſſionẽ, gloriam reſurrectionis, non quaſi ex ui ſacrificij, quod offertur per modum ſatiſfactionis: ſed ex ipſa deuotione, qua ſecũdum charitatem humiliter paſſionem ſuſtinuit.

Ad 3m dicendum, quòd figura

I non poteſt adæquare veritatem. Vnde ſacerdos figuralis ueteris legis non poterat ad hanc perfectionem pertingere, ut ſacrificio ſatiſfactorio nõ indigeret; ſed Chriſtus non indiguit: vnde non eſt ſimilis ratio de vtroque. Et hoc eſt quod Apoſtolus dicit, Lex homines cõſtituit ſacerdotes, infirmitatem habentes: ſermo autem iuriſiurãdi, qui poſt legem eſt, Filium in æternum perfectum.

K

## Articvlvs V.

### *Vtrum ſacerdotium Chriſti permaneat in æternum.*

Ad qvintvm ſic ꝓceditur. Videtur quòd ſacerdotium Chriſti non permaneat in æternũ: quia, vt dictum eſt,* illi ſoli effectu ſacerdotij indigent, qui habẽt infirmitatem peccati, quæ per ſacerdotis ſacrificium expiari poteſt: ſed hoc nõ erit ĩ æternũ: quia in ſanctis nulla erit infirmitas ſecundum illud Iſaiæ 60. Populus

ſatiſfactionis cuiuſdã rationem habet. Offertur ergo ſacrificium per modum ſatiſfactionis, non tantum pœnæ debitæ peccato, aut offenſę contra deum: ſed etiam beneficiorum, & (quod primum eſt) debiti deo cultus, quia deꝰ eſt.

In argu. 1.

¶ Vnde habes, ꝙ effectus cõſequens ex vi ſacrificij, vt ſatiſfactorij, eſt abſolutio a pœna, aut reconciliatio ad deũ. Nam libertas a gratiarum actione, aut debito cultu, non eſt effectus aliquis conſequens ſacrificium, proprie loquendo: ſed communis eſt negatio omnem actum debitum, quando ſolutus eſt, comitans: ipſum enim ſacrificium eſt gratiarum actio, & cultus dei, & non eſt exolutio pœnæ, ſed ſolutionis cauſa, niſi ſit pœnale, pœnæ propria: nec eſt reconciliatio, ſed gratiæ reconciliantis prouocatio.

¶ *Super Quæſtionis vigeſimæſecũdæ Articulum quintum.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore vnica eſt concluſio: Sacerdotium Chriſti eſt æternũ quo ad conſumationem. Declarantur primo termini diſtinguendo in ſacerdotis officio, duo. ſ. oblationem & conſumationem. Probatur deinde, quia conſumatio ſacerdotij Chriſti conſiſtit in bonis æternis. Probatur auctoritate Apoſtoli, Chriſtus Pontifex futurorum bonorũ. Manifeſtaturque demũ ipſa concluſio ex figura legalis ſacerdotis, ita ꝙ introitus pontificis legalis ſemel in anno in Sancta ſanctorum cum ſanguine immolatorum extra, eſt figura cõſumationis ſacerdotij Chri: quia Põtifex in Sancta ſanctorum ſignãt Chriſtum totum, hoc eſt in ſe & membris intrantem in cælum ſecretum æternorũ bonorũ, quia cum ſanguine

Ar. ſeq. co. & q. 6. ad 3. ar. 5. cor. & 1. ad 2. q. 106. ar. 4. & 3. diſt. 11. q. 1. art. 1. ad 4.
*ar. præced.



ſanguine immolatorum extra, ſignificat modum, quo Chriſtus totus cælos intrauit, ſcilicet per ſanguinẽ ſuum, quem effudit extra cælos, immolando ſeipſum in terra, q̃a ſemel in anno, hoc eſt integro curſu ſolis, ſignificat vnitatem ſacrificij Chriſti in perfecto curſu ſolis iuſtitię, hoc eſt in æternum, vt in reſponſione ad tertium dicitur.

tuus omnes iuſti. Peccatorum autem infirmitas inexpiabilis erit: quia in inferno nulla eſt redẽptio. ergo ſacerdotiũ Chriſti fruſtra remaneret in æternum.

¶ 2 Præt. Sacerdotium Chriſti pręcipue manifeſtatum eſt in eius paſſione & morte, quando per proprium ſanguinem introiuit in ſancta, vt dicitur Hebr. 9. ſed paſſio & mors Chriſti non erit in æternum, ſecundum illud Ro. 6. Chriſtus reſurgens a mortuis, iam non moritur. ergo ſacerdotium Chriſti non eſt in æternum.

¶ 3 Præt. Chriſtus eſt ſacerdos non ſecundum quòd Deus, ſed ſecundum quòd homo: ſed Chriſtus quandoque non fuit homo, ſcilicet in triduo mortis. ergo ſacrificium Chriſti, non eſt in æternum.

Sed contra eſt, quòd dicitur in Pſal. 109. Tu es ſacerdos in æternum.

Respon. Dicendum, ꝙ in officio ſacerdotis duo poſſunt conſiderari, primo quidem, ipſa oblatio ſacrificij: ſecũdo, ipſa ſacrificij conſumatio, quæ quidem conſiſtit in hoc, quòd illi, pro quibus ſacrificium offertur, finem ſacrificij conſequuntur. Finis autem ſacrificij, quod Chriſtus obtulit, non fuerunt bona temporalia, ſed æterna, quę per eius mortem adipiſcimur (vnde dicitur Heb. 9. ꝙ Chriſtus eſt aſſiſtens pontifex futurorũ bonorũ) ratione cuius Chriſti ſacerdotiũ dicitur eſſe æternum. Et hæc quidem conſumatio ſacrificij Chriſti, præfigurabatur in hoc ipſo, quòd Pontifex legalis ſemel in anno cum ſanguine hirci & vituli intrabat in ſancta ſanctorũ, vt dr̃ Leuit. 16. cũ tñ hircũ & vitulũ nõ immolaret in ſanctis ſanctorum, ſed extra: & ſilr̃ Chriſtus in ſancta ſanctorũ. i. in ipſum cælum intrauit, & nobis viam parauit intrandi, per virtutem ſanguinis ſui, quem pro nobis in terra effudit.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ſancti qui erunt in patria, non indigebunt vlterius expiari per ſacerdotium Chriſti: ſed expiati iam indigebunt conſumari per ipſum Chriſtum, a quo gloria eorum dependet. Vnde dicitur Apocal. 21. quòd claritas Dei illuminat illam, ſcilicet ciuitatem ſanctorum, & lucerna eius eſt agnus.

Ad 2m dicendum, quòd licet paſſio & mors Chriſti de cetero non ſit iteranda, tamen virtus illius hoſtiæ ſemel oblatæ, permanet in æternum.

Et per hoc patet reſponſio ad tertium: quia, vt dicitur ad Heb. 10. Vna oblatione conſumauit in æternũ ſanctificatos. Vnitas autem huius oblationis figurabatur in lege per hoc ꝙ ſemel in anno legalis Pontifex cum ſolemni oblatione ſanguinis intrabat in ſancta, vt dicitur Leuit. 16. ſed deficiebat figura a veritate in hoc, quòd illa hoſtia non habebat ſempiternam virtutem: & ideo annuatim illæ hoſtiæ reiterabantur.

¶ *Super Quæſtionis vigeſimæſecũdæ Articulum ſextum.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore articuli, vnica eſt concluſio. Sacerdotiũ Chriſti eſt ſecundum ordinẽ Melchiſedech. Probatur: Sacerdo-

Infra q. 61. ar. 3. ad 3. & 4. d. 8. q. 1. ar. 2. q. 3.

## Articvlvs VI.

### *Vtrum ſacerdotiũ Chriſti fuerit ſecundum ordinem Melchiſedech.*

Ad sextvm ſic proceditur. Videtur ꝙ ſacerdotium Chriſti non fuerit ſecundum ordinem Melchiſedech. Chriſtus. n. eſt fons totius ſacerdotij, tamquàm princi-

A palis ſacerdos: ſed illud quod eſt principale, non ſequitur ordinem alterius, ſed alia ſequuntur ordinem ipſius. ergo Chriſtus non debet dici ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech.

¶ 2 Præt. Sacerdotium veteris legis, propinquius fuit ſacerdotio Chriſti, quàm ſacerdotium quod fuit ante legẽ: ſed ſacramenta tanto expreſſius ſignificabant Chriſtũ, quanto propinquiora fuerunt Chriſto, vt patet ex his, quæ in ſecunda parte dicta* ſunt. ergo ſacerdotium Chriſti magis debet deno-

B minari ſecundum ſacerdotium legale, quàm ſecũdum ſacerdotium Melchiſedech, qđ fuit ante legem.

¶ 3 Præt. Heb. 7. dicitur, ꝙ eſt Rex pacis, ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque numerum dierum, neq; finem vitæ habens: quę quidem conueniunt ſoli filio Dei. ergo nõ debet dici Chriſtus ſecundum ordinem Melchiſedech, tamquàm cuiuſdã alterius, ſed ſecundum ordinem ſuiipſius.

Sed contra eſt, ꝙ dicitur in

C Pſ. 109. Tu es ſacerdos in æternũ, ſecũdum ordinem Melchiſedech.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt,* legale ſacerdotiũ fuit figura ſacerdotij Chriſti, non quidem quaſi adęquans veritatem, ſed multum ab ea deficiẽs: tum, quia ſacerdotium legale nõ mũdabat peccata: tum etiã, quia non erat æternum, ſicut ſacerdotium Chriſti. Ipſa autem excellen-

D tia ſacerdotij Chriſti ad ſacerdotiũ Leuiticum fuit figurata in ſacerdotio Melchiſedech, qui ab Abrahã decimas ſumpſit, in cuius lumbis decimatus eſt quodãmodo ipſe ſacerdos legalis: & ideo ſacerdotium Chriſti dicitur eſſe ſecũdum ordinem Melchiſedech, propter excellentiam veri ſacerdotij ad figurale ſacerdotium legis.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ Chriſtus non dicitur eſſe ſecundũ ordinem Melchiſedech, quaſi

E principalioris ſacerdotis, ſed quaſi præfigurãtis excellentiã ſacerdotij Chriſti ad ſacerdotiũ leuiticũ.

Ad 2m dicendum, ꝙ in ſacerdotio Chriſti duo poſſunt conſiderari. ſ. ipſa oblatio Chriſti, & participatio eius. Quantum ad ipſam oblationem, expreſſius figurabat ſacerdotium Chriſti ſacerdotiũ legale per ſanguinis effuſionem, q̃ ſacerdotium Melchiſedech, in quo ſanguis non effundebatur, ſed quantum ad participationẽ huius ſacrificij & eius effectum, in quo præci

tiũ Chriſti fuit præfiguratum per legale ſacerdotiũ & per ſacerdotiũ Melchiſedech, ſed per illud defectiue, per hoc quantum ad excellẽtiam ipſius ſupra legale. ergo eſt ſecundũ ordinem Melchiſedech.

¶ Antecedens habet tres partes. Prima, ſupponitur, ꝙ ſacerdotium Chriſti pręfiguratum fuerit in vtroque. Secunda, ꝙ defectiue in legali, probatur: tũ quia non mundabat peccatum: tũ quia non æternum. Tertia, ꝙ excellentia figurata eſſet per Melchiſedech, probatur: q̃a excellẽtia iſtius per excellentiam illius repreſentata fuit. Quòd autem illud fuerit excellentius legali, probatur: q̃a ſacerdos legalis decimatus fuit in lumbis Abrahę, decimas ſoluentis Melchiſedech: conſtat enim excellere illum cui decimę dantur. Hãc materiã diffuſe tractat Apoſt. ad Heb. 7. vnde ſumpta eſt hæc ratio.

2. 2. q. 2. ar. 7.

Ar. 4. huius q. arg. 3.

¶ Aduerte hic, quòd ſacrificium Chriſti ſumitur dupliciter. Primo ſecundũ ſeipſum, vt ab ipſo Chriſto oblatum eſt in ara crucis. Et ſic cõſideratr̃ dupliciter: vel formaliter ſecũdum id, quod in ſe eſt, & hoc mõ Chriſtus, cum dicitur ſacerdos ſecundũ ordinẽ Melchiſedech, intelligitur ſecundũ ordinem dignitatis & excellentiæ reſpectu ſacerdotij legalis, vel cauſaliter ſecũdum ſuum effectum, vnitatem ſcilicet membrorũ Chriſti in charitate & pace, & hoc modo cum Chriſtus dicitr̃ ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, intelligitur ſecundum ordinem proportionalis ſimilitudinis inter res oblatas a Melchiſedech (panem. ſ. & vinum) & vnitatem eccleſiæ: quoniam ſicut tam panis, quàm vinum fit ex multis concurrentibus in vnum, vt Auguſt. dicit, &

in litera habetur, ita ex multis unum Chriſti corpus myſticum conficitur, quod eſt eccleſia &c.

¶ Secundo modo ſumit ſacrificiũ Chriſti ſecundum ſuum memoriale ſacrificium, quod ſcilicet Chriſtus inſtituit in ſua eccleſia; in ſuæ paſſionis mortiſque memoriam offerendum, vt quotidie fit in Euchariſtiæ ſacrificio. Et ſic cũ Chriſtus dicitur ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, intelligitur de ordine aſſimilationis in materia ſacrificij: nam panẽ & uinũ aſſumi inſtituit in ſuo memoriali ſacrificio pro materia Euchariſtiæ, ſicut Melchiſedech panẽ & uinum obtulerat in ſacrificium.

Refert de cõſecr. diſt. 2. ca. Quia paſſus.

pue attenditur excellentia ſacerdotij Chriſti ad ſacerdotium legale, expreſſius præfigurabatur per ſacerdotium Melchiſedech, qui offerebat panem & uinum, ſignificantia, vt Auguſ. dicit,* eccleſiaſticam vnitatem, quam conſtituit participatio ſacrificij Chriſti. Vnde etiam in noua lege verum Chriſti ſacrificium cõmunicatur fidelibus, ſub ſpecie panis & vini.

Ad 3m dicendum, quòd Melchiſedech, dictus eſt ſine patre, & ſine matre, & ſine genealogia, & quòd non habet initium dierum, neque finem: non quia iſta non habuerit, ſed quia in ſcriptura ſacra iſta de eo non leguntur. Et per hoc ipſum, vt Apoſtolus ibidem dicit, aſſimilatus eſt filio dei, qui in terris eſt ſine patre, & in cælis ſine matre, & ſine genealogia, ſecundum illud Iſa. 53. Generationem eius quis enarrabit? & ſecundum diuinitatem, neque principium neque finem dierum habet.

## QVÆSTIO XXIII.

*De adoptione Chriſti, in quatuor articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt, an adoptio Chriſto conueniat.

### Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum Deo conueniat adoptare filios.

¶ Secundo, Vtrum hoc conueniat ſoli Deo patri.

¶ Tertio, Vtrum ſit proprium hominum adoptari in filios Dei.

¶ Quarto, Vtrum Chriſtus poſſit dici filius adoptiuus.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum deo conueniat filios adoptare.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd Deo non conueniat filios adoptare. Nullus. n. adoptat niſi extraneam perſonam in filium, ſecundum quòd Iuriſtæ dicunt: ſed nulla perſona eſt extranea a Deo, qui eſt omniũ creator. ergo videtur quòd Deo non conueniat adoptare.

¶ 2 Præt. Adoptatio videt̃ eſſe introducta in defectum filiationis naturalis: ſed in Deo inuenitur naturalis filiatio, vt in prima parte habitum eſt.* ergo non conuenit Deo filios adoptare.

¶ 3 Præt. Ad hoc aliquis adoptatur, vt in hæreditate adoptantis ſuccedat: ſed in hæreditate Dei nõ videtur aliquis poſſe ſuccedere: quia ipſe numquàm decedit. ergo Deo non conuenit adoptare.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Eph. 1. Prędeſtinauit nos in adoptionem filiorũ Dei: ſed prædeſtinatio Dei non eſt irrita. ergo Deus aliquos ſibi adoptat in filios.

RESPON. Dicendum, quòd aliquis homo adoptat alium ſibi in filium, inquantum ex ſua bonitate admittit eum ad participationem ſuę hęreditatis. Deus autem eſt infinitæ bonitatis, ex qua contingit, quòd ad participationem bonorũ ſuorum ſuas creaturas admittit. Et præcipue rationales creaturas, quæ inquãtum ſunt ad imaginem Dei factæ, ſunt capaces beatitudinis diuinæ: quæ quidem conſiſtit in fruitione Dei, per quam etiam ipſe Deus beatus eſt, & per ſeipſum diues, inquantum ſcilicet ſe ipſo fruitur. Hoc autem dicitur hęreditas alicuius, ex quo ipſe eſt diues: & ideo inquantum Deus ex ſua bonitate admittit homines ad beatitudinis hæreditatem, dicitur eos adoptare. Hoc autem plus habet adoptatio diuina, quàm humana: quia Deus hominem, quem adoptat, idoneum facit per gratiæ munus ad hæreditatem cæleſtem percipiendam. Homo autem non facit idoneum eum, quem adoptat: ſed potius eum iam idoneũ eligit adoptando.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo in ſua natura conſideratus, nõ eſt extraneus a Deo, quãtum ad bona naturalia quæ recipit: eſt tamen extraneus, quantum ad bona gratiæ & gloriæ, & ſecundum hoc adoptatur.

AD 2m dicendum, quòd hominis eſt operari ad ſupplendam ſuã indigentiam: non autem Dei, cui conuenit operari ad communicandam ſuę perfectionis abundantiam. Et ideo ſicut per actum creationis communicatur bonitas diuina omnibus creaturis, ſecundum quandam ſimilitudinem, ita per actum adoptionis communicatur ſimilitudo naturalis filiationis hominibus, ſecundum illud Ro. 8. Quos præſciuit conformes fieri imaginis Filij ſui.

Glo. ord. ibid.

AD 3m dicendum, quòd bona ſpiritualia poſſunt ſimul a pluribus poſſideri, non autem bona corporalia: & ideo hæreditatẽ corporalem nullus poteſt percipere, niſi ſuccedens decedenti: hæreditatem autem ſpiritualem ſimul omnes ex integro accipiũt ſine detrimento patris ſemper viuentis. Quàmuis poſſet dici, quòd Deus decedit, ſecundum quòd eſt in nobis per fidẽ, & incipiet in nobis eſſe per ſpeciem: ſicut gloſſa dicit Rom. 8. ſuper illud, Si filij, & hæredes.

¶ *Super Quæſtionis vigeſimætertiæ Articulum primum.*

TItulus clarus eſt. Adoptare enim ſignificat facere ſibi filium adoptiuum.

¶ In corpore unica eſt concluſio, Deo conuenit adoptare. Probatur & declaratur: probatur quidẽ ſic, Deus ex ſua bonitate admittit homines ad diuinæ beatitudinis hęreditatem. ergo deo cõuenit adoptare. Antecedens continet tria. Primo cauſam, ſcilicet quòd ex bonitate. Secundo terminum, ſcilicet diuinam beatitudinẽ. Tertio modum ſeu formam, ſcilicet hæreditatem. Et quo ad ſingula in litera probatur. Quo ad cauſam: quia deus ex ſua bonitate admittit omnes creaturas ad ſuæ bonitatis participationem, & præcipue rationales. Quo ad terminũ: quia creaturę rationales ſunt capaces diuinæ beatitudinis, quia ſunt ad imaginem dei factæ. Quo ad formam hæreditatis: quia diuina beatitudo eſt qua deus eſt beatus, ac per hoc per ſeipſum diues, ac per hoc, hæreditas. Prima ſequela in litera non probatur. Secunda autem probatur: quia illud eſt alicuius hæreditas, quo eſt diues. Conſequentia uero principalis probatur. Humana adoptio, ad cuius ſimilitudinẽ diuina dicitur, ẽ qua aliquis ex ſua bonitate conſtituit alium in ſucceſſione ſuæ hæreditatis. Declaratur autem ex differentia inter humanam & diuinam adoptionem: quia diuina dignificat, idoneum faciẽdo hæreditate, humana aũt idoneum præſupponit, quem hæredem facit.

3. di. 10. q. 2 ar. 1. q. 1. Et 4. contra c. 17. fin.

1. 1. q. 33. artic. 3.

¶ Et nota hic reſpõſiones ad ſingula argumenta: quia neceſſariæ ualde ſunt ad intellectum materiæ huius.

¶ Vnum tamen reſtat hic dubium circa illud, Beatitudo eſt, qua Deus eſt diues: quoniam beatitudo ſpectat ad mentem, diuitiæ vero ad potentiam: conſtituũt enim diuitiæ potentem uti affluenter rebus ad poſſeſſionem pertinentibus.

¶ Sed hoc facile ſoluitur, dicendo, uel quòd beatitudo facit cauſaliter diuitẽ. Vnde beato promiſſum eſt, Super omnia bona ſua cõſtituet eum. Vel quòd beatitudo ſumitur collectiue ſeu integraliter, vt ex ſuis omnibus partibus conſtat: ad felicitatẽ enim requiritur potẽtia plena, alioquin non eſſet quis ſimpliciter felix.

¶ Super



### ARTICVLVS II.

*Vtrum adoptare conueniat toti Trinitati.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd adoptare non conueniat toti Trinitati. Adoptatio enim dicitur in diuinis ad ſimilitudinem rerum humanarum: ſed in rebus humanis ſoli illi conuenit adoptare, qui poteſt filios generare, quod in diuinis conuenit ſoli Patri. ergo in diuinis ſolus pater poteſt adoptare.

¶ 2 Præt. Homines per adoptionem efficiuntur fratres Chriſti, ſecundum illud Rom. 8. Vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Fratres autem dicuntur, qui ſunt filii vnius patris. vnde & Dominus dicit Ioan. 20. Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum. ergo ſolus Pater Chriſti habet filios adoptiuos.

¶ 3 Præt. Galat. 4. dicitur, Miſit Deus filium ſuum, vt adoptionẽ filiorum Dei reciperemus, quoniam autem eſtis filii Dei, miſit Deus ſpiritum filii ſui in corda veſtra, clamantem, Abba, pater. ergo eius eſt adoptare, cuius eſt Filium & Spiritumſanctum habere: ſed hoc eſt ſolius perſonæ Patris. ergo adoptare conuenit ſoli perſonæ Patris.

SED CONTRA, Eius eſt adoptare nos in filios, quem nos patrem poſſumus nominare. vnde dicitur Rom. 8. Accepiſtis Spiritũ adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater: ſed cum Deo dicimus, Pater noſter, hoc pertinet ad totam Trinitatem: ſicut & cetera nomina, quæ dicũtur de Deo relatiue ad creaturam, vt in prima parte habitum eſt*. ergo adoptare conuenit toti trinitati.

RESPON. Dicendum, quòd hæc eſt differẽtia inter filium Dei adoptiuum & naturalem, quòd filius Dei naturalis eſt genitus, non factus: filius autem adoptiuus eſt factus, ſecundum illud Ioan. primo, Dedit eis poteſtatẽ filios dei fieri. Dicitur autem quandoque filius adoptiuus eſſe genitus propter ſpiritualem regenerationem, quæ eſt gratuita, non naturalis: vnde dicitur Iaco. 1. Volũtarie genuit nos uerbo veritatis. Quamuis autem generare in diuinis, ſit proprium perſonæ Patris, tamen facere quẽcumque effectum in creaturis, eſt cõmune toti trinitati propter vnitatem naturæ: quia vbi eſt vna natura, oportet, quòd ſit vna virtus & vna operatio. vnde Dominus dicit Ioã. 5. Quęcumq; Pater facit, hæc & filius ſimiliter facit. Et ideo adoptare homines in filios Dei, conuenit toti Trinitati.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd omnes perſonæ humanæ non ſunt vnius naturæ ſecundum numerum, vt oporteat vnam eſſe omnium operationem & vnum effectum, ſicut accidit in diuinis. Et ideo, quantum ad hoc, non potuit attendi ſimilitudo vtrobique.

AD 2m dicendum, quòd nos per adoptionem efficimur fratres Chriſti, quaſi eundẽ patrem habentes cum ipſo: qui tamen alio modo eſt pater Chriſti, & alio modo eſt pater noſter. Vnde ſignanter Dominus Ioan. 20. ſeorſum dixit, Patrem meum, & ſeorſum dixit, Patrem veſtrum: eſt enim Pater Chriſti, naturaliter generando, quod eſt proprium ſibi: eſt autem pater noſter, voluntarie aliquid faciendo, quod eſt commune ſibi & Filio & Spirituiſancto. & ideo Chriſtus non eſt filius totius Trinitatis, ſicut nos.

AD 3m dicendum, quòd ſicut dictum eſt,* filiatio adoptiua eſt quædam ſimilitudo filiationis æternę, ſicut omnia quæ in tempore facta ſunt, ſimilitudines quædam ſunt eorum, quæ ab æterno fuerunt. Aſſimilatur autem homo ſplendori æterni filij, per gratiæ claritatem, quæ attribuitur Spirituiſancto. Et ideo adoptatio licet ſit communis toti Trinitati, appropriatur tamen Patri vt actori, Filio vt exemplari, Spirituiſancto, vt imprimenti in nobis huius ſimilitudinem exemplaris.

Ar. præced.

¶ *Super Quæſtionis vigeſimætertiæ Articulum ſecundum.*

TItulus clarus eſt.

¶ In corpore vnica eſt concluſio: Adoptare homines in filios dei, conuenit toti Trinitati. Probatur: Facere quemcumque effectum in creaturis commune eſt toti Trinitati: ſed filius adoptiuus eſt factus non genitus naturali generatione a deo. ergo adoptare eſt commune toti Trinitati. Maior tripliciter probatur: Primo ex oppoſito, quia generare naturaliter ĩ diuinis proprium eſt Patri. Secundo, quia vna eſt ſubſtantia Trinitatis: vbi autem eſt vna ſubſtantia, eſt vnica virtus & operatio. Tertio auctoritate, Quæcumque facit Pater. Minor declaratur ex differentia inter filium Dei naturaliter & adoptiuum: quia ille genitus, non factus, iſte factus, nõ genitus naturaliter. Et notanter apponitur ly naturaliter: quia generatio eſt duplex: naturalis & gratuita, illa propria eſt filio, hæc conuenit adoptiuis, & ad facere ſpectat: eſt. n. faciendi quædã ſpecies.

3. di. 10. q. 1 artic. 1. q. 2. & 3.

¶ In reſponſionibus argumentorum memento differentiæ inter proprium & appropriatum: & videbis adoptionẽ noſtram, non propriam alicui perſonæ diuinæ, ſed communem tribus: appropriatam autem Patri, vt actori (& ideo peculiariter dicitur ipſe pater noſter) Filio, vt exemplari (& ideo frater noſter, quaſi ſimilis communicãs in Patre) Spiritui ſancto, vt quaſi executori in ſuo appropriato, quod eſt charitas, qua ſumus filii Dei, & ideo Spiritus ſanctus dicitur ſpiritus adoptionis filiorum.

1. p. q. 39. art. 7.

### ARTICVLVS III.

*Vtrum adoptari ſit proprium rationalis creaturæ.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd adoptari non ſit proprium rationalis creaturæ. Nõ enim dicitur Deus pater creaturæ, niſi per adoptionem: dicitur aũt pater creaturæ etiam irrationalis, ſecundum illud Iob. 38. Quis eſt pluuiæ pater, & ſtillas roris quis genuit? ergo adoptari nõ eſt proprium rationalis creaturæ.

¶ 2 Præt. Per adoptionem dicuntur aliqui filii Dei: ſed eſſe filios Dei, in Scriptura proprie videtur attribui angelis, ſecundum illud Iob. 1. Quadam autem die cum aſſiſterent filii Dei coram Domino. ergo non eſt proprium creaturę rationalis adoptari.

¶ 3 Præt. Quod eſt proprium alicui naturæ, conuenit omnibus habentibus naturam illam, ſicut riſibile conuenit omnibus hominibus: ſed adoptari non conuenit omni rationali naturæ. ergo adoptari non eſt proprium rationalis creaturæ.

SED CONTRA eſt, quòd filii adoptati ſunt hæredes Dei, vt patet Romanorum octauo. Sed talis hæreditas conueni ſoli rationali creaturæ. ergo propriũ eſt creaturæ rationalis adoptari.

RESPON. Dicendum, quòd

*Super Quæſtionis uigeſimætertiæ Articulum tertium.*

TItulus clarus, vt ſonat.

¶ In corpore vnica eſt concluſio. Adoptari conuenit creaturæ rationali ſoli, non omni. Probatur. Filius Dei naturaliter procedit a Patre, vt verbum intellectuale vnum cũ ipſo Patre exiſtens, & filiatio adoptionis, eſt ſimilitudo filiationis naturalis, non tantum ſecũdum formam, aut gradum intelligibilitatis, ſed ſecũdum vnitatem. ergo adoptari conuenit creaturæ rationali ſoli, non omni. Antecedẽs quo ad primam propoſitionem includit tres conditiones ad propoſitum filii Dei. prima eſt, quòd verbum: ſecũda, quòd intellectuale: tertia, quod vnum cũ Patre.

3. di. 10. q. 2 ar. 2. q. 1. & 2. & 4. cõt. c. 17. fi. Et 21. fin.

¶ Et ideo ex ipſa propoſitione deducitur triplex modus ac gradus aſſimilationis ad filiũ Dei, ſeu ad Verbum. Primus per imitationem formæ, quæ habet in Verbo, quòd eſt

Ar. præced. ad 3. Et artic. 1.

eſt omnium eminē tiſſima ſimilitudo, & hic cōmunis omnibus eſt, quæ per Verbum facta ſūt. Secundus per imitationem etiam gradus immaterialitatis, & hic proprius rationalib⁹ eſt, quæ ſola ſunt immaterialia. Tertius per imitationem etiam vnitatis ad Deum. & hic eſt proprius gratiam charitatis habentibus. Secunda autem propoſitio antecedētis, ex præmiſſis clarificata quo ad terminos eſt. Et quo ad vltimam partem dupliciter probatur. Primo, quia aſſimilatio ſecundum huiuſmodi vnitatem, fit per gratiam charitatis, vt patet ex auctoritate dñi, Ioā. 17. Secundo, q̃a talis aſſimilatio pficit rōnē adoptionis, ſicut rōnale pficit rōnem hominis. Probatur: quia ſic, ſimilibus filio dei debetē hæreditas æterna.

¶ Conſequentia vero quo ad ly ſoli, euidēs ex ſe eſt: quia talis ſimilitudo in ſola rationali natura inueniri poteſt. Quo ad ly vero, ſed non omni, probatur: quia non omnium rationalium eſt charitas per Spiritumſanctum.

ſicut dictum eſt,* filiatio adoptionis, eſt quædam ſimilitudo filiationis naturalis. Filius autem dei naturaliter procedit a Patre, vt verbum intellectuale, vnum cū ipſo Patre exiſtens. Huic ergo verbo tripliciter poteſt aliquid aſſimilari. Vno quidem modo, ſecundum rationem formæ, non autem ſecūdum intellectualitatem ipſius: ſicut forma domus exterius conſtitutæ, aſſimilatur verbo mentali artificis ſecundum ſpeciem formæ, non autem ſecundum intelligibilitatem: quia forma domus in materia non eſt intelligibilis, ſicut erat in mente artificis. Et hoc modo verbo æterno aſſimilatur quælibet creatura, cū ſit facta per verbum. Secundo modo, aſſimilatur creatura verbo, non ſolum quantum ad rationem formę, ſed etiam quantum ad intellectualitatē ipſius, ſicut etiam ſcientia, quæ fit in mente diſcipuli, aſſimilatur verbo quod eſt in mēte magiſtri. Et hoc modo creatura rationalis, etiam ſecundum ſuam naturam aſſimilatur verbo Dei. Tertio modo, aſſimilatur creatura verbo dei æterno, ſecundum vnitatem quam habet ad Patrem, quod quidem fit per gratiam & charitatem: vnde dominus orat Ioan. 17. Sint vnum in nobis, ſicut & nos vnū ſumus. Et talis aſſimilatio perficit rationem adoptionis, quia ſic aſſimilatis, debetur hęreditas æterna. Vnde manifeſtum eſt, quòd adoptari conuenit ſoli creaturæ rationali, non tamen omni, ſed ſolum habenti charitatem, quæ eſt diffuſa in cordibus noſtris, per Spiritumſanctum, vt dr̄ Rom. 5. Et ideo Roma. 8. Spiritusſanctus dicitur, ſpiritus adoptionis filiorum.

Ad primvm ergo dicendum, quòd deus dicitur pater creaturæ irrationalis, non proprie per adoptionem, ſed per creationem, ſecundum primam participationem ſimilitudinis.

Ad 2m dicendum, quòd angeli dicuntur filij dei filiatione adoptionis: non quia ipſis primo conueniat, ſed q̃a ipſi primo adoptionē filiorū receperūt.

Ad 3m dicendum, quòd adoptio non eſt propriū conſequens naturam, ſed conſequens gratiam, cuius natura rationalis eſt capax. Et ideo non oportet, quòd omni rationali creaturæ conueniat, ſed ꝙ omnis rationalis creatura ſit capax adoptionis.

Infr. q. 32. art. 3. q. 43. ar. 1. cor. Et 3. di. 10. q. 2. ar. 2. q. 1. Et 4. contra ca. 4. Et veri. q. 29. ar. 1. ad 1. *Lib. 2. de Trin. a me.

*Super Quæſtionis vigeſimætertiæ Articulum quartum.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore articuli vnica eſt cōcluſio: Chriſtus nullo modo poteſt dici filius Dei adoptiu⁹.

## Articvlvs IIII.

*Vtrum Chriſtus, ſecundum quòd homo, ſit filius dei adoptiuus.*

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus, ſecundū quòd homo ſit filius Dei adoptiuus. Dicit enim Hilar.* de Chriſto, loquens, Poteſtatis dignitas non amittitur, dum carnis humanitas adoptatur. ergo Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt filius adoptiuus.

¶ 2 Præt. Auguſt*. dicit in libr. de Prædeſtina. Sanct. quòd eadem gratia ille homo eſt Chriſtus, qua gratia ab initio fidei quicumque homo eſt chriſtianus: ſed alii homines ſunt chriſtiani per gratiā adoptionis. ergo & ille homo eſt Chriſtus per adoptionē, & ita videtur eſſe filius adoptiuus.

¶ 3 Præt. Chriſtus, ſecūdum quòd homo, eſt ſeruus: ſed dignius eſt eſſe filium adoptiuum, quàm ſeruū. ergo multo magis Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt filius adoptiuus.

Sed contra eſt, quòd Ambroſ.* dicit in lib. de Incarnat. Adoptiuum filium, non dicimus filium eſſe natura, ſed eum dicim⁹ natura eſſe filium, qui verus eſt filius. Chriſtus autem eſt verus & naturalis Dei filius, ſecundum illud 1. Ioan. vlt. Vt ſimus in vero filio eius Ieſu Chriſto. ergo Chriſtus ſecundum quòd homo, non eſt filius adoptiuus.

Respon. Dicendum, quòd filiatio proprie conuenit hypoſtaſi, vel perſonæ, non autem naturę: vnde & in prima parte dictū eſt*, quòd filiatio eſt proprietas perſonalis. In Chriſto autem non eſt alia perſona vel hypoſtaſis, quàm increata, cui cōuenit eſſe filium per naturam. Dictū eſt autem ſupra*, quòd filiatio adoptionis eſt participata ſimilitudo filiationis naturalis. Nō autem recipitur, aliquid dici participatiue, quod per ſe dicitur. Et ideo Chriſtus qui eſt fili⁹ Dei naturalis, nullo modo poteſt dici filius adoptiuus. Secundum autem illos, qui ponunt in Chriſto duas perſonas, vel duas hypoſtaſes, ſeu duo ſuppoſita, nihil rationabiliter prohiberet Chriſtum hominem dici filium adoptiuum.

Ad primvm ergo dicendū, quòd ſicut filiatio non proprie cōuenit naturæ, ita nec adoptio. Et ideo cum dicitur, quòd carnis humanitas adoptatur, impropria eſt locutio. Et accipitur ibi adoptatio pro vnione humanæ naturę ad perſonam filii.

Ad 2m dicendum, quòd ſimilitudo illa Auguſt. eſt intelligēda, quantum ad principium: quia ſcilicet ſicut ſine meritis quilibet homo habet, vt ſit chriſtianus, ita ille homo ſine meritis habuit, vt eſſet Chriſtus. Eſt tamen differen-

Probatur hæc concluſio dupliciter. Primo: Chriſtus eſt naturalis fili⁹ Dei, ergo non poteſt dici filius Dei adoptiuus. Antecedens probatur: quia filiatio conuenit nō naturæ, ſed perſonæ: vt patet ex antedictis: perſona autem Chriſti vnica & increata eſt. Conſequentia probat̃ pręſuppoſita ratione terminorum, ſcilicet quòd filiatio adoptiua eſt quædam participatio filiationis naturalis, quod ex dictis patet. Probatur ergo: quia quod dicitur p ſe, non dicitur participatiue.

† c. 15. [illegible] mediū [illegible]

¶ Aduerte hic, ꝙ Auctor ſummarie ſcribens, plus probat quā exprimat. Huic enim concluſioni & rationi non poteſt niſi dupliciter obſtari, vel recedendo a ſententia fidei, ponendo in Chriſto plures perſonas vel hypoſtaſes: et hoc Auctor tangit in his, quæ ſubiungit, vel ponēdo quòd filiatio poteſt denominare Chriſtum ratione ſolius naturæ, ſicut paſſio, crucifixio, natiuitas, & huiuſmodi: ſecundū hoc enim poſſet Chriſt⁹ ratione naturæ humanæ aſſumptæ, in gratia & gloria beatitudinis participatæ dici filius adoptiuus: ſicut dicitur beatus beatitudine participata, ratione naturæ aſſumptæ. Et hoc Auctor excludit in principio corporis, per hoc, quòd filiatio non naturæ, ſed perſonæ conuenit: & propterea non poteſt Chriſto conuenire filiatio adoptiua ratione naturæ humanæ. Excluſo autem, quòd nō conuenit Chriſto adoptiua filiatio ratione naturæ humanæ (cum ſit filius Dei per ſe ſeu naturalis) conſequens eſt, quòd non poſſit dici Dei filius participatiue. Id enim quod per ſe dicitur, non participatiue dicitur: & hoc ſolo modo poſſet

In li. de incar. dom. c. 8. in [illegible] mo. t.

1. 1. q. 33. art. 2. & [illegible]

Ar. præced. in cor. & locis [illegible] tatis.



poſſet participatiue dici, ſi ratione naturæ aſſumptæ filiatio adoptiua ei conueniret, quod excluſum eſt.

¶ Nota hic pro clariori intellectu ex reſponſione ad ſecundum, quòd ſicut in humanis, is qui eſt filius naturalis, &c. non adoptatur in filium, ſed hæreditas ſibi debetur, quia filius, ita Chriſtus vt homo habet quidem omnia bona patriæ & viæ: quæ debentur filijs adoptiuis: ſed non ex vi ſeu iure adoptionis, ſed ex hoc quòd eſt filius dei naturalis, habet in natura aſſumpta hęreditatem dei, ita quòd nō fuit opus Chriſto ad hoc, vt natura ſua humana haberet dona patriæ & viæ, vt adoptaretur a deo, quoniam ex hoc ipſo quòd erat dei naturalis filius, debebatur ſibi, vt natura aſſumpta haberet illam, teſtante hoc Ioanne: Vidimus, inquit, gloriam eius, ſcilicet verbi incarnati, gloriam quaſi vnigeniti a Patre, plenum gratiæ & veritatis.

¶ Et hinc patet, ꝙ non eſt eadem ratio de beatitudine duplici in Chriſto (ſcilicet diuina & participata) & de filiatione duplici, ſ. naturali & adoptiua: illa enim dualitas neceſſaria eſt, vt natura aſſumpta ſit perfecta: ſed iſta non eſt neceſſaria, nec conueniens dignitati Chriſti: quoniam derogat dignitati filij veri, quòd hæres fiat adoptione. Demum Auctor ex oppoſito errore confirmat concluſionem & probationem dicens, quòd oppoſita concluſio cōſonat errori ponentium in Chriſto plures hypoſtaſes.

tia, quantum ad terminum: quia ſcilicet Chriſtus per gratiam vnionis eſt filius naturalis, alius autem per gratiam habitualem eſt filius adoptiuus. Gratia autem habitualis in Chriſto non facit de non filio filium adoptiuum: ſed eſt quidam effectus filiationis in anima Chriſti, ſecundum illud Ioan. 1. Vidimus gloriam eius quaſi Vnigeniti a patre, plenū gr̃ę & veritatis.

Ad 3m dicendum, quòd eſſe creaturam & etiam ſeruitus vel ſubiectio ad Deum, non ſolum reſpicit perſonam, ſed etiam naturā, quod non poteſt dici de filiatione. Et ideo non eſt ſimilis ratio.

# QVAESTIO XXIIII.

*De prædeſtinatione Chriſti, in quatuor articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandū eſt de prædeſtinatione Chriſti.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum Chriſtus ſit prædeſtinatus.

¶ Secundo, Vtrum ſit prædeſtinatus, ſecundum quòd homo,

¶ Tertio, Vtrum eius prædeſtinatio ſit exemplar noſtrę prædeſtinationis.

¶ Quarto, Vtrum ſit cauſa prædeſtinationis noſtrę.

## Articvlvs primvs.

*Vtrum Chriſto conueniat prædeſtinatum eſſe.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd Chriſto non cōueniat prædeſtinatum eſſe. Terminus enim prædeſtinationis videtur eſſe adoptio filiorum, ſecundum illud Epheſ. 1. Prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum: ſed Chriſto non conuenit eſſe filium adoptiuum, vt dictum eſt.* ergo Chriſto non conuenit prædeſtinatum eſſe.

¶ 2 Præt. In Chriſto duo eſt conſiderare, ſcilicet naturam humanam & perſonam: ſed non poteſt dici, quòd Chriſtus ſit prędeſtinatus ratione humanæ naturæ, quia hæc eſt falſa, humana natura eſt filius dei: ſimiliter etiam neque ratione perſonæ, quia illa perſona non habet ex gratia quòd ſit filius dei, ſed ex natura: prędeſtinatio autem eſt eorum, quæ ſunt ex gratia,

1. di. in 40. q. 2. cor. fi. & ad 5. & 3. diſ. 7. q. 3 ar. 2. q. 2. & q. 3. art. 2. q. 3. & 4 cō t. c. 9. ad 2. & Rom. 1. lib. 3. *q. præced. art. 4.

¶ *Super Quæſtionis vigeſimæquartæ Articulum primum.*

Titulus, vt iacet, ſine additione aliqua ſumendus eſt.

¶ In corpore vna eſt cōcluſio: Chriſtus eſt prædeſtinatus. Probatur, Prædeſtinatio proprie eſt diuina ab æterno præordinatio eorum, quæ per gratiam ſunt fienda in tempore: ſed deum eſſe hominem, & econuerſo, eſt quoddam factum in tēpore per gratiam vnionis, & præordinatum a deo ab æterno: alioquin aliquid noui diuinæ menti accideret. ergo vnio illa eſt prædeſtinata. ergo Chriſtus eſt prædeſtinatus.

¶ Aduerte ſenſum literæ intentum ab Auctore: & vt diſcernas doctrinam Auctoris ab aliorum ſententijs, recolito quòd prædeſtinationis nomen in ſacris literis dupliciter venit in vſum. vel ſimpliciter, hoc eſt ſine additione aliqua: vt cum dicimus, Sanctus Petrus fuit prædeſtinatus, Vel cum determinatione aliqua: vt cum dicimus, quòd Magdalena fuit prædeſtinata ad lauandum Chriſti pedes lachrymis, & latro ad confitendum regnum Chriſti pendentis in cruce, & ſimilia. Et quoniam communi vſu prædeſtinatio abſolute reſpicit æternam felicitatem vt terminum (eſt enim ratio ordinis electorum in vitam æternam, vt in prima parte habitum eſt) ideo Durandus in 3. ſent. diſtin. 7. dicit, quòd prædeſtinatio abſolute eſt reſpectu beatitudinis, diſtinguens prædeſtinationem Chriſti, qua prædeſtinatus eſt filius dei, a prædeſtinatione abſolute, & dicens eam eſſe prædeſtinationem ad hoc ſcilicet eſſe filium dei. Scotus quoq; ibidem prædeſtinationem Chriſti ponit in ordine ad beatitudinem, quaſi gratia vnionis fuerit medium in Chriſto ad gratiam ſummæ beatitudinis animæ ſuæ: Diuus autem Auctor intuens gratiam vnionis eſſe excellentius quid gratia ſummæ beatitudinis creatæ, quanto maius eſt eſſe deū quàm frui deo, & gratiam ſummæ beatitudinis conſequi ad gratiam vnionis (non vt finis ſequitur ad medium, ſed vt proprietas ad ſubſtātiam, vt calor ad ignem) poſuit prædeſtinationem abſolute cōmuniter quidem reſpicere gratiam vitæ æternæ vt terminum: ſingulariter autem in Chriſto reſpicere gratiam vnionis, vt in reſponſione ad primum litera monſtrat.

¶ Et ſi perſpicacius conſideraueris, videbis tria: ſcilicet gratiam vitæ æternæ, gratiam vnionis, & gratiam in communi. Et quia gratia æternæ felicitatis, communis eſt omnibus electis in dei filios adoptiuos, penes illam definita fuit prædeſtinatio filiorum adoptionis, de qua in prima parte tractatum eſt. Quia vero gratia vnionis propria eſt naturali dei filio, & longe eminentior prima, ideo penes iſtam concluditur prædeſtinatio Chriſti. Conſonat nāque rationi, vt excellentior gratia, termini ſimpliciter rationem habens, magis terminet prædeſtinationem ſimpliciter, ſi minor illam terminat.

¶ Quia autem gratia beatitudinis patriæ, includit in ſe rationem gratiæ & rationem gratiæ per ſe primo ſummi & vltimi termini, vt ſpecies claudit in ſe rationem generis, & tam gratia æternæ vitæ, quàm gratia vnionis conuenit in ratione per ſe primo termini ſummi & vltimi, quantum eſt ex proprijs generationibus (quod ideo appoſuerim: quia ſi beatitudo alicuius non propria generatione fieret, ſed conſecutiue haberetur, non haberet rationem per ſe primo termini, ſed conſequētis ad terminū, vt in Chriſto dictum eſt contigiſſe) quia inquā hoc in ſe claudit, ideo Auctor in litera & prædeſtinationem proprie acceptam dicit reſpicere gratiam, & hoc haberi ex antedictis in prima parte. Veriſſimum ſiquidem eſt hoc, non ſolum vt ſonat, ſed vt inducit ad excellentius genus gratiæ, & termini gratuiti. Si enim gratia conſumata ſufficit ad terminum prædeſtinationis ſimpliciter (vt dictum eſt) multo magis gratia vnionis quæ parit gratiam conſumatam vt proprietatem, ſufficiens eſt vt terminet prædeſtinationem etiam abſolute. Et propterea litera dicit, ꝙ ratione gratiæ vnionis Chriſtus dr̄ eſſe prædeſtinatus, non ad hoc vel illud, ſed prædeſtinatus.

¶ In reſponſionibus ad ſecundum & tertium, attende primo, ꝙ ſecundum rem nulla eſt inter catholicos quæſtio de prædeſtinatione Chriſti ad filiationem dei per gratiam vnionis naturæ humanæ ad filium dei, ſed quæſtio eſt de verificatione ſermonis Pauli Apoſtoli proprie vel improprie, in hoc, vel illo ſenſu. Auctor ſupponens locutionem Apoſtoli eſſe propriam, & intelligi non de aliquo conſequente ad filium dei (puta manifeſtatione) difficilem ſuſcepit prouinciam verificandi illam de pſona Chriſti. Vltra expoſitionem namque illam referentem pdeſtinationem ad naturam, & alteram Ambroſij referentem ad manifeſtationem Chriſti, referri quoque poteſt prædeſtinatio Chriſti ad filium dei in virtute actuali, ita quòd filius dei ex ſemine Dauid ſecundum carnem, prædeſtinatus eſt filius dei in virtute actualis operationis ſanctificatiuæ & reparatiuæ mundi, ita quòd totum coniunctum, ſ. filius dei in virtute actuali, eſt terminus prædeſtinationis.

¶ Et licet hæc expoſitio ſatis conſonet literæ Apoſtoli, ſubiungentis

vt in prima parte dictum eſt.* ergo Chriſtus non eſt prædeſtinatus filius dei.

¶ 3 Præt. Sicut illud, quod eſt factum, non ſemper fuit, ita & illud quod eſt prædeſtinatum, eo quòd prædeſtinatio anteceſſionem quãdam importat: ſed quia Chriſtus ſemper fuit deus & filius dei, non proprie dicitur quòd homo ille ſit G factus filius dei. ergo pari ratione non debet dici, quòd Chriſtus ſit prædeſtinatus filius dei.

Sed contra eſt, quòd Apoſtol. dicit Roman. 1. de Chriſto loquens, Qui prędeſtinatus eſt filius dei in virtute.

Respon. Dicendum, quòd ſicut patet ex his, quæ in prima * parte dicta ſunt, prædeſtinatio proprie accepta, eſt quædam diuina præordinatio ab æterno, de his q̃ H per gratiam dei ſunt fienda in tempore. Eſt autem hoc in tempore factum per gratiam vnionis a deo, vt homo eſſet deus, & deus eſſet homo. Nec poteſt dici, quòd deus ab ęterno non prędinauerit hoc ſe facturum in tempore: quia ſequeretur quòd diuinę menti aliquid de nouo accideret. Et ideo oportet dicere, quòd ipſa vnio naturarum in perſona Chriſti cadat ſub æterna dei prædeſtinatione, & ratione huius Chriſtus dicitur eſſe prædeſtinatus.

I Ad primvm ergo dicendum, quòd Apoſt. ibi loquitur de prędeſtinatione, qua nos prædeſtinamur vt ſimus filij adoptiui. Sicut autem Chriſtus ſingulari modo præ alijs eſt dei filius naturalis, ita quodam ſingulari modo eſt prædeſtinatus.

Ad 2m dicendum, quòd ſicut dicitur in Gloſſ.* Rom. 1. quidam dixerunt prædeſtinationem intelligendam eſſe de natura, non de K perſona, quia ſcilicet humanæ naturę facta eſt hæc gratia, vt vniretur filio dei in vnitate perſonę: ſed ſecundum hoc locutio Apoſtoli ẽ impropria, propter duo. Primo quidem, ratione communi: non enim dicimus naturam alicuius prædeſtinari, ſed ipſum ſuppoſitũ: quia prędeſtinari eſt dirigi in ſalutem, quod quidem eſt ſuppoſiti agentis propter beatitudinis finẽ. Secundo ratione ſpeciali: quia eſſe filium dei, non conuenit humanæ naturæ: eſt enim hæc falſa, humana natura eſt filius dei: niſi forte quis velit ſic exponere extorta expoſitione, Qui prædeſtinatus eſt filius dei in virtute, id eſt prædeſtinatum eſt, vt humana natura vniretur filio dei in perſona. Relinquitur ergo, quòd prædeſtinatio attribuatur perſonæ Chriſti, non quidem ſecundum ſe, vel ſecũdum quòd ſubſiſtit in diuina natura, ſed ſecundum quòd ſubſiſtit in humana natura. Vnde cum prædixiſſet Apoſtolus, Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem, ſubiunxit, Qui prædeſtinatus eſt filius dei in virtute, vt daret intelligere, quòd ſecundum hoc, quòd eſt factus ex ſemine Dauid ſecundum carnem, eſt prędeſtinatus filius dei in virtute. quamuis enim ſit naturale illi perſonę ſecundum ſe conſideratæ, quòd ſit filius dei in virtute, non tamen eſt ei naturale ſecundum humanam naturam, ſecundum quam hoc ſibi conuenit per gratiam vnionis.

Ad 3m dicendum, quòd Origenes ſuper epiſtolam ad Rom.* dicit hanc eſſe literam Apoſt. Qui prędeſtinatus eſt filius dei in virtute, ita quòd non deſignetur aliqua anteceſſio: & ſic nihil habet difficultatis. Alij vero anteceſſionem, quę deſignatur in hoc participio prædeſtinatus, referunt, non ad id, quod eſt eſſe filium Dei, ſed ad eius manifeſtationem, ſecundum illum conſuetum modum loquendi in Scripturis, quo res dicuntur fieri, quando innoteſcunt, vt ſit ſenſus, quòd Chriſtus prædeſtinatus eſt manifeſtari filius dei: B ſed ſic non proprie prædeſtinatio accipitur. nam aliquis dicitur proprie prædeſtinari, ſecundum q́ dirigitur in finem beatitudinis: beatitudo autem Chriſti non dependet ex noſtra cognitione. Et ideo melius dicendum eſt, quòd illa anteceſſio, quam importat hoc participium prædeſtinatus, non refertur ad perſonam ſecundum ſeipſam, ſed ratione humanæ naturæ: quia ſcilicet perſona illa, etſi ab æterno fuerit filius dei, hoc tamen C non fuit ſemper, quòd ſubſiſtẽs in natura humana, fuerit filius dei. Vnde Auguſt. dicit in lib. de prædeſtinatione ſanctorum.* Prædeſtinatus eſt Ieſus, vt qui futurus erat ſecundum carnem filius Dauid, eſſet in virtute filius dei. Et eſt cõſiderandum, quòd licet hoc participium prædeſtinatus, importet anteceſſionem, ſicut & hoc participium factus, aliter tamen & aliter. Nam fieri pertinet ad ipſam rem, ſecundum quòd in ſe eſt: præ D deſtinari autem pertinet ad aliquẽ, ſecundum quòd eſt in apprehenſione alicuius præordinantis. Id autem, quod ſubeſt alicui formæ vel naturæ ſecundum rem, poteſt apprehendi, vel prout eſt ſub forma illa, vel etiam abſolute. Et quia abſolute non conuenit perſonæ Chriſti, quòd incœperit eſſe filius dei, conuenit autem ei, ſecundum quòd intelligitur vel apprehenditur, vt in natura humana exiſtens (quia ſcilicet hoc aliquando incœpit eſſe, quòd in natura humana E exiſtens eſſet filius dei) ideo magis eſt hæc vera, Chriſtus eſt prædeſtinatus filius dei, quàm iſta, Chriſtus eſt factus filius dei.

*1. p. q. 23. art. 5.

*1. p. q. 23. art. 1. & 4.

*Glo. ordi. ſup illud: Qui prædeſtinatus ẽ filius dei.

*Ad Rom. ſuper verbũ ... li. to. ...

gentis opera ſanctificationis & reſurrectionis mortuorũ: quia tamen exponitur etiam, quòd filius dei abſolute ſit terminus prædeſtinationis (vt Auctor cum Gloſſa ibidem ſuſtinet) ideo hunc proſequendo, aduerte ſecundo, quòd Auctor ponit Chriſtum prædeſtinatum ratione naturæ, ita quòd ipſa perſona Chriſti ratione aſſumptæ naturæ, denominatur prædeſtinata ad dei filiationem. Conſiderat quippe ęternã Chriſti perſonam dupliciter: vel ſecundum ſe ſeu abſolute, et ſic negat ipſam prædeſtinatam ad filiationem dei: quia eſt ipſa dei filiatio per eſſentiam: uel ſecũdum quòd induta eſt humanitatem, & ſic affirmat ipsã prædeſtinatam ad filiationem dei, quia vt ſic, per gratiam vnionis aſſecuta eſt filiationem dei.

¶ Quod vt clarius percipias, vtere poſitionibus hæreticorum, & ex differentia illarum ad ſentẽtiam fidei, videbis veritatem, neceſſitatem, proprietatemq́; huius ſenſus. Si. n. verbum indutũ eſſet carnem (vt hæretici fingunt) vel per inhabitationẽ, aut affectionẽ, aut quouis modo non perſonaliter, falſum eſſet quòd verbum ſecundum carnem p̃deſtinatum eſt, vt ſit filius dei per gratiam vnionis: quoniam ſecũdum carnem non eſſet perſonaliter vnitum ſibi dei filio. Sed ſi, p̄ quia Verbum ſecũdum carnem eſt perſonaliter vnitum ſibiipſi, ideo verum ẽ dicere de filio dei, qui ex ſemine Dauid eſt ſecundum carnem, quòd prædeſtinatus eſt filius dei: ſignificat enim hic ſermo, quòd ab æterno prædeſtinatum eſt de filio dei naturali, vt ſecundum carnem ſit per gratiam vnionis filius dei: quod eſt carnem eſſe perſonaliter vnitam filio dei.

¶ Occurrit hic dubium ex Durando in 3. ſenten. diſt. 7. q. 3. dicente hanc locutionem eſſe impropriam, propter defectũ duarum conditionum requiſitarum ad prædeſtinationem.

¶ Prædeſtinatio enim primo eſt ad ea, quæ excedunt virtutem prædeſtinati: nihil aũt eſt qđ excedat virtutẽ verbi incarnati.

¶ Prædeſtinatio rurſus eſt ad id, quod eſt poſterius natura ſaltem prædeſtinato, quia eſt ad gratuitum aliquod: gratia autem ſupponit naturam. Conſtat autem quòd eſſe filium dei per gratiam vnionis, non eſt poſterius natura aut intellectu verbo incarnato. Non eſt igitur propria hæc locutio, Chriſtus prædeſtinatus eſt filius dei.

¶ Ad hæc dicitur, quòd ſatis ſaluatur prima prædeſtinationis conditio, ſi id, ad quod quis prædeſtinatur, excedit virtutem p̃- F deſtinati, vel abſolute, vel quatenus prædeſtinatus eſt. Sic autem eſt in propoſito: quoniam vnio perſonalis ad filium dei, etſi non excedit propriam virtutem verbi abſolute, excedit tñ virtutem ipſius ſ̃m carnem, ſ̃m quam eſt prædeſtinatum.

¶ Secunda autem conditio de prioritate naturæ diſtinguitur, vel ſecundum rem, vel ſecundum intellectum. Et dicitur, quòd licet non ſit prius natura verbũ incarnatum, quàm verbum incarnatũ eſſe filium dei per gratiam vnionis, tamen ſecundum cõſiderationem abſtractiuam intellectus, prius natura eſt verbum incarnatum, q̃ modus incarnationis, ſ. per vnionẽ perſonalem. Manifeſtatur autem talis prioritas ex conuenientia & differentia inter nos & hæreticos. Nam verbũ incarnatum intelligitur vt commune quid apprehenſum a nobis & illis, & differentia eſt circa ſpãles vnionis modos, dum illi p̃ modum templi vel habitus &c. nos autẽ per perſonalẽ vnionem verbum incarnatum dicimus. Quocirca licet ſecũdum rem nullus ſit ibi ordo, ſecundum apprehenſionem tamẽ intellectus (qui natus eſt nõ ſolum coniuncta diuidere, ſed etiam vnum & idem a ſeipſo abſtrahere) inter verbum vt habens carnem, & ſeipſum vt habens carnem perſonaliter iunctam, ordo eſt naturæ, ſicut inter commune & proprium. Et propterea prædeſtinatio, quæ actus eſt mentis, & ad rem ſub certa apprehenſione tendit, ex hoc ipſo quòd ad verbũ cum carne terminatur, determinat ad vnionem perſonalem, excludendo ceteros alios modos, quibus verbum cum carne præordinari potuiſſet. Et ob hoc filius dei naturalis, factus ex ſemine Dauid filius hominis, prædeſtinatus dicitur, & eſt filius dei.

¶ In reſponſione ad tertium, perſpice primo literam Apoſtoli apud Origenem eſſe punctuatam ſic, quod ly prædeſtinatus, eſt adiectiuum ſubiecti, & non eſt pars copulæ ſeu prædicati, ita quòd dixit, Qui prædeſtinatus, tãquam ſi dixiſſet, qui omnipotens, vel quoduis aliud appoſuiſſet ſubiecto: & ſubdit copulam cum prædicato, Eſt filius dei in virtute. Et ſic litera nihil habet difficultatis; quoniam verum eſt, quòd Chriſtus eſt prædeſtinatus, & quòd eſt filius dei in virtute.

¶ Nota ſecundo, quòd Auctor comparatiue de harum propoſitionum (ſ. Chriſtus prædeſtinatus eſt filius dei, Chriſtus fact' eſt filius dei) veritate loquitur, dicendo quòd prima eſt magis vera, ac per hoc vtramque fatetur eſſe veram. Chriſtus enim



ſignificat ſuppoſitum duarum naturarum: & ratione humanæ naturæ, vtramque ſuſcipit prædicationem, & quòd prædeſtinatus eſt, & quòd factus eſt filius dei: quoniam vtrumque ei ſecundum humanam naturam conuenit per gratiam vnionis. Magis tamen prima conceditur: quia abſtractio Chriſti ſecundum naturam humanam a ſeipſo ſecundum vnionem perſonalem, magis intelligitur ſupponere ipſum prædeſtinationi, quæ eſt mẽtis actus, quàm factioni reali, cum ibi ſufficiat ordo naturæ ſecundum intellectum, qui minus ſufficit ad factionẽ. Cum his tamen retine, quòd iſta eſt impropria, Chriſtus factus eſt filius dei, multo plus quàm illa, homo eſt factus deus: quia homo poteſt habere ſuppoſitionem ſimplicem (vt ſuperius patuit) Chriſtus autẽ pro perſona ſupponit. Et propterea locutiones iſtæ non ſunt extendendæ, ſed pie exponendæ. Et quo ad ſenſum, reducendæ ad ſenſum ſimplicis ſuppoſitionis pro humana natura in cõcreto, iuxta hoc qđ in litera dicitur, Aliquando incœpit eſſe, quòd exiſtens in natura humana eſſet filius dei: hoc. n. veriſſimum eſt de exiſtente in natura humana, communiter loquendo: quãuis hic exiſtens in natura humana nũquam incœperit eſſe deus propter falſitatem exponentis negatiuę, hic exiſtẽs in natura humana immediate ante nõ fuit deus: hic enim eſt deus heri, hodie, & in ſæcula.

*Cap. 15. a med. to. 7.

¶ *Super Quæſtionis vigeſimæquartæ Articulum ſecundum.*

Titulus vt iacet ſumatur.

¶ In corpore articuli vna eſt concluſio reſponſiua quæſito: Chriſtus ſecundum q́ homo eſt prædeſtinatus eſſe filius dei. Probatur: Hoc conuenit alicui, ſecundum quòd homo, quod conuenit ei ratione humanæ naturæ: ſed prædeſtinatio conuenit Chriſto ratione ſolius humanæ natu- A ræ. ergo. Probatur minor diſtinguendo duo importata in p̃deſtinatione, ſ. ordinem & effectum, gratuitum. ſ. donũ, & manifeſtando vtrumque conuenire humanitati Chriſti, adiuncta auctoritate Auguſtini.

¶ In reſponſione ad primum vide: & perſpice cautelam Auctoris: nã quia iſta propoſitio, Chriſt', ſecundum quòd homo, eſt fili' dei, ſimpliciter eſt falſa, vt ex qõ. 16. ſuperius patet: & ſic ſimpliciter & abſolute ſequeret̃ ex iſta, Chriſtus, ſecundum q́ homo, prædeſtinatus eſt eſſe fili' dei, ſi quo ad materiale prędeſtinationis poneretur hæc vera, ideo Auctor ſuſtinens añcedẽs, exponit illud limitate.

¶ Poſſet tamen dici abſque antecedentis limitatione, q́ ĩ conſequente apponenda ſecũdum intellectum eſt gratia vniõis, ita quòd ex iſto añcedẽte, Chriſtus ſecundum q́ homo, prædeſtinatus eſt filius dei, ſequitur, ergo Chriſt', ſecũdum q́ homo, eſt filius dei, ſubintelligendo vel exprimendo per gratiam vnionis, ita quòd licet iſta ſit falſa, Chriſtus, ſecundum q́ homo, eſt filius dei (q̃a ſignificat Chriſtum ſecundum naturam humanã eſſe naturalem filiũ dei) iſta tamen eſt vera, Chriſtus, ſecũdum quòd homo, eſt per gratiam vnionis filius dei: & quia in antecedente illo, Chriſtus, ſecũdum q́ homo, eſt prædeſtinatus filius dei, ſubintelligitur per gratia vnionis, ideo in cõſequente quoque poteſt ſubintelligi. Et ſic concedimus, q́ illud vnuſquiſque quandoq; eſt, quod prædeſtinatus eſt eſſe, & quòd Chriſtus, ſecũdum quòd homo, prædeſtinatus eſt eſſe fili' dei, non per naturam, ſed per gratiã vnionis. Et ideo Chriſtus, ſecũdum q́ homo, eſt filius dei per gratiã vnionis. Vnde Gloſſa interlinearis ad Ro. 1. dicit, Secundum q́ homo gratia ſola p̃electus, vt ſit filius dei in eadem potentia & virtute diuinitatis cum Patre, per

## Articvlvs II.

*Vtrum hæc ſit falſa, Chriſtus, ſecundũ quòd homo, eſt prædeſtinatus eſſe filius dei.*

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur quòd hæc ſit falſa, Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt prædeſtinatus eſſe filius dei. Hoc enim eſt vnuſquiſque ſecũdum aliquod tempus, quod eſt prædeſtinatus eſſe, eo quòd prædeſtinatio dei non fallit. Si ergo Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt p̃deſtinatus eſſe filius dei, videtur ſequi quòd ſit filius dei, ſecundum B quòd homo. Hoc autẽ eſt falſum. ergo & primum.

¶ 2 Præt. Illud, quod conuenit Chriſto, ſecundum q́ homo, conuenit cuilibet homini, eo q́ ipſe eſt vnius ſpeciei cum alijs hominibus. Si ergo Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt prædeſtinatus eſſe filius dei, ſequeretur, q́ cuilibet homini hoc cõueniat. Hoc autem eſt falſum. ergo & primum.

¶ 3 Præt. Hoc ab æterno prædeſti- C natur, qđ eſt aliquãdo fiendum in tempore: ſed magis hæc eſt vera, filius dei factus eſt homo, quàm iſta, homo factus eſt filius dei, vt ſupra habitum eſt.* ergo magis hæc eſt vera, Chriſtus, ſecundum q́ eſt filius dei, prædeſtinatus eſt eſſe homo, quàm econuerſo, Chriſtus, ſecundum q́ eſt homo, eſt prędeſtinatus eſſe filius dei.

Sed contra eſt, quòd Aug.* dicit in lib. de Prædeſt. San. Ipſum dominum gloriæ, inquantum homo factus eſt dei filius, prę D deſtinatum eſſe dicimus.

Respon. Dicendum, quòd in prædeſtinatione duo poſſunt conſiderari. vnum quidem ex parte ipſius prædeſtinationis æternæ, & ſecundum hoc importat anteceſſionem quãdam reſpectu eius, quod ſub prædeſtinatione cadit. Alio modo poteſt conſiderari ſecundum effectum temporalem, q̃ quidem eſt aliquod gratuitum dei donum. Dicendum eſt ergo, q́ ſecundum vtrumque iſtorum attribuitur prædeſtinatio Chriſto, ra- E tione ſolius humanę naturæ. Nam humana natura non ſemper fuit verbo vnita, & ei etiam hoc per gratiam eſt collatum, vt filio dei in perſona vniretur. Et ideo ſolũ ratione humanæ naturæ prædeſtinatio competit Chriſto: vnde Auguſt. dicit in lib.* de prædeſt. ſan. prædeſtinata eſt iſta humanæ naturę tãta, & tam excelſa ſubuectio, vt quo attolleretur altius non haberet. Hoc autem dicimus conuenire alicui, ſecundum q́ homo, quod ei conuenit ratione huma-

*d. 10. q. 1. a. 1. q. 3. & 4. contra ... ad 2.

*q. 16. ar. 6. & 7.

*Cap. 15. in med. to. 7.

*Cap. 15. poſt med. tom. 7.

næ naturæ. Et ideo dicendum eſt, ꝙ Chriſtus ſecundum ꝙ homo, eſt prædeſtinatus eſſe filius dei.

Ad primvm ergo dicendum, quòd cum dicitur, Chriſtus ſecundum quòd homo, eſt prædeſtinatus eſſe filius dei, hæc determinatio, ſecundum quòd homo, poteſt referri ad actum ſignificatum per participium dupliciter. Vno modo ex parte eius, quod materialiter cadit ſub prædeſtinatione, & hoc modo eſt falſa: eſt enim ſenſus, ꝙ prædeſtinatum ſit, vt Chriſtus, ſecundum quòd homo, ſit filius dei: & in hoc ſenſu procedit obiectio. Alio modo, poteſt referri ad ipſam propriam rationem actus: prout ſcilicet prædeſtinatio importat in ſui ratione anteceſſionem & effectum gratuitũ: et hoc modo cõuenit Chriſto ratione humanæ naturæ, vt dictum eſt.* Et ſecundum hoc dicitur prædeſtinatus, ſecundum quòd homo.

Ad 2m dicendum, quòd aliquid poteſt conuenire alicui homini ratione humanæ naturæ dupliciter. Vno modo ſic, quòd humana natura ſit cauſa illius, ſicut eſſe riſibile conuenit Sorti ratione humanæ naturæ, ex cuius principiis cauſatur. Et hoc modo prædeſtinari non conuenit, nec Chriſto, nec alteri homini ratione humanę naturæ, & in hoc ſenſu procedit obiectio. Alio modo, dicitur conuenire aliquid alicui ratione humanæ naturæ, cuius humana natura eſt ſuſceptiua, & ſic dicimus Chriſtum eſſe prædeſtinatum ratione humanæ naturæ: quia prædeſtinatio refertur ad exaltationem humanæ naturæ in ipſo, vt dictum eſt.*

Ad 3m dicendum, quòd ſicut Auguſ. dicit in lib. de Prædeſ.† Ipſa eſt illa ineffabiliter facta hominis a deo verbo ſuſceptio ſingularis, vt filius hominis ſimul propter ſuſceptum hominem, & filius dei propter ſuſcipientem vnigenitum deum, veraciter & proprie diceretur. Et ideo, quia illa ſuſceptio ſub prædeſtinatione cadit, tamquam gratuita, vtrumque poteſt dici, ſcilicet quòd & filius dei prædeſtinatus ſit eſſe homo, & filius hominis prædeſtinatus ſit eſſe filius Dei. Quia tamen gratia non eſt facta filio dei vt eſſet homo, ſed potius humanæ naturæ, vt filio dei vniretur, magis proprie poteſt dici, quòd Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt prædeſtinatus eſſe filius dei, quàm quòd Chriſtus ſecundũ F quòd filius dei, ſit prædeſtinatus eſſe homo.

### Articvlvs III.

*Vtrum prædeſtinatio Chriſti ſit noſtræ prædeſtinationis exemplar.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd prædeſtinatio Chriſti non ſit exemplar noſtræ prædeſtinationis. exemplar enim prȩexiſtit exemplato: nihil autem præexiſtit æterno. Cum igitur G prædeſtinatio noſtra ſit æterna, videtur ꝙ prædeſtinatio Chriſti non ſit exemplar noſtræ prædeſtinationis.

¶ 2 Præt. Exemplar ducit in cognitionem exẽplati: ſed non oportuit, quòd deus duceretur in cognitionem noſtrę prædeſtinationis ex aliquo alio, cum dicatur Rom. 8. Quos præſciuit, hos prædeſtinauit. ergo prædeſtinatio Chriſti non eſt exemplar noſtræ prædeſtinationis.

¶ 3 Præt. Exemplar eſt conforme exemplato: ſed alterius rationis videtur eſſe prædeſtinatio Chriſti, quàm prȩdeſtinatio noſtra: quia nos prædeſtinamur in filios adoptionis, Chriſtus autem eſt prædeſtinatus filius dei in virtute, vt dicitur Rom. 1. ergo eius p̃ H deſtinatio non eſt exemplar noſtræ prædeſtinationis.

Sed contra eſt, quòd Auguſt. dicit in lib. de Prædeſtin. San.* Eſt præclariſſimum lumen prædeſtinationis & gratię ipſe Saluator, ipſe mediator dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus. Dicitur autem lumen prædeſtinationis & gratię, inquantum per eius prædeſtinationem & gratiam manifeſtatur noſtra prædeſtinatio, quod videtur ad rationem exẽplaris pertinere. ergo prædeſtinatio Chriſti eſt exemplar noſtræ prędeſtinationis.

Respon. Dicendum, quòd prædeſtinatio dupliciter poteſt conſiderari. Vno modo, ſecundum I ipſum actum prædeſtinantis, & ſic prædeſtinatio Chriſti non poteſt dici exemplar noſtræ prędeſtinationis: vno enim modo, & eodem actu æterno, prædeſtinauit Deus nos & Chriſtum. Alio modo, poteſt prædeſtinatio conſiderari ſecundum illud, ad quod aliquis prædeſtinatur, quod eſt prædeſtinationis terminus & effectus. Et ſecundum hoc, prędeſtinatio Chriſti eſt exemplar noſtræ prædeſtinationis, & hoc dupliciter. Primo quidem, quantum ad bonum, ad quod prædeſtinamur: ipſe enim eſt prædeſtinatus ad hoc, quòd eſſet dei filius naturalis: nos autem prædeſtinamur ad filiationem adoptionis, quæ eſt quędam participata ſimilitudo filiationis naturalis. K Vnde dicitur Rom. 8. Quos præſciuit, hos prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui. Alio modo, quantum ad modum conſequendi iſtud bonum, quod eſt per gratiam, quod quidem in Chriſto eſt manifeſtiſſimum: quia natura humana in Chriſto nullis ſuis præcedentibus meritis eſt vnita filio dei. Et de plenitudine gratiæ eius nos omnes accepimus, vt dicitur Ioan. 1.

Ad primvm ergo dicendum, quòd illa ratio procedit ex parte illius actus prædeſtinantis. Et ſimiliter dicendum ad 2m.

Ad 3m dicendum, ꝙ non eſt neceſſarium, quòd exemplatum exemplari, quantum ad omnia conformetur: ſed ſufficit quod exemplatum aliqualiter imitetur ſuum exemplar.

per vnionem verbi.

¶ In reſponſione ad ſecundum collige hinc ex Auctore illam diſtinctionem de ly ſecundum ꝙ, ſeu inquantum, vel reduplicatiue, vel ſpecificatiue. Primum enim membrum literæ exponit reduplicatiue, denotando cauſam: ſecundum autem ſpecificatiue, determinando conditionem, qua ſubiectũ recipit prædicatũ. Et hoc modo, ſcilicet ſpecificatiue tenetur, cum dicitur, Chriſtus ſecũdum quòd homo, eſt prædeſtinatus fili⁹ dei: ſicut cum dicitur, Sortes, ſecundum quòd habet capillos, eſt criſpus.

* In corp. art.

¶ *Super Quæſtionis vigeſimæquartæ Articulum tertium.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore vnica eſt diſtinctio bimẽbris, & duæ concluſiones reſpondentes ſingulis diſtinctionis membris. Diſtinctio eſt: Prædeſtinatio dupliciter ſumitur, vel ex parte actus, vel ex parte termini. Prima concluſio eſt: Prædeſtinatio Chrĩ ex parte actus, non eſt exemplar noſtrę. Probatur: quia ex parte act⁹ vno actu & modo æterno deus Chriſtum & nos prædeſtinauit: in actu ſiquidem diuino & modo ex parte dei, nulla eſt differentia, cum ſint omnia vnamet res, ipſa ſcilicet deitas. Secunda cõcluſio: prædeſtinatio Chriſti eſt noſtræ exemplar ex parte termini, quo ad duo: hoc eſt quo ad bonum terminans, & quo ad modum conſequendi illud bonũ. Probatur primum: quia Chriſtus ad filiationem naturalem, nos ad adoptiuam. Probatur ſecundum: quia Chriſtus per gratiam excludentẽ omne meritũm, nos per gratiam, includentem meritum Chriſti: quia de plenitudine eius omne accepimus.

* In corp. art. 3. di. 7. q. 3. ar. 1. & ar. 2 q. 2.

† Cap. 15. a med. to. 7.

¶ Memento nouitie, quòd Chriſtus dicitur prædeſtinatus vt ſit filius dei naturalis, modo expoſito, ſcilicet ratione humanæ naturæ per gratiam vnionis perſonalis. Reliqua ſunt plana.

3. diſt. 10. 3. art. 3. Ro. 1. ...

* Cap. 15. ... prin. to. 7.

Artic.



### Articvlvs. IIII.

*Vtrum prædeſtinatio Chriſti ſit cauſa noſtræ prædeſtinationis.*

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur ꝙ prædeſtinatio Chriſti non ſit cauſa noſtræ prædeſtinationis: æternum enim non habet cauſam: ſed prędeſtinatio noſtra eſt æterna. ergo prædeſtinatio Chriſti non eſt cauſa noſtræ prædeſtinationis.

¶ 2 Præt. Illud, quod dependet ex ſimplici dei voluntate, non habet aliam cauſam niſi dei voluntatem: ſed prædeſtinatio noſtra ex ſimplici voluntate dei dependet. dicitur enim Epheſ. 1. Prædeſtinati ſecundum propoſitum eius, qui omnia operatur ſecundum conſilium voluntatis ſuæ. ergo prędeſtinatio Chriſti non eſt cauſa noſtræ prædeſtinationis.

¶ 3 Præt. Remota cauſa, remouetur effectus: ſed remota prędeſtinatione Chriſti, non remouetur noſtra prædeſtinatio: quia etiam ſi filius dei non incarnaretur, erat alius modus poſſibilis noſtræ ſalutis, vt Aug. dicit in lib. de Trinit.* Prædeſtinatio ergo Chriſti non eſt cauſa noſtrę prędeſtinationis.

Sed contra eſt, quòd dicitur Epheſ. 1. Prędeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum.

Respon. Dicendum, quòd ſi conſideretur prędeſtinatio ſecũdum ipſum prędeſtinationis actũ, prędeſtinatio Chriſti non eſt cauſa noſtræ prædeſtinationis, cum vno & eodem actu deus prædeſtinauerit ipſum & nos: ſi autem conſideretur prædeſtinatio ſecundum terminum prædeſtinationis, ſic prædeſtinatio Chriſti eſt cauſa noſtræ prædeſtinationis. Sic enim deus præordinauit noſtram ſalutem, ab æterno prædeſtinando, vt per Ieſum Chriſtum compleretur. Sub prædeſtinatione enim æterna non ſolũ cadit id, quod eſt fiendum in tempore, ſed etiam modus & ordo, ſecundum quem eſt complendum in tempore.

Ad primvm ergo & 2m dicendum, quòd rationes illæ procedunt de prædeſtinatione ſecũdum prædeſtinantis actum.

Ad 3m dicendum, quòd ſi Chriſtus non fuiſſet incarnandus, Deus præordinaſſet homines ſaluari per aliam cauſam: ſed quia præordinauit incarnationem Chriſti, ſimul cum hoc præordinauit, vt eſſet noſtræ ſalutis cauſa.

## QVAESTIO XXV.

*De adoratione Chriſti, in ſex articulos diuiſa.*

Deinde conſiderãdum eſt de his, quæ pertinent ad Chriſtum in cõparatione ad nos. Et primo de adoratione Chriſti, qua ſcilicet nos eum adoramus. ſecundo, de hoc, quod eſt Mediator noſter ad Deum.

Et circa primum quæruntur ſex.

¶ Primo, Vtrum vna & eadem A adoratione ſit adoranda diuinitas Chriſti, & eius humanitas.

¶ Secundo, Vtrum caro Chriſti ſit adoranda adoratione latriæ.

¶ Tertio, Vtrum adoratio latriæ ſit exhibenda imagini Chriſti.

¶ Quarto, Vtrum ſit exhibenda cruci Chriſti.

¶ Quinto, Vtrum ſit exhibenda matri eius.

¶ Sexto, De adoratione reliquiarum ſanctorum.

### B Articvlvs primvs.

*Vtrum una & eadem adoratione ſit adoranda diuinitas Chriſti, & eius humanitas.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd nõ eadem adoratione adoranda ſit humanitas Chriſti, & eius diuinitas. Diuinitas enim Chriſti eſt adoranda: quia eſt communis Patri & Filio: C vnde dicitur Ioan. 5. Omnes honorificent Filium, ſicut honorificant Patrem: ſed humanitas Chriſti non eſt communis ei & Patri. ergo non eadem adoratione adoranda eſt humanitas Chriſti & eius diuinitas.

¶ 2 Præt. Honor eſt proprie præmium virtutis, vt Philoſophus dicit in 4. Ethic.* meretur autem virtus ſuum præmium per actum. Cum igitur in Chriſto ſit alia operatio diuinæ & humanæ naturæ D (vt ſupra habitum eſt†) videtur quòd alio honore ſit veneranda humanitas Chriſti, & alio eius diuinitas.

¶ 3 Præt. Anima Chriſti ſi non eſſet verbo vnita, eſſet veneranda propter excellentiam ſapientiæ & gratiæ, quam habet: ſed nihil dignitatis eſt ei ſubtractum per hoc, quòd eſt vnita verbo. ergo natura humana in Chriſto eſt quædam propria adoratione veneranda præter venerationem, quę exhibetur diuinitati ipſius.

Sed contra eſt, quòd E in capitulis quintę Synodi ſic legitur,† Si quis duabus naturis adorari dicit Chriſtum (ex quo duę adorationes introducuntur) ſed non vna adoratione deum verbum incarnatum cum propria ipſius carne adorat, ſicut ab initio dei Eccleſię traditum eſt, talis anathema ſit.

Respon. Dicendum, quòd in eo qui honoratur, duo poſſumus conſiderare, ſcilicet eum cui honor exhibetur, & cauſam hono

¶ *Super Quæſtionis vigeſimætertiæ Articulum quartum.*

Titulus clarus, vt iacet.

¶ In corpore eſt vnica diſtinctio cũ duplici concluſione: ſicut in præcedenti articulo. & quia ſimiliter clara ſunt, pertranſeamus.

3. diſt. 10. q. 3. art. 1.

* In lib. 13. ca. 10. nõ ... a pri ...

¶ *Super Quæſtionis vigeſimæquintæ Articulum primum.*

Titulus non de qualitate, ſed de identitate vel diuerſitate adorationis quærit, an ſcilicet vna eademque adoratio (qualiſcumque ſit illa) terminetur ad Chriſti humanitatem, quæ ad illius terminatur diuinitatem. Et eſt ratio dubij huius, vſus Eccleſiæ & decretum quintæ ſynodi, quod in litera affert, tractaturque hæc materia in 3. ſen. diſt. 9.

¶ In corpore articuli duo fiunt. primo diſtinguuntur termini: deinde reſpondetur quæſito. Diſtinguitur ergo primo id quod honoratur, ſecundo vnitas vel pluralitas honoris. Diſtinguuntur igitur in honorato res honorata, & cauſa honoris, & dicitur, quòd res honorata eſt tãtum perſona ſeu totum ſubſiſtens, & probatur excludendo partes, ex vſu loquendi: quia non dicimus manum honorari. Et quia hoc videtur pati calumniam, reſpondetur obiectioni, quòd partes quandoque dicuntur honorari, non ſecundum ſe, ſed vt totum honoretur. Et declaratur a ſimili, in veſte, nũtio, &c.

Infr. q. 58. art. 3. c. fi. & ad primũ. Et 3. diſ. 9. q. 1. arti. 2. q. 1. Et diſ. 19. a. 1. ad 4. Et veri. q. 29. ar. 4. ad quartum.

¶ Vbi habes aliam diſtinctionem honorati, ſcilicet ſecũdum ſe, vel ſecundum aliud in ſe. Totum enim honoratur ſecundum ſe, pars autem, imago, & nuntius, ſecundum aliud, hoc eſt totum in ſe parte, repræſentatum in ſe imagine, mittentem in ſe nuntio. Cauſa autem honoris eſt id, vnde habet honoratus excellentiam. Probatur: quia honor eſt reuerentia exhibita alicui propter ſui excellentiam. Vnitas vero & pluralitas honoris diſtinguitur, quòd poteſt attendi vel ſecũdum cauſam honoris, vel ſecũdum terminum per ſe proprium adorationis. Et propterea ſi contingit in vno eodem homine inueniri diuerſas cauſas honoris, erit illius honor vnus & multiplex. Vnus, ex parte perſonæ quæ terminus eſt: multiplex, ex parte cauſæ multiplicis, vt patet de vno homine honorato, & propter ſcientiam, & ꝓpter virtutẽ moralẽ ſeu theologalem.

* c. 3. to. 5.

† Quæſ. 19. art. 1.

* In cõci. 2. Cõſtãtino. quod eſt 5. generale can. 9.

¶ Con-

¶ Concluſio reſponſiua quæſito eſt : Adoratio Chriſti eſt vna ex parte perſonæ adoratæ, & eſt plures ex parte cauſæ, diuinæ ſcilicet vel humanæ. Probatur primo cōcluſio quo ad primam partem : quia in Chriſto vna tantum eſt hypoſtaſis. Quo ad ſecundam, quia alia ratio honoris eſt ſapientia diuina, alia ſapientia humana.

Deinde probatur ex oppoſito : quia ſcilicet ſi eſſent plures hypoſtaſes in Chriſto adoratio eius non eſſet vna, etiam ex parte adorati : ſed totaliter adoratio Chriſti nō eſſet vna, ſed diuerſa, & hoc eſt damnatum in ſynodis, &c.

¶ Circa primam diſtinctionē nota cautiſſime, quòd honorari vt cauſam honoris, non eſt honorari ſimpliciter, ſed cum tali determinatione, ita quòd ly vt cauſa honoris, ē conditio diminuēs honoratum, ita ꝙ non valet argumentum, Sapientia honoratur vt cauſa honoris, ergo honoratur. Et hoc ꝓprie loquendo: quia honorari non eſt, niſi terminātis paſſiue actum honorandi : non terminat autem honoris actum, niſi perſona, cui exhibetur honor. Et hinc oritur, quòd Chriſto debetur ſimpliciter vna adoratio, & ꝙ humanitas eius, vt abſtrahit ab hypoſtaſi, eſt inadorabilis ſicut ceteræ cauſæ adorandi, inadorabiles ſunt, proprie loquendo. Quia tamen inuenitur quandoque dictum de huiuſmodi, quòd honorantur vel adorantur, ideo non faciēdo vim in vocabulis, loquere, vt plures loquuntur, & intellige quòd ideo eccleſia Chriſtum vnica adoratione adorat, dicendo ei, Miſerere nobis, & non dicendo ei, Miſerere, & intercede : quia ad vnitatem perſonæ reſpicit. Et hinc Synodi anathema proceſſit contra adorantes Chriſtum duabus adorationibus: proprie enim locuti ſunt de honorato ſeu adorato.

¶ Rurſus, circa eandem diſtinctionem nota, quòd cauſa honoris dicitur id, quo perſona excellit. Hoc autem inuenitur dupliciter : vel per modum formæ, vt ſapientia, virtus, ſtatus : uel per modum operationis, vt creare, gubernare, vincere, docere, miſereri, &c. Vtrumque enim eſt, vnde quis excellit: excellunt enim homines non ſolum ſapientia, potentia, virtute, dignitate, ſed etiam quia vicerunt, quia docuerunt, quia ordinarunt, &c. Et vtrumque in litera hac habes, primum in corpore, ſecundum in reſponſione ad ſecundum.

¶ Circa diſtinctionem alteram ex litera ſumptam de modo duplici, quo res adorata adoratur (vel ſecundum ſe, vel ſecundum aliud in ſe) aduerte primo ex litera illam haberi, dum dicitur de partibus, quòd non ſecundum ſe honorantur, ſed totum in illis honoratur. Et ſubditur per quem modum poteſt ali-

F quis honorari in exteriori, puta veſte, imagine vel nuntio. Ex his enim clara habetur dicta diſtinctio, dum totum ſecundum ſe honoratur, & quando partes honorantur, totum honoratur in partibus. Hoc n. eſt partem honorari, ſecundum ꝙ totum eſt in parte. Et ſimiliter veſtis honoratur, ſecundum quòd perſona ē ſub illa : imago quoque veneratur, ſecūdum quòd repræſentata perſona eſt in illa. Et ſimiliter nuntius honoratur, ſecundum ꝙ princeps eſt in illo. ¶ Aduerte ſecundo, quòd quia iſta quodammodo honorantur, & quodammodo non (quia ſecundum ſe non honorantur, ſecundum vero aliud in ipſis honorantur) iccirco de eis & affirmatiua & negatiua verificantur. Dicitur enim, ꝙ partes & huiuſmodi non honorantur, (proprie (quia non ſecundum ſe) & ꝙ honorantur, ſcilicet ſecundum aliud in ipſis. Et quoniam clauis eſt vna iſtius tractatus ſententia hæc, dilucidāda amplius eſt, diſcutiendo illam.

¶ Scito igitur tertio, duplicem eſſe opinionem circa honorationē perſonæ in ſuis extrinſecis, puta imagine, &c. Altera eſt, quòd perſona honoratur in iſtis : quia habet quoddam eſſe in illis. Altera eſt, quòd perſona honoratur in illis : non quia habet eſſe in illis, ſed quia per illa excitātur, conuertūturq́, homines ad perſonam illam honorandam : ita ꝙ inter has opiniones tanta eſt diſtantia, quòd prima ponit extrinſeca hæc terminare honorationem, non ſecundum ſe, ſed ſecundum quòd perſona eſt in illis : ſecunda autem ponit extrinſeca hæc non terminare honorationem quouis modo. Et hinc diſtant ſecundo, quod K ſecundum primam extrinſeca dicuntur honorari, iuxta ſecundam autem extrinſeca non niſi abuſiue, & communicando in nominibus cum vulgo dicuntur honorari : quod autem horum verius ſit, inferius patebit. Sed hinc quamuis non habeatur ab Auctore prima opinio de verbo ad verbum, ſatis tamen inſinuatur cum dicitur, quòd totum honoratur in partibus, & quòd per hunc modum homo honoratur in exteriori, vt veſte, imagine, aut nuntio. Clare autem aperitur inferius hæc ſententia, cum non ſolum dicitur, quòd imago aut crux adoranda eſt, ſed exprimitur terminatiue, dicendo motum in imaginem & perſonam eſſe vnum : ſi enim motus eſt in imaginem, imago ipſa nonnullus terminus eſt motus. Eſt ergo prima opinio Auctoris, inferius diſcutienda : nunc autem prælibata hæc ſint, vt ſcias dubitare & diſcernere.

ris. Proprie autem honor exhibetur toti rei ſubſiſtenti : non enim dicimus quòd manus hominis honoretur, ſed quòd homo honoretur. Et ſi quandoque contingat, quòd dicatur honorari manus vel pes alicuius, hoc non dicitur ea ratione, quòd huiuſmodi partes ſecundū ſe honorentur : ſed quia in iſtis partibus honoratur totum : per quem etiam modum aliquis homo poteſt honorari in aliquo exteriori : puta in veſte, aut in imagine, aut in nuntio. Cauſa autem honoris eſt id, ex quo ille qui honoratur, habet aliquam excellentiam. Nam honor eſt reuerentia alicui exhibita propter ſui excellentiam, vt in ſecunda parte dictum eſt.* Et ideo, ſi in vno homine ſunt plures cauſæ honoris (puta prælatio, ſcientia & virtus) erit quidem illius hominis vnus honor ex parte eius, qui honoratur, plures tamen ſecundum cauſas honoris : homo enim eſt qui honoratur, & propter ſcientiam & propter virtutem. Sic ergo, cum in Chriſto ſit tantum vna perſona diuinæ & humanæ naturæ, & etiam vna hypoſtaſis & vnum ſuppoſitum, eſt quidem eius vna adoratio, & vnus honor ex parte eius, qui adoratur : ſed ex parte cauſæ qua honoratur, poſſunt dici eſſe plures adorationes, vt ſcilicet alio honore honoretur propter ſapientiam increatam, & alio propter ſapientiam creatam. Si autem ponerentur in Chriſto plures perſonæ ſeu hypoſtaſes, ſequeretur quòd ſimpliciter eſſent plures adorationes. Et hoc eſt quod in Synodis reprobatur. Dicitur enim in capitulis Cyrilli, † Si quis audet dicere aſſumptum hominem coadorari oportere deo verbo, quaſi alterum alteri, & non potius vna adoratione honorificat G Emanuelem, ſecundum quòd factum eſt caro verbum, anathema ſit.

*2.2.q.103 artic.1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in Trinitate ſunt tres, qui honorantur, ſed eſt vna cauſa honoris : in myſterio autem incarnationis eſt econuerſo. Et ideo alio modo eſt vnus honor Trinitatis, & alio modo eſt vnus honor Chriſti

AD $2^{m}$ dicendum, quòd operatio non eſt, quæ honoratur, H ſed eſt ratio honoris. Et ideo per hoc, quòd in Chriſto ſunt duæ operationes, non oſtēditur, quòd ſint duæ adorationes, ſed ꝙ ſint duæ adorationis cauſę.

AD $3^{m}$ dicendum, quòd anima Chriſti, ſi non eſſet vnita dei verbo, eſſet id, quod eſt principaliſſimum in homine illo : & ideo ſibi præcipue deberetur honor : quia homo eſt id, quod eſt potiſſimum in eo : ſed quia anima Chriſti eſt vnita perſonæ digniori, I illi perſonæ præcipue debetur honor, cui anima Chriſti vnitur. Nec per hoc tamen diminuitur dignitas animæ Chriſti, ſed augetur, vt etiam ſupra dictum eſt.

¶ Super



¶ *Super Quæſtionis vigeſimæquintæ Articulum ſecundum.*

TItulus clarus. ¶ In corpore articuli cum diſtinctione reſpondetur duabus concluſionibus. Prima eſt, Humanitas Chriſti vt res adorata, eſt adoranda adoratione latriæ. Probatur, quia ipſam ſic adorari, nihil aliud eſt quàm Verbum incarnatū adorari. Probatur hoc a ſimili, ſicut adorare veſtem regis, eſt adorare regem veſtitum. Secūda eſt, Humanitas Chriſti, vt ratio adorandi, non eſt adorādā adoratione latrię ſed duliæ : hoc eſt, ꝑſona Chriſti honoranda eſt dulia ratione humanitatis, plenæ gratiæ &c. Declaratur hoc nō eſſe incōueniens ex perſona patris, quæ latria & dulia adoratur.

3.d.9.q.1.a.1.q.1.& q.4.ad 1.

¶ Aduerte hic duo. Primum eſt, quòd adorari vt rem adoratam, contingit dupliciter : vel per ſe, vel per aliud. Et propterea perſona Chriſti per ſe adoratur latria, quia ꝑ deitatē, quæ eſt ipſa perſonalitas : per aliud vero dulia, quia per humanitatem, quæ eſt aliud ab ipſa. Et econtra humanitas Chriſti per aliud adoratur latria : per ſe autem non, ſed dulia, vt ratio tamē adorādi. Et hæc omnia in litera habentur, quàmuis dicta diſtinctio non formaliter explicetur, ſed ipſa Auctor vtatur.

Alias, timeba.

Li.4.Orth. fidei c.3.circa princi.

Pſal.98. Eſt Augu.bi.tomo.8.

¶ Secundum eſt, ꝙ licet dulia, qua perſona patris honoratur propter potentiam, & dulia, qua perſona Filii ratione humanitatis adoratur, non omnino ſint eadem, quia illa eſt dulia communiter ſumpta ad ſpecies duliæ & latriæ : iſta vero eſt ſpecies duliæ diſtincta contra latriam, ſicut diſpoſitio eſt genus ad diſpoſitionem & habitum) licet inquā ita ſit, non officit tamen proceſſui literæ perſuaſiuo ex verbis Gloſſarum, ad tollendam admirationem. Materia. n. hæc de ſe clariſſima eſt : nam liquet perſonam Chriſti ratione diuerſarum naturarum diuerſimode honorādam. Sed vt non nulla conſonantia veritatis huius ad priſcos monſtraretur, allatum eſt illud quaſi ſimile, de perſona Patris.

Art. præce.

¶ In hoc articulo, & ſpecialiter i reſpōſione ad primum, vide quòd accepturi communionē ſacram, aut ſacrificio miſſæ aſſiſtentes, tam corpus, quā ſanguinem domini cum adorare nos experimur adoratione latriæ : nam vt Deū ſumme honoramus non diſtinguēdo inter corpus & eum, cuius eſt corpus : dicendo, domine, non ſum dignus, & alias ſimiles orationes. Adorationem ſiquidem dulię Chriſto debitam ratione humanæ naturæ, Eccleſia in mēte retinet, nō in vſu, ad euitandos (vt dictū eſt) errores.

ARTICVLVS II.

*Vtrum humanitas Chriſti adoranda ſit adoratione latriæ.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd humanitas Chriſti non ſit adoranda adoratione latriæ : quia ſuper Pſalm. 98. Adorate ſcabellum pedem eius, quoniam ſanctum eſt, dicit Gloſſ. Caro a Verbo Dei aſſumpta, ſine impietate adoratur a nobis, quia nemo carnē eius ſpiritualiter manducat, niſi prius adoret : non illa dico adoratione quæ latria eſt, quę ſoli Creatori debetur : caro autem Chriſti eſt pars humanitatis. ergo humanitas Chriſti non eſt adoranda adoratione latriæ.

¶ 2 Præ. Cultus latriæ nulli creaturæ debetur : ex hoc enim reprobantur gentiles ꝙ coluerunt & ſeruierunt creaturæ, vt dicitur Roma. 1. ſed humanitas Chriſti eſt creatura. ergo non eſt adoranda adoratione latriæ.

¶ 3 Præt. Adoratio latriæ debetur Deo in recognitionem maximi dominij, ſecundum illud Deuter. 6. Dominum Deum tuum adorabis, * & illi ſoli ſeruies : ſed Chriſtus, ſecundum quòd eſt homo, eſt minor patre. ergo humanitas eius non eſt adoratione latriæ adoranda.

SED CONTRA eſt, quòd Damaſ. dicit in 3. li. * Adoratur autē caro Chriſti incarnato verbo Deo, non propter ſeipſam : ſed propter vnitum ei ſecundum hypoſtaſim verbū Dei. Et ſuper illud Pſal. 98. Adorate ſcabellum pedum eius, dicit glo. † Qui adorat corpus Chriſti, non terram intuetur : ſed illum potius, cuius ſcabellum eſt, cuius in honore ſcabellum adorat, ſed Verbum incarnatum adoratur adoratione latrię. ergo & corpus eius, ſiue eius humanitas.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt *, honor adorationis proprie debetur hypoſtaſi ſubſiſtenti : tamen ratio honoris poteſt eſſe aliquid non ſubſiſtens, propter quod honoratur perſona, cui illud ineſt. Adoratio igitur humanitatis Chriſti, dupliciter poteſt intelligi. Vno modo, vt ſit eius, ſicut rei adoratæ, & ſic adorare carnem Chriſti, nihil eſt aliud, quàm adorare Verbum dei incarnatum, ſicut adorare veſtem regis, nihil eſt aliud, quàm adorare regem veſtitum. Et ſe-

A cundum hoc, adoratio humanitatis Chriſti eſt adoratio latriæ. Alio modo, poteſt intelligi adoratio humanitatis Chriſti, q̄ fit rōne humanitatis Chriſti, pfectæ omni munere gratiarū, & ſic adoratio humanitatis Chriſti non eſt adoratio latriæ, ſed adoratio duliæ, ita ſcilicet, quòd vna & eadē pſona Chriſti adoretur adoratione latriæ, propter ſuam diuinitatem, & adoratione duliæ, propter perfectionem humanitatis. Nec hoc eſt inconuenieus, quia ipſi Deo patri B debetur honor latriæ propter deitatem, & honor duliæ propter dominiū, quo gubernat creaturam. Vnde ſuper illud Pſalm. 7. Domine Deus meus in te ſperaui, dicit gloſſa. * Domine omnium, per potentiam, cui debetur dulia : Deus omnium per creationē, cui debetur latria.

Pſal.7.glo. interlinearis ibid.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd glo. illa non eſt ſic intelligenda, quaſi ſeorſum adoretur caro Chriſti ab eius diuinitate : hoc enim contingeret ſolum hoc mo- C do, ſi eſſet alia hypoſtaſis Dei, & hominis, ſed quia, vt Dama. † dicit, ſi diuidas ſubtilibus intelligentijs quod videtur, ab eo quod intelligitur, inadorabilis eſt, vt creatura, ſcilicet, adoratione latriæ. Et tunc ſic intellectæ, vt ſeparatæ a dei verbo deberetur ſibi adoratio duliæ : non cuiuſcumque (puta, quæ communiter exhibetur alijs creaturis) ſed cuiuſdam excellentioris, quam hyperduliam vocant.

Li.4.c.3.circa princ.

D Et per hoc etiam patet reſponſio ad $2^{m}$ & $3^{m}$, quia adoratio latrię nō exhibet humanitati Chriſti ratione ſuipſius : ſed ratione diuinitatis, cui vnitur, ſecūdum quam Chriſtus non eſt minor Patre.

ARTICVLVS III.

*Vtrum imago Chriſti ſit adoranda adoratione latriæ.*

E AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd imago Chriſti, non ſit adoranda adoratione latriæ. Dicitur enim Exodo. 20. Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem : ſed nulla adoratio eſt facienda contra Dei præceptum. ergo imago Chriſti non eſt adoranda adoratione latriæ.

¶ 2 Præter. Operibus gentilium non debemus communicare, vt

¶ *Super Quæſtionis vigeſimæquintæ Articulum tertium.*

TItulus clarus eſt. ¶ In corpore articuli, duo fiunt. Primo, in communi determinatur de duplici motu in imaginem, ſecundo, in ſpeciali reſpondetur quæſito vna concluſione.

¶ Quo ad primum ex Ariſtotelis auctoritate diſtinguitur motus animæ, in imaginem duplex : vnus, vt in rem, alter, vt in imaginem. Primus eſt alius a motu in rem repræſentatam, ſecundus eſt vnus & idem cum motu in rem repræſentatā. Quo ad ſecundum concluſio reſponſiua eſt, Imago Chriſti eſt adoranda adoratione latriæ. Probatur, Imagini chriſti exhibetur reuerentia, & non vt eſt res

2.2.q.81.a.3.ad 3.& q.49.art.2.ad 1.Et inf. ar.4.cor. & arti.5.ad 2. Et 3.diſ.9.q.1.ar.2.q.2.

Apoſt. dicit Epheſ. 5. ſed gentiles de hoc præcipue inculpantur, quod commutauerunt gloriam incorruptibilis dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, vt dicitur Roma. 1. ergo imago Chriſti nō eſt adoranda adoratione latriæ.

G ¶ 3 Præt. Chriſto debetur adoratio latriæ ratione diuinitatis, nō ratione humanitatis: ſed imagini diuinitatis eius, quæ eſt animæ rationali impreſſa, non debetur adoratio latriæ. ergo multo minus imagini corporali, quæ repræſentat humanitatem ipſius.

¶ 4 Præt. Nihil videtur eſſe in cultu diuino faciendum, niſi quod eſt a deo inſtitutum. vnde & Apo. 1. ad Cor. 11. H traditurus doctrinam de ſacrificio Eccleſię, dicit, Ego accepi a Domino quod & tradidi vobis: ſed nulla traditio in Scriptura inuenitur de adorandis imaginibus. ergo imago Chriſti nō eſt adoranda adoratione latriæ.

SED CONTRA eſt quòd Damaſ. inducit Baſilium dicentem*, Imaginis honor ad prototypum peruenit, ideſt, exemplar: ſed ipſum exemplar, ſcilicet Chriſtus, eſt adorandus adoratione latriæ. ergo & eius imago.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut Philoſophus dicit in lib.* de Memoria & reminiſcētia, duplex eſt motus animæ in imaginē, unus quidem in ipſam imaginē, ſecundum quòd res quædā eſt, alio modo in imaginem, inquantum eſt imago alterius. Et inter hos duos motus eſt hæc differentia: quia primus motus, quo quis mouetur in imaginem, vt eſt res quædam, eſt alius a motu, qui eſt in rem: ſecundus autem motus qui eſt in imaginem, inquantum eſt imago, [d] eſt vnus & idem cum illo qui eſt in rem. Sic ergo dicendum eſt, quòd imagini Chriſti, inquātum eſt res quædam (puta lignum ſculptum uel pictum) nulla reuerentia exhibetur, quia reuerentia, non niſi rationali naturæ debetur. Relinquitur ergo quod exhibeatur ei reuerētia ſolū inquantum eſt imago, & ſic ſequitur, quòd eadem reuerētia exhibea-

eſt res quædam. ergo vt imagini. ergo eadem reuerentia, quæ Chriſto exhibetur. ergo eſt adoranda adoratione latriæ. Antecedens pro prima parte experientia teſtatur. Pro ſecunda probat litera quia reuerentia non niſi rationali naturæ debetur. Prima conſequentia probatur ex ſufficienti diſtinctione motus animæ in imaginem: deſtructo enim altero mēbro reliquum optime infertur. Secunda autem conſequētia probatur ex eadem Ariſtotelis doctrina, quia motus in imaginem vt ſic, eſt vnus cum motu in rem repræſentatam. Tertia demum conſequentia probatur, quia Chriſtus adoratur adoratione latrię.

¶ Circa radicē proceſſus, propoſitionem, ſcilicet illam ex Ariſto. Motus in imaginem, inquantum imago, eſt idē cum motu in rem, dubium ex multiplici capite occurrit. Primo enim obiicitur ex parte motus: ſecundo, ex parte imaginis: tertio, ex parte vnitatis. Ex parte ſiquidem motus dicitur, quòd propoſitio eſt vera de motu apprehenſiuo in quo illa vtitur Ariſtoteles, vt eſt motus intellectus & memorię.

Li.4.ca.17. non longe a prin.

Non eſt autem vera de motu appetitiuo, in quo vtitur illa hic Auctor. Adoratio enim actus eſt moralis virtutis, ac per hoc appetitiuæ partis. Eadem quippe intellectione cognoſcitur imago & imaginatum: quia vnum relatiuorum definit reliquum. Et ſi quis definite nouit vnum correlatiuum, definite nouit reliquum, vt dicitur in Prædicamentis. Quicumque autē amat Patrem, non propterea amat filium.

¶ Ex parte vero imaginis, quia imago vt imago, eſt relatiuum: nulla autem relatio realis creata, aut rationis, adoranda eſt adoratione latriæ.

¶ Ex parte autem vnitatis, quia vel intelligitur de motu vno ſimpliciter, vel ſecundum partem ſeu aliquid: non de motu vno ſimpliciter, quia falſum diceretur. Nam motus in rem ſecundum ſe immediate, & in illammet mediante ſua imagine, non eſt omnino idem, vt patet. Si ſecundum aliquid, tunc ex hac propoſitione non infertur propoſitum, quia ex motus vnitate ſecundum quid, non ſequitur vnitas ſpecifica adorationis imaginis, & exemplaris, quæ tamen in litera infertur, quia latria adoranda imago Chriſti dicitur, qua Chriſtus adoratur.

¶ Dubium rurſus circa proceſſum eundem ex Durand. in 3. ſenten. diſt. 9. q. 2. occurrit. Nam primo impugnat proceſſum hunc K ex eo quòd aliud eſt, motum in imaginem & rem eſſe vnum, & aliud imaginem & rem eſſe vnum. Primum enim eſt verum, ſecundum falſum. nam ſunt correlatiua quæ licet ſimul apprehendantur, dicuntur tamen & ſunt diuerſa, relatiui enim eſſe eſt ad aliud ſe habere. Ad propoſitum autem oporteret imaginem & rem eſſe vnum, ſeu vnius rationis, ſi adoratio rei deberet exhiberi imagini.

¶ Deinde dicit, quòd imago Chriſti, nec vt res, nec vt imago, proprie loquendo adoranda eſt latria, quia latria ſoli Deo debetur per ſe, & cōiunctis ſibi (vt humanitati Chriſti) per accidēs: imago autē, vt imago eſt creatura, eſt extrinſeca a Deo, & ideo nec per ſe, nec per accidens, terminus eſt adorationis latriæ.

¶ Tertio dicit, quòd commune dictum quod auctor in litera tradit, eſt improprie dictū, & exponendū eſt, quia res cognita ſeu rememorata per imaginē, ad præſentiā imaginis adoratur, ac ſi eſſet in ſe præſens, nō quod adoratio ad imaginē aliquo mō terminetur.

¶ Ad horum euidētiā, ſciendum eſt, quòd diſtinctio in litera

F poſita ex Ariſtot. de imagine vt eſt res quędam, & vt eſt imago, poteſt dupliciter intelligi.

¶ Primo, vt diſtinguatur imago in imaginem materialiter, vel formaliter, puta in aurum, vel figuram ſeu relationem. Et conſequenter quòd dicamus adorari imaginem Chriſti non ſecundum materiam, ſed ſecundum formam, hoc eſt figuram Chriſti, vel relationem ad Chriſtum. Et hic ſenſus acceptus videtur cōmuniter, quantum memini. Et quoniam tam figura quam relatio, longe eſt a creatoris natura, idō aut falſo aut improprie dictum putatur, quòd imago Chriſti ſit adoranda, adoratione latrię.

Ca.1.circa medium.

¶ Sed hunc ſenſum longe eſſe a vero ſenſu Ariſtotelis & Auctoris, patet ex duobus. Primo, quia imago vt res quædam comprehendit imaginem & ſecundum materiam, & ſecundum formam, vt quędam res eſt: imago enim Cęſaris ſumitur, vt res quędā ex parte materię ſi ſumatur vt marmorea, aut aurea. Et ſimiliter ſumitur vt res quędā ex parte formæ ſi ſumatur vt ſecundum talia lineamēta, colores &c. vel vt eſt relatio quædam ſiue realis, ſiue rationis. Hæc enim omnia ſub vno membro diſtinctionis comprehenduntur, ſcilicet ſub imagine, vt res quædam eſt, I licet exempla dentur de materia: quia manifeſtius habet rationem cuiuſdam rei. Secundo, ex eo quòd motus in imaginem vt eſt figura quædam vel relatio, non eſt vnus cum motu in rē, ſed diuerſus ab illo. Siſtit enim intellectus & affectus in figuræ & relationis conſideratione & complacentia, vt patet, dum alicui forma ipſius figuræ placet, velletque illam relationem habere ad ſe, vel aliquem ſuorum, ex quo eſt ita pulchra. Eſt enim tunc motus animi in imaginem formaliter, & tamen non in rem: immo oppoſitum motum habet quandoque verſus rem, puta, quia diſplicet, quòd imago tam pulchra, ſit imago illius, cuius eſt.

D.q.44.

Li.4.ca.15. circa mediū

¶ Eſt igitur ſecundo modo intelligendum, quòd res contra imaginem diſtinguitur quo ad vtriuſq; proprium actum, ita quod imago terminat motum vt res, quatenus exercet actum rei cuiuſdam, vt res eſt, & ſimiliter terminat motum, inquantum imago, quatenus exercet actum imaginis. Et quia res vt res in ſe, eſt quædam entitas, ideo tunc terminat ut res, quando ratione ſui ſiue formaliter, ſiue materaliter terminat. Et quia imago tunc tantum exercet actum imaginis, quando ratio eius actus eſt exemplar, ipſa autem eſt conditio agentis. ſic enim tantum motus tam apprehenſiuus quàm appetitiuus in ipſam, ad exemplar ſuum terminatur, ideo motus in imaginem, quatenus eſt imago, eſt in ipſam quidem, ſed ſecundum aliud in ipſa: in ipſam quidem, quia ipſa eſt, quæ exercet actum terminandi motum, quia in ipſa eſt exemplar ad quod ducit. Secundum aliud uero in ipſa, quia ratio terminandi eſt exemplar quod eſt aliud ab ipſa, & conſtat quòd eſt in ipſa. Ex his autem eſt facile perſpicere, & efficaciam proceſſus literæ, & ueritatem doctrinæ eius, & cauſam defectus aliorum declinantium: habetur ſiquidem hinc, quod motus adorationis, quo imago Chriſti veneratur: terminatur ad imaginem Chriſti, & uere & proprie loquendo. Et quia terminatur ad ipſam, non quatenus eſt res hoc eſt non quatenus exercet actum rei in ſe, ſiue ſecundum rem, quæ eſt forma ſiue ſecūdum rem quæ eſt materia, ſed quatenus eſt imago, hoc eſt, quatenus exercet actum imaginis, ideo Chriſtus, cuius eſt imago, eſt rō quod imago eius adoratur, & eſſe Chriſtum in



tur imagini Chriſti & ipſi Chriſto. Cum ergo Chriſtus adoretur adoratione latriæ, conſequens eſt, quòd eius imago ſit adoratione latriæ adoranda.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd non prohibetur illo præcepto facere quamcumque ſculpturam vel ſimilitudinem, ſed facere adorandam. unde ſubdit, Non adorabis ea, neque coles. Et quia, ſicut dictum eſt, idem eſt motus in imaginem, & in rem, eo modo prohibetur adoratio imaginis, quo prohibetur adoratio rei, cuius imago eſt. unde ibi intelligitur prohiberi adoratio imaginum, quas gentiles faciebant in venerationem deorum ſuorum, ideſt, dæmonum. Et ideo præmittitur, C Non habebis deos alienos coram me. Ipſi autem vero deo, cum ſit incorporeus, nulla imago corporalis poterat poni: quia, vt Damaſ. dicit*, inſipientiæ ſummæ eſt & impietatis, figurare quod eſt diuinum. Sed quia in nouo Teſtamento Deus factus eſt homo, poteſt, in ſui imagine corporali, adorari.

AD $2^{m}$ dicendum, quòd Apoſtolus prohibet operibus infructuoſis gentilium communicare: communicare autem vtilibus eorum operibus, Apoſtolus nō prohibet. Adoratio autem imaginum B eſt inter infructuoſa opera computanda, quantum ad duo. Primo quidem, quantum ad hoc, quòd quidam eorum adorabant ipſas imagines vt res quaſdam, credentes in eis eſſe aliquod numen propter reſponſa, quæ dæmones in eis dabant, & alios huiuſmodi effectus mirabiles. Secundo, propter res, quarum erāt imagines: ſtatuebāt enim huiuſmodi imagines aliquibus creaturis, quas in eis veneratione latriæ venerabātur. Nos autē adoramus adoratione latriæ imaginem Chriſti, qui eſt verus Deus, non propter ipſam imaginem, ſed propter rem, cuius imago eſt, ſicut dictum eſt*.

AD $3^{m}$ dicendum, quòd creaturæ rationali debetur reuerentia

ſtum in imagine, eſt conditio, in qua ratio adorandi monet ad A adorandum, & terminat adorationem. Et propterea non exhibetur adorationis honor creaturæ, ſed creatori: quia non exhibetur conditioni adoratæ rei, ſed rationi adorandi, quæ eſt ipſe Chriſtus. Et hoc eſt quod in litera dixit Auctor, quòd per hunc modū, ſcilicet quo totum in parte honoratur, adoratur etiam quis in imagine. Habes & falſum intellectū Ariſtotelicæ propoſitionis, cauſam fuiſſe errandi.

¶ Ad obiecta cōtra dictam propoſitionē ex parte motus, iam patet quod vera eſt de vtroque motus genere, ſcilicet appetitiui & apprehēſiui: quoniam impoſſibile eſt intelligere aut colere imaginem, vt exercet imaginis actum, niſi terminus apprehenſionis vel appetitus ſit res repræſentata, quia ipſa eſt tunc ratio terminandi vtrumque motum. In æquiuoco quoque laborant obiecta ex parte imaginis: quoniam, vt iam patet, ignorant imaginem vt exercet imaginis actum, quæ cum adoratur, non relatio, nec figura, ſed perſona adoratur repræſentata in imagine, vt in conditione in qua adoratur.

¶ Ad obiecta ex parte vnitatis dicitur, quòd eſt ſermo de vnitate ſimpliciter, hoc eſt ſpecifica, quia eſt ſermo de vnitate motus ſecundum per ſe primo terminum, ex quo vnitas ſpecifica motus ſumitur. Nec obſtat differentia penes eſſe ſine medio vel cū D medio, quia non inuenitur hic medium ex parte termini, ſed ſolum ſecundum conditionem diuerſam eiuſdem termini: eadem ſiquidem perſona repræſentata, terminat formaliter motum vel in ſeipſa, vel in ſua imagine. Conditiones autē, quia non variant ſpeciem termini, conſequenter nec ſpeciem motus in terminum.

¶ Ad obiecta autem Durandi dicitur, quòd ſane intellecta imagine vt imagine, imago & repræſentata res, ſunt idem, quo ad formalem rationem terminandi motum (quod ipſe non vidit) & ideo optime infertur, quòd honor exhibitus rei, exhibendus eſt imagini. Error enim fuit, quia non eſt intellectum quid importat imago, ut imago in actu exercito.

¶ Ad aliam obiectionem eiuſdem dicitur, quòd imago Chriſti, proprie loquendo, eſt adoranda adoratione latriæ, quę ſoli Creatori debetur. Diſtinctio autem ab obiiciente inducta, de per ſe vel per accidens coniuncto refutanda eſt, vt inſufficiens. Diſtinguitur ſiquidē in primo articulo huius quæſtionis honorari vt rem honoratam, dupliciter, vel ſecundum ſe, vel ſecundū aliud. E Et ad ſecundum modum, vt ibi dicitur, & declaratum eſt, ſpectat adorari perſonam in ſua imagine: exhibetur ſiquidē Chriſti imagini latria, vt termino ſecundum Chriſtum in ipſa, vel Chriſto in ſua imagine, quorum neutrum eſt aliud, quàm exhibere latriam Creatori Ieſu Chriſto.

¶ Ad tertium eiuſdem dicitur, quòd Auctoris & commune dictum eſt proprie dictum, & non eſt ob ignorantiam quorundā, inter impropria locandum, vt obiiciens facit. Cuius error ex hoc poteſt conuinci, quòd ſi imago Chriſti non niſi quia ad memoriam, aut cognitionem reducit Chriſti, adorari dicitur, poſſet pari ratione quælibet res, quatenus reducit in memoriam Chriſti, adorari adoratione latriæ. Et ſi hoc ponas in practica, percipies, & videbis quòd Eccleſia non ideo imaginem Chriſti adorat, quia fecit ſibi eam ſignum rememoratiuum Chriſti: ſed quia imago Chriſti adoranda latria eſt, ideo eam adorat. Si autem eſſet huiuſmodi adoratio, noſtra lege aut conſuetudine poſita, fictis iſtiuſmodi rememoratiuis, quis Eccleſiam a iudæorum priſcorumque quorundam imaginum cultui detrahentium morſibus eripuiſſet? quis iuſte damnaſſet læſæ maieſtatis, iniuriantes imaginibus principum? Monſtrant hæc, imagines quia imagines honorandas, aut dehonorandas eſſe.

¶ In reſponſione ad primū eiuſdem arti. circa imagines Dei, dubium occurrit, an ſint licitæ. Et eſt ratio dubii, quia auctoritas Damaſceni in litera damnat illas inſipientiæ, & impietatis. Et eadem eſt ratio nūc de deitate, quæ erat in ueteri lege quo ad rē figurabilem vel nō, ſecundum ſe: cōſtat autem in veteri lege, imagines Dei eſſe prohibitas: occaſio quoque falſæ opinionis de deo ex imaginibus, eadem vtrobique eſt. Vnde non deſunt doctores reprehendentes imagines ſanctæ Trinitatis.

¶ In oppoſitum autē eſt Eccleſiæ vſus, admittens Trinitatis imagines, repræſentantes non ſolū Filium incarnatū, ſed Patrem ac Spiritumſanctum. Ad ſunt & literæ huius verba ſonātia, quòd poſtquam Deus eſt incarnatus, poteſt adorari in imagine.

In corp. ar.

¶ Ad huius rei euidentiā aduertendū eſt, tripliciter poſſe formari imagines Dei, ſecluſo incarnationis myſterio. Primo, vt res diuina figuretur per imagines. Et ſic, inſipientiæ quo ad partem D apprehenſiuam, & impietatis ſecundum partem appetitiuā, eſt figurare quod diuinum eſt, vt Damaſ. dicit. Et hac ratione damnantur imagines dei, vt deus eſt, & ingerunt erroneam de Deo opinionem. Et hoc modo in Eccleſia dei conſtat non haberi imagines dei.

¶ Secundo, vt ſpecies Dei in ſcripturis traditæ figurentur: ſicut cum depingitur Spiritusſanctus in forma columbæ, non vt Spiritusſanctus figuratus lineamentis columbæ monſtretur, ſed vt ſpecies in qua apparuit Spiritusſanctus, figurata monſtretur. Et hoc frequenti vſu Eccleſia paſſim efficit & de deo, & de Chriſto, & de angelis, & de ſanctis, vt patet cum Deus depingitur imaginibus ſpecierum, in quibus viſus dicitur in teſtamento veteri, vt in forma ſenis antiqui, ſcilicet dierum, Daniel. 7. & Chriſtus in forma agni, & angeli, cum ſex alis, & Euangeliſtæ in forma quatuor animalium. Et hæc non ſolū pinguntur, vt oſtendantur, ſicut Cherubim olim in templo, ſed vt adorentur, vt frequens vſus eccleſiæ teſtatur.

E ¶ Tertio, vt ex ſimilioribus apud nos etiam fictis, ad infigurabilia aſcendamus: ſicut angelorum imaginem, facimus iuuenē pulchrum, alatum, cum diademate, non quòd talis ſit angelus, ſed vt vel ex ſimiliori ſibi natura, ſcilicet humana (appoſita ſanctitate per diadema, & iuuentute pro perfectione, & alis confictis pro celeritate) vel ſic ex ſenſibilibus ad inſenſibilia venerando aſcendamus. Et hoc modo, alicubi Spiritusſanctus in forma ſenis, orbem pugillo concludentis, & cet. figuratur. Hic autem tertius modus ſatis propinquus eſt ritui paganorum, figurantium Deum diuerſimode, prout cauſa eſt diuerſorum effectuum, vt in forma Mineruæ ratione ſapientiæ, & huiuſmodi.

¶ His præmiſſis ſciendum eſt, quòd figurare diuinum primo modo, eſt actus ex ſuo genere malus moraliter, quia cadit ſuper repugnante materia: repugnat ſiquidem deitati figurabilem eſſe. Figurare autem Deum ſecundo vel tertio modo ad actum inſtructionis, eſt actus ex ſuo genere bonus, quoniam naturale eſt homini per ſenſibilia diſcere inſenſibilia. Vnde picturæ codices ſunt populorum, ſicut libri, in quibus per hęc ſenſibilia

opprobrioſiſſimam mortem paſſus eſt, ſecũdum illud Sap. 2. Morte turpiſſima condemnemus eum. ergo non debemus crucem venerari, ſed magis abhorrere.

propter ſeipſam, & ideo ſi creaturæ rationali, in qua eſt imago dei, exhiberetur adoratio latrię, poſſet eſſe erroris occaſio, vt ſcilicet motus adorantis ſiſteret in homine, inquantũ eſt res quędam, & nõ ferretur in deum, cuius eſt imago, quod non poteſt cõtingere de imagine ſculpta, vel picta in materia ſenſibili.

Ad 4[m] dicendum, quòd apoſtoli familiari inſtinctu Spiritusſancti quædam eccleſijs tradiderunt ſeruanda, quæ non reliquerunt in ſcriptis, ſed in obſeruatione eccleſiæ per ſucceſsionem fideliũ. Vnde ipſe dicit 2. ad Theſſa. 2. State, & tenete traditiones, quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſcilicet ore prolatum, ſiue p epiſtolã, ſcilicet ſcripto trãſmiſſam: & inter huiuſmodi traditiones eſt imaginum Chriſti adoratio. Vnde & beatus Lucas dicitur depinxiſſe Chriſti imaginem, quę Romæ habetur.

## Articvlvs IIII.

*Vtrum crux Chriſti ſit adoranda adoratione latriæ.*

2.2. q. 103. arti. 4. ad 3. Et 3. diſ. 9. q. 1. ar. 2. q. 4.

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur quòd crux Chriſti non ſit adoranda adoratione latriæ. Nullus enim pius filius veneratur cõtumeliam patris ſui, puta flagellum, quo flagellatus eſſet, vel lignum in quo fuiſſet ſuſpenſus, ſed magis illud abhorreret. Chriſtus autem in ligno crucis opprobrioſiſſimam mortem paſſus eſt, ſecũdum illud Sap. 2. Morte turpiſſima condemnemus eum. ergo non debemus crucem venerari, ſed magis abhorrere.

¶ 2 Præt. Humanitas Chriſti adoratione latriæ adoratur, inquantum eſt vnita filio dei in perſona, quod de cruce dici nõ poteſt. ergo crux Chriſti non eſt adoranda adoratione latriæ.

¶ 3 Præt. Sicut crux Chriſti fuit inſtrumentum paſſionis eius & mortis, ita etiam & multa alia (puta claui, corona, & lancea) quibus tamẽ non exhibemus latriæ cultum. ergo videtur quòd crux Chriſti non ſit adoratione latriæ adoranda.

Sed contra eſt, quòd illi exhibemus latriæ cultum, in quo ponimus ſpem ſalutis: ſed in cruce Chriſti ponimus ſpem ſalutis: cantat enim eccleſia*, O crux, aue ſpes vnica, hoc paſſionis tempore, auge pijs iuſtitiam, reiſq; dona veniã. ergo crux Chriſti eſt adoranda adoratione latriæ.

In Dom[illegible] Hym.

Respon. Dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt †, honor ſeu reuerentia non debetur niſi rationali naturæ: creaturæ autem inſenſibili non debetur honor vel reuerentia, niſi ratione rationalis naturæ. Et hoc dupliciter, uno modo, inquantum repræſentat rationalem naturam: alio modo, inquãtum ei quocumque modo, coniungitur. Primo modo, conſueuerunt homines venerari regis imaginẽ: ſecũdo modo, eius veſtimentum.

At[illegible] ad 3.

*[Commentary]*

docemur intelligibilia contemplari, propter eruditos ſunt, & ſic Moyſes ſtatuas conſtituit angelorum in templo. *Sed ad actum* cultus figurare hæc, actus eſt ſolitarie ſumptus, non bonus nec eligibilis, ſed declinabilis: ſicut occidere hominem, ſi ſolitarie proponatur, non eſt actus eligibilis aut laudabilis, ſed ſi nihil adderetur, malus & vituperabilis: ſed ſi figurare Deum ad actum cultus, veſtiatur quibuſdam circunſtantiis (puta auctoritate Eccleſiaſticæ conſuetudinis, ſecuritate ab errorũ occaſione, pietateq; colẽtium) redditur actus iſte honeſtus: ſicut ſi occidere hominẽ, induatur circunſtantia publicæ poteſtatis, actũ præcipientis propter iuſtitiam, ac commune bonum, erit occidere hominem, actus honeſtus.

¶ Cauere ergo oportet, ne facilis ſit ſententia contra quamcumque partem: habenda ſiquidem in primis eſt ratio erroris. Nam ſi ex falſa aliqua opinione de Deo aut Angelis &c. aliqua proceſſit aut perſeuerat imago tertij modi, vel ſecundi inuſitata, abolenda eſſet, & inſtruendus populus. Dico autem vel ſecundi inuſitata, quia etſi ad repræſentationem hiſtoriæ Deus depingitur in forma rubi ardẽtis, loquẽtis Moyſi, & ſimilium viſionum, quia tamẽ Eccleſia non conſueuit omnia figuralia proponere vt colenda, ideo cauendum eſt ne noua abuſio introducta ſit, puta, ſi petra adoraretur p Chriſto, quia ſcriptum eſt, Petra autem erat Chriſtus: ſi vero nulla falſa opinio aut præſumptio interuenit, ſed antiquus Eccleſiæ vſus ſeruatur, nulluſque occaſionem errandi accipit (quia plebs eſt bene inſtructa in fide, & credit Deum ſpiritum eſſe, & in omnibus rectè cum eccleſia ſentiunt) non video peccatum aliquod in huiuſmodi cultu imaginum, tam ſecundi, quàm tertij modi. Et ſecundus quidem authoritatem habet ex ſacra ſcriptura, & eccleſiæ vſu manifeſte.

¶ Tertius autem, quia originaliter ſecundum partes eſt ex ſacra ſcriptura (quàmuis non tota imago) & eccleſiæ vſu approbatur, non ſolum tolerabilis, ſed licitus mihi videtur: ex eo. n. quòd cultus Deo exhibetur in imagine, non impie aut præſumptuoſe, ſed ab eccleſia propoſitæ actus adorationis circa debitã materiam verſatur, ac per hoc nullam peccati rationem habet. Et ſi ſic eſt, non videntur caſſandæ Trinitatis imagines in forma ſenis, crucifixum ſuſtinentis columba intermedia: partes enim imaginis huius ex ſacra ſunt Scriptura. Et de filii & Spiritus ſancti imaginibus conſtat. De Patris autem ex Daniele habetur cap. 7. cum dicitur de Filio, quòd peruenit ad antiquum dierum, hoc eſt deum patrem. Et hoc, vt dictum eſt, vbi nulla eſt occaſio erroris.

¶ Non laudo tamen huiuſmodi multiplicationem imaginum Trinitatis aut deitatis, aut Dei patris, aut Spiritusſancti, niſi in ſpecie columbæ & igneæ linguæ ſuper diſcipulos: ſed potius tamquam inſigurabilis, tamquam ſupra nubem aliquam auream latens, pingendus eſſet Deus, vnde effectus creationis prouenirent, ut vel ſic erudiretur plebs, quòd Deus eſt ſpiritus inſigurabilis, ſicut Moyſes abſque ſedente ſedem impoſitam angelis ſtatuens, Deum intelligi & coli ſuper omnia quieſcentem, regnantem, proſpicientem ac iudicantem ordinauit ſapientiſſime. Imagines enim codices ſunt populorum, & propterea a multis reprehendũtur, tamquam occaſionem errandi præbentes, quantum eſt ex ſe. Et verum dicerent, niſi conditiones prædictæ excuſarent actum, vt dictum eſt.

¶ Et per hæc patet reſpõſio ad obiecta, quoniam aliqualiter omnia verum cõcludunt, dum Dei imagines ſolitarie propoſitæ diſſonant & auctoritate fultæ eccleſiaſticæ conſuetudinis, ſecuritateq; ab errore concurrente, cum origine a ſacra Scriptura in toto vel parte, honeſtantur.

¶ *Super Quæſtionis vigeſimæquintæ Articulum quartum.*

Titulus de cruce Chriſti loquitur, ſiue illa in qua paſſus eſt Chriſtus, ſiue quacumque alia, vt eſt crux Chriſti.

¶ In corpore articuli duæ ſunt partes. Primo, determinatur in communi de re honorata, & qualitate adorationis. Et dicuntur quatuor. Primum eſt, Soli rationali naturæ debetur honor, intellige ratione ſui. Secundum eſt, Creaturæ inſenſibili non debetur honor, niſi ratione rationalis naturæ. Tertium eſt, dupliciter creaturæ inſenſibili ratione naturæ rationalis honor debetur, vel ratione repræſentationis, vel ratione coniunctionis quomodolibet, declaratur hoc exemplis imaginis, & veſtis regiæ. Quartum eſt, Vtroque modo eadem exhibetur reuerentia, quę exhibetur & regi. In ſecunda parte reſpondetur in ſpeciali de cruce Chriſti, diſtinguendo, vel de cruce illa, in qua Chriſtus pependit: vel de quacumq; alia. Et de prima quidem reſpondetur vna concluſione habẽte duas partes, quòd eſt veneranda vtroque modo, & adoratione latriæ, qua Chriſtus adoratur, & declaratur quo ad ſingula clare. De cruce vero Chriſti in quacumque alia materia reſpondetur, quòd eſt adoranda etiam latria, inquantum repræſentatiua Chriſti, ſicut Chriſti crucifixi imago. Omnia clare patent in litera, aduertendo quòd allocutio crucis pro effectu affertur, adorationis eiuſdem, qua Chriſtus adoratur: ex eo enim quòd ipſam alloquimur quaſi Chriſtum, ſignum eſt, quòd ad ipſam vt Chriſtum nos recurrimus. Et propterea allocutio fit etiam ad crucem in omni materia, & non ad illam tantum, in qua Chriſtus pependit.

¶ Aduerte hic, quòd Durãdus vbi ſupra, & Ioan. Capreolus crediderunt Auctorem retractaſſe hic, quod in 3. ſenten. dixerat. ſ. crucem illam, in qua pependit Chriſtus, eſſe adorandam non ſolum vt imaginem Chriſti latria, ſed vt quandam rem Chriſti hyperdulia, quaſi crux illa Chriſti non ſit capax adorationis, vt eſt quædam res Chriſti. Parcant mihi Domini iſti: non retractauit, ſed magnificauit hic Auctor doctrinam ibi traditam, quoniam crucem illam vt quandam Chriſti rem per contactum, ibi hyperdulia, hic latria adorandam dixit. Hoc enim patet non eſſe reuocationem dicti, quòd crux illa vt quædam Chriſti res eſt veneranda, ſed magnificationem illius dum ab hyperdulia ad latriam aſcenditur.



Vtrumque autem venerantur homines eadem veneratione, qua venerantur & regem. Si ergo loquamur de ipſa cruce, in qua Chriſtus crucifixus eſt, vtroque modo eſt a nobis veneranda: vno ſcilicet modo, inquantum repræſentat nobis figuram Chriſti extẽſi in ea: alio modo ex contactu ad membra Chriſti, & ex hoc quòd eius ſanguine eſt perfuſa. Vnde vtroque modo adoratur eadem adoratione cum Chriſto, ſcilicet [d] adoratione latriæ. Et propter hoc etiã crucem alloquimur, & deprecamur quaſi ipſum crucifixum. Si vero loquamur, de effigie crucis Chriſti in quacumque alia materia (puta, lapidis vel ligni, argenti vel auri) ſic veneramur crucem tantum, vt imaginem Chriſti, quã veneramur adoratione latriæ, vt ſupra dictum eſt*.

Ar. præc.

Ad primvm ergo dicendũ, quòd in cruce Chriſti quantum ad intẽtionem, vel opinionem infideliũ cõſideratur opprobriũ Chriſti: ſed quantum ad effectum noſtræ ſalutis conſideratur virtus diuina ipſius, quæ de hoſtibus triumphauit, ſecundum illud Coloſſ. 2. Ipſum tulit de medio, affigens illud cruci, & ſpolians principatus, & poteſtates, traduxit confidenter, palam triumphãs illos in ſemetipſo. Et ideo dicit Apoſtolus 1. ad Corint. 1. Verbum crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt: his autem, qui ſalui fiunt, ideſt nobis, virtus Dei eſt.

Ad 2[m] dicendum, quòd crux Chriſti, licet non fuerit vnita verbo Dei in perſona: fuit tamẽ ei vnita aliquo alio modo, ſcilicet per repræſentationẽ & contactũ. Et hac ſola ratione exhibetur ei reuerẽtia.

Ad 3[m] dicendum, quòd quantum ad rationem contactus membrorum Chriſti, adoramus non ſolum crucem, ſed etiam omnia quæ ſunt Chriſti. Vnde Dama. * dicit in 4. lib. pretioſum lignum vt ſanctificatum tactu ſancti corporis & ſanguinis, decenter adorãdum clauos, indumenta, lanceam, & ſacra eius tabernacula, quæ ſunt præſepe, ſpelunca, & huiuſmodi. Iſta tamen non repræſentant imaginem Chriſti, ſicut crux, quæ dicitur ſignum filij hominis, quod apparebit in cælo, vt dicitur Mat. 24. Ideoque mulieribus dixit angelus, Ieſum quæritis nazarenum crucifixum: non dixit lanceatum, ſed crucifixum. Et inde eſt quòd crucem Chriſti veneramur in quacumque materia, non autem imaginem clauorum, vel quorumcũque huiuſmodi.

Li. 4. ca. 12. circa med.

## Articvlvs V.

*Vtrum mater Chriſti ſit adoranda adoratione latriæ.*

2.2. q. 103. a. 4. ad 2. Et 3. di. 9. q. 1. ar. 2. q. 3.

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur quòd mater Dei ſit adorãda adoratione latriæ. Videtur enim idẽ honor eſſe exhibendus matri regis, & regi, vnde dicitur 2. Reg. 2. quòd poſitus eſt thronus matri Regis, quæ ſedit ad dexteram eius. Et Aug. dicit in ſermone de Aſſumptione, * Thronũ Dei, & thalamum Domini cæli, atque tabernaculum Chriſti dignum eſt ibi eſſe, vbi eſt ipſe: ſed Chriſtus adoratur adoratione latriæ. ergo & mater eius.

In lib. de aſſumptione beatæ Mariæ c. 6. circa medium tom. 9.

¶ 2 Præt. Dama. † dicit in 4. lib. ꝙ honor matris refertur ad filium: ſed filius adoratur adoratione latriæ. ergo & Mater.

Li. 4. ca. 15. poſt mediũ.

¶ 3 Præt. Coniunctior eſt Chriſto mater eius, quàm crux: ſed crux adoratur adoratione latriæ. ergo & mater Chriſti eſt adoratione latriæ adoranda.

Sed contra eſt, quòd mater Dei eſt pura creatura. nõ ergo ei debetur adoratio latriæ.

Respon. Dicendum, quòd quia latria ſoli Deo debetur, nulli creaturæ debetur latria, prout creaturam ſecundum ſe veneramur. Licet autem creaturæ inſenſibiles, non ſint capaces venerationis ſecundum ſeipſas, creatura tamen rationalis eſt capax venerationis ſecundum ſeipſam. & ideo nulli puræ creaturæ rationali debetur cultus latriæ. Cum igitur beata Virgo ſit pura creatura rationalis, non debetur ei adoratio latriæ: ſed ſolum veneratio duliæ, eminẽtius tamen quàm ceteris creaturis, inquantum ipſa eſt mater [a] Dei. & ideo dicitur quòd debetur ei non qualiſcũq; dulia, ſed hyperdulia.

D. 844.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ matri regis non debetur æqualis honor honori, qui debet regi:

*[Commentary]*

tria non minus quàm crux Chriſti, quia intrinſece fuit illi coniuncta. ergo etiam nunc vt res coniuncta Chriſto, adoranda eſt latria, & ſecundum ſeipſam, hyperdulia. Et confirmatur, quia iam dictum eſt, quòd non inconuenit vnam & eandem perſonam adorari duplici adoratione.

¶ *Super Quæſtionis vigeſimæquintæ Articulum quintum.*

In corpore ar. vnica concluſio, habẽs duas partes: beata virgo eſt adoranda nõ latria, ſed hyperdulia. Probatur primo pars negatiua. Nulli rei venerabili ſm ſe, niſi ſoli Deo debetur latria. ergo nulli puræ creaturæ rõnali. ergo beatæ Virgini non debetur latria. Antecedens in illa particula, venerabili ſecundum ſe, excludit & creaturas inſenſibiles (quales ſunt imagines & cruces, quæ non ſunt ſecundum ſe venerabiles) excludit & humanitatem Chriſti, quæ ſecundum ſe non eſt venerabilis, vt res adorata, vt patet ex dictis ſuperius. Ambo enim adorantur latria, vt patet ex antedictis. & ideo in litera, apponitur ly puræ, cum dicitur puræ creaturæ. Conſequẽtia prima probatur, quia creatura rationalis eſt capax ſecundum ſe honoris: ſecunda autem, quia beata Virgo, eſt pura creatura rationalis. Secunda autem pars probatur, quia veneranda eſt eminentius creaturis ceteris, quia eſt mater Dei.

¶ In hoc articulo & ſpecialiter in reſpõſione ad tertiũ, dubiũ occurrit, quia non debet eſſe minoris cõditionis res veneranda ſecundũ ſe & ſecũdũ aliud, quàm ſi eſſet ſolum veneranda ſecundũ aliud, quoniam venerabilitas ſecundũ ſe, non eſt conditio diminuens rationẽ venerabilitatis: ſed beata Virgo ſi non eſſet venerabilis ſecundum ſe, ſed ſolũ ratione Chriſti, vt crux, adoraretur latria non minus quàm crux Chriſti, quia intrinſece fuit illi coniuncta.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ licet venerabilitas ſecundum ſe, non diſtrahat rationem venerabilitatis, immo eſt pfectior differentia eius, diſtrahit tamen rationem venerabilitatis ratione alterius, ita ꝙ venerabile ratione alterius, diſtrahitur per venerabile ſecũdum ſe. Exemplũ, per ſe ſubſiſtere nõ diſtrahit rationẽ entis, ſed eſt perfectior illius modus, ſed diſtrahit rationem entis in alio, puta, accidentis. Et ideo cum latria inter creaturas debeatur ſoli venerabili ratione alterius, conſequens eſt quòd quodcumque creatum eſt ſecundum ſe venerabile, non ſit ratione alterius venerabile latria.

¶ Et ſi contra hoc inſtetur, quòd diſtractio iſta eſt vera in eſſentialibus, nõ autem in accidentaliter coniunctis, qualiter iunguntur duæ rationes adorabilitatis, in vna perſona, reſpondeatur, quòd nos non dicimus oppoſitum, ſed reſpondemus argumento de conditione diſtrahente.

¶ Ad materiam autem dicimus, cum Auctore in artic. 3. ad 3. quòd occaſio erroris vitanda facit vt rationalis creatura non adoretur, vt imago Dei: & pari ratione, vt res coniuncta Chriſto, ne ſcilicet, motus adorationis ſiſtat in rationali natura ſecundum ſe. Quocirca, ſicut perſonam Chriſti, non niſi latria veneramur, ad euitandum errorem recurrentium ad Chriſtum, vt putam creaturã, ita perſonam beatæ Virginis ſola hyperdulia honoramus, ad euitandum errorem eorum, qui latriam terminarent ad beatam Virginem ſecundum ſe. Non enim plebs tantum penetraret, vt ado-

adoraret latria Chriſtum in beata Virgine: & ſeorſum adoraret hyperdulia ipſam ſecundum ſe beatam Virginē, ſine qua diſcretione error accideret. & ideo ſimpliciter dicitur, quòd non eſt adoranda latria, ſed hyperdulia.

In argu. 1.

debetur tamen ei quidam honor conſimilis ratione cuiuſdam excellentiæ. Et hoc ſignificant auctoritates * inductæ.

AD 2m dicendum, ꝙ honor matris refertur ad filiū, quia ipſa mater eſt propter filium adorāda: nō tamen eo modo, quo honor imaginis refertur ad exemplar, quia ipſa imago prout in ſe conſideratur vt res quædā, nullo mō eſt venerāda.

AD 3m dicendum, quòd crux non eſt capax venerationis prout in ſe conſideratur, vt dictū eſt*: ſed beata Virgo ſ͠m ſeipſam eſt venerationis capax. & iō nō eſt ſimilis rō.

Art. præce.

¶ *Super Quæſtionis uigeſimæquintæ Articulum ſextū.*

TItul⁹ hic clariſſimus eſt.

¶ In corpore articuli, vnica eſt cōcluſio dupliciter probata. Concluſio eſt, Reliquias ſanctorum qualeſcumque congruo honore venerari debemus, & præcipue eorum corpora. Probatur primo: Affectus alicui, uenaratur etiā illa, quæ de *ipſo poſt mortem* relinquuntur, ſed ſanctos dei veneramur. ergo eorū reliquias venerari debemus, & præcipue eorum corpora. Maior probatur, auctoritate Auguſtini. Minor ꝑbatur ex quatuor: quia ſancti ſunt Chriſti mēbra, quia dei filii, quia amici, quia noſtri interceſſores. Pars autem ſpecificata in concluſione. ſ. præcipue eorū corpora, manifeſtatur ex tribus: quia tēpla Spiritusſancti inhabitantis: quia organa Spiritusſancti operātis ꝑ ea fuerūt: quia ſunt corpori Chriſti configuranda. Secundo probat concluſio, quia deus ſanctorum reliquias honorat. miraculis. ergo & nos debem⁹ honorare.

2.2.q.96.a. 4.3.

Cap. 73. in prin. habetur iter opera Aug. tomo.3.

Li.1.ca.13. tom.5.

ARTICVLVS VI.

*Vtrum reliquiæ Sanctorum ſint adorandæ.*

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quòd Sanctorum reliquiæ nullo modo ſint adorandæ. Non enim eſt aliquid faciendum, quod poſſit eſſe occaſio erroris: ſed adorare mortuorum reliquias videtur ad errorem Gentiliū pertinere, qui mortuis hominibus honorificētiā impendebant. ergo nō ſunt ſanctorū reliquiæ adorandæ.

¶ 2 Præt. Stultum videtur rem inſenſibilem venerari: ſed ſanctorū reliquiæ ſunt inſenſibilia corpora. ergo ſtultum eſt eas venerari.

¶ 3 Præt. Corpus mortuum non eſt eiuſdem ſpeciei cum corpore viuo, & per cōſequens non videtur eſſe numero idem. ergo videtur ꝙ poſt mortem alicuius ſancti corpus eius non ſit adorandum.

SED CONTRA eſt, quod dicit in li. de Eccleſiaſticis dogmatibus * Sanctorum corpora, & præcipue beatorū martyrum reliquias, acſi Chriſti membra, ſynceriſſime honoranda. ſ. credimus. Et poſtea ſubditur, Si quis contra hanc ſententiam velit eſſe, non chriſtianus, ſed Eugnominianus & Vigilantianus creditur.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut Aug. dicit in li. de ciui. Dei †. Si paterna veſtis & anulus, ac ſi quid eſt huiuſmodi, tāto carius eſt poſteris, quanto erga parentes eſt maior affectus, nullo modo ipſa ſpernenda ſunt corpora, quæ vtiq; multo familiarius atque cōiunctius, q̄ quælibet indumēta geſtamus. hæc enim ad ipſam naturā hominis pertinent. Ex quo patet, quòd qui habet affectum ad aliquem, etiam ea, quæ de ipſo poſt mortem relinquuntur, veneratur, non ſolum corpus aut partes corporis eius, ſed etiam aliqua exteriora, puta, veſtes, & ſimilia. Manifeſtum eſt autem, quòd ſanctos dei in veneratione habere debemus, tamquam membra Chriſti, Dei filios, & amicos, & noſtros interceſſores. Et

F ideo eorum reliquias qualeſcumque, honore cōgruo in eorum memoriam venerari debemus, & pręcipue eorum corpora, quę fuerunt templa & organa Spiritusſancti in eis habitantis & operātis, & ſunt corpori Chriſti configurāda per glorioſam reſurrectionē, Vnde & ipſe deus huiuſmodi reliquias conuenienter honorat, in eorum* præſentiam miracula faciēdo.

*Alias, præſentia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hæc fuit ratio Vigilantij, cuius verba introducit Hiero. † in lib. quem contra eum ſcribit, dicentis, Prope ritum Gentilium videmus ſub prætextu religionis introductū, puluiſculum neſcio quem in modico vaſculo, pretioſo linteamine circundatum oſculantes adorant. Contra quem Hiero. dicit in Epiſtola ad Riparium, *Nos non dico Martyrum reliquias, ſed nec ſolem nec lunam nec angelos adoramus. ſ. adoratione latriæ: honoramus autem reliquias martyrum, vt eum cuius ſunt martyres, adoremus: honoramus ſeruos, vt honor ſeruorum redundet ad dominum. Sic ergo honorando reliquias ſanctorum, non incidimus in errorem gentilium, qui cultum latriæ mortuis hominibus exhibebant.

In epiſt. ad Riparium ꝑcul à pri. tom. 3.

G

Incipiens, Acceptis primum literis tuis, tomo. 3. habetur nō procul à prin.

AD 2m dicendum, quòd corpus illud inſenſibile non adoramus propter ſeipſum: ſed propter animā, quæ fuit ei vnita, quæ nunc fruitur deo; & propter deum, cuius fuerunt miniſtri.

AD 3m dicendum, quòd corpus * mortui alicuius ſancti nō eſt idem numero quod primo fuit dū viueret, propter diuerſitatem formæ, quæ eſt anima: eſt tamen idem, identitate materiæ, quæ eſt iterum ſuæ formæ vnienda.

H

*Alias, mortuum. D. 424. & 1096.

*QVÆSTIO XXVI.*

*De eo, quòd Chriſtus mediator Dei & hominum dicitur, in duos articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de hoc, quòd dicitur Chriſtus Dei & hominū mediator.

I

Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primo, Vtrū eſſe mediatorē Dei, & hominū, ſit proprium Chriſto.

¶ Secundo, Vtrum hoc conueniat ei, ſecūdum humanā naturam.

ARTICVLVS I.

*Vtrum eſſe mediatorem Dei & hominum, ſit proprium Chriſto.*

K

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd eſſe mediatorē dei & hoīum, nō ſit propriū Chriſto. Sicut. n. ſacerdos, ita & propheta videtur eſſe mediator inter deū & homines: ſ͠m illud Deut. 5. Ego illo tempore ſequeſter fui & medius inter deū & vos: ſed eſſe prophetā & ſacerdotē, nō eſt propriū Chriſto. ergo etiā eſſe mediatorē.

¶ 2 Præt. Illud, quod conuenit angelis bonis & malis, non poteſt dici eſſe proprium Chriſto: ſed eſſe me-

¶ *Super Quæſtionis uigeſimæſextæ Articulum primum.*

TItulus clarus eſt.

¶ In corpore articuli ſunt duæ concluſiones. Prima eſt: eſſe mediatorē inter Deum & homines, ſimpliciter ſeu perfectiue, eſt proprium Chriſto. Secūda eſt: Nihil ꝓhibet alios dici mediatores ſecundum quid, ſcilicet, diſpoſitiue vel miniſterialiter. prima concluſio probatur: Vnire homines Deo, perfectiue conuenit ſoli Chriſto. ergo ſolus Chriſtus eſt perfectus mediator dei & hominum. Antecedens probatur: quia per mortem ſuam mundum deo recōciliauit: & Apoſtolus dicit, Deus erat in Chriſto mundum, ſibi reconcilians. Conſequentia vero probatur, & ratione: quia mediatoris officiū eſt mediare, inter eos, inter quos eſt mediator, probatur: quia in medio vniuntur

3. diſt. 5. quæ. Et opuſc. 22. Et 60. c. 11. Gal. 3. fi.



vniuntur extrema. Et auctoritate Apoſto. quia cum dixiſſet, Mediator &c. ſubiunxit, Qui dedit &c. Secunda cō cluſio vt clara relinquitur, quia cooperātur aliqui ad vnionem.

Cap. 4. non multū procul à princ.

dium inter deum & homines, cōuenit angelis bonis, vt Dionyſ. dicit 4. cap. de diui. nomi. * conuenit etiam angelis malis. i. dęmonibus: habent enim quædam communia cum Deo. ſ. immortalitatem, quædam cum hominibus. ſ. ꝙ ſunt animo paſſiui, & per conſequens miſeri, vt patet per Aug. in 9. de ciui. dei. † ergo eſſe mediatorem Dei, & hominum non eſt proprium Chriſto.

Li. 9. c. 8. 10. 5.

¶ 3 Præt. Ad officium mediatoris pertinet interpellare ad vnum eorum, inter quos eſt mediator pro altero: ſed Spiritusſanctus, ſicut dicitur Rom. 8. interpellat pro nobis ad deum gemitibus inenarrabilibus. ergo Spiritusſanctus eſt mediator inter Deum & homines. non ergo eſt proprium Chriſto.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur 1. ad Timo. 2. Vnus eſt mediator dei & hominum, homo Ieſus Chriſtus.

RESPON. Dicendum, quòd ad mediatoris officiū proprie pertinet, coniungere & vnire eos, inter quos eſt mediator: nam extrema vniuntur in medio. Vnire autē homines deo, perfectiue quidem conuenit Chriſto, per quem homines ſunt reconciliati deo, ſecundum illud 2. ad Corint. 5. Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi. & ideo ſolus Chriſtus eſt perfectus Dei & hominum mediator, inquantum per ſuam mortem humanum genus deo reconciliauit. Vnde cum Apoſto. dixiſſet, Mediator Dei & hominū homo Chriſtus Ieſus, ſubiunxit, Qui dedit ſemetipſum redēptionem pro oībus. Nihil tamen prohibet aliquos alios ſecundum quid dici mediatores, inter Deum & homines, prout. ſ. cooperantur ad vnionem hominum cum deo diſpoſitiue vel miniſterialiter.

D. 864.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ prophetæ & ſacerdotes veteris teſtamenti, dicti ſunt mediatores inter deum & homines diſpoſitiue, & miniſterialiter, inquantum. ſ. pręnuntiabant & præfigurabant verū, & perfectum Dei & hominum mediatorem. Sacerdotes vero noui teſtamenti poſſunt dici mediatores Dei & hominum, inquantum ſunt miniſtri veri mediatoris, vice ipſius ſalutaria ſacramenta hominibus exhibentes.

AD 2m dicendum, quòd angeli boni, vt Aug. dicit in 9. de ciui. Dei*, non recte poſſunt dici mediatores inter Deum & homines. Cum enim vtrumque habeant commune cum Deo & beatitudinē & immortalitatem, nihil autem horum cum hominibus miſeris & mortalibus, quomodo non potius remoti ſunt ab hominibus, Deoq́, coniuncti, quàm inter vtroſq; medij conſtituti? Dion.* tamen dicit eos eſſe medios, quia ſecundum gradum naturæ ſunt infra Deum & ſupra homines conſtituti, & mediatoris officiū exercēt, nō quidē principaliter & perfectiue, ſed miniſterialiter & diſpoſitiue. Vnde Mat. 4. dicitur, ꝙ acceſſerunt angeli, & miniſtrabant ei. ſ. Chriſto. Dæmones autem habent communem cum Deo immortalitatē, cum hominibus autem miſeriam: ad hoc enim ſe interponit medium dæmon immortalis & miſer, vt ad immortalitatē beatā tranſire non ſinat: ſed perducat ad miſeriā immortalē. Vnde eſt ſicut malus medius, qui ſeparat amicos. Chriſtus autem habuit communem cum Deo beatitudinem, cum hominibus autē mortalitatem: & ideo ad hoc ſe interpoſuit mediū, vt mortalitate tranſacta & ex mortuis faceret immortales (quod in ſe reſurgendo monſtrauit) & ex miſeris

Lib. 9. & li. 14. ca. 15. à medio to. 5

Loco citato in argu.

A beatos, vnde numquam ipſe diſceſſit: & ideo ipſe eſt bonus mediator, qui reconciliat inimicos.

AD 3m dicendum, quòd Spiritusſanctus cum ſit per omnia Deo æqualis, non poteſt dici medius vel mediator inter Deum & homines: ſed ſolus Chriſtus, qui licet ſecundum diuinitatem æqualis ſit Patri, tamen ſecundum humanitatem minor eſt patre, vt ſupra dictum * eſt. Vnde ſuper illud ad Gal. 3. Chriſtus eſt mediator. dicit gloſ. *Non pater nec Spiritusſanctus. Dicitur autem Spiritus ſanctus interpellare pro nobis, quia ipſe interpellare nos facit.

Q. 20. ar. 1.

† Implicite habetur in glo. ordinaria. ibi.

B

ARTICVLVS II.

*Vtrum Chriſtus, ſecundum quòd homo, ſit mediator Dei & hominum.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ Chriſtus nō ſit mediator dei & hominum, ſecundū ꝙ homo. Dicit *. n. Aug. in li. cōtra Felicianum: Vna eſt Chriſti perſona, ne ſit non vnus Chriſtus, non vna ſubſtantia, nec mediatoris diſpenſatione ſubmota, aut dei tantū dicatur aut hominis filius: ſed non eſt dei & hominis filius, ſecūdum ꝙ homo, ſed ſimul ſecundū ꝙ deus & homo. ergo neque dicēdum eſt, ꝙ ſit mediator dei & hominum ſolum ſecūdum ꝙ homo.

C

3. di. 19. ar. 5. q. 2. Et 4. di. 43. ar. 2. q. 1. co. Et diſ. 48. q. 1. ar. 2. Et veri. q. 29. art. 5. ad 5. Et 1 Tim. 2. l. 1. fi. Et 2. Timo. 2.

Ca. 10. parū ante medium to. 6.

¶ 2 Præt. Sicut Chriſtus, inquantū eſt deus, cōuenit cum Patre & Spirituſancto, ita inquantū eſt homo, conuenit cum hominibus: ſed propter hoc, ꝙ inquantum eſt Deus, conuenit cum Patre & Spirituſancto, non poteſt dici mediator, inquātum eſt deus, quia ſuper illud 1. ad Timo. 2. Mediator Dei & hominum &c. dicit gloſſ. † Inquantū eſt verbum non medius eſt, quia æqualis eſt deo, & deus apud deū, & ſimul vnus deus. ergo nec etiā inquantum eſt homo, poteſt dici mediator, propter conuenientiam quam cum hominibus habet.

D

¶ 3 Præt. Chriſtus dicitur mediator inquātum reconciliauit nos deo: quod quidem fecit, auferendo peccatū, qđ nos ſeparabat a Deo: ſed auferre peccatum, conuenit Chriſto non inquantum eſt homo, ſed inquātum eſt deus. ergo Chriſtus, inquantum eſt homo, non eſt mediator, ſed inquantum eſt deus.

E

SED CONTRA eſt, quòd Aug. dicit * in li. 9. de ciui. Dei, Nō ob hoc mediator eſt Chriſtus, quia eſt verbum: maxime quippe immortale & maxime beatum verbum, longe a mortalib⁹ miſeris, ſed mediator eſt ſecundum quòd homo.

RESPON. Dicēdū, ꝙ in mediatore duo poſſum⁹ cōſiderare. Primo quidē rōnē medij: ſecūdo, officium coniūgendi. Eſt aūt de rōne medij,

¶ *Super Quæſtionis vigeſimæſextæ Articulum ſecundum.*

TItulus clarus. ¶ In corpore duo fiunt. Primo, ponuntur duæ conditiōes mediatoris, ſecundo, applicantur ad Chriſtum dupliciter, & ſecundū quòd de⁹ negatiue, & ſecundum quòd homo affirmatiue, & ſic reſpondetur quęſito. Chriſtus veriſſime dicitur mediator dei & hominum, ſecundum ꝙ homo. Omnia clara ſunt in litera, conſiſtit enim eius proceſſus in hoc: Mediator ſecundum duo quæ habet (ſcilicet eſſe medium & officium coniungendi extrema inter ſe) duas exigit conditiones: prima eſt diſtantia ab extremis, ſecunda eſt delatio ad extrema vtrimq; ex altero. Sed Chriſtus, ſecundum ꝙ deus, neutram habet, quia non diſtat a Deo in natura aut dominio: nec aliqđ Dei non ſuum deferre poteſt: ac per hoc, nihil poteſt deferre ex deo tanquā extremo. Sed ſecundum quòd homo, habet vtramq;: quia diſtat a Deo natura, & ab hominibus puris dignitate gratiæ & gloriæ, defert quoq; præcepta donaque Dei ad homines, & ſatisfactionē ac interpellationem ex hoībus ad deū, nō quaſi hæc ab hominib⁹ accipiat, ſed quia hæc vice hominū ipſe Deo offert, quod vocatur pro hoib⁹ offerre ac ſatisfacere. Nihilominus ſatisfactionē ex hominib⁹ quodā modo,

Eſt ſumpta ex Aug. li. 10. confeſſ. ca. 43. ante medium to mo. 1.

Li. 9. ca. 15. non procul a fine. to. 5.

modo accipit, pro quãto ex maſſa peccatrice, carne.ſ.humana ab Adam genita, naturam paſſibilem in qua ſatisfaceret aſſumpſit.

¶ In rñſione ad primum & tertiũ ſimul cõſidera diſcernẽdo rõnẽ ſpecificantẽ id, quo Chriſt⁹ mediat, aut ſatisfacit, & rõ[nem] cẽ vñ illud, quo efficax originaliter redidit ad mediandũ, & ſatisfaciendum, & merendum pro omnibus. Nam ſi ſpecificare aut determinare quæris naturã, qua Chriſtus meretur, mediat, & ſatiſfacit, proculdubio natura humana eſt, creatæ quippe naturæ ſunt act⁹ iſti. Sed ſi quæris, vnde natura creata tãti eſt, vt mediet, mereatur, & ſatisfaciat pro toto mũdo, ex gratia eſt vnionis, ex hypoſtaſi eſt diuina, quia.n. Chriſt⁹ vnigenitus eſt Patris, ideo per naturam aſſumptã ſatisfacit, meretur & mediat. Et hoc eſt quod in reſponſione ad primum, docemur, & doctrina ſuperius habita de efficacia ſatisfactionis & meriti Chriſti ſic applicanda eſt in reſponſione ad tertiũ. Et ſic oĩa conſonãt.

¶ *Primæ partis de Chr̃o tractat⁹ tertius.*

¶ Hic incipit tertius tractatus primę partis, quæ de Chriſto eſt, tractaturque hic vſque ad q. 39. de ſpectantibus ad ingreſſum Chriſti in mundum, vt clare patet in litera.

¶ *Super Quæſtionis uigeſimæſeptimæ Articulum primum.*

IN corpore duo fiũt, primo qualis notitia de hoc quæſito haberi poteſt, dicitur: ac per hoc mõſtratur via ad inueſtigandã veritatẽ cõcluſionis. ſecũdo per mõſtratam viã incedendo, reſpondetur quęſito vna concluſione affirmatiua. (In q. pręce.)

¶ Quo ad primũ via ſciẽdi nõ eſt ex ſacrę Scripturæ auctoritate in ſpecie, ſed rationabilibus ſacræ Scripturæ cõſonis, vt Aug. de Aſſumptione arguit.

¶ Quo ad ſecundũ concluſio eſt, Rationabiliter creditur beatam Virginem ſanctificatã ĩ vtero, probatur, Maiora gratię priuilegia beatæ Virgini conceſſa creduntur, quã alijs ſanctis: ſed quibuſdam ſanctis cõceſſa eſt ſãctificatio ĩ vtero. ergo. Maior probatur, tum quia mater futura erat Vnigeniti a Patre pleni gratia: tum quia Angelus dixit eã plenã gratia. Minor probatur de Hier. & Ioã. Baptiſta.

quòd diſtet ab vtroq; extremorũ: coniũgit autem mediator per hoc, quòd ea quæ vnius ſunt, defert ad alterum. Neutrum autem horum poteſt conuenire Chriſto ſecundũ quòd Deus, ſed ſolum ſecundum quòd homo. Nam ſecũdum quòd Deus, nõ differt a Patre & Spirituſancto in natura & poteſtate dominij. Nec etiã Pater & Spirituſſanctus aliquid habent quod non ſit filij, vt ſic poſſit id, quod eſt Patris vel Spiritusſancti quaſi quod eſt aliorũ, ad alios deferre: ſed vtrũque conuenit ei, inquãtum eſt homo: quia ſecundum quòd eſt homo, diſtat & a Deo in natura & ab hominibus in dignitate & gratiæ & gloriæ. Inquantum etiam eſt homo, conuenit ei coniungere homines deo, præcepta & dona dei, hominibus exhibendo, & pro hominibus Deo ſatisfaciendo, & interpellando: & ideo veriſſime dicitur mediator ſecundum quòd homo.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ſi ſubtrahatur diuina natura a Chriſto, ſubtrahetur per cõſequẽs ab eo ſingularis plenitudo gratiarum, quæ conuenit ei, inquantum eſt vnigenitus a patre, vt dicitur Ioan. 1. Ex qua quidem plenitudine habet, vt ſit ſuper omnes homines cõſtitutus, & propinquius ad Deum accedens.

AD 2^m^ dicendum, ꝙ Chriſtus, ſecundum quòd deus, eſt per omnia æqualis patri: ſed etiam in humana natura excedit alios homines. & ideo ſecundum ꝙ homo, poteſt eſſe mediator, non autem ſecundum quòd deus.

AD 3^m^ dicendũ, ꝙ licet auctoritatiue peccatum auferre cõueniat Chriſto ſecundum ꝙ eſt deus, tamen ſatisfacere pro peccato humani generis conuenit ei, ſecundum ꝙ eſt homo. Et ſecundum hoc dicitur dei & hominum mediator.

## QVAESTIO XXVII.

*De Beatæ uirginis Mariæ ſanctificatione, in ſex articulos diuiſa.*

POST prædicta, in quibus de vnione Dei & hominis, & de his quæ vnionẽ conſequuntur, tractatum eſt*, reſtat conſiderandum de his, quæ filius Dei incarnatus, in natura humana ſibi vnita geſſit vel paſſus ẽ: quæ quidem conſideratio quadripartita erit. Nam primo conſiderabimus de his, quæ pertinent ad ingreſſum eius in mundum. Secundo, de his quæ pertinẽt ad progreſſum vitæ ipſius in hoc mundo. Tertio, de exitu ipſius ab hoc mundo. Quarto, de his quæ pertinẽt ad exaltationem ipſius poſt hãc vitã.

¶ Circa primum quatuor conſideranda occurrunt. Primo quidem de conceptione Chriſti. Secundo, de ei⁹ natiuitate. Tertio, de eius circũciſione. Quarto, de ei⁹ baptiſmo.

¶ Circa conceptionem autem eius oportet primo, aliqua conſiderare quantum ad matrem concipientẽ: ſecundo, quantum ad modum conceptionis. tertio, quantum ad perfectionem prolis conceptæ.

¶ Ex parte autem matris occurrit conſiderandum, primo quidem de ſanctificatione eius: ſecundo, de virginitate eius: tertio de deſpõſatiõe eiuſdẽ: quarto de annuntiatione ipſius: quinto, de præparatione ipſius ad concipiendum.

### Circa primum quæruntur ſex.

¶ Primo, Vtrum beata uirgo mater Dei, fuerit ſanctificata ante natiuitatem ex vtero.

¶ Secũdo, Vtrum fuerit ſanctificata ante animationẽ.

¶ Tertio, Vtrum per huiuſmodi ſanctificationẽ fuerit ſibi totaliter ſublatus fomes peccati.

¶ Quarto, Vtrum per huiuſmodi ſanctificationẽ fuerit conſecuta, vt numquam peccaret.

¶ Quinto, Vtrum per huiuſmodi ſanctificationẽ adepta fuerit plenitudinem gratiarum.

¶ Sexto, Vtrum ſic ſanctificari, fuerit proprium ſibi.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum beata uirgo mater Dei, fuerit ſanctificata ante natiuitatem ex utero.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ beata virgo non fuerit ſanctificata ante natiuitatẽ ex vtero. Dicit enim Apoſto. 1. ad Cor. 15. Non prius quod ſpirituale eſt, ſed prius, quod eſt animale, deinde qđ eſt ſpirituale: ſed per gratiam ſanctificantem naſcitur homo ſpiritualiter in filium Dei ſecundum illud Ioã. 1. Ex deo nati ſunt. Natiuitas autem ex vtero, eſt natiuitas animalis. non ergo beata uirgo fuit prius ſanctificata, quàm ex vtero naſceretur. (3. di. 3. q. 1. ar. 1. q. 3. Et quol. 6. q. 5. ar. 1. cor. Et op. 3. c. 232. Et pſal. 45.)

¶ 2 Præt. Aug.* dicit in Epiſtola ad Dardanum: Sanctificatio qua efficimur templum dei, non niſi renatorũ eſt: nemo autem renaſcitur niſi prius naſcatur. ergo beata uirgo non fuit prius ſanctificata, quàm ex vtero naſceretur. (In epiſt. 57. a medio, tomo. 2.)

¶ 3 Præt. Quicumque eſt ſanctificatus per gratiam, eſt mũdatus a peccato originali & actuali. ſi ergo beata Virgo fuit ſanctificata ante natiuitatem ex vtero, conſequens eſt quòd tunc fuerit emundata ab originali peccato: ſed ſolum originale peccatum poterat eam impedire ab introitu regni cæleſtis. Si ergo tũc mortua fuiſſet, videtur quòd ianuam regni cęleſtis introiſſet, quod tamen fieri non potuit ante paſſionẽ Chriſti: habemus enim fiduciam in introitum ſanctorum per ſanguinem eius, vt dicitur Heb. 10. Videtur ergo quòd beata uirgo non fuerit ſanctificata antequã ex vtero naſceretur.

¶ 4 Præt. Peccatum originale contrahitur ex origine, ſicut peccatum actuale ex actu. Sed quamdiu aliquis eſt in actu peccandi, non poteſt a peccato actuali mundari. ergo etiam nec beata Virgo a peccato originali mundari potuit, dum eſſet adhuc in ipſo actu originis in materno utero exiſtens.

SED CONTRA eſt, quòd Eccleſia celebrat natiuitatem beatæ Virginis, non autem celebratur feſtum in Eccleſia niſi pro aliquo ſancto. ergo beata Virgo in ipſa ſua natiuitate fuit ſancta. fuit ergo in utero ſanctificata.

RESPON. Dicendum, quòd de ſanctificatione beatæ Mariæ, quòd ſcilicet fuerit ſanctificata in utero, nihil in Scriptura canonica traditur, quæ etiã nec de eius natiuitate mentionem facit: ſicut tamen Aug.* in ſermone de Aſſumptione ipſius Virginis, rationabiliter argumentatur, quòd cum corpore ſit aſſumpta in cælum (quod tamen Scriptura non tradit) ita etiam rationabiliter argumentari poſſumus, quòd fuerit ſanctificata in utero. Rationabiliter enim creditur, quòd illa quæ genuit Vnigenitum a Patre, plenum gratiæ & ueritatis, præ omnibus aliis maiora priuilegia gratiæ acceperit. Vnde, ut legitur Luc. 1. Angelus ei dixit, Aue Maria gratia plena. Inuenimus autem quibuſdam aliis hoc priuilegialiter eſſe conceſſum, ut in utero ſanctificarẽtur, ſicut Hieremias, cui dictum eſt, Hieremię 1. Antequam exires de uulua, ſanctificaui te, & ſicut Ioannes Baptiſta, de quo dictum eſt Luc. 1. Spiritu ſancto replebitur adhuc ex utero matris ſuæ. Vnde rationabiliter creditur, quòd beata Virgo ſanctificata fuerit antequàm ex utero naſceretur. (In lib. de aſſumptione beatæ Mariæ c. 6. præ cipue to. 9) (D. 145.) (D. 143.)

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd etiam in beata Virgine prius fuit id quod eſt animale, & poſt id qđ eſt ſpirituale, quia prius fuit ſecundum carnem concepta, & poſtea ſecundum Spiritum ſanctiſicata.

AD 2^m^ dicendum, quòd Aug. loquitur ſecundũ legem communem, ſecundum quam per ſacramenta nõ regenerantur aliqui niſi prius nati: ſed Deus huic legi ſacramentorum, potentiam ſuam nõ alligauit, quin aliquibus ex priuilegio gratiam ſuam conferre poſſit, antequam naſcantur ex utero.

AD 3^m^ dicẽdum, quòd beata Virgo ſanctificata fuit in utero a peccato originali, quantum ad maculã perſonalem, non tamen fuit liberata a reatu, quo tota natura tenebatur obnoxia, ut ſcilicet non intraret in paradiſum niſi per Chriſti oſtiũ,* ſicut & de ſanctis patribus dicitur, qui fuerunt ante Chriſtum. (D. 370.) (*Alias hoſtiam.)

AD 4^m^ dicendum, quòd peccatum originale trahitur ex origine, inquantum per eam communicatur humana natura, quam proprie reſpicit peccatum originale, quod quidem fit quando proles concepta animatur. Vnde poſt animationem nihil prohibet prolẽ conceptam ſanctificari: poſtea enim non manet in materno utero ad accipiendam humanam naturam, ſed ad aliqualem perfectionem eius, quod iam accepit.



¶ *Super Quæſtionis uiceſimæſeptimæ Articulum ſecundum.*

TItulus clarus ẽ de animatione ſecundum animam rationalem intellectus.

¶ In corpore art. eſt una concluſio cũ vno corollario. Concluſio eſt reſpõſiua quæſito directe, beata uirgo non fuit ſanctificata ante animationem. Corollariũ eſt, beata Virgo fuit ſanctificata poſt animationem. Concluſio probatur dupliciter, primo ſic, Sanctificatio de qua loquimur, eſt emundatio a peccato originali. ergo eſt per gratiam. ergo in ſola creatura rationali. ergo non ante infuſionem animæ rationalis. Antecedens declaratur ex Dionyſi. Sanctitas eſt perfecta munditia. Prima conſequentia probatur, quia culpa non emũdatur, niſi per gratiam. Secunda uero, quia ſola creatura rationalis eſt ſubiectum gratiæ. Secundo, ducendo ad inconueniens ſic. Proles concepta ante infuſionẽ animæ rationalis non eſt culpæ obnoxia. ergo quocumque modo ante animationem beata Virgo ſanctificata fuiſſet, non incurriſſet originalis peccati maculam. ergo non indiguiſſet redemptione & ſalute, quæ eſt facta per Chriſtum: ſed hoc eſt inconueniens. ergo. Antecedens probatur, quia ſola creatura rationalis eſt ſuſceptiua culpæ. Prima conſequẽtia ut clara relinquitur. Secunda autem probatur auctoritate angeli Matth. 1. Ipſe ſaluum faciet a peccatis. Inconueniens conſequentis probatur auctoritate Apo. 1. ad Tim. 4.

¶ Aduerte hinc primo, quòd ſanctificatio poteſt dupliciter ſumi. Primo, ut eſt de contrario in contrarium, de immunditia ad munditiam, & ſic conſtat quòd eſt de peccato in gratiam. Secundo, ut eſt de negatio in affirmatum, de nõ ſancto in ſanctũ, de non gratia in gratiam. Et ſic non ſupponit peccatum, & inuenitur in Chriſto & angelis, angeli enim ſanctificati ſunt a Deo, qui numquam peccauerũt, & de ſeipſo dicit Chriſtus, quem Pater

(3. di. 3. q. 1. ar. 1. Et quol. 6. q. 5. ar. 1. cor. Et op. 3. c. 231. Et pręce.) (Libro. 1. in Luc. in tit. de turbati Zachariæ confirmat. Parum ante mediũ, t. 5.) (†c. 18. parũ a principio.) (Ar. 1. huius q. argu. Sed cont.) (c. 12. parum a principio.)

### ARTICVLVS II.

*Vtrum beata Virgo fuerit ſanctificata ante animationem.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd beata Virgo ſanctificata fuerit ante animationem: quia (ut dictum eſt*) plus gratiæ eſt collatum Virgini matri Dei, quàm alicui ſanctorum: ſed quibuſdam uidetur eſſe conceſſum, quòd ſanctificarẽtur ante animationẽ: quia ut dicitur Hierem. 1. Priuſquam te formarem in utero, noui te: non autem infunditur anima ante corporis formationem. Similiter etiã de Ioan. Bapt. dicit Ambr.† ſuper Luc. quòd nondum inerat ei ſpiritus uitæ, & iam inerat ei Spirit⁹ gratiæ. ergo multo magis beata Virgo ante animationẽ ſanctificari potuit.

¶ 2 Præt. Conueniens fuit (ſicut Anſel.* dicit in lib. de conceptu Virginali) ut illa Virgo ea puritate niteret, qua maior ſub Deo nequit intelligi. Vnde & Canticor. 4. dicitur, Tota pulchra es amica mea, et macula nõ eſt in te: ſed maior puritas fuiſſet beatæ Virginis, ſi numquam anima eius fuiſſet inquinata contagio originalis peccati. ergo hoc ei præſtitum fuit, ut antequã animaretur caro eius, ſanctificaretur.

¶ 3 Præt. Sicut dictum eſt,* non celebratur feſtum niſi de aliquo ſancto: ſed quidam celebrant feſtum conceptionis beatæ Virginis. ergo uidetur quòd in ipſa ſua conceptione fuerit ſancta, & ita quòd ante animationem fuerit ſanctificata.

¶ 4 Præt. Apoſtolus dicit Rom. 11. Si radix ſancta, & rami, radix autem filiorum ſunt parentes eorum. potuit ergo beata Virgo ſanctificari etiam in ſuis parentibus ante animationem.

SED CONTRA eſt, quod ea quę fuerunt in ueteri teſtamento ſunt figura noui, ſecundum illud 1. ad Corinthio. 10. Omnia in figura cõtingebant illis: ſed per ſanctificationem tabernaculi, de qua dicit in Pſalm. 45. Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus, uidetur ſignificari ſanctificatio matris Dei, quæ tabernaculum Dei dicitur, ſecũdum illud Pſal. 18. In ſole poſuit tabernaculum ſuum. De tabernaculo autem dicitur, Exod. ultim. Poſtquam cuncta perfecta ſunt, operuit nubes Tabernaculum teſtimonii, & gloria Domini impleuit illud. ergo etiam beata Virgo non fuit ſanctificata niſi poſtquàm cuncta eius perfecta ſunt, ſcilicet et corpus & anima.

RESPON. Dicendum, ꝙ ſanctificatio beatæ Virginis, non põt intelligi ante eius animationem, duplici ratione. Primo quidẽ, quia ſanctificatio, de qua loquimur, nõ eſt niſi emundatio a peccato originali, ſanctitas.n. eſt pfecta munditia, ut Diony.* dicit in 12. cap. de Diui. no. Culpa autem non poteſt emundari niſi per gratiam, cuius ſubiectũ eſt ſola

creatura rationalis. Et ideo ante infuſionem animæ rationalis beata Virgo ſanctificata non fuit. Secundo, quia cum ſola creatura rationalis ſit ſuſceptiua culpæ, ante infuſionem animæ rationalis proles concepta, non eſt culpæ obnoxia. Et ſic quocumque modo ante animationem beata Virgo ſanctificata fuiſſet, numquam incurriſſet maculam originalis culpæ, & ita non indiguiſſet redemptione, & ſalute, quæ eſt per Chriſtum, de quo dicitur Matth. 1. Ipſe ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum. Hoc autem inconueniens eſt, quòd Chriſtus non ſit ſaluator omnium hominum, vt dicitur primæ ad Timot. Vnde relinquitur, quòd ſanctificatio beatæ Virginis fuerit poſt eius animationem.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd Dominus dicit, ante formationem in vtero ſe Hieremiam nouiſſe, notitia ſcilicet prædeſtinationis, ſed ſanctificaſſe dicit eum non ante formationem, ſed antequam exiret de ventre. Quod autem Ambroſius* dicit, quòd Ioanni Baptiſtæ nondum inerat ſpiritus vitæ, cum iam habebat ſpiritum gratiæ, non eſt intelligendum, ſecundum quòd ſpiritus vitæ dicitur anima viuificans, ſed ſecundum quòd ſpiritus vitæ dicitur aer exterius reſpiratus: vel poteſt dici, quòd nondum inerat ei ſpiritus vitæ, ideſt anima, quantum ad manifeſtas & completas operationes ipſius.

Ad 2m dicendum, quòd ſi numquam anima beatæ Virginis fuiſſet contagio originalis peccati inquinata, hoc derogaret dignitati
G Chriſti, ſecundum quam eſt vniuerſalis omnium ſaluator. Et ideo ſub Chriſto, qui ſaluari non indiguit, tamquam vniuerſalis ſaluator, maxima fuit beatæ[d] Virginis puritas. Nam Chriſtus nullo modo contraxit originale peccatum, ſed in ipſa ſui conceptione fuit ſanctus, ſecundum illud Luc. 1. Quod ex te naſcetur ſanctum, vocabitur Filius dei: ſed beata Virgo[d] con-
H traxit quidẽ originale peccatum, ſed ab eo fuit mundata, antequam ex vtero naſceretur. Et hoc ſignatur Iob. 3. vbi de nocte originalis peccati dicitur, Expectet lucem, ideſt Chriſtum, & nõ videat (quia nihil inquinatũ incurrit in illam, vt dicitur Sapien. 7.) nec ortum ſurgentis auroræ, ideſt beatæ Virginis, quæ in ſuo[d] ortu a peccato originali fuit immunis.

Ad 3m dicendum, quòd licet Romana eccleſia conceptionem beatæ Virginis non celebret, to-

Pater ſanctificauit, &c. In prima autem ratione hic allata ſumitur ſanctificatio primo gratia materiæ, quoniam ſermo eſt de ſanctificatione hominis deſcendentis ex commiſtione maris, & feminę: ſupponimus enim omnem huiuſmodi hominem peccatum originale contrahere, iuxta ſuperius determinata de peccato originali. Et propterea in litera dicitur, quòd ſanctificatio, de qua loquimur, eſt emũdatio a peccato originali. Et ex auctoritate Dio. accipiẽdo munditiã a contrario probat, ly ratione materiæ, probatur, quia perfecta munditia in tali materia ẽ emũdatio a peccato originali. ¶ Aduerte ſecũdo, ꝙ licet ſanctificatio ꝓprie ſumpta, vt ſcilicet pertingit ad proprium terminum ad quem, qui eſt gratia reddens creaturam impeccabilem ad minus mortaliter, ſumat̃ duobus antedictis modis, extenditur tamen ſanctificationis nomen (ſicut etiam extenduntur alia nõia multiplicia) ad ea quæ ad ſanctitatem præparãt, uel faciunt, & huiuſmodi. Et ꝓpterea Auctor in ſecunda ratione hic allata extenſo ſanctificationis nomine vtitur, dicẽs, Quocũq; modo ante animationem beata Virgo sãctificata fuiſſet. Ea autem neceſſitas ſecundæ rationis fuit, quia excluſo per primã rationem, quòd ante infuſionem rationalis animæ ſanctificata fuit proprie (quia non erat capax gratiæ) ſupererat excludere quòd tunc etiam, ſcilicet ante animationem non fuit ſanctificata illo modo, quo ille fœtus erat ſanctificationis capax, puta ꝙ mundaretur ab infectione ſeu contagione, quæ erat infectura aĩam rationalẽ ſibi infundẽdã. Et hoc per ſecũdã rationẽ directe excluditur, vt patet.

loco citato in argu.

¶ Circa ſecundam rationem dubium occurrit de illa conſequentia, ergo non indiguiſſet redemptione Chriſti. Nam videtur nõ valere ex eo, quòd multi cum ſint modi, quibus redemptio, & ſalus per Chriſtum fit etiam a peccato, ratio iſta vnum tantum modum excludens, quaſi omnes excluſerit, infert negatiuam totaliter, quòd non indiguiſſet redemptione Chriſti. Quòd autẽ non ſit vnicus tantum modus quo redemptio a peccato fit per Chriſtum, ex eo patet quòd vltra illum communem modum, quo ſaluat, delendo inuentam peccati maculam in anima, datur alius, quo tollendo contagionis labem a carne ſuſceptura animam, præſeruat a peccato animam, ne incurrat in illud. Ac per hoc, licet beata Virgo non indiguiſſet illo modo, ſcilicet per deletionem maculæ incurſæ, redimi & ſaluari per Chriſtum, indiguit tamen redimi & ſaluari per eundem, alio modo ſcilicet per emundationem infectionis fœtus, vt ſic præſeruaret̃ a culpa. ¶ Ad huius euidentiam aduertendum eſt, quòd aliud eſt perſonam beatæ Virginis indiguiſſe redimi a peccato per Chriſtum, & aliud eſt fœtum illum ante animæ infuſionem indiguiſſe ſanctificari per Chriſtum. Nam perſonam ipſam indigere ſaluari a peccato eſt liberari a peccato, quod habet vel haberet: oportet enim aut quòd habeat peccatum, vel quòd ſit in procinctu ſeu periculo habendi peccatum quiſquis eget ſaluari a peccato, ſi enim peccatum non habet, nec eſt in periculo habendi peccatum, ſaluari a peccato non indiget, vt patet. Fœtum autem egere ſanctificatione, eſt quia niſi ſanctificetur, immundus erit. Si beatæ igitur Virginis fœtus ſanctificatus fuiſſet ante infuſio-
F nem animæ rationalis, cum fœtus non ſit homo niſi per animam rationalem, non ipſa beata Virgo, quæ non erat adhuc: ſed fœtus ille indiguiſſet ſanctificari per Chriſtum, ſed ipſa beata Virgo fuiſſet concepta ſine peccato originali abſque quacumque alia gratia: ita quòd ex hoc ipſo, quòd anima ſua infuſa eſſet materiæ mundæ, originale peccatum non contraxiſſet, etiam ſi nulla ſuper appoſita fuiſſet gratia, ac per hoc ipſa beata Virgo non indiguiſſet gratia redemptionis ſeu ſaluationis a peccato per Chriſtũ factæ. Exẽplum, Apoſtolus Paulus quia natus eſt ciuis romanus, nũquam indiguit cæſarea gratia ad ciuilitatẽ romanã, quamuis aliquis ex patribus ſuis hac gratia indiguerit. Simile eſt in propoſito, quia licet caro antecedens perſonam beatæ Virginis indiguerit redimi tali modo ꝑ Chriſtũ, ipſa tamẽ beata Virgo, quia nata in vtero eſſet expers peccati abſque infuſa ſibi gratia præſeruante, ne incurreret, non indiguiſſet ſimpliciter & abſolute redimi ſeu ſaluari a peccato per Chriſtum. Et hinc habes, quòd ſi dicatur quòd beata Virgo indiguiſſet in carne præcedente redimi a peccato, quamuis non in ſe, hæc diſtinctio non obſtat dictis, quoniam indigere in an-
I tecedentibus non eſt ipſam indigere, ita quòd ly in antecedentibus, eſt conditio diminuens rationem indigentiæ perſonalis. Et propterea non valet conſequentia, indiguiſſet in ſui fœtus carne, ergo ipſa beata Virgo indiguiſſet. Eſt ergo ſimpliciter vera doctrina in litera tradita, quòd ſi beata Virgo fuiſſet ante infuſionem animæ ſanctificata, quòd non eguiſſet redemptione & ſalute a peccato facta per Chriſtum. Et bene nota, quòd non dicitur, quòd nõ indiguiſſet ſalute gratiæ aut gloriæ facta per Chriſtum, ſed ſalute a peccato, a qua dictus eſt Ieſus, hoc eſt ſaluator, vt Angelus reuelauit Ioſeph, dicens Mat. 1. Vocabis nomẽ eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum. Et per hæc patet reſponſio ad obiectionem, quoniam beatam Virginem in præcedente fœtu, vel parẽte &c. indigere redemptione, non eſt ipſam beatam Virginem indigere, ſicut
K Paulũ in ſuis parentibus indiguiſſe gratia, ciuilitatis Romanæ, non eſt Paulum illa indiguiſſe: ſed maiores ſuos indiguiſſe illa.

D.[illegible]

D.[illegible]

D.[illegible]

¶ Circa corollariũ, dubium occurrit, quia non videtur ſequi ex præmiſſis, Nam ex hoc quòd beata Virgo non fuit ſanctificata ante animationem, non ſequitur quòd ſanctificatio eius fuerit poſt animationem: ſtat enim quòd nec ante nec poſt, ſed in ipſo inſtãti infuſionis aĩæ fuerit ſanctificata, vt multi moderni tenẽt. ¶ Ad hoc dicitur, quòd aliud eſt diſcutere materiam hanc abſolute, & aliud inquantum ex hac litera infertur talis concluſio corrollarie. Nam abſolute loquendo, inter illas duas poſitiones extremas, ſcilicet quòd fuerit ſanctificata vel ante infuſionem animæ, vel poſt infuſionem animæ, eſt poſitio media quòd fuit ſanctificata in inſtanti infuſionis animæ. Cuius opinionis Auctor hic non meminit, quia tempore ſuo non erat adinuenta, omnibus communiter tenentibus beatam Virginem conceptam in peccato originali, & ideo vt videtur, reprobantibus ſanctificationem carnis eius ante infuſionem animæ, vt in hac litera patet. Et propterea loquendo ſecundũ præſentis literæ



lerat tamen conſuetudinem aliquarum eccleſiarum, illud feſtum celebrantium. Vnde talis celebritas non eſt totaliter reprobanda. Nec tamẽ per hoc, quòd feſtum conceptionis celebratur, datur intelligi, quòd in ſua conceptione fuerit ſancta: ſed quia quo tempore ſanctificata fuerit ignoratur, celebratur feſtum ſanctificationis eius potius quàm conceptionis in die conceptionis ipſius.

Ad 4m dicendum, quòd duplex eſt ſanctificatio. Vna quidem totius naturæ, inquantum ſcilicet tota natura humana ab omni corruptione culpæ, & pœnæ liberatur, & hæc erit in reſurrectione. Alia vero eſt ſanctificatio perſonalis, quæ non tranſit in prolem carnaliter genitam, quia talis ſanctificatio non reſpicit carnem, ſed mentem. Et ideo ſi parentes beatæ Virginis fuerunt mundati a peccato originali, nihilominus beata Virgo peccatum originale contraxit, cum fuerit concepta ſecundum carnis concupiſcentiam ex commiſtione maris, & feminę: dicit enim Auguſtinus* in libro de nuptiis, & concupiſcentia, omnẽ quæ de concubitu naſcitur, carnem eſſe peccati.

cap. 12. circa princip. tom. 7.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum per ſanctificationem fuerit beatæ Virgini fomes totaliter ſublatus.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd beata Virgo non fuerit emundata ab infe-
B ctione fomitis. Sicut enĩ pœna originalis peccati eſt fomes, qui conſiſtit in inferiorum virium rebellione ad rationem, ita etiam pœna originalis peccati eſt mors, & ceteræ pœnalitates corporales: ſed beata Virgo fuit ſubiecta huiuſmodi pœnalitatibus. ergo etiã fomes. ab ea totaliter remotus nõ fuit.

¶ 2 Præt. 2. ad Corinthios 12. dicitur, Virtus in infirmitate perficitur, & loquitur ibi de infirmitate fomitis, ſecundum quam patiebatur ſtimulum carnis: ſed ni-
C hil, quod pertinet ad perfectionẽ virtutis, fuit beatæ Virgini ſubtrahendum. ergo non fuit beatæ Virgini totaliter ſubtrahendus fomes.

¶ Præt. Damaſcenus * dicit, quòd in beatam Virginem ſuperuenit Spiritusſanctus purgans eam ante conceptionem filii dei, quod non poteſt intelligi niſi de purgatione

lib. 4. orth. fi. ca. 15.

literæ contextum, conſequentia tenet, quia a negatione ſanctificationis anterioris cum ſua ratione, quia ſcilicet contraxit peccatum originale, infertur quòd fuerit ſanctificata poſt animationem. Et clare patet quòd ſequela hæc eſt efficax, quoniam impoſſibile eſt in vno eodemque inſtanti contrahere peccatum originale, & ſanctificari ab illo. Stat ergo litera ſolida, quamuis non ſolicita de illa media opinione, tunc inopinabili. Quę hodie mulieribus, vulgo, affectuque nonnullorum pio, multorum autem induſtria ac quæſtu cogẽtibus ita præualuit, vt doctrinæ ſanctorum ęſtimata pietas præferatur, & quod in communi aſſeritur, in his ſcilicet, quæ credenda ſunt ſectandos magis eſſe antiquos doctores, quàm modernos, in hoc particulari poſt habetur, dum moderni antiquis, & non ſancti ſanctis præferuntur. Teſtatur autem erraticus hic proceſſus, ſimiles eſſe iſtos peccantibus ex ignorantia electionis, dum in vniuerſali ſcientes, applicando ad particulare, ab vniuerſali declinant. Verum opinio iſta media, quamuis noua, quãuis aliena a doctrina antiquorum doctorum, & a doctrina ſanctorum communiter, quia tamen nihil contra fidẽ ſuſtinet, & Apoſtolica ſedes decreuit donec fuerit deciſum, abſque hæreſis criminiſque labe vtramque contradictionis partem teneri poſſe, vnaquæque prouincia in ſuo ſenſu abundet,
D modo prompta ſit Eccleſiæ ſanctæ definitioni ſubeſſe.

¶ Scripſimus de hac materia tractatulum quendam ad Leonem x. Pontif. Max. qui viuit, & regnat: & ideo ſat ſit hic monuiſſe omnes de re hac differentes, aut prædicantes, vt meminerint ſe non de fidei neceſſariis, ſed de probabilibus tractare: neutra ſiquidem pars fidei documentis aduerſatur. Nam ſi tenetur beatam Virginem contraxiſſe originale peccatum (vt ſancti, & antiqui doctores tenent) ſtat omnia conſona inueniri: Si autem tenetur beatam Virginem non ex vi conceptionis, ſed ex gratia ſingulariſſima in ipſo inſtanti infuſionis animæ, infuſa illi animæ præſeruatam ab originali peccato quod tunc incurriſſet, niſi illa gratia affuiſſet, nihil contra fidem tenetur, ſed ſpecialis modus redimendi ac ſaluandi a peccato originali, Chriſto attribuitur reſpectu ſuæ matris. ſic enim ipſa beata Virgo indiguit redimi, & ſaluari a peccato per Chriſtum, quoniam ipſa tunc incurriſſet peccatum, niſi munus gratiæ præuenientis non tempore, ſed natura affuiſſet. Et ita puritas eius fuit maxima ſub Chriſto, qui nullo modo indiguit redimi, qui ex vi ſuæ conceptionis fuit ſanctus. Fuitque in beata virgine quod animale, eſt prius natura non tempore, quàm quod ſpirituale eſt: quoniam infuſio gratiæ in ipſius anima ſupponit productionem animæ, quamuis, ut dictum eſt, præueniat peccati maculam, quæ tunc incurrenda erat niſi gratia illam impediſſet, probabilis profecto opinio, niſi ſanctorũ antiquorũ auctoritas obſtaret, longe probabiliorẽ reddẽs contrariã poſitionẽ.

*Super Quæſtionis uigeſimæſeptimæ Articulum tertium.*

TItulus clarus recolentibus fomitis rationem ex dictis in præcedentibus: eſt enim fomes appetitus ſenſitiui deordi-
A natio ex ſubtractione originalis iuſtitiæ deſtituti, qua deordinatione caro concupiſcit aduerſus ſpiritum.

¶ In corpore art. duo fiunt. primo, recitantur quatuor opinione circa quęſitum, deinde ſingulę examinantur, & ſola quarta approbatur, ſicque reſpondetur quæſito.

¶ Quo ad primum opiniones patent, prima quòd totaliter ablatus: ſecunda quòd ablatus, quantum ad pronitatem in malum, non autẽ quantum ad difficultatem in bonum: tertia, quòd ablatus quantum ad perſonam, non quantum ad naturam; quarta quòd remanet ſecũdum eſſentiam ligatus quo ad actum. Et hæc quarta videtur coincidere cum ſecũda opinione poſita a Magiſtro ſent. in 3. diſt. tertii ſen. Duas tantum ibi ponit, ſcilicet primam & quartam ſub aliis verbis, vide ibi.

3. diſ. 3. q. 1 artic. 2. & ibidem in expoſitione pri. par. text. Et op. 3. c. 231.

¶ Quo ad ſecundũ, examinatur pimò, ſecunda opinio dicens, quòd fomes remanſit quo ad difficultatem ad bonũ, ſed non quo ad pronitatem ad malum. Contra quam obiicitur ſic, Fomes eſt inordinata habitualis concupiſcẽtia appetitus ſenſitiui, & inordinatio hæc attenditur penes repugnantiam ad rationem. ergo ponere quòd remanſerit, & non inquantum inclinat ad malum, eſt ponere duo oppoſita. Et tenet ſequela, quia repugnantia ad rationem in appetitu, eſt inquantum inclinat
D ad malum, vel difficultat in bono.

¶ Circa hanc rationem duo ſunt dubia, alterum commune, qualiter fomes ſit in ordinata concupiſcẽtia habitualis, cum nullus ſit habitus malus in prole, quia nec acquiſitus, nec infuſus: alterum proprium huic intento: quia hæc ratio non videtur efficax, quoniam inordinata concupiſcentia (vt litera teſtatur) habet duos effectus ſub diſiunctione, vel inclinare ad malum, vel difficultare ad bonum, & poſitio contraria dicit, quòd fomes manet cũ vno tantum iſtorum effectuũ. Auctor autem ex poſitione cauſæ habentis plures effectus. ſ. inordinatæ cõcupiſcentię natæ, habere vtrumque dictorum effectuum, infert poſitionem vtriuſque effectus, quod conſtat non licere ex 2. Polit. ſed econuerſo: ex quolibet. n. effectu communis cauſæ poteſt inferri cauſa, ſed ex poſitione communis cauſæ non poteſt inferri determinate iſte effectus, vt in litera fit, dum ex inordinata cõcupiſcentia infertur, pronitas ad malum, & non ſolum difficultas ad bonum, quam opinio illa ponebat.
E ¶ Ad primum dubium dicitur, quòd concupiſcentia habitualis dicitur non quia ſit habitus, ſed quia eſt priuatio habitus: priuatio enim ad genus ſui oppoſiti ſpectat: non homo enim ad ſubſtantiam, & non album ad quale reducitur, eſt ſiquidem appetitus ſenſitiuus humanus priuatus gratia habituali originalis iuſtitiæ, qua promptus ſuberat rationis ordini: deſtitutus ſiquidem tali dono dicitur concupiſcentia inordinata habitualis: quia ſic eſt etiam ſi nihil actualiter concupiſcat.

¶ Ad ſecundum dubium dicitur dupliciter, Primo quòd doctrina Ariſtot. loquitur de cauſa communi ad diſparatos effectus, non autem de cauſa communi effectuum mutuo ſe inferentium, quales ſunt iſti. Nam pronitas ad malum difficilem facit ad bonum, & difficultas ad bonum, pronum monſtrat animũ ad malum

ad malum, niſi enim animus inclinaretur ad contrariũ bono rationis, non eſſet difficilis ad bonum: ſicut ſi corpus non inclinaretur ad motum deorſum, non difficultaretur ad aſcendendum. Et ſimiliter ex hoc, quòd inclinatur ad bonum ſenſibile contrarium bono rationis, prouenit quòd difficultatem patitur ad motum ſecundũ rationem in bonum. Nullus ergo error, nulla debilitas ĩ proceſſu hoc literæ eſt. ſecundo dici poteſt, ꝙ licet ex poſitione cauſæ cõmunis non poſſit determinate inferri poſitio alterius determinate effectus, vel poſitio vtriuſque ſimul, poteſt tamẽ inferri potentia ad alterũ determinate, & ad vtrũmque ſimul, quia ex hoc ipſo quòd cauſa cõmunis eſt vtrique, in potentia habet vtrũque, ac per hoc licuit Auctori ex hoc, quòd fomes eſt concupiſcentia contraria rationi habitualiter inferre, ꝙ fomes neceſſario eſt inclinatiuus ad malum & difficultatiuus in bono, & non intulit quòd actualiter ĩclinaret ad malum: ipſa ſiquidem inordinatio, quia rationi contraria, ſonat pronitatem ad malum non actualem, ſed habitualẽ, vt declaratum eſt. Et propterea recte illatũ eſt, quòd duo ſimul ponuntur cõtraria, dum ponitur fomes & negatũ habitualis pronitas ad malum, quia ipſa inordinata concupiſcentia eſt pronitas ad malum, quia eſt contraria rationi. Et hæc reſponſio magis literam aſſequitur.

ca.36. to.7

¶ Examinatur deinde tertia opinio, dicens fomitem remanſiſſe quantum ad corruptionem naturæ, non quantum ad corruptionem perſonæ. Contra hanc in litera ſimiliter proceditur, quòd ponat duo oppoſita ſimul, arguendo ſic, Fomes vt corruptio naturæ eſt libido tranſmittens peccatum in prolem: libido autem eſt ſupra dicta concupiſcentia rationi contraria. ergo fomes vt corruptio naturæ infert ſeipſum, vt corruptionem perſonæ. Antecedens eſt Aug. Altera propoſitio accipitur, vt per ſe nota, quia aut eſt ſermo de libidine actuali, & habetur intentum, quia hæc non compatitur liberum rationis vſum: ſed de hac non eſt ſermo, quia quantumcumque parentes abſque delectatione coirent, proles conciperetur in peccato originali. Si autem eſt ſermo de libidine habituali, vt in veritate eſt ſermo de illa, conſtat, quòd ipſa non niſi habitualis eſt concupiſcentia inordinata, quam declarauimus. Conſequentia autem eſt per ſe euidens, quia inordinata concupiſcentia, ideo inordinata eſt, quia contraria rationi habentis illam, ac per hoc ad perſonale malum habentis illam ſpectat. Quia igitur inordinata habitualis concupiſcentia eſt ex eadem ratione, & contraria rationi habentis illam & ex qua tranſmittitur originale peccatũ in prolẽ, non põt ſ̃m vnã & eandẽ atomã rationẽ ſeparari a ſeipſa vt maneat in ſeipſa, & nõ maneat, quicquid ſit de effectibꝰ.

¶ Poſt hæc excluſis, ſecunda & tertia opinionibus, infertur, primam, aut quartam aſſerendam. Et examinatur prima, declarando primo, quomodo poteſt intelligi iſta poſitio, et ſatis plane patet litera quo ad hoc, exemplo Chriſti & Adæ. Muniendo ſecundo hanc opinionem, quia ſpectat ad dignitatem beatæ Virginis obiiciendo tertio cõtra illam, quia derogat dignitati Chriſti, quia prima caro ſancta debuit eſſe caro Chriſti. Aſſertur aũt in litera ratio talis. Abſq; virtute Chriſti nullꝰ a prima damnatione liberatur. ergo ante incarnationem Chriſti nullus ſecundũ carnẽ debuit a prima damnatione liberari. Cõſequentia probatur, quia ĩ Chriſti carne debuit primo apparere immunitas a dãnatione. Et confirmatur a ſimili, de immortalitate carnis.

a fomite, nam peccatum nõ fecit, vt Aug. † dicit in li. de Natura, & gratia. ergo per ſanctificationem in vtero, non fuit libere mundata a fomite.

F

Sed contra eſt, quòd dicitur Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Fomes autem ad maculam pertinet, ſaltem carnis. ergo in beata Virgine fomes non fuit.

G

Respon. Dicendum, quòd circa hoc ſunt diuerſæ opiniones. Quidã enim dixerunt, quòd in ipſa ſanctificatione beatæ Virginis, qua fuit ſanctificata in vtero, totaliter fuit ei fomes ſubtractus. Quidam vero dicunt, quòd remanſit fomes quantum ad hoc, quòd facit difficultatem ad bonum, ſublatus tamen fuit quantum ad hoc, quòd facit pronitatem ad malũ. Alii vero dixerũt, quòd ſublatus fuit fomes, inquantum pertinet ad corruptionem perſonę, prout impellit ad malum, & difficultatẽ facit ad bonũ, remanſit tamen inquantum pertinet ad corruptionẽ naturæ, prout ſcilicet eſt cauſa traducendi originale peccatum in prolem. Alii vero dicunt, quòd in prima ſanctificatione remanſit fomes ſecundum eſſentiam, ſed ligatus, in ipſa autem conceptione filii dei fuit totaliter ſublatus.

H

Ad horum autem intellectum oportet conſiderare, quòd fomes nihil eſt aliud, quàm inordinata concupiſcentia ſenſibilis appetitus, habitualis tamen, quia actualis concupiſcentia eſt motus peccati: dicitur autem concupiſcentia ſenſualitatis eſſe inordinata, inquãtum repugnat rationi, quod ſit, inquantum inclinat ad malum, vel difficultatem facit in bono. Et ideo ad ipſam rationẽ fomitis pertinet, quòd inclinet ad malum, vel difficultatem faciat in bono. vnde ponere quòd remanſerit fomes in beata Virgine non inclinans ad malũ, eſt ponere duo oppoſita ſimul. ſimiliter etiam videtur oppoſitionem implicare, quòd remanſerit fomes, inquantum pertinet ad corruptionem naturæ, non autem inquantum pertinet ad corruptionem perſonæ. Nam ſecundum Auguſt.* in lib. de Nup. & concupiſcentia, libido eſt quæ peccatum originale tranſmittit in prolem. Libido autem importat inordinatam concupiſcentiam, quæ nõ totaliter ſubditur rationi: et ideo ſi totaliter fomes ſubtraheretur, inquantum pertinet ad corruptionem perſonæ, non poſſet remanere, inquantum pertinet ad corruptionem naturæ.

I

Reſtat ergo vt dicamus, quòd vel totaliter fomes fuerit ab ea ſublatus per primam ſanctificationem, vel quòd remanſerit ligatus. Poſſet enim intelligi, quòd totaliter fuerit ſublatus fomes hoc modo, ꝙ præſtitum fuerit beatæ Virgini

K

¶ Aduerte hic quòd Auctor poſito antecedente, aduerſatiuam apponit adiuuantem conſequentiam, dicens: et quãuis per ſpiritualem fidem Chriſti aliqui ſint ſecundum Spiritũ ab illa damnatione ante Chriſti incarnationem liberati, tamẽ, &c. Vbi ex diſſimili effectu ſalutis carnalis & ſpiritualis a Chriſto, dum cauſam tangit ſcilicet ſecundũ ſpiritum & ſecundum carnem, conſequentiam probat. Cõſentaneum quippe rationi eſt, vt ſicut ſalus ſpiritus per ſpiritualem modũ fit (per fidẽ ſcilicet quę eſt etiam futurorũ) ita ſalus carnis carnaliter quoque fiat, ac per hoc a prima carne ſancta ſuapte natura, qualis eſt proculdubio ſecundum oẽs ſola Chriſti caro, de qua ſola ſcriptum eſt, Quod ex te naſcetur ſanctum. videre etiam potes quàm conſona ratio allata ſit, tum, vt primũm in vnoquoque genere ſit cauſa aliorum, tum, ut principium, & conſumatio rei correſpondeant ſibi, ſalus carnis conſumatur per immortalitatem, inchoatur per ſanctitatem eiuſdem carnis. Et quia conſtat primam carnem immortalem fuiſſe carnem Chriſti (quia ipſe eſt primogenitus mortuorum) conſonum eſt, vt eius caro fuerit etiam prima caro ſancta: ſanctitas autem carnis penes munditiam, ſeu immunitatem a fomite, qui lex carnis dicitur, attenditur, non igitur inuenta eſt caro ſine fomite ante Chriſti carnem, ſi primus locus Chriſto reſeruatus eſt, ſicut reſeruari decuit. Et memento lector, vt in iſtiuſmodi quæſtionibus non quæras rationes mathematicas: indiſciplinati enim eſt ingenii, quærere ſimilem in omni materia certitudinem, rationabilem hic ſufficit inferre concluſionem.

ca.14.to.7.

¶ Demum quarta opinio approbatur, quam primo ponitˀ, dicens ꝙ remanſit fomes ſecundũ eſſentiam, ligatus quo ad exercitum ſeu operationem vſque ad conceptionẽ filii Dei, in qua fuit totaliter ſublatus. Secundo declarat modum quo ligatus fuit, ubi tres modos tangit, ſcilicet per dominiũ liberi arbitrii, per gratiam habitualem, per diuinæ prouidentiæ aſſiſtentiam. Et primum modum excludit eadem ratione, quia priuilegium ſimiliter Chriſti eſt uſum liberi arbitrii in materno vtero habęre. Secundum modum approbat, quem declarauerat examinãdo primam opinionem vltimo improbatam, tertium autẽ modum magnificat. Tertio declarat vltimam concluſionis partẽ, tum quia in conceptione Chriſti iam apparuit immunitas primo in carne Chriſti, ac per hoc abſque vlla derogatione priui-



legiorum Chriſti, dignitas matris tunc poni poteſt, vt gratiam habuerit totaliter auferentem fomitem, tum quia figurate auctoritas Ezech. fauet.

¶ Circa primum modũ vinculi quo ligatur fomes, ſcilicet per imperium liberi arbitrii, pro quanto dicitur Chriſti priuilegiũ, ſcito quòd dupliciter contingit haberi uſum liberi arbitrii ĩ materno vtero. Primo, ab initio conceptionis ſeu infuſionis animæ, & deinceps ſemper, & hoc eſt priuilegiũ Chriſti, & hoc negat ir cuiquam alii conceſſum. Et per hanc negationem ſufficiẽter probatur fomitẽ in beata Virgine nõ eſſe ligatũ per liberum arbitriũ, quia fomitẽ ab initio habuit & continue: liberi aũt arbitrii vſũ non habuit ab initio, & deiceps, quia hoc eſt Chriſti priuilegium. Secundo, contigit ex ſpeciali gratia ad aliquem actum, vt de Ioãne Baptiſta poteſt credi cum exultauit in gaudio infans in vtero: gaudere.n. motus eſt appetitiuæ partis, & gaudere de ſpiritualibus motus eſt appetitus ſuperioris, qui vocatũ volũtas: conſtat aũt Ioannis gaudiũ nõ de re ſẽſibili, ſed de Chriſti aduẽtu fuiſſe, & exultaſſe ĩ gaudio: verũ poſt actũ illum Ioannes ſanctus perſeuerauit, licet non cũ uſu liberi arbitrii. Sicut & miraculoſe quãdoq; legitur præſtitus vſus loquendi ad aliquẽ actum aliquibus infantibus, qui tamẽ neſciebãt propterea poſtea loqui, ſed erant ſicut alii infantes, vt patet in geſtis Apoſtolorum Simonis & Iudæ, & Fauſtini, Simplicii, & Beatricis.

q.15.ar.2.

¶ Circa magnificationem tertii modi, quo fomes ligatus perfectius ponitur per diuinam prouidentiam, aduerte ꝙ dupliciter expõi poteſt illud comparatiuum, perfectius. Primo, vt denotet ſolam additionẽ maioris perfectionis, ita quòd perfectioni interiori ſuperaddatur perfectio ab exteriori prohibente, ſicut ſi diceremus quòd fons aquæ eſt frigidus ab intrinſeca qualitate, & perfectius ab extrinſeco concauo monte prohibente ſolem calefacientem. Et hic ſenſus caret ſcrupulo, quoniam conſtat fomitem perfectius ligari ex gratia intrinſeca, & prouidentia extrinſeca prohibente inordinationẽ fieri, quã ex gratia intrinſeca tantum. Alio modo poteſt exponi, vt comparationem faciat ad ſecundum modum vinculi, vt ſit ſenſus, ꝙ fomes perfectius ligabatur per diuinam prouidentiam, quàm per interiorem ſanctificationem: & hic ſenſus non caret ambiguitate, quoniam efficacius ac nobilius refrenatur inclinatio interior ab intus, quàm ab extra, fomes autem interior, quædã eſt inclinatio aduerſus rationem. Sed ſi diligentius perſpexerimus, inueniemus oppoſitum: aliud quippe eſt loqui de fomite in ſeipſo, & aliud de actibus eius. Fomes ipſe, cum inclinatio habitualis ſit, optime ac propriiſſime per habitũ curatur ac tollitur, ſed actus ipſe cum præter ac contra infuſũ habitũ exerceri poſſit ex ipſa habituali inclinatione impellẽte, requirit ad hoc vt inobliquabilis ſit manẽte interiori inclinatione, ad exteriorem curã, quæ ad ea, quæ intus, & ad ea quę extra ſunt, ſe efficaciſſime extendat. Et ꝓpterea manente in beata Virgine fomite (vt ſupponitur) efficacius retentiuum actuum ipſius ponitur diuina prouidẽtia ad interiora, & exteriora ſe extendens infallibiliter, quàm gratia interioris ſanctitatis non tollens tamẽ fomitem, quia huiuſmodi gratia reliquit locũ actuali vſui pręter gratiã, vt patet ĩ Ioã. Bap. Hieremia, & Apoſtolis confirmatis virtute ex alto. Et quamuis nobilius eſſet ſimpliciter ab intrinſeco nõ poſſe exorbitare, quàm ab extrĩſeco, nõ eſt tñ nobilius inter poſſibilia in tali ſtatu. ſ. manẽtis fomitis. Et loquitũ de poſſibili ſ̃m diuinã ſapientiã ſuauiter oĩa diſponẽtẽ, quæ vocatur potẽtia ordinata. ligatus ergo beatæ Virginis fomes vſq; ad conceptionem filiiˀ, & per gratiã ſanctificationis relinquentẽ fomitis eſſentiã, & dominãtẽ exercitio (ut habitualis gratia viatorũ præſidere cõſueuit ſubiecto ne exorbitet ĩ actu) & per diuinã prouidentiã perfectius, vt plene, ac infallibiliter præſidentẽ, ne actus exorbitet. Et hæc expoſitio eſt tanto Auctore dignior, quanto ſubtilior, & diuerſitatem in litera poſitam modorum ligandi, & comparationem proprie penetrat, & ab ipſo Auctore in ſequenti articulo in reſponſione ad primum haberi poteſt.

ca.6. par.3. a medic.

A

ex abundantia gratiæ, deſcendentis in ipſam, vt talis eſſet diſpoſitio virium animæ in ipſa, quòd inferiores vires numquam mouerentur ſine arbitrio rationis, ſicut dictum eſt* fuiſſe in Chriſto, quem conſtat peccati fomitẽ non habuiſſe, & ſicut fuit in Adam ante peccatum, per originalem iuſtitiam, ita quòd quantum ad hoc, gratia ſanctificationis in Virgine habuit vim originalis iuſtitiæ. et quamuis hæc poſitio ad dignitatem Virginis matris pertinere videatur, derogat tamen in aliquo dignitati Chriſti, abſque cuius virtute nullus a prima damnatione liberatur. Et quamuis per ſpiritualẽ fidẽ Chriſti, aliqui ante Chriſti incarnationẽ ſint ſ̃m ſpiritum ab illa damnatione liberati, tamen ꝙ ſecundum carnem aliquis ab illa damnatione liberetur, non videtur fieri debuiſſe niſi poſt incarnationem eius, in qua primò debuit immunitas damnationis apparere: et ideo ſicut ante immortalitatem carnis Chriſti reſurgentis, nullus adeptus fuit carnis immortalitatem, ita inconueniens videtur dicere, quòd ante Chriſti carnẽ in qua nullum fuit peccatum, caro virginis matris eius, vel cuiuſcũq; alterius, fuerit abſque fomite, qui dicitur lex carnis, ſiue membrorũ. Et ideo videtur melius dicendum, ꝙ per ſanctificationem in vtero nõ fuerit ſublatꝰ beatæ Virgini fomes ſecundum eſſentiam, ſed remanſerit ligatus, non quidem per actum rationis ſuæ, ſicut in viris ſanctis, quia non habuit uſum liberi arbitrii, adhuc in uentre matris exiſtẽs, hoc enim eſt ſpeciale priuilegium Chriſti, ſed per abundantiam gratiæ, quã in ſanctificatione recepit, & etiam perfectius per diuinã prouidentiam ſenſualitatem eius ab omni inordinato motu prohibentem. Poſtmodum vero in ipſa conceptione carnis Chriſti, in qua primo debuit refulgere peccati immunitas, credendum eſt ꝙ ex prole redundauerit in matrem, totaliter fomite ſubtracto. Et hoc ſignatur Ezech. 43. vbi dicitur, Ecce gloria dei Iſrael ingrediebatur per uiam orientalem. i. per beatam Virginẽ, & terra, ideſt caro ipſius, ſplendebat a maieſtate eius. ſ. Chriſti.

B

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ mors & huiuſmodi pęnalitates, de ſe non inclinãt ad peccatum. Vnde etiam Chriſtus licet aſſumpſerit huiuſmodi pœnalitates, fomitem tamen non aſſumpſit. Vnde etiam in beata Virgine, vt Filio conformaretur (de cuius plenitudine gratiam accipiebat) primo quidẽ fuit ligatus fomes, & poſtea ſublatus, non autem liberata fuit a morte, & aliis huiuſmodi pœnalitatibus.

C

Ad 2m dicendum, quòd infirmitas carnis ad fomitem pertinẽs, eſt quidem in ſanctis viris perfectę uirtutis occaſio, non tamen cauſa ſine qua perfectio haberi non poſſit. Sufficit autem in beata Virgine ponere perfectam virtutem ex abũdantia gratiæ, nec oportet in ea ponere oẽm occaſionẽ perfectionis.

D

Ad 3m dicendum, quòd Spirituſſanctus in beata Virgine duplicem purgationem fecit, unam quidem, quaſi præparatoriã ad Chriſti conceptionem, quæ non fuit ab aliqua impuritate culpæ, vel fomitis, ſed mentem eius magis in vnũ colligens, & a multitudine ſuſtollens. Nam & angeli purgari dicuntur, in quibus nulla impuritas inuenitur, vt Dion.* dicit 6. cap. Eccle. hierar. Aliam uero purgationẽ operatus eſt in ea Spirituſſanctus mediante cõceptione Chriſti, quæ eſt Spirituſſancti opus. Et ſecundũ hoc poteſt dici, quòd purgauit eã totaliter a fomite.

E

## Articvlvs IIII.

*Vtrum per huiuſmodi ſanctificationem fuerit conſecuta, ut numquam peccaret.*

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur, ꝙ per ſanctificationem in vtero non fuerit beata Virgo præſeruata ab omni peccato

¶ *Super Quæſtionis vigeſimæſeptimæ Articulum quartum.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore vnica eſt concluſio reſponſiua quæſito. Simpliciter

pliciter fatendum eſt, ꝙ beata Virgo nullum actuale peccatum commiſit. Probatur dupliciter. Primo ſyllogiſtice, & ſatis clare in litera ordinatur primo maior, illos, quos deus ad aliquid eligit, &c. & hæc probatur auctoritate apoſtolica ad Corinth. deide Minor, beata Virgo diuinitus electa eſt, vt eſſet mater dei, ergo habuit gratiam opportunam ad matrem dei. Et confirmatur hæc concluſio auctoritate Angeli. Inueniſti gratiam, ecce cõcipies. Sed non fuiſſet idonea mater ſi peccaſſet (quod tripliciter probatur clare in litera) ergo, Secundò, probatur auctoritate ſacræ ſcripturę accõmodatę: Tota pulchra es. Memento & hic quicumque legis, ſuſcipere has rationes ſupra materiam ſubiectam optimas, vtpote ex ſacrę ſcripturæ auctoritatibus communibus applicatis ad ꝓpria beatæ Virginis procedentes, quando ex propriis ad propria deſunt.

3. diſt. 3. q. 2 ar. 3. et di. 13. q. 1. ar. 2. b. 1. cor. Et 4. di. 6. q. 1. ar. 1. q. 2. cor. Et op. 3. c. 228. & 231. Et op. 6. ca. 6. prin. col. 2. Et opu. 60. cap. 3.

*ar. præce.

*ca. 12. to. 3

*1 q. ex no. teſt. q. 73. circa med. tom. 4.

*hom. 45. in Matth. tom. 2.

¶ In reſponſione ad primũ videre facile potes, quòd idem eſt gratiam ſanctificatiõis ſufficere ad tollendum infallibiliter omnem ſenſualitatis motum præter rationem, & tollere fomitem, & propterea vſque ad conceptionem Chriſti (in qua gratia abſtulit fomitem) non ſuffecit gratia sãctificãs: ſed opus fuit diuina prouidẽtia, vt prius declaratum fuit.

*Hom. 20. in Ioan cir. med. illius tom. 3.

*c. 36. ante med. to. 7.

¶ In reſponſione ad ſecundũ notate garruli prædicatores paſſiõis Chriſti, tot fœmineos clamores, motus &c. attribuẽtes beatæ Virgini in dolore paſſionis. Pẽſate verba Baſilii in litera allata, & percipite ipſam contemplationi admiratiue tunc vacaſſe, conferendo diuina prius viſa, & ſibi certa humanis, quæ tunc videbat, ſumma infimis & econtra, & cõſequenter affectum cogitatiõib⁹ cõſonũ ſecũdum rectam rationem habentem, vt condoleret, vt cõpateretur, cum tam excelſum, tam vilibus, &c. ſubiectum ex charitate propria pro ipſius matris, & mundi ſalute proſpiceret.

¶ In reſponſione ad F tertium, conſidera reuerentiam, modeſtiam, ſapientiamque tanti doctoris: inuenit Chry. in hac materia contrarium Aug. rationique nõ clamauit accuſando, exaggerando (vt hodie faciũt multi) modeſtiſſime dixit, exceſſit, ſapientiſſime ſubiunxit verba ipſa reduci poſſe ad ſanum ſenſum, quicquid Auctor ſenſerit ſubticens. Frequenter enim Auctor ſicut in Philoſophia Ariſt. vt philoſophũ exponit, quicquid ipſe Ariſt. ſenſerit, ita in theologia, doctores vt thologos, quicquid illi auctores ſenſerint, exponere conatur, vt in ſano ſaluentur eorũ verba ſenſu.

actuali. Quia vt dictũ eſt* poſt primã ſanctificationem fomes peccati remanſit in Virgine. Motus autẽ fomitis etiã ſi rationẽ præueniat, eſt peccatũ veniale, licet leuiſſimũ, vt Aug. dicit in lib. de Trinit.† ergo in beata Virgine fuit aliquod peccatum veniale.

¶ 2 Præt. Sup illud Luc. 2. Tuã ipſi* animam pertranſibit gladius, dicit August.* in lib. veteris & noui Teſtamenti, ꝙ beata Virgo in morte dñi, ſtupore quodã dubitauit. Sed dubitare de fide, peccatũ eſt.* ergo beata Virgo nõ fuit præſeruata immunis ab omni peccato.

¶ 3 Præt. Chryſ.† ſuper Mat. exponẽs illud, Ecce, mater tua, & fratres tui foris ſtant, quærentes te, dicit, Manifeſtũ ẽ, ꝙ ſolũ ex vana gloria hoc faciebant. Et Ioan. 2. ſuper illud, Vinũ non habent, dicit idẽ Chryſ.* ꝙ volebat illis ponere gratiã, & ſeipſam clariorẽ facere per Filiũ, & fortaſſis quid humanũ patiebaẽ, quẽadmodum & fratres eius dicẽtes, Manifeſta teipſum mundo. Et poſt pauca ſubdit, Nondũ. n. quã oportebat, de eo opinionem habebat: quod totũ conſtat eſſe peccatum. ergo beata virgo non fuit præſeruata immunis ab omni peccato.

Sed contra eſt, ꝙ Aug.* dicit in li. de Natura & gratia, De ſancta virgine Maria propter honorẽ Chriſti, nullam prorſus, cũ de peccatis agitur, habere volo quæſtionem. inde. n. ſcimus, ꝙ ei plus gratiæ collatũ fuerit ad vincẽdũ ex omni parte peccatum, ꝙ concipere ac parere meruit eũ, quem conſtat nullum habuiſſe peccatum.

Respon. Dicẽdum, ꝙ illos, quos deus ad aliquid eligit, ita præparat & diſponit, vt ad id, ad quod eliguntur, inueniantur idonei, ſecundum illud ſecundæ ad Cor. 3. Idoneos nos fecit miniſtros noui Teſtamenti. Beata autẽ Virgo fuit electa diuinitus, vt eſſet mater dei, & ideo non eſt dubitandũ ꝙ Deus per ſuam gratiam eam ad hoc idoneam reddidit, ſecundum quòd Angelus ad eã dicit, Inueniſti gratiam apud deũ, ecce concipies &c. Non autem fuiſſet idonea mater dei, ſi peccaſſet aliquando: tum, quia honor parentum redundat in prolem, ſecundum illud Prou. 17. Gloria filiorum, patres eorum, vnde & per oppoſitũ ignominia matris ad filium redundaſſet: tum etiam, quia ſingularem affinitatem habuit ad Chriſtum, qui ab ea carnem accepit. dicitur autem ſecundæ ad Corinth. 6. Quæ conuentio Chriſti ad Belial? tum etiam, quia ſingulari modo dei filius, qui eſt dei ſapientia, in ipſa habitauit, non ſolum in anima, ſed etiam in vtero. dicitur autem Sap. 1, In maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. et ideo ſimpliciter fatendũ eſt, quòd beata Virgo nullum actuale peccatum commiſit, nec mortale, nec ueniale, vt ſic in ea impleatur quod dicitur Cant 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.

Ad primvm ergo dicendum, quòd in beata Virgine poſt ſanctificationem in vtero, remãſit quidẽ fomes peccati, ſed ligatus, ne. ſ. prorumperet in aliquem motũ inordinatum, qui rationẽ præueniret. Et licet ad hoc operaretur gratia ſanctificationis, non tamẽ ad hoc ſufficiebat, alioquin virtute illius gratiæ hoc ei fuiſſet præſtitũ, vt nullus motus poſſet eſſe in H ſenſualitate eius, niſi ratione præuentus, & ſic fomitẽ nõ habuiſſet, quod eſt cõtra ſupradicta.* Vnde oportet dicere, ꝙ complementum illius ligationis fuit ex diuina prouidentia, quæ non permittebat aliquem motum inordinatum ex fomite prouenire.

In cor. & ar. præc.

Ad 2^m^ dicendum, quòd illud verbum Simeonis, Origenes,† & quidam alii doctores exponunt de dolore, quem paſſa eſt in Chriſti paſſione. Ambr.* autẽ per gladium dicit ſignificari prudentiam Mariæ, non ignaram myſterii cæleſtis: viuum eſt enim verbum dei, & validum, & acutius omni gladio acutiſſimo. Quidam vero per gladium dubitationem intelligunt, quæ tamen nõ eſt intelligenda dubitatio infidelitatis, ſed admirationis, & diſcuſſionis. dicit enim Baſilius in Epiſt. ad Optimum, quòd beata Virgo aſſiſtẽs cruci, & aſpiciens ſingula, poſt teſtimonium Gabrielis, poſt ineffabilem diuinæ conceptionis notitiã, poſt ingentem miraculorum oſtenſionem, animo fluctuabat, ex vna ſcilicet parte videns eum pati abiecta, & ex alia parte conſiderans eius mirifica.

Hom. 17. in Lucam & dialog. tom. 5.

*Amb. in Lucam cum ... de Simeone & Anna

Ad 3^m^ dicendum, ꝙ in verbis illis Chryſoſtomus exceſſit: poſſunt tñ exponi, vt intelligatur in ea Dominum cohibuiſſe non inordinatũ inanis gloriæ motũ quantũ ad ipſam, ſed id, quod ab aliis poſſet æſtimari.

K

## Articvlvs V.

*Vtrum beata Virgo per huiuſmodi ſanctificationem adepta fuerit plenitudinem omnium gratiarum.*

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur quòd beata Virgo per ſanctificationem in vtero, non obtinuerit gratiæ plenitudinem ſiue perfectionem. Hoc enim videtur pertinere ad priuilegium Chriſti, ſecundũ illud Ioan. 1. Vidimus eum quaſi vnigenitum a Patre, plenum gratiæ & veritatis: ſed ea quę ſunt propria Chriſti, non ſunt alteri attribuẽda. ergo beata Virgo plenitudinem gratiarum non accepit in ſanctificatione.

¶ 2 Præt. Ei quod eſt plenũ, & perfectum, non reſtat aliquid addendum, quia perfectum eſt cui nihil deeſt, vt dicitur in tertio Phy.* ſed beata Virgo poſtmodum additionẽ gratiæ ſuſcepit, & quando Chriſtum concepit (dictum eſt enim Luc. 1. Spirituſſanctus ſuperueniet in te) & iterum quando in gloria eſt aſſumpta. ergo videtur quod nõ habuerit in ſua prima ſanctificationi plenitudinem gratiarum.

¶ 3 Præt. Deus nõ facit aliquid fruſtra, vt dicitur in 1. de Cælo:† fruſtra autem habuiſſet quaſdam gratias, cum earum vſum numquam exercuerit, nõ enim legitur aut docuiſſe, quod eſt actus ſapientiæ, aut miracula feciſſe, quod eſt actus gratiæ gratis datæ. non igitur habuit plenitudinem gratiarum.

Sed contra eſt, ꝙ Angelus ad eam dixit Luc. 1. Aue gratia plena, quod exponens Hiero.* in ſermone de Aſſumptione dicit, Bene gratia plena, quia ceteris per partes præſtatur, Mariæ vero ſe totam ſimul infudit gratiæ plenitudo.

Respon. Dicendum, quòd quando aliquid magis appropinquat principio in quolibet genere, tãto magis participat effectum illius principii, vnde Dionyſ.* dicit 4. ca. Cæl. hierar. quòd angeli qui ſunt deo propinquiores, magis participãt de bonitatibus diuinis, quã homines. Chriſtus autem eſt principium gratiæ, ſecundum diuinitatem quidem auctoritatiue, ſecundum humanitatem vero inſtrumẽtaliter, vnde & Ioan. 1. dicitur, Gratia, & ueritas per Ieſum Chriſtum facta eſt: beata autem virgo Maria propinquiſſima Chriſto fuit ſecundum humanitatem, quia ex ea accepit humanam naturam. et ideo præ ceteris maiorem debuit a Chriſto gratiæ plenitudinem obtinere.

Ad primvm ergo dicendum, quòd vnicuique a deo datur gratia ſecundum hoc ad quod eligitur. Et quia Chriſtus, inquãtum eſt homo, ad hoc fuit prædeſtinatus & electus vt eſſet filius dei, in virtute ſanctificandi, hoc fuit ſibi proprium, vt haberet talem plenitudinem gratiæ, quòd redundaret in omnes, ſecundum quòd dicitur Ioann. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus: ſed beata Virgo A Maria tantã gratiæ obtinuit plenitudinem, vt eſſet propinquiſſima auctori gratiæ, ita quòd eum qui eſt plenus omni gratia, in ſe reciperet, & eum pariendo, quodam modo gratiã ad omnes deriuaret.

Ad 2^m^ dicendum, quòd in rebus naturalibus, primo quidem eſt perfectio diſpoſitionis, puta cum materia eſt perfecte ad formam diſpoſita. Secundo autem eſt perfectio formæ, quæ eſt potior, nam & ipB ſe calor eſt perfectior, qui prouenit ex forma ignis, quàm ille qui ad formam ignis diſponebat. Tertio autem eſt perfectio finis: ſicut ignis perfectiſsime habet proprias qualitates, cum ad locum ſuũ peruenerit. Et ſimiliter in beata Virgine fuit triplex perfectio gratiæ. Prima quidem quaſi diſpoſitiua, per quam reddebatur idonea ad hoc quòd eſſet mater Chriſti, & hæc fuit perfectio ſanctificationis. Secunda autem perfectio gratiæ C fuit in beata Virgine ex præſentia filii Dei in eius utero ĩcarnati. Tertia autem eſt perfectio finis, quam habet in gloria.

Quòd autem ſecunda perfectio ſit potior quàm prima, & tertia quàm ſecunda, patet quidem uno modo per liberationem a malo. Nam primo in ſua ſanctificatione fuit liberata a culpa originali: ſecundo in conceptione filii Dei, fuit totaliter a fomite mundata: tertio uero in ſui glorificatione, D fuit liberata etiam ab omni miſeria. Alio modo per ordinem ad bonum. Nam primo in ſua ſanctificatione adepta eſt gratiam inclinantem eam ad bonum: in conceptione autem filii dei conſumata eſt eius gratia confirmans eam in bono: in ſui uero glorificatione conſumata eſt eius gratia perficiens eam in fruitione omnis boni.

Ad 3^m^ dicendum, quòd non eſt dubitandum, quin beata Virgo acceperit excellenter donum ſapiE entiæ & gratiam uirtutum, & etiã gratiam prophetiæ, non tamen acceperit ut haberet omnes uſus harum, & ſimilium gratiarum, ſicut habuit Chriſtus, ſed ſecundum quòd conueniebat conditioni ipſius. Sapientiæ enim uſum habuit in contemplando, ſecundum illud Luc. 2. Maria autem cõſeruabat omnia uerba hæc, conferens in corde ſuo. Non autem habuit uſum ſapientiæ, quantum ad docendum: quia hoc non conueniebat ſexui muliebri, ſecundum il

¶ *Super quæſtionis uigeſimæſeptimæ Articulũ quintũ.*

Titulus, vt ſonat ſumatur de plenitudine, vt extenditur ad plenitudinem intenſiuam, & extenſiuam.

3. diſt. 3. q. 1. ar. 2. q. c. & di. ... q. 1. a. 1. ... c. & op. ... & opu. 6. c. 3. Et lib. 16. & lib. 8. lib. 5.

¶ In corpore vna ẽ concluſio. beata Virgo maiorem præ ceteris gratiæ plenitudinem a Chriſto obtinuit. Probaẽ. Quãto magis appropinquat aliquid principio in quolibet genere, tanto plus eſſe ctum illius participat, ſed beata Virgo maxime appropinquauit principio. ergo. Maior ex Dio. Minor probaẽ, quia Chriſto maxime appropinquauit, qui ſecundum deitatẽ auctoritatiue, & ſecundum humanitatem inſtrumentaliter eſt principium gratiæ: quod probaẽ Ioã. 1. Gratia & veritas ꝑ Ieſum Chriſtum facta eſt.

li. 3. tex. 63 & 64. to. 2.

¶ Aduerte ergo, ꝙ cum in litera concluditur, beatam Virginem præ ceteris gratiam habuiſſe, non fit cõparatio ad Angelos, ſed homines tantum, tũ quia eſt ſermo de gratia data beatæ Virgini in vtero matris, quam conſtat fuiſſe minorem gratia angelorum beatorum: tum quia ſermo eſt de viatorum gratia, vt patet ex reſponſione ad ſecundum: vbi in beata virgine perfectiſſima gratia ponitur, gratia qua fuit inter comprehenſores: tum quia ratio literæ diſparata eſt ab angelorũ ratione, dum illi propinquiores Deo ſecundum deitatẽ inueniuntur, iſta inuenitur propinquior deo ſecundum humanitatẽ. Nec hæc ideo dicta ſunt, qua ſi angeli habeãt in cælo maiorem gratiam quã beata Virgo, hoc enim eſt falſum, quoniam ipſa eſt domina angelorum: ſed ideo dicta ſunt, vt hęc litera exponatur ad literam de gratia ſanctificationis in vtero, poſt quam deinde multũ proprio merito gratiæ acquiſiuit, creſcẽs vſque ad perfectũ æternitatis diẽ, ita ꝙ propinquiſſima fuit, & eſt Chriſto, & ſecũdum deitatem in eſſe gratiæ, quamuis non in eſſe naturæ, & ſecundũ humanitatẽ in eſſe naturæ

li. 1 tex. 32 & li. 2. tex. 38. to. 1.

Inſ. 1. 2 pos. ſerm. ...

... ante medium.

¶ In eodem ar. in reſponſione ad tertiũ aduerte, quòd cum Auctor dicit, non tamen accepit, vt haberet oẽs vſus harũ & ſimiliũ gratiarũ, ſicut habuit Chriſtus, ly omnes non diſtribuit pro oibus ſimpliciter vſib⁹ gratiarũ, quia nec Chriſtus habuit oẽs vſus gratiarum, quoniã non eſt loquutus uariis linguis, vt ſuperius in q. 7. art. 7. ad vltimũ Auctor dixit: ſed diſtribuit ꝓ quaſi oibus, quæ in moralibus appellare licet oia. Chriſt⁹. n. habuit omnes vſus gratiarum, quia modicũ pro nihilo reputatur. Beata aũt virgo non habuit oẽs vſus, qui multi ſibi defuerunt quia ſcilicet impertinentes erant ſuæ conditioni, non. n. fecit miracula, &c. Vel diſtribuit pro oĩbus vſib⁹ limitatis ad illos, quos habuit Chriſt⁹, vt non ſit dictum in litera, nò habuit oẽs vſus, ſed non habuit oẽs vſus ſicut Chriſtus, tamquam ly ſicut limitet ly oẽs vſus. Et quouis modo exponatur ſentẽtia, in idem redit, prima tamen expoſitio magis conſonat literę.

¶ In eodem articulo quo ad actum doctrinæ negatũ a beata Virgine, aduerte quòd quia theologia ſolida fundatur ſuper Scriptura ſacra, & nullibi in ea reperitur beatã Virginem docuiſſe, ſicut nec Chriſtũ loquutum linguis, ideo ſicut affirmam⁹ Chriſtum non vſum gratia linguarum in loquendo, eadem ratione affirmandum eſt, beatam Virginẽ non docuiſſe, præſertim cũ apoſtolica auctoritas hoc interdictũ mulieribus comprobet. Quod aũt dicit, ipſam inſtruxiſſe diſcipulos Chriſti de annuntiatione ſua & natiuitate filii, & magorum aduentu, & ſimilibus, ex Scriptura non habetur, ſed habetur quod Spirituſſanctus docuit Apoſtolos omnes veritatẽ de ſpectantibus ad fidẽ, inter quæ erat Chriſti cõceptio ex Spirituſancto, & natiuitas ex Virgine, quæ

D. 383

gine, quæ etiam in Symbolo poſita ſunt.
¶ Poſſet tamen dici, quòd non publica doctrina, ſed familiari inſtructione, quam conſtat mulieribus non eſſe prohibitã, beata Virgo aliqua particularia facta explicauit apoſtolis. Auctor autem ſecundum ſcripturam ſacram loquitur, nagans ab ea vſū ſapientie, quo ad actum doctrinæ.

¶ *Super Quæſtionis uigeſimæſeptimæ Articulū ſextum.*

Titulus clarus.
¶ In corpore duo fiunt, primo tractatur quid Aug. de hoc ſcripſerit, ſecundo reſpondetur quæſito. Quo ad primū Aug. ſub dubio quęſtionem relinquere videtur, & dicit litera, quòd videtur dubie loqui, quoniam Augu. in his verbis non loquitur de ſanctificatione qualicumque, ſed illa, quę eſt cum proprio ſãctificati actu, ſcilicet credere, amare, & huiuſmodi. Quia enim hanc relinquit ſub dubio & de nulla alia loquitur ſanctificatione, videtur ſub dubio quæſtionem de ſanctificatione horum in vtero reliquiſſe. Omnia clara ſunt in litera.
¶ Aduerte tamen, quòd ex litera euãgelii ſumi poteſt, Ioanni acceleratū fuiſſe vſum liberi arbitrii. Nam ibi non ſolum dicitur, Exultauit infans, ſed, exultauit in gaudio. exultare autem ſimilitudinarie, licet etiam ſit inanimatorum (iuxta illud, Montes exultauerunt vt arietes, & colles ſicut agni ouium) proprie tamen eſt animalium. Et quia non ſine animali paſſione fit gaudium, oportet Ioannem exultaſſe in gaudio, vel ſecundum ſenſitiuam tantum partem, et hoc non conſonat cauſæ exultationis & gaudii in euangelio ſcriptæ, quia vox beatæ Virginis ſalutantis non erat commotiua partis ſenſitiuæ prolis in vtero, ſicut nec aliæ eiuſdem & aliarum mulierum voces, uel ſecundum partem intellectiuam, & hoc ordo effectuum cauſatorum a ſalutatione inſinuat, quòd ſcilicet gaudium partis intellectiuæ fuit in puero; nam ex ſalutatione, aurium Eliſabet commotiua, puer non in auribus, ſed in gaudio exultauit, & Eliſabet deinde repleta eſt Spirituſancto proculdubio in mente. Vnde comprehenditur, ꝙ primo mater ſecūdum ſenſum percepit: deinde puer ſecūdum mentem, & demum ad matris mentem intelligentia peruenit. Et huic ſenſui doctorum verba conſonant dicentium de Ioanne, quòd prius ſenſit Dominum, vel ꝙ a perfectæ cœpit ætatis menſura, vel aliquid huiuſmodi.
¶ Quo ad ſecundum, tria Auctor facit, primo reſpondet quæſtioni negatiue, affirmando duos alios ſanctificatos: deinde dicit neminem alium eſſe ſanctificatum: tertio rationem reddit, quare illi duo ſanctificati ſunt. Circa reſponſionem ergo diſtinguuntur hic duæ quæſtiones, altera quæ mota eſt de ſanctificatione, altera de tali ſanctificatione, ſcilicet cum vſu liberi arbitrii. Monſtratur diuerſitas magna inter iſtas quæſtiones, ex eo quòd ſanctificatio poteſt fieri & eſſe ſine uſu liberi arbitrii, vt patet in ſanctificatione paruulorum per baptiſmi gratiam. Et propterea nihil obſtat quæſtioni propoſitæ in hoc art. ſi pars negatiua quæſtionis ſecundæ, quæ ab Aug. tractata eſt teneatur. Propter hæc igitur, litera reſpondet quæſito, quòd duo vltra beatam Virginē inueniūtur ſanctificati in vtero, ſcilicet Hieremias, & Ioannes. Probatur auctoritate Scripturæ, & excluditur obiectio de vſu liberi arbitrii, quamuis illum non habuerit, &c.
¶ Vbi nota, quòd hinc non poteſt aſſertiue dici de mente Auctoris hos non habuiſſe liberi arbitrii vſum in vtero, quoniam

lud 1. ad Tim. 2. Docere autem mulieri non permitto. Miraculorum autem vſus ſibi non competebat dum viueret: quia tunc temporis confirmanda erat doctrina Chriſti miraculis, & ideo ſoli Chriſto, & eius diſcipulis, qui erant baiuli doctrinæ Chriſti, conueniebat miracula facere. Propter quod etiam de Ioanne Baptiſta dicitur Ioã. 10. quòd ſignum fecit nullum, vt ſcilicet oēs Chriſto intenderent. Vſum autē prophetiæ habuit, vt patet in Cantico quod fecit, Magnificat anima mea Dominum, &c.

G

## Articvlvs VI.

*Vtrum ſic ſanctificari fuerit proprium beatæ Virgini.*

3. di. 3. q. 1. a. 2. q. 1. ad 4. Et quol. 6. q. 5. a. 1. cor. in fi. Et op. 3. c. 131 Et pſal. 45. co. 5. *Ex ar. 3. & 4. huius q.

Ad sextvm ſic proceditur. Videtur ꝙ ſanctificari in vtero poſt Chriſtū proprium fuerit beatæ Virgini. Dictum* eſt enim, quòd propter hoc beata Virgo fuit ſanctificata in vtero, vt redderetur idonea ad hoc, vt eſſet mater dei: ſed hoc eſt propriū ſibi. ergo ſola ipſa fuit ſanctificata in vtero. H

¶ 2 Præt. Aliqui videntur propinquius acceſſiſſe ad Chriſtū, quàm Hieremias & Ioannes Baptiſta, qui dicuntur ſanctificati in vtero, nã Chriſtus ſpecialiter dicitur filius Dauid, & Abraham propter promiſſionē eis ſpecialiter factam de Chriſto. Iſaias etiam expreſſiſſime de eo prophetauit, Apoſtoli etiam cum ipſo Chriſto conuerſati ſunt: nec tamen leguntur ſanctificati in vtero. ergo neque etiam Hieremię & Ioanni Baptiſtæ conuenit ſanctificari in vtero.

¶ 3 Præt. Iob de ſe dicit, Iob. 31. Ab infantia creuit mecum miſeratio, & de vtero egreſſa eſt mecum: nec tamen propter hoc dicimus eum ſanctificatum in vtero. ergo neq; etiam Ioannem Baptiſtam, & Hieremiam cogimur dicere ſanctificatos in vtero.

Sed contra eſt, quòd dicitur de Hieremia, Hier. 1. Antequam exires de uentre, ſanctificaui te. Et de Ioanne Baptiſta dicitur Luc. 1. Spirituſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ.

Respon. Dicendum, quòd Auguſt. in Epiſt. * ad Dardanum,

aduerſatiue loquitur ad monſtrandum concluſionem ſuam non dependere ex vſu liberi arbitrii, deinde negat quemcumque aliū ſanctificatum in vtero, ratione probans, quia inutilis eſſet. Vbi occurrunt tria dubia, primum eſt circa applicationem auctoritatis Apoſtoli ad propoſitum: diſſonare quippe videtur, nã ſermo eſt de ſanctificatione in vtero, Apoſtolus autem non de ipſa ſanctificatione ſeu ſanctitate, ſed de manifeſtatione eius loquitur: non enim dicitur vnicuiq; datur ſpiritus, ſed manifeſtatio ſpiritus, &c. Litera ergo loquens de ipſo Spiritu, non bene affert auctoritatem de manifeſtatione Spirit⁹: hæc enim auctoritas non probat illud aſſumptū, vt patet.
¶ Secundum dubiū eſt, quia iſta ratio eſt gladius Goliæ. Nam ſi verum aſſumit, ſequitur quòd beata Virgo nõ fuit ſanctificata in vtero, quia illius ſanctificatio in ſcriptura non habetur, ac per hoc Eccleſiæ non innotuit, ac per hoc ſine vtilitate fuiſſet ſanctificata ſecundū literæ proceſſum.
¶ Tertium dubium eſt, quia ſecundum hanc rationē ſequeretur, quòd non eſſet credendum aliquod miraculum, niſi quod in ſacra Scriptura contineretur, quia ad vtilitatem Eccleſiæ miracula ordinantur, cui non niſi per Scripturam ſacram innoteſcunt, ſecundum hanc literam.
¶ Ad primum dubium dicitur, quòd aſſumptū literæ ad quod probandum inducitur Apoſtoli auctoritas, non eſt, ſanctificationis gratia ordinatur ad utilitatem, ſed eſt huiuſmodi, priuilegia gratiæ, quæ dantur aliquibus, præter communem legem ordinantur ad vtilitatem. Ex quibus verbis dupliciter reſponderi poteſt. primo ꝙ ſicut priuilegia materialia alicui a principe cū ritu cõceſſa, ſub ſpecie manifeſtationis continētur, ita priuilegiū gratiæ eſt manifeſtatio ſpiritus, & cõceſſi in ipſa gratia infuſa, & concedentis Spirituſſancti, ſpecialiter diligentis illum, cui gratiam dedit, ac per hoc litera probans priuilegia gratiæ per manifeſtationem ſpiritus, non diuertit ad extranea. Et ſi obiiciatur, quòd tunc ratio iſta ſupponit ſanctificationem in vtero ſemper fieri cum priuilegio, conceditur quòd ſic eſt ſecundum hanc reſponſionem. Et ſuppoſitio eſt ſatis rationabilis, quoniam ſicut ſecundum rem ſanctificatio in vtero eſt actus priuilegialis, ita etiam debet eſſe ſecundum cognitionem.
¶ Secundo, quòd quia tam ſingulares gratiæ ſuperexcedunt communem legem diuinæ prouidentiæ, ac per hoc harum conceſſio ſpectat ad diuina miracula, conſtat autem miracula ordinari ad aliorum vtilitatem, ideo non ſolum priuilegia, ſed ipſa ſanctificatio in vtero, ex hoc ipſo quòd præter legem communē fit, continetur ſub gratia, quæ datur ad aliorum vtilitatem, & conſequenter ſub ſpiritu manifeſtando. Nam ex hoc ipſo, quòd ad eccleſiæ vtilitatem ordinatur ad eccleſiæ quoque notitiam neceſſe eſt ordinetur, alioquin diuina ſapientia nõ diſponeret omnia ſuauiter, dum rationalibus creaturis ex quibus eccleſia conſtat, nõ per rationis actum de ſuo bono prouideret, ſed velut animalibus brutis incognitas vtilitates ingereret. Et confirmatur ex dictis in primo libro, ſcilicet quòd deus in eccleſia triumphante numquam præter communem ibi legem operatur: quia nulla vtilitas eſſet. cum igitur in militanti eccleſia præter communem legem operatur, ad eccleſiæ vtilitatem operatur, ob cuius vtilitatem communem legem prætermittit. Quia igitur aſſumptum in litera de gratia contenta ſub ſpiritu manifeſtando loquitur,

I K



loquitur, ideo probãdum merito fuit ꝑ auctoritatē Apoſtoli de manifeſtatione ſpiritus. Et hæc reſponſio eſt directe ſecundum literam, nihil præſupponens, & ſolida.
¶ Ad dubium ſecundum dicitur, quòd ſanctificatio beatæ Virginis in vtero matris, etſi non eſt tradita in ſacra ſcriptura explicite, eſt tamē tradita implicite, ex hoc ipſo ꝙ in ſacris literis inuenitur alicui ſancto conceſſa gratia ſanctificationis in vtero: hinc enim, vt ex ſuperius dictis patet, habetur, beatam virginem fuiſſe ſanctificatam: quia habuit quicqd gratiæ ceteris collatū eſt. Vnde hęc rõ nõ interimit Auctorē ſuū, ſed tuetur eū.
¶ Ad tertium dubiū dicitur, ꝙ loquendo de Eccleſiæ fide ſimpliciter neceſſaria, concedendum eſt conſequens: ſed ſi ſit ſermo de Eccleſiæ fide ex tali ſuppoſitione vel acceſſoria (puta quæ poſt talem approbationem extenſa eſt ad tale miraculum: vt ſi Eccleſia credendum traderet tale miraculum) vel probabili (vt eſt fides de miraculis recitatis in canonizationibus ſanctorum) credenda ſunt miracula, quæ in ſacra ſcriptura non continentur. Nec oppoſitum ſequitur ex ratione literæ: quæ de fide Eccleſiæ ſimpliciter & abſolute, & non præſuppoſita tali decretali loquitur: docuitque per hoc Auctor, ꝙ nec neceſſario, nec probabiliter credendum eſt, aliquem alium eſſe ſanctificatum in vtero, ſimpliciter & abſolute loquendo. An autem deus aliquem deinceps ſanctificauerit & Eccleſiæ reuelauerit, alterius eſt quæſtionis: quia tamen non eſt expectanda eccleſia melior, quàm fuerit: nec Apoſtoli ipſi primitias Spiritus habentes ſanctificati ſunt in vtero (quãuis Ioannes euangeliſta virginitatis, prophetiæ, euangeliſtæ, ſingularis quoque officij erga matrem domini gratia donatus fuerit) credendum eſt, quòd nullus ſimpliciter in toto temporis decurſu fuit, eſt, aut erit ſanctificatus in vtero, niſi qui in litera explicantur. Non defuiſſe tamē audiuimus temeritatem modernam cuiuſdam mulierculæ, ſanctificatam ſe in vtero profitentis: & forte fuit vere ſanctificata ĩ vtero nõ materno, ſed proprio, velut Berſabee, deo puniente ſuperbiam illius.
¶ Demum rationē reddit Auctor, quare iſti duo Ieremias, & Ioannes Baptiſta ſanctificati ſunt in vtero, præmiſſa excuſatione rationis neceſſariæ, ſubdens rationem congruētiæ: quia ſcilicet præfiguratores fuerunt ſctĩficatiõis ꝑ Chriſtum faciendę, dū ꝑ monſtrarunt media ſctĩficãtia, alter paſſionem, alter baptiſma: his. n. duob⁹ medijs Chr̃s ſctĩficauit mundū, paſſione vt cõiuncto inſtrõ: baptiſmo, vt inſtrumento ſeparato.
¶ Nota hic, ꝙ duorum ꝓpoſitorū, ſ. ꝙ iſti duo ſunt ſctĩficati in vtero, & ꝙ nullus ali⁹, Auctor primi tñ rõnē reddere nititur: qm̃ ad affirmatiõem certa põt conſonantia inueniri: ad tam latã aũt & altã ac ꝓfundam negationem, q̃ conſonãtia ſat erit?

*ead. epiſt. citato. 2.

D, 843.

dubie videtur loqui de horum ſanctificatione in vtero. Potuit enim exultatio Ioannis in vtero (vt ipſe dicit) eſſe ſignificatio rei tantæ (ſcilicet quòd mulier eſſet mater Dei) a maioribus cognoſcendæ, non a paruulo cognitæ: vnde in euangelio non dicitur, credidit infans in vtero, ſed exultauit. Videmus autem, exultationem non ſolum paruulorum, ſed etiam pecorum eſſe: ſed hæc inuſitata extitit, quia in vtero, & ideo ſicut ſolent miracula fieri, facta eſt diuinitus in infante, non humanitus ab infante. Quamquam etiam ſi vſque adeo eſt in illo puero acceleratus vſus rationis & voluntatis, vt intra viſcera materna iam poſſet agnoſcere, credere, conſentire (ad quod in alijs paruulis ætas expectatur, vt poſſint) & hoc in miraculis habendum puto diuinæ potentiæ. ſed quia expreſse in euangelio dicitur, quòd Spirituſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ, & de Ieremia expreſſe dicitur, Antequam exires de vulua, ſanctificaui te, aſſerendum videtur eos ſanctificatos in vtero: quamuis in vtero vſum liberi arbitrij non habuerint. De quo Auguſtinus. * quæſtionem mouet: ſicut pueri, qui ſanctificantur per baptiſmum, non ſtatim habent vſum liberi arbitrij: nec eſt credendum aliquos alios [d] ſanctificatos eſſe in vtero, de quibus ſcriptura mentionem non facit, quia huiuſmodi priuilegia gratiæ, quæ dantur aliquibus præter legem communem, ordinantur ad vtilitatem aliorum (ſecundum illud 1. ad Corin. 12. Vnicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem) quæ nulla proueniret ex ſanctificatione aliquorum in vtero, niſi eccleſiæ innoteſceret. Et quamuis iudiciorum dei non poſſit ratio aſſignari, quare ſcilicet huic & non alij hoc munus gratiæ conferat, conueniens tamen videtur fuiſſe vtrumque dictorum ſanctificari in vtero, ad præfigurandam ſanctificationem per Chriſtum faciendam. Primo quidem per eius paſſionem, ſecundum illud Hebr. vltim. Ieſus, vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt: quam quidem paſſionem Ieremias & verbis & myſterijs apertiſſime prænuntiauit, & ſuis paſſionibus expreſſiſſime præfigurauit. Secundo per baptiſmum, primæ ad Corinth. 6. Sed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis. Ad quem quidem baptiſmum Ioannes ſuo baptiſmo homines præparauit.

Ad primvm ergo dicendum, quòd beata Virgo quæ fuit a deo electa in matrem, ampliorem ſanctificationis gratiam obtinuit quàm Ioannes Baptiſta & Ieremias, qui ſunt electi, vt ſpeciales præfiguratores ſanctificationis Chriſti. Cuius ſignum eſt, quòd beatæ Virgini pręſtitum eſt, vt de cetero non peccaret, nec mortaliter nec venialiter: alijs autem ſanctificatis creditur præſtitum eſſe, vt de cetero mortaliter non peccarent, diuina eos gratia protegente.

Ad 2[m] dicendum, quòd quantum ad alia potuerunt ſancti eſſe Chriſto coniunctiores, quàm Hieremias & Ioannes Baptiſta, qui tamen fuerunt ei coniunctiſſimi, quantum ad expreſſam figuram ſanctificationis ipſius, vt dictum eſt. *

*In corp. artic.

Ad 3[m] dicendum, quòd miſeratio, de qua ibi Iob loquitur, non ſignificat virtutem infuſam, ſed quandam inclinationem naturalem ad actum huius virtutis.

## *Qvaestio XXVIII.*

*De uirginitate Beatæ Mariæ, in quatuor articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandum eſt, de virginitate matris.

### Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum fuerit virgo in concipiendo.
¶ Secundo, Vtrum fuerit virgo in partu.
¶ Tertio, Vtrum permanſerit virgo poſt partum.
¶ Quarto, Vtrum votum virginitatis emiſerit.

## Articvlvs primvs.

*Vtrum beata Maria fuerit uirgo in concipiendo.*

4. cont. c. 45. Et opu. 3. c. 232. Et opuſc. 60. c. 4.

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd mater dei non fuerit virgo in concipiendo Chriſtum. Nulla enim proles, quæ habet patrem & matrem, ex Virgine matre concipitur;

¶ *Super Quæſtionis vigeſimæoctauæ Articulum primum.*

Titulus de virginitate carnali intelligitur.
¶ In corpore duo fiunt: primo, reſpondet quæſito affirmatiue: Mater Chriſti concepit virgo, probatur ex contrario: quia cõtrarium eſt hereſis, &c. Secūdo, aſſignatur rõ quadruplex conueniētiæ, ꝙ ſic fuerit, & omnia clare patent in li.

in litera. Si tamen nouitius non intelligit corruptionem cordis, cuius meminit ſecunda ratio, ſciat cor pro mẽte, ſeu intellectu ſumi: corruptio aũt intellectus non ſecundũ ſubſtantiam, ſed ſecundum operationem attenditur: omnis enim defectus in intelligendo, corruptio quædam intellectus eſt, ſicut omnis deperditio alicuius rei corruptio quædam in natura eſt, Quia igitur defectus intellectus in intelligendo efficit, vt intellectus defectuoſum quoq; verbum formet, cõcipiẽdo illud quod ſic defectiue intelligit (qui enim imperfecte intelligit leonis naturam, perfectum quoque verbum de natura leonis exprimere intus nequit) ideo in litera dicitur, quòd cordis corruptio impedit perfectionem verbi.

¶ In reſponſione ad primum habes, Ioſeph patrẽ dici chriſti vere dupliciter, vel putatiue, vel officio: quamuis non fuerit pater generatione.

¶ In reſpõſione ad tertium, adiũge ad gloſſam, quòd nec ſecundum latinæ linguæ proprietatem mulier eſt nomen corruptionis, ſed naturalis ꝓprietatis fœminę humanæ: dicta eſt enim mulier quaſi mollier a mollitie & animi & corporis.

¶ In reſpõſione ad quartum, dubium magnum in philoſophia occurreret, ſi philoſophia nunc traderetur, quãtum veritatis habeat litera hæc dicens, Ratio illa habet locum in his, quæ procedunt in eſſe per viã naturæ, eo quòd natura ſicut eſt determinata ad vnũ effectum, ita eſt determinata ad vnum modum producendi illum: habet ſiquidem inſtantias in elementaribus, ĩ vegetabilibus, & in animalibus: Auctoris autem propoſito ſat eſt, quòd nõ habet locum in potẽtia diuina. Abſq; multa tamẽ digreſſione pro literæ expoſitione aduerte, qui philoſopharis, ꝙ illa propoſitio, de qua eſt tanta quæſtio, ſ. vni' naturæ, vnus eſt modus generatiõis, probatur in litera hac dupliciter, ſ. ex parte termini, quia generatio recipit ſpeciem a termino, & hæc ꝓbatio aſſumitur arguendo, & ex parte agentis: quia natura ſicut eſt determinata ad vnum effectum, ita eſt determinata ad vnũ modum producẽdi effectum illum. Et ꝓbatio quidẽ ex parte termini ex vnitate termini vnitatẽ generationis inferens, ſatis debilis videtur: quoniam videmus ignem generari diuerſis generationibus, ſcilicet ab igne & nõ ab igne, ſed a ſole: & mures videmus genitos ꝑ ſemen, & ſine ſemine. Et ꝙ hæc omnia ſint eiuſdẽ ſpeciei, ex hoc patet, ꝙ hęc tam genita q̃ aliter producta generant ſibi ſimilia in ſpecie: eiuſdem ergo ſpeciei eſt productus mus per propagationem cum mure patre ſuo, qui ſine propagatione productus eſt. vna ergo natura pluib' poteſt generationibus acquiri. In motibus quoque idem apparet. nam idem ſecũdum ſpeciem vbi, in circumferentia ſignatum, poteſt diuerſis ſecundum ſpeciem motibus acquiri: puta per motum ſuper chordam & per motum ſuper arcum ſemicirculi: & ſimiliter in naturalib' idem locus poteſt acquiri per volatum & per ambulationem. Propter quæ forte Auctor nõ propter illam probationem, ſed propter probationem ſecundam, quam reſpondẽdo appoſuit, acceptauit illam rationem, dicens, cum redditione cauſæ, eo ꝙ natura, &c. Secunda igitur

*Vt patet ex Aug. li. de hęreſib. c. 8. & 10. tom. 6.

ſed Chriſtus non ſolum dicitur habere matrem, ſed etiam patrem: dicitur enim Luc. 2. Erant pater eius & mater mirantes ſuper his, quæ dicebantur de illo. & infra eadem mater dicit, Ecce enim pater tuus, & ego dolẽtes quærebamus te. ergo Chriſtus non eſt cõceptus ex virgine matre.

¶ 2 Præt. Matthæ. 1. probatur, quòd Chriſtus fuerit filius Abrahę & Dauid, per hoc, quòd Ioſeph ex Dauid deſcendit: quæ quidem probatio nulla eſſet, ſi Ioſeph pater Chriſti non fuiſſet. ergo videtur, quòd mater Chriſti eum ex ſemine Ioſeph conceperit, & ita non videtur fuiſſe virgo in concipiendo.

¶ 3 Præt. Gal. 4. dicitur, Miſit deus filium ſuum factum ex muliere: mulier autem conſueto modo loquendi dicitur, quæ eſt viro cognita. ergo Chriſtus non fuit conceptus ex Virgine matre.

¶ 4 Præt. Eorum, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, eſt idem modus generationis, quia generatio recipit ſpeciem a termino, ſicut & ceteri motus: ſed Chriſtus eſt eiuſdem ſpeciei cum alijs hominibus, ſecundum illud Philip. 2. In ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Cum ergo alij homines generentur ex commiſtione maris & feminæ, videtur quòd etiam Chriſtus ſimili modo fuerit generatus: & ita non videtur fuiſſe cõceptus ex Virgine matre.

¶ 5 Præt. Quælibet forma naturalis habet materiam ſibi determinatam, extra quam eſſe non poteſt: materia autem formæ humanæ videtur eſſe ſemen maris & feminæ. ſi ergo corpus Chriſti non fuerit conceptum ex ſemine maris & feminæ, non vere fuit corpus humanum, quod eſt inconueniens. videtur igitur non fuiſſe cõceptus ex Virgine matre.

Sed contra eſt, quòd dicitur Iſa. 7. Ecce, virgo cõcipiet.

Respon. Dicendum, quòd ſimpliciter confitendum eſt matrem Chriſti Virginem concepiſſe: contrarium enim pertinet ad hæreſim Hebionitarum* & Cherinthi: qui Chriſtum purum hominem arbitrabantur, & de vtroque ſexu eum natum putauerunt. Quòd enim Chriſtus ſit conceptus ex Virgine, conueniens eſt propter quatuor. Primo propter mittentis Patris dignitatem conſeruandam; cum enim Chriſtus ſit verus & naturalis dei filius, non fuit conueniens, quòd alium patrem haberet, quàm deum, ne dignitas dei Patris transferatur ad alium. Secundo, hoc fuit conueniens proprietati ipſius Filij, qui mittitur, qui quidem eſt verbum dei. Verbum autem abſque omni corruptione cordis concipitur: quinimmo cordis corruptio, perfecti verbi conceptionem non patitur. quia ergo caro ſic fuit a verbo Dei aſſumpta, vt eſſet caro verbi dei, conueniens fuit quòd etiam ipſa ſine corruptione matris conciperetur. Tertio hoc fuit conueniens dignitati humanitatis Chriſti, in qua locum peccatum habere non debuit, per quam peccatum mundi tollebatur, ſecundum illud Ioan. primo: Ecce agnus dei, ſcilicet innocens, qui tollit peccatum mundi: non poterat autem eſſe, quòd in natura iam corrupta ex concubitu, caro naſceretur ſine infectione originalis peccati. Vnde Auguſtinus dicit in libro.* de Nuptijs & concupiſcentia: ſolus nuptialis concubitus ibi non fuit, ſcilicet in matrimonio Mariæ & Ioſeph: quia in carne peccati fieri non poterat ſine vlla carnis concupiſcentia, quæ accidit ex peccato, ſine qua concipi voluit, qui futurus erat ſine peccato. Quarto, propter ipſum finem incarnationis Chriſti, quæ ad hoc fuit, vt homines renaſcerentur in filios dei, non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex deo, id eſt dei virtute: cuius rei exemplar apparere debuit in ipſa conceptione Chriſti. Vnde Auguſtinus.* dicit in libro de ſancta Virginitate: Oportebat caput noſtrum inſigni miraculo ſecundum corpus naſci de virgine, vt ſignificaret membra ſua de virgine eccleſia, ſecundum ſpiritum naſcitura.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ſicut Beda* dicit ſuper Lucam, pater Saluatoris appellatur Ioſeph, non quòd vere iuxta photinianos pater fuerit ei, ſed quòd ad famam Mariæ conſeruandam pater ſit ab omnibus æſtimatus. Vnde & Luc. 3. dicitur, Vt putabatur filius Ioſeph. vel ſicut Auguſtinus.* dicit in lib. de Bono coniugali, Eo modo pater Chriſti dicitur Ioſeph, quo & vir Mariæ intelligitur, ſine cõmiſtione carnis,

*ca. 1. a princip. [illegible]

*ca. 6. [illegible] med. [illegible] tom. 6.

*lib. [illegible] c. 8. [illegible] ordi[illegible] med. [illegible] to. 3.

*li. 1. [illegible] ptiis & [illegible] cup. c. [illegible] parũ [illegible] tom. [illegible]



da igitur probatio in ſe quidem vera eſt: nam quodlibet naturale agẽs ſicut ad vnum terminũ, ita ꝙ nõ ad oppoſitos nec diſparatos, eſt determinatũ ex vnitate ſuæ naturæ, ita etiam ad vnum modum determinatur. In cuius ſignũ, ſemen plantæ non generat plantam, ſi inſeratur, & oculus plantæ non generat plantam, ſi ſeminatur: neutrum enim videmus exercitari. Sed quantum hæc probatio in ſe vera, ſit efficax ad probãdum illam concluſionem, non apparet, niſi præſuppoſita vnitate naturalis agẽtis ad vnum effectum. Et quoniam in animalib' perfectis (quale eſt homo, leo, bos, & huiuſmodi) ſupponitur vnitas agentis naturalis, ideo ratio pro efficaci admittitur. Si quis autem negaret cum Auicen. ſuppoſitionem illam, in campum magnum diſputandi oportet ingrediatur, ad quem nũc egrediendi nõ eſt tempus quando de Beatiſſimæ matris dei virginitate tractatur: ſat fuerit noſſe Auctoris intentionem & literæ diſcuſſionem.

¶ In reſponſione ad quintum aduerte, quòd propoſitio illa, quamuis virtus naturalis non poſſit tranſmutare ad certam formã, niſi determinatam materiam, ſi vniuerſaliter, vt iacet, intelligatur, vel aduerſatiue permiſſa intelligitur, quaſi diceret, quicquid ſit de trãſmutatione per virtutem naturalem, diuina tamen virtus, &c. & hoc ſufficit literæ, vel affirmatiue ꝙ vnica trãſmutatiõe ſumitur: nullum enim agẽs naturale, etiam vniuerſale, vt cælũ poteſt vnica tranſmutatione ad certam formam tranſmutare, niſi determinatam materiam: qm̃ actus actiuorum fiunt oportet in patiente diſpoſito, Et hoc etiam ſatisfacit literæ: quia vnica tranſmutatione, vtpote in inſtanti Spiritus ſanctus ſanguinem beatæ Virginis trãſmutauit in corpus Chriſti. Et cõſonat philoſophiæ, tradẽti quòd illud ꝓprie dicitur agens poſſe, vt proprium effectum, & vt in propriam materiã, qđ vnica tranſmutatione poteſt educere de potentia ĩ actũ, vt patet 9. Metaph. Si vero affirmatiue quoque, ſed ſecundum ſubiectam materiam, puta in materia animatorum intelligitur, conſtat euidenter veram eſſe: ſed argumento vniuerſali non ſatisfacit particularis reſponſio: quamuis ſatisfaciat materiæ particulari, de qua eſt quæſtio. Et ideo hæc reſponſio indigna Auctore videt.

*Mat. c. 1. ſup illud, Chriſti generatio ſic erat, to. 9.

*ca. 11. nõ [illegible] a fin. [illegible]

*[illegible] Aug. [illegible] cõt. [illegible]ſtum, [illegible] in me[illegible], tom. 6.

*[illegible] c. 1. & [illegible] 4.

ipſa copulatione coniugij: multo videlicet coniunctius, quàm ſi eſſet aliũde adoptatus. Neque enim propterea non erat appellandus Ioſeph pater Chriſti, quia nõ eum genuerat concumbendo: quandoquidem pater eſſet etiam ei, quem non ex ſua coniuge procreatum, aliunde adoptaſſet.

Ad 2[m] dicendum, quòd ſicut Hiero. dicit* ſuper Matthæ. cum Ioſeph non ſit pater domini ſaluatoris, ordo generationis eius vſque ad Ioſeph deducitur. Primo quidem, quia non eſt conſuetudinis ſcripturarum, vt mulierum in generationibus ordo texatur. Deinde ex vna tribu fuit Ioſeph, & Maria: vnde & lege eam accipere cogebatur vt propinquam. Et vt Auguſt.* dicit in lib. de Nuptiis & cõcupiſcentia, fuit generationum ſeries vſque ad Ioſeph perducenda: ne in illo coniugio virili ſexui vtique potiori, fieret iniuria, cum veritati nihil deperiret: quia ex ſemine Dauid & Ioſeph erat & Maria.

Ad 3[m] dicendum, quòd ſicut Gloſ.* dicit ibidem, mulierem ꝓ femina poſuit, more locutionis Hebræorum: vſus enim Hebrææ locutionis mulieres dicit, non virginitate corruptas, ſed feminas.

Ad 4[m] dicendum, quòd ratio illa habet locum in his, quæ procedunt in eſſe per viam naturæ: eo quòd natura ſicut eſt determinata ad vnum effectum; ita etiam eſt determinata ad vnum modum producendi illum: ſed virtus ſupernaturalis diuina cum ſit infinita, ſicut non eſt determinata ad vnum effectum, ita non eſt determinata ad modum producendi quemcũque effectum. Et ideo, ſicut virtute diuina fieri potuit, vt primus homo de limo terræ formaretur, ita etiam fieri potuit, vt diuina virtute corpus Chriſti formaretur de Virgine abſque virili ſemine.

Ad 5[m] dicendum, quòd ſecundum Philoſophum* in lib. de generatione animalium, ſemen maris non eſt ſicut materia in conceptione animalis, ſed ſolum ſicut agens: ſola autem femina materiam ſubminiſtrat conceptui. Vnde per hoc, quòd ſemen maris defuit ĩ cõceptione corporis Chriſti, non ſequitur, quòd defuerit ei debita materia. Si tamen ſemen maris eſſet materia fœtus concepti in animalibus, manifeſtum tñ eſt, ꝙ non eſt materia permanens in eadem forma, ſed materia tranſmutata. Et quamuis virtus naturalis non poſſit tranſmutare ad certam formam, niſi determinatam materiam: virtus tamen diuina quæ eſt infinita, poteſt tranſmutare omnem materiam in quãcumque formam. Vnde ſicut trãſmutauit limum terræ in corpus Adæ, ita in corpus Chriſti tranſmutare potuit materiam a matre miniſtratam, etiam ſi non eſſet ſufficiens materia ad naturalem conceptum.

## Articvlvs II.

### Vtrum mater Dei fuerit uirgo in partu.

Ad secvndvm ſic proceditᵣ. Videtur ꝙ mater Chriſti non fuerit virgo in partu. Dicit enim Ambroſ.* ſuper Lucam, Qui vuluam ſanctificauit alienam, vt naſceretur propheta, hic eſt qui aperuit matris ſuæ vuluam, vt immaculatus exiret: ſed apertio vuluæ virginitatem excludit. ergo mater Chriſti non fuit virgo in partu.

¶ 2 Præt. Nihil in myſterio Chriſti eſſe debuit, per quod corpus eius phantaſticum appareret: ſed hoc non videtur vero corpori, ſed phantaſtico conuenire, vt poſſit per clauſa tranſire, eo quòd duo corpora ſimul eſſe non poſſunt. non igitur debuit ex matris vtero clauſo corpus Chriſti prodire, & ita nõ decuit, quòd eſſet virgo in partu.

¶ 3 Præt. Sicut Grego.* dicit in hom. octauarum Paſchæ, per hoc quòd ianuis clauſis ad diſcipulos poſt reſurrectionem intrauit dominus, oſtendit corpus ſuum eſſe eiuſdem naturæ & alterius glorię. Et ſic per clauſa tranſire, videtur ad gloriam corporis pertinere: ſed corpus Chriſti in ſua conceptione non fuit glorioſum, ſed paſſibile, habens ſimilitudinem carnis peccati, vt Apoſtolus dicit Roman. 8. non ergo exiuit per Virginis vterum clauſum.

Sed contra eſt, quòd in quodam ſermone Epheſini concilij dicitur, Natura poſt partum neſcit vlterius virginem: gratia vero & parientem oſtendit, & matrem fecit, & virginitati non nocuit. fuit ergo mater Chriſti virgo in partu.

Respon. Dicendum, quòd abſque omni dubio aſſerendum eſt matrem Chriſti, etiam in partu virginem fuiſſe. Nam Propheta

¶ Super Quæſtionis vigeſimæoctauæ Articulum ſecundum.

Titulus clar' ẽ. ¶ In corpore duo fiunt. Primo, reſpondetur quæſito: Beata virgo fuit virgo in partu. Probatur auctoritate Iſaiæ. Secundo, triplicem rationem conuenientiæ aſſignat, quę clare patẽt in litera. Nouitij tamen percipiant pro prima ratione, quòd conceptio verbi in corde, & ꝓceſſio verbi ex corde, nõ ſunt duo progreſſus: ſed ad exprimendas diuerſas conditiones habitudinis verbi ad intellectũ, diuerſæ adhibentur rationes: verbum. n. cordis, hoc eſt conceptus quem format intellectus cum rẽ aliquam intelligit, & manet intus in intellectu, dũ res actu intelligitur & diſtinguitur ab intellectu a quo emanat. Dũ enim ego intelligo me ad imaginẽ dei eſſe, formo ſimulacrum de meipſo ad imaginem dei: & ſimiliter cum intelligo me peccatorem, formo ſimulacrum de meipſo peccatore: & ſic de alijs. illud autẽ ſimulacrũ quod

*Opuſc. 9. cap. 232.

*lib. 2. in Luc. in c. cuius tit. ẽ, de circũ. ſaluatoris in fin. tom. 5.

*Eſt ho. 26 in euang. paulo a prĩcip.

quòd conceptus, quod verbum appellatur, non extra mentem meam, ſed in mente mea manet. Et ſimilitudinarie dr̃ concipi ĩ corde & naſci ex corde: quia proles, dũ in vtero concipitur in vtero manet: & dum ex vtero naſcitur, a matre diſtinguitur perfecte. Simili ſiquidem modo, quia verbum cordis in corde prolatum manet, concipi dicitur: & quia a corde prolatum perfecte diſtinguitur accidentis ſublata natura, ideo naſci dicitur ex corde. Vbi videre potes, quòd conceptio natiuitasq́ue verbi ĩ, & ex corde, vnus proceſſus eſt, diuerſis nominibus diuerſa ratione appellatus, & quòd nec in conceptu nec in ortu ſuo mentem, in qua, & ex qua ꝓcedit, corrumpit, vt in ſynodo allata in litera dicitur.

¶ In reſponſione ad tertium aduerte, quòd Auctor dotis nomine appellat & ipſam rem, quæ dos dicitur, & modum eiuſdem, hoc eſt rem tali modo: puta per modum immanentis, vt ipſemet inferius manifeſtabit, quæſt. 43. artic. 2. Et cum ex duplici capite potuiſſet reprehendi poſitio Hugonis de ſancto Victo, ſcilicet ex hoc, quòd non ſpectat ad ſubtilitatis dotem, duo corpora eſſe ſimul in eodem loco: vnde nec corpora glorioſa ex ſua proprietate poterunt ſimul eſſe in eodem loco, & ex hoc, quòd in corpore animali nõ inuenitur dos, quia non inuenitur animæ glorioſæ redundantia ſimpliciter ad corpus: quamuis vt inferius in allegato loco dicitur, inueniri poſſit miraculoſe redũdantia ſecundum quid, maluit tamen Auctor ex ipſa dotis ratione hic ꝓcedere, quàm in illam diſputationem aliam introire.

† In ſer. 6. a med. to. 10.
*li. 1. ĩ Luc. c. 8. ſecundũ eius ordinẽ to. 2.
* In hym. q canitur ĩ veſpis natalis domini.

non ſolum dicit, Ecce virgo concipiet: ſed etiam addit, Et pariet filium. Et hoc quidem, cõueniens fuit propter tria. Primo quidem, quia hoc competebat proprietati eius, qui naſcebatur, qui eſt verbum dei. Nam verbum non ſolum in corde abſque corruptione concipitur, ſed etiam abſque corruptione ex corde procedit. Vnde vt oſtenderetur, quòd illud eſſet corpus ipſius verbi dei, conueniens fuit vt de incorrupto virginis vtero naſceretur. Vnde in ſermone quodam [illegible] concilij legitur, Quæ [illegible] putam a virginitate [illegible] quia natum eſt carne [illegible], deus cuſtodit virginitatem [illegible] ipſum oſtendens per hoc verbum. Neque enim noſtrum verbum cum paritur, corrumpit mentem: neque deus verbum, ſubſtantialem partem eligens, peremit virginitatem. Secundo, hoc eſt conueniens quantum ad effectum incarnationis Chriſti. Nam ad hoc venit, vt noſtram corruptionem tolleret. vnde non fuit conueniens, vt virginitatem matris, naſcendo corrumperet. Vnde Auguſtin. † dicit in quodam ſermo. de natiuitate domini, Fas non erat, vt per eius aduentum violaretur integritas, qui venerat ſanare corrupta. Tertio fuit conueniens, ne matris honorem naſcendo diminueret, qui parentes præceperat honorandos.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Ambro. dicit hoc, exponens illud, quod Euangeliſta de lege induxit, Omne maſculinum adaperiens vuluam, ſanctum domino vocabitur: quod quidem, vt * Beda dicit, conſuetæ natiuitatis more loquitur, non quòd dominus ſacri ventris hoſpitium, quod ingreſſus ſanctificauerat, egreſſus deuirginaſſe credendus ſit. Vnde illa adapertio non ſignificat reſerationem communẽ clauſtri pudoris virginei: ſed ſolum exitum prolis de vtero matris.

Ad 2^m^ dicendum, quòd ita Chriſtus voluit veritatem ſui corporis demonſtrare, quòd etiam eius diuinitas declararet: & ideo permiſcuit mira humilibus. Vnde vt corpus eius verum oſtenderetur, naſcitur ex femina: ſed vt oſtenderetur eius deitas, proceſſit ex virgine: talis enim partus decet deum, vt Ambroſius dicit in hymno * Natiuitatis.

Ad 3^m^ dicendum, quòd quidam dixerunt Chriſtum in ſua na- F tiuitate dotem ſubtilitatis aſſumpſiſſe, ſicut quando ambulauit ſiccis pedibus ſuper mare, dicunt eum aſſumpſiſſe dotem agilitatis: ſed hoc non cõuenit his, quæ * ſupra determinata ſunt: huiuſmodi enim dotes corporis glorioſi proueniunt ex redundantia gloriæ animæ ad corpus, vt infra * dicetur, cum tractabitur de corporibus glorioſis. Dictum eſt autem * ſupra, quòd Chriſtus ante paſſionem permittebat carni ſuæ agere & pati quæ propria: nec fiebat talis redundantia gloriæ ab anima ad corpus. Et ideo dicendum eſt, quòd omnia iſta facta ſunt miraculoſe per virtutem diuinam. Vnde Auguſtinus † dicit ſuper Ioan. Moli corporis vbi diuinitas erat, oſtia clauſa non obſti- G terunt: ille quippe non eis apertis intrare potuit, quo naſcente virginitas matris inuiolata permanſit? Et Dionyſius * dicit in quadam epiſtola, quòd Chriſtus ſuper hominem operabatur ea, quæ ſunt hominis, & hoc monſtrat Virgo ſupernaturaliter concipiens, & aqua inſtabilis, terrenorum pedum ſuſtinens grauitatem.

*Q. 14. *Non eſt pleum. *Q. 14. ar. 1. ad 2. Tract. 121. a media. tom. 9. * In epiſt. ad Caiũ monac. ſcripti, Quæris quidem.

## Articvlvs. III.

*Vtrum mater Dei permanſerit uirgo poſt partum.*

H Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd mater Chriſti non permanſerit virgo poſt partum. Dicitur enim Matthę. 1. Antequam conuenirent Ioſeph & Maria, inuenta eſt in vtero habens de Spirituſancto, non autem euangeliſta diceret, antequam conuenirent, niſi de conuenturis: quia nemo dicit de non pranſuro, antequam pranderet. ergo videtur ꝙ beata virgo quandoque conuene- I rit carnali copula cũ Ioſeph, & ita non permanſerit virgo poſt partũ.

¶ 2 Præt. Ibidem ſubditur ex verbis angeli loquentis ad Ioſeph: Ne timeas accipere Mariam cõiugem tuam. Coniugium autem conſumatur per carnalem copulam. ergo videtur quòd quandoque carnalis copula interuenerit inter Mariam & Ioſeph, & ita videtur ꝙ nõ permanſerit virgo poſt partum.

¶ 3 Præt. Ibidem poſt pauca ſubditur: Et accepit coniugem K ſuam, & non cognoſcebat eam, donec peperit filium ſuum primogenitum. Hoc autem aduerbium, donec, conſueuit determinatum tempus ſignare, quo impleto fiat id, quod vſque ad illud tempus non fiebat. Verbum autem cognoſcendi ibi ad coitum refertur, ſicut & Geneſ. quarto dicitur, ꝙ Adam cognouit vxorem ſuam. ergo videtur, quòd poſt partum beata virgo fuerit carnaliter a Ioſeph cognita. ergo videtur quòd non permanſerit virgo poſt partum.

¶ *Super Quæſtionis vigeſimæoctauæ Articulum tertium.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore vnica concluſio contra errorem Eluidij, quatuor rationib' firmata, Omnia clara ſunt.

Opuſc. 3. c. 231.

¶ In reſponſione ad tertium, nota ꝓ ſenſu literali reſpõſionem Hierony. quia veriſſima eſt & ad literam, & fulta auctoritatibus Scripturæ, & allata in litera & alibi, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos, &c. Non enim denotatur, quòd poſt ſuppoſitos inimicos deſinet ſedere a dextris, ſed quia poſſet dubitari an interim, quòd ponantur ſuppedanei inimici, ſedeat hoc eſt regnet quiete a dextris Dei, ideo ad tollendam dubitationem dictum eſt, Sede a dextris meis, donec ponam, &c. vt per hoc ſapiens quiſque intelligeret, quòd tanto magis poſt ſedebit a dextris dei.

¶ In reſponſione ad ſextum, vide ꝙ etiam diuerſus in euangelio ſitus deſcriptus matris Ieſu & Mariæ Iacobi, diſtinguit illas: nã iſta a longe, illa iuxta crucem deſcribitur.

¶ 4 Præt.



¶ 4 Præt. Primogenitus non poteſt dici, niſi qui ha- A beat fratres ſubſequentes: vnde & Roma. 8. dr̃, Quos præſciuit conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus: ſed euangeliſta nominat Chriſtum primogenitum matris eius. ergo habuit alios filios poſt Chriſtum, & ita videtur ꝙ mater Chriſti non manſerit virgo poſt partum.

¶ 5 Præt. Ioan. 2. dicitur, Poſt hæc deſcẽdit Capharnaum ipſe, ſcilicet Chriſtus, & mater eius & fratres eius: ſed fratres dicuntur, qui ex eodem parente geniti ſunt. ergo videtur quòd beata Virgo habuerit alios filios poſt Chriſtum.

¶ 6 Præt. Matthæ. 27. dicitur, Erant ibi, ſ. iuxta crucem Chriſti, mulieres multæ a longe, quæ ſecutę erant B Ieſum a Galilæa, miniſtrantes ei, inter quas erat Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi & Ioſeph mater, & mater filiorum Zebedæi. Videtur autem hæc Maria, quę hic dicitur Iacobi, & Ioſeph mater, eſſe etiam mater Chriſti: dicitur enim Ioan. 19. ꝙ ſtabat iuxta crucem Ieſu, Maria mater eius. ergo videtur quòd mater Chriſti non permanſerit virgo poſt partum.

Sed contra eſt, quòd dicitur Ezech. 44. Porta hæc clauſa erit, & non aperietur, & vir non tranſibit per eam, quoniam dominus Deus iſrael ingreſſus eſt per eam: quod exponens Auguſt. in quodam ſermone * dicit, Quid eſt porta in domo domini clauſa, niſi quòd Maria ſemper erit intacta? Et quid C eſt, homo non tranſibit per eam, niſi quòd Ioſeph nõ cognoſcet eam? Et quid eſt, Dominus ſolus intrat, & egreditur per eam, niſi ꝙ Spirituſſanctus impraegnabit eam, & angelorum dominus naſcetur per eam? Et quid eſt, clauſa erit in æternum, niſi ꝙ Maria virgo eſt ante partum, & virgo in partu, & virgo poſt partum?

*In ſer. 14. de natali domini qui ẽ 11. de tẽp. non longe a principio tom. 10.

Respon. Dicendum, quòd abſque omni dubio deteſtandus eſt error Eluidij, qui dicere præſumpſit matrem Chriſti poſt partum a Ioſeph eſſe carnaliter cognitam, & alios filios genuiſſe. Hoc enim primo derogat Chriſti perfectioni, qui ſicut ſecundum diuinam naturam vnigenitus eſt Patris, tãquam perfectus per omnia filius eius, ita decuit vt eſſet vnigenitus D matris tamquam perfectiſſimum germen eius. Secundo, hic error iniuriam facit Spirituiſancto, cuius ſacrarium fuit vterus virginalis, in quo carnem Chriſti formauit, vnde non decebat, quòd de cetero violaretur per commiſtionem virilem. Tertio derogat dignitati & ſanctitati matris Dei, quæ ingratiſſima videretur, ſi tanto filio contenta non eſſet, & ſi virginitatem, quæ in ea miraculoſe conſeruata fuerat, ſponte perdere vellet per carnis concubitũ. Quarto etiam ipſi Ioſeph eſſet ad maximam præſumptionem imputandum, ſi eam quam reuelante angelo de Spirituſancto deum concepiſſe cognouerat, polluere attentaret. Et ideo ſimpliciter eſt aſſerendum, quòd mater Dei ſi- E cut virgo concepit, & virgo peperit, ita etiam & virgo poſt partum in ſempiternum permanſit.

Ad primvm ergo dicendum, quòd (ſicut Hierony. * dicit in lib. contra Eluidium) intelligendum eſt, quòd hæc propoſitio Ante, licet ſæpe conſequentia indicet, tamen nonnumquam ea tantum quæ prius cogitabantur, oſtendit: nec neceſſe eſt vt cogitata fiant, cum ideo aliud interuenerit, ne ea quæ cogitata ſunt, fierent. Sicut ſi aliquis dicat, antequam in portu pranderem nauigaui: non intelligitur quòd in portu prandeat poſtquam nauigauerit: ſed quia cogitabatur in portu pranſurus. Et ſimiliter Euangeliſta dicit, Antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens de Spirituſancto, non quia poſtea cõuenerint: ſed quia dum viderentur conuenturi, præuenit conceptio per Spiritũſanctum, ex quo factum eſt, vt vlterius non conuenirent.

*Tit. hui' lib. eſt de ꝑpetua virg. Mariæ, nõ pcul a pri. tom. 3.

Ad 2^m^ dicendum, quòd ſicut Auguſtinus dicit in lib. de Nupt. * & concupiſcentia, Coniux Ioſeph, vocatur mater Dei ex prima deſponſationis fide, quã per concubitum non cognouerat nec fuerat cogniturus. Vt enim Ambro. † dicit ſuper Lucam, non virginitatis ereptio, ſed coniugij teſtificatio & nuptiarum celebratio declaratur.

* ca. 11. nõ lõge a pri. tom. 7.
† li. 2. ĩ Luca. 1. a me. tom. 5.

Ad 3^m^ dicendum, quòd quidam dixerunt, hoc non eſſe intelligendum de cognitione coitus, ſed de B cognitione notitiæ. Dicit enim Chryſoſt. * quòd non cognouit eam Ioſeph antequam pareret, cuius fuerit dignitatis: ſed poſtquam peperit tunc cognouit eam: quia per ipſius prolẽ ſpatioſior * & dignior facta fuerat quàm totus mundus: quia quem totus mundus capere nõ poterat, in anguſto cubiculo vteri ſui ſola ſuſcepit. Quidam vero hoc referunt ad notitiam viſus: ſicut enim Moyſi cum Deo colloquentis glorificata eſt facies, vt non poſſent intendere in eum filij Iſrael: ſic Maria claritate virtutis altiſſimi obumbrata, cognoſci non poterat a Ioſeph, donec pareret: poſt partum autem a Ioſeph agnita inuenitur ſpecie faciei, non tactu libidinis. *Hierony.* * autem conce- C dit hoc eſſe intelligendum de cognitione coitus: ſed dicit quòd vſque vel donec, in Scripturis dupliciter poteſt intelligi. Quandoque enim deſignat certum tempus, ſecundum illud Gal. 3. Propter tranſgreſſionem lex poſita eſt, donec veniret ſemen, cui promiſerat: quandoque vero ſignat infinitum tempus, ſecũdum illud Pſal. 113. Oculi noſtri ad dominũ Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri, ex quo non eſt intelligendum, quòd poſt impetratam miſericordiam, oculi auertantur a Deo. Et ſecundum hunc modum loquendi ſignificantur ea, de quibus poſſet dubitari, ſi ſcripta non fuiſſent: cetera vero noſtræ intelligentiæ derelinquuntur. Et ſecundum hoc Euangeli- D ſta dicit matrem Dei, non eſſe cognitam a viro vſque ad partum, vt multo magis intelligamus cognitam non fuiſſe poſt partum.

*hom. 1. in Mat. ĩ ope. imper. ſup illud Et nõ cognouit eã, donec. tom. 2.
* alias ſpecioſior.
*In fi. cõm. ad 1. c. Mat. tom. 9

Ad 4^m^ dicendum, quòd mos diuinarum Scripturarum eſt, vt primogenitum vocent non ſolum eum, quem fratres ſequuntur, ſed eum, qui primus natus ſit. Alioquin ſi non eſt primogenitus, niſi quem ſequuntur fratres, tamdiu * ſecundum legem primogenita non debentur, quãdiu & alia fuerint procreata, quod patet eſſe falſum, cum infra vnum menſem primogenita redimi mandentur ſecundum legem.

*Alias, ſm legẽ ſacerdotib', &c.

Ad 5^m^ dicendum, quòd quidam, ſicut Hieronymus * dicit ſuper Matthæ. fratres domini de alia E vxore, Ioſeph filios ſuſpicantur. Nos autem fratres Domini, non filios Ioſeph, ſed conſobrinos Saluatoris, ſororis Mariæ matris Domini filios intelligimus. Quatuor enim modis in Scripturis fratres dicuntur, ſcilicet natura, gente, cognatione, & affectu. Vnde fratres Domini dicti ſunt, non ſecundum naturam, quaſi ab eadem matre nati: ſed ſecundum cognationem quaſi conſanguinei eius exiſtentes. Ioſeph autem, ſicut Hierony. * dicit contra Eluidium, magis credendus eſt virgo permanſiſſe: quia aliam vxorem habuiſſe non ſcribitur, & fornicatio in ſanctum virum non cadit.

* circa fin. commẽ. ad 12. c. Mat. tom. 9.
*habeẽ c. 1. ĩ Mat. ſup illud, Cum eſſet deſpõſata to. 9. Et etiã contra Eluidiũ ante fi. lib. tom. 3.

Ad 6^m^ dicendum, quòd Maria, quæ dicitur Iacobi & Ioſeph mater, non intelligitur eſſe mater Domini:

mini, quæ in Euangelio non conſueuit nominari, niſi cum cognominatione huius dignitatis, quòd ſit mater Ieſu. Hæc autem Maria eſſe intelligitur vxor Alphæi, cuius filius eſt Iacobus minor, qui dictus eſt frater domini.

ARTICVLVS IIII.

*Vtrum mater Dei uirginitatem uouerit.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, quòd mater Dei virginitatem non vouerit. Dicitur enim Deutero. 7. Non erit G apud te ſterilis vtriuſque ſexus. Sterilitas autem ſequitur virginitatem. ergo ſeruatio virginitatis erat cōntra præceptum veteris legis: ſed adhuc lex vetus habebat ſtatum antequam Chriſtus naſceretur. ergo non potuit licite beata Virgo vouere virginitatem pro tempore illo.

¶ 2 Præter. Apoſtolus. 1. ad Cor. 7. dicit, De virginibus autem præceptum domini non habeo, conſilium autem do: ſed perfe- H ctio conſilij a Chriſto debuit inchoari, qui eſt finis legis, vt Apoſtolus dicit Roma. 10. Non ergo conueniens fuit, quòd beata Virgo votum virginitatis emitteret.

¶ 3 Præter. Apoſtolus dicit. 1. ad Timothe. 5. quòd vouentibus caſtitatem, non ſolum nubere, ſed etiam velle nubere, damnabile eſt: ſed mater Chriſti nullum peccatum damnabile commiſit, vt ſupra habitum eſt.* Cum ergo deſponſata fuerit (vt habe- I tur Luc. 1.) videtur ꝙ ipſa virginitatis votum non emiſerit.

SED CONTRA eſt, quòd Auguſtinus dicit* in libro de ſancta Virginitate: Annuntianti angelo Maria reſpondit, Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? quod profecto non diceret, niſi prius ſe virginem deo vouiſſet.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut in ſecunda parte habitum eſt,* perfectionis opera magis ſunt K laudabilia, ſi ex voto celebrentur. virginitas autem in matre dei præcipue debuit pollere, vt ex ſupra † dictis rationibus patet, & ideo conueniens fuit, vt virginitas eius ex voto eſſet deo conſecrata. Verum, quia tempore legis oportebat generationi inſiſtere tam mulieres quàm viros (quia ſecundum carnis originem, cultus dei propagabatur antequam ex illo populo Chriſtus naſceretur) mater dei nō F creditur antequam deſponſaretur Ioſeph, abſolute virginitatem vouiſſe: ſed licet eam in deſiderio habuerit, ſuper hoc tamen voluntatem ſuam diuino commiſit arbitrio. Poſtmodum vero accepto ſponſo, ſecundum quòd mores illius temporis exigebant, ſimul cū eo votum virginitatis emiſit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia videbatur eſſe lege prohibitum, non dare operam ad relinquendum ſemen ſuper terram, ideo non ſimpliciter virginitatem vouit dei genitrix: ſed ſub conditione, ſi deo placeret. Poſtquam autem ei innotuit hoc eſſe Deo acceptum, abſolute vouit antequàm ab Angelo annuntiaretur.

AD 2m dicendum, quòd ſicut gratiæ plenitudo perfecte quidem fuit in Chriſto, & tamen aliqua eius inchoatio præceſſit in matre, ita etiam obſeruatio conſiliorum, quæ per gratiam Dei fit, perfecte quidem incœpit in Chriſto, ſed aliquo modo fuit inchoata in virgine matre eius.

AD 3m dicendum, quòd verbum illud Apoſtoli eſt intelligendum de illis, quæ abſolute caſtitatem vouent, quod quidem mater dei non fecit antequam Ioſeph deſponſaretur: ſed poſt deſponſationem ex communi voluntate ſimul cum ſponſo ſuo votum uirginitatis emiſit.

QVAESTIO XXIX.

*De matris dei deſponſatione, in duos articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderādum eſt, de deſponſatione matris dei.

Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primo, Vtrum Chriſtus debuerit de deſponſata naſci.

¶ Secundo, Vtrum fuerit uerum matrimonium inter Mariā matrem Domini & Ioſeph.

ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum Chriſtus naſci debuerit de Virgine deſponſata.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus non debuerit de Virgine deſponſata naſci. Deſponſatio enim ad carnalem copulam ordinatur: ſed mater Domini nunquam voluit carnali copula viri A vti; quia hoc derogaret virginitati mentis ipſius. ergo nō debuit eſſe deſponſata.

¶ 2 Præt. Quòd Chriſtus ex virgine naſceretur, miraculum fuit. vnde Auguſtinus.* dicit in Epiſtola ad Voluſianum: Ipſa Dei virtus per inuiolata matris virginea viſcera, membra infantis eduxit, quæ poſtea per clauſa oſtia, membra iuuenis introduxit: hic ſi B ratio quæritur, non erit mirabile: ſi exemplum poſcitur, non erit ſingulare: ſed miracula fiunt ad confirmationem fidei, vnde debent eſſe manifeſta. Cum igitur per deſponſationem hoc miraculum fuerit obumbratum, videtur nō fuiſſe conueniens, quòd Chriſtus de deſponſata naſceretur.

¶ 3 Præt. Ignatius martyr, vt Hiero.* dicit ſuper Matth. hanc cauſam aſſignauit deſponſationis ma- C tris dei, vt partus eius diabolo cælaretur, dum eum putat non de Virgine, ſed de vxore generatum. quæ quidem cauſa nulla eſſe videtur: tum, quia diabolus ea, quę corporaliter fiunt, perſpicacitate ſui ſenſus cognoſcit: tum etiam, quia poſtmodum per multa euidentia ſigna dæmones aliqualiter Chriſtum cognouerunt. vnde dicitur Mar. 1. quòd homo in ſpiritu immundo exclamauit dicens, Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene? veniſti ante tempus perdere nos: ſcio D quòd ſis ſanctus dei. non ergo videtur conueniens fuiſſe, quòd mater dei eſſet deſponſata.

¶ 4 Præt. Aliam rationem aſſignat Hiero.* ne lapidaretur mater dei a iudæis, ſicut adultera. Hæc autem ratio nulla eſſe videtur: ſi enim non eſſet deſponſata, non poſſet de adulterio condemnari: et ita nō videtur rationabile fuiſſe, quòd Chriſtus de deſponſata virgine naſceretur.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Matth. 1. Cum eſſet deſpon- E ſata mater eius Maria Ioſeph, & Luc. 1. Miſſus eſt Gabriel angelus ad Mariam virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph.

RESPON. Dicendum, quòd conueniens fuit Chriſtum de deſponſata Virgine naſci: tum propter ipſum, tum propter matrem, tum etiam propter nos. Propter ipſum quidem Chriſtum, quadruplici ratione. Primo quidem, ne ab infidelibus tāquam illegitime natus abiiceretur. Vnde Ambroſ.* dicit ſuper Luc. Quid iudæis, quid Herodi poſſet aſcribi, ſi natum viderentur ex adulterio perſecuti? Secundo, vt conſueto modo, eius genealogia per virum deſcriberetur. vnde dicit Ambr.† ſuper Luc. Qui in ſæculum venit, ſæculi debuit more deſcribi. viri autem perſona quæritur, qui in ſenatu & reliquis curijs ciuitatum generis aſſerit dignitatem. Cōſuetudo etiam nos inſtruit Scripturarum, quæ ſemper viri originem quærit. Tertio ad tutelam pueri nati, ne diabolus contra eum vehementius nocumenta procuraſſet. Et ideo Ignatius dicit* ipſam fuiſſe deſponſatam, vt partus eius diabolo cælaretur. Quarto, vt a Ioſeph nutriretur: vnde & pater eius dictus eſt, quaſi nutritius. Fuit etiam conueniens ex parte virginis. Primo quidem, quia per hoc redditur immunis a pœna, ne ſcilicet lapidaretur a iudæis tamquàm adultera, vt Hierony.† dicit. Secundo, vt per hoc ab infamia liberaretur. vnde dicit Ambro.* ſuper Luc. quòd deſponſata eſt, ne temeratæ virginitatis adureretur infamia, cui grauis aluus corruptelæ videretur inſigne præferre. Tertio, vt ei a Ioſeph miniſterium exhiberetur, vt Hieronym.† dicit. Ex parte etiam noſtra hoc fuit conueniens. Primo quidem, quia teſtimonio Ioſeph comprobatum eſt Chriſtum ex virgine natum. vnde Ambro.* dicit ſuper Luc. Locupletior teſtis pudoris maritus adhibetur, qui poſſet & delere iniuriam, & vindicare opprobrium, ſi non agnoſceret ſacramentum. Secundo, quia ipſa verba Virginis matris magis credibilia redduntur, ſuam virginitatem aſſerentis. vnde Ambroſius.† dicit ſuper Luc. Fides, Mariæ verbis magis aſſiſcitur, & mendacij cauſa remouetur. videretur enim culpam obumbrare voluiſſe mendacio innupta prægnās: cauſam autem mentiendi deſponſata non habuit, cum coniugij præmium & gratia nuptiarum partus ſit feminarum: quæ quidem duo pertinent ad firmitatem fidei noſtræ. Tertio, vt tolleretur excuſatio virginibus, quæ propter ſuam incautelam non vitant infamiam. vnde Ambro.* dicit, Non decuit virginibus ſiniſtra opinione viuentibus, velamen excuſationis relinqui, ꝙ infamata mater quoq; dn̄i videretur. Quarto, quia ꝑ hoc ſignificat̃ vniuerſa Eccleſia:

¶ Super Quæſtionis vigeſimæoctauæ Articulum quartum.

TItul⁹ clarus ē. Et ratio dubij eſt: quia nihil legitur de voto beatæ Virginis, & ipſa ei⁹ deſponſatio contrariari videtur voto virginitatis. [4. diſ. 30. q. 2. art. 1. q. 1. & 3. Et Matth. 1.]

¶ In corpore duo fiunt. primo, tractatur de ipſius voto, ſecundo, de tempore voti. Quo ad primum, vnica eſt concluſio: Conueniens fuit beatæ Virginis virginitatē eſſe deo conſecratam voto. probatur: quia laudabilior eſt virginitas voto dicata, ſicut reliqua perfectionis opera. Quo ad ſecūdum, diſtinguuntur duo tempora ante annuntiationem, primum ante deſpōſationē: ſm inter deſponſationem & annuntiationem, & ſecundū ſingula tempora ſingillatim reſpondetur. Iuxta primum concluſio eſt: Beata virgo ante deſponſationem non ſimpliciter, ſed ſub conditione virginitatē vouit. Probatur: q̄a tūc virginitas erat prohibita a lege & deſiderata a perſona beatæ Virginis: & quia prohibita non ſimpliciter vouit, quia deſiderata vouit ſub conditione ſi deo placeret, vt in reſpōſione ad primū explicatur. [*q. 27. ar. 4.] [* c. 4. circa prin, to. 6.]

¶ Iuxta ſecundum concluſio eſt. Beata virgo votum virginitatis cū viro ſuo ſimul emiſit ſimpliciter. [*2. 2. q. 88. art. 6.]

¶ Vbi ſcito ꝙ concluſio non aliter in litera probatur; ſed ex iam dictis conſequens relinquitur: ex eo enī quòd ante deſponſationem non vouit ſimpl'r, quia ꝓhibitū erat, & virginitatē q̄ńq; vouit ſimpl'r, q̄a laudabilior virginitas eſt matri dei tribuēda, & ante annuntiationē vouit ſimpliciter: quia aliter non dixiſſet, Q̄ṁo fiet iſtud, q̄m̄ virum non cognoſco? nec actu nec potentia, ꝑp votum (vt Aug. hinc accipit) & coniugata nō poteſt vouere virginitatem ſine conſenſu viri ſui, niſi poſt Chriſtū diſſoluendo matrimonium non cō ſumatūm, per religionis profeſſionem, quod tunc locum non habuit, ſequitur ꝙ beata Virgo ante annuntiatiōem & cognouit deo placere, ꝙ virginitatē vouerit ſimpl'r, & de conſenſu Ioſeph virginitatē vouerit. Valde autē rōni cōſentaneum eſt, vt ſanctus ſpōſus concedens ſpōſæ, ꝙ manente coniugio, virginitatem voueret, ipſe quoq; virginitatem ſimul voueat: penſata ꝓſertim diuina prouidentia, quæ hoc inſpirare ipſi Ioſeph quaſi debebat, vt Virgo virginum, virginem quoq; comitem, ſeruatoremq́; ſui haberet: alioqn non fuiſſet plena gratia: cui hæc gr̄a ī ſuo coniuge defuiſſet, quam ipſa maxime ſecundum rectā rationem deſiderare debebat. Et propterea in litera dr̄, ꝙ cum Ioſeph ante annūtiationē virginitatē ſimpl'r vouit. [†art. 1. huius quæſt.] [D. 1170.]

¶ Super Quæſtionis vigeſimænonæ Articulum primum.

IN corpore vnica eſt concluſio, ex tribus capitibus cō probata. Concluſio eſt: Conueniēs fuit Chriſtum de deſpōſata Virgine naſci. Probatur primo ex parte Chriſti quadrupliciter: ſecundo, ex parte beatæ Virginis tripliciter: tertio ex parte noſtri, quintupliciter. Omnia clara ſunt in litera.

¶ In reſponſione ad primum perſpice in litera ambo capita, quæ videntur poſſe obſtare virginitati mentali, ſcilicet conſenſum in copulam coniugalem & conſenſum conditionatum, ſcilicet ſi deo placeret, in copulam carnalem, non obſtare in veritate puriſſimæ mentali virginitati beatæ Virginis. Et ratio quidem, quòd conſenſus in copulam coniugalem ꝑciſe non præiudicat mentali virginitati, eſt: quia in copula coniugali non continetur copula carnalis, niſi in potentia: quia potentia autem eſt conditio diminuens (coniunctio enim in potentia non eſt coniunctio: ſicut nec rex in potentia eſt rex) ſequitur quòd conſenſus in copulam coniugalem, non ſit conſenſus in copulam carnalem. Ratio vero, quare conſenſus ſic conditionatus in copulam carnalem, non præiudicat mentali virginitati, eſt: quia conſenſus iſte tam formaliter, quàm materialiter eſt ad obediendum deo, & copulam carnalem, non niſi pro materia remota & tali conditione vallatam habet, vt oppoſitum non liceat habere in propoſito. [4. diſt. 30. q. 1. art. 2. q. 1. & 3. Matth.] [*Epiſt. 3. an medium tom. 2.] [*ſup. 1 Mat. ſup illud, Cum eſſet deſpōſata tom. 9.]

¶ Ad cuius euidentiam ſcire oportet, quòd dupliciter intelligi poteſt illa cōditio, ſi deo placuerit. primo, ſecundum communem loquendi vſum, & ſic ſola negatione beneplacitum Dei expectatur, ſcilicet quòd Deus ſinat illud fieri: & ſic loquitur Apoſtolus Iacobus in ſua Canonica, cap. 4. Vt dicatis, ſi dominus voluerit. Et talis conditio, quia communiſſima eſt, habetur pro non adiecta, virginitatemq́ue mentalem aufert proculdubio a ſic conſentiente in copulam carnalem, & propterea non ſic intelligitur in propoſito beatæ Virginis, ſi deo placuerit. Secundo ſumitur placere pro iubere, ac ſi dictū eſſet, ſi deus iuſſerit, & ſic ſumitur in ꝓpoſito. Rationabile ſiquidem eſt, vt quod cōceperat virginitatis votum diuina inſpiratione ante deſponſationem, non niſi diuino iuſſu conceperit quoque ſoluendum. Experta ſiquidem in tota vita anteriore, tam familiarem Spiritusſancti curam ac ſollicitudinem de vita ac operibus eius, vtpote quæ numquam etiā venialiter peccabat, certe ſibiipſi polliceri poterat ꝑficiendam inſpirationem de virginitate contra legem Moyſi, niſi deus aliud inſpirādo vel nuntiando iuberet. Talis autem conditio ſubdens propoſiti ſui oppoſitum diuino præcepto, transfert conſenſum in oppoſitum ſui propoſiti, vt patet exemplariter. Quicumque enim pater conſentit in occiſionem proprij filij, ſi deus iuſſerit, non propterea conſenſit in mortem filij: & ſi ſanctimonialis Virgo conſentit in nuptias, ſi deus iuſſerit, non propterea cōſentit in nuptias. Sic autem beata virgo conſenſit conditionaliter in carnalem copulam, ſi deo placuerit beneplacito præcepti. Credendum quoq; nihilominus eſt, ꝙ etiam hic ſic conditionatus conſenſus in carnalem copulam, non actu, ſed habitu tantum fuerit in beata Virgine. Et ratio eſt: quia nullus actus ſuperfluus fuit in ea: hic autem conſenſus in actu ſuperfluus fuiſſet, vtpote carens neceſſitate & pietate. Nam ad mentis ſuæ rectitudinem ſat erat habere hunc actum in habitu, hoc eſt in pręparatione animi, & ſecundum animi præparationem intelligendum eſt, quicquid a ſacris doctoribus dr̄ de beatæ Virginis conſenſu conditionato in copulam carna- [*Super illud Mat. 1. Cum eſſet deſponſata tom. 9.] [*lib. 2. in Luc. inter prin. & medium to. 5.] [† lib. 5. in Luc. nō ꝓcul a prin. illius to. 5.] [* vt refert Hiero. 1. c. Mat. to. 9.] [† ſup illud Mat. 1. Cū eſſet deſpō ſata, to. 9.] [*li. 2. ī Luc. nō procu a princ. lib. tom. 5.] [† loco antea dicto, & cōtra Eluidium li. đ perpetua virginitate Mariæ, to. 3.] [*li. 2. ī Luc. c. 1. an̄ mediū, to. 5.] [† lib. 2. in Luc. c. 1. ante mediū, tom. 5.] [* lib. 2. in Luc. nō ꝓcul a prin. tom. 5.]

†ca. 12. ante mediū, tom. 6.

carnalem committēdo ſuam cauſam diuino arbitrio. Preçes enim pro virginitatis perſeuerantia actualiter fundebat; ſed ad oppoſitum præparatio ſola animi conditionata (vt dictum eſt) erat abſque actuali conſenſu, quantumcumque conditionato. Et hæc ſint etiam pro ſequenti articulo, vbi explicatur conſenſus ille ſic conditionatus ī copulam carnalem.

quæ cum virgo ſit, deſponſata tamen eſt vni viro Chriſto, vt Aug.† dicit in lib. de ſancta Virginitate. Poteſt etiam & quinta ratio eſſe, quòd mater domini fuit deſponſata & virgo: quia in pſona ipſius & virginitas & matrimonium honoratur, contra hæreticos alteri horum detrahentes.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd beata Virgo mater dei, ex familiari inſtinctu Spiritusſancti credenda eſt deſponſari voluiſſe, confidens de diuino auxilio, quòd numquam ad carnalem copulam perueniret: hoc tamen diuino commiſit arbitrio, vnde in nullo detrimentum paſſa eſt virginitas.

* lib. 2. in Luc. nō pcul a priñ. lib. to. 5.

AD 2m dicendum, q̃ ſicut Ambr.* dicit ſuper Lucam, maluit dn̄s aliquos de ſuo ortu q̃ de matris pudore dubitare. Sciebat. n. teneram eſſe Virginis verecūdiam, & lubricam famam pudoris: nec putauit ortus ſui fidem, matris iniurijs aſtruēdam. Sciendum tn̄, q̃ miraculorū dei quædam ſunt, de quibus eſt fides, ſicut miraculum virginei partus, & reſurrectionis domini, & etiam ſacramenti altaris, & ideo dominus voluit iſta occultiora eſſe, vt fides eorum magis meritoria eſſet: quædam vero miracula ſunt ad fidei comprobationem, & iſta debent eſſe manifeſta.

*li. 1. et c. 7 & 8. collig. tom. 3.
D. 446.

AD 3m dicendum, q̃ ſicut Auguſt. dicit* in 3. de Trinit. diabolus multa poteſt virtute ſuæ naturæ, a quibus tamen d prohibetur virtute diuina. Et hoc modo poteſt dici, quòd virtute naturæ ſuæ diabolus cognoſcere poterat matrem dei nō fuiſſe corruptam, ſed virginem: prohibebatur tamen a deo cognoſcere modum partus diuini. Quòd autem poſtmodum eū aliqualiter cognouit diabolus eſſe filium dei, non obſtat: quia iam tempus erat, vt Chriſtus ſuam virtutem contra diabolum oſtenderet, & perſecutionem ab eo concitatam pateretur: ſed in infantia oportebat impediri malitiam diaboli, ne eum acrius perſequeretur, quando Chriſtus nec pati diſpoſuerat, nec virtutem ſuam oſtendere: ſed in omnibus alijs infantibus ſe ſimilem exhibebat. Vnde Leo* Papa in ſermone de Epiphania dicit, quòd Magi inuenerūt puerum Ieſum quantitate paruum, alienæ opis indigentem, fandi impotentem, & nulla ab humanæ infantiæ generalitate diſcretum. Ambroſ.† tamen ſuper Luc. videtur hoc magis referre ad membra diaboli. Præmiſſa enim hac ratione, ſcilicet de fallendo principem mundi, ſubdit, ſed tamen magis fefellit principes ſæculi: dæmonum enim malitia, facile etiam occultata deprehendit: at vero qui ſecularibus vanitatibus occupantur, ſcire diuina non poſſunt.

*In ſer. 4. dē Epiphania in medio, incipit hic ſer. Iuſtum & rōnabile
† lib. 2. in Luc. c. 1. circa mediū, tom. 5.

AD 4m dicendum, quòd iudicio adulterarum lapidabatur ſecundum legem non ſolum illa, quæ iam erat deſponſata vel nupta, ſed etiam illa quæ in domo patris cuſtodiebatur, vt d virgo quandoque nuptura. Vnde dicitur Deute. 22. Si non eſt in puella inuenta virginitas, lapidibus obruent eam viri ciuitatis illius, & morietur: quia fecit nefas in Iſrael, vt fornicaretur in domo patris ſui. Vel poteſt dici ſecundum quoſdam, quòd beata Virgo erat de ſtirpe Aarō: vnde erat cognata Eliſabet, vt dicitur Luc. 1. Virgo autem de genere ſacerdotali, propter ſtuprum occidebatur: legitur enim Leuit. 21. Sacerdotis filia, ſi

D. 1135.

F deprehenſa fuerit in ſtupro, & violauerit nomen pa̅tris ſui, flammis exuretur. Quidam referunt verbum Hieron y. ad lapidationem infamiæ.

## ARTICVLVS II.

### *Vtrum inter Mariam & Ioſeph fuerit uerum matrimonium.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd inter Mariam & Ioſeph non fuerit verum matrimonium. Dicit enim Hier.* G contra Eluidium, quòd Ioſeph Mariæ cuſtos fuit potius, quàm maritus eius: ſed ſi fuiſſet verum matrimonium, vere Ioſeph maritus eius fuiſſet. ergo videtur q̃ non fuerit verum matrimonium inter Mariam & Ioſeph.

¶ 2 Præt. Super illud Matth. 1. Iacob genuit Ioſeph virum Mariæ, dicit Hierony.† Cum virum audieris, ſuſpitio tibi non ſubeat nuptiarum: ſed recordare conſuetudinis ſcripturarum, quòd ſponſi H viri, & ſponſæ vxores vocantur: ſed verum matrimonium non efficitur ex ſponſalibus, ſed ex nuptiis. ergo non fuit matrimonium inter beatam Virginem & Ioſeph.

¶ 3 Præt. Matth. 1. dicitur, Ioſeph vir eius cum eſſet iuſtus, & nollet eam traducere, ſcilicet in domum ſuam ad cohabitationem aſſiduā, voluit eam occulte dimittere, id eſt tempus nuptiarum mutare, vt Remigius exponit. ergo videtur quòd nondum nuptijs celebratis, I nondum eſſet verum matrimonium: præſertim cum poſt matrimonium contractum non liceat alicui ſponſam dimittere.

SED CONTRA eſt, quòd Auguſt.* dicit in lib. de Conſenſu euangeliſtarum, Non eſt fas, vt Ioſeph ob hoc a coniugio Mariæ ſeparandum Euangeliſta putaret, q̃ non ex eius concubitu, ſed Virgo peperit Chriſtum. Hoc enim exēplo magnifice inſinuatur fidelibus coniugatis, etiam ſeruata pari conſenſu continentia, poſſe perK manere vocariq; coniugium, non permiſto corporis ſexu.

RESPON. Dicendum, quòd matrimonium ſiue coniugium dicitur verum ex hoc, quòd ſuam perfectionem attingit. Duplex eſt autem rei perfectio, prima & ſecunda. Prima quidem rei perfectio conſiſtit in ipſa forma, ex qua ſpeciem ſortitur: ſecunda vero perfectio, conſiſtit in operatione rei, per quā res aliqualiter ſuum finem attingit. Forma autem

*¶ Super Quæſtionis vigeſimænonæ Articulum ſecundum.*

IN corpore duo fiunt. Primo declaratur in communi, vnde & quotupliciter matrimonium dicatur verum: ſecūdo, reſpōdetur in particulari de hoc coniugio. Quo ad primum, dicitur coniugium verum ex ſua perfectione, & quia perfectio eſt duplex prima & ſecunda, ideo dupliciter dicit̄ coniugium verum, vel ſecūdum primam, vel iuxta ſecundam perfectionem. Et declaratur in litera, qd ſit prima perfectio cōiugij, ſcilicet forma, & quæ ſit forma eius, & quid ſit ſecunda: & ponitur duplex, generatio, & educatio. Et media ad hæc ponitur clare. Quo ad ſecundum, reſpondetur quæſito tribus concluſionibus, vel vnica trimembri. Coniugium inter matrem dei, & Ioſeph fuit verum quo ad primam perfectionem, & quo ad ſecūda perfectionem, ſi referatur ad educationem, non autem ſi referatur ad generationem. Prima pars probatur ratione: quia vterq; conſenſit in copulā coniugalem, qđ probat̄ auctoritate angeli in euangelio expoſita ab Auguſtino. Quo ad tertiam affertur auctoritas Ambroſij: quo ad ſecundam, & omnes ſimul denique affertur auctoritas Aug.

¶ In reſponſione ad tertium aduertēdum eſt, quòd ex euangelio bene pſpecto habetur, q̃ nondum erat nuptiarum ſolēnitas celebrata, cum beata Virgo inuenta ē habens in vtero: quoniam ibi habetur, quòd beata Virgo non ſolum non erat cognita a viro, ſed etiam quòd nō erat



erat adhuc accepta a Ioſeph coniuge ſuo. Ex eo enim q̃ affirmatur coniux, & negatur non ſolum cognita, ſed accepta, & poſt monitionem angeli affirmatur accepta, & perſeuerat incognita, conſequens eſt, quòd acceptio huiuſmodi fuerit acceptio ſolennitatis nuptialis, qua ſcilicet coniuges efficiuntur ſimpliciter & abſolute domeſtici conſortes. Et de hoc nulla eſt habenda quæſtio: ſed an pri9 quàm iſta acceptio fieret, beata Virgo fuerit reuenta, ſecundum quid in domo Ioſeph, dubiū eſt. Si cut ſub dubio quoque relinquitur, de qua traductione Euāgeliſta loquitur, an de traductione ſimpliciter ad domeſticum conſortium, quæ cum ſolennitate nuptiali fieri ſolet, an de traductione in infamiam iudicij. Euangeliſta. n. duo dicit & q̃ nolebat eam traducere, & quòd voluit occulte dimittere eam. Cōſtat autē, quòd cogitatum remedium dimittendi illā occulte, vtrique traductioni obuiabat, & quòd negatio vtriuſque traductionis ex iuſta hominis mente procedere poteſt: quia tamen ad iuſtitiam viri ſpectat magis non communicare alieno crimini, & angelus ad Ioſeph loquens, ex timore accipiendi Mariam ſuam coniugem, Ioſeph motum monſtrat, & iubet illam accipere, quia de Spiritusſancto concepit, aperte apparet quòd Ioſeph timuit communicare adulterij peccato: & ideo voluit occulte dimittere eam. Et quia didicit ab angelo, quòd non ex adulterio, ſed ex Spiritusſancto concepit, accepit eam, vt Euangeliſta ſubdit. Et hæc licet ſint certa, ſub dubio tamē relinquitur, an cū hac voluntate occulte dimittēdi eā, cogitaſſet explicite, ac deliberaſſet nolle illam in infamiam traducere, ita q̃ de hac deliberatione loquat̄ Euangeliſta dicens, Nollet eā traducere. ¶ De primo autem dubio ſuadet ratio, vt ſiue in paterna, ſiue in coniugis domo, ſiue in vtraque, ſiue alibi habitauerit, talis tantaque fuerit ſecundum illius temporis morem inter Mariam & Ioſeph conuerſatio, vt licita abſque omni nota potuerit inter eos interuenire ſi voluiſſent, conſumatio matrimonij, alioquin non fuiſſet ſufficienter prouiſum famæ beatæ Virginis, cum inuenta eſt in vtero habens. Dixi autem, ſiue alibi: quoniam non irrationabiliter apparet, quòd poſt annunciationem beata Virgo cum coniuge ſuo Ioſeph, iuerit ex Naza-

4. diſt. 30. q. 2. art. 2. & opuſc. [illegible] 2. Et Mat. 1.
*Tit. lib. de ſcā virginitate [illegible] Mariæ [illegible] quáruis a pri. [illegible]
†In 1. cap. Mat. to. [illegible]
Cap. 11. circa prin. to. 7.
lib. 1. in Luca. 1 a med. to. 5.
*Lib. [illegible] ante mediū, to. [illegible]
Cap. 11. in [illegible] tom. 7.

matrimonij cōſiſtit in quadam indiuiſibili coniunctione animorū, per quam vnus coniugum indiuiſibiliter alteri fidem ſeruare tenetur. Finis autē matrimonij eſt, proles generanda & educanda. Ad quorum primum peruenitur per concubitum coniugalem, ad ſecūdum per alia opera viri & vxoris, quibus ſibiinuicem obſequuntur ad prolem nutriendam. Sic igitur dicendum eſt, quòd quantum ad primam perfectionem, omnino verum fuit matrimoniū Virginis Dei & Ioſeph: quia vterque conſenſit in copulā coniugalem: non autem expreſſe in copulam carnalē, niſi ſub conditione, ſi Deo placeret. Vnde & angelus vocat Mariam coniugem Ioſeph, dicens ad Ioſeph, Matth. 1. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam: qđ exponens Aug.* in lib. de nuptijs & concupiſcentia dicit: Coniunx vocatur ex prima deſponſationis fide, quam concubitu nec cognouerat, nec fuerat cogniturus. Quātum vero ad ſecundam perfectionem, quæ eſt per actum matrimonij, ſi hoc referatur ad carnalē concubitum, per quem proles generatur, non fuit illud matrimonium conſumatum. Vnde Ambr.† dicit ſuper Luc. Non te moueat, q̃ frequenter Mariam ſcriptura vocat coniugem: non enim virginitatis ereptio: ſed coniugij teſtificatio, & nuptiarum celebratio declaratur. Habuit tamen illud matrimonium etiam ſecundam perfectionem, quantum ad prolis educationem. Vnde Aug. dicit* in lib. de nuptijs & concupiſcentia. Omne nuptiarum bonum impletum eſt in illis parētibus Chriſti, ples, fides, & ſacramentū. Prolem cognoſcimus ipſum dominū Ieſum: fidem, quia nullū adulterium: ſacramentum, quia nullum diuortiū, ſolus ibi nuptialis concubitus nō fuit.

AD PRIMVM ergo dicendum,

A ret Galilææ in ciuitatē Iuda, in montana, viſitatura Eliſabeth, & quòd poſt reuerſionem in Nazareth, cū eſſet grauida menſes tres ad minus: quoniam manſit apud Eliſabeth quaſi menſibus tribus, inuenta eſt habens in vtero. Et alij quidem putabant quòd eſſet grauida ex Ioſeph, cum quo fuerat menſibus tribus domeſtice in domo Zachariæ. Ipſe autem Ioſeph ſciens ſe non cognouiſſe illam, & vidēs illam grauidam, cū eſſet iuſtus, & nollet eam traducere, ſiue in infamiam, ſiue ſimpliciter in domeſticum conſortium, ſiue in vtrumque, quod verius eſt, voluit occulte dimittere eā. Et hæc interpretatio magis conſonat Euangelio: quoniā expreſſe Lucas ſubdit de beata Virgine, quòd poſt dictū tempus quo manſit apud Eliſabeth, reuerſa eſt in domum ſuam, & non dixit, in domū ſponſi ſui. Ex quo igitur Euāgeliſta in domo ſua eam habitaſſe teſtatur, & inuenta dicitur in vtero habens nulla facta de ſponſi domo mentione, nec conſuetudo de ſponſa in domo coniugis reuenta ex ſcriptura teſtimonium habet, affirmandum, vt rationi conſentaneū eſt, quòd in propria domo inuenta eſt in vtero habens, ſed abſque infamiæ nota apud domeſticos & alios: quia tribus menſibus ſimul fuerat in domo Eliſabet cū Ioſeph: qđ non voluntarie dicimus, ſed ex Euangelio accipimus, dicente quòd beata Virgo adhuc deſpōſata vxor Ioſeph, aſcendit ad Nazareth in Bethleem, quādo exijt edictū a Cæſare Auguſto: Simili ſiquidē rōne debuit eadē deſponſata vxor aſcendere in montana cū eodē Ioſeph ſuo ſponſo. Auctor autem in litera dicens magis conſonare Euangelio beatam Mariam in domo ſponſi habitaſſe, intelligendum eſt comparatiue ad opinionem extremam, q̃ nec ſimpliciter nec ſecundum quid cum ſponſo habitauit: non enim prouidet opinio illa famæ beatæ Virginis ſufficienter, & non comparād ad hāc mediā expoſitionē, cuius Auctor nō meminit, q̃ magis cōſonat Euangelio, q̃ ambæ extremæ, vt patet ex dictis.

quòd Hier. accipit ibi maritum ab actu matrimonij conſumati.

AD 2m dicendum, q̃ nuptias Hier. vocat nuptialem concubitū.

AD 3m dicendum, quòd ſicut Chryſo. dicit* ſuper Matth. Beata B Virgo ſic fuit deſponſata Ioſeph, q̃ etiam eſſet domi habita. Nam ſicut in ea quæ in domo viri concipit, intelligitur conceptio naturalis, ſic in ea quæ extra domū concipit, eſt ſuſpecta coniunctio. Et ita non eſſet ſufficienter prouiſum famæ beatæ Virginis per hoc, quòd fuit deſponſata, niſi etiam fuiſſet domi habita. Vnde quòd dicitur, Et nollet eam traducere, melius intelligitur, ideſt, nollet eam diffamare in publicum, quàm q̃ intelC ligatur de traductione in domum. Vnde & Euangeliſta ſubdit, quòd voluit occulte dimittere eā. Quāuis tamen eſſet domi habita propter primam deſponſationis fidē, nondum tamen interuenerat ſolemnis celebratio nuptiarum, propter quod etiam nondum carnaliter cōuenerant. Vnde ſicut Chry.* dicit, Non dicit Euangeliſta, antequàm duceretur in domum ſponſi: etenim intus erat. Conſuetudo enim fuit veteribus, multotiens in domo deſponſatas habere: & ideo etiam angelus dicit Ioſeph, D Ne timeas accipere Mariam coniugem tuā, ideſt, non timeas nuptias eius ſolemniter celebrare. Licet alij dicant, quòd nondum erat in domū inducta, ſed ſolum deſponſata: primum tamen magis conſonat euangelio.

Homi. 2. in Matth. in ope. imperfecto ante fin. to. 2.

Hom. 4. in Mat. ſuper illud, Antequàm conuenirent, tom. 2.

## *QVAESTIO XXX.*

### *De beatæ Mariæ uirginis annuntiatione, in quatuor articulos diuiſa.*

E DEINDE conſiderandum eſt, de annūtiatione beatæ Virginis.

*¶ Super Quæſtionis trigeſimæ Articulum primum.*

IN titulo ſermo eſt de neceſſario ad finem, ſine quo non bene peruenitur ad finem: ſicut equus neceſſarius eſt homini debili

debili itinere ex Germania Romam, & non de neceſſario ſimpliciter vel neceſſario, ſine quo non poteſt perueniri ad finem. Nam conſtat, ꝙ neque ſimpliciter neceſſaria eſt annuntiatio, quia oppoſitum non implicat contradictoria: neque ſicut nauis ad tranſeundum mare: quia poterat incarnari verbum dei abſque præuia annuntiatione: ſed an fuerit neceſſaria annuntiatio, ita quòd ſine illa præuia non bene fuiſſet facta incarnatio, quæritur.

¶ In corpore vnica eſt concluſio. Congruū fuit beatæ Virgini annuntiari, ꝙ eſſet Chriſtum conceptura. Vbi nota, quòd neceſſitas cōgruitatis reſpondet quæſito. Probatur concluſio quadrupliciter. Et omnia in litera clara ſunt, duobus notatis.

¶ Primum eſt in prima ratione, ꝙ quia diuina prouidentia diſponit oīa ſuauiter, quemadmodū conceptio naturalis hominum præuenitur a mentis opere, quo homines ad cōcipiendum per generationis actū cōueniunt, ita beata Virgo in ventre o conceptura de Spiritu ſancto, in mēte erat prius monenda, vt prius conciperet in mente, quàm in vētre: ſicut etiam aliæ matres prius concipiunt in affectu, quàm in vtero.

3.di.3.q.3. ar.1.q.1. & di.30. ar.4.

¶ Alterum eſt in ſecūda ratione, quòd maior certitudo huius myſterij in beata Virgine cauſata eſt ex præuia annūtiatione, q̄ ſi non, aut poſt fuiſſet de hoc inſtructa: quia prioritas annuntiationis attentam illā reddebat ad actū primum huius myſterij, ad quod non aduertiſſet, aut non ita aduertiſſet ſi nō fuiſſet prius ſibi nūtiatum. Attentio autem & eleuatio mētis maior, certiorem reddit.

¶ In reſponſione ad primum, cum aūt audis prophetiam prędeſtinationis cōpleri ſine noſtro arbitrio cauſante, nō intelligas omnē ab arbitrio noſtro excludi cauſalitatem circa rem prædeſtinatam: quoniā hoc falſum eſſet, cauſamus ſiquidē noſtro arbitrio multa præ- F deſtinata opera. Sed excludi cauſalitatem propriam reſpectu complementi per oppoſitum ad propheticam comminationis: nam prophetia comminationis non dicit cauſam, ꝙ compleatur, ſed relinquit noſtro arbitrio vtram partem velit: qui enim comminatur, nō cauſat: ſed ſi nos perſeueramus in malo, nosipſi accerſimus comminata: & ideo noſtro arbitrio prophetia comminationis compleri dr̄. Sed qui prædeſtinat, pducit ad deſtinatum terminū: & ideo prophetia prædeſtinationis cauſam in ſe importat cōplementi, & non relīquit illud optioni noſtri arbitrij. Et propterea noſtrū arbitrium, licet libere cōcurrat ad prædeſtinationis complementum, quia tamen non eſt cauſa huius cōplementi, ſicut in comminationibus, ſed eſt concauſa & ſubcauſa reſpectu prædeſtinantis, ideo ſine noſtro arbitrio cauſante compleri dicitur prophetia prædeſtinationis.

¶ In reſponſione ad ſecūdum, diſtingue inter fidem incarnationis futuræ abſolute, & ex Maria. Et vide ꝙ beata Virgo habebat expreſſam fidem futuræ incarnationis: ſed nō habebat fidem explicite, ꝙ ex ſe futura eſſet incarnatio: ſicut nō credimus explicite ꝙ incarnatꝰ eſt ex Maria. Communis autem ratio ex parte rei creditæ, quare tunc nō erat fides huius conditionis explicita eſt, quia nondum erat aperte promulgatū, ꝙ ex ipſa Maria futura eſſet incarnatio. Singularis autē ratio ex parte ipſius beatę Virginis fuit: quia ipſa erat humillima, nec tā celſa de ſe cogitabat, vt in litera dicitur.

## Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum conueniens fuerit ei annuntiari, quod in ea generandum erat.

¶ Secundo, Per quem erat ei hoc annuntiandum.

¶ Tertio, Per quem modum ei annuntiari debebat.

¶ Quarto, De ordine annuntiationis.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum neceſſarium fuerit annuntiari beatæ Virgini quòd in ea erat generandum.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd non fuerit neceſſarium beatę Virgini annuntiari, quod in ea fiendū erat. Annuntiatio enim ad hoc ſolum neceſſaria eſſe videbatur, vt virginis conſenſus haberetur: ſed conſenſus eius non videtur neceſſarius fuiſſe: quia conceptus Virginis prænuntiatus fuit prophetia prædeſtinationis, quæ ſine noſtro completur arbitrio, vt dicit quædam glo. Matth. 1. Non ergo neceſſarium fuit, quòd talis annuntiatio fieret. H

¶ 2 Præt. Beata virgo incarnationis fidem habebat, ſine qua nullus eſſe poterat in ſtatu ſalutis: I quia vt dicitur Rom. 3. Iuſtitia Dei per fidem eſt Ieſu Chriſti: ſed de eo, quod aliquis per certitudinem credit, non indiget vlterius inſtrui. ergo beatæ Virgini non fuit neceſſarium, vt ei incarnatio filij Dei annuntiaretur.

¶ 3 Præt. Sicut beata Virgo corporaliter Chriſtum concepit, ita & quælibet ſancta anima cōcipit ipſum ſpiritualiter. Vnde Apoſt. dicit Gal. 3. Filioli mei quos iterū parturio, donec formetur Chriſtus in vobis: ſed illis, qui ſpiri- K tualiter debent Chriſtum concipere, talis conceptio non annuntiatur. ergo nec beatæ Virgini fuit annuntiandum, quòd eſſet in vtero conceptura filium Dei.

SED CONTRA eſt, quòd habetur Luc. 1. quòd angelus dixit ei, Ecce concipies in vtero, & paries filium.

RESPON. Dicendum, ꝙ congruum fuit beatæ Virgini annuntiari, quòd eſſet Chriſtū conceptura. Primo quidē, vt ſeruaretur congruus ordo cōiunctionis filij Dei ad Virginem, vt ſcilicet prius mēs eius de ipſo inſtrueretur, q̄ carne eum conciperet. Vnde Aug.* dicit in libr. de Virginitate, Beatior eſt Maria percipiendo fidem Chriſti, quàm concipiendo carnem Chri- G ſti. Et poſtea ſubdit, † Materna propinquitas nihil Mariæ profuiſſet, niſi felicius Chriſtum corde quàm carne geſtaſſet. Secundo, vt poſſet eſſe certior teſtis huius ſacramenti, quādo ſuper hoc diuinitus erat inſtructa. Tertio, vt voluntaria ſui obſequij munera Deo offerret, ad quod ſe promptam obtulit dicēs, Ecce ancilla Domini. Quarto, vt oſtenderetur eſſe quoddam ſpirituale matrimonium inter filium H Dei, & humanā naturam: & ideo per annūtiationem expectabatur conſenſus Virginis, loco totius humanæ naturæ.

Ca.4.a me dio, tom.6.

† cap.3.in fin. tom.6.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd prophetia prædeſtinationis copletur ſine noſtro arbitrio cauſante: non tamen ſine noſtro arbitrio conſentiente.

AD 2m dicendum, ꝙ beata Virgo expreſſam fidem habebat incarnationis futuræ: ſed cum eſſet humilis, non tam alta de ſe ſapiebat: & ideo ſuper hoc erat inſtruenda.

AD 3m dicendum, quòd ſpiritualem cōceptionem Chriſti, quæ eſt per fidem, præcedit annuntiatio, quæ eſt per fidei prædicationē, ſecundum quòd fides eſt ex auditu, vt dicitur Rom. 10. Nec tamen propter hoc aliquis pro certo ſcit ſe gratiam habere, ſed ſcit veram fidem eſſe, quam accepit.

### ARTICVLVS II.

*Vtrum annuntiatio beatæ Virgini fieri debuerit per angelum.*

AD SECVNDVM ſic pceditur. Videtur quòd beatæ Virgini nō debuerit annuntiatio fieri per angelum. Supremis enim angelis fit relatio immediate a Deo, vt Diony.* dicit 7. cap. cæl. hierar. ſed mater Dei eſt ſuper omnes angelos exaltata. ergo videtur quòd immediate a Deo debuerit ſibi anūtiari incarnationis myſterium, & non per angelum.

3.di.3.q.3. ar.1.q.2. 2.

*cap.7.a principio.

¶ 2 Præt. Si in hoc oportebat ſeruari communem ordinem, ſecundum quem, diuina hominibus per A angelos reuelātur, ſimiliter diuina ad mulierem per virum deferuntur: vnde & Apoſtolus dicit. 1. ad Corinth. 14. Mulieres in eccleſijs taceant: ſi quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogēt. ergo videtur quòd beatæ Virgini debuerit annūtiari myſterium incarnationis per aliquem virum, præſertim quia Ioſeph vir eius ſuper hoc fuit ab angelo inſtructus, vt legitur Matth. 1.

¶ 3 Præt. Nullus poteſt congrue B annuntiare, quod ignorat: ſed etiā ſupremi angeli nō plene cognouerūt īcarnationis myſteriū: vnde dicit Dionyſ. 7.* cæleſt. hierar. ex eorum perſona eſſe intelligendam quæſtionem, quæ ponitur Iſa. 63. Quis eſt iſte qui venit de Edom? ergo videtur quòd per nullum angelum potuit couenienter annuntiatio incarnationis fieri.

Ca.7.a me dio.

¶ 4 Præt. Maiora ſunt per maiores nuntios annuntianda: ſed myſterium incarnationis eſt maximum C inter omnia, quæ per angelos ſunt hominibus annuntiata. ergo videtur quòd ſi per aliquem angelum debuit annuntiari, quòd ille debuerit eſſe de ſupremo ordine: ſed Gabriel non eſt de ſupremo ordine, cum ſit de ordine archangelorum, qui eſt penultimus, vnde eccleſia cantat, Gabrielem Archangelum ſcimus diuinitus te eſſe affatum. non ergo huiuſmodi annuntiatio per Gabrielē archangelū conuenienter facta eſt.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Luc. 1. Miſſus D eſt Gabriel angelus a Deo &c.

RESPON. Dicendum, ꝙ conueniens fuit matri Dei annuntiari per angelum diuinę incarnationis myſterium, propter tria. Primo quidem, vt in hoc etiam ſeruaretur diuina ordinatio, ſecundū quam mediantibus angelis diuina ad homines perueniunt. Vnde Dionyſ.* dicit 4. cap. cæleſt. hierar. quòd diuinum Ieſu benignitatis myſterium angeli primo edocti ſunt, poſtea per ipſos ad nos cognitionis gratia tranſiuit. Sic ergo diuiniſſimus Gabriel Zachariam quidem docuit, prophetam Ioannem ex ipſo naſciturum: Mariā autem quomodo in ipſa fieret thearchicum ineffabilis Dei formationis myſterium. Secundo, hoc fuit cōueniens reparationi humanæ, quæ futura erat p Chriſtum. Vnde Beda dicit in hom. Aptum humanæ reſtaurationis principium, vt angelus a Deo mitteretur ad Virginem partu conſecrandam diuino: quia prima perditionis humanæ fuit cauſa, cum ſerpens a diabolo mittebatur ad mulierem ſpiritu ſuperbiæ decipiendam. Tertio, quia hoc congruebat virginitati matris Dei. Vnde Hiero.* dicit in ſermo. aſſumptionis, Bene angelus ad Virginem mittitur: quia ſemper eſt angelis cognata virginitas. Profecto in carne præter carnem viuere non terrena vita eſt, ſed cæleſtis. E

Ca.4.a me dio.

*a prin. ſermo.10.1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd mater Dei ſuperior erat angelis, quantū ad dignitatem, ad quam A diuinitus eligebatur: ſed quantum ad ſtatum præſentis vitæ, inferior erat angelis: quia & ipſe Chriſtus ratione paſſibilis vitæ, modico ab angelis minoratus eſt, vt dicitur Heb. 2. Sed tamen quia Chriſtus ſimul fuit viator & comprehenſor, quantū ad cognitionem diuinorum non indigebat ab angelis inſtrui: ſed mater Dei nondum erat in ſtatu comprehenſorum, & ideo de diuino cōceptu per angelos inſtruenda erat.

AD 2m dicendum, quòd (ſicut Aug.* dicit in ſermone de aſſumptione) beata virgo Maria vera ęſtimatione a quibuſdam generalibus excipitur: quia nec conceptus multiplicauit, nec ſub viri, ideſt, mariti, poteſtate fuit, quæ integerrimis viſceribus de Spirituſan- B cto Chriſtum ſuſcepit: & ideo non debuit mediante viro inſtrui de myſterio incarnationis, ſed mediante angelo. Propter quod, etiam ipſa eſt prius inſtructa, quàm Ioſeph: nam ipſa inſtructa eſt ante conceptum, Ioſeph autem poſt eius conceptum.

In libello de aſſump. beatæ Mariæ cap.4.a med. tom.9

AD 3m dicendum, quòd ſicut patet ex auctoritate Dionyſ.* inducta, angeli incarnationis myſterium cognouerunt: ſed tamen interrogabant, perfectius ſcire cupientes a Chriſto huius myſterij rationes, quę ſunt incōprehenſibiles omni creato intellectui. Vnde Maximus dicit, Quòd angeli nouerint futuram incarnationem, ambigere non oportet. Latuit autem eos in- C ueſtigabilis Domini conceptio atque modus, qualiter totus in genitore, totus manebat in omnibus, nec non & in virginea cellula.

Circa prin. corp. art.

AD 4m dicendum, quòd quidam dicunt Gabrielem fuiſſe de ſupremo ordine angelorum, propter qđ Gregor.* dicit, ſummum angelum venire dignum fuerat, qui ſummum omnium nuntiabat: ſed ex hoc nō habetur, quòd fuerit ſummus inter omnes ordines, ſed reſpectu angelorum: fuit enim de ordine archangelorum. Vnde & eccleſia eum archangelū nominat, & Gregor.* ipſe dicit in Homil. de centum ouibus, quòd archangeli dicuntur, qui ſumma annuntiant. Satis eſt ergo credibile, quòd ſit ſummus in ordine archangelorum. Et ſicut Gregor. † dicit, hoc nomen offi- D cio ſuo congruit: Gabriel enim Dei fortitudo nominatur. Per Dei ergo fortitudinem nuntiandus erat, qui virtutum dominus & potens in prælio, ad debellandas poteſtates aereas veniebat.

Homil. 34. ante med. illius.

Homil. 34. in euange. ante mediū eius.

† Eod. loco nūc proxime dicto.

### ARTICVLVS III.

*Vtrum angelus annuntians debuerit beatæ uirgini uiſione corporali apparere.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd angelus annuntians, non debuerit virgini apparere viſione corporali. Dignior enim E eſt intellectualis viſio quàm corporalis, vt Auguſt.* dicit 12. ſuper Geneſ. ad literam. Et præcipue ipſi angelo eſt magis cōueniens: nam viſione intellectuali videtur angelus in ſui ſubſtātia, viſione autem corporali videtur in aſſumpta figura corporea: ſed ſicut ad annuntiandum conceptum diuinum decebat venire ſummum nuntium, ita etiam videtur, quòd decuerit eē ſummum genus uiſionis. ergo uidetur quòd angelus annūtians

3.di.3.q.3. ar.1.q.2.

Li. 12. cap. 25. & 10. & 14. tom. 3.

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæ Articulum ſecundum.*

IN corpore vnica eſt concluſio. Cōueniens fuit annūtiari per angelū &c. Probatꝰ tripliciter. Omnia clara ſunt in litera.

¶ In reſponſionibus ad primum & ſecūdum aduerte diſcretionem, dum quo ad ordinem inſtructionis humanæ, mediantibus angelis, beata Virgo legi communi ſubijcitur, quo ad ordinē vero inſtructionis mulierū a viris, beata Virgo a communi lege excipitur. Oportet ergo prudentem eſſe doctorem ad occurrentiū rationes diſcernendas, vt ſciat in quo communicat cum alijs, & in quo eximitur ab his, quæ omnibus alijs communia ſunt.

¶ In reſponſione ad quartum aduerte, quòd quāuis ſi ad magnitudinem annuntiandæ perſonę filij dei incarnandæ ſpectetur, ſupremus Seraphinus debuiſſet annūtiare, quia tñ annūtiare dei verbū infra latitudinē titulationem officij annuntiantis clauditur, non debuit aliquis extra deputatos ad annūtiandum, mitti ad annuntiandum vt omnia ſuauiter a diuina prouidentia diſponerentur, & propterea non debuit primus Seraphinus annuntiare, ſed ſupremus inter archāgelos.

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæ Articulum tertium.*

TItulus ſimul quærit, quia & propter quid de corporali apparitione, an ſcilicet fuerit, & quare fuerit apparitio viſibilis: vtrumque enim importat titulus, quęrens an debuerit apparere corporaliter.

¶ In corpore ad vtrūq; ſimul reſpondetur. Angelus apparuit corporaliter, & hoc conuenienter. Probatur tripliciter. Omnia clara ſunt in litera. Quia tamen moderno tēpore audita eſt noua quædā præſumptio, dicens apparitionem iſtam non eſſe

eſſe viſibilem, ſed intelligibilem tantum fuiſſe, aduertendum F quòd vltra Ambroſij, Aug. Chryſ. Auctoriſque auctoritatem, ut in litera dicitur, Euangelij textus præ ſe fert corporalem viſionem fuiſſe. Tum, ex deſcriptis de angelo: quoniã deſcribit primo ipſum Zachariæ apparuiſſe ſtantem a dextris altaris: conſtat autem ꝙ ſtare a dextris altaris, corporalem ſitum dicit. Et conſequenter ſubdit quòd miſſus eſt in ciuitatem Galilææ, & ingreſſus eſt ad Virgine. exercitati autem in ſacris literis ſciunt ꝙ huiuſmodi verba, ingreſſus eſt ad Regem, ad talem &c. corporalem motũ ſignificare conſueuerunt. Et ſubditur de ſermone eius & colloquio cum beata Virgine, & tandẽ ꝙ diſceſſit ab ea, qđ etiam corporalem motum ſignificat. Tum, ex deſcriptis de beata Virgine: quoniã deſcribitur turbata turbatione timoris, vt patet ex eo ꝙ angelus dixit ei poſt, Ne timeas Maria: turbatio autem timoris ad partem ſpectat ſenſitiuam, & rurſus turbatio illa timoris in ſermone angeli deſcribitur accidiſſe. Etenim ſi intelligibilis tantum fuiſſet ſermo, cum audiẽs mente tantum intelligibilẽ ſpiritualis ſubſtãtiæ ſermonem, eleuata ſupra ſe ſit, non timuiſſet in parte inferiori. Tum, ex progreſſu in ipſa deſcripto: deſcribitur .n. primo audiſſe, deinde turbari, tertio cogitare, & quarto ſanari ab angelo nominatim confortante, Ne timeas Maria: hic enim ordo, hic progreſſus ad corporales actus, auditus, affectus ſenſitiui, & cogitatiuę partis ſimul cum intellectu, & naturale remedium materialium noſtrarum paſſionũ clariſſime ſpectat. Sunt etiam ad hoc rationes in litera allatę, multũ vrgentes ſecundum ſubiectam materiã, indiſciplinatæ quippe mentis eſt, quærere in ſimilibus certitudinẽ mathematicã, vt Philoſophus docuit: certitudo.n. quæ & tot auctoritatibus, rationibus:

In ſerm. 14. de Natali domini. ante med. tomo 10.

Hom. 4. in Mat. parũ ante med. tom. 2.

*Alias, relationẽ accipiebat ab angelo, egebat tantæ rei euẽtus viſione ſolenni.

apparuerit Virgini viſione intellectuali.

¶2 Præt. Viſio imaginaria videtur etiã eſſe nobilior, quàm viſio corporalis: ſicut imaginatio eſt altior potẽtia, quàm ſenſus: ſed angelus apparuit Ioſeph in ſomnis ſecundum imaginariam viſionem, vt patet Matthæ. 1. & 2. ergo videtur G quòd etiam apparere debuerit beatæ Virgini imaginaria viſione, & non corporali.

¶3 Præt. Corporalis viſio ſpiritualis ſubſtantiæ, videntes ſtupefacit: vnde & de ipſa Virgine cantatur, Expaueſcit Virgo de lumine: ſed melius fuiſſet quòd a tali turbatione mens eius eſſet præſeruata. non ergo fuit conueniens, quòd huiuſmodi annuntiatio fieret per viſionem corporalem.

Sed contra eſt, quòd Au- H guſt.* in quodam ſermone inducit beatam Virginem ſic dicentem, Venit ad me Gabriel archangelus, facie rutilãs, veſte coruſcans, inceſſu mirabilis: ſed hæc nõ poſſunt pertinere niſi ad corpoream viſionẽ. ergo corporea viſione angelus annuntians beatæ Virgini apparuit.

Respon. Dicendum, ꝙ angelus annũtians apparuit matri dei corporea viſione, & hoc conueniens fuit. Primo quidem, quantũ ad id, quod annuntiabatur: vene- I rat enim angelus annũtiare incarnationem inuiſibilis dei. Vnde ẽt conueniens fuit, vt ad huius rei declarationem, inuiſibilis creatura formam aſſumeret, in qua viſibiliter appareret, cum etiam omnes apparitionęs veteris teſtamenti ad hanc apparitionem prærordinentur, qua filius Dei in carne apparuit. Secundo, fuit congruum dignitati matris Dei, quę non ſolũ in mente, ſed in corporeo ventre erat Dei filium receptura: & K ideo non ſolum mens eius, ſed ẽt ſenſus corporei erant viſione angelica refouendi. Tertio, congruit certitudini eius, quod annuntiabatur: ea enim, quæ ſunt oculis ſubiecta, certius apprehendimus, quàm ea, quæ imaginamur. Vnde Chryſo.† dicit ſuper Matth. quòd angelus non in ſomnis, immo viſibiliter virgini aſtitit: nã quia magnam valde* reuelationem accipiebat ab angelo, egebat ante tantæ rei euentum, viſione ſolenni.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ intellectualis viſio eſt potior, q̃ viſio imaginaria vel corporalis, ſi ſit ſola: ſed ipſe Aug.† dicit quòd excellentior eſt prophetia, quæ habet ſimul intellectualem & imaginariam viſionem, quàm illa quæ habet alteram tantum: beata autẽ G Virgo non ſolum percepit viſionẽ corporalem, ſed etiam intellectualem illuminationẽ: vnde talis apparitio nobilior fuit. Fuiſſet tamẽ nobilior, ſi ipſum angelum intellectuali viſione in ſua ſubſtantia vidiſſet: ſed hoc non patiebatur ſtatus hominis viatoris, quòd angelum per eſſentiam videret.

Ad 2m dicendum, quòd imaginatio eſt quidem altior potentia, quàm ſenſus exterior: quia tamen principium humanæ cognitionis H eſt ſenſus, in eo conſiſtit maxima certitudo: quia ſemper oportet quòd principia cognitionis ſint certiora: & ideo Ioſeph, cui angelus in ſomnis apparuit, non ita excellẽtem apparitionem habuit, ſicut beata Virgo.

Ad 3m dicendum, quòd ſicut Ambr. dicit* ſup Luc. pturbamur, & a noſtro alienamur affectu, qñ reſtringimur alicuius ſuperioris poteſtatis occurſu. Et hoc contin- I git, non ſolum in viſione corporali, ſed etiam in viſione imaginaria. Vnde Gene. 15. dicitur, quòd cum ſol occubuiſſet, ſopor irruit ſuper Abraham, & horror magnus & tenebroſus inuaſit eum. Talis tamẽ perturbatio hominis, non tantum homini nocet, vt propter eam debeat angelica apparitio prætermitti. Primo quidem, quia ex hoc ipſo, quòd homo ſupra ſeipſum eleuatur (quod ad eius pertinet dignitatem) pars eius inferior debi- K litatur, ex quo prouenit perturbatio prædicta: ſicut etiam calore naturali ad interiora reducto, exteriora tremunt. Secũdo, quia ſicut Orig.* dicit ſuper Luc. Angelus apparens, ſciens hãc eſſe humanam naturam, primum perturbationi humanæ medetur, vnde tam Zachariæ quàm Mariæ poſt turbationem dixit, Ne timeas. Et propter hoc, vt legitur in vita Antonij, nõ difficilis eſt beatorum ſpirituum malorumq; diſcretio. Si enim poſt timorem ſucceſſerit gaudium, a Domino veniſſe ſciamus auxiliũ: quia ſecuritas animę, pręſentis maieſtatis indicium eſt. Si autem incuſſa formido permanſerit, hoſtis eſt qui videtur: ipſa etiam turbatio Virginis, conueniens fuit verecundiæ virginali: quia vt Ambr.* dicit ſuper Lucam, trepidare virginum eſt, & ad omnes viri ingreſſus pauere, omnes viri affatus vereri. Quidam tamen dicunt, quòd cum beata Virgo aſſueta eſſet viſionibus angelorum, non turbata fuit in viſione angeli: ſed in admiratione eorum, quæ ei ab angelo dicebantur, quia de ſe tam magnifica non cogitabat. Vnde & euangeliſta non dicit, quòd turbata fuerit in viſione angeli, ſed in ſermone eius.

†lib. 12. ſup Gen. cap. circa med. tom. 3.

Libr. 1. in Luc. in ti. de angel. apparitione in ſi.... tom. 5.

Hom. 4. in Luc. in princip. tom. 5.

& plano ſenſu textus habetur, ſufficientiſſima eſt in hoc & ſimilibus quæſitis, certitudo apud rite diſpoſitas mentes.

¶ In reſponſione ad tertium, aduerte primo, ꝙ Auctor turbationem, quæ in corporalibus aut imaginarijs ſuperiorum viſionibus accidit, reducit in neceſſitatẽ materiæ. Apparitiones ſiquidem huiuſmodi eleuatiuę ſunt ſupra ſeipſum, ita ꝙ eleuatio ab inferiori commota parte inchoat, ducens ad. mittẽdo hominem ſupra ſeipſum, huic autem fini, qui eſt eleuari tali modo ſupra ſeipſum, annexa ẽ debilitatio partis inferioris: quia intentio vehemẽs, animam ad ſuperiora trahens debilem deſerat oportet inferiorem partem: commotam autem iam partem in ſui defectione turbari cõſequens eſt, quaſi carentem continente forti. Et hæc in communi dicta accipe ſecundum naturæ humanę neceſſitatem, ex qua Auctor docet huiuſmodi turbationem nõ eſſe tam nociuam, ut prætermittenda ſit ob eam uitandã angelica apparitio: ſicut nullus ſapiẽs pręetermittit ad finẽ operari propter vitanda mala emergẽtia ex neceſſitate materiæ, vt patet in artificialibus & naturalibus.

¶ Aduerte ſecundo, quòd ſignum in litera poſitum ex uita B. Antonij ad diſcretionem ſpirituum, eſt intelligendũ per ſe, quantum ſcilicet eſt ex natura bonorum & malorũ ſpirituum. Cõmunis ſiquidem etſi utriſque apparẽtibus eſt humana turbatio pp noſtram naturã, bonorum tamen apparitio ad Deũ animum ducens ſecuritatem parit mentis: malorum autẽ, quia a Deo auerſiua eſt, vnde ſecurã reddere poſſit turbatam animam, nõ habet. Verum per accidens poteſt euenire oppoſitum, dũ ſathanas transformans ſe in angelũ lucis, ad hanc conditionem angeli lucis efficiendam ſtudet. Poteſt .n. poſt turbationem commouere phantaſmata inferioremq; partem animæ ad materiam aliquam gaudij, & auertere materiam timoris, vt ſic humanus anim⁹ ſenſuales motus ſequens abſque timore lætus reddatur. Et propterea, noli in dicto ſigno pedẽ iudicij figere: ſed memento, quòd in his quæ ſunt per accidẽs, cõtingit etiã ſapientes falli.

Lib. 1. in Luc. c. 1. cuius titulus eſt: De ſalutatione Mariæ. tom. 5.

Hom. 6. in Luc. a med. tom. 5.



## Articvlvs IIII.

*Vtrum annuntiatio conuenienti fuerit ordine perfecta.*

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur quòd annũtiatio eius non fuerit cõuenienti ordine perfecta. Dignitas enim matris dei dependet ex prole concepta: ſed cauſa prius debet manifeſtari, quàm effectus. ergo primo debuit angelus Virgini annuntiare cõceptum prolis, quàm eius dignitatem exponere, eam ſalutando.

¶2 Præt. Probatio aut prætermitti debet in his, quæ dubia nõ ſunt, aut prætermitti in his, quæ dubia eſſe poſſunt: ſed angelus primo videtur annuntiaſſe id, de quo Virgo dubitaret, & dubitando quæreret, dicẽs, Quomodo fiet iſtud? & poſtea probationem adiunxit, tum ex exemplo Eliſabeth, tum ex Dei omnipotentia. ergo inconuenienti ordine annuntiatio per angelum eſt effecta.

¶3 Præt. Maius non poteſt probari ſufficiẽter per minus: ſed maius fuit uirginem parere, quàm vetulam. ergo nõ fuit ſufficiens probatio angeli, probãtis conceptum Virginis ex conceptu ſenis.

Sed contra eſt, quòd dicitur Rom. 13. Quæ a deo ſunt, ordinata ſunt: angelus autem miſſus eſt a deo ad hoc, quòd Virgini annuntiaret, vt dicitur Luc. 1. ergo ordinatiſſime fuit annuntiatio per angelum completa.

Respon. Dicendum, quòd annuntiatio congruo ordine per angelum eſt perfecta. Tria enim angelus intendebat circa Virginem. Primo quidem, reddere mentem eius attentam ad tantę rei conſiderationem, quod quidem fecit, eam ſalutando quadam noua & inſolita ſalutatione. Vnde Orige.* dicit ſuper Lucam, quòd ſi ſciuiſſet ad alium quempiam ſimilem eſſe factum ſermonem (vtpote quæ habebat legis ſciẽtiam) numquàm eam quaſi peregrina talis ſalutatio terruiſ- A ſet: in qua quidem ſalutatione, præmiſit idoneitatem eius ad conceptum, in hoc quòd dixit, Gratia plena: expreſſit conceptum, in hoc quòd dixit, Dominus tecum: & prænuntiauit honorem conſequentem, cum dixit, Benedicta tu in mulieribus. Secundo autem, intendebat eam inſtruere de myſterio incarnationis, qđ in ea erat implendum, quod quidem fecit in pręnuntiando conceptum & partum, dicens, Ecce cõcipies in vtero &c. & oſtendendo dignitatem prolis conceptę, cum dixit, Hic erit magnus, & etiam demonſtrando modum conceptionis, cum dixit, Spiritusſanctus ſuperueniet in te. Tertio, intẽdebat animum eius inducere ad conſenſum, quod quidẽ fecit exemplo Eli- B ſabeth, & ratione ex diuina omnipotentia ſumpta.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ animo humili nihil eſt mirabilius q̃ auditus ſuæ excellentiæ: admiratio autem maxime attentionem animi facit: & ideo angelus volens mentem Virginis attẽtam reddere ad auditum tanti myſterij, ab eius laude incœpit.

Ad 2m dicendum, quòd Ambr.* expreſſe dicit ſuper Lucam, quòd beata Virgo de verbis angeli nõ dubitauit. Dicit enim: temperantior eſt Mariæ reſponſio, quàm verba ſacerdotis. Hæc ait, Quomodo fiet iſtud? ille reſpondit, Vnde hoc ſciam? Negat ille ſe credere, qui negat ſe ſcire iſta, non dubitat eſſe faciendum, quod quomodo fieri poſſit inquirit. Auguſt.* ta- C men videtur dicere, quòd dubitauerit. Dicitur enim in lib. Quæſtionum veteris & noui teſtamenti: Ambigenti Mariæ de conceptu, poſſibilitatem angelus prædicat: ſed talis dubitatio magis eſt admirationis, quã incredulitatis: & ideo probationem angelua inducit, non ad auferendam infidelitatem, ſed magis ad remouendam eius admirationem.

Li. 2. I Luc. c. 2. cuius titulus eſt: De Mariæ interrogatione &c. tom. 5.

In lib. q. ex nouo teſta. q. 51. ĩ principio reſpon. tom. 4.

Ad 3m dicendum, quòd ſicut Ambr. dicit in Hexameron, ob hoc multæ ſteriles præuenerunt, vt partus credatur Virginis: & ideo conceptus Eliſabet ſterilis inducitur, non quaſi ſufficiens argumentum, ſed D quaſi quoddam figurale exemplum: & ideo ad confirmationem huius exempli ſubditur argumentum efficax ex omnipotentia diuina.

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæ Articulum quartum.*

Titulus quærit de ordine dictorum ab angelo annuntiante.

¶ In corpore vna concluſio: Annuntiatio congruo ordine per angelum eſt perfecta. Probatur: quia tria intenta, ſcilicet attentio, inſtructio, & cõſenſus, cõuenienter ordinata, facta procurataque ſunt. Omnia clare patent in litera.

¶ In reſponſione ad primum, perſpice naturam humilitatis reddere, ſcilicet animam admirabilem ſuarum laudũ: quia aſſidue anim⁹ humilis circa imperfectiones ſuas condignamq; illis mercedẽ verſatur, quo fit vt magnum de ſe audire, vt nouũ, inſolitum, celſum, atque occultum, admirationem ſibi pariat. Hinc autem habemus vnde noſipſos cognoſcere intus poſſumus, ſi vere humiles ſumus: nam ad noſtras laudes ſi nullus admirationis motus conſurgit, percipere poſſumus quãtum ab humili animo longe ſumus.

## Qvæstio XXXI.

*De conceptione ſaluatoris quo ad materiam de qua corpus eius conceptum eſt, in octo articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandum eſt, de ipſa conceptione ſaluatoris. Primo, quan- E tum ad materiam, de qua eius corpus conceptũ eſt. Secundo, quantum ad conceptionis auctorem. Tertio, quantum ad modum & ordinem conceptionis.

### Circa primũ quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum caro Chriſti fuerit ſumpta de Adam.

¶ Secundo, Vtrum fuerit ſumpta de Dauid.

¶ Tertio, De genealogia Chriſti, quæ in euangelijs ponitur.

¶ Quarto, Vtrum decuerit Chriſtum naſci de femina.

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæprimæ Articulum primum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore vna concluſio: Conueniens fuit, vt Chriſtus carnem ſumeret ex Maria ex Adam deriuata. Probatur: Chriſtus aſſumpſit naturã humanam, vt eam a corruptione purgaret. ergo aſſumpſit eam, ſecundũ quòd erat ex origine viciata ex Adã. ergo conueniens fuit, vt aſſumeret carnẽ ex Maria ex Adam deriuata. Prima cõſequentia probatur: quia natura humana nõ aliter indigebat purgatione. Secunda vero probatur, vt ſic per aſſumptionem curaretur humana natura.

¶ Nota hic, quòd aſſum-

aſſumptio, qua verbum dei incarnatū eſt, poteſt referri ad tria, ſcilicet ad naturam humanam vel ad naturam humanam infectam, vel ad humanitatē quę vnita eſt Verbo. Et ſi quidem referatur ad naturam humanam, nulla eſt quæſtio: & ſimiliter ſi referatur ad hanc humanitatem, nam filius eſt & homo & hic homo: ſed ſi referatur ad humanā naturam infectam, aliter oportet dicere: quoniam Chriſtus nō eſt, nec vnquàm fuit homo infectus. Et propterea non poſſumus dicere, quòd Verbū aſſumpſit naturam infectam: ſed dicimus quòd aſſumpſit naturam humanam ex vitiata origine deſcēdentem, ita quòd infectio nō determinat naturā aſſumptam, ſed originem eius: ex hoc enim Chriſtus infectam in reliquo humano genere naturam curauit, quòd naturam ex infecta illa origine deſcendentem, nō tamen infectam aſſumpſit, vt ſic ſanans Chriſti natura eſſet expers omnis morbi, ſicut primū alterās eſt inalterabile &c.

¶ Nota ſecundo, ꝙ quia alius eſt morbus naturæ, alius perſonę (perſona n. actualibus peccatis inficitur, natura autem ſolo originali per ſe loquēdo) ideo auctor de naturæ reparatione loquēs per ſe, dixit quòd natura humana nō indigebat reparatione, niſi ſecundum quòd infecta erat p originem vitiatam.

¶ Quinto, Vtrum fuerit de puriſſimis ſanguinibus virginis corpus eius formatum.

¶ Sexto, Vtrum caro Chriſti fuerit in antiquis patribus, ſecundum aliquid ſignatum.

¶ Septimo, Vtrū caro Chriſti in patribus fuerit peccato obnoxia.

¶ Octauo, Vtrum fuerit decimata in lumbis Abrahæ.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum caro Chriſti fuerit ſumpta de Adam.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd caro Chriſti nō fuerit ſumpta ex Adam. Dicit .n. Apoſtolus 1. ad Corinth. 15. Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cælo cæleſtis. Primus autem homo eſt Adam, ſecundus eſt Chriſtus. ergo Chriſtus non eſt ex Adam, ſed habet ab eo diſtinctam originem.

¶ 2 Præt. Conceptio Chriſti debuit eſſe maxime miraculoſa: ſed maius eſt miraculū formare corpus hominis ex limo terræ, quàm ex materia humana, quæ de Adā trahitur. ergo videtur quòd non fuerit cōueniens Chriſtum ab Adam carnem ſumpſiſſe. ergo videtur, quòd corpus Chriſti non debuerit formari de maſſa humani generis deriuata ab Adam, ſed de aliqua alia materia.

¶ 3 Præt. Peccatum in hunc mundum intrauit per vnū hominem, ſcilicet per Adam: quia omnes in eo originaliter exiſtentes, peccauerunt, vt patet Ro. 5. ſed ſi corpus Chriſti fuiſſet ab Adam ſumptum, ipſe etiā in Adam originaliter fuiſſet, quando peccauit. ergo peccatū originale contraxiſſet, quod non decebat Chriſti puritatem. non ergo corpus Chriſti eſt formatum de materia ſumpta ab Adam.

SED CONTRA eſt, quòd Apoſtol. dicit ad Heb. 2. Nuſquam angelos apprehendit, ſcilicet filius dei: ſed ſemen Abrahæ apprehendit: ſemen aūt Abrahę ſumptum eſt ex Adā. ergo corpus Chriſti fuit formatū de materia ex Adā ſumpta.

RESPON. Dicendum, quòd Chriſtus humanam naturam aſſumpſit, vt eam a corruptione purgaret. Non autem purgatione indigebat natura humana, niſi ſecundum quòd infecta erat per originem vitiatā, qua ex Adam deſcendebat: & ideo conueniens fuit, vt carnem ſumeret ex materia ab Adam deriuata, vt ipſa natura per aſſumptionem curaretur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſecundus homo, ideſt, Chriſtus, dicitur eſſe de cælo, non quidē quantum ad materiam corporis: ſed, vel quantum ad virtutem formatiuam corporis eius, vel etiam quantum ad ipſam eius diuinitatem. Secundum aūt materiā corpus Chriſti fuit terrenū, ſicut & corpus Adæ.

AD 2^m^ dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt,* myſterium incarnationis Chriſti eſt quiddam miraculoſum, non ſicut ordinatum ad confirmationem fidei, ſed ſicut articulus fidei: & ideo in myſterio incarnationis non requiritur, quid ſit maius miraculum, ſicut in miraculis, quæ fiunt ad confirmationem fidei, ſed quid ſit diuinæ ſapientię conuenientius, & magis expediens humanæ ſaluti, quod requiritur in omnibus, quę fidei ſunt. Vel poteſt dici, ꝙ in myſterio incarnationis, non ſolum attenditur miraculū ex materia cōceptus, ſed magis ex modo cōceptionis & partus: quia .ſ. Virgo concepit & peperit.*

q. 29. ar. 1. ad 1.

*aliàs k a perit del. Ex cor. a. & q. 4. a. 6.

AD 3^m^ dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt,* corpus Chriſti fuit in Adam ſecundum corpulentam ſubſtantiam; quia ſcilicet ipſa materia corporis Chriſti deriuata eſt ab Adam. Non autem fuit ibi ſecundum ſeminalem rationem: quia non eſt concepta ex virili ſemine: & ideo non contraxit originale peccatum: ſicut [d] ceteri, qui ab Adam per viam virilis ſeminis deriuantur.

D. 378.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum caro Chriſti fuerit ſumpta de Dauid.*

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæprimæ Articulum ſecundum.*

TItulus clarus eſt.

¶ In corpore vna concluſio, Chriſtus ſpecialiter dicitur filius Abrahæ & Dauid. Probatur triplici ratione cōuenientiæ, quare ſpecialiter. Omnia clara ſunt, & plus reſpondetur quàm fuerit quæſitum, vt patet.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus non ſumpſerit carnem de ſemine Dauid. Matth. enim genealogiam Chriſti texens, eam ad Ioſeph perducit: Ioſeph autem non fuit pater Chriſti, vt ſupra dictum eſt.* non ergo videtur, quòd Chriſtus de genere Dauid deſcenderit.

q. 29. ar. 1. & q. 28. a. 1. ad 1.

¶ 2 Præt. Aaron fuit de tribu Leui, vt patet Exo. 6. Maria autem mater Chriſti cognata dicitur Eliſabeth, quæ eſt filia Aaron, vt patet Luc. 1. Cum ergo Dauid fuerit de tribu Iuda, vt patet Mat. 1. videtur ꝙ Chriſtus de ſemine Dauid nō deſcenderit.

¶ 3 Præt. Hier. 22. dicitur de Iechonia, Scribe iſtum virum ſterilem, nec enim erit de ſemine eius vir, qui ſedeat ſuper ſolium Dauid: ſed de Chriſto dicitur Iſa. 9. Super ſolium Dauid ſedebit. ergo Chriſtus non fuit de ſemine Iechoniæ, & per conſequens, nec de genere Dauid: quia Matth. a Dauid per Iechoniam ſeriem generationum perducit.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Ro. 1. Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem.

RESPON. Dicendum, ꝙ Chriſtus ſpecialiter duorum antiquorum patrum filius dicitur eſſe, Abrahæ ſ. & Dauid, vt patet Matth. 1. Cuius eſt multiplex ratio. Prima quidem, quia ad hos ſpecialiter de Chriſto promiſſio facta eſt: dictum eſt enim Abrahæ Gen. 22. Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ: qđ Apoſt. de Chriſto exponit, dicens Galat. 3. Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius. non dicit & ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in vno, & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Ad Dauid autem dictum eſt, De fructu ventris tui ponam ſuper ſedē tuā. Vnde & populus Iudæorū, vt regē honorifice ſuſcipientes, dicebant Matth. 21. Oſanna filio Dauid. Secūda ratio eſt, quòd Chriſtus futurus erat rex, propheta, [d] & ſacerdos: Abraham autem ſacerdos fuit, vt patet ex hoc, ꝙ Dominus dixit ad eum Geneſ. 15. Sume tibi vaccam triennem &c. Fuit etiam propheta, ſecundum illud quod dicitur Geneſ. 20. Propheta eſt, & orabit pro te. Dauid autem rex fuit & propheta. Tertia ratio eſt: quia in Abraham primo incœpit circuncíſio: in Dauid autem maxime manifeſtata eſt dei electio, ſecundum illud quod dicitur 1. Reg. 13. Quæſiuit Dominus ſibi virum iuxta cor ſuum: & ideo vtriuſque filius Chriſtus ſpecialiſſime dicitur, vt oſtendatur eſſe in ſalutem & circuncíſioni, & electioni gentilium.

D. 1068.



AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ hæc obiectio fuit Fauſti Manichæi, volentis probare Chriſtum non eſſe filium Dauid, quia non eſt conceptus ex Ioſeph, vſq; ad quem ſeriem generationis Matth. perducit. Contra quem Aug.* reſpondet 23. lib. contra Fauſtum, ꝙ cum idem Euangeliſta dicat & virum Mariæ eſſe Ioſeph, & Chriſti matrem virginem eſſe, & Chriſtū eſſe ex ſemine Dauid, quid reſtat niſi credere Mariam non fuiſſe extraneam a cognatione Dauid, & eam, Ioſeph coniugem nō fruſtra appellatam, propter animorum confœderationem, quàmuis ei non fuerit carne commiſtus, & quòd potius propter dignitatem virilem ordo generationum vſque ad Ioſeph perducitur? Sic ergo nos credimus etiam Mariam fuiſſe de cognatione Dauid: quia ſcripturis credimus, quę vtrūque dicunt, & Chriſtum ex ſemine Dauid ſecundum carnē, & eius matrem Mariam, non cum viro concumbendo, ſed Virginē. Vt .n. dicit Hier.* ſuper Mat. Ex vna tribu fuit Ioſeph & Maria, & ſecundum legem eam accipere cogebatur vt propinquam, propter qđ & ſimul cenſentur in Bethleem, quaſi de vna ſtirpe generati.

Lib. 23. c. 8. poſt mediū tom. 6.

Mat. 1. ſup illud, Chri. generatio ſic erat, tom. 9.

AD 2^m^ dicendum, ꝙ huic obiectioni Gregor. Nazan. reſpondet dicens, quòd hoc nutu ſuperno contigit, vt regium genus ſacerdotali ſtirpi iungeretur, vt Chriſt⁹, qui Rex eſt & ſacerdos, ab [d] vtriſq; naſceretur ſecūdum carnem. Vnde & Aaron, qui fuit primus ſacerdos ſecundum legem, duxit ex tribu Iuda coniugem Eliſabeth filiam Aminadab. Sic ergo potuit fieri, vt pater Eliſabeth aliquam vxorem habuerit de ſtirpe Dauid, ratione cuius beata virgo Maria, quæ fuit de ſtirpe Dauid, eſſet Eliſabeth cognata. Vel potius econuerſo, quòd pater beatæ Mariæ de ſtirpe Dauid exiſtens, vxorem habuerit de ſtirpe Aaron. Vel ſicut Aug.* dicit 23. contra Fauſtum, Si Ioachim pater Mariæ de ſtirpe Aaron fuit (vt Fauſtus hæreticus per quaſdam ſcripturas apocryphas aſſerebat) credēdum eſt, quòd mater Ioachim fuerit de ſtirpe Dauid, vel etiam vxor eius, ita vt per aliquem modum Mariam dicamus fuiſſe de ſtirpe Dauid.

D. 1994.

Lib. 23. c. 9 a medio ad ſa. tom. 6.

AD 3^m^ dicendum, quòd per illam auctoritatem propheticam, ſicut Ambroſ. dicit ſuper Lucam,* non negatur ex ſemine Iechoniæ poſteros naſcituros: & ideo de ſemine eius Chriſtus eſt. Et quòd regnauit Chriſtus, non contra prophetiam eſt: non enim ſæculari honore regnauit. Ipſe enim dixit, Regnum meum non eſt de hoc mundo.

Lib. 3. in Luc. circa ſi. ante ſin. libri tom. 5.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum conuenienter genealogia Chriſti ab Euangeliſtis texatur.*

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæprimæ Articulum tertium.*

TItulus clarus eſt.

¶ In corpore vna concluſio: Genealogia Chriſti eſt conuenienti ordine ab euāgeliſtis ſcripta. probatur ex communiſſimis, Quæ diuinitus fiunt, ordinatiſſime fiūt. Euāgeliū eſt diuinitus factum. ergo. Maior ad Rom. 13. Minor 2. ad Tim. 3.

¶ In reſponſione ad ſecundum, vide Auctoris conatum tendere ad duo, & ꝙ Ioſeph per Salomonē deſcendit a Dauid, & quòd beata Virgo ſimiliter per Salomonem deſcēdit a Dauid. Et ratione primi refutat expoſitionem dicentem binomios: quoniam conſtat Nathan, nō illum prophetam, ſed alium, per quem Lucas Heli patrem Ioſeph reducit in Dauid, fratrem fuiſſe Salomonis, per quem Matthæus Iacob patrem Ioſeph reducit in Dauid. Ratione vero ſecundi ad occultam aliquam originem, vel ipſius Melchi, vel alicuius mulieris, ex qua carnaliter genita eſt beata Virgo, recurrit, vt beata Virgo inueniatur carnaliter genita ex aliquo deſcendente ex Iechonia, vt ſic & Damaſcenus & Ambroſius ſaluentur.

Mat. 1. Luc. 3. & 4.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur ꝙ genealogia Chriſti inconuenienter ab euangeliſtis texatur. Dicitur enim Iſa. 53. de Chriſto, Generationem eius quis enarrabit? ergo non fuit generatio Chriſti enarranda.

¶ 2 Præt. Impoſſibile eſt vnum hominem duos patres habere: ſed Mat. dicit, ꝙ Iacob genuit Ioſeph virum Mariæ. Luc. autem dicit Ioſeph fuiſſe filium Heli. ergo contraria ſibi inuicem ſcribunt.

¶ 3 Præt. Videntur in quibuſdam a ſe inuicē diuerſificari. Matthæus enim in principio lib. incipiens ab Abraham, deſcendendo vſque ad Ioſeph, quadraginta duas generationes enumerat. Lucas autē poſt baptiſmum Chriſti, generationem Chriſti ponit, incipiens a Chriſto, & perducens generationū numerum vſque ad deum, ponens generationes ſeptuaginta ſeptem vtroque extremo computato. Videtur igitur quòd inconuenienter generationem Chriſti deſcribant.

¶ 4 Præt. Quarti Reg. 8. legitur, ꝙ Ioram genuit Ochoziam,* cui ſucceſſit Ioas filius eius: huic autem ſucceſſit filius eius Amaſias, poſtea regnauit filius eius Azarias, qui appellatur Ozias, cui ſucceſſit Ioathan filius eius. Matthæus aūt dicit, ꝙ Ioram genuit Oziam. ergo videtur incōuenienter generationem Chriſti deſcribere, tres reges in medio prætermittens.

4. Reg. c. 11. ibi. ſup. c. 12. & ibi ſu. c. 14. ibi ſupra c. 15.

¶ 5 Præt. Omnes, qui in Chriſti generatione deſcribuntur, patres habuerunt & matres, & plurimi etiā ex eis fratres habuerunt. Matth. autē in generatione Chriſti tres tm̄ enumerat matres, ſ. Thamar, Ruth, & vxorem Vrię: fratres autem nominat Iudæ & Iechoniæ, & iterū Phares & Zaram, quorum nihil poſuit Lucas. ergo videntur euangeliſtæ inconuenienter genealogiam Chriſti deſcripſiſſe.

SED CONTRA eſt, auctoritas ſcripturæ.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut dicitur 2. ad Timoth. 3. Omnis ſcriptura ſacra eſt diuinitus inſpirata: quæ autem diuinitus fiunt, ordinatiſſime fiunt, ſecundum illud Roma. 13. Quæ a deo ſunt, ordinata ſunt. Vnde conuenienti ordine genealogia Chriſti eſt ab euangeliſtis ſcripta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut Hier.* dicit ſuper Matth. Iſaias loquitur de generatione diuinitatis Chriſti: Matth. autem enarrat generationē Chriſti ſecundum humanitatem, non quidem explicans modum incarnationis, quia hoc etiam eſt ineffabile: ſed enumerans patres, ex quibus Chriſtus ſecundum carnem proceſſit.

In c. 1. Mat. in prin. t. 9.

AD 2^m^ dicendum, ꝙ ad hanc obiectionem, quam mouit Iulianus apoſtata, diuerſimode ab aliquibus reſpondetur. Quidam enim, vt Greg. Nazan. dicit, dicunt eoſdem eſſe, quos vterque euangeliſta enumerat: ſed ſub diuerſis nominibus, quaſi binomios. ſed hoc ſtare non poteſt: quia Matth. ponit vnum filiorum Dauid, ſcilicet Salomonem, Lucas autem ponit alium, ſcilicet Nathan, quos ſecundum hiſtoriam libri regum conſtat fratres fuiſſe. Vnde alij dixerunt, ꝙ Matthæus veram genealogiam Chriſti tradidit: Lucas autem putatiuam, vnde incœpit, vt putabatur filius

llus Iphoſe. Erant enim aliqui ex iudæis, qui propter peccata regum Iuda, credebant Chriſtum ex Dauid non per reges, ſed per aliam eius ſtirpem hominum priuatorum, eſſe naſciturum. Alij vero dixerũt, quòd Matthæus poſuit patres carnales: Lucas vero poſuit patres ſpirituales, ſcilicet iuſtos viros, qui dicuntur patres propter ſimilitudinem honeſtatis. In lib. vero de Quæſtionibus veteris & noui teſtamenti * reſpondetur, quòd non eſt intelligendum, quòd Ioſeph a Luca dicatur eſſe filius Heli, ſed quòd Heli & Ioſeph fuerunt patres Chriſti diuerſimode a Dauid deſcendentes. Vnde de Chriſto dicitur, quòd putabatur filius Ioſeph, & ꝙ ipſe etiam Chriſtus fuit Heli filius, quaſi diceret ꝙ Chriſtus ea ratione qua dicitur filius Ioſeph, G poteſt dici filius Heli, & omnium eorum, qui ex ſtirpe Dauid deſcenderunt, ſicut Apoſt. dicit Rom. 9. Ex quibus, ſcilicet Iudæis, Chriſtus eſt ſecundũ carnem. Auguſt.* vero in lib. de Quæſt. Euang. tripliciter ſoluit dicens, Tres cauſæ occurrunt, quarum aliquam Euangeliſta ſecutus eſt. Aut enim vnus Euãgeliſta patrem Ioſeph, a quo genitus eſt, nominauit, alter vero vel auum maternum, vel aliquem de cognatis maioribus poſuit, aut vnus erat Ioſeph naturalis pater & alter eum adoptauerat, aut more iudæorum, cum ſine filijs vnus deceſſiſſet, eius vxorem propinquus accipiens, filium quem genuit, propinquo mortuo deputauit: H quod etiam quoddam genus adoptionis legalis eſt, vt ipſe Aug.* dicit in 2. de conſenſu euang. Et hæc vltima cauſa eſt verior, quam & Hier. ſuper Matth. ponit, & Euſeb. † Cæſarienſis in eccleſiaſtica hiſtoria ab Aphricano Hiſtoriographo traditam aſſerit. Dicũt enim, quòd Nathan de Melchi diuerſis temporibus de vna eademque vxore Ieſca* nomine ſingulos filios procreauerunt: quia Nathan, qui per Salomonem deſcendit, vxorem eam primum ceperat, & relicto filio vno Iacob nomine, defunctus eſt, poſt cuius obitum (quoniam lex viduam alij viro non vetat nubere) Melchi, qui per Nathan genus ducit, cum eſſet ex eadem tribu, ſed nõ ex eodem genere, relictam Nathan accepit vxorem, ex qua etiam ipſe ſuſcepit filium nomine Heli. I Et ſic ex diuerſo patrum genere efficiuntur Iacob & Heli vterini fratres, quorum alter, ideſt, Iacob fratris ſui Heli ſine liberis defuncti, ex mandato legis accipiens vxorem, genuit Ioſeph, natura quidem generis * ſuum filium, ſecundum vero legis præceptum Heli efficitur filius: & ideo Matthæus dicit, Iacob genuit Ioſeph: ſed Lucas, quia legalem generationem deſcribit, nullum nominat aliquem genuiſſe. Et quàmuis Damaſc.* dicat, quòd beata virgo Maria Ioſeph attinebat ſecundũ illam originem, qua pater eius dicitur Heli, quia dicit eam ex Melchi deſcendiſſe, tamen credendum eſt, quòd etiam ex Salomone originem duxerit, ſecundum aliquem modum per illos patres, quos enumerat Matthęus, qui carnalẽ Chriſti generationẽ dicitur enarrare, K præſertim cũ Ambr.* dicat, Chriſtũ de ſemine Iechonię deſcendiſſe.

In lib. q. ex nouo teſt. q. incipit: Deus certe perfect⁹ eſt. q. 56. Et in alio lib. qui incip. Cur facta & dicta. q. 6. t. 4.

Lib. 2. ca. 5. ante med. tom. 4.

Lib. 2. ca. 3. circa prin. tom. 4.

† Euſe. lib. 1. hiſt. eccl. c. 6. parum ante med. Idẽ habet & Ambr. in Luc. li. 3. inter princ. & med. to. 5.

*Alias Eſcha.

*Alias germinis.

Li. 4. Orth. fidei ca. 15. ante med.

Li. 3. ĩ Luc. declinando ad fi. to. 5.

† lib. 2. c. 4. in princ. & poſt med. ſimul. to. 4.

*Alias abolitio.

Ad 3ᵐ dicendum, quòd ſicut dicit Auguſt. † in lib. de conſenſu euang. Matth. regiam in Chriſto inſtituerat inſinuare perſonam: Lucas autẽ ſacerdotalem. Vnde in generationibus Matthæi ſignificatur noſtrorum ſuſceptio peccatorum a domino Ieſu Chriſto, inquantum ſcilicet per carnis originem ſimilitudinem carnis peccati aſſumpſit. In generationibus autem Lucæ ſignatur noſtrorum ablutio* peccatorum, quæ eſt per ſacrificium Chriſti: & ideo generationes Matthæus deſcendens enumerat, Lucas autem aſcendens: inde F etiam eſt, quòd Matthæus ab ipſo Dauid per Salomonem deſcendit, in cuius matre ille peccauit: Lucas vero ad ipſum Dauid per Nathan aſcendit, per cuius nominis prophetam deus peccatum illius expiauit. Et inde eſt etiam, quòd quia Matthæus ad mortalitatem noſtram Chriſtum deſcendentem voluit ſignare, ipſas generationes ab Abraham vſque ad Ioſeph, & vſq; ad ipſius Chriſti natiuitatem deſcendendo, commemorauit ab initio euangelij ſui: Lucas autem non ab initio, ſed a baptiſmo, Chriſti generationem narrat, nec deſcendendo, ſed aſcendendo tamquàm ſacerdotem in expiandis peccatis magis aſſignans, vbi teſtimonium Ioannes perhibuit dicens, Ecce qui tollit peccatum mũdi. Aſcendendo autem tranſit ab Abraham, & peruenit ad deum, cui mundati & expiati reconciliamur. Merito etiam adoptionis originem ipſe ſuſcepit: * quia per adoptionem efficimur filij dei, per carnalem vero generationem, filius dei filius hominis factus eſt. Satis autem demonſtrauit nõ ſe ideo dixiſſe Ioſeph filium Heli, quòd de illo ſit genitus: ſed quòd ab illo fuerit adoptatus, cũ & ipſum Adam filium dei dixerit, cum ſit factus a deo. Numerus etiã quadragenarius ad tempus præſentis vitæ pertinet, propter quatuor partes mundi, in quo mortalem vitam ducimus ſub Chriſto regnante. Quadraginta autem quater habent decem, & ipſa decem ab vno vſque ad quatuor progrediente numero conſumantur. Poſſet etiam denarius ad decalogum referri, & quaternarius ad præſentem vitam, vel etiam ad quatuor euangelia, ſecundum quòd Chriſtus regnat in nobis. Et ideo Matth. regiam perſonam Chriſti commendans, quadraginta perſonas poſuit, excepto ipſo. Sed hoc intelligendum eſt, ſi ſit idem Iechonias, qui ponitur in fine ſecundi quaterdenarij & in principio tertij vt Auguſt.* vult: quod dicit factum eſſe ad ſignificandum, quòd in Iechonia facta eſt quædam deflexio ad extraneas gentes, quando in Babyloniam tranſmigratum eſt, quod præfigurabat Chriſtum a circunciſione ad præputium migraturum. Hierony.* autem dicit duos fuiſſe, Ioachim, ideſt, Iechoniam, patrem ſcilicet & filium, quorum vterque in generatione Chriſti aſſumitur, vt conſtet diſtinctio generationum, quas Euangeliſta per tres quaterdenarios, diſtinguit, quòd aſcendit ad quadraginta duas perſonas. Qui etiam numerus ſanctæ conuenit eccleſiæ: hic enim numerus cõſurgit ex ſenario, qui ſignificat laborem præſentis vitæ, & ſeptenario, qui ſignificat quietem vitæ futuræ: ſexies enim ſeptem ſunt quadraginta duo. Ipſe etiam quaterdenarius, quia ex denario & quaternario conſtituitur per aggregationem, ad eandem ſignificationem pertinere poteſt, quę attributa eſt quadragenario, qui conſurgit ex eiſdem numeris ſecundum multiplicationem. Numerus autem quo Lucas vtitur in generationibus Chriſti, ſignificat vniuerſitatem peccatorum. Denarius enim tamquàm iuſtitiæ numerus in decem præceptis legis oſtenditur. Peccàtum autem eſt legis tranſgreſſio. Denarij vero numeri tranſgreſſio eſt vndenarius. Septenarius autem ſignificat vniuerſitatem: quia vniuerſum tempus ſeptenario dierum numero voluitur: ſepties autem vndecim ſunt ſeptuaginta ſeptem, & ita per hoc ſignificatur vniuerſitas peccatorum, quæ per Chriſtum tolluntur.

*Alias ſuſcepit.

Li. 1. de conſenſu euang. cap. 4. ante med. to. 4.

Mat. 1. ſuper illud. Et poſt tranſmigrationem Babylonis. to. 9. Idem habet Ambr. in Luc. lib. 3. multa pauca ante. tom. 5.

Ad 4ᵐ dicendum, quòd ſicut Hieronym.* ſuper Matth. dicit, quia Ioram rex generi ſe miſcuerat impiiſſimæ Iezabelis, iccirco vſque ad tertiam generationem,

Mat. 1. ſuper illud, Ioram genuit Oziam, tom. 9.



tionẽ, eius memoria tollitur, ne in ſancte natiuitatis A ordine poneretur. Et ita vt Chryſ. † dicit, quanta benedictio facta eſt ſuper Ieſu, qui vindictam fecerat ſuper domum Achab & Iezabel, tanta eſt maledictio ſuper domum Ioram, propter filiam iniqui Achab & Iezabel, vt vſque ad quartam generationem præcidantur filij eius de numero regum, ſicut ſcriptum eſt Exod. 20. Reddam peccatum parentum in filios vſque ad tertiam, & quartam generationem. Eſt etiam attendendum, quòd & alij reges fuerunt peccatores, qui in genealogia Chriſti ponuntur: ſed non fuit eorum continua impietas. Nam vt dicitur in libr. *Quæſtionum veteris & noui Teſtamenti, Salomon merito patris ſui dimiſſus in regno eſt, Roboam me B rito Aſa filij ſui. horum aũt triũ cõtinuauit impietas.

† Hom. 1. in opere imperfecto. to. 6.

Aug. in li. q. ex nouo Teſt. qui incipit Deus carnaliter. 4.

Ad 5ᵐ dicendum, quòd ſicut dicit Hier. † ſuper Mat. In genealogia Saluatoris, nulla ſanctarum mulierum aſſumitur, ſed eas quas Scriptura reprehẽdit, vt qui propter peccatores venerat, de peccatoribus naſcẽs, omnia peccata deleret. Vnde ponit Thamar, quæ reprehenditur de ſocerino concubitu, & Raab, quæ fuit meretrix, & Ruth, quæ fuit alienigena, & Barſabee vxor Vriæ, quæ fuit adultera: quæ tamẽ proprio nomine non ponitur, ſed ex nomine viri deſignatur: tum propter peccatũ ipſius, quæ fuit adulterij & homicidij conſcia: tum etiam vt nominato vi- C ro, peccatum Dauid ad memoriã reuocetur. & quia Lucas Chriſtum deſignare intendit, vt peccatorũ expiatorem, talium mulierum mentionem nõ facit. Fratres autem Iudæ commemorat, vt oſtẽdat eos ad Dei populum pertinere: cum tamẽ Iſmael frater Iſaac, & Eſau frater Iacob a populo Dei fuerint ſeparati: propter quod in generatione Chriſti non commemorantur, & etiam vt ſuperbiã de nobilitate excludat, Multi enim fratrum Iudæ ex ancillis nati fuerunt: ſed omnes ſimul erãt patriarchæ & tribuum principes. Phares autem & Zaram ſimul nominantur (vt Amb.* dicit ſuper Lucam) quia per eos gemina deſcribitur vita populorum: vna ſecundum legem, quæ ſignificatur per Zaram: altera ſecundum fidem, quæ ſignifica D tur per Phares. Fratres autem Iechoniæ ponit, quia omnes regnauerãt diuerſis tempribus, quod in alijs regibus non acciderat, vel quia eorum ſimilis fuit & iniquitas & miſeria.

Mat. 1. ſuper illud, Iudas genuit Phares, tom. 9.

Li. 3. in Luc. aliquantulum ante med. tom. 5.

## ARTICVLVS. IIII.

### *Vtrum decuerit Chriſtum naſci de femina.*

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæprimæ Articulum quartum.*

Titulus clarus. ¶ In corpore vnica concluſio: Cõuenientiſſimũ fuit, vt de femina carnẽ aſſumeret filius Dei. Probat tripliciter. Omnia clara ſunt. ¶ In reſponſione ad tertium vide, quòd dupliciter excludit immunditia, & ab humanitate, prima reſpõſione, & a verbo Dei ſecunda reſponſione.

1 Sent. d. 12. q. 3. art. 2. q. 2. & opuſ. 3. cap. 221.

Ad qvartvm ſic proceditur. Vĩ ꝙ materia corporis Chriſti nõ debuerit eſſe aſſumpta de femina. Sexus enim maſculinus eſt nobilior quàm ſexus feminę: ſed maxime decuit vt Chri- E ſtus aſſumeret id, quod eſt perfectum in humana natura. ergo vĩ ꝙ nõ debuerit de femina carnem aſſumere, ſed magis de viro: ſicut & Eua de coſta viri formata eſt.

¶ 2 Præt. Quicumque ex femina cõcipitur, vtero feminæ includitur: ſed Deo qui cælum & terram implet (vt dicitur Hierem. 23.) non competit quòd paruo feminæ vtero includatur. ergo videtur quòd non debuerit concipi de femina.

¶ 3 Præt. Illi, qui concipiuntur ex femina, quãdam im- A munditiam patiuntur. unde dicitur Iob. 25. Numquid iuſtificari poteſt homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? ſed in Chriſto nulla immunditia eſſe debuit: ipſe enim eſt Dei ſapientia, de qua dicitur Sapientiæ 7. Nihil inquinatum in illam incurrit. ergo non videtur, quòd debuerit carnem aſſumere de femina.

Sed contra eſt, quòd dicitur Gala. 4. Miſit Deus filium ſuum factum ex muliere.

Respon. Dicendum, ꝙ licet filius Dei carnem humanam aſſumere potuerit, de quacumq; materia voluiſſet: conuenientiſſimum tamen fuit, vt de femina carnem acciperet. Primo quidem, quia per hoc tota B humana natura nobilitata eſt. unde Aug.* dicit ĩ lib. 83. Quæſtionũ, Hominis liberatio in vtroq; ſexu debuit apparere. Ergo, quia virum oportebat ſuſcipere, qui ſexus honorabilior eſt, conueniens erat vt feminei ſexus liberatio hinc appareret, ꝙ ille vir de femina natus eſt. Secundo, quia per hoc veritas incarnationis aſtruitur. Vnde Amb.* dicit in li. de incar. Multa in Chriſto ſecũdum naturam inuenies, & vltra naturam: ſecundum conditionem etenim naturę in vtero feminei. ſ. corporis fuit, ſed ſupra conditionem virgo concepit, virgo generauit, vt crederes, quia Deus erat, qui innouabat naturam, & homo erat, qui ſecũ C dum naturam naſcebatur ex homine. Et Aug.* dicit in Epiſtola ad Voluſia. Si omnipotens Deus hominẽ vbicumque formatum, non ex materno vtero crearet, ſed repentinum inferret aſpectibus, nonne opinionem confirmaret erroris, nec hominem verũ ſuſcepiſſe, vllo modo crederetur, & dum omnia mirabiliter facit, auferret quod miſericorditer fecit? Nũc vero ita inter Deum & hominẽ mediator apparuit, vt in vnitate perſonæ copulans vtramque naturam, & ſolita ſublimaret inſolitis, & inſolita ſolitis temperaret. Tertio, quia per hunc modum completur omnis diuerſitas generationis humanę. Nam primus homo productus eſt ex limo terræ ſine viro & femina: Eua vero producta eſt ex viro ſine femina: alij vero D homines naſcũtur ex viro & femina. unde hoc quartum, quaſi Chriſto proprium relinquebatur, vt produceretur ex femina ſine viro.

Q. 11. in med. to. 4.

Ca 6. circa med. tom. 2.

Eſt epiſt. 3. ante med. tom. 2.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ quia ſexus maſculinus eſt nobilior quàm femineus, ideo humanã naturam in maſculino ſexu aſſumpſit: ne tamen ſexus femineus contemneretur, congruũ fuit, vt carnem aſſumeret de femina. unde Aug. dicit in lib.* de Agone Chriſtiano: Nolite voſipſos contemnere viri, filius Dei virum ſuſcepit: nolite voſipſas contemnere feminæ, filius Dei natus ex femina eſt.

Ca. 11. circa med. to. 3.

Ad 2ᵐ dicẽdũ, ꝙ ſicut Aug.* dicit 23. li. cõtra Fauſtũ (qui hac obiectione vtebatur) Nõ plane, inquit, catholica fides, quæ Chriſtum Dei filiũ, natũ ſm carnẽ credit ex virgine, vllo modo eundem Dei filium ſic E in vtero mulieris includit, quaſi extra non ſit, quaſi cæli & terræ adminiſtrationem deſeruerit, quaſi a patre receſſerit, ſed vos Manichæi corde illo, quo nihil poteſtis niſi corporalia phãtaſmata cogitare, iſta omnino nõ capitis. ut. n. dicit in Epiſt.* ad Voluſi. Hominum iſte ſenſus eſt, nihil niſi corpora valentiũ cogitare, quorũ nullũ põt eſſe vbiq; totũ: qm̃ p innumerabiles partes aliud alibi habeat neceſſe eſt. Longe alia eſt animæ natura q̃ corporis, quanto magis Dei, qui creator eſt animæ & corporis, & nouit vbique totus eſſe & nullo contineri loco: nouit venire, non recedendo vbi erat: nouit abire, non deſerendo quo venerat.

Li. 23. c. 10. ante me. to. 6.

Eſt Epiſt. 3 aliquantulum a prin. tom. 2.

Ad 3^m^ dicendum, ꝙ in conceptione viri ex femina non eſt aliquid immundum, inquantum eſt opus Dei, vnde dicitur act. 10. Quod Deus creauit, tu ne cō mune dixeris. i. immundum. Eſt ibi tamen aliqua immunditia ex peccato proueniens, prout cum libidine quis cōcipitur ex cōmiſtione maris & feminæ, quod tamen in Chriſto non fuit, vt ſupra oſtenſum eſt*.

Q. 19. ar. 2.

Si tamen aliqua eſſet ibi immunditia, ex ea non inquinaretur dei verbum, quod nullo modo eſt immutabile vel alterabile. Vnde Aug.* dicit in li. cōtra quinque hæreſes, Dicit Deus creator hominis, Quid eſt quod te permouet in mea natiuitate? non ſum libidinis conceptus cupiditate. ego matrem de qua naſcerer feci. Si ſolis radius cloacarum ſordes ſiccare nouit, eis inquinari non nouit, quanto magis ſplendor lucis æternæ, quocumque radiauerit mūdare poteſt, & ipſe pollui non poteſt?

Ca. 6. circa medium to mo. 6.

## Articvlvs V.

### Vtrū corpus Chriſti de puriſſimis ſanguinibus Virginis formatum fuerit.

3. di. 3. q. 2. ar. 5.

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur ꝙ caro Chriſti nō fuerit concepta ex puriſſimis ſanguinibus Virginis. Dicitur enim in collecta, ꝙ Deus verbum ſuum de Virgine carnem ſumere voluit: ſed caro differt a ſanguine Virginis. ergo corpus Chriſti non eſt ſumptum de ſanguine Virginis.

¶ 2 Præt. Sicut mulier formata eſt miraculoſe de viro, ſic corp⁹ Chriſti miraculoſe formatū eſt de Virgine: ſed mulier non dicitur eſſe formata de ſanguine viri, ſed magis de carne & oſſibus eius, ſecundum illud, quod dicitur Gene. 2. Hoc nūnc os de oſſibus meis, & caro de carne mea. ergo videtur quòd nec etiā corpus Chriſti formari debuerit de ſanguine Virginis, ſed de carnibus & oſſibus ei⁹.

¶ 3 Præt. Corpus Chriſti fuit eiuſdem ſpeciei cum corporibus aliorum hominum: ſed corpora aliorum hominum, non formantur ex puriſſimo ſanguine, ſed ex ſemine & ſanguine menſtruo. ergo videtur, quòd nec etiam corpus Chriſti fuerit cōceptum ex puriſſimis ſanguinibus Virginis.

Sed contra eſt, quod Dama.* dicit in 3. li. ꝙ filius Dei conſtruxit ſibiipſi ex caſtiſſimis, & puriſſimis ſanguinibus Virginis carnem animatam anima rationali.

L. 3. orth. fide. ca. 2. in medio.

Respon. Dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt*, in cōceptione Chriſti fuit ſecundum conditionem naturæ, quòd eſt natus ex femina, ſed ſupra conditionem naturę, ꝙ eſt natus ex Virgine. Habet aūt hoc naturalis cōditio, ꝙ in generatione animalis femina materiam miniſtret, ex parte autem ma-F ris ſit principium actiuum in generatione, ſicut probat Philoſo. in li.* de Generatione animalium. Femina autem, quæ ex mare concipit, non eſt virgo. & ideo ad ſupernaturalem modum generationis Chriſti pertinet, quòd actiuū principium in generatione illa fuerit virtus ſupernaturalis diuina: ſed ad naturalem modum generationis eius pertinet, ꝙ eius materia, de qua corpus eius conceptú eſt, G ſit conformis materiæ, quam aliæ feminæ ſubminiſtrant ad conceptionem prolis. Hæc autem materia ſcdm Phil.* in li. de generatione animalium, eſt[d] ſanguis mulieris, non quicumq;, ſed perductus ad quādam ampliorem digeſtionem per virtutem generatiuā matris, vt ſit materia apta, ad conceptum. & ideo ex tali materia fuit corpus Chriſti conceptum.

Ar. præced.

Li. 1. de ge. an. in fi. & 2. paru. & c. 4. & 5. to mo. 4.

L. 1. de ge. & 19. an. D.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ cū beata virgo fuerit eiuſdē H naturæ cū alijs feminis, cōſequens eſt ꝙ habuerit carnē & oſſa eiuſdē naturæ. Carnes aūt & oſſa in alijs feminis sūt actuales corporis partes, ex quibus cōſtituit̄ integritas corporis, & ideo ſubtrahi nō pn̄t ſine corruptione corporis, vel diminutione. Chriſtus aūt, qui venerat corrupta reparare, nullā corruptionē aut diminutionē integritati matris eius inferre debuit, vt ſupra dictū eſt*: & iō nō debuit corpus Chriſti formari de carne vel oſſibus Virginis, ſed de ſanguine, qui nondum eſt actu pars, ſed eſt I potentia totum, vt dicitur in li. de genera. aīaliū: & ideo dicitur carnē de Virgine ſumpſiſſe, nō quòd materia corporis eius fuerit actu caro, ſed ſanguis, q̄ ē potētia caro.

Q. 28. ar. 2. & 3.

Ad 2^m^ dicēdū, ꝙ ſicut in 1. parte dictū eſt*, Adā, q̄a īſtitutus erat, vt principiū quoddā humanæ naturæ, habebat in ſuo corpore aliquid carnis et oſſis, qđ nō pertinebat ad ītegritatē perſonalē ipſius, ſed ſolū inquātū erat naturę humanę principiū, & de tali formata eſt mulier abſq; viri detrimento, ſed K nihil tale fuit in corpore Virginis, ex quo corp⁹ Chr̄i poſſet formari ſine corruptione materni corpis.

1. p. q. 92. articu. 3. ad 2.

Ad 3^m^ dicēdū, ꝙ ſemen feminæ non eſt generationi aptum: ſed eſt quiddā imperfectū in genere[d] ſeminis, qđ nō potuit pduci ad pfectū ſeminis cōplemētū, pp imperfectionē virtutis femineę. & iō tale ſemē nō eſt materia, q̄ de neceſſitate[d] reqrat̄ ad cōceptū, ſicut Phi. dicit ī li. de gene. aīaliū: & iō in cōceptione corporis Chriſti nō fuit: A præſertim quia licet ſit īperfectū in genere ſeminis, tamē cū quadā concupiſcētia reſoluitur, ſicut & ſemen maris. In illo autem conceptu virginali, concupiſcentia locū habere nō potuit. & ideo Dam.* dicit ꝙ corpus Chriſti nō ſeminaliter conceptum eſt. Sanguis autē menſtruus, quem feminæ per ſingulos menſes emittunt, impuritatem quandam naturalē habet cor B ruptiōis: ſicut & ceteræ ſuperfluitates, quibus natura non indiget, ſed eas expellit. Ex tali autem menſtruo corruptionē habente, quod natura repudiat, non formatur cōceptus, ſed hoc eſt purgamentum quoddam illius puri ſanguinis, qui digeſtione quadam eſt præparatus ad conceptum, quaſi purior & perfectior alio ſanguine. Habet tamen impuritatē libidinis in conceptione aliorum hominum: in-C quātum ex ipſa commiſtione maris & feminæ, talis ſanguis ad locum generationi congruum attrahitur: ſed hoc in cōceptione Chriſti non fuit, quia operatione Spiritusſancti talis ſanguis in vtero Virginis adunatus eſt & formatus in prolē. Et ideo dicitur corpus Chriſti ex caſtiſſimis & puriſſimis ſanguinibus Virginis formatum.

D. 1.

D. 1.

L. 1. orth. fi. ca. 1. 4. 6. & 7.

¶ Super Quæſtionis trigeſimæprimæ Articulum quintū.

Titulus duo ponit, ly ex ſanguine, & ly puriſſimo. Et ſanguis quidem ponitur ad differentiam carnis, oſſis, nerui & huiuſmodi partium: puritas āt apponit̄ ad excludēdam admiſtionem ſeminum, quę videtur in aliorum hominum formatione concurrere.

¶ In corpore articuli vnica eſt cōcluſio: Corpus Chriſti fuit conceptum ex puriſſimo ſanguine beatę Virginis, ad ampliorem digeſtionem perducto per virtutē eius generatiuam. Probatur: Generatio Chriſti habuit naturalem modum generationis quo ad hoc, quòd ex femina eſt, & ſupernaturalē quo ad hoc, quòd eſt ex Virgine. ergo habet materiā ex matre ſimilē aliis, principium vero actiuū diuerſum. ergo habet pro materia ſanguinem matris non quēcumque, ſed perductū naturali matris virtute ad hoc, quòd materia ſit apta conceptui. Antecedens patet ex auctoritate Amb. ī pręcedenti articulo. Prima conſequentia ꝓbatur: quia ad naturalem modum generationis ſpectat cōformitas materię, ſicut conformitas matris: q̄a naturaliter mater materiā miniſtrat, ad ſupernaturalem vero modum ſpectat difformitas principii actiui: quia femina ex viro concipiens nō eſt virgo: pricipiū autem actiuum naturaliter ad virū ſpectat. Secunda vero conſequētia probatur auctoritate Philoſophi communem materiam mulierum ponentis, ſanguinem talem.

¶ Hoc ī loco aduerte nouum errorē diebus noſtris exortū, dicentem Chriſtum conceptū ex ſanguine beatæ Virginis puriſſimo non quocumque, ſed in corde exiſtente: ita ꝙ ex tribus guttis ſanguinis circa cor beatæ Virginis conceptus eſt Chriſtus. Repugnat autem hic error, & dictis hic, & Ambroſii ſupradictæ auctoritati (ſecundum cōditionem naturæ ī vtero femineo fuit) & ſacræ Scripturæ ex voce Angeli dicētis, Ecce concipies in vtero, non in corde. Et quod proprie de vtero loquatur, ex beatæ Virginis verbis habetur, quę optime ītellexit verba Angeli, & reſpōdens dixit, Quomodo fiet iſtud, quoniā virum nō cognoſco? Si in corde cōceptura erat, male allegata fuiſſet cauſa quæſtionis, Quoniam virum non cognoſco: conceptio enim in corde non fit ex ſemine viri. de modo ergo concipiendi ī vtero illo queſiuit, in quo ex ſemine cōcipi conſueuit. Amplius, Beata Virgo in euangelio dicitur prægnans, & quòd peperit filiū, & quòd eſt mater: quæ omnia falſa eſſent. Nam habens infantem in corde, non eſt prægnans, ſicut nec ſi haberet infantē ī ſtomacho, aut in uentriculo cerebri: prægnans enī ſola illa dicitur, quę in loco naturali infantem conceptum habet, Similiter nec mater aut pater dici poteſt, ſicut nec Adam fuit parens, aut mater Euæ, licet ex eius parte vna fuerit formata Eua. tollit ergo veritatem maternitatis beatæ Virginis reſpectu Chriſti error iſte. Vnde & ſtatim dānatus fuit Romę, me præſente.

¶ In reſpōſione ad tertium aduerte diligenter vim argumenti: vt ex notitia modi intelligas ſolutionem. Obiicit duo, tertium argumentum. ſ. ſemen & mēſtruū eſſe ex quibus aliorum hominum corpora formātur, tāquam ex materia: conſtat enim vtrūque opponi puro ſanguini, ac propterea Chriſti corpus ex eiſdem formatum, ſi eiuſdem eſt ſpeciei nobiſcū. Reſpōdet auctor ſingillatim ad ſingula. Et de ſemine quidē mulieris quatuor dicit: primum, quòd non eſt aptum generationi: ſecundū, ꝙ eſt in genere ſeminis īperfectū quid: tertiū, quòd non eſt materia neceſſaria ad cōceptū: quartū, quòd cum quadam cōcupiſcentia reſoluitur. Et infert Auctor tertiū ex primo & ſecundo: confirmās illud auctoritate Ariſt. In ſpeciali autem dicit corpus Chriſti nō fuiſſe ex tali materia, tū propter tertium dictū, tū propter quartū: & confirmat illud auctoritate Damaſ. Habes hic Auctorē firmare ſententiam dicentium id, quod ſemen mulieris vocatur, eſſe vere in ſeminis genere, licet vt imperfectū quid, ineptum autem eſſe ad generationē ītellige, vt ſemen qđ in genere cauſæ efficiētis locari noſti. in 5. Met. & ꝓpterea nō infert Auctor totalē excluſionem illius a conceptu, ſed neceſſarium concurſum tātūmodo excludit.

1. de ge. an. ca. 19. & 20.

L. 1. de ge. an. ca. 19. & 20. to. 3.

1. p. q. 92. ar. 3. ad 2.



## Articvlvs VI.

### Vtrum corpus Chriſti in antiquis patribus fuerit ſecundum aliquid ſignatum.

Ad sextvm ſic proceditur. Videtur ꝙ corpus Chriſti fuerit ſecundum aliquid ſignatum in Adam, & ī alijs patribus. Dicit. n. Aug.* 10. ſuper gene. ad literam, ꝙ caro Chrſti fuit in Adam & Abraham, ſecūdum corpulentam ſubſtantiam: ſed ſubſtantia corpulenta eſt quiddam ſignatum. ergo caro Chriſti fuit in Adam, & Abraham, & alijs patribus ſecundū aliquid ſignatum.

¶ 2 Præter. Rom. 1. dicitur, ꝙ Chriſtus factus eſt ex ſemine Dauid ſecūdum carnem: ſed ſemen Dauid fuit aliquid ſignatum in ipſo. ergo Chriſtus fuit in Dauid ſecundum aliquid ſignatū, & eadem ratione in alijs patribus.

¶ 3 Præt. Chriſtus ad humanum genus affinitatem habet, inquantum ex humano genere carnem aſſumpſit: ſed ſi caro illa non fuit ſecundum aliquid ſignatum in Adam, nullā videtur habere affinitatē ad humanū genus, quod ex Adā deri A uatur: ſed magis ad alias res, vnde de materia carnis eius aſſumpta eſt. uidet̄ ergo ꝙ caro Chriſti fuerit in Adam, & in alijs patribus ſecundum aliquid ſignatum.

Sed contra eſt, quòd Augu.* dicit 10. ſuper Gene. ad literā, quocumque modo Chriſtus fuit in Adam & Abraham & alijs patribus, alij homines etiam ibi fuerunt, ſed non conuertitur: alij au B tem homines non fuerunt in Adā & Abraham, ſcdm aliquam materiā ſignatam, ſed ſolum ſcdm originem, vt in 1. parte habitum eſt.* ergo neque Chriſtus fuit in Adam, & Abraham, ſecundum aliquid ſignatum, & eadem ratione nec in alijs patribus.

Li. 10. ex c. 19. & 20. colligitur, tom. 3.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut ſicut ſupra dictum eſt*, materia corporis Chriſti non fuit caro & os beatæ Virginis, nec aliqd, quod fuerit actu pars corporis eius, ſed C ſanguis, qui eſt potētia caro. Quicquid autem fuit in beata Virgine a parentibus acceptū, fuit actu pars corporis beatæ Virginis. Vnde illud, quod fuit in beata Virgine a parentibus acceptum, nō fuit materia corporis Chriſti. & ideo dicēdum eſt, ꝙ corpus Chriſti nō fuit in Adam & alijs patribus ſecundum aliquid ſignatum, ita. ſ. ꝙ aliqua pars corporis Adæ vel alicuius alterius poſſet deſignari deter D minate, vt diceretur ꝙ ex hac materia determinate, formabitur corpus Chriſti, ſed fuit ibi ſcdm originem, ſicut & caro aliorum hominum. Corpus enim Chriſti habet relationem ad Adam & alios patres, mediante corpore matris eius. Vnde nullo alio modo, fuit in patribus corpus Chriſti, quàm corpus matris eius, quod non fuit in patribus ſecundū materiam ſignatam, ſicut nec corpora aliorum hominum, vt in 1. parte dictum eſt*.

1. 1. q. vlti. ar. 1.

Art. præce.

Ad primvm ergo dicendum, quòd cum dicitur Chriſtus fuiſſe in Adam, ſecundum corpulentā ſubſtantiam, non eſt intelligendum hoc modo, quòd corpus Chriſti in Adam fuerit, quædam corpulenta ſubſtantia: ſed quia corpulenta ſubſtantia corporis Chriſti, ideſt, materia, quam ſumpſit ex Virgine, E fuit in Adam, ſicut in principio actiuo, non autem ſicut in materiali principio: quia ſcilicet, per virtutem generatiuam Adæ & aliorum ab Adam deſcendentium vſque ad beatam Virginem, factum eſt vt illa materia præpararetur, ad conceptum corporis Chriſti. Non autem fuit materia illa formata in corpus Chriſti, per virtutem ſeminis ab Adam deriuatā. & ideo Chriſtus dicitur fuiſſe in Adam originaliter, ſecundum corpulentam ſubſtantiam: non autem ſecundum ſeminalem rationem.

1. p. q. vlti. ar. 1.

Ad 2^m^ dicendum, quòd quàmuis corpus Chriſti non fuerit in Adam & in alijs patribus, ſecundū ſeminalem rationem: corpus tamē beatæ[d] Virginis, quod

D. 37.

¶ Super Quæſtionis trigeſimæprimæ Articulum ſextum.

Titul⁹ occaſionē habet ex errore putātiū, corp⁹ Chriſti formatum ex certa determinata portione tranſfuſa ſucceſſiue de perſona ī perſonā ab Adam, vſque ad beatā Virginem: ſiue hoc ſit opinatū eſſe cōmune omnibus hominibus, ſiue Chriſto proprium.

¶ In corpore articuli vna eſt concluſio: Corpus Chriſti non fuit in Adam & aliis patribus ſecundū aliquid ſignatū. Probat: Quicquid fuit in beata Virgine a parentibus acceptū, fuit actu pars beatæ Virginis. ergo illud nō fuit materia corporis Chriſti. ergo corpus Chriſti non fuit in Adā & aliis, ſecundū aliquid ſignatum. Antecedēs pro conſtanti relinquitur: quia ſic eſt in aliis hominibus. Prima enim & præcipua pars geniti eſt id, quod a parentib⁹ habetur, ſecundum omnes. Prima conſequentia probatur: quia materia corporis Chriſti non fuit caro, aut os aut quęcūque pars actu beatę Virginis, ſed ſanguis, vt patet in pręcedenti articulo. Secūda vero conſequētia probatur: quia corpus Chriſti non habet originis relationem ad Adam, & alios patres, niſi mediante corpore matris ſuæ.

quod ex ſemine maris eſt cõceptum, fuit in Adam, & in alijs patribus, ſecundum rationem ſeminalem. & ideo mediante beata Virgine, Chriſtus ſecundum carnem dicitur eſſe ex ſemine Dauid, per modũ originis.

Ad 3m dicendum, quòd Chriſtus habet affinitatẽ ad humanum genus, ſecũdum ſimilitudinem ſpeciei. Simlitudo autem ſpeciei attenditur, non ſecundũ materiam remotam, ſed ſecundum materiam proximã, & ſecundum principium actiuum, quod generat ſibi ſimile in ſpecie. Sic igitur affinitas Chriſti ad humanum genus ſufficienter cõſeruatur, per hoc, quòd corpus Chriſti formatum eſt ex ſanguinibus Virginis, deriuatis ſecundum originem ab Adam, & alijs patribus. Nec refert ad hanc affinitatem vndecumque materia illorum ſanguinum ſumpta fuerit: ſicut nec G hoc refert in generationem aliorum hominum, ſicut in prima parte dictum eſt.

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum caro Chriſti in Patribus fuerit peccato obnoxia.*

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ caro Chriſti in antiquis patribus peccato infecta non fuerit. Dicitur enim Sap. 7. quòd in diuinam ſapientiam nihil inquinatum incurrit. Chriſtus autem eſt Dei ſapientia, vt dicitur 1. ad Cor. 1. ergo caro eius nũquã peccato inquinata fuit.

¶ 2 Præt. Dama.* dicit in 3. li. quòd Chriſtus primitias noſtræ naturæ aſſumpſit: ſed in primo ſtatu caro humana nõ erat peccato infecta. ergo caro Chriſti non fuit infecta, nec in Adam nec in alijs patribus.

Li.3.c.6. & 7. non longe a princ. & c.2. a medio.

¶ 3 Præt. Aug.† dicit, 19. ſuper Gen. ad literam, quòd natura humana ſemper habuit cum vulnere vulneris medicinam: ſed id, quod eſt infectum, non poteſt eſſe vulneris medicina, ſed magis ipſum indiget medicina. ergo ſemper in natura humana fuit aliquid non infectum, ex quo poſtmodũ eſt corpus Chriſti formatum.

† Li.10.ca.20. a med. tom.3.

SED CONTA eſt, quòd corpus Chriſti nõ refertur ad Adam & ad alios patres, niſi mediante corpore beatę Virginis de qua carnem aſſumpſit: ſed corpus beatæ Virginis totum fuit in originali peccato conceptum, vt ſupra dictum eſt*, & ita etiam ſecundum quod fuit in patribus, fuit peccato obnoxium. ergo caro Chriſti, ſecundum quòd fuit in patribus, fuit peccato obnoxia.

Q.27.ar.2. & q.14. ar. 3 ad 1.

RESPON. Dicendũ, quòd cũ dicimus Chriſtum ſm carnẽ eius fuiſſe in Adam & in aliis patribus, comparamus ipſum vel carnem eius ad Adam & ad alios patres. Manifeſtum autẽ eſt, quòd alia fuit conditio patrũ, & alia Chriſti: nã F Patres fuerunt ſubiecti peccato, Chriſtus autẽ fuit omnino a peccato immunis. Dupliciter ergo in hac comparatione errare contingit. Vno modo, vt attribuamus Chriſto vel carni eius cõditionẽ, quæ fuit in patribus, puta, ſi dicamus, ꝙ Chriſtus in Adã peccauit, quia ĩ eo aliquo modo fuit, quod eſt falſum: quia non eo modo in eo fuit, vt ad Chriſtum peccatum Adæ perueniret, quia non deriuatur ab eo ſecundum concupiſcentiæ legem, ſiue ſm rationem ſeminalem, vt ſupra dictum eſt*. Alio G modo contingit errare, ſi attribuamus ei, quod actu fuit in patribus cõditionẽ Chriſti vel carnis eius, vt, ſ. quia caro Chriſti, ſecundum quòd in Chriſto fuit, non fuit peccato obnoxia, ita etiam in Adam & in alijs patribus fuerit aliqua pars corporis eius, quæ non fuit peccato obnoxia, ex qua poſtmodũ corp⁹ Chriſti formaretur: ſicut quidã poſuerũt: quod quidẽ eſſe eſſe nõ põt. Primo, quia caro Chriſti H nõn fuit ſm aliquid ſignatũ in Adã & in alijs patribus, quod poſſet diſtingui a reliqua eius carne, ſicut purum ab impuro: ſicut iam ſupra dictũ eſt.* Secundo, quia cũ caro humana peccato inficiatur ex hoc, ꝙ eſt per cõcupiſcẽtiã cõcepta, ſicut tota caro alicuius hominis per concupiſcentiam concipitur, ita tota peccato ĩquinatur. & iõ dicẽdũ eſt, ꝙ tota caro antiquorũ patrũ fuit peccato obnoxia, nec fuit in eis aliqd a pctõ ĩmune, d quo poſtmodũ corp⁹ Chriſti formaret.

Art. præc. ad 1. & q. 15. ar. 1. ad 2.

Ar. præct. q. 15. art. ad 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Chriſtus non aſ- I ſumpſit carnem humani generis ſubiectam peccato, ſed ab omni infectione peccati mundatam, & ideo in Dei ſapientiam nihil inquinatum incurrit.

AD 2m dicendum, quòd Chriſtus dicitur primitias noſtræ naturæ aſſumpſiſſe, quãtũ ad ſimilitudinẽ conditionis, quia. ſ. aſſumpſit carnẽ peccato non infectam, ſicut fuerat caro hominis ante peccatum. Non autem hoc intelligitur ſecundum continuationẽ puritatis: ita. ſ. ꝙ illa caro puri hominis conſeruaretur a peccato[d] immunis, vſq; ad formationẽ corpis Chriſti. D. 3..

AD 3m dicendum, quòd in humana natura ante Chriſtum erat vulnus, ideſt, infectio originalis pec K cati in actu: medicina autem vulneris non erat ibi actu, ſed ſolum ſecundum virtutem originis, prout ab illis patribus propaganda erat caro Chriſti.

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæprimæ Articulum ſeptimum.*

3. di. 3. q. 4. ar. 1.

TItulus vt ſonat propter quoſdã ponẽtes, carnẽ Chriſti in patribus non ſubiectã fuiſſe peccato, ſed immunẽ ſeruatam.

¶ In corpore tria; primo, duo ſupponũtur: ſecundo, duo excludũtur errores: tertio, reſpondetur quęſito. Quo ad primũ ſupponitur primo, quòd eſt ſermo comparatiu⁹ Chriſti ad patres, ſupponitur ſecũdo, quòd diuerſa eſt conditio Chriſti & patrũ quo ad peccatum, quia illi ſubiecti peccato, Chriſtus immunis a peccato.

¶ Quo ad ſecundũ prim⁹ error eſſet cõditionem patrũ attribuere Chriſto. ſecundus eſſet cõditionẽ Chriſti attribuere. partibus, ſeu alicui parti cuiuſuis eorum. Et quia prim⁹ opinantes nõ habet, ſecũdus vero habet, contra ſecũdum dupliciter arguitur: primo, quia caro Chriſti non fuit in patribus ſecũdũ aliquid ſignatum: ſecundo, quia non pars, ſed tota caro patrum ex concupiſcentia concipitur. Quo ad tertiũ concluſio rñſiua eſt: Tota caro patrũ fuit peccato obnoxia, ita quòd nihil fuit in eis liberũ, vnde caro Chriſti formaretur. Infertur hæc cõcluſio ex antedictis.

¶ Vbi aduerte, Auctorem nõ intuliſſe, Chriſti carnẽ in patrib⁹ peccato obnoxiam, ſed nihil carnis in patribus exẽptum fuiſſe a culpa. Diuertit autem propterea, ne quaſi fateretur Chriſtũ ſubiacuiſſe peccato: & cũ hoc ſatisfaceret rõni difficultatis, quę ex hoc erat quòd in patrib⁹ aliquid exẽptum a peccato putabatur, ex quo caro Chriſti in patribus immunis a peccato dicebatur.

¶ Poteſt nihilominus vere dici, quòd caro Chriſti in patribus, vt ĩ patribus erat, fuit ſubiecta peccato, & cum hoc etiam vere dici, ꝙ caro Chriſti in patrib⁹ vt ad Chriſtũ deducenda, non erat peccato obnoxia: quia mũda ad Chriſtũ per Spiritumſanctum & non ex virili ſemine deducenda erat. Simpliciter autem affirmatiua eſt vera, ſcilicet caro Chriſti in patribus fuit obnoxia peccato: quoniam non de carne Chriſti in ſe, ſed in patribus enũtiatur peccatum: & inde filio dei maiores debem⁹ gratias, quòd ex maſſa peccatrice carnem ſuã deduci voluit.

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrum Chriſtus, in lumbis Abrahæ fuerit decimatus.*

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur ꝙ Chriſtus fuerit in lumbis Abrahæ decimatus. Dicit. n. Apo. ad Heb. 7. ꝙ Leui pnepos Abrahę decimat⁹ fuit ĩ Abrahã, qa



eo decimas dante Melchiſedec, A adhuc Leui erat in lumbis eius: ſed ſimiliter Chriſtus erat in lumbis Abrahæ, quando decimas dedit. ergo ipſe etiam Chriſtus fuit decimatus in Abraham.

¶ 2 Præ. Chriſt⁹ eſt ex ſemine Abrahæ, ſecundum carnem, quã de matre accepit: ſed mater eius fuit decimata in Abraham. ergo pari ratione Chriſtus.

¶ 3 Præt. Illud in Abraham decimabatur, quod curatione indigebat, vt Augu.* dicit 10. ſuper Gen. B ad literam. Curatione autem indiget omnis caro peccato obnoxia. cum igitur caro Chriſti fuerit peccato obnoxia (ſicut dictũ eſt*) videtur quòd caro Chriſti ĩ Abraham fuerit decimata.

Li.10.c.20. poſt mediũ tom.3.

Ar. præced. in hoc corp.

¶ 4 Præt. Hoc non videtur aliquo modo derogare dignitati Chriſti: nihil enim prohibet patre alicuius pontificis decimas dante alicui ſacerdoti, filium eius pontificem maiorem eſſe ſimplici ſacerdote. licet ergo dicatur Chriſtus decimatus, Abraham decimas dã- C te Melchiſedec, nõ tamen propter hoc excluditur, quin Chriſtus ſit maior quàm Melchiſedec.

SED CONTRA eſt, quòd Auguſt.* dicit 10. ſuper Gene. ad literam, quòd Chriſtus ibi, ſcilicet in Abraham, decimatus non eſt, cuius caro inde non feruorem vulneris, ſed materiam medicaminis traxit.

Li.10 c.20. poſt med. tom.3.

RESPON. Dicendum, quòd ſecundum intentionem Apoſtoli oportet dicere, quòd Chriſtus in lumbis Abrahæ non fuerit deci- D matus. Probat enim Apoſtolus, maius eſſe ſacerdotium, quod eſt ſecundum ordinem Melchiſedec, ſacerdotio Leuitico, per hoc, quòd Abraham, decimas dedit Melchiſedec, adhuc Leui exiſtente in lumbis eius, ad quẽ pertinet legale ſacerdotium. Si autem Chriſtus etiam in Abraham decimatus eſſet, eius ſacerdotium non eſſet ſecundum ordinem Melchiſedec, ſed minus ſacerdotio Melchiſedec. Et ideo dicendum eſt, E quòd Chriſtus non eſt decimatus in lumbis Abrahæ, ſicut Leui: quia enim ille qui decimas dat, nouem ſibi retinet, & decimam alij tribuit, quod eſt perfectionis ſignum (inquantum eſt quodammodo terminus omnium numerorum, qui procedunt vſque ad decem) inde eſt, quòd ille, qui decimas dat, proteſtatur, ſe imperfectum, & perfectionem alij A tribuere. Imperfectio autem humani generis eſt propter peccatũ, quod indiget perfectione eius, qui a peccato curat. Curare autem a peccato, eſt ſolius Chriſti: ipſe enim eſt agnus, qui tollit peccatum mundi, vt dicitur Ioan. 1. Figuram autem eius gerebat Melchiſedec, vt Apoſto. probat Heb. 7. Per hoc ergo, quòd Abraam Melchiſedec decimas dedit, præfigurauit ſe velut in peccato conceptum, & omnes qui ab eo deſcenſuri erant, ea ratione, vt peccatum originale contraherent, indigere curatione, quæ eſt per Chriſtum. Iſaac autem & Ia- B cob & Leui & omnes alij, ſic fuerunt in Abraham, vt ex eo deriuarentur, non ſolum ſecundum corpulentam ſubſtantiam, ſed etiam ſecundum rationem ſeminalem. per quam originale peccatum contrahitur. Et ideo omnes in Abraham ſunt decimati, id eſt, præfigurati indigere curatione, quæ eſt per Chriſtum. Solus[d] autem Chriſtus ſic fuit in Abraham, D. 370. vt ab eo deriuaretur, non ſecundum rationem ſeminalem, ſed ſecundum corpulentam ſubſtantiam. Et ideo non fuit in Abraham ſicut curatione indigens, ſed magis ſicut vulneris medicina, & ideo non fuit in lumbis Abrahæ decimatus. Et per hoc patet reſponſio ad PRIMVM.

AD 2m dicendum, quòd quia beata Virgo, C fuit in originali concepta, fuit in Abraham ſicut curatione indigens: & ideo fuit ibi decimata, velut inde deſcendens, ſecundum ſeminalem rationem. De corpore autem Chriſti non eſt ſic, vt dictum eſt*.

Ar. præced. & locis in corpo. & in arg. Sed cõtra citatis.

AD 3m dicendum, quòd caro Chrſti dicitur fuiſſe in antiquis patribus peccato obnoxia, ſecundum qualitatem, quam habuit in ſuis parentibus, qui fuerunt decimati: non autem ſecundum qualitatem, quam habet, prout eſt actu in Chriſto, qui non eſt decimatus.

AD 4m dicendum, quòd ſacerdotium leuiticum, ſecundum carnis originem deriuabatur, vnde non minus fuit in Abraham, quàm in Leui. D Vnde per hoc, quòd Abraham decimas dedit Melchiſedec, tamquam maiori, oſtenditur ſacerdotium Melchiſedec, inquantum gerit figuram Chriſti, eſſe maius ſacerdotio leuitico. Sacerdotium autẽ Chriſti, non ſequitur carnis originem, ſed gratiam ſpiritualem. Et ideo poteſt eſſe quòd pater det decimas alicui ſacerdoti tamquam minor maiori, & tamen filius eius ſit pontifex, eſt maior illo ſacerdote, non propter carnis originem, ſed propter gratiam ſpiritualem, quam habet a Chriſto.

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæprimæ Articulum octauum.*

3. di. 3. q. 4. ar. 3. ...

TItulus ex verbis Apoſtoli ad Hebr. & Auguſtini occaſionẽ habet. Et ſignificat eſſe decimatum, ſoluiſſe decimas per miniſteriũ Abrahæ.

¶ In corpore eſt vna cõcluſio: Chriſt⁹ nõ fuit in lumbis Abrahæ decimat⁹. Probatur dupliciter: primo auctoritate Apoſtoli. ſecundo ratione. Et ex auctoritate quidem Apoſtoli arguit ducendo ad impoſſibile ſic: Si Chriſtus fuiſſet decimatus in lũbis Abrahę, eius ſacerdotium nõ eſſet ſecundum ordinẽ Melchiſedec, ſed minus ipſo ſicut Leui. Probatur ſequela, quia per hoc quòd Leui exiſtẽte in lumbis Abrahæ, Abrahã dedit decimas Melchiſedec. Probatur ab Apoſtolo ſacerdotiũ Leui eſſe minus ſacerdotio Melchiſedec. Ex ratione autem myſtica probatur. Dans decimas proteſtatur, ſe imperfectum, & perfectionẽ alii tribuere. ergo Abraham dando decimas, proteſtatus eſt ſe & ſuos cõtracturos originale pctũ curatione indigere a Chriſto, ergo omnes qui fuerunt in lumbis Abrahæ, nõ ſolũ ſecundũ corpulentã ſubſtãtiam, ſed etiã ſecũdum rationẽ ſeminalem, fuerũt decimati. ergo Chriſt⁹ non fuit decimatus. Antecedẽs ꝓbatur, quia dans decimas, nouem ſibi retinet, & decimã perfectionis ſignum alii tribuit. Probat ſignũ perfectionis, quia decimus eſt quodammodo terminus numerorum: nam numerando, vſque ab decem procedimus, & inde replicamus unum ſupra decem, vndecim &c. proſequendo. Prima conſequentia probatur quo ad primam partẽ: quia impefectio humani generis eſt propter peccatũ indigens curatione: & ſolus Chriſtus curator eſt peccati, iuxta illud Ecce qui tollit peccatum mundi: & ipſum præfigurabat Melchiſedech, vt patet ex Apoſtolo. Et hæc quo ad ſecundã partem. Secunda vero cõſequẽtia probatur: quia per rationẽ ſeminalem originale peccatum contrahitur. Tertia autẽ cõſequentia probatur: quia ſolus Chriſtus non fuit ſecundũ rationem ſeminalem in Patribus.

## QVÆSTIO XXXII.

E *De conceptione Chriſti, quo ad actiuũ principium, in quatuor articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderãdum eſt de principio actiuo in conceptione Chriſti.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum Spirituſſanctus

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæſecundæ Articulum primum.*

TItulus clar⁹ eſt ſumens occaſionem ex Symbolo: Qui conceptus eſt de Spirituſancto.

¶ In corpore vnica cõcluſio: Conceptio corporis Chriſti, licet a tota ſit Trinitate: attribuitur tamẽ Spirituiſancto. Probat ſecũda pars, de qua

fuerit principium actiuum conceptionis Chriſti.

¶ Secũdo, Vtrum poſſit dici, quòd Chriſtus ſit conceptus de Spiritusſancto.

¶ Tertio, Vtrum poſſit dici, ꝙ Spiritusſanctus ſit pater Chriſti ſecundum carnem.

¶ Quarto, Vtrum beata Virgo aliquid actiue egerit in conceptione Chriſti.

## Articvlvs primvs.

*Vtrum Spiritusſanctus fuerit principium actiuum conceptionis Chriſti.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd efficere conceptionem Chriſti, nõ debeat attribui Spirituiſancto: quia vt Aug.* dicit in 1. de Trin. Indiuiſa ſunt opera Trinitatis, ſicut & indiuiſa eſt Trinitatis eſſentia: ſed efficere conceptionem Chriſti, eſt quoddam opus diuinum. ergo videtur quòd non magis ſit attribuẽdum Spiritui ſancto quàm patri, vel filio.

¶ 2 Præt. Apoſto. dicit Galat. 4. Cum venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factũ ex muliere: quod exponens Aug. in 4. de Trinita. † dicit, Eo vtique miſſum, quo factum ex muliere: ſed miſſio Filij attribuit præcipue Patri, vt in 1. parte habitũ eſt*. Ergo & conceptio ſecundum quam factus eſt ex muliere, debet præcipue Patri attribui.

¶ 3 Præt. Prouer. 9. dicitur: Sapientia ædificauit ſibi domum. Eſt autem ſapientia Dei, ipſe Chriſtus, ſecundum illud 1. ad Cor. 1. Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam. Domus autem huius ſapientiæ eſt corpus Chriſti, quod etiam dicitur tẽplum eius, ſecundum illud Ioan. 2. Hoc autem dicebat de templo corporis ſui. ergo videtur quòd efficere conceptionem corporis Chriſti, debet præcipue attribui Filio. nõ ergo Spirituiſancto.

Sed contra eſt, quòd dicitur Luc. 1. Spiritusſanctus ſuperueniet in te &c.

Respon. Dicendum, quòd cõceptionem corporis Chriſti tota Trinitas eſt operata: attribuitur tamen hoc Spirituiſancto, triplici ratione. Primo quidem, quia hoc congruit cauſæ incarnationis, quæ conſideratur ex parte Dei: Spiritus enim ſanctus, eſt

F amor Patris & Filij, vt in 1.* parte habitum eſt. Hoc autem ex maximo dei amore prouenit, vt filius dei carnem ſibi aſſumeret in vtero virginali: unde dicitur Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret. Secundo, quia hoc congruit cauſæ incarnationis ex parte naturæ aſſumptæ: per hoc enim datur intelligi, quòd humana natura aſſumpta eſt a filio Dei in vnitatem perſonæ, non ex aliquibus meritis, ſed ex ſola gratia, quæ Spirituiſancto attribuitur, ſecundum illud. 1. ad Corinth. 12. Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem Spiritus. Vnde Au-

G guſt. * dicit in Enchi. Iſte modus quo eſt natus Chriſtus de Spiritusſancto, inſinuat nobis gratiam Dei, qua homo nullis præcedentibus meritis, in ipſo primo exordio naturæ ſuæ quo eſſe cœpit, verbo Dei copularetur in tantam perſonæ vnitatem, vt idem ipſe eſſet eſſet filius Dei. Tertio, quia hoc congruit termino incarnationis. Ad hoc enim terminata eſt incarnatio, vt homo ille qui concipiebatur, eſſet ſanctus & filius Dei; utrumque autem horum attribuitur Spirituiſancto. Nam per ipſum efficiuntur homines filij Dei, ſecundum illud Galat. 4. Quoniam eſtis filij Dei, miſit Deus Spiritum filij ſui, in corda

H veſtra, clamantem Abba, pater. Ipſe eſt etiam Spiritus ſanctificationis, vt dicitur Roma. 1. Sicut ergo alij per Spiritumſanctum ſanctificantur ſpiritualiter, vt ſint filij Dei adoptiui, ita Chriſtus per Spiritumſanctum eſt in ſanctitate conceptus, vt eſſet filius Dei naturalis. Vnde Roma. 1. ſecundum vnam gloſſ. * quod præmittitur, ſcilicet, Qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute, manifeſtatur per id, quod immediate ſequitur, ſecundum Spiritum ſanctificationis. i. per hoc quòd eſt conceptus de Spirituſancto. & angelus annuntians ex hoc quod præmiſerat, Spiritusſanctus ſuperueniet ĩ te, cõcludit, Ideoq; & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei.

Ad primvm ergo dicendum, quòd opus con-

I ceptionis commune quidem eſt toti Trinitati, ſecundum tamen modum aliquẽ attribuitur ſingulis perſonis. Nam Patri attribuitur auctoritas reſpectu perſonæ filij, qui per huiuſmodi conceptionem ſibi aſſumpſit humanam naturam: Filio autem attribuitur ipſa carnis aſſumptio: ſed Spirituiſancto attribuitur formatio corporis, quod aſſumitur a Filio. Nam ipſe Spiritusſanctus eſt ſpiritus Filij, ſᷣm illud Gal. 4. Miſit Deus Spiritum filij ſui. Sicut autẽ virtus animæ, quæ eſt in ſemine, per ſpiritum qui in ſemine includitur, format corpus in generatione aliorũ hominũ, ita virtus Dei, quæ eſt ipſe filius (ſᷣm illud 1. ad Cor. 1. Chriſtum Dei virtutem) per Spiritumſanctum corpus formauit, quod aſſumpſit. Et hoc etiam verba angeli demonſtrant, dicentis, Spiritusſanctus ſuperueniet in

K te, quaſi ad præparandam & formandam materiã corporis Chriſti, & virtus Altiſſimi. i. Chriſtus obumbrabit tibi. i. corpus in te humanitatis, accipiet incorporeum lumen diuinitatis: umbra enim a lumine formatur & corpore, vt Grego.* dicit. 18. Mora. Altiſſimus autem intelligitur Pater, cuius virtus eſt Filius.

Ad 2m dicendum, quòd miſſio refertur ad perſonam aſſumentem, quæ a Patre mittitur: ſed cõceptio refertur ad corpus aſſumptum, quod operatione Spiritusſancti formatur. & ideo licet miſſio & cõceptio ſint idem ſubiecto, quia tamen differunt ratione, miſſio attribuitur Patri, efficere autem cõceptionem Spirituiſancto, ſed carnem aſſumere attribuitur Filio.

Ad 3m dicendum, quòd ſicut Aug. * dicit in lib. de Quæ-

qua eſt quæſtio, triplici ratione: & rationes in litera clare patent.

¶ Duo tñ ꝓ nouitijs occurrũt, primũ eſt, quòd aliter attribuitur perſonæ Spiritusſancti, efficere carnem Chriſti, & aliter Filio aſſumere eandem: nam Spirituiſancto attribuitur conceptionis cauſalitas, vt appropriatum, ſicut bonitas & amor: Filio autem attribuitur aſſumere carnem, vt proprium, ita quòd corpus Chriſti, ita conceptum eſt de Spirituſancto appropriate, quòd etiam cõceptum eſt de Patre & Filio (indiuiſa enim ſunt opera Trinitatis ad extra) ſicut Spiritus ſanctus ita eſt amor appropriate, ꝙ tã Pater, quàm Filius eſt etiam amor. Sed corp⁹ Chriſti ita eſt aſſumptum a Filio: ꝙ nec a Patre, nec a Spirituſancto eſt aſſumptum: & propterea incarnatũ eſſe, nõ appropriatũ, ſed proprium eſt Filio. ratio autem ſuperi⁹ dicta eſt.

¶ Secundo dubium occurrit ĩ 3. ratione circa probationẽ ex Apoſtolo ad Gala. 4. non enim infert intentum, ſcilicet ꝙ Spiritusſanctus efficiat filios Dei: ſed ꝙ faciat eos clamare Abba, pater.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ licet in naturalibus filiis hominũ aliud ſit principium naturæ, & aliud principiũ operationis, in filio tamẽ adoptiuo per liberũ arbitriũ, quo ferimur ĩ Deũ, idẽ eſt principium filiationis, & operationis propriæ filiorum: quia ad ſuauẽ dei diſpoſitionem ſpectat, vt rationales creaturas per rationis vſum ad ſe trahat. Et propterea ex eo, quòd Spiritus efficit propriã operationem filiorum dei, quæ eſt clamare Abba, Pater, optime īfert, a poſteriori tamen, quòd ipſe eſt effector filiorũ Dei, quos cum efficit, facit clamãtes ad Deũ pater, pater.

2. diſ. 2. art. 2. q. 2. Et 4. con. c. 45. & 46. & opuſ. 3. ca. 226. & Ioan. 12. l. 4.

* Li. 1. ca. 4. in fi. & 5. in prin. to. 3.

Li. 4. ca. 20. parum ante medium tom. 3.

* 1. p. q. 43. ar. 5.

1. p. q. 37. ar. 1.

Enchi. c. 40. nõ longe a prin. to. 3.

Ex gloſ. Ambro. & Orig.

Li. 18. c. 4. in prin.

In 1. par. q. ex vtroq. Teſt. q. 51. in prin. tom. 4.



de Quæſtionibus veteris & noui Teſtamẽti, quæſtio

A illa gemina ratione poteſt intelligi. Primum enim domus Chriſti Eccleſia eſt, quam ædificauit ſibi ſanguine ſuo. Deinde poteſt & corpus eius dici domus ipſius, ſicut dicitur templum eius. Factum autem Spiritusſancti factum filij Dei eſt, propter naturæ & voluntatis vnitatem.

## Articvlvs ii.

*Vtrum Chriſtus debeat dici conceptus de Spiritu ſancto.*

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur ꝙ Chriſtus non

B debeat dici conceptus de Spirituſancto: quia ſuper illud Rom. 2. Ex ipſo & per ipſum & ĩ ipſo ſunt omnia, dicit gl. * Aug. Attendẽdũ, ꝙ non ait de ipſo, ſed ex ipſo: ex ipſo enim cælum ſunt & terra, quia fecit ea: nõ autem de ipſo, quia nõ de ſubſtantia ſua: ſed Spiritusſanctus non formauit corpus Chriſti de ſubſtantia ſua. ergo Chriſtus non debet dici conceptus de Spirituſancto.

C ¶ 2 Præ. Principium actiuũ, de quo aliquid concipitur, ſe habet ſicut ſemen in generatione: ſed Spiritusſanctus non ſe habuit ſicut ſemen in conceptione Chriſti. Dicit enim Hiero. * in expoſitione Catholicæ fidei, nõ ſicut quidam ſceleratiſſimi opinãtur, Spiritumſanctum dicimus fuiſſe pro ſemine, ſed potẽtia ac virtute Creatoris dicimus eſſe operatũ. i. formatũ corpus Chriſti. nõ ergo debet dici, ꝙ Chriſt⁹ ſit cõceptus de Spiritusſctõ.

¶ 3 Præt. Nihil vnũ de duobus formatur, niſi aliquo modo commiſtis: ſed corpus Chriſti formatum eſt de virgine Maria. ſi ergo Chriſtus dicatur conceptus de Spiritu ſancto, videtur quòd facta ſit commiſtio quædã Spiritusſancti & materiæ, quã Virgo miniſtrauit, quod patet eſſe falſum. non ergo Chriſtus debet dici cõceptus de Spirituſancto.

Sed contra eſt, quod dicitur Matth. 1. Antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens de Spirituſancto.

Respon. Dicendum, quòd conceptio non attribuitur ſoli corpori Chriſti, ſed etiam ipſi Chriſto ratione ipſius corporis. In Spiritu autem ſancto duplex habitudo conſideratur reſpectu Chriſti. Nam ad ipſum filium Dei, qui dicitur eſſe cõceptus, habet habitudinem conſubſtantialitatis: ad corpus autẽ eius habet habitudinem cauſæ efficientis. Hæc autem præpoſitio De, vtramque habitudinem deſignat, ſicut cũ dicimus hominem aliquem eſſe de ſuo patre. Et ideo conuenienter dicere poſſumus, Chriſtum eſſe conceptum de Spirituſancto, hoc modo, quòd efficientia Spiritusſancti referatur ad corpus aſſumptum: conſubſtantialitas vero ad perſonam aſſumentem.

Ad primvm ergo dicendum, quòd corpus

A Chriſti, quia non eſt conſubſtantiale Spirituiſancto, nõ proprie poteſt dici de Spirituſancto conceptum, ſed magis ex Spirituſancto: ſicut Ambro. * dicit in libr. de Spiritu ſancto, quod ex aliquo eſt, aut ex ſubſtantia, aut ex poteſtate eius eſt: ex ſubſtantia, ſicut filius, qui a patre eſt: ex poteſtate, ſicut ex Deo omnia, quomodo & in vtero habuit Maria ex Spirituſancto.

Ad 2m dicendum, quòd ſuper hoc videtur eſſe quædam diuerſitas Hieron. ad quoſdam alios doctores, qui aſſerunt Spiritumſanctum, in conceptione Chriſti fuiſſe pro ſemine. Dicit enim Chryſoſto. * ſuper Matth. Vnigenito Dei in Virginem ingreſſuro, præceſſit Spiritusſanctus, vt præcedente Spirituſan-

B cto in ſanctificationem, naſcatur, ſcilicet, Chriſtus ſecundum corpus, diuinitate ingrediente pro ſemine. Et Dama. * dicit in 3. lib. Obumbrauit ſuper ipſam dei ſapientia & virtus, velut diuinum ſemen. Sed hoc de facili ſoluitur, quia ſecundum quòd in ſemine intelligitur virtus actiua, ſic Chryſoſto. † & Dama. comparant ſemini Spiritumſanctum, vel etiã Filium qui eſt virtus Altiſſimi: ſecundum autem ꝙ in ſemine intelligitur ſubſtantia corporalis, quæ in conceptione tranſmutatur, negat Hieron. * Spiritum ſanctum fuiſſe pro ſemine.

Ad 3m dicendum, quòd ſicut Auguſtin. dicit in

C Enchiri. non eodem modo dicitur Chriſtus conceptus aut natus de Spiritusſancto, & de Maria Virgine, ſed de Maria Virgine materialiter, de Spirituſancto vero effectiue. Et ideo non habuit hic locum commiſtio.

## Articvlvs iii.

*Vtrum Spiritusſanctus dici debeat pater Chriſti ſecundum carnem.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd Spiritusſanctus debeat dici pater Chriſti

D ſecundum humanitatem: quia ſecundum Philoſo. * in lib. de Generatione animalium, pater dat principium actiuum in generatione, mater vero miniſtrat materiam: ſed beata Virgo dicitur mater Chriſti propter materiam, quã in cõceptione eius miniſtrauit. ergo videtur quòd etiam Spiritusſanctus poſſit dici pater eius, propter hoc, quòd fuit principiũ actiuum in conceptione ipſius.

¶ 2 Præt. Sicut mentes aliorum ſanctorum formantur per Spiritumſanctum, ita etiam corpus Chriſti

E eſt per Spiritumſanctũ formatũ: ſed alij ſancti propter prædictam formationem dicũtur filij totius Trinitatis, & per conſequens Spiritusſancti. uidetur ergo ꝙ Chriſtus debeat dici filius Spiritusſancti, inquãtum corpus eius eſt Spirituſancto formatum.

¶ 3 Præt. Deus dicitur pater noſter ſecundum hoc, quòd nos fecit, ſecundum illud Deut. 22. Nonne ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit & fecit, & creauit te? ſed Spiritus

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæſecundæ Articulum ſecundum.*

Titul⁹ circa proprietatẽ locutionis verſatur: & propterea an dici debeat, quæritur, & cõſiſtit tota quæſtio hæc in illa præpoſitione, De.

¶ In corpore articuli vna eſt concluſio: Conueniẽter dicere poſſum⁹ Chriſtũ cõceptum eſſe de Spirituſancto. Probatur & declaratur. Probatio eſt: In Spirituſancto duplex eſt habitudo ad Chriſtum cõceptũ, ſcilicet conſubſtãtialitatis & cauſalitatis effectiuæ. ergo cõuenienter poteſt dici conceptus de Spirituſancto. Antecedens probatur: quia conceptio attribuitẽ non ſolum corpori Chriſti: ſed etiam ipſi Chriſto ratione corporis. Conſequẽtia probatur: quia præpoſitio De, vtrãque denotat habitudinem, vt patet exẽplariter, cum filius Dei de Patre genitus dicitur. Declaratio eſt, quòd conſubſtantialitas ad perſonam Chriſti efficiẽtia ad corpus Chriſti referenda eſt.

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæſecundæ Articulum tertium.*

Titulus clarus.

¶ In corpore articuli tria ſunt. primo præmittitur ratio paternitatis & filiationis tam perfectæ, quàm imperfectæ ſecundũ quid. Attenditur ſecundo communis regula de prædicatione vnius reſpectu eiuſdem perfectæ & imperfectæ. Tertio ex his reſpondetur quæſito.

¶ Quo ad primum duo de his dicuntur. Primo, penes quid attendantur: ſecundo, diſtinguuntur in perfectæ, vel imperfectæ ratio -- nis membra. Paternitas igitur & filiatio in animalium generatione ſecundũ ſimilitudinẽ proprie dicũtur. Omnes particulæ ĩ litera ſingillatim & clare declarantur. Diſtinguuntur autem paternitas & filiatio ſecundum perfectam vel imperfectam rationem, iuxta diuerſæ rationis ſimilitudinẽ: nam animal ex animali

3. di. 4. q. 1. ar. 1. q. 4. Et 4. cõt. c. 46. & op. 3. c. 226.

Aug. in li. de natura boni ca. 27. tom. 6.

Ante med. illius to. 2.

Li. 2. c. 5. nõ procul a fine tom. 5.

Homi. 1. in Mat. in opere imperfecto in vlti. fol. ante fi. tom. 2.

3. orth. fid. cap. 2. circa prin.

† locis nũc proxime dictis.

Hier. in loco citato in argu.

3. di. 4. q. 1. ar. 2. q. 1. & q. 2. ad 1. & 4. & ĩ expo. lit. ad 2. Et 4. con. c. 47. Et opu. 3. c. 210.

Li. 2. c. 3. & 4. tom. 4.

animali aut excellētius viuente, quàm animal procedēs, ſi perfectè accipit ſimilitudinem producētis, pfectè ibi eſt pater & filius: ſi imperfecta eſt ſimilitudo, imperfecta quoque eſt patris filijque ratio. Declarāturque exēplis patris ſecūdum creationem, & ſecundum adoptionem gratię. (Ar. 1. huius quæſt.) (Ench. c. 38. tom. 3.)

¶ Quo ad ſecundū, regula eſt: De aliquo dictum ſecūdū perfectam rationem non dicitur de eodē ſecundum imperfectam rationem. Declaratur exēplo de homine ſecundū rationem veri & ſecūdum rationem picti hominis, reſpectu ſortis: & patet litera

¶ Vbi aduerte, ꝙ regula intelligitur de prædicatione ſimpliciter & abſolute, hoc eſt ſine additione aliqua. Et impromptu ei⁹ ratio eſt: qa nomen quodcūque ſimpliciter enunciatū de aliquo pfecta ratione illud habēte non ſignificatur diminute illi cōuenire ac per hoc non ſecūdū imperfectam, ſed ſecundum perfectā rationem. (Enchi. c. 39. circa princ. tom. 3.)

¶ Et ſcito quòd ſup iſta regula fundatur intellect⁹ ſacræ Scripturæ, cum de Ieſu Chriſto loquēs affirmat ipſum eſſe Dei filium. ex hoc enim quòd eſſe filiū Dei, Chriſto conuenit ſecundum perfectam filiationis Dei rationem (quia eſt naturalis filius Dei) conſequēs eſt, vt nunquā Chriſtus intelligendus ſit filius adoptiuus, ſicut ceteri ſancti cum dicitur filius Dei.

¶ Quo ad tertium, cōcluſio eſt, Chriſt⁹ nullo modo debet dici fili⁹ Spirituſſancti, aut totius Trinitatis. Probatur: Chriſtus ē fili⁹ Dei ſcđm pfectā rōnē filiationis. ergo neque rōne creationis, neque iuſtificationis, ſed ſolius æternæ generationis debet dici filius Dei. ergo nec Spiritusſancti, nec Trinitatis debet dici filius. Antecedēs patet. Prima conſe-

ſanctus fecit corpus Chriſti, vt dictum eſt*. ergo Spirituſſanctus debet dici pater Chriſti ſecundum corpus ab ipſo formatum.

SED CONTRA eſt, ꝙ Augu.* dicit in Ench. Natus eſt Chriſtus de Spirituſancto non ſicut filius, & de Maria virgine ſicut filius.

RESPON. Dicendum, quòd nomina paternitatis & maternitatis & filiationis generationem conſequuntur, non tamen quamlibet, ſed proprie generationem viuentium, & præcipue animalium. Nō enim dicimus, quòd ignis generatus ſit filius ignis generantis, niſi (G) forte ſecundum metaphoram: ſed hoc dicimus in animalibus, quorum generatio eſt magis perfecta. Nec tamen omne quod in animalibus generatur, filiationis accipit nomen: ſed ſolum illud quod generatur in ſimilitudinem generātis. Vnde, ſicut Aug.* dicit, non dicimus quòd capillus qui naſcitur ex homine, ſit filius hominis: nec etiā dicimus quòd homo qui naſcitur, ſit filius ſeminis: quia nec capillus habet ſimilitudinem ho- (H) minis, nec homo qui naſcitur ex ſemine, habet ſimilitudinem ſeminis, ſed hominis generantis. Et ſi quidē perfecta ſit ſimilitudo, erit perfecta filiatio, tam in diuinis q̃ in humanis: ſi autem ſit ſimilitudo imperfecta, erit etiā filiatio imperfecta. Sicut in homine eſt quædam ſimilitudo Dei imperfecta, & inquantum creatus eſt ad imaginem Dei; & inquantum recreatus eſt ſecundum ſimilitudinem gratiæ. & ideo vtroque modo po- (I) teſt homo dici filius Dei, & quia ſcilicet eſt creatus ad imaginē ei⁹, & quia eſt ei aſſimilatus per gratiam. Eſt autem conſiderandum, ꝙ illud quod de aliquo dicitur ſecundum perfectam rationem, nō eſt dicendum de eo ſecundum rationem imperfectam: ſicut quia Sortes dicitur naturaliter homo ſecūdum propriam rationem hominis, nūquam dicitur homo ſecundum illam ſignificationē, qua (K) pictura hominis dicitur homo, licet forte ipſe aſſimiletur alteri homini. Chriſtus autē eſt filius Dei ſecundum perfectam rationem filiationis, vnde quàmuis ſecundū humanam naturā ſit creatus & iuſtificatus, non tamen debet dici filius Dei, neq; ratione creationis, neq; rōne iuſtificationis, ſed ſolū rōne generationis æternæ, ſm quā eſt filius Patris ſolius. & ideo nullo mō debet dici Chriſtus fili⁹ Spirituſſancti, nec ēt toti⁹ Trinitatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Chriſtus conceptus eſt de Maria Virgine materiam miniſtrāte in ſimilitudinē ſpeciei. & ideo dicitur filius eius. Chriſtus autē ſecundum ꝙ homo conceptus eſt de Spirituſancto ſicut de actiuo principio, non tamen ſecundum ſimilitudinē ſpeciei, ſicut homo naſcitur de patre ſuo, & ideo chriſtus non dicitur filius Spirituſſctī.

AD 2ᵐ dicendū, ꝙ hominēs, qui ſpiritualiter formantur a Spirituſancto, non poſſunt dici filij Dei ſecundum perfectam rationem filiationis. & ideo dicūtur filij Dei ſm filiationē imperfectā, quæ eſt ſm ſimilitudinē gratiæ, quæ eſt a tota Trinitate, ſed de Chriſto eſt alia ratio, vt dictum eſt*. Et ſimiliter dicendum eſt ad 3ᵐ.

## ARTICVLVS. IIII.

*Vtrum beata Virgo aliquid actiue egerit in conceptione corporis Chriſti.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ beata Virgo aliquid actiue egerit in conceptione corporis Chriſti. Dicit. n. Dam.* in 3. li. ꝙ Spituſſanctus ſuperuenit Virgini, purgans ipſam, & virtutem ſuſceptiuam verbi Dei tribuēs, ſimul autem & generatiuā: ſed virtutem generatiuam paſſiuā habebat a natura, ſicut & quęlibet femina. ergo dedit ei virtutem generatiuam actiuam, & ſic aliquid actiue egit in cōceptione Chriſti.

¶ 2 Præ. Omnes virtutes animæ vegetabilis ſunt virtutes actiuæ, ſicut Commē. dicit in 2. de anima: ſed potētia generatiua tam in mare quàm in femina pertinet ad animam vegetabilem. ergo tā in mare quàm in femina actiue operatur ad conceptionem prolis.

¶ 3 Præt. Femina ad conceptionem prolis materiam miniſtrat, ex qua naturaliter corpus prolis formatur: ſed natura eſt principium motus intrinſecum. ergo videtur ꝙ in ipſa materia quam beata virgo miniſtrauit ad cōceptum Chriſti, fuerit aliquod principium actiuū.

SED CONTRA eſt, ꝙ principiū actiuum in generatione dicitur ratio ſeminalis, ſed ſicut Aug.* dicit 10. ſuper Geneſ. ad literam corpus chriſti in ſola materia corporali, per diuinam conceptionis formationiſque rationem de Virgine aſſumptum eſt, non autem ſecundum aliquam rationem ſeminalem humanam. ergo beata Vir-

quētia probatur ex regula pſuppoſita. Secunda vero pbatur: quia ſecundum æternam generationē ſolius Patris eſt Filius.

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæſecundæ Articulū quartū.*

TItulus clarus, notando ꝙ nō eſt quæſtio, an actiue egerit, ſed an actiue egerit ī ipſo actu cōceptiōis corporis Chriſti: de actione enim circa illū actū eſt quæſtio.

¶ In corpore articuli quatuor fiunt: pimo refertur opinio quædā habēs duas partes. Secundo, improbatur prima pars illius: tertio ſecunda: quarto reſpōdetur quæſito. (In corp. ar.)

¶ Quo ad primum opinio dicit beatam virginem operatam in cōceptione Chriſti actiue dupliciter: ſcilicet naturali, & ſupernaturali virtute. Et primæ partis ratio eſt communis de inchoatione formarum in materia per aliquod cooperatiuum principium in materia. in hoc enī ponitur differentia inter trāſmutationem naturalem & artificialem: quia naturalis habet tale principium in materia, & ideo ē naturalis: artificialis vero habet ſolam materiam pure paſſiuam. (Inf. q. 33. a. 4. ad 1. & 3. di. 3. q. 2. a. 1.) (Li. 3. c. 2. circa rū ante medium.)

¶ Quo ad ſecundū tripliciter arguit cōtra hoc Auctor. Primo interimēdo fundamentum, quia ad mutationem naturalem ſufficit principium materiale eſſe paſſiuū, ex auctoritate Ariſto. Secundo: quia īpoſſibile eſt ꝙ materia agat ad ſui formationem: quia nō eſt actu. agere enim eſt actus nō potentiæ, ſemp enī æſtimabitur ſpecies mouere, vt dicitur 3 Phyſ. Tertio, quia impoſſibile eſt aliquid non diuiſum in duas partes (vt animata) mouere ſe ipſum, ex 8. Phyſi. (Li. 10. c. 12. tom. 3.)

¶ Aduerte hic, ꝙ oporteret digredi ad quæſtiones multas, ſi examinandæ eſſent hæ rationes. Nam & de inchoatiōne formarum & de motu grauium & leuium, & de maxima atque uetuſtiſſima ambiguitate, an aliquid ſeipſum mouere poſsit, tractare oporteret, & non Theologiam, ſed philoſophiam puram tradere opere longo, propterea extra librum hunc tractanda hæc relinquam. (A)

¶ Quo ad tertiū ponitur primo ratio ſecundæ partis. Et aſſumit ratio hęc duo. Alterum naturale, ſcilicet quod mater concurrit ad generationem per propriū ſemen, actiue concurrens ad generationem. Alterum ſupernaturale, ſcilicet: quòd beatæ Virgini data eſt miraculoſe uirtus illa actiua, quam aliæ matres habent per ſemen, ut ſcilicet ſine ſemine poſſet quod per ſemen potuiſſet. Et huius miraculi ratio eſt integerrima uirginitas, cui repugnat ſeminis reſolutio. Deinde ponitur īprobatio iſtius opinionis quo ad radicem eius, & ipſam bipartitam. Et eſt ratio iſta, Diſtinctio ſexus eſt a natura propter diuerſā operationem ad generationem opportunā. ergo eſt penes diuerſitatem agentis, & patientis. ergo tota uirtus actiua eſt ex parte maris: paſſio uero ex parte feminæ. Antecedens probatur ex ſecundo Cæl. ſic, Sexus eſt propter operationem opportunam ad generationem. ergo diuerſitas ſexus eſt propter diuerſam operationem opportunam ad generationem. Conſequentia hæc eſt per ſe nota, & aſſumptum eſt ex primo Cæl. Vnumquodque eſt propter ſuā operationem. Conſequentia principalis probatur in litera, quia diſtinctio operationis in generatione eſt ſecundum agens, & patiens. Deinde ad huius rationis concluſionem firmandam affertur ſignum in litera ex plātis, quia ideo in illis non eſt diſtinctio ſexus, quia actiua & paſſiua uirtus ſunt miſtæ: hoc enim ſignum eſt quòd diſtinctio ſexus eſt penes actiuum & paſſiuum, hęc quo ad radicem poſitionis. (D. 141 & 644) (D. 691.) (Li. 2. tex. 19. & 51. 42. ...) (D. 690. & 651.) (Li. 2. tex. 30.) (D)

¶ Contra ipſam uero poſitionem procedit litera ſubſumendo, beata Virgo non accepit a Spirituſancto, ut eſſet pater Chriſti, ſed mater. ergo non accepit potentiam actiuam in conceptione. Demum duæ uiæ ſecundum hanc opinionem excluduntur, altera dicentium, quòd uirtute illa ſupernaturali beata Virgo uſa eſt agendo conceptionem Chriſti, & ſic fuiſſet pater Chriſti: altera dicentium, quòd uirtute illa beata Virgo non eſt uſa, & ſic fruſtra collata ei fuiſſet uirtus illa actiua.

¶ Circa proceſſum iſtum duo occurrunt dubia. Primū eſt circa cōſequentiam principalem allatæ rationis. non. n. apparet illius efficacia, quoniam fundatur ſuper illa uniuerſali. Omnis diuerſitas operationum ad generationem, eſt ſecundum diuerſitatem actiui & paſſiui, quæ non uidetur uera, nec in litera habetur. Et (E) quidem quòd oporteat illam uniuerſaliter eſſe uerā ad probādā dictam conſequentiam, patet clariſſime: quia niſi ſic uniuerſaliter uera, facile negabitur conſequentia, concedēdo omnia aſſumpta, ſcilicet & quòd diſtinctio ſexuum eſt propter diuerſam operationem, & quòd diſtinctio operationis aliqua eſt penes actiuū, & paſſiuum. Tunc enim patet debilitas conſequentiæ, quia ex hoc quòd aliqua diſtinctio operis ad generationem eſt penes actiuum & paſſiuum, non ſequitur determinate. ergo diſtinctio ſexus eſt penes actiuum & paſſiuum. Sed ſi omnis diſtinctio operationis ad generationem eſt penes actiuum & paſſiuum, optime ſequetur. ergo, diſtinctio ſexuum eſt penes actiuum & paſſiuū: quia ipſa eſt manifeſte ad diuerſa opera ad generationē requiſita.

¶ Secundum dubiū eſt circa ſecundā conſequentiam. ſ. ergo tota uis actiua ſe tenet ex parte patris. Nā plus infertur, quā ſequaſ. licet. n. ſequatur, ergo uis actiua ſe tenet ex parte patris, nō tamē ſequitur, ergo tota ſe tenet ex illa parte. Et confirmatur, quia ſm multos concedentes marē & feminā diſtingui penes actiuum & paſſiuū, pater ēt concurrit aliqualiter paſſiue, pro quāto pars ſeminis paterni materialiter cōcurrit ad generationē. Igitur ecōtra aliquid ex parte matris non inconuenit concurrere actiue, q̃uis principalius concurrat paſſiue, & ſic falſum eſt, totā uim actiuam ex parte maris, & totā paſſiuam ex parte feminæ ſe tenere. (D. 1117.)

go nihil actiue fecit, in cōceptione corporis Chriſti.

RESPON. Dicendum, quòd quidam dicunt beatam Virginem aliquid actiue operatam eſſe in conceptione Chriſti, & naturali uirtute, & ſupernaturali. Naturali quidē uirtute, quia ponunt ꝙ in qualibet materia naturali eſt aliqđ acti- (B) uū principiū, alioquin credunt, ꝙ non eſſet tranſmutatio naturalis: ᵈ ī quo decipiūſ, qa trāſmutatio dr̄ naturalis pp principiū intrinſecū, nō ſolū actiuū, ᵈ ſed ēt paſſiuū. Expreſſe. n. dicit Philoſ.* in 8. Phy. ꝙ in grauibus, & leuibus eſt principium paſſiuum motus naturalis, et nonᵈ actiuum. Nec eſt poſſibile, ꝙ materia agat ad ſui formationem, quia nō eſt actu. Nec eſt etiam poſſibile, quòd aliquid moueat ſeip- (C) ſum, niſi diuidatur in duas partes, quarum una ſit mouens, & alia ſit mota, quod in ſolis animatis cōtingit, ut probatur 8. Phyſi.* Supernaturali autem uirtute, quia dicunt ad matrem requiri, quod non ſolum materiam miniſtret (quæ eſt ſanguis menſtruus) ſed etiam ſemen, quod commiſtum uirili ſemini habet uirtutem ᵈ actiuam in generatione. Et quia in beata Virgine nulla fuit facta reſolutio ſeminis ꝓpter integerrimā eius virginitatem dicunt ꝙ Spirituſſanctus ſupernaturaliter ei tribuit uirtutē actiuam in conceptione corporis Chr̄i, quā aliæ matres hn̄t per ſemē reſolutū.

Sēd hoc nō pōt ſtare, quia cū q̄libet res ſit propter ſuā operationē (ut dicitur 2. de Cælo)* natura non diſtingueret ad opus generationis ſexū maris & feminæ, niſi eſſet diſticta opatio maris ab opatione feminæ. In generatione autem diſtinguitur operatio agentis & patientis. Vnde relinquitur quòd tota virtus actiua ſit ᵈ ex parte maris, paſſio autē ex parte feminæ: propter quòd in plantis, in quibus utraque uis commiſcetur, nō eſt diſtinctio maris & feminæ.

Quia igitur beata Virgo nō hoc accepit, ut eſſet pater Chr̄i ſed mater, conſequens eſt quòd non acceperit potētiā actiuā in cōceptione

¶ Antequā ad hęc dicatur dubia, eſt terminād⁹ ꝓgreſſus articuli, ut motis aliis ꝓpinquis dubiis poſſit ſimul reſponderi.

¶ Quo ad quartū reſpondetur quæſito duabus cōcluſionib⁹. Prima eſt, beata Virgo in ipſa cōceptiōe Chriſti nihil actiue operata eſt: ſed ſolā materiā miniſtrauit. Secunda cōcluſio ē. Ante cōceptionem operata eſt aliquid actiue, præparando materiā, ut eſſet apta conceptui, & prima cōcluſio nō aliter in litera ꝓbatur, quàm ex ſupradictis illam inferendo: ſi enim tota uis actiua generationis ē ex parte maris reſtat, ut femina paſſiue ſolum concurrat. Secunda autem concluſio tamquā manifeſta relinquitur, quaſi conſequenter ſe habens. (li. 2. tex. 17. tom. 2) (D. 616.)

¶ Aduerte hic, quod aliud eſt loqui de ipſo actu conceptionis, & aliud de menſura ipſius actus. In litera non dicitur, quòd beata Virgo nihil actiue operata eſt in menſura actus conceptionis, ſed dicitur quòd nihil actiue operata eſt in ipſo actu conceptionis. Nam beata Virgo in illo inſtanti conceptionis materiam miniſtrauit, ac per hoc actiue operata eſt quia materiam miniſtrare, agere proculdubio eſt: ita quòd in toto tempore præcedente inſtans conceptionis, beata Virgo actiue præparauit materiam (ut in ſecunda concluſione dicitur) & in inſtanti terminante tempus illud, quod fuit inſtans conceptionis, præparatam materiam miniſtrauit (ut in prima concluſione dicitur) quaſi ad terminū ſuæ actionis perueniens. Ad ipſum autem conceptionis actum nō cōcurrit actiue, ſed paſſiue, ſuſcipiendo in materia miniſtrata actionem agentis Spirituſſancti loco ſeminis.

¶ Occurrit circa concluſionem dubium ex Sco. in 3. ſent. di. 4. q. 1. directe contra doctrinam præſentis articuli arguente, primo de matribus in communi. Tū primo, quia formas eiuſdē ſpeciei conſequuntur potentiæ naturales eiuſdē ſpeciei, mas & femina ſunt eiuſdē ſpeciei 10. Met. ergo ſi formā maris ſequitur potentia uegetatiua actiua, ſimiliter & formā feminæ. Et confirmaſ, quia aliter uegetatiua maris & feminæ differrēt ſicut actiua & paſſiua, & ita eſſent potētiæ omnino alterius rationis. Tum ſecundo, quia mater naturaliter plus diligit filium quàm pater, ut patet 8. Ethic. Ergo filius eſt opus matris. Et probatur cōſequētia, quia pater diligit filiū ut opus ſuū. Tū tertio, quia filius aſſimilaſ magis qñq; matri, q̃ patri. ergo in matre eſt uirtus actiua. Probatur ſequela, quia agētis eſt aſſimilare ſibi effectū, ita quòd effect⁹ nulli aſſimilatur, niſi propter aliquā actionē eius. Tū quarto, quia matrē tantū eſſe quaſi uas, in quo ſicut in loco cōueniēte generatur proles, & de aliquo eius ut materia, nō uiſ pl⁹ dare matri quā terræ, in generatione mineræ, ſi de aliquo ei⁹ gn̄ratur minera, & ſic talis terrā eſſet mater mineræ, imo hō eſſet mater uermis in eo geniti loco cōueniēti ex aliquo hoīnis. Et ſi dicaſ ꝙ uermis nō ē eiuſdē ſpeciei, obiiciſ ꝙ aſina ē mr̄ mulæ, & tn̄ nō ē eiuſdē ſpēi.

¶ Secundo principaliter obiicitur de hac matre in ſpeciali per illud Dama. c. 40. uirtutem tribuens ſuſceptiuam, ſimul autem, & generatiuam, ſi enim ipſa eſſet tantum principium paſſiuū, non uidereſ quare copulauit uirtuti ſuſceptiuæ uirtutē generatiuā.

¶ Ad

Christi, ſiue aliquid egerit, ex quo ſequitur ipſam fuiſſe patrem Chriſti, ſiue nihil egerit (ut quidam dicunt) ex quo ſequitur huiuſmodi potentiam actiuam ſibi fruſtra fuiſſe collatam. Et ideo dicendum eſt, ꝙ in ipſa cõceptione Chriſti beata Virgo nihil actiue operata eſt, ſed ſolam materiã miniſtrauit: operata tamen eſt ante conceptionẽ aliquid actiue, præparando materiã, ut eſſet apta conceptui.

G

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ illa cõceptio tria priuilegia habuit ſcilicet quòd eſſet ſine peccato originali, quòd eſſet non puri hominis, ſed Dei & hominis, itẽ ꝙ eſſet conceptio uirginis: et hæc tria habuit a Spirituſancto. Et ideo dicit Damaſ.* quantum ad primum, ꝙ Spirituſſanctus ſuperuenit Virgini purgans ipſam. i. præſeruans, ne cũ peccato originali conciperet. Quãtum ad ſecundum dicit, & uirtutẽ ſuſceptiuam uerbi Dei tribuens. i. ut conciperet uerbũ Dei. Quantũ autem ad tertium dicit, ſimul autẽ & generatiuam, ut. ſ. manens uirgo poſſet generare, non quidem actiue, ſed paſſiue, ſicut alię matres hoc conſequuntur ex ſemine uiri.

H

AD 2^m dicendũ, ꝙ potentia generatiua in femina eſt imperfecta reſpectu potẽtiæ generatiuæ, quæ eſt in mare. Et ideo ſicut in artib⁹, ars inferior diſponit materiam, ars autẽ ſuperior inducit formã, ut dr̃ in 2. Phy.* ita ẽt uirt⁹ generatiua feminæ p̃parat materiã, uirtus aũt actiua maris format materiã p̃paratã.

AD 3^m dicendũ, ꝙ ad hoc ꝙ trãſmutatio ſit naturalis, nõ requirit, ꝙ ĩ materia ſit principium actiuũ, ſed ſolum paſſiuum, ut dictum eſt.

*QVAESTIO. XXXIII.*

*De Modo & Ordine conceptionis Chriſti, in quatuor articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de modo & ordine conceptionis Chriſti.

¶Et circa hoc quęruntur quatuor.

¶Primo, Vtrum corpus Chriſti in primo inſtanti cõceptionis fuerit formatum.

¶ Ad euidentiam motarum quæſtionum, ſciendum eſt quòd veritas quæſtionis huius, ſicut & multarum aliarum in medio conſiſtit, Et ideo extrema ſectati errauerunt: & quia mediũ extremorum naturas ſapit, veritatis aliquid attigerunt. Feminarum enim potentiæ ad partem vegetatiuam ſpectantes actiuæ proculdubio ſunt, ſed res facta ab actiua potentia feminæ materiale eſt, non actiuum generationis principium: ita quòd mas & femina conueniunt in hoc, ꝙ vtriuſque potentiæ ſunt actiuæ, ſed differunt in re facta per illas potentias, nam factũ a mare, ſemen eſt actiuum generationis principium, factum vero a femina, quicquid ſit illud menſtruum aut ſemen, materiale eſt generationis principium. Hæc eſt peripateticorũ quos Auctor ſequitur ſententia, conſonatque primæ philoſophię, quoniã ſic inter marẽ, & feminã vnitas ſpecifica ſaluatur, & in formis, & in potẽtiis, & differẽtia ponit ex parte corporis, ſeu materiæ, dũ penes res factas, non penes potẽtias aĩæ, diuerſitas formalis actiui & paſſiui collocat: res enim facta ex parte corporis ſe tenet. Conſonat quoque ſpecificæ diuerſitati maris & feminæ in genere ſexus: differentia ſiquidẽ maris & feminæ formalis eſt in genere ſexus, materialis autẽ in genere animalis, unde iſta ſpecifica differentia ex parte materiæ conſequẽs animalis genus, rationabiliter infert in ipſis propriis effectibus maris & feminæ diuerſarum rationum conditiones. Atteſtatur demum huic poſitioni. ipſa exterior diſpoſitio membrorum cũ ſuis propriis operationibus apparentibus manifeſte: membra ſiquidem maſculino ſexui propria ad agendũ apta conſpicimus, membra uero femineo ſexui propria ad recipiendum facta uidemus, & feminas recipere ſemen a maribus efficientibus illud, conſtat. Recipere autem adeo includitur in eo quod eſt pati, ut etiam in ſubſtantiis immaterialibus, in quibus non manifeſte apparet potentia paſſiua, dicamus eas tantum pati quantum recipiunt. Quo fit, ut alienus a philoſophiæ uiis ſit, qui negat feminas pati in cõceptione, experiẽtia teſtãte eas recipe ſemẽ uirile.

loco citato in arg.

¶ His prælibatis, ad primum dubium contra proceſſum literæ dicitur, quòd ſermo literæ eſt de prima diſtinctione per ſe operationis ad generandum, ita quòd intentio literæ eſt, quòd prima per ſe diuerſitas operationum ad generandum eſt ſecundum rationem actiui & paſſiui. Et hæc propoſitio non eget probatione, quia ad ſenſum eſt per ſe nota: quia conſtat quod eſt ſecundum rationem immiſſionis, & receptionis. Et ſuper hac propoſitione optime fundatur ſequela, quia mas & femina per ſe diuerſificantur penes diuerſa per ſe primo opera ad generandum: quoniam ad hoc a natura diſtinctio ſexuũ ordinatur, ut patet.

¶ Ad ſecundum uero dubium, contra eiuſdem proceſſus alterã conſequentiam reſpondetur, quòd ſecunda conſequentia, ſcilicet, ergo tota uis actiua ex parte maris ſe tenet, rationabilis eſt, quia ex eo quòd e regione diuerſificantur per ſe primo opera generationis penes actiuum & paſſiuum, conſentaneum eſt, ut tota latitudo actiui in generatione ſe teneat ex parte primi actiui. Quòd autem opiniones diuerſæ ſint de ſemine maris, non obſtat, quin rationabilis ſit poſitio contraria peripateticorum principis, quam ſequitur Auctor. Non eſt alienum a doctrina ſana tradere, quod rationi conſonat, licet demonſtratio mathematica non habeatur, licet alii oppoſitum ſentiant. Ex dictis ſiquidem quilibet percipere poteſt, quod ex apparentibus membris & operationibus conſtantibus arguendo ad ea, quæ ſẽſui non ſubiacent, conſentaneũ rationi eſt, ut prima diſtinguen-

F di inter marem & feminam ratio ſit penes agere & pati proculdubio generationem, propter quam per ſe primo eſt ſexus, & eius diuerſitas.

¶Ad obiecta Scoti contra doctrinam articuli huius de matrib⁹ in communi reſpondetur, & ad primum dicitur, quòd mirum eſt de illo homine aſſumẽte argumẽtũ Auctoris in litera ſecũdum, & uidente reſponſionem, & tamẽ arguente, quaſi Auctor non reſponderit. Dicimus ergo, ut iam dictũ eſt, quòd nec ſomniauim⁹ potentiam uegetatiuã in muliere eſſe paſſiuam, actiua. n. ẽ, ſed materiæ in quam ſemen uiri agit: ſicut etiam in uno & eodem homine digeſtiua uirtus eſt actiua materiæ, in quã nutritiua agit, conuertendo in ſubſtantiã aliti. Nec accipias p̃prie, ſed exẽpli gratia dictum in litera in reſponſione ad ſecundum, quòd potẽtiæ generatiuæ ĩ mari & femina ſint ſicut ars ſuperior & inferior: ſunt. n. nõ diuerſæ, ſed eiuſdẽ rationis in ſe, quãuis ſi ad res effectas ab eis referatur, diuerſarũ rationum inuenirentur ſecundũ diuerſã rationẽ actiui & paſſiui, agendi & patiendi, ut dictum eſt. Dic ergo, quòd potentia generatiua feminæ eſt actiua, non generationis, ſed materiæ proximæ & propriæ ipſius generationis & geniti.

li. 2. Phyſ. tex. 25.

D. 660. In corp.

I

¶ Ad ſecundum dicitur, quòd mater diligit filium ſuum, ut proprium opus effectiue, ſecundum propriam materiam ſeu proprium corpus ipſius filii: eſt enim ipſa effectiua cauſa materiæ proximæ, ut dictum eſt.

¶ Et ex hoc patet reſponſio ad tertium, concedendo quòd quia mater eſt cauſa effectiua materiæ proximæ filii, ideo filius aſſimilatur matri: ſed falluntur arguentes a negata efficientia reſpectu actus conceptionis ſeu generationis in utero, ad inferendum negari omnem efficientiam reſpectu filii.

¶ Ad quartum dicitur, quòd nos non dicimus matrẽ eſſe ut uas ſeu locum, &c. ambæ. n. opiniones ſunt extremæ, & quòd mater concurrat actiue ad generationẽ, & ꝙ mater ſit pure receptiue, & paſſiue principium filii: media ſiquidem eſt peripatetica ſententia, matrem eſſe principium actiuum materiæ filii, & paſſiuũ generationis eiuſdem.

K

¶Ad obiecta ex Damaſceni auctoritate reſpondetur in litera ad primum, quòd ideo generatiuam adiunxit Damaſcenus ſuſceptiuę, quia diuerſas conditiones indicant: ſuſceptiua quidem potentia ad filium Dei refertur, generatiua autem ad uirginitatẽ matris, uirgo enim manens uirgo, non poteſt generare, quoniã generatio tunc tantum naturaliter fieri poteſt a femina, quam tumcumque fæcunda, quum concipere poteſt, concipere autem paſſiue non poteſt ſine uirili ſemine, quod ſi fit, iam non uirgo conciperet. Quia ergo beatæ Virgini tributum eſt, ut manens uirgo poſſet concipere, ideo ad hoc deſcribendum Damaſ. addidit generatiuam, potentia enim paſſiue generatiua, proculdubio potentia generatiua eſt, multum diſtans a ratione potentiæ ſuſceptiuæ uerbi dei, ut patet.

*Super quæſtionis trigeſimætertiæ Articulum primum.*

TItulus de mẽſura formationis, qua corpus figuratũ in mẽbrorũ interiorum & exteriorum forma eſt, quærit, an ſcilicet menſura durationis ipſius formationis fuerit inſtans conceptionis, an ſicut in aliis hominibus fuerit tempus conſequens conceptionem.

¶In corpore articuli primo diſtinctio trimembris fit: ſecũdo ſingula tractantur membra, & ſic reſpondetur quæſito.

Diſtincti-



¶ Secundo, Vtrum in primo inſtanti conceptionis fuerit animatũ.

¶Tertio, Vtrum in primo inſtanti conceptionis fuerit a uerbo aſſumptum.

¶Quarto, Vtrum cõceptio illa fuerit naturalis, uel miraculoſa.

ARTICVLVS. I.

*Vtrum corpus Chriſti fuerit formatum in primo inſtanti conceptionis.*

B

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ corpus Chriſti non fuerit formatum in primo inſtanti ſuæ conceptionis. Dicitur. n. Io. 2. Quadraginta & ſex annis ędificatũ eſt tẽplũ hoc: quod exponẽs Aug. in 4. de Trin.* dicit, Hic numerus perfectioni Dominici corporis apte cõgruit. Et in lib. †83. Quęſtionũ dicit, nõ abſurde 46. annis dr̃ fabricatũ eſſe templũ, quod corpus eius figurabat, ut quot anni fuerũt in fabricatione tẽpli, tot dies fuerint in corporis Domini perfectione. nõ ergo in primo inſtãti conceptionis corpus Chr̃i fuit p̃fecte formatũ.

li. 4. de Trin. c. 5. in prin. to. 3

† li. 3. q. 8. q. 4. 56. in fin. to. 4.

¶2 Præt. Ad formationem corporis Chriſti requirebatur mot⁹ localis, quo puriſſimi ſanguines de corpore Virginis ad locum generationi congruũ, peruenirent: nullum autẽ corpus poteſt moueri localiter ĩ inſtanti, eo ꝙ tempus motus diuiditur ſecundũ diuiſionẽ mobilis, ut probatur in 6. Phy.* ergo corpus Chriſti nõ fuit in inſtãti formatũ.

li. 6. Phyſ. tex. 37. 38. 39. to. 2

D

¶3 Præt. Corpus Chriſti formatũ ẽ ex puriſſimis ſanguinib⁹ Virginis, ut ſupra habitũ eſt.† Non autẽ potuit eſſe materia illa in eodẽ inſtãti ſanguis & caro, quia ſic materia ſimul fuiſſet ſub duabus formis. ergo aliud fuit inſtãs, in quo ultimo fuit ſanguis, & aliud in quo primo fuit caro formata: ſed inter quælibet duo inſtantia eſt tẽpus mediũ. ergo corpus Chriſti nõ fuit in inſtãti formatũ, ſed p aliquod tempus.

† q. 31. ar. 5.

E

¶4 Præt. Sicut potentia augmentatiua requirit determinatũ tẽpus in ſuo actu, ita étiam & uirtus generatiua: utraque enim eſt potentia naturalis ad uegetatiuam animam pertinens: ſed corpus Chriſti fuit determinato tempore augmentatum, ſicut & aliorum hominũ corpora: dicitur enim Luc. 2. ꝙ proficiebat ſapientia & ætate. ergo uidetur quòd pari ratiõe formatio corporis eius, quæ pertinet ad uim generatiuã, nõ fuerit in inſtãti formatũ, ſed determinato tp̃e, quo aliorũ hominum corpora formantur.

SED CONTRA eſt, ꝙ Greg.*

A dicit 18. Moraliũ, Angelo nũtiãte, et Spirituſancto adueniẽte, mox uerbũ in utero, mox intra uterum Verbum caro.

li. 18. ca. 35. a princ.

RESPON. Dicendũ, ꝙ in conceptione corporis Chriſti, tria eſt cõſiderare. Primo quidẽ, motũ localẽ ſanguinis ad locũ generationis: ſecũdo formationẽ corporis ex tali materia: tertio autẽ, augmẽtum quo p̃ducit ad q̃titatẽ p̃fectã: ĩ quorũ medio rõ cõceptiõis cõſiſtit. nã primũ eſt cõceptioni p̃ambulũ: tertiũ aũt cõceptionẽ cõſequit. Primũ aũt nõ potuit eſſe in inſtãti, qa hoc eſt contra ipſam rationẽ motus localis corporis cuiuſcũq;, cuius partes ſucceſſiue ſubintrãt locum. Similiter & tertiũ oportet eſſe ſucceſſiuũ, tũ quia augmentum nõ eſt ſine motu locali, tũ ẽt quia procedit ex uirtute animæ iã in corpore formato operantis, quę nõ operat̃ niſi in tempore. Sed ipſa formatio corporis, in qua principaliter ratio cõceptionis conſiſtit, fuit in inſtanti, duplici ratione. Primo quidem, p̃p uirtutẽ agentis infinitã. ſ. Spiritus ſancti, per quẽ corpus Chriſti ẽ formatum, ut ſupra dictũ eſt*. Tanto enim aliquod agens citius põt materiã diſponere, quãto maioris uirtutis eſt: unde agens infinitæ uirtutis, põt in inſtanti materiã diſponere ad debitã formam. Secundo ex parte p̃ſonæ Filij, cuius corpus formabatur: non. n. erat congruum ut corpus humanũ aſſumeret niſi formatum. Si autem ante formationẽ perfectã aliquod tẽpus conceptionis præceſſiſſet, non poſſet tota cõceptio attribui filio Dei, quæ nõ attribuitur ei niſi ratione aſſumptionis. Et ideo in primo inſtanti, quo materia adunata peruenit ad locũ generationis, fuit p̃fecte formatũ corpus Chriſti & aſſumptũ. Et per hoc dicitur ipſe filius Dei conceptus, quod aliter dici non poſſet.

C

q. præc. ar. 1.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ uerbum Aug. utrobiq; nõ refertur ad ſolam formationẽ corporis Chriſti, ſed ad formationem ſimul cum determinato augmento uſq; ad tempus partus. Vnde ſecũdum rationem illius numeri, dicit perfici tempus nouem menſium, quo Chriſtus fuit in utero Virginis.

AD 2^m dicendum, quòd motus ille localis non cõprehenditur infra ipſam conceptionem, ſed eſt conceptioni præambulus.

AD 3^m dicendum, quòd non eſt aſſignare ultimum inſtans, in quo materia illa fuit ſanguis, ſed eſt aſſignare ultimum tempus, quod continuatur nullo interueniente medio ad primum inſtans, in quo fuit caro Chriſti formata. Et hoc inſtans fuit terminus temporis

D. 744.

Diſtinctio eſt: Tria in conceptione conſiderantur, &c. quæ clare patent in litera.

¶ Tractando autem tertium membrum, ſcilicet de augmento, aduerte quòd cũ dicitur augmentum nõ eſſe ſine motu locali, intellige de motu locali, formaliter, uel uirtualiter, hoc eſt, uel quia motui augmentationis iungitur uere localis motus corporis quãti ad maiorem locum, uel ipſe motus augmenti afferens intrinſece quantitatem maiorem, eſt collatiuus per uiam ſequelæ maioris loci, ac ſi motus ibi interueniret localis: Vtro autẽ modo ſit, ratio litteræ currit, quia utroque modo tempore menſuratur acquiſitio maioris loci. Non eſt autem locus iſte conſonus diſcutiendæ huic quæſtioni.

¶ Tractando ſecundum membrum in quo tituli quæſtio conſiſtit, concluſio reſponſiua ponitur. Formatio corporis Chriſti fuit in inſtanti. Probatur dupliciter. primo, ex infinitate uirtutis actiuæ: ſecundo ex parte perſonæ Filii.

¶ Clara ſunt in litera, ſi aduerteris, quòd prima ratio concludit de poſſibili, ſecunda uero de facto. Nam ex infinitate uirtutis actiuæ, agentis tamen ſecundum liberum arbitrium, non infertur efficaciter, quòd fecit, ſed quòd facere potuit in inſtanti, & hoc expreſſe ſonant uerba literæ. Ex neceſſitate autẽ confitendi, quòd filius Dei conceptus eſt, iuncta decentia, quòd nõ niſi formatum corpus aſſumendum erat, infertur quòd de facto idem fuit inſtans cõceptionis, formationis, & aſſumptionis, ut patet.

¶In reſponſione ad primum, aduerte ꝙ Magiſter ſentẽ. in 4. diſt. 3. ex ponit Aug. auctoritatem nõ de formatione in ſe, ſed in ſua manifeſtatione. Et in idem redit reſponſio Auctoris obſcurior, quæ de augmento illius formationis exponit: augmentatio enim formatorum manifeſtauit formationem latentẽ prius ob paruitatem. Conſonat autem expoſitio hęc Auguſtini uerbis, qui de p̃fectione Dominici corporis loquitur: quãmuis. n. ipſa formatio Dominici corporis in primo inſtanti fuerit perfecta eẽntialiter, non tamen fuit perfecta quantitatiue. Hoc eſt, quòd licet habuerit in primo inſtanti omnia membra, & lineamenta, non tamen in ea quãtitate, quam habuiſſet, ſi in quadraginta & ſex diebus fuiſſet corpus illud formatum, ſed ad tantam quantitatem peruenit ſpatio quadragĩta ſex dierum, & propterea tot dies in dominici corporis perfectione interueniſſe dicuntur. Verum eſt enim hoc de perfectione quantitatiua formationis corporis, & non de perfectione eſſentiali ipſius formationis, u dictum eſt. Et ideo licet inter formationẽ corporis Chriſti, & aliorum ſit differentia temporis, quia Chriſti corpus in inſtanti formatum eſt, aliorum uero in 46. diebus, inter perfectionem tamẽ quãtitatiuam ſolitã perfici in quadraginta ſex diebus in corporibus maſculorum, reſpectu corporis Chriſti, & aliorum nulla eſt differentia: quia in Chriſti corpore, ſicut in aliorum hominum corporibus perficiendis quadraginta ſex dies conſumati ſunt. Et hoc Auguſtinus, tradidit, Auctor, & Magiſter ſent. expoſuerunt.

poris motus localis materiæ ad locum generationis.

Ad 4^m dicendum, quòd augmentum fit per potentiam augmentatiuam ipſius, quod augetur: ſed formatio corporis fit per potentiam generatiuam, non eius qui generatur, ſed ipſius generantis ex ſemine, in quo operatur uis formatiua ab anima patris deriuata. Corpus autem Chriſti non fuit formatum ex ſemine uiri (ſicut ſupra dictum eſt*) ſed ex operatione Spiritusſancti, & ideo talis debuit eſſe formatio, ut Spiritumſanctum deceret. Sed augmentum corporis Chriſti fuit factum ſecundum potentiam augmentatiuam animæ Chriſti; quæ cum ſit ſpecie conformis animæ noſtræ, eodem modo debuit corpus illud augmētari, ſicut & alia hominum corpora augmentantur, ut ex hoc oſtēderetur ueritas humanæ naturæ. — q.præc.ar.1

*¶ Super quæſtionis trigeſimætertiæ Articulum ſecundum.*

T Itulus, de animato intellectiua anima, quærit.

¶ In corpore una ē cōcluſio: corpus Chriſti in primo cōceptionis inſtanti fuit animatum anima rationali. Probatur: Filius dei conceptus eſt ex Spiritusſancto. ergo dum conciperetur aſſumpſit corpus. ergo animatum anima intellectiua. Antecedēs eſt in Symbolo. Prima conſequentia probatur, quia aliter non attribui poſſet filio Dei conceptum eſſe: ſecunda uero, q a aſſumpſit corpus mediante anima, & animam mediante ſpiritu, id eſt intellectu, ut patet ex ſuperioribus.

3.di.3.q.5. ar.2 ad 3. et 4. cont. c.44 & 45. ad 2. Et op. 3. ca. 223. & 224 Et lo. t. l. 15 & ca. 2. l. 3. *Eſt epiſ. 11 ad Iulianū epiſ. Coenſem non remote a fine illius.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum corpus Chriſti fuerit animatū in primo inſtanti ſuæ conceptionis.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd corpus Chriſti non fuerit animatum in primo inſtanti ſuæ conceptionis. Dicit. n. Leo Papa in Epiſtola ad Iulianū*. Nō alterius naturæ erat caro Chriſti quàm noſtra, nec alio illi quàm ceteris hominibus anima eſt inſpirata prīcipio: ſed aliis hominibus non infunditur anima in primo inſtanti ſuæ conceptionis. ergo nec corpori Chriſti anima debuit īfundi ī primo inſtāti ſuæ cōceptionis.

¶ 2 Præt. Anima, ſicut quælibet forma naturalis, requirit determinatā quantitatem in ſua materia: ſed in primo inſtanti conceptionis corp⁹ Chriſti non habuit tantam quantitatem, quantā habent corpora aliorū hominū, qn̄ animātur, alioquin ſi continue fuiſſet poſtmodū augmentatum, uel citius fuiſſet natum, uel in ſua natiuitate fuiſſet maioris quantitatis, q̄ alii infantes: quorū primum eſt contra Aug.* 4. de Trini. ubi probat eum ſpatio nouem menſium in utero Virginis fuiſſe; ſecundum autem eſt contra Leonem Papam, qui in ſermone Epiphaniæ dicit, quòd Magi inuenerunt puerū Ieſum in nullo ab humanæ infantiæ generalitate diſcretum. nō ergo corpus Chriſti fuit animatum in primo inſtanti ſuæ conceptionis.

l.4.c.5.to.3 In ſerm. 4. circa med. illius incip. hic ſer. Iuſtum & rationabile.

¶ 3 Præt. Vbicumq; eſt prius & poſterius, oportet eſſe plura inſtantia: ſed ſecundum Philoſoph.* in li. de generatione animalium, in generatione hominis requiritur prius & poſterius: prius enim eſt uiuum, & poſtea animal, & poſtea homo. ergo nō potuit animatio Chriſti perfici in primo inſtanti ſuæ conceptionis. — L.2.c.4.to.4

SED CONTRA eſt, q Dam.* dicit in 3. lib. Simul caro, ſimul dei uerbi caro, ſimul caro animata anima rationali & intellectuali. — li.3.cap.2.a med.

RESPON. Dicendum, q ad hoc, quòd conceptio ipſi filio dei attribuatur (ut in Symbolo* confitemur, dicentes, Qui conceptus eſt de Spiritusſancto) neceſſe eſt dicere, q ipſum corpus Chriſti, dum conciperetur, eſſet a uerbo dei aſſumptum. Oſtenſum eſt autem ſupra,* q uerbum dei aſſumpſit corpus mediante anima & animā mediante ſpiritu, id eſt intellectu: unde oportuit quòd in primo inſtanti cōceptionis corpus Chriſti eſſet animatum anima rationali. — In ſymbo. — q.6.ar.1.

F

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd principium inſpirationis animæ, poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo, ſecundum diſpoſitionem corporis, & ſic non ab alio principium inſpirata eſt anima corpori Chriſti, & corporibus aliorum hominum: ſicut enim ſtatim formato corpore alterius hominis, infunditur anima, ita fuit in Chriſto. Alio modo, poteſt conſiderari dictum principium, ſolum ſecundum tempus, & ſic quia prius tempore formatum fuit perfecte corpus Chriſti, prius tempore fuit etiam animatum.

G Ad 2^m dicendum, quòd anima requirit debitam quantitatem in materia, cui infunditur, ſed iſta quantitas quandam latitudinem habet, quia & in maiori & in minori quantitate ſaluatur. Quantitas autem corporis, quam habet, cum primo ſibi infunditur anima, proportionatur quantitati perfectæ, ad quam per augmentum perueniet, ita ſcilicet quòd maiorum hominum maiorem quantitatem corpora habent in prima animatione. Chriſtus autem in perfecta ætate habuit decentem & mediocrem quantitatem, cui proportionabatur quantitas quam corpus eius habuit in tempore, quo aliorum hominum corpora animātur, minorem tamen habuit in principio ſuæ conceptionis: ſed tamen illa parua quantitas non erat tam parua, ut in ea non poſſet ratio animati corporis conſeruari,
H cum in tali quantitate quorundam paruorū hominum corpora animentur.

Ad 3^m dicendum, quòd in generatione aliorum hominum locum habet, quod dicit Philoſoph.* propter hoc quòd ſucceſſiue corpus formatur, & diſponitur ad animam: unde primo, tamquam imperfecte diſpoſitum, recipit animam imperfectam, & poſtmodū quando perfecte eſt diſpoſitum, recipit animam perfectam: ſed corpus Chriſti propter infinitam uirtutem agentis fuit perfecte diſpoſitum in inſtanti, unde ſtatim in primo inſtanti recepit formam perfectam, ideſt animam rationalem. — loco citato in argu.

I

## ARTICVLVS III.

*Vtrum corpus Chriſti in primo inſtanti ſuæ conceptionis fuerit a uerbo aſſumptum.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd caro Chriſti prius fuerit concepta, & poſtmodum aſſumpta. Quod enim nō eſt, non poteſt aſſumi: ſed caro Chriſti per conceptionem eſſe in-
K cępit. ergo uidetur quòd fuerit aſſumpta a uerbo dei, poſtquam fuit concepta.

¶ 2 Præt. Caro Chriſti fuit aſſumpta a uerbo dei mediante anima rationali: ſed in termino conceptionis accepit animam rationalem. ergo in termino conceptionis fuit aſſumpta: ſed ī termino cōceptionis dicitur iam concepta. ergo prius fuit concepta, & poſtmodum aſſumpta.

*¶ Super Quæſtionis trigeſimætertiæ Articulum tertium.*

T Itulus prima facie ſuperfluitatem præſefert, quia iam in præcedenti articulo aſſumptum & probatum eſt, q dum conciperetur corpus Chriſti, aſſumptum eſt. Veruntamen ſi conſpectū fuerit quòd proprias habet difficultates propoſitio iſta, quæ manifeſtata eſt ad fundādum antedicta, non ſuperfluitati, ſed perfectioni doctrinæ attribuetur, quòd ſpecialiter mota ſit quæſtio de articulo iſto.

3.di.1.q.1. ar.3.& d.2. q.5.ar.2. & 4. contra c.44 & 45.

¶ In corpore articuli unica eſt concluſio, Caro Chriſti eſt ſimul concepta & aſſumpta a Verbo. Probatur dupliciter. primo ex proprietate loquendi ſupra definita: ſecundo deducendo ad inconueniens. Probatio prima eſt, quia illa eſt propria, deus factus eſt homo, non autē iſta, Homo factus eſt deus: hæc enim loquēdi proprietas ſignificat id, quod eſt hominis non præextitiſſe, ac per hoc carnem non prius fuiſſe quam aſſumptam eſſe. Ratio autem ad inconueniēs eſt: Si caro Chriſti fuiſſet prius concepta quàm aſſumpta, habuiſſet aliquando propriam hypoſtaſim, præter Verbi hypoſtaſim, & ſic aut unio incarnationis non fuiſſet ſecundum hypoſtaſim, aut deſtructa fuiſſet propria carnis hypoſtaſis in aſſumptione. Hoc ſecundum eſt inconueniens, primum autem eſt contra myſterium Incarnationis. ergo contra fidē eſt dicere, carnem Chriſti prius conceptam, quàm aſſumptam.

3.p.art.13. ad 3 — c.18. in pri cap.10. — c.15.art.6. & 7.

¶ Aduerte hic, quòd quia fides nullum inducit inconueniens aſſerendum, ideo ſecluſis inconuenientibus reſponſionibus (quæ ſemper pro excluſis habendæ ſunt) Auctor concludit poſitionem hanc eſſe contra fidem, utpote talem, ex qua ſequitur aliquid contra fidem incarnationis: ſequitur enim non eſſe factam unionem hypoſtaticam inter Verbum & humanam naturam ſecundum ſe, & eius eſſentiales partes: ac p hoc in triduo mortis Chriſti, quando caro erat ſeparata ab anima, non fuiſſet uerum dicere, quòd filius dei eſt in ſepulcro, quia hypoſtaſis corporis nō fuit hypoſtaſis filii dei. — cap.18.t.3



¶ 3 Præte. In omni generato prius tempore eſt id, quod eſt imperfectum eo, quod eſt perfectum, ut patet per Philoſophum in 9. Metaphyſic.* ſed corpus Chriſti eſt quiddam generatum. ergo ad ultimam perfectionem, quæ conſiſtit in unione ad uerbum dei, non ſtatim in primo inſtanti conceptionis peruenit, ſed primo fuit caro concepta, & poſtmodum aſſūpta.

SED CONTRA eſt, quòd Auguſtin.* dicit in lib. de fide ad Petrum, Firmiſſime tene & nullatenus dubites, carnem Chriſti non fuiſſe cōceptam in utero Virginis, priuſquam ſuſciperetur a Verbo.

RESPON. Dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt*) proprie dicimus Deum factum eſſe hominem, non autem proprie dicimus, quòd homo factus ſit deus: quia ſcilicet deus aſſumpſit ſibi id, quod eſt hominis, non autem præextitit id, quod eſt hominis, quaſi per ſe ſubſiſtens antequam ſuſciperetur a Verbo. Si autem caro Chriſti fuiſſet concepta, antequā ſuſciperetur a Verbo, habuiſſet aliqn̄ aliquā hypoſtaſim præter hypoſtaſim Verbi dei, quod eſt contra rationem incarnationis, ſecundum quam ponimus uerbum dei eſſe unitum humanæ naturæ, & omnibus partibus eius in unitate hypoſtaſis: nec fuit conueniens quòd hypoſtaſim præexiſtentem humanæ naturæ vel alicuius partis eius, uerbum dei ſua aſſumptione deſtrueret. et ideo contra fidem eſt dicere, quòd caro Chriſti pri⁹ fuerit cōcepta, & poſt modum aſſumpta a uerbo dei.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſi caro Chriſti non fuiſſet in inſtanti formata, ſeu concepta, ſed per temporis ſucceſſionē, oporteret alterum duorum ſequi, uel quòd aſſumptum nondum eſſet caro, uel quòd prius eſſet conceptio carnis, quàm eius aſſumptio: ſed quia ponimus, cōceptionem in inſtanti eſſe perfectam, conſequēs eſt, quòd in illa carne ſimul fuit concipi & conceptum eſſe. Et ſicut Aug.* dicit in libr. de fide ad Petrum, dicimus ipſum dei uerbū ſuæ carnis acceptione conceptum, ipſamque carnem Verbi incarnatione conceptam.

Et per hoc, patet etiam reſpōſio ad ſecundum. Nam ſimul dū caro illa concipitur, concepta eſt, & animatur.

AD 3^m dicendum, q in myſterio incarnationis, nō conſideratur aſcenſus quaſi alicuius præexiſtētis proficientis uſque ad unionis dignitatē, ſicut poſuit Photinus hæreticus, ſed potius conſideratur ibi deſcēſus
A ſecundum quòd perfectū dei uerbum imperfectionem naturæ noſtrę ſibi aſſumpſit, ſecundum illud Io. 6. Deſcendi de cælo.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum conceptio Chriſti fuerit naturalis uel miraculoſa.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur q conceptio Chriſti fuerit naturalis. Secundum. n. con-
B ceptionem carnis, Chriſtus dicitur filius hominis. Eſt autem uerus & naturalis filius hominis, ſicut et uerus & naturalis dei filius. ergo ei⁹ conceptio fuit naturalis.

¶ 2 Præt. Nulla creatura pducit operationē miraculoſam: ſed cōceptio Chriſti attribuitur beatæ Virgini, quæ eſt pura creatura: dicitur enim quòd Virgo Chriſtum concepit. ergo uidetur quòd non ſit miraculoſa conceptio, ſed naturalis.

¶ 3 Præt. Ad hoc q aliqua tranſmu-
C tatio ſit naturalis, ſufficit q principium paſſiuum ſit naturale, ut ſupra habitum eſt*: ſed principiū paſſiuum ex parte matris in cōceptione Chriſti fuit naturale, ut ex dictis patet.* ergo conceptio Chriſti fuit naturalis.

SED CONTRA eſt, q Dion. dicit in Epiſtola ad Caium monachum:* ſuper hominem operabatur Chriſtus ea, quæ ſunt hominis & hoc monſtrat Virgo ſupernaturaliter concipiens.

D RESPON. Dicēdum, q (ſicut Amb.* dicit in lib. de incarnatione multa in hoc myſterio, & ſecundū naturam inuenies, & ultra naturā. Si enim conſideremus id, quod eſt ex parte materiæ conceptus quam mater miniſtrauit, totū ē naturale. Si uero conſideremus id, qđ eſt ex parte uirtutis actiuæ, totū eſt miraculoſum: ſed quia unumquodque magis iudicatur ſm formā, quàm ſm materiam, et ſimiliter ſm agēs, quàm ſecundum patiens, inde eſt, q conceptio Chriſti debet dici ſim-
E pliciter miraculoſa et ſupernaturalis: ſed ſecundū aliquid naturalis.

Ad PRIMVM ergo dicēdum, quòd Chriſtus dicitur naturalis filius hominis, inquātum habet naturam humanam ueram, per quā eſt filius hominis, licet eam miraculoſe habuerit: ſicut cęcus illuminatus, uidet naturaliter per potentiam uiſiuam, quam miraculoſe accepit.

Ad 2^m dicendum, q conceptio attribuitur Virgini beatę, non tamquam principio actiuo: ſed quia

*¶ Super Quæſtionis trigeſimætertiæ Articulum quartum.*

T Itulus quærit, an ſimpliciter & abſolute conceptio Chriſti fuerit naturalis uel miraculoſa. Conſtat enim quòd in conceptione aliquid fuerit naturale, & aliquid miraculoſum, ſed quęritur, an fuerit ſimpliciter, & abſolute miraculoſa.

3. di. 3. q. 2. art. 2. Et 4. contr. c. 45. Et quo. 6. q. 10. Et opuſ. 3. c. 225. uſque 223. Et Iſa. 7. lec. 2. princ.

¶ In corpore una eſt concluſio, habens duas partes. Conceptio eſt ſimpliciter miraculoſa, ſecundum aliquid naturalis. Declaratur & probatur. Declaratio eſt ex auctoritate Ambroſii, quæ exponitur, quia ex parte materiæ miniſtratæ a matre eſt naturalitas, ex parte uirtutis actiuæ eſt ſupernaturalitas. Probatio eſt. unumquodque magis iudicatur ſecundum formam, & agens, quàm materiam, & patiens. ergo conceptio Chriſti eſt ſimpliciter miraculoſa & ſecundum quid naturalis. — q.præc.ar.4 — q.32.ar.4.

¶ Aduerte hic, quòd quia ut in ſecundo traditur Phyſicorū forma ex parte agentis ſe tenet, ideo Auctor formam agēti coniunxit in probatione, licet in declaratione ſolius actiuæ uirtutis meminerit. Rurſus aduerte, quod Auctor ad rem ſpectans, non curauit diſcutere tertium membrum, ſcilicet quòd illa conceptio nec naturalis nec miraculoſa ſimpliciter eſt ſed ſecundum aliquid miraculoſa, & ſecundum aliquid naturalis. Ratio enim allata in litera, non ſolum concludit quòd magis eſt miraculoſa, quàm naturalis: ſed ſufficiens eſt ad concludendum, quòd eſt ſimpliciter miraculoſa, quoniam iudicium ſimpliciter, & abſolute habendum de re, ſecundum formale ſumitur, ut in litera fit. Et ideo ad rem, hoc eſt ad uim medii ſpectando

In epiſ. quę incip. Quæris quidem circa med. illius. — Ca. 6. circa medium to. 2.

ſtando, Auctor intulit, quòd ſimpliciter eſt miraculoſa, licet ſecundum uerba aſſumpſerit concludendum, quòd eſt magis miraculoſa, quàm naturalis, dum aſſumpſit, Vnumquodque magis iudicatur ſecundum formam, &cet. unde patet efficacia proceſſus literæ.

¶ *Super quæſtionis trigeſimæquartæ Articulum primum.*

Titulus clarus eſt, intellectus ut ſonat.

¶ In corpore unica eſt concluſio: Chriſtus fuit ſanctificatus in primo ſuæ cõceptionis inſtanti. Probatur: Abundantia gratiæ ſanctificantis animam Chriſti deriuatur ex ipſa Verbi unione. ergo in primo inſtanti cõceptionis Chriſtus habuit plenitudinem gratiæ ſanctificantis animam, & corpus eius. Antecedens probatur, Ioan. 1. Conſequentia probatur ex ſupra dictis, quòd corpus Chriſti animatũ, & aſſumptum in primo ſuæ conceptionis inſtanti fuit.

¶ Aduerte hic & in reſponſione ad primum, ut ipſum originis ordinem ſic intuearis, ut perſpicias eſſe non ſolum originis, ſed cauſalitatis ordinem inter gratiam unionis, & gratiam habitualem in Chriſto: hæc enim Auctor hic docet ex doctrina Euãgelica, Vidimus eum plenum gratie quaſi unigenitum a Patre. Nota autem hoc, quia priora ordine generationis tãtum, ſunt imperfectiora, utpote ordinata ad poſteriora ut ad finem, ut artificialium ordo in exequutione teſtatur: ſed priora ordine generationis & cauſalitatis ſimul, non imperfectiora, ſed perfectiora ſunt, & fines poſteriorum, ut patet de ſubſtantia, & accidente proprio: homo enim prius generatur, quã ſuum accidens proprium, quod ipſum concomitatur, perfectius tamen ens homo eſt, quia non ſolum origine, ſed cauſalitate præcedit ſuũ accidens: eſt enim illius cauſa effectiua, & finalis. Et ſimile accidit in myſterio Chriſti: prius enim exequutionis ordine eſt gratia unionis & poſterius comitatur gratia habitualis ſanctificans animam Chriſti: ſed nõ propterea eſt imperfectior, ut Scotus in 3. ſentent. diſtinct. 7. quæſt. 3. dubio ſecundo ſomniauit, uel finxit, ponens, prius ordine intentionis eſſe ſummam gratiã ſeu gloriam, & propterea unionem intentam propter dictam rationem defectiuã, ſcilicet prius in exequutione eſt poſterius in intentione. Debebat apponere ly tantum, & dicere, prius ordine exequutionis tantum, eſt poſterius ordine intentionis, alioquin propoſitio non eſt uniuerſaliter uera, & tunc ſubſumendo, ſed unio perſonalis eſt prior ordine exequutionis tantũ, aduertiſſet minorem hanc eſſe falſam, & depoſuiſſet illã inopinabilem phantaſiam confutatam ab euangelio, & ab uniuerſis parum meditãtibus circa excellentiam myſterii unionis perſonalis. Eſt ſi quidem non ſolum prior exequutione, ſed cauſalitate omni poſſibili. eſt enim finis & efficiens reliquorum donorum in Chriſto. Et ideo ex ipſa unione concludimus & gratiam & gloriam ſummã, adeo, ut Ioan. Euangeliſt. deſcribens plenitudinem gloriç in Chriſto, neſciens quomodo melius deſcriberet, ut ad radicem altiſſimam ſe conferret, cum dixiſſet, Vidimus gloriam eius, ſubdidit, Gloriam quaſi unigeniti a patre, plenum, &cet. Non ſolum uniuerſa humana natura, ſed dæmones, & Angeli ſtupent de myſterio Vnionis perſonalis. Et ad ipſam omnia a principio mundi ordinata conſpicimus, tanquam maximum omnium factibilium, ſicut & uere eſt eorũ maximum: non poteſt ſiquidem maius fieri, quàm quòd homo ſit uere perſonaliter deus. Et iſte homo non erubuit dicere eam eſſe poſteriorem ordine intentionis.

3. di. 5. q. 5. ar. 3

li. 1. c. 6. nõ pcul a principio, to. 3.

miniſtrauit materiam conceptui, & in eius utero eſt conceptio celebrata.

Ad 3^m^ dicendũ, ꝙ principiũ paſſiuũ naturale ſufficit ad tranſmutationem naturalem, qñ naturali, & conſueto modo mouetur a principio actiuo proprio: ſed hoc in ꝓpoſito nõ habet locũ: & ideo cõceptio illa non poteſt dici ſimpliciter naturalis.

## QVÆSTIO XXXIIII.

*De perfectione prolis conceptæ, in quatuor articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt, de perfectione prolis conceptæ.

### Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum in primo inſtanti conceptionis Chriſtus fuerit ſãctificatus per gratiam.

¶ Secundo, Vtrum in eodem inſtãti habuerit uſum liberi arbitrii.

¶ Tertio, Vtrum in eodem inſtanti potuerit mereri.

¶ Quarto, Vtrum in eodem inſtanti fuerit plene comprehenſor.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum Chriſtus in primo inſtanti ſuæ conceptionis fuerit ſanctificatus per gratiam.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Vr ꝙ Chriſtus nõ fuerit ſanctificatus in primo inſtãti ſuæ cõceptionis. Dicitur. n. primæ ad Cor. 15. nõ pri^9^ ſpirituale, ſed quod animale, demũ qđ ſpirituale eſt: ſed ſanctificatio gratiæ pertinet ad ſpiritualitatẽ. nõ ergo ſtatim a principio ſuç cõceptionis Chriſtus percepit gratiam ſanctificationis, ſed poſt aliquod ſpatium temporis.

¶ 2 Præt. Sanctificatio uř eſſe a peccato, ſm illud 1. ad Cor. 6. Et hoc quidem fuiſtis aliquando. ſ. peccatores, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis: ſed in Chriſto numquam fuit peccatum. ergo non conuenit ſibi ſanctificari per gratiam.

¶ 3 Præt. Sicut per uerbũ dei omnia facta ſunt, ita per Verbum incarnatum ſunt omnes homines ſanctificati, qui ſanctificãtur, Heb. 2. Qui ſanctificat, & qui ſanctificantur ex uno omnes: ſed uerbum dei, per quod facta ſunt omnia, non eſt factum, ut Aug.* dicit in 1. de Trin. ergo Chriſtus per quem ſanctificantur omnes, non eſt ſanctificatus.

F SED CONTRA eſt, quòd dicitur Luc. 1. Quod ex te naſcetur ſanctũ, uocabitur filius dei. Et Io. 10. Quẽ pater ſanctificauit, et miſit ĩ mũdũ.

RESPON. Dicendũ, ꝙ (ſicut ſupra dictũ eſt*) abundãtia gratiæ ſanctificãtis animã Chriſti, deriuatur ex ipſa Verbi unione, ſm illud Io. 1. vidimus gloriã eius quaſi Vnigeniti a patre, plenũ gratiæ, & ueritatis. Oſtẽſum eſt aũt ſupra*, ꝙ in primo inſtãti ſuæ cõceptionis corp^9^ Chri animatũ fuit, & a uerbo dei aſſumptũ: unde conſequens eſt, ꝙ in primo inſtanti cõceptionis Chriſtus habuerit plenitudinẽ gratiæ ſanctificantis animam, & corpus eius.

G AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ille ordo quẽ ponit ibi Apoſtolus, ꝑtinet ad eos, qui per profectum ad ſpiritualẽ ſtatũ perueniũt. In myſterio autẽ incarnationis magis conſideratur deſcenſus diuinæ plenitudinis in naturã humanã, q̃ ꝑfectus humanæ naturæ, quaſi præexiſtẽtis in deũ, & ideo in homine Chriſto a prĩcipio fuit ꝑfecta ſpiritualitas.

H Ad 2^m^ dicendũ, ꝙ ſanctificari, ẽ aliquid fieri ſanctũ. Fit aũt aliquid non ſolũ ex contrario, ſed etiam ex negatiue uel priuatiue oppoſito, ſicut album fit ex nigro, & etiã ex non albo: nos aũt ex peccatoribus ſancti efficimur, & ita ſanctificatio noſtra eſt ex peccato: ſed Chriſtus quidẽ ſm hominẽ factus eſt ſanct^9^, quia hanc gratiæ ſanctitatẽ nõ ſemper habuit, nõ tñ factus eſt ſanctus ex peccatore, quia peccatum nũq̃ habuit, ſed factus eſt ſanctus, ex nõ I ſancto ſm hominẽ, non quidẽ priuatiue, ut ſcilicet aliquando fuerit homo & non fuerit ſanctus: ſed negatiue, quia ſcilicet quando nõ fuit homo, non habuit ſanctitatem humanã, & ideo ſimul factus fuit homo & ſanctus homo. Propter qđ Angelus dicit, Lucæ 1. Quod naſcetur ex te ſanctum: quod exponens Greg.* 18. Mor. dicit, Ad diſtinctionem noſtræ ſanctitatis, Ieſus ſanct^9^ K naſcitur^9^ aſſerit, nos quippe ſi ſancti efficimur, nõ tñ naſcimur, quia ipſa naturæ corruptibilis cõditiõe cõſtringimur: ille aũt ſol^9^ ueraciter ſanct^9^ natus eſt, qui ex cõiunctione carnalis copulæ conceptus nõ eſt.

Ad 3^m^ dicendũ, ꝙ aliter opatur pater creationẽ rerum per Filiũ, aliter tota Trinitas ſanctificationẽ hominũ per hominẽ Chriſtũ. Nã uerbum dei eſt eiuſdẽ uirtutis & operationis cum deo patre, unde pater nõ operatur p Filiũ ſicut per inſtrumentũ, quod mouet motũ. Humanitas aũt Chriſti eſt, ſicut inſtrumẽtum diuinitatis, ut ſupra dictum eſt: * & ideo humanitas Chriſti eſt ſanctificans & ſanctificata.

q. 7. ar.

q. 6. ar. 4



q. 33. ar. 3.

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæquartæ Articulũ ſecundũ.*

Titulus clarus.

¶ In corpore unica eſt cõcluſio: Chriſtus in primo inſtanti ſuæ conceptionis habuit uſum liberi arbitrii. Probatur, Humanæ naturæ aſſumptæ conuenit ſpiritualis perfectio a principio. ergo Chriſtus in primo ſuæ conceptionis inſtanti habuit illam operationem, quæ poteſt in inſtanti haberi. ergo habuit tunc uſum liberi arbitrii. Antecedens habetur ex ſupradictis, quòd Chriſtus non profecit in ſpirituali perfectione. Cõſequentia prima probatur, quia perfectio ultima non in potentia, uel habitu, ſed operatione conſiſtit, in cuius ſignum ſecũdo de Anima, operatio actus ſecundus dicitur. Conſequentia ſecunda probatur, quia operatio intellectus, & uoluntatis, in qua uſus arbitrii liberi conſiſtit, poteſt haberi in inſtanti: quod declaraf a minori ex operatione uſus. Et probatur ratione, quia eſt motus qui eſt act^9^ perfecti, ad differentiam motus, qui perficitur ſucceſſiue, ut dicitur in tertio de anima.

¶ Circa aſſumptum huius proceſſus dubium occurrit, quoniam æquiuocare uidetur de perfectione. Nam perfectio actus ſecundi nõ eſt inconueniens, quòd de nouo aduenerit aiæ Chriſti etiã ſecũdum ſcientiam infuſam, alioquin anima Chriſti ſemper fuiſſet in actu ſecundo reſpectu omniũ, quæ poſſunt cognoſci per ſcientiam infuſam, quod patet eſſe falſum. Proficere ergo animam Chriſti in perfectione ſpirituali, poteſt intelligi dupliciter. Primo, ſecundũ perfectionem actus ſecundi, & ſic non inconuenit, animam Chriſti profeciſſe. Alio modo, ſecundum perfectionem actus primi, & ſic dato, quòd ſit inconueniens, eſt extra propoſitum, quia de ꝑfectione actus ſecũdi quæritur & tractatur, ut patet. Et ſic antecedens ruit, ac per hoc totus proceſſus literæ.

¶ Ad hoc dicitur, quòd aliud eſt acquirere ſimpliciter actũ ſecundum: & aliud eſt tranſire de uno actu ſecũdo in aliũ: quia in acquiſitione ſimpliciter actus ſecundi, quando ſcilicet anima ex non operante fit operans conſiſtit profectus ipſius animæ: proficit enim acquirendo ſuam perfectionem & finem, propter quem eſt: unũquodque enim eſt propter ſuam operationem, ut dicitur 2. Cæl. In tranſeundo uero de uno actu ſecundo in alium, non conſiſtit profectus ipſius animæ, ut patet ex eo, quòd quandoque ad imperfectiorem actum ſecundum, contingit ex perfectiori tranſire, ubi non proficere, ſed deficere potius inuenitur. Et propterea, licet nullum inconueniens ſit ponere in Chriſti anima nouos multos actus ſecundos per ſucceſſum temporis, incõueniens tamen eſſet ponere animam ipſius totaliter caruiſſe quandoque actu ſecundo, quia fuiſſet ſimpliciter imperfecta tunc, & uere profeciſſet, non ſecundum hanc uel illam perfectionem, ſed ſimpliciter, quod excellentiæ animæ aſſumptæ non conſonat. Et quia proceſſus literæ fundatur non ſuper hac, uel illa perfectione actus ſecundi, ſed ſuper perfectione ſpirituali ſimpliciter, & ſuper profectu ſecundum ſpiritualem perfectionem ſimpliciter, ideo uerum aſſumit, & efficaciter concludit. Oportet enim ponere animã Chriſti a principio ita perfectam ſimpliciter, ut non profecerit ſimpliciter. ad hoc autem manifeſte cõſtat ſequi & quòd a principio fuit in actus ſecundi perfectione, & quòd oppoſi-

### ARTICVLVS II.

*Vtrum Chriſtus in primo inſtanti ſuæ conceptionis habuerit uſum liberi arbitrij.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. B Videtur ꝙ Chriſtus ſm hominem non habuerit uſum liberi arbitrii in primo inſtanti ſuæ conceptionis. Prius eſt. n. eſſe rei, q̃ agere uel operari: uſus aũt liberi arbitrii eſt quædã operatio. Cum ergo anima Chriſti eſſe inceperit in primo inſtanti cõceptionis (ut ex prædictis patet*) uidetur eſſe impoſſibile, ꝙ in primo inſtanti conceptionis habuerit uſum liberi arbitrii.

¶ 2 Præt. Vſus liberi arbitrii eſt electio. Electio aũt præſupponit deliberationẽ conſilii, dicit. n. Philoſo C phus in 10. Ethic.* ꝙ electio eſt appetitus præconſiliati. ergo uř impoſſibile, ꝙ in primo inſtanti ſuæ conceptionis Chriſtus habuerit uſum liberi arbitrii.

¶ 3 Præt. Liberũ arbitriũ eſt facultas uoluntatis & rationis (ut in prima parte habitum eſt*) & ita uſus liberi arbitrii eſt actus uolũtatis & rationis ſiue intellectus: ſed actus intellectus præſupponit actũ ſenſus, qui eſſe non poteſt ſine conuenientia organorũ, quæ nõ uř fuiſſe ĩ pri D mo inſtanti cõceptionis Chriſti. ergo uidetur ꝙ Chriſtus non potuerit habere uſum liberi arbitrii in primo inſtanti ſuæ conceptionis.

SED CONTRA eſt, ꝙ Aug.* dicit in lib. de Trin. Mox ut Verbũ uenit in uterum, ſeruata ueritate ꝓpriæ naturæ factum eſt caro, et perfectus homo: ſed perfectus homo habet uſũ liberi arbitrii. ergo Chriſtus habuit in primo inſtanti ſuæ conceptionis uſum liberi arbitrii.

E RESPON. Dicendum, ꝙ (ſicut ſupra dictũ eſt*) humanæ naturæ, quã Chriſtus aſſumpſit, conuenit ſpiritualis perfectio, ĩ qua nõ profecit, ſed eam ſtatim a principio habuit. Perfectio aũt ultima non cõſiſtit in potentia uel in habitu, ſed in operatione: unde in 2. de Anima dicitur, † quòd operatio eſt actus ſecũdus. Et ideo dicendum eſt, ꝙ Chriſtus in primo inſtanti ſuæ conceptionis habuit illam operationem animæ, quæ poteſt in inſtanti haberi. Talis autem eſt operatio uolũtatis & intellectus, in qua conſiſtit uſus liberi arbitrii. Subito. n. & in inſtanti perficitur operatio intellectus & uoluntatis, multo magis q̃ uiſio corporalis, eo ꝙ intelligere, uelle & ſentire, non eſt motus qui ſit actus imperfecti (quod ſucceſſiue perficitur) ſed eſt actus iam perfecti, ut dicitur in 3. de Anima.* Et ideo dicendũ eſt, ꝙ Chriſtus in primo inſtanti ſuæ conceptionis habuit uſum liberi arbitrii.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ eſſe eſt pri^9^ natura quàm agere, nõ tamen eſt prius tempore, ſed ſimul cum agens habet eſſe perfectũ, incipit agere, niſi ſit aliquid impediens: ſicut ignis ſimul dum generatur, incipit calefacere & illuminare: ſed calefactio nõ terminatur in inſtanti, ſed per temporis ſucceſſionem, illuminatio autem perficitur in inſtãti. Et talis operatio eſt uſus liberi arbitrii, ut dictum eſt. †

Ad 2^m^ dicendum, ꝙ ſimul cum terminatur cõſiliũ uel deliberatio, põt eſſe electio: illi autem qui deliberatione conſilij indigent, in ipſa terminatione conſilij primo habẽt certitudinem de eligendis, & ideo nõ ſtatim eligunt. Ex quo patet, ꝙ deliberatio conſilii non præexigit ad electionẽ, niſi propter inquiſitionem incerti. Chriſtus autem in primo inſtanti ſuæ conceptionis, ſicut habuit plenitudinem gratiæ ſanctificantis, ita habuit plenitudinem ueritatis cognitæ, ſecundum illud, Plenum gratiæ & ueritatis: unde quaſi habens omniũ certitudinẽ, potuit ſtatim in inſtãti eliger̃.

Ad 3^m^ dicendum, quòd intellectus Chriſti, ſecundum ſcientiam infuſam poterat intelligere, etiam non conuertendo ſe ad phantaſmata, ut ſupra habitum eſt.* unde poterat in eo eſſe operatio uoluntatis & intellectus abſque operatione ſenſus: ſed tamen potuit in eo eſſe etiam operatio ſenſus, in primo inſtanti ſuæ conceptionis, maxime quantum ad ſenſum tactus, quo ſenſu proles concepta ſentit in matre, etiam antequam animã rationalem obtineat, ut dicitur in libro* de Generatione animalium: unde cum Chriſtus in primo inſtanti ſuæ conceptionis habuerit animam rationalem, formato iam

D. 746.

li. 3. de anima tex. 28. to. 2

In corp. art.

q. 11. ar. 2

l. 2. c. 4. & 3 to. 4

poſitũ, ſcilicet quòd fuerit ĩ principio totaliter abſque ſecundo actu, repugnat perfectioni ſimpliciter ipſius animæ a principio. Et proptera optime illatum eſt, quòd habuit in primo inſtanti illas operatiões, quas potuit in illo inſtanti habere, ſeruato intellige tu, naturæ & decentiæ ordine: quod dico ne confundaris ſcrutando, quæ eſt maior ratio de iſta quàm de illa operatione, quòd habita fuerit in illo primo inſtanti: abſque dubio enim conſtat, primum operũ noſtrorum, quo reliquis vtimur, conſiſtere in libero arbitrio: & ideo optime concluſum in litera non ſolum de poſſibili: ſed de facto in anima Chriſti tunc.

3.diſt.13.q.2.ar.2.q.3.& diſ.14.a.3.q.6.& di.18.art.3.& 4.c.Et ueri.q.29.art.8.Et opu.3.c.223.et 228 *1.p.q.63.art.5.

*¶ Super Quæſtionis trigeſimæquartæ Articulum tertium.*

TItul⁹ clarus eſt de merito proprie dicto intellect⁹. ¶In corpore vna eſt concluſio: Chriſtus in primo ſuę conceptionis inſtanti meruit. Probatur: Chriſtus in primo ſuæ cõceptionis inſtãti per gratiam ſanctificatus fuit ſanctificatione perfectiſſima. ergo ſecundum proprium motum liberi arbitrij in Deum, fuit ſanctificatus. ergo in primo inſtanti ſuæ conceptionis meruit. Antecedens probatur: quia ſanctificatus eſt, *vt eſſet* aliorum ſanctificator. Conſequentia vero prima probatur, diſtinguendo duplicem ſanctificationis modum, & comparãdo eos. Diſtinctio eſt: Sanctificatio duplex, vel per proprium ſanctificati actum, vel nõ per propriũ, ſed Eccleſiæ fidem. Comparatio eſt: Prima eſt perfectior: tum quia actus eſt perfectior habitu, tum quia per ſe eſt perfectius eo, quod eſt per aliud. Secunda autem cõſequẽtia probatur: quia motus liberi arbitrii in deũ

a.1.hui⁹ q.

& organizato corpore eius, multo F magis in eodem inſtanti poterat habere operationem ſenſus tactus.

ARTICVLVS. III.

*Vtrum Chriſtus in primo inſtanti ſuæ conceptionis mereri potuerit.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus in primo inſtanti ſuæ cõceptionis mereri non potuerit. Sicut enim ſe ha G bet liberum arbitrium ad merendum, ita ad demerendum: ſed diabolus in primo inſtanti ſuæ creationis non potuit peccare, vt in prima parte habitum eſt.* ergo neque anima Chriſti in primo inſtanti ſuę creationis (qđ fuit primũ inſtans cõceptionis Chriſti) potuit mereri.

¶ 2 Præt. Illud, quod homo habet in primo inſtanti ſuę conceptionis, videtur ei eſſe naturale: quia hoc eſt ad quod terminatur ſua genera- H tio naturalis: ſed naturalibus non meremur, vt patet ex his, quæ dicta ſunt in Secunda parte. ergo videtur quòd vſus liberi arbitrii, quẽ Chriſtus habuit ſecundum hominem in primo inſtanti ſuæ conceptionis, non fuerit meritorius.

¶ 3 Præt. Id, quod ſemel aliquis meruit, iam fecit quodãmodo ſuum, & ita non videtur quòd iterũ poſſit illud mereri: quia nullus meretur quod ſuum eſt. ſi ergo Chriſtus in primo inſtanti ſuę conceptionis I meruit, ſequitur quòd poſtea nihil meruerit, quod patet eſſe falſum. non ergo Chriſtus in primo inſtanti ſuæ conceptionis meruit.

SED CONTRA eſt, quod Auguſt. dicit ſuper Exod. Non habuit omnino Chriſtus iuxta animæ meritũ, quo potuiſſet proficere. Potuiſſet autem proficere in merito, ſi in primo inſtanti ſuę conceptionis nõ meruiſſet. ergo in primo inſtanti ſuæ conceptionis meruit Chriſtus.

RESPON. Dicẽdum, ꝙ (ſicut K ſupra dictum eſt*) Chriſtus in primo inſtanti ſuæ conceptionis ſanctificatus fuit per gratiam. Eſt autẽ duplex ſanctificatio: vna quidem adultorum, qui ſecundum propriũ actum ſanctificantur: alia autem puerorum, qui non ſanctificantur ſecundum proprium actum fidei, ſed ſecundum fidem parentum vel Eccleſiæ. Prima autem ſanctificatio eſt perfectior, quàm ſecunda: ſicut actus eſt perfectior, quàm habitus: & quod eſt per ſe, eo quod eſt per aliud. Cum ergo ſanctificatio Chriſti fuerit perfectiſſima (quia ſic ſanctificatus eſt, ut eſſet aliorũ ſanctificator) conſequens eſt, ꝙ ipſe ſecũdũ propriũ motũ liberi arbitrii ĩ Deũ, fuerit ſanctificatus, qui quidẽ motus liberi arbitrij eſt meritori⁹. Vnde cõſequẽs eſt, ꝙ in primo inſtanti ſuæ cõceptiõis, Chriſtus meruerit.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ liberum arbitrium non eodẽ modo ſe habet ad bonum & ad malũ. Nam ad bonum ſe habet per ſe & naturaliter, ad malum autem ſe habet per modum defectus & præter naturam. Sicut autem Philoſophus dicit* in ſecundo de Cælo, Poſterius eſt quod eſt præter naturam, eo quod eſt ſecundum naturam: quia id quod eſt præter naturam, eſt quædã exciſio ab eo quod eſt ſecundum naturam. et ideo liberum arbitrium creaturæ[d] in primo inſtanti creationis poteſt moueri ad bonum merendo, non autem ad malum peccando, ſi tamen natura ſit integra.

AD 2^m^ dicendum, quòd illud, quod homo habet in principio ſuę creationis ſecundum communem naturæ curſum, eſt homini naturale, nihil tamen prohibet quin aliqua creatura in principio ſuæ creationis, aliquod beneficium gratiæ a Deo conſequatur. Et hoc modo anima Chriſti in principio ſuæ creationis conſecuta eſt gratiam, qua poſſet mereri. & ea ratione gratia illa, ſecundum quandam ſimilitudinẽ dr̃ fuiſſe illi homini naturalis, ut patet per Aug.* in Enchir.

AD 3^m^ dicendum, quòd nihil prohibet idem eſſe alicuius ex diuerſis cauſis. Et ſecundũ hoc Chriſtus gloriam immortalitatis, quam meruit in primo inſtanti ſuæ conceptionis, potuit etiã poſterioribus actibus & paſſionibus mereri, non quidẽ ut eſſet ſibi magis debita, ſed ut ſibi ex pluribus cauſis deberet̃.

ARTICVLVS IIII.

*Vtrum Chriſtus fuerit perfectus cõprehẽſor in primo inſtãti ſuæ cõceptiõis.*

AD QVARTVM ſic procedit̃. Vr̃ ꝙ Chriſtus nõ fuerit perfectus cõprehẽſor in primo inſtãti ſuæ cõceptionis. Meritũ.n. ꝓcedit pręmiũ, ſicut & culpa pœnã: ſed Chriſtus ĩ primo inſtãti ſuæ cõceptionis meruit, ſicut dictũ eſt*. Cũ ergo ſtatus comprehenſoris ſit principale præmiũ, ur̃ ꝙ Chriſtus in primo inſtãti ſuę cõceptiõis nõ fuerit cõprehẽſor.

¶ 2 Præ. Dñs dicit Luc. ult. Hęc oportuit Chriſtũ pati, & ita intrare ĩ gloriã ſuã: ſed gloria pertinet ad ſtatũ comprehenſoris. ergo Chriſtus nõ

eſt meritorius.

¶ Aduerte & diligẽter hic tu, qui ſacramẽta eccleſiæ ſæpius frequentas, quòd ſanctificatio adultorum eſt per propriũ actũ liberi arbitrii tendentis in Deũ, & ſimiliter augmentũ ſanctificationis eſt per augmentum actus liberi arbitrii tendentis in Deum. Hinc.n. fit, ut cum frequentatione ſacrorum myſteriorum non creſcat ſanctificatio hominis, quia.ſ. homo per proprium liberi arbitrii actum nõ cõcurrit eo augmento, qđ ſanctificatio quæ fieri deberet, exigeret, hinc fit, ut ſuſcipiẽtes ſacramẽta in ipſo ſuſceptionis actu maxime debeant actualiter in Deũ actu dilectiõis cõſurgere.

li.1.tex.4 D.13

¶ In reſponſione ad primũ aduerte, quòd de actu liberi arbitrii proprie loquitur Auctor, ut patet, tũ ex eo quòd ſermo ei⁹ eſt formalis, & liberum arbitrium ſæpe nominat: tum ex eo quod in præcedenti arti. in reſpõſione ad ſecũdum expreſſe ad actum electionis deſcendit. Et hæc ideo dixerim, ut ꝑcipias, tam in angelis, quã in Chriſti anima, primum actum meritorium uere fuiſſe actũ liberũ, quàmuis non indifferentem ad bonum & malum, ſed ex natura ſeu naturæ ordine (ut in litera dicitur) determinatum ad bonũ. Nam non ſolum uoluntas, ſed liberum arbitrium (ut in litera dicitur) per ſe & naturaliter ſe habet ad bonum, ad malum autem per aliud, hoc eſt per bonum, a quo deficiendo, malum incurrit, & præter naturam, malum enim eſt exciſio ab eo, quod eſt ſecundum naturam: alioquin mali rationem non haberet.

*¶ Super Quæſtionis trigeſimæquartæ Articulum quartum.*

TItulus clarus ẽ. ¶ In corpore vna eſt cõcluſio, Chriſtus in primo inſtanti ſuæ conceptionis fuit



fuit actu comprehenſor, videndo deum per eſſentiam clarius A ceteris creaturis. Probatur, & primo, quòd habuerit gratiam maiorem omnibus comprehenſoribus: ſecundo, quòd actu viderit plus ceteris. Primum probatur, Chriſtus accepit tunc gratiã & non ad menſuram. ergo accepit gratiam, & quantum habent comprehenſores, & maiorem omnibus. Antecedens ex euangelio. Conſequentia probatur, quia gratia viatoris minorẽ habet menſuram reſpectu gratiæ comprehenſoris. probatur, quia deficit ab illa: ex hoc enim ſequitur, quòd habeat gratiam quantã cõprehenſores, & rurſus ſequitur, quòd maior eſt omnibus, quia aliter fuiſſet menſurata ad aliam maiorem vel æqualem. Secunda vero pars probatur, quia gratia non fuit ſine actu. probatur, quia inconueniens eſſe iã dictum eſt in Chriſto ponere gratiam habitualẽ ſine actu. ¶ Aduerte hic, ꝙ ex hoc loco apparet quid videatur ſenſiſſe Auctor de illa quæſtione in præcedente libro tacta, an gratia viatoris ſit minor gratia comprehenſoris, ſecundum ſuam quantitatem, an ſolum ratione modi, quia ſcilicet comprehenſor videt, & viator nõ. Expreſſe ſiquidem hoc in loco, ex hoc quòd viatoris gratia deficit a gratia comprehenſoris, infertur quòd minorem habet menſurã. Et ne dubites, quòd de quantitate loquitur, ſubditur tanta, & quanta: & vt accipias hæc de ipſa eſſentia gratiæ, & nõ de modo actus ſubdit, & quia gratia illa nõ fuit ſine actu, vbi monſtrat ſe de ipſa eſſẽtia habitualis gratiæ loquutũ, ex hoc ipſo ꝙ poſtea ad illius actum deſcẽdit: & ſi ſic eſt, conſequens eſt, vt minimus comprehẽſor habuerit actualiter maiorem gratiã, quàm Ioãnes Bap. & ſanctus Petrus, & quicumque alius viator, dum in hac fuerunt vita. Et propterea gratia hic eſt ſicut ſemẽ, ita quòd quanto maior eſt hic gratia, tanto in patria erit maior gloria proportionaliter. Numquã tamẽ gratia tãta eſt in via, quãta eſt gratia conſũmata, quæ eſt gloria, ſicut nec ſemen eſt, quanta eſt arbor ſua, quantumcumque minima, ſeu animal ſuum quantumcumque paruum.

Augu. hoc loco Pſ.64. to.8.

An præce.

q.7 ar.9.10 & 11.

c.40. in medio to.3.

q.19. ar. 3.

Loco in ar. citati.

Art. pr

inſtanti ſuæ cõceptionis, qñ adhuc nullam ſuſtinuerat paſſionem.

¶ 3 Præt. Illud, quod non conuenit nec homini, nec angelo, videtur eſſe propriũ deo, & ita non conuenit Chriſto ſm ꝙ homo: ſed ſemper eſſe beatum, non conuenit nec homini nec angelo: ſi.n. fuiſſent conditi B beati, poſtmodum non peccaſſent. ergo Chriſtus, ſecundum quòd homo, non fuit beatus in primo inſtanti ſuæ conceptionis.

SED CONTRA eſt, ꝙ dr̃ in Pſ.64. Beatus, quẽ elegiſti & aſſumpſiſti, quod ſm gloſ.* refertur ad humanã naturam Chriſti, quæ aſſumpta eſt a verbo dei in vnitatem perſonæ: ſed in primo inſtanti conceptiõis fuit aſſumpta humana natura a verbo dei in vnitatem perſonæ. ergo in primo inſtanti ſuæ con C ceptionis Chriſtus, ſecũdum quòd homo, fuit beatus, quod eſt eſſe comprehenſorem.

RESPON. Dicẽdum, ꝙ (ſicut ex dictis patet*) nõ fuit conueniẽs, vt chriſtus in ſua conceptione acciperet gratiam habitualẽ tantum abſque actu: accepit.n. gratiam nõ ad menſurã, vt ſupra habitum eſt.* Gratia autem viatoris cum ſit deficiens a gratia cõprehẽſoris, habet menſuram minorẽ reſpectu gratiæ comprehẽſoris. Vnde manifeſtum D eſt, ꝙ Chriſtus in primo inſtãti ſuę conceptionis, accepit non ſolũ tantam gratiã quantã comprehẽſores habent, ſed etiam omnibus cõprehenſoribus maiorem. Et quia gratia illa nõ fuit ſine actu, conſequẽs eſt quòd actu fuerit comprehẽſor, videndo deum per eſſentiam clarius ceteris creaturis.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd (ſicut ſupra dictum eſt*) Chriſtus non meruit gloriam animæ, ſecundum quam dicitur comprehẽſor, ſed gloriam corporis ad quam E per ſuam paſſionem peruenit.

Vnde patet reſpõſio ad ſecundũ.

Ad 3^m^ dicendum, ꝙ Chriſtus ex hoc ꝙ fuit deus & homo, in ſua humanitate habuit aliquid præ ceteris creaturis, vt ſcilicet ſtatim a principio eſſet beatus.

*Super quæſtionis trigeſimæquintæ Articulum primum.*

PRo hac quæſtione in tit. primi art. notandi ſunt termini oẽs, & primum quòd natiuitas ſumitur proprie & formaliter, vt continet natiuitatem in vtero, & natiuitatem ex vtero: ita quòd non tractabitur ſolũ de natiuitate ex vtero, ſed etiam de natiuitate in vtero, vt teſtantur quinq; primi articuli huius quæſtionis. Eſt autẽ differentia inter cõceptionem & natiuitatem in vtero formalis, quia cõceptio attendit̃ penes captionem rei ad concipientem: ex hoc enĩ dicitur mulier cõcipere, ꝙ ſimul apud ſe capit quod generandum eſt. Natiuitas autem attenditur penes egreſſum a parente: ex hoc.n. res naſci dicitur, ꝙ ad naturam pergit, eſt.n. via in naturã. Vnde natiuitas tũc perfecte conſumata eſt, quando ex vtero proles exit, q\[uia\] tunc primo adipiſcitur propriam naturam, vt res omnino ſeparata a matre. Quandiu enim eſt ĩ vtero proles, eſt aliquid matris, & propterea tunc ſimpliciter & abſolute dicimus ꝙ homo nat⁹ eſt. Tractauit ergo Auctor pri⁹ de Chriſti conceptione, & nunc de natiuitate: tum, quia prius conſideranda fuit ratio conceptionis, & poſtea natiuitatis in vno, & eodem opere, quo conceptus, & natus eſt in vtero: tum, quia natiuitas ſimpliciter, & abſolute nũcupata, quæ ſcilicet eſt ex vtero (vnde tractatus iſte denominatur) poſterior eſt omnino conceptione, & fas fuit vt in principio tractatus de natiuitate inchoaret̃, rõne natiuitatis etiã in vtero. ¶ Notandũ eſt deinde, ꝙ comparatio diſtinctionem comparatorum exigit, & propterea natura, & perſona inter quas fit hic comparatio in ordine ad natiuitatẽ, ſumũtur, ĩ hoc articulo vt abinuicem diſtinguuntur, hoc eſt natura ſm rõnem naturæ ut.ſ. actũ naturæ ſeu formæ exercet, qui exprimitur per ly vt quo, & ſimiliter perſona ſecundum rationem hypoſtaſis, vt ſcilicet actũ perſonæ exercet, qui ſignificatur per ly, ut quod: diſtinguuntur ſiquidem natura & perſona vt quo, & quod: eſt enim natura qua hypoſtaſis eſt id, quod eſt.

3.di.8.ar.2

c.40. ĩ me. tom.3.

li. 5. Meta. tex.5.to.3.

*QVÆSTIO XXXV.*

*De natiuitate Chriſti in octo articulos diuiſa.*

CONSEQVENTER poſt Chriſti conceptionem agẽdũ eſt de eius natiuitate. Et primo, quantum ad ipſam natiuitatẽ. Secundo, quantum ad natiuitatis manifeſtationem.

Circa primũ quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum natiuitas ſit naturæ vel perſonæ.

¶ Secũdo, Vtrũ Chriſto ſit attribuẽda alia natiuitas ꝑter æternam.

¶ Tertio, Vtrum ſm natiuitatẽ tẽporalẽ beata Virgo ſit mater eius.

¶ Quarto, Vtrum debeat dici mater dei.

¶ Quinto, Vtrum Chriſtus ſecundũ duas filiationes ſit filius dei patris & Virginis matris.

¶ Sexto, De modo natiuitatis.

¶ Septimo, De loco.

¶ Octauo, De tempore natiuitatis.

ARTICVLVS I.

*Vtrũ natiuitas ſit naturæ uel perſonæ.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ natiuitas naturæ cõueniat magis, quàm perſonæ: dicit enim Aug. in lib. de fide ad Petrũ. Natura æterna atque diuina, non poſſet concipi & naſci ex humana natura, niſi ſecundum veritatem humanæ naturæ: ſi igitur diuinæ naturæ conuenit concipi & naſci, ratiõe humanæ naturæ, multo magis conuenit humanæ naturæ.

¶ 2 Præt. Secundum Philoſophũ in 5. Meta.* nomen naturæ a naſcẽdo ſumptum eſt: ſed denominationes fiunt, ſecundum ſimilitudinis conuenientiam. ergo videtur, quòd natiuitas magis pertineat ad naturam, quàm ad perſonam.

¶ 3 Præt. Illud proprie naſcitur, quod per natiuitatem incipit eſſe: ſed per natiuitatem Chriſti non incępit eſſe perſona Chriſti, ſed eius humana natura. ergo uidet̃ quòd natiuitas proprie pertineat ad naturam, non ad perſonam.

¶ Notandum demum eſt, quòd in hoc primo artic. nō eſt quæſtio de perſona Chriſti & natura Chriſti, ſed in communi de natura & perſona, vt titulus ipſe ſonat. In ſequenti ſiquidem art. an Chriſto conueniat temporalis natiuitas, quæretur, & ideo ad vniuerſaliſsimam diſtinctionem inter naturam & perſonam (qualis eſt dicta differentia) recurrendū eſt, vt etiam ex Auctore in corpore articuli pcipere potes, dum ex diſtinctione ſecundum modum ſignificandi inter naturam & perſonam, differentiā inter naturam, & perſonam aperuit.

¶ In corpore artic. ponitur primo vna diſtinctio bimēbris, deinde reſpondetur quæſito duabus concluſionibus, ſingulis iuxta ſingula diſtinctionis membra. Diſtinctio eſt, Natiuitas poteſt alicui dupliciter attribui, vel ſicut ſubiecto, vel ſicut termino. Prima concluſio eſt. Natiuitas attribuitur nō naturæ, ſed perſonę vt ſubiecto naſcēti. Secunda, Natiuitas naturæ attribuitur, vt termino.

¶ Aduertendum eſt hoc in loco cautisſiſme, quòd diſtictio iſta non eſt intelligenda vt ſonat, nā dupliciter poteſt intelligi, vel de ſubiecto inhęſionis, vt ſcilicet illi dicatur attribui natiuitas, vt ſubiecto, in quo ſubiectiue eſt natiuitas ſicut motus, vel mutatio eſt in ſubiecto, cui ihęret, ſeu ineſt motus ſeu mutatio, quemadmodum ſi manus calefiat, calefactio eſt ſubiectiue in manu, & ſi ex aqua fit aer, generatio aeris eſt ſubiectiue in materia prima, quæ tranſmutatur in aerem. Et ſic non ſumitur in propoſito: tum quia natiuitas hac in litera dicitur eſſe in perſona, vt in ſubiecto, conſtat autem perſonam non eſſe ſubiectum inhæſionis reſpectu natiuitatis, quia natiuitas eſt ſubiectiue in materia prima cum ſit ſpecies generationis ſubſtantialis, & quia natiuitas quādiu durat, non eſt adhuc perſona, quæ naſcitur, & quàm primum perſona eſt, natiuitas deſinit: tum quia in litera inſinuatur cōcluſio iſtius ſenſus, dū concludendo dicitur, quòd natiuitas tamquam ſubiecto naſcenti proprie attribuitur perſonæ: non enim fruſtra addidit ly naſcenti, ſed vt monſtraret quòd non loquitur de ſubiecto inhæſionis: vel poteſt intelligi de ſubiecto denominationis, vt ſcilicet illi attribuatur natiuitas vt ſubiecto, quod denominatur proprie a natiuitate naſcens & natum: & ſic ſumitur in propoſito: tum quia medius terminus probans & declarans concluſionem primam eſt, quòd id quod naſcitur, eſt vt ſubiectum, & ſimiliter concluſio, vt dictum eſt, dicit vt ſubiecto naſcenti: tum quia ſic omnia quæ in litera dicuntur, abſque ſcrupulo vera inueniuntur & conſona: tum quia Auctor tam in diſtinctione, quàm in probatione quàm etiam in concluſione, nūquam loquitur de ſubiecto & termino natiuitatis, ſed loquitur de ſicut ſubiecto & de ſicut termino natiuitatis, vt patet in litera: præponendo ſiquidem ſuper ly ſicut, aut ly tamquam, manifeſtauit quòd non de ſubiecto aut termino proprie loquebatur, ſed de his, quæ ſe habent vt ſubiectum, & vt terminus. Et hic eſt proculdubio verus & formalis ſenſus iſtius literæ: perſona ſiquidem eſt ſubiectum proprium denominationis reſpectu natiuitatis, nam proprie loquendo, Sortes eſt qui naſcitur, & poſt ea natus eſt.

¶ Concluſio ergo prima quo ad vtramque ſui partem, ſic probatur. Quod naſcitur eſt tāquam ſubiectum natiuitatis, ergo quod eſt, ergo ſubſiſtens, ergo perſona, & non natura. Antecedens pro euidenti relinquitur, & vere euidens eſt cognitis terminis. Prima conſequentia probatur, quia quod naſcitur, naſcitur ad hoc quòd ſit: quod probatur, quia naſci eſt quoddam generari, quod generatur autem, generatur ad hoc quòd ſit. Secunda vero conſequētia probatur, quia eſſe eſt proprie ſubſiſtentis: quod probatur, quia forma nō ſubſiſtens nō dicitur eſſe vt quæ eſt, ſed vt qua aliquid eſt. Tertia autem conſequentia probatur, quia perſona ſignificatur per modum ſubſiſtentis, natura autem per modum formæ. Perſpice in hac deductione quæ dicimus, quòd de ſubiecto denominationis intendit, quia ex modis ſignificandi probat concluſionē: modus enim ſignificandi variat non ſolum proprietatem, ſed veritatem enuntiationis: dictum eſt enim in 1. libro propter eū iſtam eſſe falſam, deitas ſignificat deitatem, & iſtam ueram, deus generat deum: & conformiter nunc dicitur, quòd natura non naſcitur, nec eſt nata, ſed perſona eſt quæ naſcitur & eſt nata: hoc enim eſt perſonam & non naturam eſſe ſubiectum denominationis reſpectu natiuitatis, hoc eſt, eſſe cui vt ſubiecto attribuitur natiuitas, & ſimile quid eſt uidere in probatione ſecundæ concluſionis, dum ipſa etiam ex modo ſignificandi probatur.

¶ Secunda concluſio probatur primo: terminus natiuitatis eſt forma. ergo natura: antecedens patet, quia terminus cuiuslibet generationis eſt forma. Conſequentia probatur, quia natura ſignificatur per modum formæ. Confirmatur ſecundo, quia natiuitas dicitur via in naturam, ex 2. Phyſicorum, & exponitur, quia intentio naturæ ad formam, ſeu naturam terminatur.

¶ Aduerte hic, quòd natura non ſolum ſe habet vt terminus in denominando ipſam natiuitatem (a terminis enim denominantur generationes) ſed & ſecundum rem natura habet termini rationem, quoniam ad naturam terminatur ſecundum rem generatio: & propterea Auctor ex parte rei etiam rationem attulit ex intentione naturæ vtente generatione vt via in naturam, ad quam tendit.

l.3.c.6.paulo a princ.

Sed contra eſt, quòd Damaſcenus * dicit in 3. libro, Natiuitas hypoſtaſis eſt, non naturæ.

Reſpon. dicendum, quòd natiuitas poteſt attribui alicui dupliciter, vno modo ſic ſubiecto, alio modo ſicut termino: ſicut ſubiecto quidem attribuitur ei quod naſcitur: hoc autem proprie eſt hypoſtaſis, non natura. Cum enim naſci ſit quoddam generari, ſicut generatur aliquid ad hoc quod ſit, ita naſcitur aliquid ad hoc ꝙ ſit: eſſe autē proprie eſt rei ſubſiſtētis, nam forma, quæ non ſubſiſtit, dicitur eſſe ſolum, quia ea aliquid eſt: perſona autem vel hypoſtaſis ſignificatur per modum ſubſiſtentis, natura autem ſignificatur per modum formę, in qua aliquid ſubſiſtit: & ideo natiuitas tamquam ſubiecto naſcenti, proprie attribuitur perſonæ, vel hypoſtaſi non naturæ: ſed ſicut termino attribuitur natiuitas naturæ: terminus enī generationis & cuiuſlibet natiuitatis eſt forma, natura autem per modum formæ ſignificatur. Vnde natiuitas dicitur eſſe via in naturam, vt patet per Philoſophum 2. Phyſ.* terminatur enim naturæ intentio ad formā, ſeu naturā ſpeciei.

l.2.Phyſ. t. 14.10.2

Ad primum ergo dicendum, quòd propter idēptitatem, quæ in diuinis eſt inter naturam & hypoſtaſim: quandoque natura ponitur pro perſona vel hypoſtaſi: & ſecundum hoc dicit Auguſtin.* naturam diuinam eſſe conceptam & natam, quia ſcilicet perſona Filii eſt concepta & nata, ſecundum humanam naturam.

Ad 2ᵐ dicendum, quòd nullus motus ſeu mutatio denominatur a ſubiecto quod mouetur, ſed a termino motus, a quo ſpeciem habet. Et propter hoc, natiuitas non denominatur a perſona quæ naſcitur, ſed a natura, ad quam natiuitas terminatur.

Ad 3ᵐ dicendum, quòd natura proprie loquendo, non incipit eſſe, ſed magis perſona incipit eſſe in aliqua natura, quia (ſicut dictum eſt*) natura ſignificatur, vt quo aliquid eſt, perſona autem ſignificat, vt quę habet eſſe ſubſiſtēs.

loco cit. in argu. — In corp.

## Articvlvs II.

*Vtrum attribuenda ſit Chriſto aliqua natiuitas temporalis.*

Ad Secvndvm ſic proceditur. Videtur quòd Chriſto non ſit attribuenda aliqua natiuitas temporalis: naſci enim eſt velut quidam motus rei non extantis, antequam naſcatur, id agens beneficio natiuitatis, vt ſit: ſed Chriſtus ab æterno fuit. ergo non potuit temporaliter naſci.

¶ 2 Præt. Illud, quod eſt in ſe perfectum, natiuitate non indiget: ſed perſona filii dei ab æterno fuit perfecta. non ergo indiget temporali natiuitate, & ita videtur ꝙ non ſit temporaliter natus.

3.di.[…] ar.1.[…] & 3.[…] ar.4.q.[…] de vni[…] 2.ad 16

*Super quæſtionis trigeſimæquintæ Articulum ſecundum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore vna eſt concluſio. Neceſſe eſt Chriſto attribuere duas natiuitates: vnam, qua æternaliter natus eſt a patre, aliam, qua temporaliter natus eſt a matre. Probatur, In Chriſto ſunt duæ naturæ, quarum vnam ab æterno a Patre, alteram temporaliter a matre habet. ergo Chriſto attribuendæ ſunt duæ natiuitates &c. Antecedens ex fide. Conſequentia probatur, quia natura ſe habet ad natiuitatem vt terminus ad motum, motus autem diuerſificatur, ſecundum diuerſitatem terminorum 5. Phy. Ex hoc enim manifeſte ſequitur ꝙ diuerſitas naturarū terminantium, inferat diuerſas natiuitates, ac ꝑ hoc duę naturæ inferūt duas natiuitates.

¶ In reſponſione ad vltimum habes in litera ſatisfactionē ad rem, ſi ad formā inſtantis, quòd bis exigit interruptionem menſuræ inter primum actum & ſecū dum reſpondere cupis, dicito quòd eſt verum, ſi primus, & ſecundus actus menſurātur menſura durationis vnius rationis, puta ꝙ tēpus ſit vtriuſque menſura, aut æternitas ſit vtriuſque menſura, Oportet enim interrupto tēpore currere, qui bis currit in tempore, & ſimiliter oporteret interrupta æternitate naſci, qui bis in æternitate diceretur natus. Sed diuerſarum rationum exiſtentibus menſuris, actus (puta intellectionis, volitionis, natiuitatis, dum vna intellectio alicuius eſt in æternitate, & altera in tempore, & ſic de aliis) poteſt dici, quòd ille bis intellexit lapidem ſemel in æternitate, & ſemel in tempore abſque æternitatis interruptione: & ratio in litera aſſignat, quia plus differunt etiā vt mēſurę durationis æternitas & tempus, quàm duo tempora interrupta, puta hodie, & poſteras. Non oportet igitur natiuitatē Chriſti diuinā, interruptionē habere reſpectu natiuitatis Chriſti humanę, ad hoc vt Chriſtus vere dicatur bis natus, quia plus diſtat mēſura diuinæ natiuitatis a mēſura humanæ natiuitatis, quàm ſi vna fuiſſet ante mille annos, & alia hodie.



¶ 3 Præt. Natiuitas proprie perſonæ conuenit: ſed in Chriſto eſt vna tantum perſona. ergo in Chriſto eſt tantum vna natiuitas.

¶ 4 Præt. Quod duabus natiuitatibus naſcitur, bis naſcitur: ſed hæc videtur eſſe falſa, Chriſtus eſt bis natus, quia natiuitas eius, qua de Patre eſt natus, interruptionem non patitur, cum ſit æterna: quod tamen requiritur ad hoc aduerbium bis: ille enim dicitur bis currere, qui cum interruptione currit. ergo videtur quòd in Chriſto nō ſit ponēda duplex natiuitas.

l.3.orth.fi. c.7.in me.

Sed contra eſt, quòd Damaſcenus* dicit in 3. libro confitemur duas Chriſti natiuitates, vnam quæ eſt ex patre æternam, & vnam, quæ eſt in vltimis temporibus propter nos.

ar.præced.

Reſpon. Dicendum, quòd (ſicut dictum eſt*) natura comparatur ad natiuitatem, ſicut terminus ad motum, vel mutationem. Motus autem diuerſificatur, ſecundum diuerſitatem terminorum, vt patet per Philoſophum in 5. Phyſicorum,* In Chriſto autem ſunt duæ naturæ, diuina ſcilicet, & humana: quarum unam accepit ab æterno a Patre, alteram accepit temporaliter a matre: & ideo neceſſe eſt attribuere Chriſto duas natiuitates, vnam qua æternaliter natus eſt a Patre, aliam, qua temporaliter natus eſt a matre.

l.5.Ph.ter. 41. & ſe. num.2.

Ad primum ergo dicendum, quòd hæc fuit obiectio cuiuſdam Feliciani hæretici, quam Auguſtinus * in libro contra Felicianum ſic ſoluit, Fingamus, inquit, ſicut plerique volunt, eſſe in mūdo animam generalem, quæ ſic ineffabili motu ſemina cuncta viuificet, vt non ſit concreta cum genitis, ſed vitam præſtet ipſa gignendis: nempe cum hæc in vterum paſſibilem materiam ad uſus ſuos formatura peruenerit, unam facit ſecum eſſe perſonam eius rei, quam non eandem conſtat habere ſubſtantiam: & fit operante anima, & patiente materia, ex duabus ſubſtantiis unus homo. Sicque animam naſci fatemur ex vtero, non quia antequam naſceretur, quantum ad ſe attinet, ipſa penitus nō fuiſſet: ſic ergo, immò ſublimius natus eſt de matre filius dei ſecundum hominem, eo pacto quo cum corpore naſci docetur, & animus: non quia vtriuſque ſit vna ſubſtantia, ſed quia ex vtraque ſit vna perſona. Non tamen ab initio carnis incępiſſe dicimus dei filium, ne temporalem credat aliquis deitatem, non ab æterno filii dei nouimus carnem, ne non veritatem humani corporis, ſed quandā eū ſuſcepiſſe putemus imaginē.

c.11.paulo poſt princ. tom.6.

Ad 2ᵐ dicendum, quòd hæc *fuit ratio Neſtorii, quam ſoluit Cyrillus in quadam epiſtola dicens, Non dicimus, quòd filius dei indiguerit neceſſario propter ſe ſecūda natiuitate poſt eam, quæ ex Patre eſt: eſt enim fatuum & indoctum exiſtentem ante omnia ſæcula, & conſempiternum Patri indigere dicere initio, vt ſit ſecundo. Quoniam autem propter nos, & propter noſtram ſalutem vniens ſibi ſecundum ſubſiſtentiam, quod eſt humanū proceſſit ex muliere, ob hoc dicit naſci carnaliter.

In concil. Calcedon. actione 1. in epiſt. ad Neſtorium circa medi.

Ad 3ᵐ dicendum, quòd natiuitas eſt perſonæ, vt ſubiecti, naturæ autem, vt termini. Poſſibile eſt autem vni ſubiecto plures trāſmutationes ineſſe, quas tamen neceſſe eſt ſecundum terminos variari. quod tamen non dicimus, quaſi æterna natiuitas ſit tranſmutatio aut motus, ſed quia ſignificatur per modū mutationis, aut motus.

Ad 4ᵐ dicendum, quòd Chriſtus poteſt dici bis natus, ſecundū duas natiuitates: ſicut enim dicitur bis currere, qui currit duobus temporibus, ita poteſt dici bis naſci, qui ſemel naſcitur æternitate, & ſemel in tempore, quia æternitas & tempus multo magis differunt quàm duo tempora, cum tamen vtrumque deſignet menſuram durationis.

## Articvlvs III.

*Vtrum ſecundum temporalem Chriſti natiuitatem, beata Virgo poſſit dici mater eius.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd ſecundum temporalem natiuitatem chriſti, beata Virgo non poſſit dici mater eius: vt enim ſupra dictum eſt, * beata Virgo Maria nihil actiue in generatione chriſti operata eſt, ſed ſolā materiam miniſtrauit: ſed hoc non videtur ſufficere ad rationem matris, alioquin lignum diceretur eſſe mater lecti aut ſcamni. ergo videtur quòd beata Virgo nō poſſit dici mater Chriſti.

3.di.3.q.2. ar.1.& 2.& di.4.q.2.artic.1. & 4. contra. ca. 35.& c.34. & 44. & opuſc. 3. ca. 229.&220 & opuſ 60. c.3.colu.4. q.32.ar.4.

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæquintæ Articulu tertium.*

Titulus, an beata Virgo vere poſſit dici mater Chriſti.

¶ In corpore vna cō cluſio, beata Virgo eſt vere mater Chriſti. Probatur, Corpᵘˢ Chriſti non eſt de de cælo allatum, ſed de Virgine matre ſumptum, & ex puriſſimis ſanguinibus eius formatum. ergo beata Virgo eſt vere mater Chriſti. Antecedens quo ad primam partem ex oppoſita hæreſi Valentini patet, quo ad reliquas patet ex antedictis. Cōſequētia probatur, quia hoc ſolum requiritur ad rōnē matris.

¶ Circa probationē hanc dubiū nouitiorum occurrit, quia apparet vitium petitionis principii in ea, dum aſſumitur quòd corpᵘˢ Chriſti ſumptum eſt ex Virgine matre, nā ꝓbādū erat, ꝙ illa mulier eſſet mater. Nec valet dicere quòd aſſumitur corpᵘˢ Chriſti ſumptum ex matre, & concluditur, Chriſti eſſe matrē: quoniā tota quæſtio de Chriſto eſt rōne corporis, an ſit beata Virgo mater eius, & in vnam vertitur quæſtionem, an rōne corpꝰis, an Chrī beata Virgo ſit mater.

¶ Ad hoc dr̄, quòd ly ex matre, in præmiſſis aſſumptū breuitatis cauſa aſſumptum eſt, vt vno vocabulo exprimeretur modus, quo corpus Chriſti ſumptum ē ex beata Virgine, ac ſi dixiſſet, Corpus Chrī ſumptum e ex beata Virgine in loco naturali generationis, & per operationē naturalē mulieris ad cōceptionē & ex materia naturali, quā explicauit ſubdēdo, Et ex puriſſimis ſanguinibᵘˢ &c. vbi patet nullam incidere ſuſpitionē petitionis principii.

¶ In reſp. ad tertiū, aduerte ad crebrā repetitionē nō neceſſarii cōcurſᵘˢ ſemīs muliebris ad gñonē, & intellige Auctorem

non ſenſiſſe, quòd ſemen mulieris ſit excreſcentia vteri (vt Ariſtoteles putauit) ſed quòd concurrat ad generationem, non neceſſario tamen. Et propterea apud Auctorem ex hoc ipſo, quòd ſemē muliebre ordinatũ eſt ad generationē, licet non neceſſario, habetur ratio peccati mollitiei in muliere voluntarie ſeminante ſola: abutitur enim ſemine ad generationem ordinato.

¶ 2 Præt. Chriſtus ex beata Virgine miraculoſe nat⁹ eſt: ſed miraculoſa generatio, nõ ſufficit ad rationē maternitatis vel filiationis: non enim dicimus Euam fuiſſe filiam Adæ. ergo videtur quòd nec Chriſtus debeat dici filius beatæ Virginis.

¶ 3 Præt. Ad matrem pertinere videtur deciſio ſeminis: ſed ſicut Damaſ.* dicit in 3. lib. corpus Chriſti non ſeminaliter, ſed conditiue a Spirituſancto formatum eſt. ergo videtur quòd beata Virgo non debeat dici mater Chriſti.

lib. 3. c. 2. 4. & 7.

G SED CONTRA eſt, quòd dicitur Matthæi primo, Chriſti generatio ſic erat: cum eſſet deſponſata mater Ieſu Maria, Ioſeph &c.

RESPON. Dicendum, quòd beata Virgo eſt vera & naturalis mater Chriſti: ſicut enim ſupra dictum eſt,* corpus Chriſti non eſt de cælo allatum, ſicut Valentinus hæreticus poſuit, ſed de Virgine matre ſumptum, & ex puriſſimis ſanguinibus eius formatum. Et hoc ſolũ requiritur ad rõnem matris, vt ex ſupradictis patet.* vnde beata Virgo vere eſt mater Chriſti.

q. 52. ar. 4. q. 31. art. 5.

ADPRIMVM ergo dicendũ, quòd (ſicut ſupra dictum eſt*) paternitas ſiue maternitas & filiatio, nõ competunt in quacumque generatione, ſed in ſola generatione viuentium: et ideo ſi aliqua inanimata ex aliqua materia fiant, non propter hoc conſequitur in eis relatio maternitatis & filiationis, ſed ſolũ in generatione viuentium, quæ proprie natiuitas dicitur.

q. 35. art. 3.

Ad 2m dicendum, ꝙ ſicut Damaſ.* dicit in 3. lib. natiuitas temporalis, qua Chriſtus eſt natus propter noſtrã ſalutem, eſt quodammodo ſm nos, quoniam natus eſt homo ex muliere, & tempore conceptionis debito. Super nos autem, quoniã non ex ſemine, ſed ex Spiriuſancto & ſancta Virgine, ſupra legē conceptionis. ſic igit ex parte matris natiuitas illa fuit naturalis, ſed ex parte operatiõis Spirituſſancti, fuit miraculoſa. vnde beata Virgo eſt vera & naturalis mater Chriſti.

li. 3. c. 7. circa mediũ.

Ad 3m dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt*) reſolutio ſeminis feminæ, non pertinet ad [d] neceſſitatem conceptus, & ideo reſolutio ſeminis non ex neceſſitate requiritur ad matrem.

q 52. art. 4. D 661. & 1117.

ARTICVLVS IIII.

*Vtrum beata Virgo debeat dici mater Dei.*

AD QVARTVM ſic ꝓceditur. Videtur ꝙ beata Virgo non debeat dici mater dei. Non enim dicēdum eſt circa diuina myſteria, niſi quod ex ſacra ſcriptura habetur: ſed nũquam in ſacra ſcriptura legitur, quòd ſit mater aut genitrix dei, ſed ꝙ ſit mater Chriſti vel mater pueri, vt patet Matth. 1. ergo non eſt dicendum, quòd beata Virgo ſit mater dei.

¶ 2 Præt. Chriſtus dicitur deus ſecundum diuinam naturam: ſed diuina natura non accepit initium eſſēdi ex Virgine. ergo beata Virgo F non eſt dicenda mater dei.

¶ 3 Præt. Hoc nomen deus, cõmuniter prædicatur de Patre, & Filio & Spirituſancto: ſi ergo beata Virgo eſt mater dei, videtur ſequi, ꝙ beata Virgo ſit mater Patris & Filii & Spirituſſancti, quod eſt inconueniens. non ergo beata Virgo debet dici mater dei.

SED CONTRA eſt, quòd in capitulis Cyrilli * approbatis in Epheſina ſynodo, legitur: Si quis non confitetur deum eſſe ſecundũ veritatē Emanuel, & propter hoc G dei genitricem ſanctam Virginem (genuit enim carnaliter carnē factã ex deo Verbum) anathema ſit.

RESPON. Dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt*) omne nomen ſignificans in concreto naturam aliquam, poteſt ſupponere pro qualibet hypoſtaſi illius naturæ. Cum autem vnio incarnationis ſit facta in hypoſtaſi (ſicut ſupra dictum eſt *) manifeſtum eſt ꝙ hoc nomen deus, poteſt ſup- H ponere pro hypoſtaſi habente humanam naturam, & diuinam. Et ideo quicquid conuenit diuinæ naturæ, vel humanæ, poteſt attribui illi perſonæ, ſiue ſecundum quòd pro ea ſupponit nomen ſignificans diuinam naturam, ſiue ſecundum quòd pro ea ſupponit nomen ſignificans humanam naturam: concipi autem & naſci, perſonæ attribuitur & hypoſtaſi, ſecundum naturam illam, in qua concipitur, & naſcitur. Cum igitur in ipſo principio conceptionis I fuerit humana natura aſſumpta a diuina perſona (ſicut prædictum eſt*) conſequens eſt, quòd vere poſſit dici deum eſſe conceptum, & natum de Virgine. Ex hoc autem dicitur aliqua mulier alicuius mater, quòd eum concepit & genuit, vnde conſequens eſt, quòd beata Virgo vere dicatur mater Dei: ſolum enim ſic negare poſſet, beatam Virginem eſſe matrem dei, ſi vel humanitas prius fuiſſet ſubiecta conceptioni, & natiuitati, quàm homo ille fuiſſet filius dei (ſicut Pho- K tinus poſuit) vel humanitas non fuiſſet aſſumpta in vnitatem perſonæ, vel hypoſtaſis verbi dei, ſicut poſuit Neſtorius. Vtrumque autem horum eſt erroneum, vnde hæreticum eſt negare beatam Virginem eſſe matrem dei.

ADPRIMVM ergo dicendum, quòd hæc fuit obiectio Neſtorii: quæ quidem ſoluitur ex hoc, quòd licet non inueniatur expreſse in ſcriptura dictum, quòd beata Virgo ſit mater dei, inuenitur tamen expreſſe in ſcriptura quòd Ieſus Chriſtus eſt verus deus, vt patet 1. Ioan. vlti. & quòd beata Virgo eſt mater Ieſu Chriſti, ut patet Matth. 1. vnde ſequitur ex neceſſitate ex verbis ſcripturæ, quòd ſit mater dei. Dicitur etiam Roman. 9. quòd ex iudæis eſt

¶ *Super quæſtionis trigeſimæquintæ Articulum quartum.*

3, d. 4. q. 2. art. 3. & 4. cõtra c. 34. 43. & 45. li. Et op. 3. ca. 229.

TItul⁹ clarus vt ſonat.

¶ In corpore duæ ſunt concluſiões. Prima eſt. beata Virgo vere dicitur mater dei. Secunda eſt, Hæreticũ eſt negare beatam Virginē eſſe matrem dei. Prima concluſio ꝓbaẽ. Omne nomen ſignificans ĩ concreto aliquã naturam, poteſt ſupponere ꝓ qualibet hypoſtaſi illi⁹ naturæ. ergo ly deus, poteſt ſupponere pro hypoſtaſi diuinę & humanæ naturę. ergo perſonæ illi ſuppoſitæ vel nomine dei, vel hominis, poteſt attribui quicquid ratione diuinæ vel humanæ naturæ conuenit. ergo vere poteſt dici deum conceptũ & natum de Virgine. ergo beata Virgo vere poteſt dici mater dei. Antecedens patet. prima conſequentia probatur, quia vnio incarnationis facta eſt in hypoſtaſi. Secunda, ex eiſdem eſt euidens. Tertia probaẽ, quia concipi, & naſci attribuitur hypoſtaſi ſecundum naturam illam, in qua concipitur & naſcitur: iã aũt ex dictis patet, hypoſtaſim Verbi a principio conceptionis vnitam naturę humanæ. Quarta probaẽ, quia ex hoc aliqua mulier dicitur alicuius mater, quòd eum concepit & genuit.

Can. ci. Ephe. c. 1. q. 16. ar. 1. q. 2. ar. 2 & 3.

¶ Secunda concluſio probatur. Solis duobus modis hæreticis poſſet negari, beatam Virginē eſſe matrem dei, ergo hæreticum eſt, &c. Antecedens, probatur & quo ad modos & quo ad hæreſim. quo ad modos quidem, quia alter eſt quo poneretur homo ille prius cõceptus, quàm fuerit filius dei: alter vero eſt, quo ille homo poneretur non eſſe filius dei perſonaliter, Quo ad hæreſim vero, quia primum fuit Photini, ſecundum Neſtorii. oĩa clara ſũt.

q. 33. ar. 3.



eſt ſecundum carnem Chriſtus, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſęcula. Non autem eſt ex Iudęis niſi mediante beata Virgine. Vnde ille, qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſęcula, eſt uere natus ex beata Virgine, ſicut ex ſua matre.

AD 2m dicendum, quòd illa eſt B obiectio Neſtorii: ſed Cyrillus in quadam epiſtola contra Neſtoriũ, eam ſoluit, ſic dicens. Sicut hominis anima cum proprio corpore naſcitur, & tamquam unum reputatur, & ſi uoluerit quiſpiam dicere, quòd eſt genitrix carnis, non tamen & animæ genitrix, nimis ſuperflue loquitur. Tale aliquid geſtum percipimus in generatione Chriſti: natum eſt enim ex dei Patris ſubſtantia, dei Verbum, quia uero carnem aſſumpſit, neceſſa- C rium eſt confiteri, quia natum eſt ſecundum carnem ex muliere. Dicendum eſt ergo, quòd beata Virgo dicitur mater dei, non quia ſit mater diuinitatis, ſed quia perſonæ habentis diuinitatem, & humanitatem, eſt mater ſecundum humanitatem.

AD 3m dicendum, quòd hoc nomen deus, quàmuis ſit commune tribus perſonis, tamen ſupponit quandoque pro ſola perſona Patris, quandoque pro ſola perſona D Filii, uel Spirituſſancti, utſupra habitum eſt.* Et ita cum dicitur, beata Virgo eſt mater Dei, hoc nomen deus, ſupponit pro ſola perſona Filii incarnata.

3. p. q. 39. ...

ARTICVLVS. V.

*Vtrum in Chriſto ſint duæ filiationes.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd in Chriſto ſint duæ filiationes. Natiuitas enim eſt cauſa filiationis: ſed in Chriſto ſunt duæ natiuitates. ergo etiam in Chriſto ſunt duæ filiationes.

¶ 2 Præt. Filiatio, qua quis dicitur filius alicuius, ut matris uel patris, dependet aliqualiter ab ipſo, quia eſſe relationis eſt ad aliud aliqualiter ſe habere, unde, & interempto uno relatiuorũ, interimitur aliud; ſed filiatio æterna, qua Chriſtus eſt filius dei patris, non dependet a matre, quia nullum æternum depēdet a temporali. ergo Chriſtus non eſt filius matris filiatione æterna. Aut ergo nullo modo eſt filius eius (quod eſt contra prædicta*) aut oportet quòd ſit filius eius quadã alia filiatione temporali. Sunt ergo in Chriſto duæ filiationes.

¶ 3 Præt. Vnum relatiuorum poniẽ in definitione alterius, ex quo patet, quòd unum relatiuorum ſpecificatur ex alio: ſed unum & idē nõ poteſt eſſe in diuerſis ſpeciebus. ergo impoſſibile uidetur quòd una, & eadem relatio, terminetur ad extrema omnino diuerſa: ſed Chriſtus dicitur filius Patris æterni, & matris temporalis, qui ſunt termini omnino diuerſi. ergo uidetur ꝙ non poſſit eadem relatione chriſtus dici filius Patris & matris. ſũt ergo in chriſto duæ filiationes.

art. præced.

*Super Quæſtionis trigeſimæquintæ Articulum quintum.*

TItulus de filiationibus realibus, hoc eſt, an ambæ ſint reales relationes, intelligitur.

¶ In corpore quatuor fiunt. Primo, ponuntur duæ circa quæſitum opiniones: ſecundo tractatur in communi, penes quid attenditur unitas, uel pluralitas relationis realis: tertio, applicatur ad Chriſti filiationē: quarto reſpondetur quæſito.

¶ Quo ad primum, prima opinio ponit duas reales in Chriſto filiatiões, propter plures natiuitates, quę ſunt cauſæ: ſecunda ponit unam tantum propter unitatem perſonæ, quæ eſt ſubiectum.

¶ Quo ad ſecundum aduertendum eſt, quòd tria concurrũt ad realem relationem, ſcilicet cauſa, non quæcumq; , ſed ea quæ fundat relationem (ut albedo reſpectu ſimilitudinis, & quantitas reſpectu qualitatis, & generatio actiua reſpectu paternitatis, & ſimilia) ſubiectum, in quo ſcilicet eſt ſubiectiue ipſa relatio, ut paternitas in perſona Patris, & ſic de aliis. Et terminus ad quem, ut ad correlatiuũ relatio eſt, ut filiatio eſt ad quē dicitur paternitas, & ſic de aliis. Et quia hæc inueniuntur cõcurrere ad eſſe relationis, & unitas aut pluralitas ad eſſe rei ſpectant, ideo Auctor in communi tractare uolens hic de unitate uel pluralitate relationis realis, de qua eſt ſermo, ab iſtis tribus inchoauit, & per hæc tria diſcurrit, proponendo, quòd penes cauſam uel ſubiectum, & non penes terminum relatio plurificatur, excludendo primo terminum eſſe, penes quem unitas aut pluralitas relationis realis attenditur. Probat autem hoc, ex eo quòd ſi ad pluralitatem terminorum multiplicaretur realis relatio, ſequeretur quòd Sortes eſſet filius duabus filiationibus realibus ſpecie differētib⁹, quia eſt filius patris & matris, quod eſt inconueniens, quia una natiuitate eſt utriuſque filius. Et hinc ſecundo infert penes unitatē cauſæ attendi unitatem ſpecificam relationis, & manifeſtat hoc primo in filiatione penes natiuitatem, ſecundo in magiſtro penes unam doctrinam, & in domino penes unum dominium. Et inde tertio proſequitur pluralitatem ſpecificam attendi penes ſpecificam pluralitatem cauſæ, quod manifeſtat in magiſterio grammaticæ & logicæ, & ſic de aliis. Et demum unitatem numeralem relationis non penes cauſam, ſed ſubiectum ponit, & manifeſtat in patre reſpectu multorum filiorum, in quo nec plures ſpecie paternitates, quia generationes ſunt eiuſdem ſpeciei, nec plures numero, quia forma eiuſdem rationis, non poteſt multiplicari in eodem ſubiecto.

E

¶ Ad tertium duo de filiatione Chriſti deducit. Primum ex parte cauſæ, ſcilicet quòd quia duę ſunt Chriſti natiuitates, & ſunt diuerſarum rationum, conſequens eſt, quòd duæ ſunt in Chriſto filiationes. Secundum ex parte ſubiecti, quòd quia una tãtum eſt perſona, & ſubiectum filiationis non eſt natura nec pars natu- A ræ, ſed perſona, conſequens eſt quòd in Chriſto non ſit filiatio tēporalis, niſi cuius capax eſt perſona diuina, & ſic filiatio temporalis in Chriſto non eſt realis, ſed rationis tantum.

¶ Ad quartum reſpondetur primo quæſito, diſtinguendo & concordando opiniones ambas, quia aut ſermo eſt de filiationibus ſecundum perfectas rationes filiationis, & ſic affirmandæ ſũt duæ in Chriſto filiatiões iuxta duas natiuitates, aut ſecundum filiationis ſubiectum, & ſic in Chriſto non eſt niſi filiatio æterna, quia ſolum eſt ſuppoſitum æternum. Secundo, excludit obiectionem, quomodo ſcilicet Chriſtus dicitur filius matris, & dicit quòd dicitur relatione filiationis cointellecta maternitati. Tertio, excludit aliam obiectionem, quomodo Chriſtus dicitur realiter filius matris, & dicit quòd dicitur realiter filius ex reali maternitate ad ipſum.

3. di. 8. ar. 5. Et quol. 1. artic. 2. Et quol. 9. q. 2. ar. 3. Et op. 3. c. 219.

¶ Occurrunt hoc in loco quinque ex Scoto in 8. diſtinct. 3. Sētent. dubitanda, arguit enim contra quinque hic dicta. primum eſt circa illud, quòd relationes non plurificantur ſecundum terminos. ſecundum eſt circa illud, impoſſibile eſt in eodem ſubiecto eſſe duas formas eiuſdem rationis. tertium eſt circa illud, Pater unica paternitate refertur ad plures filios: quartum eſt circa rationem literæ pro principali concluſione: quintum eſt circa ipſam principalē cõcluſionem.

¶ Contra primum ergo dictum, ſcilicet relationem non plurificari ſecundum terminos, arguit Scotus. ſi ad duos terminos eſſet eadem relatio, tunc eadem relatio ſimul eſſet & non eſſet.

¶ Contra tertium dictum, quod eſt propinquum huic primo (ſcilicet quòd pater unica paternitate refertur ad plures filios) arguit Scotus, primo. Pater hac paternitate primo reſpicit hunc filium hac filiatione. ergo hęc paternitas non eſt ad plures filios. Antecedens probatur, quia ſicut paternitas fundatur ſuper genuiſſe, ita hæc paternitas ſuper hoc genuiſſe.

¶ Secundo, correlatiua ſunt ſimul natura, ita quòd uno deſtructo, deſtruitur & reliquum. ergo deſtructa hac filiatione in hoc filio, deſtruitur quoque hæc paternitas in hoc patre. ergo paternitas remanens ad alium filium, eſt alia paternitas, niſi aut idem ſimul eſſet corruptum, & remaneret, quod eſt impoſſibile, aut noua paternitas, tũc adueniſſet ſine noua generatione, quod eſt etiam impoſſibile.

¶ Tertio, quia quando aliquid eſt aliquo ultimate tale, non poteſt illud manere in ipſo, niſi ipſum habens illud ſit ipſo tale: ſicut non poteſt albedo manere in ſuperficie, niſi ipſa ſuperficies ſit alba: ſed relatio eſt qua habens illam, eſt ultimate ad aliud, igitur non poteſt manere eadem in eo, niſi illud in quo manet ſit illa ad idem aliud, igitur non manet eadem paternitas deſtructo illo termino, ad quem habens paternitatem dicitur pater paternitate illa.

¶ Quarto, Pater aliquo modo aliter reſpicit hunc filiũ, & illum,

ſi alia relatione, habetur propoſitum, ſi non alia relatione, ſed alio reſpectu eiuſdem relationis, iterum habetur propoſitum. contra ſecundum dictum, quia illi reſpectus erunt eiuſdem rationis propter fundamenta eiuſdem rationis. Et propterea reſpectus iſti aut ſunt aliud a relatione, & hoc eſt ſuperfluū multiplicare tot entia, aut ſunt idem relationi. & tūc ſequiť, ꝙ eſt idē dicere, reſpectū plurificari, & relationē plurificari ergo habeť ꝓpoſitū.

d. 3. ortho. fi. cap. 13. in med.

¶ Quinto multiplicato priori, multiplicatur poſterius, ſed fundamentū eſt prius relatiōe, puta generatio paternitate, ergo multiplicata gñone actiua, multiplicať paternitas.

P. p. q. 40. ar. 2. 3 & 4.

¶ Contra ſecundū dictū. ſ. formas eiuſdem ſpeciei nō poſſe ſimul eſſe in eodē ſubiecto, arguit Scotus. primò, in omni ordine eſſentiali cū vnitate prioris eſſētialiter pōt ſtare pluralitas poſterior ſ. naturaliter, nō per ſe, nec adæquate inhærentis priori: ſed ſubiectum eſt prius eſſentialiter illa diſpoſitione, quæ ponitur ſibi inhærens, nec per ſe ei inhæret nec adæquate, ergo. Maior probatur per ſimile in cauſa & in effectu, quia nec ſubiectum eſt cauſa intrinſeca diſpoſitionis.

¶ Secundo, quia plures ſpecies phantaſticæ eiuſdem ſpeciei ſunt ſimul in eodem organo phantaſiæ ſecundum eandem partē organi, ergo. antecedens probatur. Et quidem ꝙ plures ſimul ſint, patet ex eo, quia aliter deleta vna ſpecie, non poſſet quis imaginari, niſi de nouo acquireret. Quòd vero ſint eiuſdem ſpeciei, probatur ex obiectis, quia obiecta ſunt eiuſdem ſpeciei. Quòd autem ſint in eadem parte organi, probatur, quia organum non poteſt in tot partes minimas diuidi, quot ſunt ſpecies imaginabiles, quæ ſimul ſunt in organo phantaſiæ.

¶ Contra quartum (ſcilicet rationem illam, filiatio eſt ita ſuppoſiti vt ſubiecti. quòd non naturæ, ergo in Chriſto non eſt filiatio temporalis realis) arguit Scotus, primo, ſi filiatio eſt tantū perſonæ, ita quòd non poteſt niſi plurificata perſona plurificari, aut hoc conuenit filiationi, vnde relatio, aut vnde relatio* talis originis, non primum, vt patet, nec ſecundum, quia non magis repugnat vni perſonæ pluralitas talis relationis, quàm pluralitas originationis fundantis tales relationes, ſed Chriſtus habuit duas origines. ergo &c.

* alias ut relatio abſolute aut ut relationes.

¶ Secundo, quia pater æternus habet duas reales relationes originis, ſcilicet ad Filium & Spiritumſanctum ſuper vno fundamento, ſcilicet eſſentia, ergo a fortiori Filius ſuper duo fundamēta. ſ. duas naturas & natiuitates, habet duas filiatiōes reales.

¶ Tertio, Chriſtus habet duas operationes, ergo duas filiatiōes. Probatur conſequētia, quia relatio originis nō magis quā operatio reſpicit ſuppoſitū, quia ſuppoſiti eſt operari, primo Metaph.

¶ Quarto, Chriſtus ſi genuiſſet plures filios, habuiſſet duas paternitates ad illos. ergo nūc habet duas filiationes propter duas natiuitates. Quinto, ſi filiatio tantummodo diceretur de Chriſto ſecundum rationem perſonalitatis æternæ ſequeretur, quòd hæc eſſet falſa, Chriſtus, inquantum homo, eſt filius. Probatur ſequela, quia quod præciſe Chriſto conuenit ſecundum rationē perſonalitatis æternæ, nō dicitur de eo, inquantū homo: propterea. n. iſta eſt falſa, Chriſtus, inquantum homo, eſt perſona.

¶ Contra quintum (ſcilicet filiatio temporalis Chriſti non eſt relatio realis) arguit Scotus probando vltimam particulam, de qua ſola eſt quæſtio. ſ. ꝙ ſit realis. Primo, illa relatio eſt realis, quæ conſequitur extrema ex natura extremorum ſine actu intellectus, ſed poſita matre generante & ſuppoſito habente naturam per generationem ex natura extremorum ſine actu intellectus, ſequiť hic filiatio, ſicut ibi maternitas, ergo. Quòd ſi quis fingat intellectū operari ad cauſandum relationem, hoc improbatur, quia ſi Maria genuiſſet purum hominem, fuiſſet ille vere filius relatione reali, ergo cum Chriſtus non minus acceperit naturam a matre quàm purus homo accepiſſet, æque realis erit in eo relatio, ſicut in puro homine fuiſſet.

SED CONTRA eſt, quòd ſicut Damaſ.* dicit in lib. 3. Ea quæ ſunt naturæ, multiplicātur in Chriſto, non aūt ea, quæ ſunt perſonæ: ſed filiatio maxime pertinet ad perſonam, eſt enim proprietas perſonalis, vt patet ex his, quæ in prima parte dicta ſunt. † ergo in Chriſto eſt vna tantum filiatio.

G RESPON. dicendum, quòd circa hoc ſunt diuerſæ opiniones. Quidam enim attendentes ad cauſam filiationis, quæ eſt natiuitas, ponūt in Chriſto duas filiationes', ſicut & duas natiuitates. Alii vero attendentes ad ſubiectum filiationis, quod eſt perſona vel hypoſtaſis, ponunt in Chriſto vnam tantū filiationem, ſicut & vnam hypoſtaſim vel perſonā: unitas. n. relatiōis vel eius pluralitas, non attenditur ſm terminos, ſed ſecundū cauſam vel ſubiectum. Si enim ſecundum terminos attenderetur, oporteret quòd quilibet homo in ſe duas filiationes haberet, vnam, qūa refertur ad patrem, & aliā qua refertur ad matrē: ſed recte conſideranti apparet eadē relatione referri vnum quodq; ad ſuū patrē & matrē, propter vnitatē cauſæ: eadem. n. natiuitate homo naſcitur ex patre & matre, vnde eadē relatione ad vtrumque refertur. Et eadem ratio eſt de magiſtro, q docet multos diſcipulos eadē doctrina, & d dño, qui gubernat diuerſos ſubiectos eadē poteſtate. ſi vero ſīt cauſę diuerſæ ſpecie differētes, ex cōſequēti videť ēt relationes ſpecie differre. Vnde nihil prohibet, plures tales rationes eidem ineſſe, ſicut ſi aliquis eſt aliquorum magiſter in grammatica, & aliorum in logica, alia eſt ratio magiſterii vtriuſque, & ideo relationibus diuerſis, vnus, & idē homo poteſt eſſe magiſter, vel diuerſorum, vel eorundem, ſecūdum diuerſas doctrinas. Contingit autem

B quādoque, ꝙ aliquis habet relationem ad plures ſecundum diuerſas cauſas, eiuſdem tamē ſpeciei, ſicut cum aliquis eſt pater diuerſorum filiorum ſecundum diuerſos generationis actus, vnde paternitas nō pōt ſpecie differre, cum actus generationum ſint iidē ſpecie. Et quia plures formæ eiuſdem ſpeciei non poſſunt ſimul ineſſe eidem ſubiecto, non eſt poſſibile ꝙ ſint plures

C paternitates in eo, qui eſt pater plurium filiorum, generatione naturali. Secus autem eſſet, ſi eſſet pater vnius generetione naturali, & alterius per adoptionem. Manifeſtum autem eſt, ꝙ non vna & eadem natiuitate Chriſtus eſt natus ex patre ab ęterno, & ex matre ex tempore, nec natiuitas eſt vnius ſpeciei. vnde quantum ad hoc oporteret dicere in Chriſto eſſe diuerſas filiationes, vnam temporalem, & aliam æternam: ſed quia ſubiectum filiationis non eſt natura, aut pars naturæ, ſed ſolum perſona vel hypoſtaſis, in Chriſto autem non eſt hypoſtaſis vel perſona niſi æterna, nō poteſt ĩ Chriſto eſſe aliqua filiatio, niſi quæ ſit in hypoſtaſi æterna. Omnis autem relatio, quæ ex tempore de deo dicitur, non ponit in ipſo deo æterno aliquid ſecundum rem, ſed ſecundum rationem tantum, ſicut in prima parte * habitū eſt: et ideo filiatio, qua Chriſtus refertur ad matrem, non poteſt eſſe realis relatio, ſed ſolum ſecundum rationem. Et ſic, quantū ad aliquid

P. p. q. 13. artic. 7.

B vtraque opinio verum dicit. nam ſi attendamus ad perfectas ratiōes filiationis, oportet dicere duas filiationes, ſecundum dualitatē natiuitatum. Si autem attendamus ad ſubiectum filiationis, qd non poteſt eſſe niſi ſuppoſitum æternum, non poteſt in Chriſto eſſe realiter, niſi filiatio æterna. Dicitur tamen relatiue filius ad matrē relatione, quæ cointelligitur relationi maternitatis ad Chriſtum: ſicut ēt deus

C dicitur dominus relatione, quæ cointelligiť reali relationi, qua creatura ſubiicitur deo. Et quamuis relatio dominij nō ſit realis in deo: dicitur tamen realiter dominus ex reali ſubiectione creaturæ ad ipsū. Et ſimiliter Chriſtus dicitur realiter filius virginis matris, ex relatiōe reali maternitatis ad Chriſtū.

AD PRIMVM ergo dicitur, quòd natiuitas temporalis cauſaret in Chriſto temporalem filiationem realem, ſi eſſet ibi ſubiectum huiuſmodi filiatiōis capax: quod

D quidem, eſſe non poteſt: ipſum enī ſuppoſitū æternum poteſt eſſe ſuſceptiuū relationis temporalis, vt dictū eſt.* Nec pōt dici ꝙ ſit ſuſceptiuum filiationis tēporalis rōne humanæ naturæ, ſicut etiā, & tēpo

In corp. ar.

F ¶ Ad hæc dubia mota, ſecundum ordinem dictorum in littera reſpondendum eſt, non eodem ordine, ſed prout doctrina ordo exigit, vt prius ſcilicet communiora, quàm minus cōmunia tractentur, vt ex notis generibus ad ſpecies cognoſcendas tranſeatur: et propterea ad dubium trigeſimumtertium, quod inter illa cōmuniſſimum eſt, vtpote in cōmuni diſputans de formis vnius ſpeciei in eodem ſubiecto, dicendum eſt primo prænotando, ꝙ ratio quare formas vnius ſpeciei multiplicari in eodem dicimus impoſſibile, eſt illa radicabilis propoſitio peripatetica, Omnis diſtinctio aut eſt ſecundū formam, aut ſecundum quantitatē: de qua propoſitione cū de principio indiuiduationis tractareť, diffuſe dictum eſt: hinc enim oritur ꝙ implicat dicere, formas vnius ſpeciei duas, & apponere ĩ eodem ſubiecto, qa ſi in eodem ſubiecto

Dub.

H ſunt, ergo non diſtinguuntur ſecundum quantitatem, ac per hoc cum nō diſtinguantur, etiā formaliter non ſunt duæ.

¶ Ad primam ergo obiectionem reſpondendo dicitur, quòd Maior eſt vniuerſaliter falſa, & diſtinguenda propterea ad claritatē ſolutionis: poteſt ſiquidem intelligi de vnitate formali vel de vnitate numerali: ſi de vnitate formali, tranſeat tamquam impertinens: ſi de vnitate numerali, falſa eſt vniuerſaliter. Ratio eſt, quia in aliis a quantitate vnitas numeralis poſterioris inhærentis dependet per ſe ab vnitate numerali prioris, hoc eſt ſubiecti, ita quòd licet albedo per accidens ſe habeat ad hoc quantū, hæc tamen albedo, inquantum hæc, per ſe dependet ab hoc quāto ita quòd ſi hæc albedo, vt hæc, definiretur in definitione eius poneretur hoc quātū, quod ē ſubiectū, vnde cū vnitate numerali ſubiecti prioris non ſtat pluralitas numeralis accidentis poſterioris, quod ſecundum ſuam ſpeciem non per ſe inhæret, quod ſm vnitatem numeralē vēdicat ſibi per ſe & adæquate hoc ſubiectum: per ſe quidem, quia hoc ſubiectum poneretur in definitione accidentis, inquantum hoc, adæquate aūt, quia vnitas numeralis huius accidētis ſubiecti, ſoli huic ſubiecto cōuenit, nec

I extra illud inueniri aut intelligi poteſt. Vnde probatio a ſimili nulla eſt: quoniam vnitas numeralis effectus non dependet ab vnitate numerali cauſæ, vt illius definitiua, ſicut vnitas numeralis accidentis definienda eſt per hoc ſubiectum.

¶ Ad ſecundā obiectionē de ſpeciebus in phātaſia, rñdeť tripliciter. primo, ꝙ nō ꝓbať ab arguēte eſſe tot eiuſdē ſpeciei ſpecies ſimul in vna phātaſia ꝙ nō poſſint eſſe ĩ diuerſis organi partibꝰ, præſertim cū hmōi intentionalia entia videātur quaſi in puncto ſaluari, vt apparet vidētibus per minimū foramen tot: & multa ſunt ſimilia in phantaſia, non per proprias ſpecies, ſed per ſpecies aliquorum totorum, quorum illa occurrerunt vt partes. Secūdo dř negādo, in eadē phātaſia inueniri plures ſpecieſs eiuſdē rōnis, & ad ꝓbationē, obiecta ſūt eiuſdē rōnis, ergo ſpēs eorū, dř, ꝙ obiecta ſumuntur dupliciter. ſ. in eſſe naturæ, & ſic duo alba ſunt eiuſdē rōnis, vel in eſſe ſenſibili, & ſic duo alba ſūt diuerſarū rōnum: quod ſic manifeſtatur ab ipſis repræſentātibus. nā ſicut in eſſe naturæ illa tm̃ dñr vnius ſpeciei, quorum quicquid

K habet eſſentialiter vnū, habet eſſentialiter aliud, ita in repræſentādo, illa tm̃ dñr vnius ſpeciei, quorū quicquid repræſentat vnū totū illud, idē repſentat reliquū: ſicut ſi vnū albū videať a duobus vel pluribus, oēs ille ſpēs ſunt vnius ſpēi, non. n. differūt in repræſentando, quia idē repræſentāt, ſed ſolo numero differūt, quia hæc in iſto, & illa in illo eſt: ſed duorū alborū ſpēs nō ſunt vnius ſpēi, quia ſpēs vnius nō repræſentat aliud, vt patet. Vnde cū in vna phātasia negemꝰ plures ſpēs eiuſdē obiecti, cōſequēter negamus plures ſpecies eiuſdē rōnis: qm̃ vt dictum eſt, ſpēs diuerſorum indiuiduorū ſunt diuerſarum ſpecierū, quia ipſa indiuidua diuerſa, ſunt diuersarum rationū in eſſe ſenſato.

¶ Tertio dicitur, quòd ſicut lumen generatum in eodē diaphano a ſecūda cādela nō eſt aliud numero a lumĩe genito a prima, ſed coĩcidit in idē depēdēs a duobꝰ, vt partialibꝰ agētibꝰ, ita cū ĩ phantaſiæ organū ſecundum eandem partem occurrit obiectum eiuſdem rationis, non ſit alia ſpecies, ſed præexiſtens ſit dependens a duobus partialibus, conuertente anima ſpeciē illā ad nouum obiectum, ita ꝙ præcedēs ſpecies perficitur & firmitate, & extenſione. Hæc reſponſio ſuſtinenda eſt ab illis, qui diuerſorum indiuiduorū nō admitterent diuerſarū rationū, eſſe ſpēs, & in eadem parte organi recipi. Ego magis trahor in ſecundam reſponſionem. Quæ pōt confirmari, quia alia, & maiori rōne differunt ſpecies imaginatæ Sortis, & Platonis, quàm differant duæ ſpecies imaginatæ Sortis: ſed duæ ſpecies Sortis differunt rōe differētię numeralis. ergo ſpēs Sortis & Plat. differunt differentia maiori, quam conſtat eſſe ſpecificam.

D. 638.

¶ Ad primum dubium dicitur, ꝙ ex hoc ꝙ relatio vna ē ad plures terminos inadæquate, non ſequitur eam ſimul eſſe & nō eſſe, quāuis ſequereť ſi eſſet ad plures adęquatos terminos, quod non eſt intelligibile: ſunt. n. duo inadæquati termini, quaſi partiales termini. Et propterea vno ſublato, pōt remanere eadē relatio ad aliū, quaſi partialem terminum.

¶ Ad ſecundum dubium de vnica paternitate ad plures filios reſpondendo dicitur, ꝙ maior ſeu antecedens illud. Pater hac paternitate primo reſpicit hūc filiū hac filiatione, diſtinguēdum eſt. Nā ſi ly primo, ſumitur pro adæquate, negatur: ſi vero ſumitur primo, pro principaliter, conceditur, ſed tunc negatur ſequela. Nec antecedens in primo ſenſu probatur ex allata probatione, quoniam nihil aliud probatur, niſi quòd hęc paternitas habet pro propria cauſa, hoc genuiſſe: ſed ex hoc negatur, ergo adæquate reſpicit hunc filium.

¶ Vbi pro claritate doctrinæ ſcito, quòd hæc paternitas ſi ſecundum proprias cauſas iudicaretur, eſſet proculdubio ad ſolum hunc filium, ſed ſi ſecundum merita ſubiecti iudicaretur, oportet ꝙ ſit ad hunc & alium filium, propter hoc ſcilicet, ꝙ ſecunda paternitas cedit in identitatem primæ rationis ſubiecti, quia non habet vnde differat ſolo numero ab illa: ſicut lumen genitum a ſecunda candela in eodem diaphano per ſe primo eſt ab hoc agente, vt patet 12. Met. ſed pp ſubiecti identitatē coincidit in idē numero lumen prius genitū a prima candela ibi illuminante. Et quia hmūi coincidentiæ ſunt per accidēs, hoc eſt per aliud, hoc eſt per ſubiectū, ideo non ex rōibus formarū aut cauſarū arguendū eſt, ſed ad idētitatem ſpectandum eſt ſubiecti.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad ſecundum, ſcilicet quòd deſtructo vno correlatiuorum deſtruitur & reliquum, niſi per accidēs contingat illud remanere: propoſitiones enim fiunt de eo quod ſecundum proprias rationes conuenit correlatiuis, non de his quæ per accidens contingunt. Sic autem eſt in propoſito, deſtructo enim hoc filio, ſecundo vel primo, deſtruitur hæc paternitas, niſi per accidens remaneat ratione identitatis ad paternitatem, ad reliquum: ſicut deſtructo vno albo deſtruerentur ſimi-

A litudines omnium alborum ad illud, niſi per accidens remanerent inter ſe. Album enim vna ſimilitudine refertur ad omnia alba, niſi quaſi infinitas relationes reales diſtinctas realiter etiam ab hac albedine ponat Scotus in hoc albo ſimul, quod eſt ridiculum, abſurdum & ſuperfluum. Et hæc eſt altera reſponſio a ſuperius data de termino adæquato vel inadæquato.

¶ Ad tertiū dicitur, ꝙ maior eſt vera per ſe, pōt tñ eſſe falſa per accidēs, vt dictū eſt. Licet. n. Sortes ſit pater hac paternitate ad hunc filium, & non poſſit per ſe remanere hæc paternitas ſine hoc filio, pōt tñ per accidens remanere abſq; hoc, ꝙ dicatur ad hūc filiū. Et ratio eſt reddita ex parte ſubiecti, & ex parte termini, quia eſt inadæquatus.

¶ Ad quartū diciť, ꝙ pater eadē relatione & eodē reſpectu reali reſpicit vtrūq; filiū. Et cū apud Auctorē inuenitur, ꝙ reſpectus ſunt diuerſi, non intelligitur de diuerſitate reali, ſed rōis: quia vnica illa realis relatio duorū reſpectuū rōnem induit, dū cointelligitur reſpicere diuerſos terminos, ita ꝙ in re non eſt diuerſitas reſpectuū, ſed reſpectorū, quibus illa vna relatio quaſi duplex cointelligitur. Et ſic ruit tota fabrica argumenti, quod de reſpectibus realibus loquitur.

¶ Ad quintum negatur aſſumptū vniuerſaliter, vt aſſumitur, & ſpecialiter etiā de fundamētalis cauſæ ſucceſſiuæ multitudine numerali in eodem ſubiecto permanente. Poſſunt enim ſucceſſiuæ generatiōes actiuæ multiplicari, & tamen permanentia cōſequentia oportet in idētitatē cedere, propter idētitatem ſubiecti non compatientis permanentiū numeralē diſtinctionem in ſe vno.

¶ Ad quartum dubiū de proprio filiationis ſubiecto dř, ꝙ filiatio nec ex eo ꝙ relatio, nec ex eo ꝙ relatio originis, habet ꝙ non plurificetur niſi plurificata perſona, ſed hoc habet ex eo ꝙ ſola perſona capax eſt filiationis, ſicut & paternitatis: nulla. n. natura, nulla pars naturæ aut perſonæ capax eſt paternitatis aut filia-

E tionis, vt patet ex eo ꝙ nihil horū pōt dici pater, vel filius. Vnde patet, ꝙ non eſt ad propoſitū pluralitas relationū originis in Patre æterno, nec pluralitas generationū: quoniā gñatio ē ſubiectiue in parte naturæ, hoc eſt materia. Filiatio aūt immediate ē in perſona, alioquin illud mēbrū poſſet dici filius: ſicut ſuperficies dicitur alba, quia mediat inter ſubiectū & albedinē, & ſic de aliis. Et ꝑ hoc patet reſpōſio ad ſcđm, qm̃ nō ex parte fundamētali, ſed ſubiecti ꝯuenit, ꝙ iſta filiatio temporalis nō eſt realis.

¶ Ad tertium negatur ſequela. ad probationē dicitur, quòd aliter operatio & aliter filiatio eſt ſuppoſiti: nam filiatio eſt ſuppoſiti vt ſubiecti immediati, operatio autem eſt ſuppoſiti mediante natura & potentia & ſubiecto, vt patet.

¶ Ad quartum dicitur, quòd ſi Chriſtus genuiſſet, nullam paternitatē realē ex ſuo genuiſſe acquiſiuiſſet: quia paternitas eſt ſubiectiue immediate in perſona, nō minus quàm filiatio.

¶ Ad quintū dř, ꝙ antecedēs pōt habere duos ſēſus, ꝑut ly ſecū-

dum rationem perſonalitatis æternæ, dupliciter teneri poteſt. Primo reduplicatiue, & tunc conceditur totum, vtpote impertinens, quia antecedens nõ eſt noſtrum, & eſt falſum, quia Chriſto cõuenit eſſe filium hominis, non ſecundum ratione perſonalitatis æternæ, hoc eſt, non ex hoc ꝙ eſt perſona æterna. Secũdo, poteſt teneri ſpecificatiue, & ſic antecedens quidem eſt noſtrum & verum, ſed conſequentia nihil valet, quia procedit ſecundũ primum ſẽſum. Conſtat enim, quòd omnia perſonalia ſiue humana, ſiue diuina conueniunt Chriſto ſecũdum rationem perſonalitatis æternæ, ſi ly ſecũdum, tenet ſpecificatiue. Chriſtus enim ſecũdum ſuam perſonam eſt hic homo & Filius hominis, vt patet. ¶ Ad quintum dubiũ de realitate filiationis temporalis in Chriſto, dicit negãdo maiorẽ, qm̃ oporter addere quòd ſuppoſitũ ſit capax nouæ filiationis realis, propter excellentiã ſiquidẽ pſonæ Chriſti prouenit, quòd nõ conſurgat in eo filiatio realis noua. Nec oportet fingere intellectũ cooperãtẽ filiationẽ realẽ, ſed ad filiationem rationis nõ fingitur, ſed neceſſario concurrit cointellecta filiatio ad maternitatẽ. Et cum dicitur, Si Maria genuiſſet purum hominẽ, &c. ergo negatur ſequela, quia in puro homine fuiſſe perſona capax filiatiõis realis nouę: in Chriſto aũt licet æque acceperit naturam a matre, non tamen eſt æque ſubiectũ filiatiõis, quia nõ eſt ĩ Chriſto ſuppoſitũ capax filiationis realis nouæ, ob defectũ ſubiecti p̃p excellẽtiã ſuppoſiti: vt. n. ĩ litera dicitur, oĩa requiſita ad filiationẽ realẽ inueniũť in Chriſto nato, excepto ſubiecto, ꝙ quia perſona eſt, & illa ẽ deus, ideo ſubiectũ realis filiatiõis nouæ eſſe non põt: cum quibus tñ tene, ꝙ Chriſtus refertur ad matrẽ reali relatione cauſati ad cauſam, & ſimilis ad ſimile, & ſic de aliis relationibus realibus, quæ non immediate ſunt in ſuppoſito ſubiectiue.

li.4. text.3. tom.3.

li.5. meta. tc.20. to.3.

2.2.q.164. art.2. ad 3.

¶ In reſponſione ad vltimum nota duo. primo, ꝙ de vnitate ſpecifica, & non de vnitate numerali eſt ſermo in litera dicente, In omnibus trahentibus nauem eſt vna relatio, nam ſpecificæ diuerſitati paternitatis & maternitatis, quia ſunt diuerſa ratione principia, contra ponitur vnitas eadem ratione principiantium tractum nauis. Et veritas eſt, quòd multi trahentes nauem multis

F actionibus, vnum paſſiue nauis tractum inferunt: quilibet enim ſua propria actione concurrit. Et propterea multis relationibus ſolo modo differentibus referuntur ad nauem, quæ trahitur: quilibet enim ſua propria relatione conſequente ad propriam actionem refertur, quamuis nauis, quia vno numero motu trahitur, vna relatione numero ad omnes trahentes referatur. Nota ſecundo, quòd filiatio ſingulorum hominum dicitur vna ſecundum rẽ, & duplex ſecũdum rationem, ſecundũ duos reſpectus intellectꝰ, in hoc ſenſu, ꝙ ſicut albedo vna ſecũdum rem eſt multiplex ſecundum rationem, puta vt viſibilis, vt terminatiua alterationis, vt extremitas perſpicui, &c. ita filiatio Socratis ẽ vna res reſpectiua, & multiplex ſecundum multas rationes reſpectiuas, ita ꝙ intellectus nõ facit in illa filiatione reſpectũ ad patrem aut ad matrẽ, ſed facit diſtinctionem rationis in illo vno reſpectu ſecundum rem, dum cointelligit illũ vt reſpõdet patri, & iterum vt reſpondet matri.

In ſermo. [illegible]

ralis natiuitatis, qa oporteret naturam humanã aliqualiter eſſe ſubiectam filiationi, ſicut eſt aliqualiter ſubiecta natiuitati. cũ .n. Aethiops dicitur albus rõne dentis, oportet ꝙ Aethiopis deus ſit albedinis ſubiectum. Natura autem humana nullo modo poteſt eſſe ſubiectum filiationis, quia hæc relatio directe reſpicit perſonam.

G Ad 2^m^ dicendum, ꝙ filiatio æterna non dependet a matre tẽporali, ſed huic filiationi æternæ cointelligitur quidam reſpectus temporalis dependens a matre, ſecundũ quam Chriſtus dicit̃ filius matris.

Ad 3^m^ dicendum, ꝙ vnum, & ens ſe conſequũtur, vt dicitur in 4. Met.* Et ideo ſicut cõtingit, quòd in vno extremorũ relatio ſit quoddam ens, in alio aũt non ſit ens, ſed ratio tantum (ſicut de ſcibili & ſciẽtia Philo. dicit in 5. Met.*) ita etiã

H contingit ꝙ ex parte vnius extremi eſt vna relatio, ex parte autem alterius extremi ſunt multę relationes. Sicut in hominibus ex parte parentum inuenitur duplex relatio, vna paternitatis, & alia maternitatis, quæ ſunt ſpecie differẽtes, propter hoc ꝙ alia ratione pater, & alia mater eſt generationis principium. Si vero eſſent plures eadem rõe, principium vnius actionis (puta cum multi ſimul trahunt nauem) in oĩbus eſſet vna, & eadem relatio. Ex

I parte aũt prolis, eſt vna ſola filiatio ſm rem, ſed duplex ſm rationem, inquantũ correſpõdet vtrique relationi parentũ, ſm duos reſpectꝰ intellectus. Et ſic ẽt quantũ ad aliquid in Chriſto eſt vna tm̃ filiatio realis, quæ reſpicit patrem æternũ: eſt tamen ibi alius reſpectus tẽporalis, qui reſpicit matrẽ temporalẽ.

## Articvlvs V.

### *Vtrum Chriſtus fuerit natus ſine dolore matris.*

K AD Sextvm ſic proceditur. Videtur ꝙ Chriſtus non fuerit natus ſine dolore matris: ſicut .n. mors hoĩum ſubſecuta eſt ex pctõ primorũ parentũ (ſm illud Gen. 2. Quacumq; die comederitis ex eo, morte moriemini) ita etiam dolor partus, ſm illud Gen. 3. In dolore paries filios: ſed Chr̃s mortẽ ſubire voluit. ergo videtur ꝙ pari ratione eius partꝰ eſſe debuerit cũ dolore.

¶ 2 Præt. Finis proportionatur principio: ſed finis vitæ Chriſti fuit cũ dolore, ſm illud Iſa. 53. Vere dolores noſtros ipſe tulit. ergo videtur quòd etiam in ſua natiuitate fuerit dolor partus.

¶ 3 Præt. In lib. de ortu Saluatoris narratur, ꝙ ad Chriſti natiuitatem obſtetrices occurrerũt, quæ videnť eſſe neceſſariæ parienti propter dolorem. ergo videtur quòd beata Virgo pepererit cum dolore.

Sed contra eſt ꝙ Augu.* dicit in Sermone de Natiuitate, alloquẽs Virginẽ matrẽ, Nec in cõceptione, inquit, inuẽta es ſine pudore, nec ĩ partu inuẽta es cũ dolore.

Respon. dicendum, ꝙ dolor pariẽtis cauſatur ex apertiõe meatuũ, per quos proles egreditur. Dictum eſt* autem ſupra, ꝙ Chriſtus eſt egreſſus ex clauſo vtero matris, & ſic nulla violẽtia apertiõis meatuum ibi fuit, & propter hoc, in illo partu nullꝰ fuit dolor, ſicut nec aliqua corruptio: ſed fuit ibi maxima iucũditas, ex hoc, ꝙ homo deus eſt natus ĩ mundũ, ſm illud Iſa. 35. Germinans germinabit ſicut liliũ, & exultabit lętabunda & laudans.

q.28.ar.[illegible]

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ dolor partus conſequitur in muliere cõmiſtionem virilem. Vnde Gen. 3. poſtquam dictum eſt, In dolore paries, ſubditur, Et ſub viri poteſtate eris: ſed ſicut dicit Aug* in ſermone de Aſſumptione bea. Virginis, ab hac ſententia excipitur virgo mater dei, quæ, quia ſine peccati colluuione & ſine virilis admiſtionis detrimento Chriſtum ſuſcepit, ſine dolore genuit, & ſine integritatis violatione, pudore virginitatis integra permãſit. Chriſtꝰ aũt mortẽ ſuſcepit ſpõtanea voluntate, vt pro nobis ſatisfaceret, non quaſi ex neceſſitate illius ſentẽtiæ, quia ipſe mortis debitor non erat.

c.4. [illegible] princ. [illegible] Ad [illegible]

Ad 2^m^ dicendum, quòd ſicut Chriſtus moriendo deſtruxit mortem noſtram, ita ſuo dolore nos a doloribus liberauit: & ideo mori voluit cum dolore, ſed dolor parientis matris non pertinebat ad Chriſtum, qui pro peccatis noſtris ſatisfacere veniebat, & ideo non oportuit; quòd mater eius pareret cum dolore.

Ad 3^m^ dicendum, quòd Luc. 2. dicitur, quòd beata Virgo ipſum puerum, quem pepererat, pannis inuoluit, & poſuit in præſepio. Et ex hoc oſtenditur narratio illius libri, qui eſt apocryphus, eſſe falſa. Vnde Hierony. dicit contra Eluidiũ: Nulla ibi obſtetrix, nulla muliercularũ ſedulitas interceſſit: & mater & obſtetrix fuit. Pannis, inquit, inuoluit infantem, & poſuit in præſepio: quæ ſentẽtia apocryphorum deliramẽta conuincit.

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæquintæ Articulum ſextum.*

TItulus clarus ẽ. ¶ In corpore duę ſunt concluſiones. prima eſt, Chriſtus eſt natus ſine dolore matris, probaẽ, Chriſtus eſt egreſſus ex clauſo vtero matris. ergo nulla apertiõis meatuum violentia ibi fuit. ergo in illo partu nullus fuit dolor. Prima conſequẽtia patet, ſecunda vero p̃batur, quia dolor parientis cauſatur ex apertione meatuũ, per quos proles egreditur. Et confirmatur concluſio, quia ibi nulla fuit corruptio. Secunda concluſio eſt. In illo partu fuit maxima iucũditas. Probatur dupliciter. primo ratione, qa homo deꝰ natꝰ eſt in mũdo, ſecundo auctoritate Iſ. 35. oĩa clara ſũt.

¶ In reſpõſione ad tertiũ, aduerte ꝙ Euangeliſta tres actꝰ beatæ Virginis in partu dicit. ſ. ꝙ peperit, inuoluit pãnis, reclinauit in p̃ſepio. Et ex primo quidẽ docet Ieſũ infantẽ p genitalia mẽbra & nõ per os, aut quãcũq: aliã partẽ corporis materni egreſũ, parere nãq; eſt per naturalia gñationis mẽbra prolẽ edere. Ex ſecũdo vero, ꝙ ipſa mater ſuſcepit naſcẽtẽ ex ſe infantem: ex hoc. n. ꝙ ipſa extremos actus. ſ. parere & inuoluere, exercuiſſe dicitur, ſicut excluditur obſtetricũ obſequium ad matris ſolatiũ, ita, excludit ad prolis ſuſceptionẽ, & reliquos actus intermedios vt ſũt ablutio, & alia quæ ſolẽt fieri. Rationabile autem eſt, vt mirabilem partum angelica miniſteria ſoņerint. ita vt Angelorum miniſterio tã naſcens filius, quàm parens mater omnia, quæ etiam in ſtatu innocentiæ opportuna fuiſſent, q̃ non ex peccato, ſed ex natura ſunt, habuerint, quãuis alio modo, puta, abſque ablutione munditiam &c. quàmuis a ratione remotũ non ſit, vt mater ipſa edocta ab Angelis, omnia perfecerit. Primum tamen rationabilius videtur, vt & manus virgineæ ab huiuſmodi obſcuris ſeruarentur imunes, & mens ipſius ad tanti gaudii fructꝰ magis vnita eſſet, & citius omnia expedirẽtur, & Ioſeph fides tam cito, tam munde, tam expedite cernentis ventrem euacuatũ & infantem editũ, impletum eſſe experiretur, quia quod in ea natum eſt, de Spirituſancto ẽ, & cum expedita matre adoraret natum mundi dominum. Et licet publica miracula ab infante fieri non debuerint, ne phantaſma putaretur illius humanitas, ſecreta tamen quæ ab hac ſuſpitione aliena ſunt, non dedecet ipſum effeciſſe ad Virginis matris obſequia, vt ſuauis ſit ſemper omnium diſpoſitio a diuina procedens ſapientia.

Inf. q.46. a.11. Et Mat. 1. co. [illegible] op. 60. c.4. [illegible]

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæquintæ Articulum ſextum.*

TItulus clarus. ¶ In corpore vna concluſio. Chriſtus in Bethleem naſci voluit. Probaturque dupliciter, primo ad literam, ſecundo myſtice. ¶ Aduerte hic, ꝙ Auctor reddit rationem ex parte loci voliti, quare Chriſtus voluerit naſci ibi, quæ ratio eſt ẽt ratio, quare prophetari fecerit ſe ibi naſciturum, & propterea non affertur in litera ratio ex parte prophetiæ implẽdę. ¶ In reſpõſione ad ſecundum, nota ꝙ ad literam ideo in diuerſorio naſci elegit Chriſtus, vt ſacramentum uirginei partus occultum abſque matris conſanguinearumq; nota maneret. Si enim in ciuitate peperiſſet, oportuiſſet obſtetricem vocare & cõſanguineas, & ſic aut uirginitas matris fuiſſet manifeſtata, aut reprehẽſa mater fuiſſet, quòd non uocaſſet, immo ſorores eius obſtetricem etiam ad inuitam matrem conuocaſſent. Nec obſtat ꝙ in Bethleem natus dicitur, quoniã Bethleem appellatione veniunt etiam ſuburbanæ domus. In cuius ſignũ Herodes audito quòd in Bethleem naſceretur, iuſſit occidi in Bethleem, & in omnibus finibus eiꝰ infantes, intelligens per locum natiuitatis Chriſti, totum infra fines Bethleem. Suauiter ergo omnia diuina diſpoſuit ſapientia, dum naſci in diuerſorio elegit, ubi nulliꝰ cura uel incuria cenſorem haberet, ubi & a Magis adorandus erat abſque arbitris ciuibus. ſ. admirantibus eorũ ingreſſum, abſque indice in domum Ioſeph, propter quod diuerſorium hoc, non intra ciuitatem, ſed extra uidetur fuiſſe, ut ipſum diuerſorii nomen ſonat. nã ſi intus fuiſſet, potuiſſent Herodi teſtificari multi, qua Magi in Bethleem ingreſſi eſſent &c. ſed ubi per uiam in diuerſoria domo celebrata eſt adoratio, latuit ipſa adoratio. ¶ In reſponſione ad tertium, nota quòd ipſe Chriſtus Romæ caput Eccleſiæ ſuæ ſtatuit, non ſolum ratione communi, quia facta Apoſtolorũ ſunt facta Chriſti, iuxta illud, ſine me nihil poteſtis facere, ſed quia uolenti Petro ex Roma recedere, ſicut olim ex Antiochia



## Articvlvs VII.

### *Vtrum Chriſtus debuerit in Bethleem naſci.*

AD septimvm ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus non debuerit in Bethleem naſci. Dicitur. n. Iſa. 2. De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem: ſed Chriſtus eſt vere verbum Dei. ergo de Hieruſalem debuit prodire in mundum.

¶ 2 Præt. Matth. 2. dicitur ſcriptum eſſe de Chriſto, quòd Nazarenus vocabitur, quod ſumitur ex eo qđ ſcribitur Iſa. 11. Flos de radice eius aſcẽdet. Nazareth enim flos interpretatur: ſed maxime aliquis denominatur a loco ſuæ natiuitatis. ergo videtur ꝙ in Nazareth naſci debuerit, vbi etiam fuit conceptus & nutritus.

¶ 3 Præ. Ad hoc dominus natus eſt in mundo, vt veritatis fidem annũtiaret, ſecundum illud Ioan. 18. In hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati: ſed hoc facilius fieri potuiſſet, ſi natus fuiſſet in ciuitate romana, quæ tunc dominatũ orbis habebat. Vnde & Paulus Romanis ſcribens dicit Roman. 1. Fides veſtra annuntiatur in vniuerſo mundo. ergo videtur, quòd nõ debuerit in Bethleem naſci.

Sed contra eſt, quod dicitur Michææ. 5. Et tu Bethleem Ephrata, paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael.

A Respon. Dicendum, ꝙ Chriſtus in Bethleem naſci voluit duplici ratione. Primo quidem, quia factus eſt ex ſemine Dauid ſecũdũ carnẽ, vt dicitur Roma. 1. Cui etiã facta fuerat repromiſſio ſpecialis de Chriſto, ſecundum illud 2. Reg. 23. Dixit vir cui conſtitutũ eſt de Chr̃o dei Iacob. & ideo in Bethleẽ, de qua natus fuit Dauid, naſci voluit, vt ex ipſo loco natiuitatis, p̃miſſio ei facta impleta oſtenderetur, & hoc deſignat Euangeliſta dicens, Eo quòd eſſet de domo & familia Dauid. Secundo, quia (vt Grego. dicit in Homi.*) Bethleem domus panis interpretatur. Ipſe autẽ Chriſtus eſt qui ait, Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi.

B

Homi. 8. in euang. non p̃cul a prĩ.

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ ſicut Dauid in Bethleẽ natus eſt, ita etiam Hieruſalem elegit, vt in ea ſedem regni conſtitueret, & tẽplũ dei ibi ædificaret, & ſic Hieruſalẽ

C elegit, vt eſſet ciuitas ſimul regalis & ſacerdotalis. Sacerdotium autẽ Chriſti & eius regnum, præcipue conſumatum eſt in eius paſſione, & ideo cõuenienter Bethleem elegit natiuitati, Hieruſalem vero paſſioni. Similiter etiam per hoc hominum gloriam cõfutauit, qui gloriãtur de hoc, ꝙ ex ciuitatibus nobilibus originẽ ducunt, in quibus etiam præcipue volunt honorari. Chriſtus autem econuerſo, in ciuitate ignobili naſci voluit, & in ciuitate nobili pati opprobrium.

D Ad 2^m^ dicendum, quòd Chriſtus florere voluit ſecundum virtuoſam conuerſationem, non ſecũdum carnis originem. & ideo in ciuitate Nazareth educari voluit & nutriri, in Bethleem autem voluit quaſi peregre naſci: quia, vt Greg.* dicit, per humanitatem quam aſſumpſerat, quaſi in alieno naſcebatur: non ſecũdum poteſtatem, ſed ſecundum naturam. Et etiam (vt Beda † dicit) in diuerſorio loco egebat, vt nobis multas manſiones in domo Patris ſui præparet.

Homi. 8. in euang. non remote a princ.

† Cap. 2. in Luc. ſuper illud, Et reclinauit eũ ĩ p̃ſepio, eſt ca. 5. ſecundum ordi. Bed. tom. 2.

E Ad 3^m^ dicendum, quòd ſicut dicitur in quodam ſermone Epheſini concilij, Si maximam Romam elegiſſet ciuitatem, propter potentiam ciuium, mutationẽ orbis terrarum putarent, ſi filius fuiſſet Imperatoris, poteſtati vtilitatem aſcriberent: ſed vt diuinitas cognoſceretur orbem transformaſſe terrarũ, pauperculam elegit matrẽ, & pauperiorem patriam. Elegit autem deus infirma mundi, vt cõfundat fortia, ſicut dicit̃ 1. ad Corinth. 1. Et ideo, vt ſuam poteſtatem magis

oſtenderet in ipſa Roma, quæ caput mundi erat, etiam caput Eccleſiæ ſuæ ſtatuit, in ſignum perfectæ victoriæ, ut exinde ſides deriuaretur ad vniuerſum mundum, ſecundum illud Iſa. 26. Ciuitatem ſublimem humiliabit, & cõculcabit eã pes pauperis, ſcilicet Chriſti, greſſus egenorum, id eſt, Apoſtolorum Petri & Pauli.

ARTICVLVS. VIII.

*Vtrum Chriſtus fuerit tempore congruo natus.*

G AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur ꝙ Chriſtus non fuerit congruo tp̃e natus. Ad hoc.n. Chriſtus venerat, vt ſuos in libertatem reuocaret. Natus eſt autem tempore ſeruitutis, quo.ſ. totus orbis præcepto Auguſti deſcribitur, quaſi tributarius factus, vt habetur Luc. 2. ergo videtur ꝙ nõ congruo tẽpore Chriſtus fuerit natus.

H ¶ 2 Præt. Promiſſiones de Chriſto naſcituro gentibus nõ fuerant factę, ſecundum illud Roma. 9. Quorũ ſunt promiſſa: ſed Chriſtus natus eſt tempore, quo rex alienigena dominabatur: ſicut patet Mat. 2. Cum natus eſſet Ieſus in diebus Herodis regis. ergo videtur ꝙ non fuerit congruo tempore natus.

¶ 3 Præ. Tempus præſentiæ Chriſti in mũdo diei comparatur, propter id, quòd ipſe eſt lux mundi: vnde ipſe dicit Ioan. 9. Me oportet operari opera eius, qui miſit me, donec dies eſt: ſed in æſtate ſunt dies longiores, q̃ in hyeme. ergo cũ natus fuerit in profundo hyemis. i. 8. Calendas Ian. videtur quòd non fuerit conuenienti tẽpore natus.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Galat. 4. Cum venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factũ ſub lege.

K RESPON. Dicendum, quòd hæc eſt differentia inter Chriſtum & alios homines, quòd alij homines naſcuntur ſubiecti neceſſitati temporis: Chriſtus autẽ tamquã dominus & cõditor omnium temporum elegit ſibi tempus, in quo naſceretur, ſicut & matrem & locum. Et quia quæ a Deo ſunt, ordinata ſunt, & conuenienter diſpoſita, conſequens eſt, quòd conuenientiſſimo tempore Chriſtus naſceretur.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Chriſtus venerat nos in ſtatum libertatis reducere de ſtatu ſeruitutis. Et ideo ſicut mortalitatem noſtram ſuſcepit, vt nos ad F vitam reduceret, ita (vt Beda dicit*) eo tempore dignatus eſt incarnari, quo mox natus, cenſu* Cæſaris aſcriberetur, atque ob noſtri liberationem ipſe ſeruitio ſubderetur. Tempore etiam illo, quo totus orbis ſub vno principe viuebat, maxima pax fuit in mũdo, & ideo decebat, vt illo tempore Chriſtus naſceretur, qui eſt pax noſtra faciens vtraque vnum, vt dicitur Epheſ. 2. Vnde Hiero.* dicit ſuper Iſa. Veteres ſi reuoluamus hiſtorias, inueniemus vſque ad vigeſimum octauum annum Cæſaris Auguſti, in toto orbe terrarum fuiſſe diſcordiam: orto autem Domino, omnia bella ceſſauerunt, ſecundum illud Iſa. 2. Non leuabit gens cõtra gentem gladium. Congruebat etiã, vt in illo tempore, quo vnus princeps dominabatur in mundo, Chriſtus naſceretur, qui venerat congregare ſuos in vnum, vt eſſet vnum ouile & vnus paſtor, vt dicitur Ioan. 10.

AD 2^m^ dicendum, quòd ideo Chriſtus, regis alienigenæ tempore naſci voluit, vt impleretur prophetia Iacob dicentis Gene. penulti. Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus eſt: quia vt Chryſo.* dicit ſuper Mat. quandiu iudaica gens ſub iudaicis regibus, q̃uis peccatoribus, tenebatur, prophetæ mittebantur ad remedium eius: nunc autem quando lex Dei, ſub poteſtate regis iniqui tenebatur, naſcitur Chriſtus: quia magna & deſperabilis infirmitas, medicũ artificioſiorem quærebat.

AD 3^m^ dicendum, quòd ſicut dicitur in lib. † de q. vet. & noui Teſta. tunc Chriſtus naſci voluit, quando lux diei crementum incipit accipere, vt oſtenderetur, quòd ipſe venerat, vt homines creſcerent in lucem diuinam, ſecundum illud Luc. 1. Illuminare his qui in tenebris, & vmbra mortis ſedent. Similiter etiam aſperitatem hyemis elegit ad natiuitatẽ, vt ex tunc carnis afflictionem pateretur pro nobis.

Sup. Luc. … Maria … 5. ſecũdum ordi. Beda, tom. *alias … Sup. Eſa. … leuabit … contra gentem, … Hom. 2. in Mat. … a princ. … In lib. q. … noui teſt. … incipit, … q. 53. … interq. … Aug.

I QVAESTIO XXXVI.

*De manifeſtatione Chriſti nati, in octo articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de manifeſtatiõe Chriſti nati.

Et circa hoc quærun tur octo.

¶ Primo, Vtrum natiuitas Chriſti debuerit eſſe omnibus manifeſta.

¶ Secundo, Vtrum debuerit aliquibus manifeſtari.

¶ Tertio, Quibus manifeſtari debuerit.

¶ Quarto, Vtrum debuerit ipſe ſe manifeſtare, vel potius manifeſtari per alios.

¶ Quinto, Per quæ alia manifeſtari debuerit.

¶ Sexto, De ordine manifeſtationũ.

¶ Septimo, De ſtella per quam manifeſtata fuit eius natiuitas.

¶ Octauo, De veneratione Magorum, qui per ſtellam, Chriſti natiuitatem cognouerunt.

chia receſſerat, ipſe Chriſt⁹ obuiauit iubens vt reuertatur, & Romæ ſedes apoſtolica ſtabiliatur, dũ dixit, Venio Romam iterum crucifigi: ſi enim Petrus alibi ſedẽ elegiſſet, nõ Romæ, ſed i loco illo vbi poſtremo ſediſſet, caput Eccleſiæ fuiſſet. Et ſicut nũc non Antiochena, ſed Romana eccleſia caput eſt, quia Romanus pontifex ſucceſſor eſt Petri: ſimiliter in illo caſu, non Romanus, ſed illi⁹ alterius loci Põtifex ſucceſſor fuiſſet Petri, ac Chriſti vicarius. Ipſe ergo Chr̃s præcipiẽdo regreſſum, & crucem, Romę ſtatuit caput Eccleſiæ. quocirca non poteſt humana auctoritate mutari, & fieri vt alius quã ſucceſſor Petri Romanus Pontifex ſit caput Eccleſiæ.

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæquintæ Articulum octauum.*

TItulus clarus. ¶ In corpore vnica eſt concluſio. Chriſtus conuenientiſſimo tempore eſt natus. probatur: Chriſtus tamquam dominus & conditor omnium temporum, elegit ſibi tẽpus, quo naſceretur. ergo conuenientiſſimo tẽpore natus eſt. Antecedens manifeſtatur dupliciter, primo, ex differẽtia inter Chriſtum, & alios homines. Secũdo, ex ſimili, quia elegit ſibi & locum & matrem. Conſequentia probatur, quia quæ a Deo ſũt ordinata ſunt, & cõuenienter diſpoſita. Vbi nota, quòd pl⁹ infertur quàm probetur, propter materiam & eius claritatẽ: probatur enim quòd cõuenienti tẽpore, infertur autẽ, quòd conuenientiſſimo tempore: quia ſi omnia a Deo ſunt conuenienter diſpoſita, ea, quæ ſunt circa propriam ipſius Dei pſonã, oportet conuenientiſſime eſſe diſpoſita. Et hoc clarum erat, quia de ipſo Chriſto eſt ſermo in concluſione,

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæſextæ Articulum primum.*

TItulus clarus. ¶ In corpore vnica concluſio: Natiuitas Chriſti non debuit eſſe cõmuniter oĩbus manifeſta. Probatur tripliciter. primo ex myſterio paſſionis implendo: ſecundo, ex fidei merito: tertio ex humanitatis aſſumptæ teſtificanda veritate. ¶ Claraq; ſunt omnia, niſi quòd ſecunda ratio non caret ſcrupulo: quia aut eſt ſermo de Chriſti natiuitatis manifeſtatiõe per viſionẽ, aut per atteſtationẽ. Si enĩ eſt ſermo de manifeſtatione per viſionem, tolleret̃ ꝑculdubio meritum fidei: quia tolleretur ipſa fides reſpectu viſi: nemo enim credit quod videt. Sed huic ſenſui obſtat: quia manifeſtatio negata omnibus eſt



ARTICVLVS I.

*Vtrum natiuitas Chriſti debuerit eſſe omnibus manifeſta.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſti natiuitas debuerit eſſe omnibus manifeſta. Impletio enim, promiſſioni debet reſpõdere: ſed de promiſſione aduẽtus Chriſti dicitur in Pſal. 49. Deus manifeſte veniet. Venit autẽ per carnis natiuitatem. ergo videtur, quòd eius natiuitas debuerit eſſe toti mundo manifeſta.

¶ 2 Præt. Primæ ad Tim. 1. dicitur, Chriſtus in hunc mundum venit peccatores ſaluos facere: ſed hoc non fit, niſi inquantum eis gratia Chriſti manifeſtatur, ſecundum illud Tit. 2. Apparuit gratia Dei & Saluatoris noſtri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegãtes impietatem & ſęcularia deſideria, ſobrie, & pie, & iuſte viuamus in hoc ſæculo. ergo videtur quòd Chriſti natiuitas debuerit eſſe omnibus manifeſta.

¶ 3 Præ. Deus ſuper omnia pronior eſt ad miſerendum, ſecundũ illud Pſal. 144. Miſerationes eius ſuper omnia opera eius: ſed in ſecundo aduẽtu, quo iuſtitias iudicabit, veniet omnibus manifeſtus, ſecundũ illud Matth. 24. Sicut fulgur exit ab oriente, & paret vſque in occidentem, ita erit aduentus Filij hominis. ergo multo magis primus, quo natus eſt in mundo, ſecundum carnem, debuit eſſe omnibus manifeſtus.

SED CONTRA eſt, ꝙ dicitur Iſa. 45. Vere tu es De⁹ abſcõditus, ſanctus iſrael ſaluator. Et Iſa. 53. Quaſi abſcõdit⁹ eſt vult⁹ ei⁹ & deſpect⁹.

E RESPON. Dicendum, quòd natiuitas Chriſti non debuit eſſe communiter omnibus manifeſta. Primo quidem, quia per hoc impedita fuiſſet humana redemptio, quæ per crucem eius peracta eſt: quia, vt dicit̃ 1. ad Corinth. 2. Si cognouiſſent, numquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. Secundo, quia hoc diminuiſſet meritũ fidei, per quam venerat homines iuſtificare, ſecundum illud Roma. 3. Iuſtitia Dei, per fidem Ieſu Chriſti. Si enim manifeſtis indicijs Chriſto naſcente eius natiuitas omnibus appareret, iam tolleretur ratio fidei, quæ eſt argumentum non apparentiũ, B vt dicitur Heb. 11. Tertio, quia per hoc veniſſet in dubium veritas humanitatis ipſius, vnde Aug.* dicit in Epiſtola ad Voluſianum, Si nullas ex paruulo in iuuentutem mutaret ætates, nullos cibos, nullos caperet ſomnos, nonne opinionẽ confirmaret erroris, nec hominem verũ nullo modo ſuſcepiſſe crederetur, & dũ oĩa mirabiliter facit, auferret qđ miſericorditer fecit?

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ auctoritas illa intelligitur de ad C uentu Chriſti ad iudicium, ſecundum quòd gloſſa ibidem exponit.

AD 2^m^ dicendum, ꝙ de gratia Dei ſaluatoris erudiendi erant omnes homines ad ſalutem, non in principio natiuitatis eius: ſed poſtea tempore procedente, poſtquã operatus eſt ſalutem in medio terræ. Vnde poſt paſſionem & reſurrectionem ſuam dicit diſcipulis ſuis Mat. vlt. Euntes docete oẽs gẽtes.

AD 3^m^ dicendum, quòd ad iudicium requiritur quòd aucto D ritas iudicis cognoſcatur, & ꝓpter hoc oportet, quòd aduentus Chriſti ad iudicium ſit manifeſtus: ſed primus aduentus fuit ad omnium ſalutem, quæ eſt per fidem, quæ quidem eſt de non apparentibus. & ideo primus Chriſti aduentus debuit eſſe occultus.

Eſt epiſt. 3. non multũ remore ante medium, tom. 2.

ARTICVLVS II.

*Vtrum natiuitas Chriſti debuerit aliquibus manifeſtari.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd natiuitas Chriſti nulli debuerit manifeſtari: quia vt dictum eſt*, hoc erat congruum humanæ ſaluti, vt primus Chriſti aduentus eſſet occultus: ſed Chriſtus venerat, vt omnes ſaluaret, ſecũdum illud 1. ad Timoth. 4. Qui eſt ſaluator omnium, maxime fide

Ar. præced. ad 3. argu.

Inf. q. 39. a. 8. ad 3.

eſt facta quibuſdam, puta, paſtoribus & magis, quibus non per viſionem, ſed per atteſtationem angelorum & ſtellæ manifeſtata eſt Chriſti natiuitas. Si vero eſt ſermo de manifeſtatione per atteſtationem, non ſequitur quòd tollatur meritum fidei: & falſo in litera diceretur, ſi manifeſtis indiciis, Chriſto naſcẽte, eius natiuitas omnibus appareret, iam tolleretur ratio fidei. Vnde & magis manifeſtis indiciis natiuitas Chriſti apparuit & tamen nõ eſt rõ fidei ablata reſpectu natiuitatis Chriſti. ¶ Ad hoc dicitur, quòd ſermo literæ eſt de manifeſtatione tali, qualis facta eſt Paſtoribus, Magis, Simeoni & Annę. Et Paſtorib⁹ quidem & Magis, nullam conſtat manifeſtationẽ factam niſi atteſtationẽ: Angeli enim teſtificati ſunt ad paſtores, & ſtella ad magos. Simeõ aũt & Annæ qualis fuerit reuelatio facta, (an ſcilicet teſtificatiua tantum, an illuminatiua ad vidẽdũ) licet in Euãgelio nõ ſcribatur: ex ipſo tamen inſinuari videt̃, ꝙ teſtificatiua tñ fuerit: qm̃ vltra ꝓmiſſionem Chriſti domini, inſpiratio deſcribitur ĩpulſiua ad videndum corporalibus oculis Chriſtũ, dũ dicitur quòd Simeõ in Spiritu venit in templũ, & mi n⁹ de Anna dicitur, vt patet in textu, euangelij. (Et propterea in cõcluſione iſtius articuli ſermo eſt de manifeſtatiõe per atteſtationem talẽ, qualis facta creditur paſtorib⁹, magis, Simeoni & Annæ: intẽditque Auctor, ꝙ non debuit Chriſti natiuitas, manifeſtari ſic omnibus. Et ſecũda ratio non tẽdit ad hoc, ꝙ talis mãifeſtatio abſtuliſſet fidẽ: ſed ad hoc, quòd talis manifeſtatio minuiſſet meritũ fidei: ſic enĩ ĩ litera dicitur, quia hoc diminuiſſet meritum fidei. probatur autem in litera, quòd talis manifeſtatio facta omnib⁹ diminuiſſet meritũ fidei, ex hoc quòd manifeſtatio faciens euidentiam tollit totaliter fidem: tãquam ſi dixiſſet, ſignũ ꝙ talis manifeſtatio minueret fidem eſt, quia ſi manifeſtatio creuiſſet vſq; ad euidẽtiam, tolleret totaliter fidẽ: hoc.n. oſtendit manifeſtationẽ talẽ eſſe propinquã manifeſtationi euidentiæ, ac per hoc diminuentem meritũ fidei, vtpote propinquam tollenti totaliter fidem: propinquum.n. calido eſt tepidum. Vnde in illa conditionali, Si manifeſtis indiciis Chriſto A naſcente, eius natiuitas omnibus appareret, iam tolleretur ratio fidei, loquitur de indiciis ita manifeſtis, vt natiuitatem Chriſti redderent apparentem, hoc eſt euidentẽ: ſic.n. fides eſt argumẽtum non apparentium, hoc eſt non euidentium. Duplicia ſiquidem poſſunt eſſe indicantia rem: quędã reddentia rem illam credibilẽ, & inter hæc eſt magna latitudo, & in hoc genere ſũt omnia teſtimonia, ſiue Angelorum, ſiue miraculorum, ſiue hominũ, nec non ipſius Dei, ſi vltra atteſtationem non ꝓceditur, & ſic fuit manifeſtata Chriſti natiuitas ſupradictis: quædam vero ſunt indicantia rem ſic, quòd reddant illã euidentẽ, vt in demõſtratiuis, effect⁹ ꝑ diſcurſum demõſtratiuũ indicat cauſam: reddit.n. illam euidẽter notã, & in diuinis lumen clarũ menti Angelicæ, vel humanæ infuſum tollit fidem reſpectu illius. Prima aũt indicia, qñ ſunt manifeſta, vt ꝑ miracula & angelos &c. licet nõ tollant, minuũt tñ meritũ fidei ꝑꝑ propinquitatem ad apparẽriã: quod ex eo potes percipere quòd Dominus Thomæ dixit, tamq̃ arguens ipſum de talibus indiciis quæſitis, Quia vidiſti.ſ. ĩdicia manifeſtata ĩ me, credidiſti me Deũ &c & cõmẽdãdo ab oppoſito aliorum fidem ſubdidit: Beati qui non viderunt & crediderunt: numquam.n. Dominus ex oppoſito commendaſſet credentes qui non viderunt, niſi ipſum videre minueret meritum credendi. Et ſi inſtetur, ergo Magi & Paſtores mi n⁹ meruerũt credẽdo, reſpõdetur, ꝙ quantum eſt ex parte manifeſtationis, minus meruerunt credẽdo, hoc eſt minorẽ occaſionẽ merendi in credẽdo habuerũt: ſed cum hoc ſtat ꝙ magis meruerunt credẽdo ex parte ipſorũ credentiũ. Et hoc præponderat, quia meritũ ex parte merẽtis maxime pẽſatur. Cũ hoc quoq; ſtat ꝙ licet etiam nihil mererentur credendo natiuitatẽ Chriſti, puta, ſi vidiſſent: attamen multo plus meruiſſent amando, q̃ alii credendo & amando, propter maiorem dilectionẽ ex viſu, quàm ex fide productam.

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæſextæ Articulum ſecundum.*

TItulus clarus eſt.

¶ In corpore vna cõcluſio: Natiuitas Chriſti debuit quibuſdam

buſdam manifeſtari. Probatur, Ad diuinæ ſapientiæ ordinẽ pertinet, vt dei dona & ſecreta non ęqualiter ad omnes, ſed immediate ad quoſdam & per eos ad alios deriuẽtur. ergo in myſterio natiuitatis hoc debuit obſeruari. Antecedens declaratur ex auctoritate Actuũ. 10. de myſterio reſurrectiõis Chriſti. Conſequentia probatur ex auctoritate ad Rom. 13. Omnia ex ſe & antedictis ſunt clara.

¶ In reſpõſione ad tertium, de morte innocentium ab Herode, habes etiã gẽtilium teſtimoniũ. Macrobius enim in Saturnalibus narrat Auguſtũ audita talium nece, dixiſſe. Mallem porcus, q̃ filius fuiſſe Herodis: fuit enim etiã vnus infans Herodis fili' cũ aliis interfectus: porcos autem Iudæi nõ interficiũt, quia non veſcuntur carne ſuilla. Eſt.n. hoc velut teſtimonium ab hoſtibus de aduẽtu Magorũ ad quærendum Chriſtum natum.

lium. ergo natiuitas Chriſti nulli debuit manifeſtari.

¶ 2 Præt. Ante natiuitatem Chriſti, manifeſtata erat beatæ Virgini & Ioſeph futura Chriſti natiuitas. nõ ergo erat neceſſarium Chriſto nato, eandem alijs manifeſtari.

¶ 3 Præt. Nullus ſapiens manifeſtat id, ex quo turbatio naſcitur, & detrimentum aliorum: ſed manifeſtata Chriſti natiuitate, ſubſecuta eſt turbatio: dicitur enim Mat. 2. ꝙ audiens Herodes Chriſti natiuitatẽ, turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum illo. Ceſſit etiam hoc in detrimentum aliorum, quia ex hac occaſione, Herodes occidit pueros in Bethleem, & in omnibus finibus eius, a bimatu, & infra. ergo videtur quòd nõ fuerit conueniẽs Chriſti natiuitatem, aliquibus manifeſtari.

Sed contra eſt, ꝙ Chriſti natiuitas nulli fuiſſet proficua, ſi omnibus eſſet occulta: ſed oportebat Chriſti natiuitatem eſſe proficuam: alioquin fruſtra natus fuiſſet. ergo videtur ꝙ aliquibus manifeſtari debuerit Chriſti natiuitas.

Respon. Dcendum, quòd ſicut Apoſtolus dicit Roma. 13. Quæ a Deo ſunt, ordinata ſunt. Pertinet autem ad diuinæ ſapiẽtiæ ordinẽ, vt Dei dona, & ſecreta ſapientiæ eius, non æqualiter ad omnes, ſed immediate ad quoſdam perueniãt & per eos ad alios deriuentur. Vnde & quantum ad reſurrectionis myſterium, dicitur Act. 10. quòd deus dedit Chriſtum reſurgentem manifeſtum fieri non omni populo, ſed teſtibus præordinatis a Deo. unde & hoc etiam debuit circa ipſius natiuitatem obſeruari, vt non omnibus Chriſtus manifeſtaret᷑, ſed q̃buſdã, ꝑ quos poſſet ad alios deuenire.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ſicut fuiſſet in prẹiudicium ſalutis humanæ, ſi omnibus hominibus dei natiuitas innotuiſſet, ita etiã, et ſi nulli nota fuiſſet. Vtroque enim modo tollitur fides: tam.ſ. per hoc quòd aliquid eſt totaliter manifeſtum, quàm etiam per hoc, quòd a nullo cognoſcitur, a quo poſſit teſtimonium audiri: Fides enim eſt ex auditu, vt dicitur Rom. 10.

Ad 2m dicendum, quòd Maria & Ioſeph inſtruẽdi erant de Chriſti natiuitate antequam naſceretur: quia ad eos pertinebat reuerẽtiam exhibere proli cõceptæ in vtero, & etiam obſequi naſciturę. Eorum autem teſtimonium propter hoc, quòd erat domeſticũ, fuiſſet habitum ſuſpectum circa magnificentiã Chriſti, & ideo oportuit vt alijs manifeſtaretur extraneis, quorum teſtimonium ſuſpectum eſſe non poſſet.

Ad 3m dicendum, quòd ipſa turbatio ſubſecuta ex natiuitate Chriſti manifeſtata, congruebat Chriſti natiuitati. primo quidem, quia per hoc manifeſtatur cæleſtis Chriſti dignitas. Vnde Grego. dicit in* Homi. Cæli rege nato, rex terræ turbatus eſt: quia nimirum terrena altitudo confunditur, cum celſitudo cæleſtis aperitur. Secundo, quia per hoc figurabatur iudicia- (Homil. 10. in Euange. in prin.)

ria Chriſti poteſtas. Vnde Aug.† dicit in quodam ſermone Epiphaniæ, Quid erit tribunal iudicantis, quãdo ſuperbos reges cuna terrebat infantis? Tertio, q̃a per hoc figurabatur deiectio regni diaboli, quia vt Leo Papa dicit in ſermone Epiphaniæ*, Non tantum Herodes in ſemetipſo turbabatur, quãtum diabolus in Herode: Herodes enim terrenum hominẽ æſtimabat, ſed diabolus Deum, & vterque regni ſui ſucceſſorem timebat, diabolus cæleſtem, ſed Herodes terrenum. Superflue tamen, quia Chriſtus non venerat regnum in terra habere. Vnde Leo † Papa dicit, Herodi loquens. Non capit Chriſtum regia tua: nec mũdi dominus, poteſtatis tuæ ſceptri eſt contentus anguſtijs. Quòd autem Iudæi turbabantur, qui tamen magis gaudere debuerant, aut hoc eſt, quia, vt Chryſoſt.* dicit, de aduentu iuſti non poterant gaudere iniqui, aut volentes fauere Herodi, quem timebant: populus enim plus iuſto fauet eis, quos crudeles ſuſtinet. Quòd autem pueri ab Herode ſunt interfecti, non ceſſit in eorum detrimentum, ſed in eorum profectum. Dicit enim Auguſtinus in ſermone quodam de Epiphania: Abſit, vt ad liberandos homines chriſtus veniens, de illorum præmio, qui pro eo interficiuntur, nihil egerit, qui pendens in ligno, pro eis a quibus interficiebatur, orauit.

(In ſerm. 2. qui eſt 30. i ordine ante medium to. 10. — Id formaliter habet Chryſ. Homi. 2. in Mat. ante medium in opere imperfecto, to. 2. — In ſerm. 4. de Epipha. inter princ. & medium — Homi. 2. in Mat. in opere imperfecto ſuper illud, audiens Herodes turbat' eſt, tom. 2.)

## Articvlvs III.

*Vtrum ſint conuenienter electi illi, quibus eſt chriſti natiuitas manifeſtata.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur ꝙ non ſint conueniẽter electi illi, quibus eſt chriſti natiuitas manifeſtata. Dominus enĩ Mat. 10. mãdauit diſcipulis, In viã gẽtium ne abieritis, vt.ſ. prius manifeſtaretur iudæis q̃ gentibus. ergo videtur ꝙ multo minus a principio fuerit reuelanda chriſti natiuitas gentilibus, qui ab oriẽte venerunt, vt habetur Matthæi 2.

¶ 2 Præt. Manifeſtatio diuinæ veritatis præcipue debet fieri ad dei amicos, ſecũdum illud Iob. 36. Annuntiat de ea amico ſuo: ſed Magi videntur eſſe Dei inimici: dicitur enim Leuit. 19. Non declinetis ad magos, nec ab Ariolis aliquid ſciſcitemini. non ergo debuit chriſti natiuitas Magis manifeſtari.

¶ 3 Præt. chriſtus venerat totũ mũdum a poteſtate diaboli liberare, vnde dicitur Malach. 1. Ab ortu ſolis vſq; ad occaſum, magnũ eſt nomen meũ in gentibus. nõ ergo ſolũ in oriẽte poſitis debuit manifeſtari, ſed etiam vbiq; terrarum.

¶ 4 Præt. Omnia ſacramenta veteris legis erant chriſti figura: ſed ſacramenta veteris legis diſpenſabãtur per miniſterium ſacerdotum legalium. ergo videtur quòd magis debuerit chriſti natiuitas manifeſtari ſacerdotibus in tẽplo, quàm paſtoribus in agro.

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæſexte Articulum tertium.*

Titulus clarus. ¶ In corpore vnica eſt concluſio ſubintellecta, Cõuenienter electi ſunt illi, quibus eſt Chriſti natiuitas manifeſtata. Probatur, Salus futura per Chriſtum ad omnem hominum diuerſitatẽ ꝑtinebat. ergo Chriſtus natus omnibus conditionibus hominum eſt conuenienter manifeſtatus. ergo Paſtorib', Magis, Simeoni, & Annæ conueniẽter. Antecedens probatur ex auctoritate Apoſtoli. Conſequẽtia probatur, quia hoc.ſ. ſalus tot diuerſorum, in Chriſti natiuitate debuit præfigurari, vt nulla hominum conditio a Chriſti ſalute excluderetur. Secunda vero cõſequẽtia declarat᷑, ex ſex diuerſitatib' ĩter iſtos inuentis: prima inter iudæos & gentiles: ſecunda inter propinquos & diſtãtes: tertia inter ſapiẽtes & ſimplices: quarta inter potentes & viles: quinta inter peccatores & iuſtos: ſexta ĩter mares & feminas. Omnia clara ſunt.

¶ Su-



¶ 5 Præt. Chriſtus ex virgine matre natus eſt, & ætate paruulus erat. Conuenientius igitur videtur fuiſſe, ꝙ Chriſtus manifeſtaretur iuuenibus & virginibus, q̃ ſenib' & cõiugatis, vel viduis, ſicut Simeoni & Annæ.

Sed contra eſt, ꝙ dicitur Ioan. 13. Ego ſcio quos elegerim: quæ autem fiunt ſecundũ Dei ſapientiam, conuenienter fiunt. ergo conuenienter ſunt electi illi, quibus eſt manifeſtata Chriſti natiuitas.

Respon. Dicendum, ꝙ ſalus, quæ erat futura per Chriſtum, ad omnem diuerſitatem hominum pertinebat: quia ſicut dicitur Col. 3. In Chriſto Ieſu non eſt maſculus & femina, gentilis & iudæus, ſeruus & liber, & ſic de alijs huiuſmodi. Et vt hoc in ipſa Chriſti natiuitate præfiguraretur, omnibus conditionibus hominum eſt manifeſtatus: quia vt Augu. * dicit in ſermone de Epiphania, Paſtores fuerunt iſraelitæ, Magi gentiles, illi prope, iſti longe, vtrique tamen ad angularem lapidem cõcurrerunt. Fuit etiã inter eos alia diuerſitas: nam Magi fuerunt ſapientes & potentes: Paſtores autem ſimplices & viles. Manifeſtatus etiam eſt iuſtis, Simeoni & Annæ, & peccatoribus.ſ. Magis: manifeſtatus eſt etiam & viris* & mulieribus, vt per hoc oſtenderetur, nullam conditionem hominum excludi a Chriſti ſalute.

(In ſerm. 4. qui eſt 32. in ord. non procul a pri. tom. 10. — Alias, & mulieri ſ.)

Ad primvm ergo dicendum, quòd illa manifeſtatio natiuitatis Chriſti, fuit quædam prælibatio plenæ manifeſtationis, quæ erat futura. & ſicut in ſecunda manifeſtatione, primo annuntiata eſt gratia Chriſti per Chriſtum & eius apoſtolos iudæis, & poſtea gentilibus, ita ad Chriſtum primo, peruenerunt Paſtores, qui erant primitiæ iudæorum, tamquàm prope exiſtentes, & poſtea venerunt Magi a remotis, qui fuerunt primitiæ gentium, vt Augu. * dicit.

Ad 2m dicendum, quòd (ſicut Aug. dicit † in ſermo. de Epipha.) Sicut præualet imperitia in ruſticitate paſtorum, ita præualet impietas in ſacrilegijs magorum, vtroſque tamen ſibi lapis ille angularis attribuit, quippe qui venit ſtulta eligere, vt confunderet ſapientes, & non vocare iuſtos, ſed peccatores, vt nullus magnus ſuperbiret, nullus infirmus deſperaret. Quidam tamen dicunt, ꝙ iſti Magi non fuerunt malefici, ſed ſapiẽtes Aſtrologi, qui apud Perſas, vel Chaldæos Magi vocantur.

(ſer. 2. de Epiphania qui eſt 30 in ordine, circa principium, tom. 10. In ſerm. 1. Epipha. a medio tom. 10)

Ad 3m dicendum, quòd ſicut Chryſo. dicit*, Ab oriente venerũt Magi, quia vnde dies naſcitur, inde initium fidei proceſſit: quia fides lumen eſt animarũ, Vel quia omnes qui ad Chriſtum veniunt, ab ipſo & per ipſum veniunt, de quo dicitur Zachariæ 6. Ecce vir, Oriens nomen eius. Dicuntur autem ab oriente, ad literam veniſſe, vel quia de vltimis orientis partibus venerunt, ſecundum quoſdam, vel quia de aliquibus vicinis partibus iudææ venerunt, quæ tamen ſunt regioni iudæorum ad orientem. Credibile tamen eſt, etiam in alijs partibus mundi aliqua indicia natiuitatis Chriſti apparuiſſe; ſicut Romæ fluxit oleũ, & in Hiſpania apparuerunt tres ſoles, paulatim in vnum coeuntes.

(Hom. 2. Mat. in opere imperfecto ſuper illud, Ecce Magi ab oriente, to. 2.)

Ad 4m dicendum, quòd ſicut Chryſoſt. dicit, Angelus manifeſtans Chriſti natiuitatem, nõ iuit Hieroſolymam, non requiſiuit ſcribas & phariſæos: erant enim corrupti & præ inuidia cruciabantur, ſed paſtores erant ſynceri antiquam conuerſationem patriarcharum & Moyſi colentes. Per hos etiam paſtores ſignificabantur doctores Eccleſiæ, quibus Chriſti myſteria reuelantur, quæ latebant Iudæos.

(Hom. in Lu. circa initium eſt de Simeone & Anna. to. 5.)

Ad 5m dicendum, ꝙ ſicut Ambro.* dicit, generatio domini non ſolum a iuuenibus: ſed etiam a ſenioribus & iuſtis accipere debuit teſtimonium, quorum etiam teſtimonio propter iuſtitiã, magis credebatur.

## Articvlvs IIII.

*Vtrum Chriſtus per ſeipſum natiuitatem ſuam manifeſtare debuerit.*

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur ꝙ Chriſtus per ſeipſum natiuitatem ſuam manifeſtare debuerit. Cauſa enim, quæ eſt ꝑ ſe, ſemper eſt potior ea, quę eſt per aliud, vt dicitur in 8. Phyſico.* ſed Chriſtus ſuam natiuitatem manifeſtauit per alios, puta, Paſtoribus per angelos, & Magis per ſtellam. ergo multo magis per ſeipſum debuit ſuã natiuitatem manifeſtare.

¶ 2 Præt. Eccleſiaſtici 20. dicitur, Sapientia abſcondita & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſque? Sed Chriſtus a principio ſuæ cõceptionis plene habuit ſapientiæ & gratiæ theſaurum. niſi ergo hanc plenitudinem manifeſtaſſet per opera & verba, fuiſſet fruſtra ei data ſapientia & gratia, quod eſt incõueniẽs; quia Deus & natura nihil fruſtra facit, vt dicitur in 1. de Cælo *.

¶ 3 Præt. In lib. de Infantia Saluatoris legitur, ꝙ Chriſtus in ſua pueritia multa miracula fecit. & ita videtur quòd ſuam natiuitatem per ſeipſum manifeſtauerit.

Sed contra eſt, quòd Leo Papa dicit †, ꝙ Magi inuenerunt puerũ Ieſum nulla ab humanæ infantiæ generalitate diſcretum: ſed alij infantes non ſeipſos manifeſtant. ergo neque decuit, quòd Chriſtus per ſeipſum ſuam natiuitatem manifeſtaret.

Respon. Dicendum, quòd natiuitas Chriſti ad humanam ſalutẽ ordinabatur, quæ quidem eſt per fidem: fides autem ſalutaris, diuinitatem, & humanitatem Chriſti cõfitetur. Oportebat igitur ita manifeſtari natiuitatem Chriſti, vt demõſtratio diuinitatis eius, fidei humanitatis ipſius non præiudicaret. Hoc autem factum eſt, dum Chriſtus in ſeipſo natiuitatem ſimilem infirmitati humanæ exhibuit, & tamen per Dei creaturas diuinitatis virtutem in ſe monſtrauit. & ideo Chriſtus nõ per ſeipſum ſuam natiuitatẽ manifeſtauit, ſed per qualdã alias creaturas.

Ad primvm ergo dicendum, quòd in via generationis & motus, oportet per imperfecta ad perfectum perueniri. & ideo Chriſtus prius manifeſtatus eſt per alias creaturas, & poſtea manifeſtauit ſe per ſeipſum manifeſtatione perfecta.

Ad 2m dicendum, ꝙ licet ſapientia abſcondita ſit inutilis: non tamen ad ſapientem pertinet, vt quolibet

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæſextæ Articulum quartum.*

Titulus clarus. ¶ In corpore vnica cõcluſio, Chriſtus nõ per ſeipſum, ſed per alias creaturas ſuam natiuitatẽ manifeſtare debuit. Probatur, Natiuitas Chriſti ordinata eſt ad humanam ſalutẽ per fidem. ergo oportebat ita manifeſtari, vt fides deitatis, fidei humanitatis non præiudicaret. ergo nõ per ſeipſum, ſed per aliis creaturas debuit manifeſtari. Prima conſequentia probatur, quia fides ſalutaris eſt circa vtramque, ſcilicet deitatem, & humanitatem Chriſti. Secunda probatur, quia fides humanitatis fit, dum Chriſtus in ſeipſo humanitatem infirmam, ſicut alii, exhibuit: fides vero deitatis, dum per creaturas, angelos.ſ. & ſtellam paſtoribus, Magis, Simeoni, Annæque virtus deitatis manifeſtatur.

(Li. 8. Phyſi. tex. 39. to. 2. — Li. 1. de Cælo text. 32. tom. 2.)

¶ In reſpõſione ad tertium, collige vltra Chriſoſtomi auctoritatẽ, quòd ad literã miraculum vini fuit initiũ ſignorum Chriſti ſimpliciter, & non limitate ĩ illo loco. Et hoc optima ratione litera probat ex verbis Ioan. Baptiſtæ: miraculum quippe vini factum eſt poſt baptiſmũ Chriſti per annum, ſecundum eccleſiæ traditionẽ, tria myſteria vno die diuerſis annis cõtigiſſe atteſtantem, ſcilicet Magorũ adorationem, baptiſmũ Chriſti, & conuerſionem aquæ in vinum.

(In ſerm. 4. de Epiph. in med. incipit. Hic ſer. iuſtũ & rõnabile.)

libet tempore manifeſtet ſeipſum, ſed tempore congruo: dicitur enim Eccleſiaſt. 20. Eſt tacens non habens ſenſum loquelæ, & eſt tacens ſciēs tempus apti temporis. Sic ergo ſapientia Chriſto data nō fuit inutilis, quia ſeipſum tempore congruo manifeſtauit & hoc ipſum, quòd tempore congruo abſcōdebatur, eſt ſapientiæ indicium.

Ho. 11. in Ioan. nō lōge a prin. tomo. 3.

Ad 3^m^ dicendum, quòd liber ille de infantia Saluatoris eſt apocryphus. Et Chryſ.* dicit ſuper Ioan. ꝙ Chriſtus non fecit miracula antequam aquam cōuertit in vinum, ſecundum illud quod dicitur Ioan. 2. Hoc fecit initium ſignorum Ieſus. Si enim ſecundum primam ætatem miracula feciſſet, non indiguiſſent Iſraelitæ alio manifeſtante eum, cum tamen Ioannes Baptiſta dicat Ioan. 1. Vt manifeſtetur in Iſrael, propterea veni in aqua baptizans. Decenter autem nō incępit facere ſigna in prima ætate: exiſtimaſſent enim phantaſma eſſe incarnationem, & ante opportunum tempus cruci eum tradidiſſent, liuore liquefacti.

## Articvlvs V.

*Vtrum natiuitas Chriſti debuerit per angelos & ſtellam manifeſtari.*

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur quòd non debuerit manifeſtari per angelos Chriſti natiuitas. Angeli enim ſunt ſpirituales ſubſtantiæ ſecundū illud Pſal. 103. Qui facit angelos ſuos ſpiritus: ſed Chriſti natiuitas erat ſecundum carnem, non autem ſecundum ſpirituale eius ſubſtantiam. ergo non debuit per angelos manifeſtari.

¶ 2 Præt. Maior eſt affinitas iuſtorū ad angelos q̃ ad quoſcumq; alios, ſecundum illud Pſal. 33. Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos: ſed iuſtis ſcilicet Simeoni & Annæ, non eſt manifeſtata Chriſti natiuitas p angelos. ergo nec paſtoribus per angelos manifeſtari debuit.

¶ 3 Præt. Videtur ꝙ nec magis debuerit manifeſtari per ſtellā. Hoc enim videtur eſſe erroris occaſio, quantum ad illos, qui æſtimant ſidera natiuitatibus hominū dominari, ſed occaſiones peccandi ſunt hominibus auferendæ. non ergo fuit conueniens, quòd per ſtellam Chriſti natiuitas manifeſtaretur.

¶ 4 Præt. Signum oportet eſſe certū ad hoc, ꝙ per ipſum aliquid manifeſtetur: ſed ſtella non videtur eſſe ſignum certum natiuitatis Chriſti. ergo inconuenienter fuit Chriſti natiuitas per ſtellam manifeſtata.

Sed contra eſt, quòd dicitur Deute. 32. Dei pfecta ſunt opera: ſed talis manifeſtatio fuit opus diuinum: ergo per conuenientia ſigna fuit effecta.

Respon. Dicēdum, quòd ſicut manifeſtatio ſyllogiſtica fit per ea, F quæ ſunt magis nota ei, cui eſt aliquid manifeſtandum, ita manifeſtatio quæ fit per ſigna, debet fieri per ea, quæ ſunt familiaria illis, quibus manifeſtatur. Manifeſtum eſt autem, quòd viris iuſtis eſt familiare & conſuetum interiori ſpiritusſancti inſtinctu edoceri, abſq; ſignorum ſenſibilium demonſtratione. ſ. per ſpiritum prophetiæ. Alij vero corporalibus rebus dediti, per ſenſibilia ad intelligibilia adducuntur. iudæi aūt conſueti erāt diuina reſponſa per angelos accipe- G re, per quos etiam legem acceperant, ſecūdum illud Actuum 7. Accepiſtis legem in diſpoſitione angelorum. Gentiles vero & maxime aſtrologi conſueti ſunt ſtellarum curſus inſpicere. & ideo iuſtis. ſ. Simeoni & Annæ, manifeſtata eſt Chriſti natiuitas per interiorem inſtinctum Spiritusſancti, ſecundum illud Luc. 2. Reſponſum accepit a Spiritusſancto, non viſurum ſe mortem, niſi prius videret Chriſtm domini. Paſtoribus autem & Magis tā quā rebus corporalibus deditis, manifeſtata eſt Chriſti natiuitas per viſibiles apparitiones. Et quia nati- H uitas non erat pure terrena, ſed quodammodo cæleſtis, ideo per ſigna cęleſtia vtriſque Chriſti natiuitas reuelatur: ut. n. Aug. dicit in ſermo. de Epiph. Cælos angeli habitant, & ſidera ornant, vtriſque ergo cæli enarrant gloriam Dei. Rationabiliter autem paſtoribus tāquam iudæis, apud quos frequenter factæ ſunt apparitiones angelorum, reuelata eſt natiuitas Chriſti per angelos. Magis autem aſſuetis in conſideratione cæleſtium corporum, manifeſtata eſt per ſignū ſtellæ, quia (vt Chryſ. dicit *) per conſueta eos Dominus vocare voluit, eis condeſcendens. Eſt autē alia ratio, quia vt Greg. † dicit, iudæis tamquam ratione vtentibus rationale animal. i. angelus prædicare debuit. Gē- I tiles vero, quia vti ratione neſciebant ad cognoſcendum Dominum, non per vocem, ſed per ſigna perducuntur. Et ſicut Dominum iam loquentem annuntiauerunt gentilibus prædicatores loquentes, ita eum nondum loquentem elementa muta prædicauerunt. Eſt etiam & alia ratio, quia vt Aug. dicit in ſerm. Epipha. Abrahę innumerabilis fuerat promiſſa ſucceſſio non carnis ſemine, ſed fidei fęcunditate generanda. & ideo ſtellarum multitudini eſt comparata, vt cæleſtis progenies ſperaretur. & ideo Gentiles in ſideribus deſignati, ortu noui ſideris excitātur, vt perueniant ad Chriſtum, per quē efficiuntur ſemē Abrahæ.

Homi. 6. in Mat. ſup. illud, Vidimus ſtellam quam viderant, tomo 2.

† Greg. ho. 10. in Euang. circa prin.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ illud manife- K ſtatione indiget, quod de ſe eſt occultum: non autem illud, quod de ſe eſt manifeſtum. Caro autē eius, qui naſcebatur, erat manifeſta, ſed diuinitas erat occulta. & ideo conuenienter manifeſtata eſt illa natiuitas per angelos, qui ſunt Dei miniſtri: unde & cum claritate angelus apparuit, vt oſtenderetur quòd ille qui naſcebatur, erat ſplendor paternæ gloriæ.

Ad 2^m^ dicendū, ꝙ iuſti non indigebant viſibili apparitione angelorum: ſed eis ſufficiebat interior inſtinctus Spiritusſancti propter eorum perfectionem.

Li. 2. c. 5. circa medium, tom.

Ad 3^m^ dicendum, ꝙ ſtella natiuitatem Chriſti manifeſtans, omnem occaſionem erroris ſubtraxit. Vt. n. Aug. * dicit contra Fauſtum, nulli aſtrologi ita conſtituerunt

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæſextæ Articulum quintum.*

Titulus minus explicat breuitatis cauſa, quā quærit. Nā, vt patet in diſtinctione articulorum in principio huius quæſtionis facta i litera, quintus articulus inquirit per qualia debuerit manifeſtari, vbi patet non ſolum de angelis, vt hic explicatur, ſed vniuerſaliter de omnibus creaturis, per quas debuerit manifeſtari Chriſti natiuitas inquiri. Idem quoque euidēter apparet in pceſſu articuli, vbi non ſolū quare per angelos paſtoribus, ſed diffuſe quoque, quare per ſtellam Magis, & per inſpirationem interiorē Simeoni, & Annæ manifeſtata eſt Chriſti natiuitas, ratio redditur.

¶ In corpore articuli vna ē cōcluſio reſponſiua quæſito: Chriſti natiuitas cōuenienter manifeſtata eſt per angelos, ſtellam & inſpirationem, paſtoribus, iudæis, Magis, & iuſtis Simeoni & Annæ. Probatur primo Manifeſtatio debet fieri ſigna per familiaria illis, quibus manifeſtatio fit. ergo conueniēter &c. Antecedens probatur ex ſimili de manifeſtatione ſyllogiſtica. Conſequentia autē probatur, quia iuſtis, ſ. perfectis, familiare eſt per inſpirationem, aliis corporalibus deditis p viſibilia, & rurſus inter iſtos alios iudęis per angelorum viſionem, gentilibus per aſtrorum ſigna inſtrui. Cōfirmatur ſecundo, quo ad hoc ꝙ omnia ſigna fuerint cæleſtia, ex hoc quòd cæleſtem natiuitatem enarrabāt. Et firmatur tertio, quo ad differentiam iter Angelos & ſtellam reſpectu paſtorum & Magorū, & hoc triplici ratione, vt patet ī litera. Cōfirmaſ quarto, quo ad ſtellam, ex ſpirituali genere Abrahæ, ſicut ſtellarum numerus.



fuerunt naſcentium hominum fata ſub ſtellis, vt aliquam ſtellarum, homine aliquo nato circuitus ſui ordinem reliquiſſe, & ad eum, qui natus eſt perrexiſſe aſſererent: ſicut accidit circa ſtellam, quæ demonſtrauit natiuitatem Chriſti. & ideo per hoc non cōfirmatur error eorum, qui ſortem naſcentium hominum aſtrorum ordini colligari arbitrantur: non autem credunt aſtrorum ordinem ad hominis natiuitatem poſſe mutari. Similiter etiam, vt Chryſo. * dicit, non eſt hoc aſtronomiæ opus, a ſtellis ſcire eos qui naſcūtur, ſed ab hora natiuitatis futura prędicere. Magi autem tempus natiuitatis non cognouerunt, vt hinc ſumentes initium, a ſtellarum motu futura cognoſcerēt, ſed potius econuerſo.

Homi. 6. in Mat. nō procul a princ. tom. 2.

Ad 4^m^ dicendum, ꝙ ſicut Chryſ. * refert, in quibuſdam ſcripturis apocryphis legitur, ꝙ quædā gens in extremo orientis iuxta Oceanum, ſcripturam quādam habebat ex noīe Seth, & de hac ſtella, & muneribus huiuſmodi offerendis: quæ gens diligenter obſeruabat huius ſtellæ exortū, poſitis exploratoribus duodecim, qui certis tēporibus de nocte aſcendebant in montē, in quo poſtmodū eā viderunt, habentem in ſe quaſi paruuli formā, & ſuper ſe ſimilitudinē crucis. Vel dicendum, quòd ſicut dicitur in lib. de Quæſtionibus * veter. & noui Teſtamenti Magi illi traditionem Balaam ſequebātur, qui dixit, Orietur ſtella ex Iacob. Vnde videntes ſtellam extra ordinem mundi, hāc eſſe intellexerunt, quam Balaam futuram indicem Regis Iudæorum prophetauerat. Vel dicēdum, ſicut Augu. * dicit in ſerm. de Epiphania, ꝙ ab angelis aliqua admonitione reuelationis audierunt Magi, quòd ſtella Chriſtum natum ſignificaret, & probabile videtur ꝙ a bonis, quando in Chriſto adorando ſalus eorum iam quærebatur. Vel ſicut Leo Papa † dicit in ſerm. de Epiphania, præter illam ſpeciem, quæ corporeum incitauit obtūtum, fulgentior veritatis radius eorū corda perdocuit, quod ad illuminationē fidei ptinebat.

Homi. 2. in Mat. i ope. imper. ſup. illud. Vidimus ſtellā eius, to. 2.

In lib. q. ex vtroq; mixtim, q. 63. tom. 4.

In ſerm. 7 qui eſt 35. in ord. ante med. to. 10.

In ſerm. 4. parum ante medium.

## Articvlvs VI.

*Vtrum natiuitas Chriſti ordine conuenienti fuerit manifeſtata.*

Ad sextvm ſic proceditur. Videtur ꝙ inconuenienti ordine Chriſti natiuitas fuerit manifeſtata. Illis. n. debuit primo manifeſtari Chriſti natiuitas, qui Chriſto propinquiores fuerunt, & qui magis Chriſtum deſiderabant, ſecundum illud Sapien. 6. Præoccupat eos, qui ſe concupiſcunt, vt ſe priorem illis oſtēdat: ſed iuſti propinquiſſimi erant Chriſto per fidē, & maxime eius aduentū deſiderabāt, vnde dicitur Luc. 2. de Simeone, quòd erat homo iuſtus & timoratus, expectans redemptionem Iſrael. ergo prius debuit manifeſtari Chriſti natiuitas Simeoni, quàm paſtoribus, vel Magis.

¶ 2 Præt. Secundum Augu. * Magi fuerunt primitię gentium Chriſto crediturarum: ſed primo plenitudo gentium intrat ad fidē, & poſtmodū omnis Iſrael ſaluus fiet, vt dicitur Roma. 11. ergo primo de- A buit manifeſtari Chriſti natiuitas Magis, quàm paſtoribus.

In ſermo. 1. de Epipha. tom. 10.

¶ 3 Præt. Matth. 2. dicitur, ꝙ Herodes occidit omnes pueros, q erāt in Bethleē & in omnibus finibus eius, a bimatu & infra, ſecundum tempus quod exquiſierat a Magis. Et ſic videtur ꝙ per duos annos poſt Chriſti natiuitatem Magi ad Chriſtum peruenerint. incōueniē- B ter igitur poſt tantum tempus fuit gētilib⁹ Chr̄i natiuitas manifeſtata.

Sed contra eſt, quòd dicitur Danie. 2. Ipſe mutat tempora & ætates. & ita tempus manifeſtationis natiuitatis Chriſti videt̃ cōgruo ordine eſſe diſpoſitum.

Respon. Dicendum, ꝙ Chriſti natiuitas primo quidem, manifeſtata eſt paſtoribus ipſo die natiuitatis Chriſti: vt. n. dicitur Luc. 2. Erant in regione eadem vigilantes & cuſtodientes vigilias noctis ſup gregem ſuum, & vt diſceſſerūt ab C eis angeli in cælum, loquebantur adinuicem, tranſeamus vſque Bethleē, & venerunt feſtinantes. Secundo autem, Magi peruenerunt ad Chriſtū tertiadecima die natiuitatis ei⁹, quo die feſtū Epiphanię celebratur. Si enim reuoluto anno, vel etiā duobus annis veniſſent, non inueniſſent eū in Bethleē, cū ſcriptū ſit Luc. 2. ꝙ poſtquā perfecerunt omnia ſm legē Domini (offerentes. ſ. puerū Ieſum in tēplū) reuerſi ſunt in Galilæam in ciuitatē ſuam Nazareth. Tertio, manifeſtata eſt iuſtis in tēplo quadrageſimo die a natiuitate Chriſti, vt habetur Lu. 2. Et huius ordinis ratio eſt, quia per paſtores ſignificantur Apoſtoli & alij credētes ex Iudæis, quibus primo manifeſtata eſt fides Chriſti: inter quos non fue- D runt multi potentes, nec multi nobiles, vt dicitur 1. ad Corinth. 1. Secundo autem, fides Chriſti peruenit ad plenitudinem gentium, quæ eſt præfigurata per Magos. Tertio aūt, peruenit ad plenitudinem iudæorum, quæ eſt præfigurata per iuſtos, vnde & in tēplo iudæorum eſt eis Chriſtus manifeſtatus.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ſicut Apoſt. dicit Rom. 9. Iſrael ſectando legem iuſtitiæ, in legem iuſtitiæ non peruenit: ſed gentiles qui non quærebāt iuſtitiā, iudæos cōmuniter in iuſtitia fidei præuenerunt. & in huius figuram Simeon, qui expectabat cōſolationem Iſrael, vltimo Chriſtum natum cognouit & præceſſerunt eum Magi & paſtores, qui Chriſti natiuitatem non ita ſolicite expectabant.

Ad 2^m^ dicendum, ꝙ licet plenitudo gētium prius E ītrauerit ad fidē, q̃ plenitudo iudæorū: tn̄ primitiæ iudæorū præuenerūt i fide primitias gētiū, & iō paſtoribus primo manifeſtata eſt Chriſti natiuitas, q̃ Magis.

Ad 3^m^ dicendū, ꝙ de apparitione ſtellæ, quæ apparuit Magis, eſt duplex opinio. Chryſ. * n. ſuper Matth. & Aug. † in ſer. Epiph. dicunt ꝙ ſtella Magis apparuit per bienniū ante Chriſti natiuitatē, & tūc præmeditātes & ſe ad iter præparantes, a remotiſſimis partibus orientis peruenerūt ad Chriſtū tertiadecima die a ſua natiuitate. Vnde & Herodes ſtatim poſt receſſum Magorū, vidēs ſe ab eis illuſum, mādauit occidi pueros a bimatu & infra, dubitās ne tunc Chriſtus natus eſſet quādo ſtella apparuit, ſecundum ꝙ a Magis audierat.

Aug. in ſer. 7. ante medium, & in alio ſer. de Epiph. poſt ſer. ad fra. in hæremo, tom. 10. Chryſ. ho. 10. in Mat. ante mediū tom 2.

Alij

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæſextæ Articulum ſextum.*

Titulus de ordine tēporis quęrit, quo prius paſtorib⁹, deinde Magis, demum Simeoni & Annæ manifeſtata eſt Chriſti natiuitas.

¶ In corpore Auctor duo facit: primo ordinem manifeſtationum ex Euāgelii auctoritate aperit, ſcilicet quod ipſo die natalis paſtorib⁹, tertiadecima die Magis, quadrageſima Simeoni & Annæ. Secundo rationem reddidit optimam ex ſignificatis. Omnia clara ſunt in litera.

¶ In reſponſione ad tertium, de tempore occiſionis Innocentum multum conſtat. Ex Euangelio ſiquidē habetur quòd non ſtatim occiſi ſunt, nā poſt adorationem Magorum in domo diuerſoria iuxta Bethleē (ī qua natus eſt Chriſtus) oblatus eſt Domin⁹ in templo, & poſtea portatus a parētib⁹ ī Nazareth, vbi Angel⁹ dixit ad Ioſeph, Fuge in Aegyptum: futurum eſt enim, vt Herodes quærat puerū ad perdēdū eum. Hoc enim oportet fuiſſe, poſtquam ex Ieruſalem venerunt parentes eius in Nazareth, vt Lucas narrat: ſi. n. ante fuiſſet, non veniſſet in Ieruſalē, nec īde ī Nazareth. Vnde certū relinquitur, quòd non ſtatim Herodes ſæuiit in pueros, ſed incertum eſt quāto tēpore poſt ſæuierit in eos. Satis rationabile eſt illud impedimētum ex Romano itinere, pue iſse, qa p hiſtoria habet̃ ꝙ Romam iuerit a filiis accuſatus.

Alij vero dicunt ſtellam apparuiſſe primo, cũ Chriſtus natus eſt, & ſtatim Magi viſa ſtella iter arripientes, longiſſimum iter in tredecim diebus peregerũt: partim quidem adiuti diuina virtute, partim aũt dromedariorum velocitate: & hoc dico, ſi venerunt ex extremis partibus orientis. Quidam tamen dicunt, eos veniſſe de regione propinqua, vnde fuerat Balaã, cuius doctrinæ ſectatores fuerunt. Dicuntur autẽ ab oriente veniſſe, quia terra illa eſt ad orientalem partem terræ iudæorum. Et ſecundum hoc, Herodes nõ ſtatim recedentibus Magis, ſed poſt bienniũ pueros interfecit: uel quia dicitur interim accuſatus Romã iuiſſe, vel aliquorum periculorum terroribus agitatus, a cura interficiendi puerũ interim deſtitiſſe: uel quia potuit credere Magos fallacis ſtellę viſione deceptos, poſtquam non inuenerunt quem natum putauerunt, erubuiſſe ad ſe redire, vt Aug. * dicit in li. de Conſenſu Euangeliſtarum. Ideo autem non ſolum bimos pueros interfecit, ſed etiam infra, quia (vt Aug. dicit in quodam ſermone Innocẽtũ) timebat ne puer cui ſidera famulantur, ſpeciem ſuam paulo ſupra ętatem, vel infra transformaret.

Li. 2. c. 11. in ter med. & ſi. tom. 4.

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæſextæ Articulum ſeptimum.*

Titulus clar⁹ eſt. ¶ In corpore duo ſiunt. primo ex Chryſoſt. reſpondetur quæſito vna concluſione: Stella non fuit ex cęleſtibus. Et afferuntur quinque rationes ex eodem. Secundo, tractatur quid fuit illa ſtella: primo ſecũdũ Chryſo. ſub cuius opinione afferũtur duo modi dicendi: deinde ſecundũ propriã opinionem, auctoritate Leonis firmatam. Oĩa patẽt in litera. ¶ In reſpoſione ad tertiũ, perſpice Auctorem cõmune verbũ de ſignificatione cometarũ admittendo reſpondere: non quòd propterea, ſic ipſum ſenſiſſe putandum ſit: ſed eſto ꝙ ſit, reſpondiſſe intelligendum eſt. Cometes enim non magis regis, quàm pauperis ruſtici mortẽ ſignificat. ſed quia mortes principum notãtur, pauperum autem ratio nõ habetur, ideo vulgatum eſt, quòd ſignificat mortẽ pricipum, ſi magno credimus Alberto.

Opu. 60. c. 7. Et Mat. 2. tom. 4.

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum ſtella quæ Magis apparuit, fuerit una de cæleſtibus ſtellis.*

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ ſtella quæ magis apparuit, fuerit vna de cæleſtibus ſtellis. Dicit enim Auguſtinus in quodam ſermone Epiphaniæ, Dum pendet ad vbera, & vilium patitur Deus inuolumenta pannorum, repente nouum de cęlo ſidus effulſit. Fuit igitur ſtella cæleſtis, quæ Magis apparuit.

¶ 2 Præt. Auguſt.* dicit in ſermone quodã Epiphaniæ: Paſtoribus angeli, Magis ſtella Chriſtum demõſtrat : vtriſq; loquitur lingua cælorũ, quia lingua ceſſauit prophetarum: ſed angeli paſtoribus apparentes, fuerunt vere de cæleſtibus angelis. ergo & ſtella magis apparens, fuit vere de cęleſtibus ſtellis.

In ſer. 2 Epipha. qui eſt 30. in ordine & ſer. 3. eiuſdem feſti, tom. 10.

¶ 3 Præt. Stellæ quæ non ſunt in cęlo, ſed in aere, dicuntur ſtellæ cometę, quæ non apparent in natiuitatibus regũ, ſed magis ſunt indicia mortis eorum: ſed illa ſtella deſignabat Regis natiuitatem, vnde Magi dicunt Mat. 2. Vbi eſt qui natus eſt Rex iudęorum? vidimus enim ſtellã eius in oriẽte. ergo videt ꝙ fuerit de cæleſtibus ſtellis.

SED CONTRA eſt, quod Aug*. dicit in li. 2. contra Fauſtũ: Non ex illis erat ſtellis, quæ ab initio creaturæ, itinerum ſuorum ordinẽ ſub creatoris lege cuſtodiũt, ſed nouo virginis partu, nouũ ſidus apparuit.

Li. 2. ca. 5. a med. to. 6.

RESPON. Dicendũ, ꝙ ſicut Chryſ.* dicit ſuper Mat. ꝙ illa ſtella, quæ Magis apparuit, non fuerit vna cæleſtiũ ſtellarũ, multipliciter manifeſtũ eſt. Primo quidẽ, quia nulla alia ſtellarũ hac via incedit, hæc. n. ſtella ferebatur a ſeptentrione in meridiẽ: ita. n. Iudæa iacet

Ho. 6. poſt mediũ primi fol. a princip. hom. tom. 2.

F ad Perſidem, vnde Magi venerunt. Secundo, apparet hoc ex tẽpore: nõ. n. ſolũ apparebat in nocte, ſed etiã in media die, quod nõ eſt virtutis ſtellæ, ſed nec etiã lunę. Tertio, quia qñq; apparebat, & qñq; occultabatur. Cũ. n. intrauerunt Hieroſolymã, occultauit ſeipſam, deinde vbi Herodẽ reliquerunt, ſeipſam mõſtrauit. Quarto, quia non habebat continuũ motũ, ſed cũ oportebat ire Magos, ibat, cũ oportebat ſtare, ſtabat, ſicut & de colũna nubis erat in deſerto. Quinto, quia non ſurſum manens, partum Virginis demonſtrabat, ſed deorſum deſcẽdens, hoc faciebat. Dicitur. n. Mat. 2. ꝙ ſtella, quã viderant Magi in oriẽte, antecedebat G eos, vſq; dũ veniens ſtaret ſupra vbi erat puer. Ex quo patet, ꝙ verbũ Magorũ dicẽtiũ, Vidimus ſtellã eius in oriente, non eſt ſic intelligendũ, quaſi ipſis in oriẽte poſitis, ſtella apparuerit exiſtẽs in terra Iuda, ſed quia viderunt eã in oriente exiſtentẽ, & præceſſit eos vſq; in iudęam, q̃uis hoc a quibuſdã ſub dubio relinquatur. Nõ aũt potuiſſet diſtincte domũ demonſtrare, niſi eſſet terrę vicina. Et ſicut ipſe dicit, hoc non videtur propriũ ſtellę, ſed virtutis rationalis cuiuſdã. Vnde videtur hęc ſtella virtutis inuiſibilis fuiſſe in talẽ apparentiã transformata. Vnde quidã dicunt, ꝙ ſicut Spirituſſanctus deſcendit ſuper baptizatũ Dominũ, ĩ ſpecie colũbę, ita apparuit Magis in ſpecie ſtellę. Alij H vero dicũt, ꝙ angelus, qui apparuit paſtoribus in humana ſpecie, apparuit magis in ſpecie ſtellę. Probabilius tñ videtur, ꝙ fuerit ſtella de nouo creata, non in cęlo, ſed in aere vicino terrę, quę ſm diuinã voluntatẽ mouebatur. Vnde Leo Papa dicit in ſer.* Epiphan. Tribus Magis in regione orientis, ſtella nouę claritatis apparuit, q̃ illuſtrior ceteris, pulchriorq; ſiderib⁹, ĩ ſe ĩtuẽtiũ oculos animoſq; cõuerteret, vt cõfeſtim aduerterẽt, nõ eſſe otioſum, qđ tã inſolitũ videbatur.

In ſer. 1. nõ lõge a prin.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ cælũ ĩ ſacra ſcriptura qñq; dr̃ aer, ſm illud, Volucres cæli, & piſces maris.

AD 2m dicendum, quòd ipſi angeli cęleſtes ex ſuo officio habent, vt ad nos deſcendant in miniſterium miſſi: ſed ſtellę cęleſtes ſuum ſitum non mutant. Vnde non eſt ſimilis ratio.

I AD 3m dicendum, ꝙ ſicut ſtella illa, nõ eſt ſecuta modum ſtellarum cęleſtium, ita nec etiam ſtellarũ cometarum, quę nec de die apparent, nec curſum ordinatum mutant. Et tamen non omnino aberat ſignificatio cometarum, quia cęleſte regnum Chriſti comminuit, & conſumit vniuerſa regna terrę, & ipſum ſtabit in ęternum, vt dicitur Dan. 2.

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrum Magi conuenienter ad Chriſtũ adorandum uenerint.*

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæſextæ Articulum octauum.*

Titulus de conueniẽtia ſeu rationabilitate actus quærit. ¶ In corpore vnica concluſio: Credẽdũ eſt Magos a Spiritu ſancto inſpiratos ſapiẽter Chriſtũ adoraſſe. Probatur: Magi ſunt primitię Gẽtium in Chriſtũ credentium. ergo credẽdũ eſt &c. Antecedens manifeſtatur: quia in ipſis ſicut in quodam præſagio fides deuotioq; gẽtiũ a remotis ad Chriſtum venientium monſtrabatur. Conſequẽtia probatur: quia ſicut fides deuotioque gentium eſt abſq; errore per inſpirationem Spirituſſancti ita &c.

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur ꝙ Magi nõ cõuenienter K ad Chriſtũ venerãdũ venerint. vnicuiq;. n. Regi reuerentia debetur a ſuis ſubiectis: Magi aũt nõ erant de regno iudęorũ. ergo cũ ex viſione ſtellę congnouerunt natũ eſſe Regem iudęorum, videtur ꝙ incõuenĩeter venerint ad eũ adorãdũ.

Mat. 2.

¶ 2 Prę. Stultũ eſt viuente rege aliquo, extraneũ regẽ annũtiare: ſed in regno Iudęę regnabat Herodes. ergo ſtulte fecerũt Magi, alterius regis natiuitatem annuntiantes.



¶ 3 Præt. Certius eſt cæleſte indicium, q̃ indicium humanum: ſed A Magi ducatu cæleſtis indicij ab oriente venerant in Iudæam. Stulte ergo egerunt, præter ducatum ſtellæ, humanum indicium requirendo, dicentes, Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum?

¶ 4 Præt. Munerum oblatio & adorationis reuerentia, non debetur niſi regibus iam regnantibus: ſed Magi non inuenerunt Chriſtum regia dignitate fulgentem. ergo inconuenienter ei munera & reuerentiam regiam exhibuerunt.

SED CONTRA eſt, ꝙ dicitur Iſa. 60. Ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in ſplẽdore ortus tui: ſed qui diuino lumine ducuntur, nõ errant. ergo Magi abſque errore Chriſto reuerentiam exhibuerunt.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut dictum eſt,* Magi ſunt primitiæ gentium in Chriſtum credentium, in quibus apparuit ſicut in quodã præſagio fides, & deuotio gẽtium venientium a remotis ad Chriſtum: & ideo ſicut deuotio & fides gentium eſt abſque errore per inſpirationem Spirituſſancti, ita etiã credendum eſt, Magos a Spirituſancto inſpiratos, ſapienter Chriſto reuerentiam exhibuiſſe.

Ar. 6. huius q. arg. 4.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut Aug.* dicit in ſermone Epiphaniæ, cum multi reges iudæo- C rum nati fuiſſent atque defuncti, nullum eorum Magi adorandũ quæſierunt. Non itaque regi iudæorum, quales illic eſſe ſolebant, hunc tam magnum honorẽ longinqui, alienigenę, & ab eodem regno prorſus extranei, a ſe deberi arbitrabantur: ſed talem natum eſſe didicerunt, in quo adorando, ſe ſalutẽ, quæ ſecundum deum eſt, conſecuturos minime dubitauerunt.

In ſerm. 2. qui eſt 30. in ord. a medio il lius, to. 10.

AD 2m dicendum, ꝙ per illam annuntiationem Magorum, præſignabatur conſtantia gentium, Chriſtum vſq; ad mortem confitentium. Vnde Chryſ.† dicit ſuper Matth. quòd dum conſiderabant regem futurum, non timebant regem præſentem, adhuc non viderant Chriſtum, & iam parati erant pro eo mori.

Homi. 2. in Mat. i ope. imperf. ſup illud: Vidimus ſtellã eius.

AD 3m dicendum, quòd ſicut Aug.* dicit in ſermo. Epiphaniæ: Stella quæ magos perduxit ad locum, vbi erat cum matre Virgine deus infans, poterat eos ad ipſam perducere ciuitatem Bethleem, in qua natus eſt Chriſtus: ſed tamen ſubtraxit ſe, donec de ciuitate, in qua Chriſtus naſceretur, etiam iudęi teſtimoniũ perhiberent, vt ſic geminato teſtimonio confirmati, ſicut Leo Papa* dicit, attentiori fide expeterẽt, quem & ſtellæ claritas & prophetiæ manifeſtabat auctoritas. Et ita ipſi annuntiant iudæis Chriſti natiuitatem & interrogant locum, credunt & quęrunt, tamquàm ſignificantes eos, qui ambulant per fidẽ, & deſiderant ſpeciem, vt Aug. dicit* in ſermo. epiphaniæ. Iudæi autem indicantes eis locum natiuitatis Chriſti, ſimiles facti ſunt fabris arcæ Noe, qui alijs vbi euaderent pręſtiterunt, & ipſi diluuio perierunt. Audierunt & abierũt inquiſitores, dixerunt, & remanſerunt doctores ſimiles lapidibus miliarijs, qui viam oſtendunt, nec ambulant. Diuino etiam nutu factum eſt, vt aſpectu ſtellæ ſubtracto, Magi humano ſenſu in Hieruſalem irẽt, quærentes in ciuitate regia regem natum, vt in Hieruſalem primo chriſti natiuitas publice annuntiaretur, ſecundum illud Iſa. 2. De Sion exhibit lex, & verbum domini de Hieruſalem, & vt etiam ſtudio Magorum de longe venientium, damnaretur iudæorum pigritia prope exiſtentium.

In ſer. 6. & 34. in ordine a medio tom. 10.

In ſer. 4. de Epiph. in princ. & med.

In ſerm. 6. qui eſt 34. in ord. de tẽp. paulo a prin. to. 10.

A AD 4m dicẽdũ, ꝙ ſicut Chryſ.* dicit ſuper Matth. Si Magi terrenum regem quærẽtes veniſſent, fuiſſent confuſi: quia tanti itineris laborem ſine cauſa ſuſcepiſſent, vnde nec adoraſſent, nec munera obtuliſſent. Nunc autem, quia cæleſtem regem quærebant, etſi nihil regalis excellentiæ in eo viderent, tamen ſolius ſtellæ teſtimonio contenti eum adorauerunt: vident enim hominem & agnoſcunt deum: & offerunt munera dignitati Chriſti congruentia: aurum quidem, quaſi regi magno, thus quod in dei ſacrificio ponitur, immolatur vt deo: myrrha, qua mortuorum corpora condiuntur, præbetur tamquàm pro ſalute omnium morituro. In quo etiam, vt Gregor.* dicit, in- B ſtruimur, vt nato regi aurum, per quod ſignificatur ſapientia, offeramus, in conſpectu eius, ſapientiæ lumine ſplendentes: thus autem, per quod exprimitur orationis deuotio, offerimus deo, ſi per orationum ſtudia deo redolere valeamus: myrrham autem, quæ ſignificat mortificationem carnis, offerimus, ſi carnis vitia per abſtinentiam mortificemus.

Homi. 2. in Mat. i ope. imp. ſuper illud, Et intra. do. t. 2.

Hom. 10. in euang. poſt med. illius.

# QVAESTIO XXXVII.

*De legalibus circa puerũ Ieſum obſeruatis, in quatuor articulos diuiſa.*

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæſeptimæ Articulum primum.*

Titulus clarus eſt. ¶ In corpore vnica concluſio: Chriſtus debuit circuncidi. Probatur ſeptem rationibus, quæ clare patent in litera. ¶ In reſponſione ad ſecundum, vbi de imitatione Chriſti, quo ad circunciſionem corpoream agitur, dubium occurrit de circunciſione chriſtianorũ iudæorum, dicentiũ ſe circuncidi vt conformentur Chriſto, an ſit licita. Videtur enim quòd nõ. Primo, ex auctoritate Apoſtoli. Si circuncidimini, Chriſtus nihil vobis proderit, ad Galat. 5. & ex auctoritate eccleſiæ, quæ in concilio Florent. ſub Eugenio IIII. determinauit circũciſionem, & alia legalia, poſt publicationẽ euangelij eſſe nõ ſolum mortua, ſed mortifera. Secundo, quia circunciſio facta ad imitationem Chriſti, nõ effugit quin fiat etiam ad imitationem Abrahæ & iudæorum: quoniam quicquid fit ad imitationem imitantis tertium, fit ad imitationem illius tertij. ergo per hoc circunciſio facta ad imitationem Chriſti eſt circunciſio legalis. Et confirmatur,

C DEINDE conſiderandum eſt, de circũciſione Chriſti. Et quia circunciſio eſt quædam profeſſio legis obſeruandæ, ſecundum illud Galat. 5. Teſtificor oĩ hoĩ circuncidenti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ: ſimul cum hoc quærendum eſt, de alijs legalibus circa puerum Ieſum obſeruatis.

Vnde quæruntur quatuor.

D ¶ Primo, De eius circunciſione.
¶ Scdo, De nominis impoſitione.
¶ Tertio, De eius oblatione.
¶ Quarto, De matris purgatione.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum Chriſtus debuerit circuncidi.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ Chriſtus non debuerit circuncidi. Veniente. n. veritate, ceſſat figura: ſed circun- E ciſio fuit Abrahæ præcepta, in ſignum fœderis, quod erat de ſemine naſcituro, vt patet Gen. 17. Hoc autem fœdus fuit in Chriſti natiuitate completum. ergo circunciſio ſtatim ceſſare debuit.

Infra q. 40. ar. 4. cor. Et 4. diſ. 1. c. q. 2. ar. 2. q. 3. Et opuſ. 60 c. 5.

¶ 2 Præt. Omnis Chriſti actio, noſtra eſt inſtructio: vnde dicitur Io. 13. Exemplũ dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis: ſed nos non debemus circuncidi, ſecundum illud Gal. 5. Si circuncidimini, Chriſtus vobis nihil pderit. ergo videtur quòd nec

ſirmatur, quia fieri ad imitationem alicuius mediate vel immediate, non variat naturam actus: ſed circunciſio facta ad ſimilitudinem Chriſti immediate, fit mediate ad ſimilitudinem legalis circunciſionis: quia Chriſtus legalem circunciſionem suſcepit. ergo circunciſio ad ſimilitudinem Chriſti facta eſt legalis. Tertio, quia ſecundum Apoſtolū ab omni ſpecie mali abſtinendum eſt: inficiari autem nō poteſt, quin circunciſio iſta habeat ſpeciem mali: nam conſtat ꝙ habet ſpeciē iudaiſmi, igitur illicita eſt. (q.15. art.1.) In oppoſitū autem eſt, quia damnare totam illā patriā Chriſtianā, & morem antiquū tot eccleſiarum, pręſumptuoſum videt.

¶ Ad euidentiā huius quæſtionis ſciēdum eſt, ꝙ non vertitur in dubium, an circūciſio legalis ſit alicubi licita. Determinata ſiquidē eſt in dicto cōcilio hæc quæſtio, & definitū eſt circunciſionem legalem, ſiue in ea ponatur ſpes, ſiue non, eſſe illicitam. Sed quia iſta circūciſio negatur, quòd ſit legalis, dicitur enim quòd non fit ad obſeruandam legem Moyſi, vel pręceptum datū Abrahæ de circunciſione, propterea in dubium vertitur, an ſit licita vel illicita. Via autem reſolutionis incedēdo circunciſio facta præciſe ad conformandū hominem Chriſto, duo in ſe continet. ſ. ipſam corporalē circūciſionem voluntariam, & cōformitatē ad Chriſtum circunciſum. Ex primo autem conſtat actum non eſſe de genere malorum: quoniam actus malus ex ſuo genere, non poteſt recte fieri ex adiuncto bono fine: quia non ſunt facienda mala, vt veniant bona: circuncidere autem licite poteſt ſe homo ob ſanitatem. non igitur eſt ex ſuo genere mala corporalis circūciſio voluntaria. Ex ſecundo autem inquantum cōtinet conformitatem ad Chriſtum, conſtat quòd malus non redditur. Conformitas ſiquidem ad Chriſtum de genere bonorum eſt ſecundum ſe: bonum autem adiunctum non malo actui, non habet vnde reddat actum illum malum, ſed potius habet vnde bonificet actum illum. K Inquantum vero continet ly circunciſum (non enim additur conformitas ad Chriſtum abſolute, ſed ad Chriſtum circunciſum) poteſt reddere actum malum: nam Chriſtus vt circunciſus, ſignificat & circunciſionem corporalem & legalem, quoniā circūciſio eius fuit & corporalis & legalis: immo ideo ad literā corporaliter circuncidi voluit, vt legalem circunciſionem ſuſciperet. Et propterea ſi conformitas ad Chriſtum circunciſum, intelligatur ad circunciſum materialiter & formaliter, actus circunciſionis redditur malus pro tēpore euangelij publicati: quia talis circunciſio nihil aliud eſt, quàm circunciſio legalis: eſt enim imitatio eius, vt patet, & rationes ſecundo & tertio loco arguendo probant. Si vero conformitas referatur ad Chriſtum circunciſum corporaliter tantum ratione ſimilitudinis in patiendo, quia ſcilicet vult ſequi Chriſtum in dolore circunciſionis, non malus, ſed laudabilis redderetur F actus circunciſionis. Ratione vero ſimilitudinis in hoc, quòd eſt eſſe circunciſum corporaliter: quia Chriſtus fuit corporaliter circunciſus, cum in corporalibus ſecundum ſe non ſit virtus nec vitiū, nec vnde malus, nec vnde bonus reddatur actus circunciſionis propter huiuſmodi corporalem ſimilitudinem factæ video, niſi ꝙ pro tanto malus eſſet, pro quanto vanus eſſet: careret. n. neceſſitate & pia vtilitate, ſi ſolum pro corporea aſſimilatione fieret. Et ſi ꝓ quadam veneratione Chriſti hoc fieret, an actus ſit religioſus, an ſuperſtitioſus, conſiderandum eſt. Et quidem quòd ſit ſuperſtitioſus teſtatur, quia corporalem cæremoniam inutilem contra communem eccleſiæ morē, habentem mali ſpeciem exercet. Sed quòd cæremonia hæc licet ſit corporea, nō ſit vana aut inutilis, inde apparet ꝙ nonnulla veneratio eſt vacare aſſimilationi ad principem. In honorem ſiquidem principum vocam⁹ filios noſtros, ipſorū principum nominibus, vt Iulios a Iulio, & Leones a Leone. (Orig. hom. 14. in Luc. in prin. 3.) Nec ſuperſtitioſe ſimilis honor in ſanctos transfertur: ſed ad venerationem ſanctorum ſpectare credimus, quòd filios noſtros ſanctorum nominibus appellemus. Et propterea ſicut aſſimilari velle ſanctis in nominibus, extra religionē non eſt, ſed ad venerationem quandam ſpectat, ita honorem hunc exhibere Chriſto, vt etiam corporaliter aſſimiletur ſibi circunciſo homo, non ſuperſtitionis vanitas, ſed veneratio quædam eſt, ab hominibus humano more exhibita, & licet ſit non ſecundum communem eccleſiæ morem, eſt tamen ſecundum illarū eccleſiarū, quæ ſunt in indię ſub rege Dauid, qui vulgariter dicitur Preſte Ioanni, antiquum vetuſtumq; morem, qui & nūquàm ab vniuerſali aut Romana eccleſia damnatus apparet: & propterea licet alibi circunciſio iſta eſſet ſuperſtitioſa, non tamen vbi eſt conſueta. De mali autem ſpecie, quā præſeferre circunciſionem hoc tempore negari etſi non poteſt, dicitur tn̄ ꝙ ab omni ſpecie mali cauendum eſt, quando & vbi ſpeciem mali habet. Verum, vbi & quando actus aliquis ceſſat habere mali ſpeciem, poteſt exerceri licite: nam comedere immolata idolis, ſpeciem mali habet, & ſecundum Apoſtoli doctrinam 1. ad Cor. 8. & 10. quandoq; eſt licitum & quandoq; illicitum: nam præſentibus infirmis eſt illicitum: quando autem & vbi ſcandalum infirmorum nō timetur, licitum eſt. Et ſecundum hoc, circunciſio hmōi, quia in eccleſijs illis non eſt in ſcandalum infirmorum, neq; mali occaſio, ceſſat habere ibi mali ſpeciē. Et ſi obijciatur, ꝙ licet tollatur per hoc ratio ſcādali apud illos: non tamen tollitur per hoc ratio ſcandali apud innumeras Chriſti eccleſias, quæ de Indorū circunciſione ſcandalizantur, vtpote iudaiſmi ſpeciem habente, non hic vel ibi: ſed ſimpliciter & abſolute poſt perfectā euangelij publicationē, conſulendum credo per Romanā eccleſiā eſſet, vt vel nō toleraretur circunciſio tali ratione conſueta, vel ſi toleranda iudicaretur, vt ſecundum ſe licita, tolleretur ratio ſcandali apud eccleſias alias. Et per hæc patet ſolutio omniū obiectorum. Hæc ſunt quæ de hac q. noua mihi occurrerunt, in qua libentius audirem apoſtolicæ ſedis ſententiam, quàm propriā proferrem opinionem.

Chriſtus debuerit circuncidi.

¶ 3 Præt. Circunciſio eſt ordinata in remedium originalis peccati: ſed Chriſtus non contraxit originale peccatum, vt ex ſupra dictis patet.* ergo Chriſtus non debuit circuncidi.

Sed contra eſt, ꝙ dicitur Luc. 2. Poſtquā cōſumati ſunt dies octo, vt circunciderетur puer.

G Respon. Dicendum, ꝙ pluribus de cauſis Chriſtus debuit circuncidi. Primo quidem, vt oſtēdat veritatem carnis humanæ, contra Manichæū, qui dixit eum habuiſſe corpus phantaſticum, & contra Apollinariū, qui dixit corp⁹ Chriſti eſſe diuinitati conſubſtantiale, & contra Valentinum, qui dixit Chriſtum de cęlo corpus attuliſſe. Secundo, vt approbaret circunciſionem, quam olim deus inſtituerat. H Tertio, vt comprobaret ſe eſſe de genere Abrahæ, qui circūciſionis mandatum acceperat in ſignū fidei, quā de ipſo habuerat. Quarto, vt iudæis excuſationem tolleret, ne eum reciperent, ſi eſſet incircunciſus. Quinto, vt obediendi virtutem nobis ſuo commendaret exemplo: vnde & octaua die circunciſus eſt, ſicut in lege erat præceptum. Sexto, vt quia in ſimilitudinem carnis peccati aduenerat, remedium quo caro peccati conſueuerat mundari, non reſpueret. I Septimo, vt legis onus in ſe ſuſtinens, alios a legis onere liberaret, ſecundum illud Gal. 4. Miſit deus filium ſuum factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret.

Ad primvm ergo dicendum, quòd circūciſio per remotionem carnalis pelliculæ in membro generationis facta, ſignificabat ſpoliationem vetuſtæ generationis, a qua quidem vetuſtate liberamur per paſſionem Chriſti: & ideo veritas huius figuræ non fuit plene G impleta in Chriſti natiuitate, ſed in eius paſſione, ante quam circūciſio ſuam virtutem & ſtatum habebat: & ideo decuit Chriſtum ante ſuam paſſionem tamquàm filiū Abrahæ circuncidi.

Ad 2m dicendum, quòd Chriſtus circunciſionē ſuſcepit eo tempore, quo erat ſub præcepto: & iō ſua actio in hoc eſt nobis imitanda, vt obſeruemus ea, quæ ſunt noſtro tēpore in præcepto: quia vnicuique negotio eſt tempus, & opH portunitas, vt dicitur Eccleſ. 8. Et præterea, vt Orig.* dicit, ſicut mortui ſumus cum illo moriente, & conſurreximus Chriſto reſurgenti, ita circunciſi ſumus ſpirituali circunciſione per Chriſtū, & ideo carnali circunciſione non indigemus. Et hoc eſt, quòd Apoſtolus dicit Coloſ. 2. In quo, ſcilicet Chriſto, circunciſi eſtis circunciſione non manufacta, in expoliatione corporis carnis, ſed in circunciſione domini noſtri Ieſu Chriſti.

I Ad 3m dicendum, quòd ſicut Chriſtus propria voluntate mortem noſtram ſuſcepit, quę eſt effectus peccati (nullum in ſe habens peccatum) vt nos a morte liberaret, & ſpiritualiter nos faceret A mori peccato, ita etiam & circunciſionem, quæ eſt remedium originalis peccati, ſuſcepit abſque hoc quòd haberet originale peccatū, vt nos a legis iugo liberaret, & vt in nobis ſpiritualem circunciſionem efficeret, vt ſcilicet ſuſcipiendo figuram, impleret veritatem.



## Articvlvs II.

*Vtrum conuenienter fuerit Chriſto nomen impoſitum.*

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur quòd inconuenienter fuerit Chriſto nomen impoſitum. Veritas enim euangelica debet prænuntiationi prophetice reſpondere: ſed prophetæ aliud nomen de Chriſto prænuntiauerunt: dicitur enim Iſa. 7. Ecce, virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Et 8. Voca nomen eius, accelera, ſpolia detrahe, feſtina prædari. Et 9. Vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, deus fortis, pater futuri ſæculi, princeps pacis. & Zach. 6. dicitur, Ecce, vir, Oriēs nomen eius. ergo inconuenienter vocatum eſt nomen eius Ieſus.

¶ 2 Præt. Iſa. 62. dicitur, Vocabitur tibi nomē nouum, quod os domini nominauit: ſed hoc nomen Ieſus nō eſt nomen nouum, ſed pluribus fuit in veteri teſtamento impoſitum, vt patet etiam ex ipſa genealogia Chriſti Luc. 3. ergo videtur quòd incōuenienter vocatum eſt nomen eius Ieſus.

¶ 3 Præt. Hoc nomen Ieſus ſalutē ſignificat, vt patet per id, quod dicitur Matth. 1. Pariet filium, & vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populū ſuum a peccatis eorum: ſed ſalus per Chriſtū non eſt facta ſolum in circunciſione, ſed etiam in præputio, vt patet per Apoſt. Rom. 4. Inconuenienter ergo hoc nomen fuit Chriſto impoſitum in ſua circunciſione.

Sed contra eſt auctoritas ſcripturæ, in qua dicitur Luc. 2. quòd poſtquàm conſumati ſunt dies octo, vt circunciderетur puer, vocatum eſt no- E men eius Ieſus.

Respon. Dicendum, quòd nomina debent proprietatibus rerum reſpondere. Et hoc patet in nominibus generum & ſpecierum: quia, vt dicitur 4. Metaph. ratio, quam ſignificat nomen, eſt definitio, quæ deſignat propriam rei naturam. Nomina autem ſingularium hominum ſemper imponuntur ab aliqua proprietate eius, cui nomen imponitur. Vel a tempore, ſicut imponuntur nomina aliquorum ſanctorum his, qui in eorum feſtis naſcuntur. Vel a cognatione; ſicut cum filio imponitur nomen patris, vel alicuius de cognatione eius: ſicut propinqui Ioannis A Baptiſtæ volebant eum vocare nomine patris ſui Zachariam, non autem Ioannem: quia nullus erat in cognatione eius, qui vocaretur hoc nomine, vt dicitur Luc. 1. Vel etiam ab euentu: ſicut Ioſeph vocauit primogenitum ſuum Manaſſem, dicens, Obliuiſci fecit me deus omnium laborum meorum. Geneſ. 41. Vel etiam ex aliqua qualitate eius, cui nomen imponitur: ſicut Geneſ. 25. dicitur, quòd quia qui primus egreſſus eſt de vtero matris, rufus erat, & totus in morem pellis hiſpidus, vocatum eſt nomē eius Eſau, quod interpretatur rubeus. Nomina autem quæ imponuntur aliquibus diuinitus, ſemper ſignificant aliquod gratuitum donum eis diuinitus datum: ſicut B Gen. 17. dictum eſt Abrahæ, Appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium conſtitui te. Et Mat. 16. dictum eſt Petro, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Quia igitur Chriſto hoc munus gratiæ collatum erat, vt per ipſum omnes ſaluarentur, ideo conuenienter vocatum eſt nomen eius Ieſus, ideſt, Saluator, angelo hoc nomē prænuntiante, non ſolum matri, ſed etiam Ioſeph, qui erat futurus eius nutritius.

Ad primvm ergo dicendum, quòd in omnibus illis nominibus quodammodo ſignificatur hoc nomen Ieſus, quod eſt ſignificatiuum ſalutis. Nam in hoc quòd dicitur, Emanuel, quod interpretatur, noC biſcum deus, deſignatur cauſa ſalutis, quæ eſt vnio diuinæ & humanę naturę in perſona filij dei, per quam factum eſt, vt deus eſſet nobiſcum, quaſi particeps noſtræ naturæ. Per hoc autem quòd dicitur, Voca nomen eius, accelera, ſpolia detrahe, &c. deſignatur a quo nos ſaluauit, quia a diabolo, cuius ſpolia abſtulit, ſecundum illud Coloſſ. 2. Expolians principatus, & poteſtates, traduxit confidenter. In hoc autem quòd dicitur, Vocabitur nomen eius admirabilis &c. deſignatur via & terminus noſtræ ſalutis, inquantum ſcilicet admirabili diuinitatis cōſilio & virtute, ad hæreditatem futuri ſæculi perducimur, in quo erit pax perfecta filiorum dei, ſub ipſo principe deo. Quòd vero dicitur, Ecce vir, Oriens nomē eius, D ad idem refertur ad quod primum, ſcilicet ad incarnationis myſterium, ſecundum quòd exortum eſt in tenebris lumen rectis corde.

Ad 2m dicendum, quòd his qui fuerunt ante Chriſtum, potuit conuenire hoc nomen Ieſus ſecundum aliquam aliam rationem, puta, quia aliquam particularem & temporalem ſalutem attulerunt: ſed ſecundum rationem ſpiritualis & vniuerſalis ſalutis hoc nomen proprium eſt Chriſto, & ſecundum hoc dicitur eſſe nomen nouum.

Ad 3m dicendum, quòd ſicut Geneſ. 17. legitur, ſimul Abraham ſuſcepit nominis impoſitionem a deo, & circunciſionis mandatum: & ideo apud iudæos conſuetum erat, vt ipſo die circunciſionis nomina pueris imponerentur, quaſi ante circunciſionem perfectum eſſe non habuerint: ſicut etiam nunc pueris in baptiſmo nomina imponuntur. Vnde ſuper illud Prouerbio. 4. Ego filius fui patris mei, tenellus & vnigenitus coram matre mea, dicit gloſſ. Quare Salomon ſe vnigenitum coram matre nominat, quem fratrem vterinum præceſſiſſe ſcriptura atteſtatur, niſi quia ille mox natus, ſine nomine quaſi numquàm eſſet, de vita deceſſit? Et ideo Chriſtus ſimul cum fuit circunciſus, nominis impoſitionem accepit.

(Opuſc. 60. cap. 1.) ¶ *Super Quæſtionis trigeſimæſeptimæ Articulum ſecundum.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore triplex ratio imponendi nomina refertur. Deinde reſpōdetur quæſito. Nomina debēt imponi a proprietatibus rerum, vel imponuntur a circunſtantibus quomodolibet, vel ſignificant aliquod gratuitum donum diuinitus illis datū. Primū declaratur in nominibus generum & ſpecierum. Secundum, in ſingularium nominibus. Tertiū, in nominibus diuinitus impoſitis.

¶ Concluſio reſponſiua eſt. Conuenienter vocatum eſt nomen Chriſti Ieſus, ideſt, ſaluator: quia fuit impoſitum diuinitus angelo nūtiāte, & Chriſto hoc munus gratiæ collatum eſt, vt eſſet ſaluator omnium.

*¶ Super Quaestionis trigesimaeseptimae Articulum tertium.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore vnica concluſio reſpõſiua quæſito: Chriſtus cõuenienter in templo oblatus eſt, cum oblatione. Probatur: Chriſtus voluit ſub lege fieri, & ex muliere natus primogenitus eſt, ergo cõueniente &c. antecedens quo ad primam partem declaratur ex fine: qui a vt eos qui ſub lege erant redimeret, & iuſtificationem ſpiritualem in mẽbris ſuis impleret. Quo ad ſecũdam eſt per ſe euidens. Conſequentia probatur: quia in lege erant circa primogenitũ duo præcepta: alterum inquantum genitum, & alterum inquantum primogenitum, & vtrumque in Chriſto ſeruatum eſt. Litera eſt clara. [Op. 60. ar. 8.]

¶ Sed circa rationẽ in litera redditam de ſacrificio præcepto Leuit. 12 quia .ſ. pro peccato ꝓlis offerebatur, dubiũ occurrit: tum quia peccatum originale prolis iam expiatũ erat octauo die per circũciſionem: tum quia in textu illo expreſſe dr̃, Et orabit pro ea, ſ. matre, ſacerdos & mũdabitur, & non dicitur, Orabit ꝓ filio. male ergo in litera dicit, ꝙ offerebatur pro peccato prolis.

¶ Ad huius euidentiam conſiderandũ eſt, ꝙ litera illius textus, vt gloſſa ex Aug. dicit dupliciter legi poteſt. Primo, vt ly pro filio vel filia, referatur ad oblationem. Et hunc ſenſum ſecutus eſt Auctor ſequens Aug. pro. autem hunc ſenſum, ex verbis ſcilicet, Lucæ, dicentis: Cũ inducerẽt puerum Ieſum parentes eius, vt facerent ſecundum conſuetudinem legis pro eo. Ex hoc enim ꝙ dixit pro eo, & nõ pro matre, oſtendit ꝙ illud quod tunc faciebant, pro puero faciebant: conſtat autem quòd tunc offerebant, vt prædixerat Euangeliſta. ergo. Alio modo, ly pro filio aut filia, refertur ad purgationis terminationem, & ſecundum hunc ſenſum ab alijs exponitur, & remanet indeciſum pro quo fiat oblatio, an pro filio, an ꝓ matre, quæ ibi mundari dicitur. Et quia litera illa vtriuſque expoſitionis eſt capax, quia poteſt cum vtraque oratione (tam. ſ. antecedẽte de termino purgationis q̃ ſubſequente de oblatione) conſtrui ly pro filio vel filia poſitum in medio vtriuſque orationis, ideo ambiguus reſtat ſenſus, quantum eſt ex litera illa. [Art. huius in corp. & a. 3.] Libera videtur cuique ſua opinio, quòd vel pro peccato prolis vel matris offerebatur. Et quidẽ quòd pro peccato oblatio fieret, textus clare dicit. Et ideo dicere, quòd pro ſola irregu- F laritate corporea hoc fieret, alienum a litera eſt dicẽte, animal vnum pro peccato & aliud pro holocauſto offerri. Dicere autem quòd pro peccato matris quod non pariendo, ſed concũbendo commiſit, quia communiter aliquod veniale peccatum in actu illo interuenit, omnino irrationabile non eſt, ex litera tamen nõ habetur, quæ orationem quidem pro matre fieri mandat, oblationẽ autem non dicit fieri ꝓ matre. Haberque contra ſe hæc opinio verbum inductum ex Euangeliſta, quod poteſt gloſſari, quòd intelligitur ratione præſentationis primogeniti, & oblationis pro holocauſto. Cũ inducerent eum vt faceret pro eo hæc ſecundum conſuetudinem legis, vt ſic oblatio pro peccato remaneat dubia pro quo fiat.

¶ Et licet hæc gloſſa non appareat conuincibilis de falſitate, ſi tamen patrum regulas ſequendo, in tutiorem declinare debemus partẽ, dicendum eſt, quòd pro filio ſeu filia oblatio fiebat & in holocauſtum & pro peccato: tum quia euangeliſtæ auctoritas indiſtincte tradit, quòd pro puero hæc faciebant: tum quia Auguſt. tanti facit hæc euãgeliſtæ verba, vt dicat conuinci ex his verbis oblationem fieri pro filio ſeu filia: tum quia hoc etiam ſentit glo. ordinaria ibidem, vltra illam ex Auguſtino allatam, & diui Thomæ accedit non poſthabenda auctoritas: pro matris autem peccato oblationem fieri nulla tradit ſcripturæ auctoritas, dicente expreſſe textu mundationẽ matris eſſe corporeã, dum dicit, Et rogabit pro ea ſacerdos, & ſic mundabitur a profluuio ſanguinis ſui, & non dixit a peccato: pro quo tamen offerri mandatur.

¶ Ad obiectionem autem, quòd originale peccatum iam expiatum erat per circunciſionem, dicitur, quòd quia peccatum originale plura in ſe continet, ſcilicet maculam cum reatu æternæ pœnæ damni, & fomitem, non inconuenit pro peccato originali remiſſo quo ad maculam cũ reatu æternæ pœnæ damni, offerre vt expietur aliqualiter quo ad fomitem, vt ſcilicet proles minus prona ſit ad malũ. Et tanto magis hoc erat tunc neceſſarium, quanto per circunciſionem minor gratia conferebatur, quàm nunc per baptiſmum, vt ſic adiunctum hoc ſacrificium circunciſioni, accederetur ad gratiam baptiſmalem, vel propius ad illam, non ex opere aliquo ſacramentali, ſed ex deuotione & fide oblati ſacrificij, patre miſericordiarum largiente.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum Chriſtus conuenienter fuerit in templo oblatus.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd incõuenienter fuerit chriſtus in templo oblatus. Dicitur enim Exod. 12. Sanctifica G mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam in filijs Iſrael: ſed chriſtus exiuit de clauſo virginis vtero, & ita matris vuluã non aperuit. ergo chriſtus ex hac lege nõ debuit in templo offerri.

¶ 2 Prẹt. Illud, quod eſt ſemper præſens alicui, non poteſt ei præſentari: ſed chriſti humanitas ſemper fuit deo maxime præſens, vtpote ei coniuncta in vnitate perſonæ. ergo non oportuit, quòd coram domino ſiſteretur. H

¶ 3 Præt. Chriſtus eſt hoſtia principalis, ad quam omnes hoſtiæ veteris legis referuntur, ſicut figura ad veritatem: ſed hoſtiæ non debet eſſe alia hoſtia. ergo non fuit conueniens, vt pro chriſto alia hoſtia offerretur.

¶ 4 Præt. Inter legales hoſtias præcipua fuit agnus, qui erat iuge ſacrificium, vt habetur Num. 28. vnde etiam chriſtus dicitur agnus, Ioan. 1. Ecce agnus dei. magis ergo fuit cõueniens, quòd pro Chriſto I offerretur agnus, quàm par turturum, vel duo pulli columbarum.

SED IN CONTRARIVM eſt, auctoritas ſcripturæ, quæ hoc factum eſſe teſtatur, Luc. 2.

RESPON. Dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt,* chriſtus voluit ſub lege fieri, vt eos qui ſub lege erant, redimeret, & vt iuſtificatio legis in ſuis membris ſpiritualiter impleretur. De prole autem nata, duplex præceptum in lege traditur. K Vnũ quidem generale, quo ad omnes, vt. ſ. completis diebus purificationis matris offerretur ſacrificium pro filio, ſiue pro filia, vt habetur Leuit. 12. & hoc quidem ſacrificium erat & ad expiationem peccati, in quo proles erat concepta & nata, & ad conſecrationem quandam ipſius: quia tunc primo G præſentabatur in templo, & ideo aliquid offerebatur in holocauſtũ, & aliquid pro peccato. Aliud autẽ prẹceptum erat ſpeciale in lege de primogenitis tam in hominibus, quàm in iumentis: ſibi .n. dominus deputauerat omne primogenitum filiorũ Iſrael, pro eo quòd ad liberationem populi Iſrael percuſſerat primogenita Aegypti, ab homine vſque ad pecus, primogenitis filiorum Iſrael reſeruatis. Et hoc mandatum ponitur Exod. 13. H in quo etiam prẹfigurabatur chriſtus, qui eſt primogenitus in multis fratribus, vt dicitur Roma. 8. Quia igitur chriſtus ex muliere natus, erat quaſi primogenitus, & voluit fieri ſub lege, hæc duo euangeliſta Lucas circa eum fuiſſe obſeruata oſtendit. Primo quidem id, quod pertinet ad primogenitos, cum dicit, Tulerunt illum in Hieruſalem, vt ſiſterent eũ dño, ſicut ſcriptum eſt in lege domini: quia omne maſculinũ adaperiens vuluam, ſanctum dño vocabitur. I Secundo illud, quod pertinet communiter ad omnes, cum dicit, Vt darẽt hoſtiam, ſecundum ꝙ dictũ erat in lege dñi, par turturum aut duos pullos columbarũ.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſicut Greg. Niſſenus dicit, Illud legis prẹceptum in ſolo incarnato deo ſingulariter & ab alijs differẽter impleri videtur. ipſe namque ſolus ineffabiliter cõceptus ac incomprehenſibiliter editus, virginalem vterum aperuit, non antea K



connubio reſeratum, ſeruans & poſt partũ inuiolabiliter ſignaculũ caſtitatis. Vnde quòd dicit, adaperiens vuluam, deſignat, quòd nihil antea inde intrauerat vel exiuerat. Et per hoc etiam ſpecialiter dicitur maſculinus, quia nihil de femineitate culpæ portauit. Singulariter etiam ſanctus, quia terrenæ contagia corruptelæ, immaculati partus nouitate non ſenſit.

AD 2m dicendum, ꝙ ſicut filius dei non pp ſeipſum factus eſt homo & circũciſus in carne, ſed vt nos per gratiã faceret deos, & vt ſpiritualiter circuncidamur, ſic propter nos ſiſtitur domino, vt diſcamus deo præſentare noſmetipſos. Et hoc poſt circũciſionem eius factum eſt, vt oſtendat neminem niſi circunciſum vitijs, dignum eſſe diuinis conſpectibus.

AD 3m dicendum, quòd propter hoc ipſum voluit hoſtias legales pro ſe offerri, qui erat vera hoſtia, vt figura veritati coniungeretur, & per veritatem figura approbaretur, contra illos, qui deum legis negant a Chriſto fuiſſe in euangelio prædicatum. Non. n. putandum eſt, vt Orig.* dicit, quòd filium ſuum bonus deus ſub lege inimici fecerit, quam ipſe non dederat. [Hom. 14. in Luc. a medio illius, tom. 4.]

AD 4m dicendum, quòd Leuit. 12. præcipitur, vt qui poſſent, agnum pro filio aut filia, ſimul & turturem ſiue columbam offerrent, qui vero non ſufficerent ad offerendum agnum, duos turtures, vel duos columbarum pullos offerrent. Dominus ergo, qui cũ diues eſſet, propter nos egenus factus eſt, vt illius inopia diuites eſſemus, vt dicitur 2. ad Corinth. 8. pro ſe pauperum hoſtiam voluit offerri: ſicut & in ipſa natiuitate pannis inuoluitur, & reclinatur in præſepio. Nihilominus tamen, huiuſmodi aues figurẹ congruunt: turtur enim quia eſt auis loquax, prædicationem, & confeſſionẽ fidei ſignificat: quia vero eſt animal caſtum, ſignificat caſtitatem: quia vero eſt animal ſolitarium, ſignificat contemplationem. Columba vero eſt animal mãſuetum & ſimplex, manſuetudinem & ſimplicitatem ſignificans. Eſt etiam animal gregale: vnde ſignificat vitam actiuam: & ideo huiuſmodi hoſtia figurabat perfectionem Chriſti & membrorum eius. Vtrumque etiam animal propter conſuetunem gemendi, præſentes ſanctorum luctus deſignat: ſed turtur, quæ eſt ſolitaria, ſignificat ſecretas orationum lachrymas. Columba vero, quæ eſt gregalis, ſignificat publicas orationes eccleſiæ. Vtrumque vero animal duplicatum offertur, vt ſanctitas ſit non ſolum in anima, ſed etiam in corpore.

*¶ Super Quæſtionis trigeſimaſeptimæ Articulum quartum.*

Titulus clarus eſt. [Opusc. 60. cap. 1.]

¶ In corpore vna cõcluſio. Mater Chriſti cõuenienter purganda acceſſit. Probatur. Sicut gratia a Chriſto in matrẽ, ita & humilitas. ergo ſicut Chr̃s ſub lege, ita & mater. Antecedẽs ꝓbatur: quia humilibus datur gratia. Conſequentia eſt euidẽs: quia ad humilitatẽ matris ſpectare conſtat purgationem matris. [In præced. art.]

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum mater dei conuenienter ad templum purganda acceſſerit.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd incõuenienter E mater dei purganda ad templum acceſſerit. Purgatio enim, non videtur eſſe niſi ab immunditia: ſed in beata Virgine nulla fuit immũditia, vt ex ſupra dictis patet.* ergo non debuit, vt purganda ad tẽplum accedere.

¶ 2 Præt. Leuitic. 12. dicitur. Mulier quæ ſuſcepto ſemine pepererit maſculũ, immunda erit ſeptem diebus: & ideo præcipitur quòd non ingrediatur ſanctuarium, donec impleantur dies purgationis A eius: ſed beata Virgo peperit maſculum ſine virili ſemine. non ergo debuit ad templum venire purgãda.

¶ 3 Prẹt. Purgatio ab immunditia non fit niſi per gratiam: ſed ſacramenta veteris legis gratiam non conferebant, ſed ipſa potius ſecum gratiæ actorem habebat. non ergo conueniens fuit, vt ad templum purganda veniret.

SED CONTRA eſt, auctoritas ſcripturæ, qua dicitur Luc. 2. quòd impleti ſunt dies purgationis Mariæ, ſecundum legem Moyſi.

RESPON. Dicendum, ꝙ ſicut plenitudo gratiæ a Chriſto deriuatur in matrem, ita decuit vt mater humilitati filij cõformaretur: humilibus enim deus dat B gratiam, vt dicitur Iacobi 4. Et ideo ſicut Chriſtus licet non eſſet legi obnoxius, voluit tamen circunciſionem & alia legis onera ſubire, ad demonſtrandũ humilitatis & obedientiæ exemplum, & vt approbaret legem, & vt calumniæ occaſionem Iudæis tolleret, pp eandem rationem voluit & matrem ſuam implere legis obſeruantias, quibus tamen non erat obnoxia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet beata Virgo nullam haberet immunditiam, voluit tamẽ purgationis obſeruantiam implere, non propter indigentiam, ſed propter legis præceptum; & ideo ſignanter euangeliſta dicit, quòd cõpleti ſunt dies purgationis eius ſecundum legem: ipſa enim ſecundum C ſe purgatione non indigebat.

AD 2m dicendum, quòd ſignanter Moyſes videtur fuiſſe locutus ad excipiendam ab immũditia matrem dei, quæ non peperit ſuſcepto ſemine. Et ideo patet, quòd non obligabatur ad impletionem illius præcepti, ſed voluntarie purgationis obſeruantiam adimpleuit, vt dictum eſt.* [In corp. ar.]

AD 3m dicendum, quòd legalia ſacramenta non purgebant ab immunditia culpẹ, quẹ fit per gratiam, ſed hanc purgationem præfigurabant: purgabant autem purgatione quadam carnali ab immunditia irregularitatis cuiuſdam, ſicut in ſecunda parte † dictum eſt. [1. 2. q. 102. art. 5.] Neutram tamen immunditiam beata Virgo con- D traxerat: & ideo non indigebat purgari.

## QVAESTIO XXXVIII.

*De baptiſmo Ioannis, in ſex articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt, de baptiſmo, quo Chriſtus baptizatus eſt. Et quia Chriſtus baptizatus eſt baptiſmo Ioannis, Primo cõſiderandum eſt de baptiſmo Ioannis in communi. Secundo, E de baptizatione Chriſti.

### Circa primum quæruntur ſex.

¶ Primo, Vtrum conueniens fuerit, quòd Ioannes baptizaret.

¶ Secundo, Vtrum ille baptiſmus fuerit a deo.

¶ Tertio, Vtrum contulerit gratiam.

¶ Quarto, Vtrum alij præter Chriſtum illo baptiſmo debuerint baptizari.

¶ Quinto, Vtrum baptiſmus ille ceſſare debuerit Chriſto baptizato.

¶ Sexto, Vtrum baptizati baptiſmo Ioannis eſſent poſtea baptizandi baptiſmo Chriſti.

*¶ Super Quæſtionis trigeſimaoctauæ Articulum primum.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore vna cõcluſio. Conueniens fuit Ioannem baptizare. Probatur quadrupliciter. Litera ordinata eſt & clara.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum fuerit conueniens Ioannem baptizare.*

4.di.2.q.2. art.2.ad 4.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens Ioannem baptizare. Omnis enim ritus ſacramẽtalis ad aliquam pertinet legẽ: ſed Ioannes nõ introduxit nouã legem. ergo inconueniens fuit ꝙ nouum ritũ baptizandi introduceret.

¶ 2 Præt. Ioannes fuit miſſus a deo in teſtimonium tamquàm propheta, ſecundum illud Luc.1. Tu puer propheta Altiſſimi vocaberis: ſed prophetæ qui fuerunt ante chriſtum, non introduxerunt nouum ritum, ſed ad obſeruantiam legalium rituum inducebant, vt patet Malach. vlti. Memẽto te legis Moyſi ſerui mei. ergo nec Ioannes nouum ritum baptizandi introducere debuit.

¶ 3 Præt. Vbi eſt alicuius rei ſuperfluitas, non eſt ad illud aliquid addendum: ſed iudæi excedebant in ſuperfluitate baptiſmatũ: dicitur enim Marci. 7. quòd phariſæi & oẽs iudæi niſi crebro lauent manus, non manducant, & a foro venientes, niſi baptizentur non comedũt, & alia multa ſunt, quæ tradita ſunt illis ſeruare, baptiſmata calicum & vrceorum, & æramentorum & lectorum. ergo inconueniens fuit, quòd Ioannes baptizaret.

SED CONTRA eſt, auctoritas ſcripturæ, Matth.3. vbi præmiſſa ſanctitate Ioannis, ſubditur, quòd exibant ad eum multi, & baptizabantur in Iordane.

RESPON. Dicendum, quòd conueniens fuit Ioannem baptizare propter quatuor. Primo quidem, quia oportebat chriſtum a Ioanne baptizari, vt baptiſmum conſecraret, vt Auguſtin.* dicit ſuper Ioannem. Secundo, vt chriſtus manifeſtaretur. Vnde ipſe Ioannes Baptiſta dicit Ioannis primo, vt manifeſtetur, ſcilicet chriſtus in Iſrael, propterea veni ego in aqua baptizans: concurrentibus enim turbis ad baptiſmum annuntiabat chriſtum: quod quidem facilius ſic factum eſt, quàm ſi per ſingulos diſcurriſſet, vt chryſoſto.* dicit ſuper Ioannem. Tertio, vt ſuo baptiſmo aſſuefaceret homines ad baptiſmum chriſti. Vnde Greg.† dicit in quadam Homil. quòd ideo Ioannes baptizauit, vt præcurſionis ſuæ ordinem ſeruans, qui naſciturum dominum naſcendo præuenerat, baptizando quoque, baptizaturum præueniret. Quarto, vt ad pœnitentiam homines inducens, homines præpararet ad digne ſuſcipiendum baptiſmũ chriſti. Vnde ibidem Beda dicit, quòd quantum catechumenis nondum baptizatis poteſt doctrina fidei, tantum profuit baptiſma Ioannis ante baptiſma Chriſti: quia ſicut ille prædicabat pœnitentiam, & baptiſmum chriſti prænuntiabat, & in cognitionem veritatis quæ mundo apparuit attrahebat: ſic miniſtri eccleſiæ primo erudiunt, poſt peccata eorum redarguunt, demum in baptiſmo chriſti remiſſionem peccatorum promittunt.

Habet̃ ex ſerm. 1. de Epip. to. 10

Chryſ. ho. 16. in Ioã. ante med. tom. 3.

†hom. 7. in euan. parũ ante med.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd baptiſmus Ioannis non [d] erat per ſe ſacramentũ: ſed quaſi quoddam ſacramentale, diſponens ad baptiſmum Chriſti: & ideo aliqualiter pertinebat ad legem chriſti, non autem ad legem Moyſi.

D. 263.

AD 2^m dicendum, quòd Ioannes non ſolum fuit propheta, ſed pluſquàm propheta, vt dicitur Matthæ. 11. fuit enim terminus legis & initium euangelij: & ideo magis pertinebat ad eum, verbo & opere inducere homines ad legem chriſti, quàm ad obF ſeruantiam veteris legis.

AD 3^m dicendum, quòd baptiſmata illa phariſæorum erant inania, vtpote ad ſolam munditiam carnis ordinata: ſed baptiſmus Ioannis ordinabatur ad munditiam ſpiritualem: inducebat enim homines ad pœnitentiam, vt dictum eſt.*

In corp.

### ARTICVLVS II.

*Vtrum baptiſmus Ioannis fuerit a Deo.*

AD SECVNDVM ſic ꝓceditur. Videtur quòd baptiſmus Ioãnis non fuerit a deo. G Nihil enim ſacramentale quod eſt a deo, denominatur ab homine puro, ſicut baptiſmus nouę legis non dicitur Petri vel Pauli, ſed Chriſti: ſed ille baptiſmus denominatur a Ioanne, ſecundum illud Matth. 21. Baptiſmus Ioannis, vnde erat, e cælo an ex hominibus? ergo baptiſmus Ioannis non fuit a deo.

4.di.2.q.2. ar.1.q.3.

¶ 2 Præt. Omnis doctrina de nouo a deo procedens, aliquibus ſignis confirmatur: vnde & Dominus H Exo.4. dedit Moyſi poteſtatem ſigna faciendi. Et Heb.2. dicitur, Cũ fides noſtra principium accepiſſet enarrari a deo, per eos, qui audierunt, in nos confirmata eſt, conteſtante deo ſignis & prodigijs: ſed de Ioanne Baptiſta dicitur Ioã. 10. Ioannes ſignum fecit nullum. ergo videtur quòd baptiſmus quo baptizauit, non eſſet a deo.

¶ Super Quæſtionis trigeſimæoctauæ Articulum ſecundum.

TItulus, queſtionem a domino phariſæis propoſitã mouet.

¶ In corpore vnica eſt diſtinctio bimembris cum concluſione bimẽbri. Diſtinctio eſt: Baptiſmus Ioannis vel quo ad eius ritum, vel quo ad eius effectũ. Concluſio eſt. Baptiſm' Ioannis quo ad ritũ erat a deo, qua ad proprium effectum fuit ab homine. Probatur quo primã partem: quia ex inſtinctu Spiritusſancti baptizabat, dicente ipſo Io. 1. Qui me miſit baptizare ĩ aqua. Quo ad ſecundam partem: quia nihil efficiebat, quod homo efficere non potuiſſet, hoc eſt, quia nõ conferebat aliquod ſpirituale.

¶ 3 Præt. Sacramenta quæ ſunt diuinitus inſtituta, aliquibus ſacræ ſcripturæ præceptis continentur: ſed baptiſmus Ioannis non præcipitur aliquo I præcepto ſacræ ſcripturæ. ergo videtur quòd non fuerit a deo.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Ioan. 1. Qui me miſit baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris ſpiritum &c.

RESPON. Dicendum, quòd in baptiſmo Ioannis duo poſſunt conſiderari, ſcilicet ipſe ritus baptizandi, & effectus baptiſmi. Ritus quidem baptizandi non fuit ex hominibus, ſed a deo, qui familiari Spiritusſancti reuelatione Ioannem ad baptizandum miſit. Effectus autem illius baptiſmi fuit ab homine: quia nihil in illo baptiſmo efficiebatur, quod homo facere non poſſet. Vnde non fuit a ſolo deo, niſi inK quantum deus in homine operatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd per baptiſmum nouæ legis homines interius per Spiritumſanctum baptizantur, quod facit ſolus deus. Per baptiſmum autem Ioãnis, ſolum corpus mundabatur aqua. Vnde dicitur Matth. 3. Ego baptizo vos in aqua, ille vos baptizabit in Spirituſancto. Et ideo baptiſmus Ioannis denominatur ab ipſo: quia ſcilicet nihil in eo agebatur, quod ipſe non ageret. Baptiſmus autem nouæ legis non denominatur a miniſtro, qui principalem baptiſmi effectum non agit, ſcilicet interiorem emundationem.

AD 2^m dicendum, quòd tota doctrina & operatio Ioannis ordinabatur ad chriſtum, qui multitudine ſignorũ, & ſuam & Ioannis doctrinam confirmauit. Si autem Ioannes ſigna feciſſet, homines ex æquo Ioanni & Chriſto attendiſſent: & ideo vt homines principaliter Chriſto intenderent, non eſt datũ Ioanni, vt faceret ſignum: iudęis tamen quærentibus quare baptizaret, confirmauit ſuum officium auctoritate ſcripturæ, dicens, Ego vox clamantis in deſerto &c. vt dicitur Ioan. 2. Ipſa etiam auſteritas vitæ, eius officium commendabat, quia vt Chryſoſt.* dicit ſupra Matth. mirabile erat in humano corpore tantam patientiam videre.

Homil. 10. in Mat. ante med. t. 2.



AD 3^m dicendum, quòd baptiſmus Ioannis non fuit ordinatus a deo, niſi vt modico tempore duraret, propter cauſas prædictas.† Et ideo non fuit commendatus aliquo præcepto communiter edito in ſacra ſcriptura, ſed familiari quadam reuelatione Spiritusſancti, vt dictum eſt.*

In ar. 1. huius quæſt.

In art. 1. huius q.

### ARTICVLVS III.

*Vtrum in baptiſmo Ioannis, gratia daretur.*

¶ Super Quæſtionis trigeſim. octauæ Articulum tertium.

TItulus clarus eſt.

¶ In corpore vnica concluſio trimembris: Baptiſmus Ioãnis non conferebat gratiam, ſed præparabat ad eam tripliciter. Probatur concluſio. primo, quo ad primas partes ſimul. Tota doctrina & operatio Ioãnis, erat præparatoria ad Chriſtum, per quem conferenda erat gratia: ergo baptiſmus Ioãnis nõ cõferebat gratiam, ſed præparabat ad illã. Antecedens quo ad primam eius partem ex dictis patet, quo ad ſecundam vero Ioan. 1. Gratia per Ieſum Chriſtũ facta eſt. Cõſequentia vero probatur: quia miniſtri ac inferioris artificis, nõ eſt inducere formã principalis artificis, ſed præparare ad illam. Deinde concluſio declaratur quo ad vltimam partem tripliciter, ſcilicet p doctrinam ad fidẽ, per baptizationem ad ritum baptiſmi, per pęnitentiam ad gratiam effectus baptiſmi.

¶ In reſponſione ad primum, differentia inter expoſitionem primam ex Beda & tertiam ex Hier. eſt: q̃a in prima ad duo baptiſmata referuntur illa duo verba, baptizare & pdicare: primũ ad baptiſmum Ioannis: ſecundum ad baptiſmum Chriſti. In tertia vero ad idem baptiſma, ſcilicet Ioannis referuntur ambo, & verificatur ꝙ diſpoſitiue in remiſſionem peccatorũ baptizabat, & prædicabat ad pfectionẽ gratiæ per Chriſtum. Et ſi quærat nouitius, in quo ergo differt tertia a ſecunda expoſitione, reſpondeatur, quòd tertia ordinem Ioãnis ad Chriſtum reſpicit: & ideo illud idẽ quod Chriſtus pfecturus erat, Ioãnes inchoatiue facere dicitur. Secunda autem, ordinem baptiſmi dati a Ioãne ad pœnitentiam reſpicit: & ideo dicitur quòd & baptizabat & prędicabat baptiſmum ſuum pœnitentiæ, hoc eſt inducentem ad pœnitentiam, per quam fit remiſſio peccatorum.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur ꝙ in baptiſmo Ioannis gratia daretur. Dicitur enim Marci 1. Fuit Ioãnes in deſerto baptizans, & prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorũ: ſed pęnitẽtia & remiſſio peccatorũ eſt p gratiã. ergo baptiſmus Ioannis gratiam conferebat.

4.di.2.q.2. ar.1.q.1.

¶ 2 Præt. Baptizandi a Ioanne confitebantur peccata ſua, vt habetur Matthæ. 3. & Marci 1. ſed confeſſio peccatorũ ordinatur ad peccatorum remiſſionem, quæ fit per gratiã. ergo in baptiſmo Ioannis, gratia conferebatur.

¶ 3 Præt. Baptiſmus Ioannis propinquior erat baptiſmo Chriſti, quàm circuncìſio: ſed per circunciſionem remittebatur peccatum originale: quia, vt* Beda dicit, idẽ ſalutiferæ curationis auxilium circunciſio in lege contra originales peccati vulnus agebat, quod nunc baptiſmus agere reuelatæ gratiæ tempore cõſueuit. ergo multo magis baptiſmus Ioannis remiſſionẽ peccatorum operabatur, quod ſine gratia fieri non poteſt.

SED CONTRA eſt, quòd Mat. 3. dicitur, Ego quidẽ baptizo vos in aqua in pœnitẽtiam, Quod exponens Greg.* in quadam Homil. dicit, Ioannes nõ in ſpiritu, ſed in aqua baptizat, quia peccata ſoluere non valebat: ſed gratia eſt a Spirituſancto, & per eam peccata tolluntur. ergo baptiſmus Ioannis gratiam non conferebat.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut dictum eſt,* tota doctrina & operatio Ioãnis præparatoria erat ad Chriſtum: ſicut miniſtri & inferioris artificis eſt præparare materiam A ad formam, quam inducit principalis artifex. Gratia autem conferenda erat hominibus per Chriſtum, ſecundum illud Ioan. primo. Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Et ideo baptiſmus Ioannis gratiam non conferebat, ſed ſolum ad gratiam præparabat tripliciter. Vno quidem modo, per doctrinam Ioannis inducentẽ homines ad fidem chriſti. Alio modo, aſſuefaciendo homines ad ritum baptiſmi Chriſti. B Tertio modo, per pœnitentiam, pręparando homines ad ſuſcipiendum effectum baptiſmi Chriſti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in illis verbis (vt Beda dicit†) poteſt intelligi duplex baptiſmus. Vnus quidem, quem Ioãnes baptizando conferebat, qui dicitur baptiſmus pœnitentiæ: quia .ſ. ille baptiſmus erat quoddam inductiuũ ad pœnitentiã, & quaſi quædam proteſtatio, qua profitebantur homines ſe pœnitentiam C acturos. Alius autẽ eſt baptiſmus chriſti, per quem peccata remittuntur, quem Ioannes dare non poterat: ſed ſolum prædicabat, dicens, Ille vos baptizabit in Spirituſancto. Vel poteſt dici, ꝙ prædicabat baptiſmum pœnitẽtiæ, ideſt, inducentem ad pœnitentiam: quę quidem pœnitentia ducit homines in remiſſionem peccatorum. Vel poteſt dici, quòd per baptiſmum chriſti, vt Hiero. dicit,* gratia datur, qua peccata gratis dimittuntur: quod autem conſumatur per ſponſum, initiatur per paranymphum, ſcilicet per Ioannem. Vnde dicitur, quòd baptizabat & D prædicabat baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorũ, non quia hoc ipſe perficeret, ſed quia præparando ad hoc homines diſponebat.

Sup. illud Mar. 1. fuit Ioannes in deſerto baptizãs: Et c. 3. ſecundum ordinem Bedæ.

Sup. illud Mar. 1. prędicans baptiſ. pœnit. tom. 9.

AD 2^m dicendum, quòd illa confeſſio peccatorum non fiebat ad remiſſionem peccatorum ſtatim per baptiſmum Ioannis exhibendam: ſed cõſequendam per pœnitentiam conſequentem, & per baptiſmum chriſti, ad quem pœnitentia illa præparabat.

AD 3^m dicendum, quòd circunciſio inſtituta erat ad remedium originalis peccati: ſed baptiſmus Ioannis ad hoc non erat inſtitutus, ſed ſolum erat præparatorius ad baptiſmum chriſti, vt dictum* eſt.* Sacramenta autem ex vi inſtitutionis, ſuum habent effectum.

In corp. & ar. 1. huius quæſt.

E

### ARTICVLVS IIII.

*Vtrum alij præter Chriſtum, baptiſmo Ioannis baptizari debuerint.*

¶ Super Quæſtionis trigeſimæoctauæ Articulum quartum.

TItulus clarus eſt.

¶ In corpore vna cõcluſio: Baptiſmo Ioannis alij debuerũt baptizari. Probatur dupliciter, litera clara eſt.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd baptiſmo Ioannis ſolus Chriſtus debuerit baptizari: quia ſicut dictum eſt,* ad hoc Ioannes baptizauit, vt Chriſtus baptizaretur, ſicut Auguſt.† dicit ſuper Ioannem: ſed quod eſt proprium chriſto, non debet alijs conuenire. ergo nulli alij debuerunt illo baptiſmo baptizari.

4.di.2.q.2. ar.3.q.2.

*art. 1.

†tracta. 13. in Io. inter prin. & medium. to. 9.

¶ 2 Præt. Quicumque baptizatur, aut accipit aliquid a baptiſmo,

a baptiſmo, aut baptiſmo aliquid confert: ſed a baptiſmo Ioannis nullus aliquid accipere poterat (quia in eo gratia non conferebatur, vt dictum eſt*) nec aliquis baptiſmo aliquid conferre poterat, niſi Chriſtus, qui tactu mundiſſimæ ſuæ carnis aquas ſanctificauit. ergo videtur, quòd ſolus Chriſtus baptiſmo Ioannis debuerit baptizari. F

Ar. præced.

¶ 3 Præt. Si alij illo baptiſmo baptizabantur, hoc non erat, niſi vt præpararentur ad baptiſmum Chriſti, & ſic conueniens videbatur, quòd ſicut baptiſmus Chriſti omnibus confertur, & magnis & paruis, & gentilibus & iudæis, ita etiam & baptiſmus Ioannis conferretur: ſed non legitur quòd ab eo pueri baptizarentur, nec etiam gentiles: dicitur enim Mar. 1. quòd egrediebantur ad illum Iſraelitæ vniuerſi, & baptizabantur ab illo. ergo videtur quòd ſolus Chriſtus a Ioanne debuerit baptizari. G

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Luc. 3. Factum eſt, cum baptizaretur omnis populus, & Ieſu baptizato & orante, aperti ſunt cæli.

RESPON. Dicendum, quòd duplici de cauſa oportuit alios a Chriſto baptizari baptiſmo Ioannis. Primo quidem, vt Auguſt.* dicit ſuper Ioan. quia ſi ſolus Chriſtus baptiſmo Ioannis baptizatus eſſet, non defuiſſent qui dicerent, baptiſmum Ioannis, quo Chriſtus eſt baptizatus, digniorē eſſe baptiſmo Chriſti, quo alij baptizantur. Secundo, quia oportebat per baptiſmum Ioannis alios ad baptiſmum Chriſti præparari, ſicut dictum eſt.* H

Tract. 4. in Ioā. a med. & trac. 5. inter princ. & med. to. 9.

Art. 1. & 3. huius q.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non propter hoc ſolum fuit Ioannis baptiſmus inſtitutus, vt Chriſtus baptizaretur, ſed etiam propter alias cauſas, vt dictum eſt.* Et tamen ſi ad hoc ſolum eſſet inſtitutus, vt Chriſtus eo baptizaretur, oportebat prædictum inconueniens vitari, alijs hoc baptiſmo baptizatis.

Ar. 1. huius quæſt.

AD 2m dicendum, quòd alij qui ad baptiſmū Ioannis accedebant, non poterant quidem baptiſmo aliquid conferre, nec tamen a baptiſmo gratiam accipiebant, ſed ſolum pœnitentiæ ſignum.

AD 3m dicendum, quòd quia ille baptiſmus erat pœnitentiæ, quæ pueris non conuenit, ideo baptiſmo illo pueri non baptizabantur. Conferre autem gentibus viam ſalutis, ſoli Chriſto reſeruabatur, qui eſt expectatio gentium, vt dicitur Geneſ. penult. ſed & ipſe Chriſtus apoſtolis inhibuit gentilibus euangelium prædicare, ante paſſionem & reſurrectionem: vnde multo minus conueniebat per Ioannem gentiles ad baptiſmum admitti.

*¶ Super Quæſtionis trigeſimæoctauæ Articulum tertium.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore vna cō cluſio: Baptiſmus Ioannis nō debuit ceſſare Chriſto baptizato. Probatur quadrupliciter.

4. di. 2. q. 2. ar. 1. q. 3. ad 1. Et q. 4. ꝑ totum.

¶ In prima ratione ex Chryſo. aduerte nouitie, quòd ſi Chriſto baptizato Ioannes ceſſaſſet, putari potuiſſet, quòd tantæ Chriſti excellentiæ in baptiſmo mōſtratę inuidiſſet Ioānes, & ceſſando a baptiſmo, vel dedignaretur ſubminiſtrare Chriſto amplius per baptiſmū præparando ad ipſum, vel ipſa ceſſatio vindicaret ſuam minoritatem apparentem ex tāta manifeſtata Chriſti excellentia in baptiſmo. Vterque ſiquidē motus, inuidiæ ſcilicet & iræ poterat conſurgere, & ad ceſſationē inducere. Reliqua ſunt clara.

## ARTICVLVS V.

*Vtrū baptiſmus Ioannis debuerit ceſſare Chriſto baptizato.*

AD QVINTVM ſic ꝓceditur. Videtur quòd baptiſmus Ioānis ceſſare debuerit, poſtquā Chriſtus fuit baptizatus. Dicitur enim Ioan. 1. Vt manifeſtetur in Iſrael, ꝓpterea veni in aqua baptizās: ſed Chriſto baptizato ſufficienter fuit manifeſtatus, tum per teſtimoniū Ioannis, tum per deſcenſum columbæ, tum etiam teſtimonio paternæ vocis. ergo videtur quòd non debuerit poſtea baptiſmus Ioannis durare. K

¶ 2 Præt. Aug.* dicit ſuper Ioan. Baptizatus eſt Chriſtus, & ceſſauit Ioannis baptiſmus. ergo videtur quòd Ioannes poſt Chriſtum baptizatum, nō debuerit baptizare.

Tract. 4. in Ioā. ... med. ... tom. 9.

¶ 3 Præt. Baptiſmus Ioannis erat præparatorius ad baptiſmū Chriſti: ſed baptiſmus Chriſti incœpit ſtatim Chriſto baptizato: quia tactu ſuæ mundiſſimæ carnis vim regeneratiuam contulit aquis, vt Beda dicit. ergo videtur quòd baptiſmus Ioannis ceſſauerit Chriſto baptizato.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Ioan. 3. quòd venit Ieſus in iudæam terram, & baptizabat, erat autē & Ioannes baptizans: ſed Chriſtus non baptizauit, niſi poſtquàm fuit baptizatus. ergo videtur quòd poſtquàm Chriſtus fuit baptizatus, adhuc Ioannes baptizabat.

RESPON. Dicendum, quòd baptiſmus Ioannis ceſſare non debuit Chriſto baptizato. Primo quidem, quia, vt Chryſoſt.* dicit, ſi ceſſaſſet Ioannes baptizare Chriſto baptizato, exiſtimaretur quòd zelo vel ira hoc faceret. Secundo, quia ſi ceſſaſſet a baptizando, Chriſto baptizante, diſcipulos ſuos in maiorem zelū immiſiſſet. Tertio, quia perſiſtens in baptizādo, ſuos auditores mittebat ad Chriſtum. Quarto, quia (vt Beda dicit) adhuc permanebat vmbra veteris legis, nec debuit ꝓcurſor ceſſare, donec veritas manifeſtaretur.

Hom. ... in Io. nō mu... tū ... a prin. ...

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd nondum Chriſtꝰ erat plene manifeſtatus eo baptizato: & ideo adhuc neceſſarium erat, quòd Ioannes baptizaret.

AD 2m dicendum, quòd baptizato Chriſto ceſſauit baptiſmus Ioannis: non tamen ſtatim, ſed eo incarcerato. Vnde Chryſoſtom.* dicit ſuper Ioannem, æſtimo propter hoc permiſſam eſſe mortem Ioannis, & eo ſublato de medio, Chriſtum maxime prædicare cœpiſſe, vt omnis multitudinis affectio ad Chriſtum tranſiret, & non vltra his, quæ de vtroque erant, ſententijs ſcinderetur.

Hom. ... Ioā. ... mote ... tom. 3.

AD 3m dicendum, quòd baptiſmus Ioannis præparatorius erat, non ſolum ad hoc, quòd Chriſtus baptizaretur, ſed etiam ad hoc, quòd alij ad hriſti baptiſmum accederent: quod nondum fuit impletum Chriſto baptizato. I

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum baptizati baptiſmo Ioannis, eſſent poſtea baptiſmo Chriſti baptizandi.*

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quòd baptizati baptiſmo Ioannis, non fuerint baptizandi baptiſmo Chriſti. Ioannes enim non fuit minor apoſtolis, cum de eo ſcriptum ſit Matth. 11. Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta: ſed illi qui baptizabantur ab apoſtolis, nō iterum baptizabātur, ſed ſolummodo addebatur eis impoſitio manuum. Dicitur enim Act. 8. quòd aliqui baptizati tantum erant a Philippo in nomine domini Ieſu, tunc apoſtoli, ſcilicet Petrus & Ioannes, impenebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritumſanctum. ergo videtur quòd baptizati a Ioanne, non debuerint baptizari baptiſmo Chriſti. A

*¶ Super Quæſtionis trigeſimæoctauæ Articulum ſextum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore duo fiūt. Primo, recitatur opinio Magiſtri ſen. Secundo, reſpondetur quæſito. Opinio Magiſtri diſtinguit duplicē diſpoſitionem baptizatorum a Ioanne (vt patet in litera) & quoſdā rebaptizandos baptiſmo Chriſti, & quoſdam nō, dicit.

Infra ... art. 9. ... Et 4. ... q. ...

¶ Quo ad ſecundū Auctor ſimpliciter dicit, quòd omnes baptizati a Ioanne baptizādi erant baptiſmo Chriſti, & propterea pro vna parte conſentit Magiſtro, pro alia contradicit, & probat vniuerſalem dupliciter. Primo, ex parte effectus inſeparabilis per fidem, ſpem & charitatē, ſ. characteris, qui per Chriſti baptiſmum imprimitur. Secundo, ex parte eſſentialis partis ipſius baptiſmi, deficientis ſcilicet Spūs. Omnia patē: in litera.

¶ In reſpōſione ad ſecundum & tertium, aduerte quòd de baptiſmo Chri materiali paſſiue accepto a Ioāne & Apoſtolis, non habetur clare in Scriptura pars affirmatiua: ſed rationabile eſt, quòd baptizati a Chriſto fuerint, vt Ioānes impleret debitum ſuum, Ego a te debeo baptizari, & Apoſtoli baptizantes Chriſti baptiſmo, primo fuerint baptizati, vt Aug. arguit, & bene. Nec aliquid apparet obſtare: niſi forte verbum Chriſti Act. 1. Ioānes baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu ſancto, Sed reuera, hoc nō obſtat: tum quia per hoc nō excluditur, eos baptizatos eſſe baptiſmo Chriſti, licet de Ioannis baptiſmo tantum mētio fiat: tum, quia in promptu ratio ē quare Ioannis baptiſmi ſolius meminit Chriſtus: quia ſcilicet donum Spiritusſancti non diſtinguitur cōtra baptiſmum Chri, qui fit in aqua & Spiritu, Ioan. 3. ſed contra baptiſmum Ioannis, qui fiebat ſolum in aqua, ipſo Ioanne teſte diſtinguente baptiſmum ſuum contra baptiſmum in Spirituſancto, Matth. 3.

*ca. 1. Ioe... nō mul... tum remo... te a ſi. to. 6. † Amb. li. 1. ca. 1. circa prin. to. 2.

¶ In reſpōſione ad quintum, dubium occurrit: quia aliud eſt loqui de gratia futura, & aliud de Chriſto vēturo: potuit enim gratia ꝑſens eē ex fide Chriſti venturi, vt patet in ſanctis illis, qui præceſſerunt Chriſti aduentum: litera autem pro eodem habet Chriſtum vēturum & gratiā futuram. incompacta ergo videtur.

¶ Ad hoc dicitur, quòd litera eſt intelligenda iuxta ſubiectam materiam, de qua eſt ſermo, ſcilicet de ſacramentis. Ex illa ſiquidē differentia ab Aug. poſita inter ſacramenta nouæ & veteris legis, quòd noſtra ꝓſentis, vetera futuræ gratiæ ſunt ſigna, manifeſte ſequitur, quòd noſtra præſentis Chriſti, per quem gratia facta eſt, Ioan. primo, illa, venturi Chriſti ſigna erant. Et propterea Ioannis baptiſma ſapiebat in hoc ſacramenta veteris legis, quòd in noīe vēturi Chriſti dabat. vnde & Paulus iuſſit in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti ſimpliciter & abſolute, & non venturi illos baptizari, qui Ioannis baptiſmum ſuſceperant, Actuum 19.

*Tract. 5. in Io. inter pri. & med. to. 9.

¶ 2 Præt. Apoſtoli fuerunt baptizati baptiſmo Ioannis: fuerunt enim quidam eorum diſcipuli Ioannis, vt patet Ioan. 1. ſed Apoſtoli non videntur eſſe baptizati baptiſmo Chriſti: dicitur. n. Ioā. 4. quòd Ieſus non baptizabat: ſed diſcipuli eius. ergo videtur quòd baptizati baptiſmo Ioannis, nō erant baptizandi baptiſmo Chriſti. B

¶ 3 Præt. Minor eſt qui baptizatur, quàm qui baptizat, ſed ipſe Ioannes non legitur baptizatus baptiſmo Chriſti. ergo multo minus illi, qui a Ioanne baptizabantur, indigebant baptiſmo Chriſti.

¶ 4 Præt. Act. 19. dicitur, quòd Paulus inuenit quoſdam de diſcipulis, dixitque ad eos, Si Spiritum ſanctum accepiſtis credentes? At illi dixerunt ad eum, Sed neque ſi Spūſſanctus eſt, audiuimus. Ille vero ait, In quo ergo baptizati eſtis? Qui dixerunt, In Ioannis baptiſmate. Et ſequitur, quòd baptizati ſunt iterum in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. ſic ergo videtur, quòd quia Spiritumſanctum neſciebāt, oportuit eos iterum baptizari: ſicut Hieronymus* dicit ſuper Ioelem, & in epiſtola de viro vnius vxoris, & Ambr.† in lib. de Spirituſancto: ſed quidam fuerunt baptizati baptiſmo Ioannis, qui habebant plenam notitiam Trinitatis. ergo non erant baptizandi iterum baptiſmo Chriſti. C

¶ 5 Præt. Rom. 10. ſuper illud, Hoc eſt verbum fidei, quod prædicamus, dicit gl. Aug.* Vnde eſt iſta tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, niſi faciente verbo, non quia dicitur, ſed quia creditur? Ex quo patet, quòd virtus baptiſmi dependet ex fide: ſed forma baptiſmi Ioannis ſignificauit fidem Chriſti, in qua nos baptizamur: dicit enim Paulus Actuū 19. Ioannes baptizabat baptiſmo pœnitentiæ populum, dicens, in eum qui venturus eſt poſt ipſum, vt crederent, hoc eſt in Ieſum. ergo videtur quòd non oportebat baptizatos baptiſmo Ioannis, iterum baptizari baptiſmo Chriſti.

** gl. Aug. ... 80. in ... a medio ... to. 9.

SED CONTRA eſt, quòd Auguſt.* dicit ſuper Ioan. Qui baptizati ſunt baptiſmate Ioannis, oportebat vt baptizarentur baptiſmate Chriſti.

RESPON. Dicendum, quòd ſecundum opi. Magiſtri in 2. diſ. 4. ſent.* illi, qui baptizati ſunt a Ioanne, neſciētes Spiritumſanctum eſſe, ac ſpem ponentes in illius baptiſmo, poſtea baptizati ſunt baptiſmo Chriſti: illi vero qui ſpem non poſuerunt in baptiſmo Ioannis, & Patrem & Filium & Spiritumſanctum credebant, non fuerunt poſtea baptizati, ſed impoſitione manuum ab Apoſtolis ſuper eos facta, Spiritumſanctum receperunt. Et hoc quidem verum eſt, quantum ad primam partem, quod multis auctoritatibus confirmatur: ſed quantum ad ſecūdam partem eſt penitus irrationabile quod dicitur. Primo quidem, quia baptiſmus Ioānis, neque gratiam conferebat, neque characterem imprimebat, ſed erat ſolum in aqua, vt ipſemet dicit Matth. 3. Vnde baptizatis, fides vel ſpes, quā habebant in Chriſtum, non poterat hunc defectum ſupplere. Secundo, quia quando in ſacramento omittitur quod eſt de neceſſitate ſacramenti, non ſolum oportet ſuppleri, quod fuerat omiſſū, ſed oportet totaliter innouari. Eſt aūt de neceſſitate baptiſmi Chriſti, quòd fiat nō ſolum in aqua, ſed etiā in Spirituſancto, ſm illud Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spirituſancto, non poteſt introire in regnum dei. Vnde illis, qui tantum in aqua baptizati erant baptiſmo Ioānis, non ſolum erat ſupplendum, quod deerat (vt ſcilicet daretur eis Spirituſſanctus per impoſitionem manuum) ſed erant iterato totaliter baptizandi in aqua & Spiritu. A B C D

* li. 4. diſ. 2. paragr. vlt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut Augu.* dicit ſuper Ioan. ideo poſt Ioannem baptizatum eſt: quia non dabat baptiſmum Chriſti, ſed ſuum: quod autem dabatur a Petro, & ſi quod datum eſt a Iuda, Chriſti erat. Et ideo, ſi quos baptizauit Iudas, nō ſunt iterum baptizādi: baptiſma enim tale eſt, qualis eſt ille, in cuius poteſtate datur, non qualis ille, cuius miniſterio datur. Et inde eſt etiam, quòd baptizati a Philippo diacono, qui baptiſmum Chriſti dabat, nō ſunt iterum baptizati: ſed acceperunt manus impoſitionem per Apoſtolos: ſicut baptizati per ſacerdotes, cōfirmantur per epiſcopos. E

* tract. 5. in Ioan. inter prin. & medi. to. 9.

AD 2m dicendum, quòd ſicut Auguſt.* dicit ad Seleucianum, intelligimus diſcipulos Chriſti fuiſſe baptizatos, ſiue baptiſmo Ioannis, (ſicut nonnulli arbitrātur) ſiue, quòd magis credibile eſt, baptiſmo Chriſti: neque enim miniſterio baptizandi defuit, vt haberet baptizatos ſeruos, per quos ceteros baptizaret, qui nō defuit humilitatis miniſterio, quando eis pedes lauit.

* epi. 108. a medio ꝓcipue, to. 2.

AD 3m dicendum, quòd ſicut Chryſoſt.* dicit ſuper Matth. per hoc, quòd Chriſtus Ioanni dicēti, Ego a te debeo baptizari, reſpondit, ſine modo, oſtenditur quòd poſtea Chriſtus baptizauit Ioannem. Et hoc dicit in quibuſdam libris apocryphis manifeſte ſcriptū eſſe. Certum tamen eſt, vt Hieronymus* dicit ſuper Matth. quòd ſicut Chriſtus fuit baptizatus ī aqua a Ioāne, ita

* hom. 4. in Mat. ī ope. imper. ſup. illud: Sine mō, to. 2.
* Mat. 3. ſup illū, Sine mō. to. 9.

ita Ioannes a Chriſto erat in Spiritu baptizandus.

Ad 4^m dicendum, ꝙ non eſt tota cauſa, quare illi fuerunt baptizati poſt baptiſmum Ioan. quia Spiritũſanctum non cognouerant, ſed quia non erãt baptiſmo Chriſti baptizati.

Ad 5^m dicendum, quòd ſicut dicit Auguſt. contra Fauſtũ, Sacramenta noſtra ſunt ſigna præſentis gratię: ſacramenta vero veteris legis, fuerunt ſigna gratię futuræ. Vnde ex hoc ipſo, quòd Ioannes baptizauit in nomine venturi, datur intelligi quòd non dabat baptiſmum Chriſti, qui eſt ſacramentum nouæ legis.

¶ *Super Quæſtionis trigeſimænonæ Articulum primum.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore vnica concluſio: Conueniens fuit Chriſtum baptizari. Probatur tripliciter. Omnia ſunt clara.

## QVÆSTIO XXXIX.

*De Baptizatione Chriſti, in octo articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de baptizatione Chriſti.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum Chriſtus debuerit baptizari.

¶ Secundo, Vtrũ debuerit baptizari baptiſmo Ioãnis.

¶ Tertio, De tempore baptiſmi.

¶ Quarto, De loco.

¶ Quinto, De hoc quòd ei ſunt cæli aperti.

¶ Sexto, De Spirituſancto apparente in ſpecie colũbę.

¶ Septimo, Vtrum illa columba fuerit verum animal.

¶ Octauo, De voce paterni teſtimonij.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum fuerit conueniens Chriſtum baptizari.*

4. diſt. 2. q. 2. art. 3. q. 1. Et q. 3. artic. 2. q. 1. cor Et Matthæ. 3. op. 60. ca. 9.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens Chriſtum baptizari. Baptizari enim eſt ablui: ſed Chriſto non conuenit ablui, in quo nulla fuit impuritas, ergo videtur quòd Chriſtum non decuerit baptizari.

¶ 2 Præt. Chriſtus circumciſionem ſuſcepit, vt impleret legem: ſed baptiſmus nõ pertinebat ad legem. ergo non debebat baptizari.

¶ 3 Præt. Primum mouens in quolibet genere, eſt immobile ſecundum illum motum: ſicut cælum ꝙd eſt primum alterans, non eſt alterabile: ſed Chriſtus eſt primum baptizans, ſecundum illud Ioan. 1. Super quem videris Spiritum deſcendentem & manentem, hic eſt qui baptizat. ergo ipſum non decuit baptizari.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Matthæ. 3. quòd venit Ieſus a Galilæa in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo.

li. 2. in Luc. vlt. 2. ĩ pri. tom. 5.

RESPON. Dicendum, ꝙ conueniens fuit Chriſtum baptizari. Primo quidem, quia vt Ambroſ.* dicit ſuper Luc. Baptizatus eſt dominus, non mundari volens, ſed mundare aquas, vt ablutæ per carnẽ Chriſti, qui peccatum non cognouit, baptiſmatis vim haberent: & vt ſanctificatas aquas relinqueret poſtmodum baptizandis, ſicut Chryſoſt.† dicit ſuper Matth. Secundo, quia ſicut Chryſoſt. dicit ſuper Matth. quãuis ipſe non eſſet peccator, tamen naturam ſuſcepit peccatricem, & ſimilitudinem carnis peccati: propterea, etſi pro ſe baptiſmate non indigebat, tamen in alijs, carnalis natura opus habebat. Et ſicut Greg.* Nazan. dicit, Baptizatus eſt Chriſtus, vt totum veteranum Adam immergat aquæ. Tertio, baptizari

† hom. 4. in ope. impſe. nõ remote a pri. to. 2.

* In orat. I Epipha lumina a medio.

F voluit, ſicut Auguſ. dicit in ſermone de Epiphania: quia voluit facere, quod faciendum omnibus imperauit. Et hoc eſt quod ipſe dicit, ſic decet nos implere omnẽ iuſtitiam. vt enim Ambro.* dixit ſuper Luc. Hæc eſt iuſtitia, vt quod alterum facere velis, prior ipſe incipias, & tuo alios horteris exemplo.

* lib. 2. in Luc. c. 3. a med. to. 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Chriſtus non fuit baptizatus vt ablueretur, ſed ablueret, ſicut dictum eſt.

AD 2^m dicendum, quòd Chriſtus non ſolum debebat implere ea, quæ erant veteris legis, ſed etiam inchoare ea, quæ ſunt nouæ legis. Et ideo non ſolum voluit circuncidi, ſed etiam baptizari.

G AD 3^m dicendum, ꝙ Chriſtus eſt primũ baptizans ſpũaliter: & ſic non eſt baptizatus, ſed ſolũ in aqua.

### ARTICVLVS. II.

*Vtrum Chriſtus baptiſmo Ioannis debuerit baptizari.*

¶ *Super Quæſtionis trigeſimænonæ Articulum ſecundum.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore duo ſũt. Primo, declaratur quòd ſupponitur, Chriſtum baptizatum baptiſmo Ioannis ex auctoritate Aug. Secũdo, probatur tripliciter concluſio, ſcilicet conueniẽs fuit Chriſtum baptizari baptiſmo Ioannis.

¶ Et in tertia ratione aduerte, quòd ratio tendit ad hoc, ꝙ ideo ad baptiſmum Ioannis non ſanctum accedit, vt ſãctificet baptiſmũ non Ioannis ſed nouæ legis, inſtituendo, ſanctificatione aquarum per carnis ſuæ lauacrum, baptiſmum in ſanctitatem animarũ: ex tunc enim inſtitutus eſt baptiſmus nouæ legis.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus non debuerit baptizari baptiſmo Ioannis. Baptiſmus enim Ioannis fuit baptiſmus pœnitentiæ: ſed

H pœnitentia Chriſto nõ conuenit, quia nullum habuit peccatum. ergo videtur quòd non debuerit baptizari baptiſmo Ioannis.

* hom. 1. ĩ Matth. nõ longe a medio, to. 2.

¶ 2 Præt. Baptiſmus Ioannis, ſicut dicit Chryſo.* medium fuit inter baptiſmum iudæorũ & Chriſti baptiſmum: ſed medium ſapit naturam extremorum. Cum ergo Chriſtus non fuerit baptizatus baptiſmate legali, nec etiam baptiſmate ſuo; videtur quòd pari ratione baptiſmate Ioannis baptizari

I non debuerit.

¶ 3 Præt. Omne quod in rebus humanis eſt optimum, debet attribui Chriſto: ſed baptiſmus Ioannis non tenet ſupremum locum inter baptiſmata. ergo non conuenit Chriſtum baptizari baptiſm^o Ioannis.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Matth. 3. ꝙ venit Ieſus in Iordanem, vt baptizaretur a Ioanne.

* tract. 5. in Io. [illegible] tom. 6.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut dicit Aug.* ſuper Ioan. baptizatus dominus baptizabat, non eo baptiſmate, quo baptizatus eſt. Vnde, cum ipſe baptizaret baptiſmo proprio, cõſequens eſt quòd non fuerit

K baptizatus ſuo baptiſmate, ſed baptiſmate Ioannis. Et hoc fuit conueniens. primo quidem, propter conditionem baptiſmi Ioannis, qui non baptizauit in Spiritu, ſed ſolum in aqua: Chriſtus autem ſpirituali baptiſmate non indigebat, qui a principio ſuę cõceptionis gratia Spirituſſancti repletus fuit, vt patet ex dictis,* & hęc eſt ratio Chryſoſt.† Secundo vt Beda* dicit, baptizatus eſt baptiſmo Ioannis, vt baptiſmo ſuo baptiſmum Ioannis comprobaret. Tertio, ſicut Greg. † Nazan. dicit, Accedit Chriſtus ad baptiſmum Ioannis, ſanctificaturus baptiſmum.

* q. 34. art. [illegible] † ho. 4. [illegible] in ope. [illegible] per. to. 2. Beda [illegible] 1. circa [illegible] 4. to. 2. † Nazan. orat. Epiphan. lumina, a medio. * art. [illegible]

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt,* Chriſtus baptizari voluit, vt nos ſuo exemplo induceret ad baptiſmum. Et ideo ad hoc, ꝙ





A eſſet efficacior eius inductio, voluit baptizari baptiſmo, quo manifeſte non indigebat, vt homines ad baptiſmum accederent, quo indigebant. Vnde Ambroſ. † dicit ſuper Luc. Nemo refugiat lauacrum gratiæ, quando Chriſtus lauacrum pœnitentiæ non refugit.

† li. 2. ſ. Luc. c. 3. a medio, tom. 5.

AD 2^m dicendum, quòd baptiſmus iudæorum in lege præceptus, erat ſolum figuralis: baptiſmus autẽ Ioannis aliqualiter erat realis, inquantum inducebat homines ad abſtinendum a peccatis: baptiſmus autẽ Chriſti habet efficaciam mundandi a peccato, & gratiam conferendi. Chriſtus autem neque indigebat percipere remiſſionem peccatorum, quæ in eo non erãt, neque recipere gratiam, qua plenus erat: ſimiliter etiam cum ipſe ſit veritas, nõ competebat ei id, quod in ſola figura gerebatur. Et ideo magis cõgruum fuit, quòd baptizaretur baptiſmo medio, quàm aliquo extremorum.

AD 3^m dicendum, quòd baptiſmus eſt quoddam ſpirituale remedium: quanto autem aliquid eſt magis perfectum, tãto minori remedio indiget. Vnde ex hoc ipſo ꝙ Chriſtus eſt maxime perfectus, cõueniens fuit, quòd non baptizaretur perfectiſſimo baptiſmo: ſicut ille qui eſt ſanus, non indiget efficaci medicina.

¶ *Super Quæſtionis trigeſimænonæ Articulum tertium.*

Titulus, ꝺ tempore Chriſti ætatis, ſcilicet anni trigeſimi, quærit.

¶ In corpore vna concluſio: Chriſtus conuenienter anno trigeſimo fuit baptizatus. Probatur tripliciter. Omnia clara ſunt.

### ARTICVLVS III.

*Vtrum Chriſtus conuenienti tempore fuerit baptizatus.*

4. diſt. 4. q. 3. ar. 1. q. 1. 1. & di. 44. in princ. expoſitionis literæ.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur ꝙ non conuenienti tempore Chriſtus fuerit baptizatus. Ad hoc enim Chriſtus baptizatus eſt, vt ſuo exemplo alios ad baptiſmũ prouocaret: ſed fideles Chriſti laudabiliter baptizantur, non ſolum ante trigeſimum annum, ſed in infantili ætate. ergo videtur quòd Chriſtus non debuerit baptizari in ætate triginta annorum.

¶ 2 Præt. Chriſtus non legitur docuiſſe, vel miracula feciſſe ante baptiſmum: ſed vtilius fuiſſet mundo, ſi priori tempore docuiſſet, incipiens a vigeſimo anno, vel etiam prius. ergo videtur, quòd Chriſtus, qui pro vtilitate hominum venerat, ante trigeſimum annum debuerit baptizari.

¶ 3 Præt. Iudicium ſapientiæ diuinitus infuſæ, maxime debuit manifeſtari in Chriſto. Eſt autem manifeſtatum in Daniele tempore ſuæ pueritiæ: ſecundum illud Daniel. 13. Suſcitauit dominus ſpiritum pueri iunioris, cui nomen Daniel. ergo multo magis Chriſtus in ſua pueritia debuit baptizari, & docere.

¶ 4 Præt. Baptiſmus Ioannis ordinatur ad baptiſmum Chriſti, ſicut ad finem: ſed finis eſt prior in intẽtione, & poſterior in executione. ergo vel Chriſtus debuit primus a Ioanne baptizari, vel vltimus.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Luc. 3. Factũ eſt cum baptizaretur omnis populus, & Ieſu baptizato, & orante. & infra, Et ipſe Ieſus erat incipiens, quaſi annorum triginta.

RESPON. Dicendum, quòd Chriſtus conuenienter fuit in trigeſimo anno baptizatus. Primo quidem, quia Chriſtus baptizabatur quaſi ex tunc incipiens docere & prædicare. Ad quod requiritur perfecta ætas, qualis eſt triginta annorum. vnde legitur Geneſ. 41. quòd triginta annorum erat Ioſeph, quando accepit regimen Ægypti. Similiter etiam 2. Reg. 5. legitur de Dauid, quòd triginta annorum erat cum regnare cœpiſſet. Ezechiel etiam in trigeſimo anno cœpit prophetizare, vt habetur Ezech. 1. Secundo, quia ſicut Chryſ.* dicit ſuper Matth. futurum erat, vt poſt baptiſmum Chriſti, lex ceſſare inciperet. Et ideo hac ætate Chriſtus ad baptiſmum venit, qui poteſt omnia peccata ſuſcipere, vt lege ſeruata, nullus dicat, ꝙ ideo eam ſoluit, quia implere nõ potuit. Tertio, quia per hoc quòd Chriſtus in ætate perfecta baptizatur, datur intelligi, quòd baptiſmus parit viros perfectos, ſecundum illud Ephe. 4. Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Vn-

* hom. 10. nõ remote a pri. to. 2.

B de, & ipſa proprietas numeri ad hoc pertinere videtur: conſurgit enim trigenarius numerus ex ductu ternarij in denarium. Per ternarium autem intelligitur fides Trinitatis, per denarium autem impletio mandatorum legis, & in his duobus perfectio vitæ Chriſtianæ conſiſtit.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd ſicut Greg.* Nazanzenus dicit, Chriſtus non eſt baptizatus quaſi indigeret purgatione, nec quòd aliquod illi immineret periculum differendo baptiſmum, ſed cuius alij non in paruum redundat periculum, ſi exeat ex hac vita, non indutus veſte incorruptionis, ſcilicet gratia. Et licet bonum ſit baptiſmi munditiam cuſtodire, po-

* In orat. in Epipha. lumina poſt med.

C tius tamen eſt (vt ipſe dicit*) interdum pauliſper maculari, quàm gratia omnino carere.

* eodẽ loco

AD 2^m dicendum, quòd vtilitas, quæ a Chriſto prouenit hominibus, præcipue eſt per fidem & humilitatem, ad quorum vtrumque valet, quòd Chriſtus in pueritia, vel adoleſcentia nõ cœpit docere, ſed in perfecta ętate. Ad fidem quidem, quia per hoc apparet in eo vera natura humanitatis, quòd per temporum incremẽta corporaliter profecit: & ne huiuſmodi profectus putaretur eſſe phantaſticus, noluit ſapiẽtiam ſuam vel virtutem manifeſtare ante perfectam corporis ætatem. Ad humilitatem vero, ne ante perfectam ætatem aliquis præſumptuoſe prælationis gra-

D dum, & docendi officium aſſumat.

AD 3^m dicendum, quòd Chriſtus proponebatur hominibus in exemplum omnium. Et ideo oportuit in eo oſtendi id, quod competit omnibus ſecundum legem communem: vt ſcilicet in ętate perfecta doceret. ſed ſicut Greg. Nazan.* dicit, non eſt lex communis, quod raro contingit, ſicut nec vna hirundo ver facit. Aliquibus enim ex quadam ſpeciali diſpenſatione, ſecundum diuinæ ſapientiæ ordinem conceſſum eſt præter legem communem, vt ante perfectam ætatem, officium vel præſidendi, vel docendi haberent; ſicut Solomon, Daniel & Hieremias.

* loco citato ad arg. 1.

AD 4^m dicendum, quòd Chriſtus nec primus nec

E vltimus debuit a Ioanne baptizari: quia vt Chryſoſt.* dicit ſuper Matth. Chriſtus ad hoc baptizabatur, vt confirmaret prædicationẽ, & baptiſmũ Ioannis, & vt teſtimonium acciperet a Ioanne. Non autem creditum fuiſſet teſtimonio Ioannis, niſi poſtquam fuerunt multi baptizati ab ipſo. Et ideo non debuit primus a Ioanne baptizari. Similiter etiam nec vltimus: quia (ſicut ipſe ibidem ſubdit) ſicut lux ſolis non expectat occaſum luciferi, ſed eo procedente egreditur, & ſuo lumine obſcurat illius candorem, ſic & Chriſtus nõ expectauit, vt curſum ſuum Ioannes impleret, ſed adhuc eo docente & baptizãte, apparuit.

* hom. 4. in Mat. ĩ ope imperfecto circa prin. illius to. 2.

ARTIC.

¶ Super Quæſtionis trigeſimænonæ Articulum quartum.

Titulus clarus eſt. ¶ In corpore vna concluſio: Conueniens fuit vt Chriſtus in Iordane baptizaretur, quia per hoc ſignificatur ingreſſus per baptiſmum in regnũ dei. Declaraturque hoc duplici figura. ſcilicet trãſitu filiorum Iſrael in terram promiſſionis & Heliæ in cęlum. Et ſcito, quòd ratio iſta myſtica eſt: nec alia poteſt reddi magis literalis, niſi q̃a deus elegit magis Iordanem, quàm alias aquas.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum Chriſtus debuerit in Iordane baptizari.*

Matth. 3.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ Chriſtus nõ debuerit baptizari in Iordane. Veritas enim debet reſpondere figuræ: ſed figura baptiſmi præceſſit in trãſitu maris rubri: vbi Ægyptij sũt ſubmerſi, ſicut peccata delentur in baptiſmo. ergo videtur quòd Chriſtus magis debuerit baptizari in mari, quàm in flumine Iordanis.

¶ 2 Præt. Iordanis interpretatur deſcenſus: ſed per baptiſmum aliquis aſcendit magis, quàm deſcendat: vnde etiam Matth. 3. dicitur, quòd baptizatus Ieſus confeſtim aſcendit de aqua. ergo videtur incõueniens fuiſſe, quòd Chriſtus in Iordane baptizaretur.

¶ 3 Præt. Tranſeuntibus filijs Iſrael, aquę Iordanis conuerſæ ſunt retrorſum, vt legitur Ioſuæ 4. & ſicut etiam in Pſ. 113. dicitur: ſed illi qui baptizantur, non retrorſum, ſed in antea progrediuntur. Non ergo fuit conueniens, quòd Chriſtus in Iordane baptizaretur.

SED CONTRA eſt, quòd ddicitur Marci 1. ꝙ baptizatus eſt Ieſus a Ioanne in Iordane.

RESPON. Dicendum, quòd fluuius Iordanis fuit, per quem filij iſrael in terram promiſſionis intrauerunt. Hoc autem habet baptiſmus Chriſti ſpeciale præ omnibus baptiſmatibus, quòd introducit in regnum Dei, quod per terram promiſſionis ſignificatur. vnde dicitur Ioannis. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spirituſancto, non poteſt introire in regnum dei. Ad quod etiam pertinet, quòd Helias diuiſit aquas Iordanis, quando erat in curru igneo rapiendus in cælum, vt dicitur 4. Reg. 2. quia ſcilicet tranſeuntibus per aquam baptiſmi, per ignem Spiritusſancti patet aditus in cælum. Et ideo conueniens fuit, vt Chriſtus in Iordane baptizaretur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd tranſitus maris Rubri præfigurauit baptiſmum, quantum ad hoc, quòd baptiſmus delet peccata: ſed tranſitus Iordanis quantum ad hoc, quòd aperit ianuam regni cæleſtis, qui eſt principalior effectus baptiſmi, & per ſolum Chriſtum impletus. Et ideo conuenientius fuit, quòd Chriſtus in Iordane, quàm in mari baptizaret.

AD 2m dicendum, quòd in baptiſmo eſt aſcenſus per profectum gratiæ, qui requirit deſcenſum humilitatis, ſecundum illud Iaco. 4. Humilibus autem dat gratiam. Et ad talem deſcenſum referendum eſt nomen Iordanis.

AD 3m dicendum, ꝙ ſicut Auguſt. dicit in ſer. de Epipha. Sicut antea aquæ Iordanis retrorſum conuerſæ fuerant, ita modo Chriſto baptizato retrorſum peccata conuerſa ſunt. Vel etiam per hoc ſignificatur, quòd contra deſcẽſum aquarum, benedictionum fluuius ſurſum ferebatur.

Inf. q. 49. a. 5. ad 3. Et 3. di. 18. ar. 6. q. 3. ad 2. & diſt. 22. q. 3. art. 1. ad 4. Et op. 60. cap. 9.

¶ Super Quæſtionis trigeſimænonæ Articulum quintum.

Titulus clar⁹ ex euangelij hiſtoria ortus.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum Chriſto baptizato, cæli debuerint aperiri.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd chriſto baptizato nõ debuerint cæli aperiri. Illi enim aperiendi ſunt cæli, qui indiget intrare in cælum, quaſi extra cælum exiſtens: ſed Chriſtus ſemper erat in cęlo, ſecundum illud Ioan. 3. Filius hominis, qui eſt in cælo. ergo videtur quòd nõ debuerint ei cæli aperiri.

¶ 2 Præt. Apertio cælorum aut intelligitur ſpiritualiter, aut corporaliter: ſed non poteſt intelligi corporaliter: quia corpora cęleſtia ſunt impaſſibilia, & infrangibilia: ſecundum illud Iob. 37. Tu forſitan cum eo fabricatus es cęlos, qui ſolidiſſimi, quaſi ære fuſi ſunt? Similiter etiam nec poteſt intelligi ſpiritualiter: quia ante oculos filij dei cæli antea clauſi non fuerant. ergo videtur inconuenienter dici, quod baptizato Chriſto, aperti fuerint ei cæli.

¶ 3 Præt. Fidelibus cælum apertum eſt per Chriſti paſſionem, ſecundum illud Hebræorum 10. Habemus fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti. Vnde etiam nec Chriſti baptiſmo baptizati, ſi qui ante eius paſſionem deceſſerint, cælos intrare potuerunt. ergo magis debuerunt aperiri cæli Chriſto patiente, q̃ eo baptizaro.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Lucæ 3. Ieſu baptizato & orantę, apertum eſt cælum.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut dictum eſt, Chriſtus baptizari voluit, vt ſuo baptiſmo conſecraret baptiſmum, quo nos baptizaremur. Et ideo in baptiſmo Chriſti ea demonſtrari debuerunt, quæ pertinent ad efficaciam noſtri baptiſmi. Circa quam tria ſunt conſideranda. Primo quidem principalis virtus, ex qua baptiſmus habet efficaciam: quæ quidem eſt virtus cęleſtis. Et ideo baptizato Chriſto, apertum eſt cælum, vt oſtenderetur, quòd de cetero cæleſtis virtus baptiſmum ſanctificaret. Secundo, operatur ad efficaciam baptiſmi fides Eccleſiæ, & eius qui baptizatur: vnde & baptizati fidem profitentur, & baptiſmus fidei dicitur ſacramentum. Per fidem autem inſpicimus cæleſtia, quæ ſenſum & rationem humanam excedunt: & ad hoc ſignificandum Chriſto baptizato aperti ſunt cæli. Tertio, quia per baptiſmum Chriſti * ſpecialiter aperitur nobis introitus regni cæleſtis, qui primo homini præcluſus fuerat per peccatum. Vnde baptizato Chriſto, aperti ſunt cæli, vt oſtenderetur, quòd baptizatis patet via in cælum. Poſt baptiſmum autẽ neceſſaria eſt homini iugis oratio, ad hoc quòd cælum introeat. Licet enim per baptiſmum remittantur peccata, remanet tamen fomes peccati, nos impugnans interius, & mundus, & dæmones, qui impugnant exterius. Et ideo ſignanter dicitur Luc. 3. quòd Ieſu baptizato & orãte, apertum eſt cælum: quia ſcilicet fidelib⁹ neceſſaria eſt oratio poſt baptiſmum. Vel vt detur intelligi, quòd hoc ipſum ꝙ per baptiſmum cælum aperitur credentibus, eſt ex virtute orationis chriſti. Vnde ſignanter Matth. 3. dicitur, quòd apertum eſt ei cælum, ideſt omnibus propter eum: ſicut ſi Imperator alicui pro alio petenti dicat: Ecce, hoc beneficium nõ illi do, ſed tibi, id eſt propter te illi, vt Chryſoſt. dicit ſuper Matth.*

* Alias ſpiritualis.

¶ In corpore reſpõdetur quęſito vnica cõcluſione: Chriſto baptizato & orãte, conuenienter aperti ſunt cæli. Et duo fiunt: quia declaratur conuenientia reſpectu ly baptizato: ſecũdo, reſpectu ly & orãte. Quo ad primũ probatio eſt: Chriſtus baptizat eſt, vt noſtrum baptiſma conſecraret. ergo in illius baptiſmo illa monſtrari debuerunt, quæ ad noſtri efficaciam baptiſmi ſpectant. ergo virtus cæleſtis, fides cæleſtium, introitusq; cæli monſtrari debuerũt per cælos apertos. Prima cõſequentia eſt clara. Secũda declaratur ex tribus, ſcilicet cauſa, & fide, & effectu, inuentis in efficacia baptiſmi. Quo ad ſecundum declaratur: q̃a oratio vel ad exemplum vel ad cauſam apertionis cæli nobis refertur, & vtrũque eſt cõueniens. ¶ In reſpõſione ad ſecũdum, vide duo declarari. Primum, quòd cæli aperti dicuntur non in ſeipſis, ſed ſecundum viſionem Chriſti. Secundum eſt, qualis fuerit illa viſio, corporalis, imaginaria vel intellectualis. Et licet quælibet poſſibilis dicatur: intellectualis tamen conuenientior videtur, vtpote excellentior.



AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſicut Chryſo. dicit ſuper Matth. † ſicut Chriſtus ſecundum diſpenſationem humanam baptizatus eſt, quamuis ipſe propter ſe baptiſmo non indigeret: ſic etiam ſecundum humanam diſpenſationem aperti ſunt ei cæli, ſecundum autem naturam diuinam ſemper erat in cælis.

AD 2m dicendum, quòd ſicut Hierony. dicit ſuper Matth.* cæli aperti ſunt Chriſto baptizato, non reſeratione elementorum, ſed ſpiritualibus oculis: ſicut & Ezechiel in principio voluminis ſui cælos apertos eſſe commemorat. Et hoc probat Chryſoſt. ſuper Mat. † dicens, Quòd ſi ipſa* creatura, ſcilicet cælorum, rupta fuiſſet, non dixiſſet, aperti ſunt ei: quia quod corporaliter aperitur, omnibus eſt apertum. Vnde etiam Marci primo expreſſe dicitur, quòd Ieſus ſtatim aſcendens de aqua, vidit apertos cælos, quaſi ipſa apertio cælorum ad viſionem chriſti referatur. Quod quidẽ aliqui referunt ad viſionem corporalem, dicentes, ꝙ circa chriſtum baptizatum tantus ſplendor fulſit in baptiſmo, vt viderentur cæli aperti. Poteſt etiam referri ad imaginariam viſionem, per quem modum Ezechiel vidit cælos apertos: formabat enim ex virtute diuina & voluntate rationis, talis viſio in imaginatione chriſti, ad deſignandum, quòd per baptiſmum, cæli aditus hominibus aperitur. Poteſt etiam & ad viſionem intellectualẽ referri, prout. ſ. Chriſtus vidit iam baptiſmo ſanctificato, apertum eſſe cælum hominibus, quod tamen etiam ante viderat fiendum.

AD 3m dicendum, quòd per paſſionem Chriſti aperitur cælum hominibus, ſicut per cauſam cõmunem apertionis cælorum. Oportet tamen hãc cauſam communem apertionis cælorum, ſingulis applicari ad hoc, quòd cælum introeant, quod quidem fit per baptiſmum, ſecundum illud Rom. 6. Quicũque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Et ideo potius fit mentio de apertione cælorum in baptiſmo, quàm in paſſione Chriſti. Vel ſicut Chryſoſt. dicit ſuper Matth.* baptizato Chriſto, cæli tantum ſunt aperti: poſtquam vero tyrannum vicit per crucem, quia non erant neceſſariæ portæ cælo numquam claudendo, non dicunt Angeli, Aperite portas, iam enim erant apertę, ſed, Tollite portas. Per quod dat intelligere Chryſ. ꝙ obſtacula, quibus prius obſiſtentibus animæ defunctorum introire non poterãt cælos, ſunt totaliter per paſſionem Chriſti ablata: ſed in baptiſmo Chriſti ſunt aperta, quaſi manifeſtata iam via, per quam homines erant in cælum intraturi.

¶ Super Quæſtionis trigeſimænonæ Articulum ſextum.

Titulus clarus ex euangelio eſt ortus.

¶ In corpore vna cõcluſio: Conueniens fuit vt ſuper baptizatum Chriſtũ Spirituſſanctus deſcenderet: Probatur: q̃d in Chriſti baptiſmo factum eſt, pertinet ad myſterium noſtri baptiſmi. ergo, Antecedẽs eſt Chryſoſt. Conſequẽtia ꝓbatur: quia omnes baptizati non ficti, accipiunt Spiritum ſanctum, Matth. 3. ¶ Aduerte hic, quòd minus reſpondendo determinatur, quàm fuerit quæſitum. nam quæſitũ eſt de deſcenſu Spirituſſancti in ſpecie columbæ, & reſpondetur de deſcenſu Spirituſſancti ſolũ, nihil dicẽdo de ſpecie columbę. Et hoc ideo, quia reſeruauit hoc ſecundum reſponſioni ad argumenta.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum conuenienter Spirituſſanctus ſuper Chriſtum baptizatum deſcenderit in ſpecie columbæ.*

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ incõuenienter Spirituſſanctus ſuper Chriſtum baptizatum dicatur deſcendiſſe in ſpecie columbæ. Spiritus enim ſanctus habitat in homine per gratiã: ſed in homine Chriſto fuit plenitudo gratię a principio ſuæ conceptionis, quo fuit vnigenitus a patre, vt ex ſupradictis patet.* nõ ergo debuit Spirituſſanctus ad eũ mitti in baptiſmo.

*q. 34. ar. 4.

¶ 2 Præt. Chriſtus dicitur in mũdum deſcendiſſe per myſterium incarnationis, qua exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiẽs: ſed Spirituſſanctus nõ eſt incarnatus. ergo inconuenienter dicitur, ꝙ Spirituſſanctus deſcẽderit ſup eũ.

¶ 3 Præt. In baptiſmo Chriſti oſtendi debuit, ſicut in quodam exemplari id quod fit in noſtro baptiſmo: ſed in noſtro baptiſmo nõ fit aliqua miſſio viſibilis Spirituſſancti. ergo nec in baptiſmo chriſti debuit fieri viſibilis miſſio Spirituſſancti.

¶ 4 Præt. Spirituſſanctus a Chriſto in omnes alios deriuatur, ſecundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus: ſed ſuper Apoſtolos Spiritusſanctus deſcendit, non in ſpecie columbæ, ſed in ſpecie ignis. ergo nec ſuper Chriſtum debuiſſet deſcẽdere in ſpecie columbæ, ſed in ſpecie ignis.

SED CONTRA eſt, ꝙ dr̃ Luc. 3. Deſcendit Spirituſſanctus corporali ſpecie, ſicut colũba in ipſum.

RESPON. Dicendum, ꝙ hoc q̃d circa Chriſtum factum eſt in eius baptiſmo (ſicut Chryſ.* dicit ſuper Matth) pertinet ad myſterium omnium, qui poſtmodum fuerant baptizandi. Omnes autem qui baptiſmo Chriſti baptizantur, Spiritumſanctum recipiunt, niſi ficti accedant, ſecundum illud Matth. 3. ipſe vos baptizabit Spirituſancto. Et ideo conueniens fuit, vt ſuper chriſtũ baptizatũ Spirituſſanctus deſcenderet.

*Homil. in Mat. ĩ opere imper. a med. ꝑcip. tom. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſicut Aug.* dicit 15. de Trinit. abſurdiſſimum eſt dicere, ꝙ Chriſtus cum iam triginta eſſet annorum, acceperit Spiritumſanctum, ſed venit ad baptiſmum, ſicut ſine peccato, ita non ſine Spirituſancto. Si enim de Ioãne ſcriptum eſt, quòd Spirituſancto replebitur ab vtero matris ſuę, quid de homine Chriſto dicendum eſt, cuius carnis ipſa conceptio nõ carnalis, ſed ſpiritualis fuit? Tunc ergo, ideſt in baptiſmo, corpus ſuum, ideſt Eccleſiam, pręfigurare dignatus eſt, in qua baptizati præcipue accipiunt Spiritumſanctum.

*li. 15. c. 26. a med. to. 3.

AD 2m dicendum, quòd ſicut Aug.* dicit in 2. de Trin. Spirituſſanctus deſcendiſſe dicitur ſuper Chriſtum corporali ſpecie, ſicut columba, non quia ipſa ſubſtantia Spirituſſancti videretur, quę eſt inuiſibilis, neque ita quòd illa viſibilis creatura in vnitatem perſonæ diuinæ aſſumeretur: neque enim dicitur, quòd Spirituſſanctus ſit columba, ſicut dicitur, quòd filius dei eſt homo ratione vnionis: neque etiam hoc modo Spiritusſanctus viſus eſt in ſpecie columbæ, ſicut Ioannes vidit agnum occiſum in Apocalypſi, vt habetur Apocaly. 2. illa enim viſio facta fuit in Spiritu per ſpirituales imagines corporum, de illa vero columba nullus vmquam dubitauit, quin oculis viſa ſit. Nec etiam hoc modo in ſpecie columbæ Spiritusſanctus apparuit, ſicut dicitur 1. ad Cor. 10. Petra autem erat Chriſtus. Illa enim petra iam erat in creatura, & per actionis modum nũcupata eſt nomine chriſti, quem

*lib. 2. c. 6. tom. 3.

ſignificabat

ſignificabat: illa autem columba ad hoc tantum ſigni- F ficandum repente extitit, & poſtea ceſſauit, ſicut flamma, quæ in rubo apparuit Moyſi. Dicitur ergo Spiritusſanctus deſcendiſſe ſuper Chriſtum, non ratione vnionis ad columbam: ſed vel ratione ipſius columbæ ſignificantis Spiritumſanctum, quę deſcendendo ſuper Chriſtum venit: uel etiam ratione ſpiritualis gratiæ, quæ a deo per modum cuiuſdam deſcenſus in creaturam deriuatur, ſecundum illud Iacob. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt deſcendens a Patre luminum.

*Hom. 12. in Mat. ante medium tom. 2.

Ad 3^m dicendum, quòd ſicut Chryſoſt.* dicit ſuper Matthæ. in principijs ſpritualium rerum ſemper ſenſibiles apparent viſiones, propter eos qui nullam intelligētiam incorporalis naturæ ſuſcipere poſſunt, vt ſi poſtea non fiant, ex his quæ ſemel facta ſunt, recipiant fidem. Et ideo circa Chriſtum baptizatum corporali ſpecie Spiritusſanctus viſibiliter deſcendit, vt ſuper omnes baptizandos, inuiſibiliter poſtea credatur deſcendere.

Ad 4^m dicendum, quòd Spiritusſanctus in ſpecie columbæ apparuit ſuper Chriſtum baptizatum propter tria. Primo quidem propter diſpoſitionem, quæ requiritur in baptizato, vt ſcilicet non fictus accedat: quia ſicut dicitur Sap. 1. Spiritusſanctus diſciplinæ effugiet fictum. Columba autem eſt animal ſim- H plex, aſtutia & dolo carens: vnde dicitur Matth. 10. Eſtote ſimplices ſicut columbæ. Secundo ad deſignandum ſeptem dona Spiritusſancti, quæ columba ſuis proprietatibus ſignificat. Columba enim ſecus fluenta habitat, vt inde viſo accipitre, mergat ſe, & euadat: quod pertinet ad donum ſapientię, per quam ſancti ſecus Scripturæ diuinæ fluenta reſident, vt incurſum diaboli euadant. Item columba meliora grana eligit, quod pertinet ad donum ſcientiæ, qua Sancti ſententias ſanas, quibus paſcantur, eligunt. Item columba alienos pullos nutrit, quod pertinet ad donum conſilij, quo ſancti homines, qui fuerunt pulli, ideſt, imitatores diaboli, doctrina nutriunt & exemplo. Item columba non lacerat roſtro, quod pertinet ad donum I intellectus, quo ſancti bonas ſcientias lacerando non peruertunt, hæreticorum more. Item columba felle caret, quod pertinet ad donū pietatis, per quam ſancti ira irrationabili carent. Item columba in cauernis petrę nidificat, quod pertinet ad donum fortitudinis, qua ſancti in plagis mortis Chriſti, qui eſt petra firma, nidum ponunt, ideſt, ſuum refugium & ſpem. Item columba gemitum pro cantu habet, quod pertinet ad donum timoris, quo ſancti delectantur in gemitu pro peccatis. Tertio apparuit Spiritusſanctus in ſpecie columbæ propter effectum proprium baptiſmi, qui eſt remiſſio peccatorum & reconciliatio ad deum, columba enim eſt animal manſuetum. Et ideo ſicut Chryſoſt.* dicit ſuper Matth. in diluuio apparuit K hoc animal, ramum ferens oliuæ, & communem orbis terrarum tranquillitatem annuntians, & nunc ēt columba apparet in baptiſmo, liberationem nobis demonſtrans. Quarto apparuit Spiritusſanctus in ſpecie columbæ ſuper Dominum baptizatum, ad deſignandum communem effectum baptiſmi, qui eſt conſtructio eccleſiaſticę vnitatis. vnde dicitur Epheſiorum quinto. quòd Chriſtus tradidit ſemetipſum, vt exhiberet ſibi glorioſam Eccleſiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, lauans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Et ideo conuenienter Spiritusſanctus in baptiſmo demonſtratus eſt in ſpecie columbæ, quę eſt animal amicabile & gregale: vnde & Cantic. 5. dicitur de Eccleſia, Vna eſt columba mea. Super Apoſtolos autem in ſpecie ignis, Spiritusſanctus deſcendit propter duo. Primo quidem ad oſtendendum feruorem, quo corda eorum erant commouenda, ad hoc quòd Chriſtum vbique inter preſſuras prędicarent: & ideo etiam in igneis linguis apparuit. Vnde Auguſtinus dicit ſuper Ioan.* Duobus modis oſtendit viſibiliter dominus Spiritumſanctum, per columbam ſuper dominum baptizatum, & per ignē ſuper diſcipulos congregatos: ibi ſimplicitas, hic feruor oſtenditur. ergo ne ſpiritu ſanctificati dolum ha- G beant, in columba demonſtratus eſt: & ne ſimplicitas frigida remaneat, in igne demonſtratus eſt. Nec te moueat, quia linguę diuiſæ ſunt, vnitatem in columba cognoſce. Secundo: quia ſicut Chryſoſt. dicit, oportebat delictis ignoſcere (quod fit in baptiſmo) manſuetudo neceſſaria erat, quæ demonſtratur in columba: ſed vbi adepti ſumus gratiam, reſtat iudicij tempus, quod ſignificatur per ignem.

*Hom. 12. in Mat. parū ante medium to. 2.

*Tract. [illegible] Ioā. [illegible] ci[illegible]

## Articulus VII.

*Vtrum illa columba, in qua apparuit Spiritusſanctus, fuerit uerum animal.*

Ad septimvm ſic proceditur. Videtur quòd illa columba in qua Spiritusſanctus apparuit, non fuerit verum animal. Illud enim videtur ſpecietenus apparere, quod ſecundum ſimilitudinem apparet: ſed Luc. 3. dicitur, quòd deſcēdit Spiritusſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum. non ergo fuit vera columba, ſed quædam ſimilitudo columbæ.

¶ 2 Præt. Sicut natura nihil facit fruſtra, ita nec deus, vt dicitur in 1. de Cęlo.* ſed cum columba illa non aduenerit, niſi vt aliquid ſignificaret, atque præteritet (vt Auguſtinus † dicit in 2. de Trinit.) fruſtra fuiſſet vera columba: quia hoc ipſum fieri poterat per columbæ ſimilitudinem. non ergo illa columba fuit verum animal.

¶ 3 Præt. Proprietates cuiuſlibet rei ducunt in cognitionem naturæ illius rei. ſi ergo fuiſſet illa columba verum animal, proprietates columbæ ſignificaſſent naturam veri animalis, non autem effectus Spiritusſancti. non ergo videtur, quòd illa columba fuerit verum animal.

Sed contra eſt, quòd Auguſt.* dicit in lib. de agone Chriſtiano, neque hoc ita dicimus, vt dominum Ieſum Chriſtum dicamus ſolum verum corpus habuiſſe: Spiritum autem ſanctum fallaciter apparuiſſe oculis hominum, ſed ambo illa corpora vera eſſe credimus.

Respon. Dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt*) non decebat vt filius dei, qui eſt veritas Patris, aliqua fictione vteretur: & ideo non phantaſticum, ſed verum corpus accepit. Et quia Spiritusſanctus dicitur ſpiritus veritatis, vt patet Ioan. 16. ideo etiam ipſe veram[d] columbam formauit, in qua appareret: licet non aſſumeret ipſam in vnitatem perſonæ. Vnde poſt prędicta verba Auguſt.* ſubdit, ſicut non oportebat vt homines falleret filius dei, ſic etiam non oportebat, vt falleret Spiritusſanctus: ſed omnipotēti deo, qui vniuerſam creaturam ex nihilo fabricauit, non erat difficile, verum corpus columbæ ſine aliorum columborum miniſterio figurare: ſicut non fuit ei difficile verum corpus in vtero Mariæ ſine virili ſemine fabricare, cum creatura corporea & in viſceribus feminæ ad formandum hominem, & in ipſo mundo ad formandum columbam, imperio Domini voluntatique ſeruiret.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Spiritusſanctus dicitur deſcendiſſe in ſpecie, vel ſimilitudine columbæ, non ad excludendam veritatem columbæ, ſed ad oſtēdendum, quòd ipſe non apparuit in ſpecie ſuæ ſubſtantiæ.

Ad 2^m dicendum, quòd non fuit ſuperfluum formare veram colūbam, vt in ea Spiritusſanctus appareret: quia per ipſam veritatem columbæ ſignificatur veritas Spiritusſancti, & effectuum eius.

Ad 3^m dicendum, quòd proprietates columbæ eodem modo ducunt ad ſignificandum naturam columbę, & ad ſignificandos effectus Spiritusſancti: per hoc enim quòd columba habet tales proprietates, oſtenditur quòd columba ſignificat Spiritumſanctū.

Ioā. 1. [illegible] & opu. [illegible] cap. 9.

*lib. 1. [illegible] cęl. [illegible] tom. 2. † lib. 2. [illegible] Trin. [illegible] fi. tom. [illegible]

*c. [illegible] dio [illegible]

*q. 5 [illegible]

D. [illegible] *co. [illegible] ne Chr[illegible] no [illegible] pod [illegible] tom. [illegible]

¶ *Super Quæſtionis trigeſimænonæ Articulum ſeptimum.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore vna concluſio: Columba illa fuit verum animal. Probatur: Sicut veritas verum hominem, ita ſpiritus veritatis veram columbam, in qua appareret, &c. & cōfirmatur hoc Auctoritate Auguſtini.



## Articulus VIII.

*Vtrum conuenienter Chriſto baptizato fuerit uox Patris audita, filium proteſtantis.*

Ad octavvm ſic proceditur. Videtur quòd inconuenienter Chriſto baptizato fuerit vox Patris audita, Filium proteſtantis. Filius enim & Spiritusſanctus, ſecundum hoc quòd ſenſibiliter apparuerunt, dicuntur viſibiliter eſſe miſſi: ſed patri non conuenit mitti, vt patet per Aug.* in 2. de Trin. ergo etiā nec apparere.

¶ 2 Præt. Vox eſt ſignificatiua verbi in corde concepti: ſed Pater non eſt verbum. ergo inconueniēter manifeſtatur in voce.

¶ 3 Præt. Homo Chriſtus non incœpit eſſe filius dei in baptiſmo, ſicut quidam hæretici putauerūt, ſed a principio ſuæ conceptionis fuit filius dei: magis ergo in natiuitate debuit vox Patris proteſtari Chriſti diuinitatem, quàm in eius baptiſmo.

Sed contra eſt, quòd Matth. 3. dicitur, Ecce vox de cælis dicens, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

Respon. Dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt*) in baptiſmo Chriſti, qui fuit exemplar noſtri baptiſmi, demonſtrari debuit quod in noſtro baptiſmo perficit. Baptiſmus autem quo baptizantur fideles, conſecratur in inuocatione & virtute Trinitatis, ſecundum illud Matth. vltimo: Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filij & A Spiritusſancti. Et ideo in baptiſmo Chriſti (vt Hieron.* dicit) myſterium Trinitatis demonſtratur. Dominus enim in natura humana baptizatur, Spiritusſanctus deſcendit in habitu columbæ, Patris vox teſtimonium Filio perhibentis auditur. Et ideo cōueniēs fuit, vt in illo baptiſmo Pater declararetur in voce.

Ad primvm ergo dicendum, quòd miſſio viſibilis addit aliquid ſuper apparitionem, ſcili- B cet auctoritatem mittētis. Et ideo Filius & Spiritusſanctus, qui ſunt ab alio, dicuntur mitti viſibiliter, & non ſolum apparere: Pater autem, qui non eſt ab alio, apparere quidem poteſt, viſibiliter autem mitti non poteſt.

Ad 2^m dicendum, quòd Pater nō demonſtratur in voce, niſi ſicut actor vocis, vel loquens per vocē. Et quia proprium eſt Patri, producere verbum, quod eſt dicere vel loqui, ideo conuenientiſſime Pa- C ter per vocē manifeſtatus eſt, quæ ſignificat verbū. Vnde & ipſa vox a Patre emiſſa, filiationē verbi proteſtatur. Et ſicut ſpecies columbæ, in qua demonſtratus eſt Spiritusſanctus, non eſt ipſa natura Spiritusſancti, nec ſpecies hominis, in qua demonſtratus eſt ipſe Filius, eſt ipſa natura filij dei, ita etiam ipſa vox non pertinet ad naturā verbi vel Patris loquentis. Vnde Ioannis 5. Dominus dicit; Neque vocem eius, ideſt patris vmquam au- D diſtis, neque ſpeciem eius vidiſtis. Per quod (ſicut Chry.* dicit ſuper Ioan.) paulatim eos in philoſophicū dogma inducens, oſtendit, quoniam neque vox circa deum eſt, neque ſpecies, ſed ſuperior eſt & figuris & loquelis talibus. Et ſicut columbam, & etiā humanā naturam a Chriſto aſſumptam tota Trinitas operata eſt, ita etiam & formationem vocis: ſed tamen in voce declarat ſolus Pater, vt loquēs, ſicut naturam humanam ſolus Fi- E lius aſſumpſit, & ſic in columba ſolus Spiritusſanctus demonſtratus eſt, vt patet per Aug.* in lib. de Fide ad Petrum.

Ad 3^m dicendum, quòd diuinitas Chriſti non debuit omnibus in eius natiuitate manifeſtari: ſed magis occultari ī defectibus infantilis ætatis: ſed quando iam peruenit ad perfectā ætatē, in qua oportebat eum docere, & miracula facere, & homines ad ſe cōuertere, tunc teſtimonio Patris erat eius diuinitas manifeſtanda, vt eius do-

*[illegible] q. 45. art. 4. & q. [illegible] artic. 6. [illegible] & opu. [illegible] ca. 9.

*[illegible] de Tri[illegible] [illegible] 11. in [illegible] tom. 3.

*art. 6. huius q.

*In cōmē. 2. c. Matth. circa fin. tom. 9.

*Hom. 39. ī Ioā. a medio tom. 3.

*c. 9. circa principiū tom. 3.

¶ *Super Quæſtionis trigeſimænonæ Articulum octauum.*

Titulus clar⁹ ortus etiam ex euangelio.

¶ In corpore vna concluſio: Conueniens fuit, vt in illo baptiſmo Pater declararetur in voce. probatur: In baptiſmo Chriſti demonſtrari debuit, quod in noſtro baptiſmo perficitur. ergo in baptiſmo Chriſti, myſterium Trinitatis demonſtrari debuit. ergo conueniens fuit, vt Pater declararetur in voce. Antecedens probatur: quia baptiſmus Chri fuit exēplar noſtri. Prima conſequentia probatur: quia noſter baptiſmus conſecratur in inuocatione & virtute Trinitatis. Matth. vlti. Secunda vero conſequentia probatur: quia perſona filij baptizatur, Spūſſctūs in columba deſcendit. reſtabat ergo pſona Patris manifeſtanda, & apponitur hic auctoritas Hieronymi.

¶ *Tractatus quartus huius voluminis.*

Hic incipit quarta pars huius libri, in qua agitur de progreſſu domini noſtri Ieſu Chriſti in hoc mundo, vſque ad quæſtionē quadrageſimāquintam incluſiue.

¶ Aduerte hic, ꝙ cōuerſatio Chri poſt Ioannis baptiſma tractatur ab Auctore: conuerſatio aūt Chriſti ante illud tēpus tacetur. Et qm̄ a multis quæritur, quid fecerit ī illa ætate Chriſtus reſpōdendum eſt, ꝙ exercuit artem fabrilem in ciuitate Nazareth. Nam non ſolū ex euāgelio Mat. 13. habetur ꝙ fuit fili⁹ fabri: ſed ex euangelio Mar. 6. habetur, ꝙ ipſe Chriſtus fuit faber. Et niſi exercuiſſet ipſam artem in Nazareth: nō admirati ibi fuiſſent d̄ doctrina eius Nam ſi alibi Chriſtus habitaſſet, aut in Nazareth vacaſſet literis non fuiſſent admirati compatriotę: vnde huic ſapientia? immo tam notoria erat Chriſti cōuerſatio in Nazareth, vt etiam Hieroſolymis iudæi dicerent, qūo hic lr̄as ſcit cum non didiceri? Ioan. 7. Qūo circa oportet dicere aut Chriſtum ibi artem ſuam fabrilem continue exercuiſſe, & propterea conſtare, ꝙ literas non didicit &c. Aut inertem ocioſumque vacaſſe per Nazareth, quod dedecet Chriſtum filiū pauperis adeo, vt nō potuiſſet agnum pro eo offerre, vt habeť Luc. 2. & pauperem intantum, vt nō haberet vbi reclinaret caput ſuum Mat. 8. Et confirmatur, qa Mar. 3. dicitur. Et cum audiſſent ſui exierunt tenere eū. Dicebant enim, qm̄ in furorem verſus eſt. Ex eo namque, ꝙ vſque ad ætatem illam fabrili arti viderant Ieſum operam dantem & repente audiuerunt, quòd prædicabat & turba conuenit ad eum &c. dixerunt illum verſum in furorem. Hæc enim omnia ſimul iuncta teſtimonia ſunt ab hoſtibus, & ꝙ Chriſti doctrina nō erat humana, nec aliquo modo acquiſita, &c

...ta, & quòd Chriſtus inter eos vſque ad illud tempus, cum ſuis conciuibus cõuerſatus eſt ſine offenſa & ſine ſcandalo proculdubio: q̃d non euitatum fuiſſet, ſi iuuenis, Faber pauper, inertem ſe in opere exhibuiſſet.

...ctrina credibilior fieret: vnde & ipſe dicit Ioan. 5. Qui miſit me Pater, ipſe teſtimonium perhibet de me. Et hoc præcipue in baptiſmo, per quem homines renaſcuntur in filios dei adoptiuos. Filij autem dei adoptiui inſtituuntur ad ſimilitudinem filij naturalis, ſecundum illud Ro. 8. Quos pſciuit, hos & pdeſtinauit conformes fieri imaginis Filij ſui. Vnde Hilarius dicit ſuper Matth.* ꝙ ſuper Ieſum baptizatum deſcendit Spiritusſanctus, & vox Patris audita eſt, dicentis, Hic eſt filius meus dilectus, vt ex his, quæ conſumabantur in Chriſto, cognoſceremus poſt aquę lauacrum, & de cæleſtibus portis ſanctum in nos ſpiritum inuolare, & paternæ vocis adoptione, dei filios fieri.

* ca. 2. in Matt. circa fin.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæ Articulum primum.*

TItulus clarus.
¶ In corpore vna concluſio: Chriſtus conuenienter vitam ſocialem aſſumpſit. Probatur: Chriſtus debuit talem viuẽdi modum aſſumere, qui conueniret fini incarnationis: ſed finis incarnationis exigit vitam ſocialem. ergo. Minor declaratur: quia triplex eſt finis incarnationis. primo, teſtimonium veritatis. Secundo, ſaluare peccatores. Tertio, adducere homines ad deum. Omnia clara ſunt in litera.

## *QVAESTIO XL.*

*De modo conuerſationis Chriſti, in quatuor articulos diuiſa.*

CONSEQVENTER poſt ea, quæ pertinent ad ingreſſum Chriſti in mundum, vel ad eius principium, conſiderandum reſtat de his, quæ pertinent ad progreſſum ipſius.

¶ Et primo, conſiderandum eſt de modo conuerſationis ipſius: ſecundo, de tentatione eius: tertio, de doctrina: quarto de miraculis.

### Circa primum quæruntur quatuor.

Primo, Vtrum Chriſtus debuerit ſolitariam vitam ducere, an inter homines conuerſari.

¶ Secundo, Vtrum debuerit auſteram vitam ducere in cibo & potu & veſtitu, an alijs communem.

¶ Tertio, Vtrum debuerit abiecte viuere in hoc mundo, an in diuitijs & honore.

¶ Quarto, Vtrum debuerit ſecundum legem viuere.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum conueniens fuerit, Chriſtum inter homines conuerſari.*

Infr. art. 2. cor. & ad 3. Et 22. q. 25 art. 6. ad 5.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus non debuerit inter homines conuerſari, ſed ſolitariam vitam agere. Oportebat enim, quòd Chriſtus ſua conuerſatione non ſolum ſe hominem oſtenderet eſſe, ſed etiam deum: ſed deum non conuenit cum hominibus cõuerſari: dicitur enim Dan. 2. Exceptis diis, quorum non eſt cum hominibus conuerſatio: & Philoſophus* dicit in 1. Politicæ, quòd ille qui ſolitarius viuit, aut eſt beſtia, ſi ſcilicet propter ſęuitiam hoc faciat, aut eſt Deus, ſi hoc faciat propter contemplandam veritatem. ergo vĩ ꝙ non fuerit conueniens Chriſtũ inter homines conuerſari.

* lib. 1. c. 2. a medio tom. 5.

¶ 2 Præt. Chriſtus dum in carne mortali vixit, debuit perfectiſſimam vitam ducere: perfectiſſima autem vita eſt contemplatiua, vt in ſecunda parte habitum eſt.* Ad vitam autem contemplatiuam maxime competit ſolitudo, ſecundum illud Oſeæ 2. Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius. ergo videtur, quòd Chriſtus debuerit ſolitariam vitam ducere.

* 2. 2. q. 182. art. 4.

¶ 3 Præt. Conuerſatio Chriſti debuit eſſe vniformis: quia ſemper in eo debuit apparere id, quod optimum eſt: ſed quandoque Chriſtus ſolitaria loca quęrebat, turbas declinans. vnde Remigius dicit ſuper Matthæ. Tria refugia legitur dominus habuiſſe, nauim, montem, & deſertum: ad quorum alterum quotieſcumque a turbis comprimebatur, conſcendebat. ergo & ſemper debuit ſolitariam vitã agere.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Baruch. 3. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.

RESPON. Dicendum, quòd conuerſatio Chriſti talis debuit eſſe, vt conueniret fini incarnationis, ſecundum quam venit in mundum. Venit autem in mundum, primo quidem ad manifeſtandum veritatem, ſicut ipſe dicit Ioan. 18. In hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati: et ideo non debebat ſe occultare, vitam ſolitariam agens: ſed in publicum procedere, publice prædicando. Vnde Luc. 4. dixit illis, qui volebant eum detinere: quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei, quia ideo miſſus ſum. Secundo venit ad hoc, vt homines a peccato liberaret, ſecundum illud primæ ad Timoth. 1. Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum, peccatores ſaluos facere. Et ideo vt Chryſoſt. dicit, in eodem loco manendo poſſet Chriſtus ad ſe omnes attrahere, vt eius prædicationem audirent: non tamen hoc fecit, præbens nobis exẽplum, vt perambulemus & requiramus pereuntem: ſicut paſtor ouem perditam, & medicus accedit ad infirmum. Tertio venit, vt per ipſum habeamus acceſſum ad deum, vt dicitur Ro. 5. & ideo familiariter cum hominibus conuerſando, cõueniens fuit, vt hominibus fiduciam daret ad ſe accedendi. Vnde dicitur Matth. 9. Factum eſt diſcumbẽte eo in domo, ecce multi publicani & peccatores veniẽtes, diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis eius: quod exponens Hier.* dicit, viderant publicani, a peccatis ad meliora conuerſi, locum inueniſſe pœnitentiæ: & ob id, etiam ipſi non deſperant ſalutem.

* In c. 9. Matth.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Chriſtus per humanitatem ſuam, voluit manifeſtare diuinitatem. Et ideo conuerſando cum hominibus (quod eſt proprium hominis) manifeſtauit omnibus ſuam diuinitatem, prædicando, & miracula faciendo, & innocenter & iuſte inter homines conuerſando.

AD 2m dicendum, quòd (ſicut in ſecunda parte dictum eſt*) vita contemplatiua ſimpliciter eſt melior quàm actiua, quæ occupatur circa corporales actus: ſed vita actiua ſecundum quam aliquis prædicando, & docendo, contemplata alijs tradit, eſt perfectior q̃ vita, quæ ſolum contemplatur: quia talis vita præſupponit abundantiam contemplationis: & ideo Chriſtus talem vitam elegit.

AD 3m dicendum, ꝙ actio Chriſti fuit noſtra inſtructio. Et ideo vt daret exemplum prædicatoribus, quòd non ſemper ſe darent in publicum, ideo quandoque dominus ſe a turbis retraxit: quod quidem legitur feciſſe propter tria. Quandoque quidem, propter corporalem quietem: unde Marci 6. dicitur, ꝙ dominus dixit diſcipulis; Venite ſeorſum ĩ deſertum locum, & requieſcite puſillum: erant enim qui veniebant & redibant multi, & nec ſpatium manducandi habebant. Quandoque vero cauſa orationis. vnde dicitur Luc. 6. Factum eſt in illis diebus, exijt in mõtem orare, & erat pernoctans in oratione dei. Vbi ait Ambroſi.* quòd ad præcepta virtutis ſuo nos informat exemplo. Quandoque vero, vt doceret fauorem humanum vitare, vnde ſuper illud Matth. 5. Videns Ieſus turbas, aſcendit in montem, dicit Chryſoſt. † Per hoc, ꝙ non in ciuitate & foro, ſed in monte & ſolitudine ſedit erudiuit nos, nihil ad oſtentationem facere, & a tumultibus abſcedere, & maxime, cum de neceſſarijs diſputare oporteat.



¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæ Articulum ſecundum.*

TItulus clarus.
¶ In corpore vnica concluſio: Cõueniẽs fuit, vt Chriſtus in cibo & potu ſicut alij ſe haberet. probatur primo: Congruum erat incarnationis fini, vt Chriſtus ſocialem vitam duceret. ergo cõuenientiſſimum fuit, &c. Probatur ſequela: quia qui cum alijs conuerſatur, conuenientiſſimum eſt, vt conformet ſe alijs. quod probatur etiam primæ ad Cor. 9. Factus ſũ omnia omnibus. Probatur ſecundo auctoritate Auguſt. immo domini. Mat. 11.
¶ In reſponſione ad primum, nota & fige animo doctrinã hanc: ſcilicet, Chriſtus exemplum fuit perfectionis in omnibus, quæ per ſe pertinent ad ſalutẽ: hinc enim habes, ꝙ in his, quæ non per ſe pertinent ad ſalutem (quæ ſcilicet nõ ſunt ſecundum ſe bona, ſed ſolum relata ad aliquem finem, vt abſtinentia, paupertas, & alia huiuſmodi) nõ oportet inquirere ĩ Chriſto auſteriora tamquam perfectiora: ſed ea quæ magis conſonant incarnationis fini, ſiue ſint auſtera, ſiue non.

### ARTICVLVS. II.

*Vtrum Chriſtus auſteram vitam in hoc mundo ducere debuerit.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus debuerit auſteram vitam ducere in hoc mundo. Chriſtus. n. multo magis prædicauit perfectiõem vitæ q̃ Ioannes: ſed Ioãnes auſteram vitã duxit, vt ſuo exemplo homines ad perfectionem vitæ prouocaret: dicitur enim Matthæ. 3. quòd ipſe Ioannes habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos, eſca autem eius erat locuſtæ & mel ſylueſtre: quod exponens Chryſoſt.* dicit, Erat mirabile in humano corpore, tantam patientiam videre, quod & Iudæos magis attrahebat. ergo videtur quòd multo magis Chriſtum decuerit auſteritas vitæ.

¶ 2 Præt. Abſtinentia ad continentiam ordinatur: dicitur enim Oſeæ 4. Comedent, & non ſaturabuntur: fornicati ſunt, & non ceſſauerunt: ſed Chriſtus continentiam in ſe ſeruauit, & alijs ſeruandam ꝓpoſuit, cum dixit Mat. 19. ſunt eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum: qui poteſt capere capiat. ergo videtur ꝙ Chriſtus in ſe, & in ſuis diſcipulis auſteritatẽ vitæ ſeruare debuerit.

¶ 3 Præt. Ridiculum videtur, vt aliquis diſtrictiorem vitam incipiat, & ab ea in laxiorem reuertatur: poteſt enim dici cõtra eum quod habetur, Luc. 14. Hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſumare. Chriſtus autem diſtrictiſſimam vitam incœpit poſt baptiſmum, manens in deſerto, & ieiunans quadraginta diebus & quadraginta noctibus. ergo videtur non fuiſſe congruum, quòd poſt tantam vitę diſtrictionem ad communem vitam rediret.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Matthæ. 11. Venit Filius hominis manducans & bibens.

RESPON. Dicendum, quòd (ſicut dictum eſt*) congruum erat incarnationis fini, vt Chriſtus non ageret ſolitariam vitam, ſed cum hominibus conuerſaretur: qui autem cum aliquibus conuerſatur, conuenientiſſimum eſt, vt ſe eis in conuerſatione conformet, ſecundum illud Apoſtoli primæ ad Corin. 9. Omnibus omnia factus ſum. et ideo conuenientiſſimum fuit, vt Chriſtus in cibo & potu communiter ſe ſicut alij haberet. vnde Auguſtin.* dicit contra Fauſtum, quòd Ioannes dictus eſt non manducans neque bibens, quia illo victu, quo Iudæi vtebantur, non vtebatur. Hoc ergo niſi dominus vteretur, non in eius comparatione, manducans bibensque diceretur.

* Art. pced.

* li. 16. c. 31. ante med. tom. 6.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dominus in ſua conuerſatione exemplum perfectionis dedit in omnibus, quæ per ſe pertinent ad ſalutem. Ipſa autem abſtinentia cibi & potus, non per ſe pertinet ad ſalutem, ſecundum illud Rom. 14. Nõ eſt regnum dei eſca & potus. Et Aug.* dicit in lib. de Quæſtionibus Euang. exponens illud Matth. 11. Iuſtificata eſt ſapientia a filijs ſuis: quia ſcilicet ſancti apoſtoli intellexerunt regnum dei non eſſe in eſca & potu, ſed in æquanimitate tolerandi, quos nec copia ſubleuat, nec deprimit egeſtas. Et ĩ tertio* de doctrina Chriſtiana dicit, quòd in omnibus talibus non vſus rerum, ſed libido vtentis in culpa eſt. Vtraque autem vita eſt licita & laudabilis, ut ſcilicet aliquis a conſortio hominum ſegregatus abſtinentiam ſeruet, & ut in ſocietate aliorum poſitus, communi uita utatur. et ideo dominus uoluit utriuſque uitæ exemplum dare hominibus. Ioannes autem (ſicut Chryſoſt. dicit ſuper Matth.) nihil plus oſtendit prędter uitam & iuſtitiam: Chriſtus autem & a miraculis teſtimonium habebat. dimittens ergo Ioannem ieiunio fulgere, ipſe contraria inceſſit uia, ad menſam intrans publicanorum, et manducans et bibens.

* li. 2. c. 11. ante med. tom. 4.

* li. 3. c. 12. parũ a pri. tom. 3.

AD 2m dicendum, quòd ſicut alij homines per abſtinentiam conſequuntur uirtutem continendi, ita etiam Chriſtus in ſe & in ſuis diſcipulis per virtutem ſuæ diuinitatis carnem cõprimebat. vnde ſicut Mat. 9. dicitur, Phariſæi & diſcipuli Ioannis ieiunabant, non autem diſcipuli Chriſti: quod exponens Beda dicit,* quòd Ioannes vinum & ſiceram non bibit: quia illi abſtinentia meritum auget, cui potentia nulla inerat naturæ. Dominus autem, cui naturaliter ſuppetebat delicta donare, cur eos declinaret, quos abſtinẽtibus poterat reddere puriores?

* ſup. illud Marci 2. Quare diſcipuli tui non ieiunãt? Eſt c. 12. ſecundum ord. Bedę to. 2.

AD 3m dicendum, quòd ſicut Chryſoſt.* dicit ſuper Matthæ. Vt diſcas quàm magnum bonum eſt ieiuniũ, & qualiter ſcutũ eſt aduerſus diabolum, & quoniam poſt baptiſmum non laſciuiæ, ſed ieiunio intendere oportet, & ipſe ieiunauit, non eo indigens, ſed nos inſtruens: non autem vltra proceſſit ieiunando, quàm Moyſes & Helias, ne incredibilis videretur carnis aſſumptio. ſecundum myſterium autem, vt Greg.* dicit, quadragenarius numerus exemplo Chriſti in ieiunio cuſtoditur: quia virtus decalogi per libros quatuor ſancti euangelij impletur: denarius enim quater ductus, in quadragenarium ſurgit. Vel quia in hoc mortali corpore ex quatuor elementis ſubſiſtimus, per cuius voluntatem, præceptis dominicis contrahimus, quæ per decalogum ſunt accepta. vel ſecundũ Auguſt.* in lib. 83. Quęſtionum, omnis ſapientiæ diſciplina eſt Creatorem, creaturamque cognoſcere.

* Hom. 13. in Mat. nõ remote a princ. to. 2.

* Hom. 16. in euange. poſt mediũ illius.

* lib. 83. q. q. 81. ĩ pri. tom. 4.

Creator eſt Trinitas, Pater & Filius & Spiritusſanctus. Creatura vero partim eſt inuiſibilis, ſicut anima, cui ternarius numerus attribuitur: diligere enim deũ tripliciter iubemur, ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente: partim viſibilis, ſicut corpus, cui quaternarius debetur, propter calidum, humidum, frigidum, & ſiccum. Denarius ergo numerus, qui totam inſinuat diſciplinam, quater ductus, id eſt numero, qui corpori tribuitur, multiplicatus, quadragenarium conficit numerum. & ideo tempus quo, ingemiſcimus & dolemus, quadragenario numero celebratur. nec tamen incongruum fuit, vt Chriſtus poſt ieiunium & deſertum, ad communem vitam rediret: hoc enim conuenit vitæ, ſecundum quam aliquis contemplata alijs tradit, quam Chriſtus dicitur aſſumpſiſſe, vt primo contemplationi vacet, & poſtea G ad publicum actionis deſcendat, alijs conuiuendo. vnde & Beda dicit ſuper Marc.* Ieiunauit Chriſtus, ne præceptum declinaret: manducauit cum peccatoribus, vt gratiam cernens, agnoſceres poteſtatem.

* Id habet formaliter Amb. lib. 2. in Luc. 1 c. de Mariæ turbatæ cõſolatiõe nõ remote a prin. to. 5.

4. contra c. 55. ad 12. & opuſ. 17. c. 15. & op. 20. lib. 3.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæ Articulum tertium.*

Titulus clarus. ¶ In corpore vna concluſio: Decuit Chriſtũ in hoc mundo pauperem vitam ducere. Probatur quatuor rationibus, quæ clare patent in litera.

¶ Circa quarum primam & tertiam notate domini prædicatores, & ꝙ oportet prædicatores a curis temporalium rerum abſolutos eſſe, & nec apparere quòd lucri cauſa ꝑdicent. Et hoc quidem contra multos militat, qui ſtipendio prædicant, qui locum prædicandi, non vbi maior animarum fructus, ſed vbi maius ſtipendium præbetur, aut maior eleemoſyna ſperatur pro ſe vel conuentu ſuo, eligunt. Primum autem quantum noceat, experientia teſtatur: paulatim enĩ prędicatio deſeritur a religioſis habentibus poſſeſſiones, quæ iam ab Epiſcopis, Abbatib', alijsque diuitibus clericis ac religioſis deſerta videtur. Secũdum autem Ieſu Chriſti ac Eccleſiæ prçcipuum officiũ, ad mercedem atque quæſtum abducit.

¶ In reſpõſione ad primum, vbi habes differentiam inter voluntariam & neceſſariam paupertatem, quo ad occaſionem peccandi, aduerte quòd non vocatur paupertas voluntaria, quæ ſolo voto firmata eſt, ſed quæ habet perſeuerantiam voluntariam: parum enĩ ꝓdeſt vouiſſe paupertatem & ęgre ferre illam: reincidit enim paupertas iſta in neceſſariam paupertatem, & tranſit de voluntaria in inuitam. Nec ſufficit voluntas perſeuerans ad paupertatẽ, ita tamen vt nõ deſint opportunæ cõmoditates: eſt enim volũtas hæc ad paupertatis nomen, & non ad paupertatis rem. Velle ſiquidem paupertatem & nihil ſibi deeſſe, quòd nõ ſit velle paupertatem, ex eo patet, quòd Salomon tria proponit, diuitias, paupertatem, & victui neceſſaria, & inter duo extrema medium petit: quod appetit ſecundum rem ille, qui nihil vult ſibi deeſſe ſub paupertatis nomine. Oportet enim pauperem voluntarie velle, & nomen & rem paupertatis pro loco & tempore, vt velit etiam cum caret opportunis, libenter penuriam pati: ſic enĩ nullius erit peccati occaſio paupertas. Et quoniã hoc paucorum videtur eſſe: inde tanta videtur orta aut nutrita religioſorum imperfectio.

## ARTICVLVS III.

### *Vtrum Chriſtus in hoc mundo debuerit pauperem uitam ducere.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus in hoc mundo non debuerit pauperem vitam ducere. Chriſtus enim debuit eligibiliſſimam vitam aſſumere: ſed eligibiliſſima vita eſt, quę eſt mediocris inter diuitias & paupertatem: dicitur enim Prouerb. 30. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tãtum victui meo neceſſaria. ergo Chriſtus non debuit pauperem vitam ducere, ſed moderatam.

¶ 2 Præt. Exteriores diuitiæ ad vſum corporis ordinantur, quantum ad victum & veſtitum: ſed Chriſtus in victu & veſtitu communem vitam duxit, ſecundum modum aliorum, quibus conuiuebat. ergo videtur quòd in diuitijs & paupertate communem modum viuendi ſeruare debuerit, & non vti maxima paupertate.

¶ 3 Præt. Chriſtus maxime homines inuitauit ad exemplum humilitatis, ſecundum illud Mat. 11. Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde: ſed humilitas maxime commendatur in diuitibus: vnde dicitur primæ ad Timothę. vltim. Diuitibus huius ſæculi ¦præcipe¦, non altum ſapere. ergo videtur ꝙ Chriſtus non debuerit ducere pauperem vitam.

Sed contra eſt, quòd dicitur Matthæ. 8. Filius hominis non habet vbi caput reclinet: quaF ſi dicat, ſecundum Hieronym.* Cur me propter diuitias & ſæculi lucra cupis ſequi, cum tantę ſim paupertatis, vt nec hoſpitiolum quidem habeam, & tecto vtar nõ meo? Et ſuper illud Matthæ. 17. vt non ſcandalizemus eos, vade ad mare, dicit Hieronym.† Hoc ſimpliciter intellectum, ædificat auditorem, dum audit tantę dominum fuiſſe paupertatis, vt vnde tributa pro ſe, & Apoſtolo redderet, non haberet.

* In Mat. 8. [illegible] tom.

† [illegible] c. 17. tom.

Respon. Dicendum, quòd Chriſtum decuit in hoc mundo pauperem vitam ducere. Primo quidem, quia hoc erat congruum prædicationis officio, propter qđ veniſſe ſe dicit Marc. 1. Eamus in proximos vicos, & ciuitates, vt & ibi prædicem: ad hoc enim veni. Oportet autem prædicatores verbi Dei, vt omnino uacent prædicationi, omnino a ſæcularium rerum cura eſſe abſolutos: quod facere nõ poſſunt, qui diuitias poſſident. vnde & ipſe dominus Apoſtolos ad prædicandum mittens, dicit eis Matthæ. 10. Nolite poſſidere aurum, neque argentum: et H ipſi Apoſtoli dicunt, Act. 6. non eſt ęquum nos relinquere verbum dei, & miniſtrare menſis. Secundo, quia ſicut mortem corporalem aſſumpſit, vt nobis vitam largiretur ſpiritualem, ita corporalem paupertatem ſuſtinuit, vt nobis diuitias ſpirituales largiretur, ſecũdum illud ſecundæ ad Cor. 8. Scitis gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos ege I nus factus eſt, ut illius inopia diuites eſſetis. Tertio, ne ſi diuitias haberet, cupiditati, eius prædicatio aſcriberetur. vnde Hiero.* dicit ſuper Matthæ. quòd ſi diſcipuli eius diuitias habuiſſent, viderentur non cauſa ſalutis hominum, ſed cauſa lucri prædicaſſe, & eadem ratio eſt de Chriſto. Quarto, vt tanto maior virtus diuinitatis eius oſtenderetur, quanto per paupertatem videbatur abiectior. vnde dicitur in quodam ſermone Epheſini concilij: Omnia paupe K ra & vilia elegit, omnia mediocria & plurimis obſcura, vt diuinitas cognoſceretur orbem transformaſſe terrarum, propterea pauperculam elegit matrem, pauperiorem patriam, egẽs ſit pecunijs: & hoc tibi exponat præſepe.

* In [illegible] Mat. [illegible] tom.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ ſuperabundantia diuitiarum & mendicitas, vitanda videntur ab his, qui volunt viuere ſecundum uirtutem, inquantũ ſunt occaſiones peccandi. Abundantia nãque diuitiarum eſt ſuperbiendi occaſio: mendicitas autem eſt occaſio furandi et mentiendi, aut etiam periurandi. Quia vero Chriſtus peccati capax non erat, propter A hanc cauſam, ex qua Salomon hoc vitabat, Chriſto vitanda non erant: neque tamen quælibet mendicitas eſt furandi & periurandi occaſio, vt ibidem Salomon ſubdere videtur, ſed ſola illa, quæ eſt contraria voluntati, ad quam vitandam homo furatur & periurat: ſed paupertas voluntaria hoc periculum non habet, & talem paupertatem Chriſtus elegit.



Ad 2[m] dicendum, quòd communi vita vti, quantum ad victum & veſtitum, poteſt aliquis non ſolum diuitias poſſidendo: ſed etiam a mulieribus, & diuitibus neceſſaria accipiendo, quod etiam circa Chriſtum factum eſt: dicitur enim Lucæ 8. quòd mulieres quædam ſequebantur Chriſtum, quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis. vt enim Hierony.* dicit contra Vigilantium, conſuetudinis Iudaicę fuit, nec ducebatur in culpam more gentis antiquo, vt mulieres de ſubſtantia ſua victum atque veſtitum præceptoribus ſuis miniſtrarent: ſed quia hoc ſcandalum facere poterat in nationibus, Paulus ſe abieciſſe commemorat, ſic ergo communis victus poterat eſſe ſine ſolicitudine impediente prædicationis officium: non autem diuitiarum poſſeſſio.

* hoc habet formaliter c. 7. Mat. [illegible] illud: Erant ibi mulieres. tom. 9.

Ad 3[m] dicendum, quòd in eo, qui ex neceſſitate pauper eſt, humilitas non multum commẽdatur: ſed in eo, qui voluntarie pauper eſt (ſicut fuit Chriſtus) ipſa paupertas eſt maximę humilitatis indicium.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæ Articulum quartum.*

Titulus clarus. ¶ *In corpore* vnica concluſio: Chriſtus in omnibus ſecũdum legis præcepta conuerſatus eſt. Hæc autem concluſio primo ꝓbatur, quo ad factum deinde quo ad conuenientiam. Quòd enim Chriſtus in omnibus ſecundum legem de facto conuerſatus fuerit, probatur ex illo facto, in quo tamquam in principio comprehenduntur reliqua legalia, ſcilicet ex circuncisione, vt patet ex auctoritate Apoſtoli. Conuenientiam autẽ quare Chriſtus ſeruare voluit, oſtendit ex quatuor claris in litera.

[illegible] q. 47. per totum. & [illegible] q. 47. [illegible] ad 1. [illegible] 3. di. 14. [illegible] q. 6. [illegible] 3. Et 4. [illegible] 1. q. 1. [illegible] q. 3. [illegible] 60. [illegible]

## ARTICVLVS IIII.

### *Vtrum Chriſtus in hac uita ſecundum legem conuerſatus fuerit.*

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus nõ fuerit conuerſatus ſecundum legem. Lex enim præcipiebat, vt nihil operis in ſabbatho fieret, ſicut deus die ſeptimo requieuit ab omni opere quod patrarat: ſed ipſe in ſabbatho curauit hominem, & ei mandauit vt tolleret lectum ſuum. ergo videtur quòd non fuerit ſecundum legem conuerſatus.

¶ 2 Præt. Eadem Chriſtus fecit & docuit, ſecundum illud Act. 1. cœpit Ieſus facere & docere: ſed ipſe Matthæ. 15. docuit, quòd omne quod intrat in os, non coinquinat hominem, quod eſt contra præceptum legis, quæ per eſum & cõtactum quorundam animalium, dicebat hominem immundum fieri, vt patet Leuit. 11. ergo videtur, quòd ipſe non fuerit ſecundum legem conuerſatus.

¶ 3 Præt. Idem iudicium videtur eſſe facientis & conſentientis, ſecundum illud Rom. 1. Non ſolum illi qui faciunt, ſed & qui conſentiunt facientibus: ſed Chriſtus conſenſit diſcipulis ſuis ſoluentibus legem, in hoc ꝙ ſabbatho ſpicas vellebant, excuſando eos, vt habetur Matthæ. 12. ergo videtur, quòd Chriſtus non conuerſatus fuerit ſecundum legem.

Sed contra eſt, quòd dicitur Matth. 5. Nolite putare quoniam veni ſoluere legem, aut prophetas: quod exponens Chyſoſt.* dicit: Legem impleuit, primo quidem, nihil tranſgrediendo legalium, ſecundo iuſtificando per fidem, quod lex per literam facere non valebat.

* hom. 16. i Mat. 5. parũ a prin. illius. to. 2.

Respon. Dicendum, quòd Chriſtus in omnibus ſecundum legis præcepta conuerſatus eſt. In cuius ſignum etiam voluit circuncidi: circũciſio enim, eſt quædam proteſtatio legis implendæ, ſecundum illud Gal. 5. Teſtificor omni homini circuncidenti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ. Vo B luit autem Chriſtus ſecundum legem conuerſari. primo quidem, vt legem veterem approbaret. ſecundo, vt eam obſeruando, in ſeipſo conſumaret & terminaret, oſtendens quòd ad ipſum erat ordinata. tertio vt Iudæis occaſionem calumniandi ſubtraheret. quarto, vt homines a ſeruitute legis liberaret, ſecundum illud Gal. 4. Miſit deus Filium ſuum factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret.

Ad primvm ergo dicendum, quòd dominus ſuper hoc ſe excuſat a tranſgreſſione legis tripliciter. Vno quidem modo, quia per præceptum de ſanctificatione ſabbathi nõ interdicitur opus diuinũ, ſed opus humanum: quamuis enim deus die ſeptimo ceſſauerit C a nouis creaturis condendis, ſemper tamen operatur in rerum conſeruatione & gubernatione: ꝙ autẽ Chriſtus miracula faciebat, erat operis diuini. Vnde ipſe dicit Ioannis 5. Pater meus, vſque modo operatur, & ego operor. Secundo, excuſat ſe per hoc, ꝙ illo præcepto non prohibentur opera, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis etiam corporalis. vnde ipſe dicit Luc. 13 Vnuſquiſque veſtrum ſabbatho nõ ſoluit bouem ſuũ, aut aſinum a prę ſepio, & ducit adaquare? Et infra 14. Cuius veſtrum aſinus aut bos in puteum cadet, & nõ cõtinuo extrahet illum die ſabbathi? Manifeſtum eſt autem, ꝙ opera miraculorum, quę Chriſtus faciebat, ad ſalutem corporis & animæ pertinebant. Tertio, quia illo præcepto non prohibentur opera, quę per D tinent ad dei cultum. vnde dicitur Matth 12. An non legiſtis in lege, quia ſabbathis ſacerdotes ĩ templo ſabbathum violant, & ſine crimine ſunt? & Ioãnis 7. dicitur, ꝙ circumciſionem accipit homo in ſabbatho: ꝙ autem Chriſtus paralytico mandauit, vt lectum ſuũ ſabbatho portaret, ad cultum dei pertinebat, id eſt ad laudem virtutis diuinæ. Et ſic patet, quòd ſabbathum non ſoluebat; quamuis hoc ei iudæi falſo obiicerent, dicentes Ioannis 9. Non eſt hic homo a deo, qui ſabbathum non cuſtodit.

Ad 2[m] dicendum, quòd Chriſtus voluit oſtendere per illa verba, ꝙ homo non redditur immũdus, ſecundum animam ex vſu ciborum quorumcumque ſecundum ſuam naturam, ſed ſolum ſecundum quãdam E ſignificationem: quòd autem in lege quidam cibi dicuntur immundi, hoc eſt per quandam ſignificationem. vnde Auguſtinus * dicit contra Fauſtum: ſi de porco & agno requiratur, vtrum natura mundus eſt, dicimus quòd omnis creatura dei bona eſt, quadam vero ſignificatione agnus mundus, porcus immundus eſt.

*Lib. 6. c. 7.* non longe a princip. tom. 6.

Ad 3[m] dicendum, quòd etiam diſcipuli, qui eſurientes, ſpicas ſabbatho vellebãt, a tranſgreſſione legis excuſantur propter neceſſitatem famis: ſicut & Dauid non fuit tranſgreſſor legis, quando propter famis neceſſitatem comedit panes, quos ei edere non licebat.

## QVAESTIO XLI.

*De tentatione Chriſti, in quatuor articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt, de tentatione Chriſti.

### Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primo, Vtrum fuerit conueniens Chriſtum tentari.
¶ Secundo, De loco tentationis.
¶ Tertio, De tempore:
¶ Quarto, de modo & ordine tentationis.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum conueniens fuerit, Chriſtum tentari.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſto tẽtari non conueniebat. Tentare enĩ eſt experimentum ſumere, quod quidem non fit, niſi de re ignota: ſed virtus Chriſti erat nota etiam dæmonibus: dicitur enim Luc. 4. quòd non ſinebat dęmones loqui, quia ſciebant eum eſſe Chriſtum. ergo videtur quòd non decuerit Chriſtum tentari.

¶ 2 Præt. Chriſtus ad hoc venerat, vt opera diaboli diſſolueret, ſecundum illud Ioannis. 3. In hoc apparuit filius dei, vt diſſoluat opera diaboli: ſed non eſt eiuſdem diſſoluere opera alicuius, & ea pati. et ita videtur inconueniens fuiſſe, quòd Chriſtus, pateretur ſe tentari a biabolo.

¶ 3 Præt. Triplex eſt tentatio, ſcilicet a carne, a mundo, & a diabolo: ſed Chriſtus non fuit tentatus nec a carne, nec a mundo. ergo nec etiam debuit tẽtari a diabolo.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Matth. 4. Ductus eſt Ieſus a ſpiritu in deſertum, vt tentaretur a diabolo.

RESPON. Dicendum, quòd Chriſtus tentari voluit. Primo quidem, vt nobis contra tentationes auxilium ferret. vnde Greg.* dicit in homil. non erat indignum Redemptori noſtro, quòd tentari voluit, qui venerat occidi: vt ſic tentationes noſtras ſuis tentationibus vinceret, ſicut mortem noſtram, ſua morte ſuperauit. Secundo, propter noſtram cautelam, vt nullus quantumcumque ſanctus ſe æſtimet ſecurum & immunem a tentatione. vnde & poſt baptiſmum tentari voluit: quia, ſicut Hilarius dicit ſuper Matthæ. † in ſanctificatis maxime diaboli tentamenta craſſantur: quia victoria magis eſt ei exoptata de ſanctis. vnde & Eccle. 2. dicitur, Fili, accedens ad ſeruitutem dei, ſta in iuſtitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Tertio, propter exemplum, vt ſcilicet nos inſtrueret qualiter diaboli tentationes vincamus. vnde Auguſtinus.* dicit in quarto de Trinita. quòd Chriſtus diabolo ſe tentandum præbuit, vt ad ſuperandas tentationes eius mediator eſſet, non ſolum per adiutorium, verum etiam per exemplum. Quarto, vt nobis fiduciam de ſua miſericordia largiretur. vnde dicitur Hebræorum. 4. Non habemus pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, tẽtatum autem per omnia, pro ſimilitudine abſque peccato.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut Auguſtinus* dicit in 9. de Ciuitate dei, Chriſtus tantum innotuit dæmonibus, quãtum voluit: non per id, quod eſt vita æterna, ſed per quædam temporalia ſuæ virtutis effecta, ex quibus quandam coniecturam habebant Chriſtum eſſe filium dei: ſed quia rurſus in eo quædam ſigna humanæ infirmitatis videbant, non pro certo cognoſcebant eum eſſe filium dei: & ideo eum tentatare voluit. Et hoc ſignatur Matthæi. 4. vbi dicitur, quòd poſtquàm eſurijt, acceſſit tentator ad eum: quia vt Hilarius dicit, * tentare Chriſtum diabolus non fuiſſet auſus, niſi in eo per eſuriei infirmitatem, quæ ſunt hominis, recognoſceret. et hoc etiam patet ex ipſo modo tentandi, cum dixit, ſi filius dei es. quod exponens Ambroſius * dicit, quid ſibi vult talis ſermonis exorſus, niſi quia cognouerat dei filium eſſe vẽturum, ſed veniſſe per infirmitatem corporis non putabat?

AD 2^m^ dicendum, quòd Chriſtus venerat diſſoluere opera diaboli, non poteſtatiue agendo, ſed magis ab eo & eius membris patiendo, vt ſic diabolum vinceret iuſtitia, non poteſtate, ſicut Auguſtinus.* dicit 13. de Trinita. quòd diabolus non potentia dei, ſed iuſtitia ſuperandus fuit:

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæprimæ Articulum primum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore vna cõcluſio: Chriſtus tentari voluit. Probatur quadrupliciter. Vbi in prima ratione conſpicere libet, quòd virtuoſa cõtra noſtras tentationes tentatio Chriſti fuit: ita quòd non ſolum exemplo (quod ad tertiam ſpectat rationem) ſed efficacia auxilium nobis contra tentationes tentatus dominus conferẽdo profuit: ſicut mortuus nos contra mortem muniuit. Mod⁹ aũt quo hoc cõferſ auxiliũ, cũ de efficacia mortis eius inferius tractabitur, patebit: pro nunc ſufficiat, ꝙ ſaltẽ meritorie, tẽtatus dñs opem cõtulit nobis.

Opuſ.60. c.11.prin.

¶ In tertia autem ratione percipe, ꝙ modus vincendi tẽtationes eſt, recurſus ad diuinas ſcripturas, & eadem ratione ad ſanctorũ exempla: hoc enim dominus in ſua pugna ac victoria docuit, dũ ſic pugnauit & vicit.

¶ In reſponſione ad primum circa notitiam dæmonum de Chriſto, duo sũt videnda. Primum, quid dæmones ſciuerunt de Chriſto, quod inferius tractabitur in quæſt. de miraculis Chriſti. Secundum eſt, quorſum ab Auctore hic affertur notitia habita a dæmone de Chriſto, cuius Lucas meminit cap. 4. cum manifeſte pateat Euangeliſtam loqui poſt viſa miracula, hic autem eſt ſermo ante miracula: nam poſt regreſſum a deſerto, cœpit Chriſtus prædicare & miracula facere.

* hom. 16. in euang. non longe a princ.

¶ Ad hoc dicitur, quòd coactus fuit Auctor ex tentationis actu de incertitudine notitiæ de Chriſto apud dæmones, loqui. Inſeruit autem verbum Lucæ euangeliſtæ de ſcientia dæmonum in principio prædicatiõis Chriſti: quĩa licet Lucas dicat illa verba inter narrãdũ d̄ miraculis Chriſti, non tñ dicit, ꝙ tunc primo didicerunt dæmones illum eſſe Chriſtum. Et propterea illud Lucæ verbum, quia ſciebant illum eſſe Chriſtum, ad præteritum tempus inculpabiliter & rationabiliter ab Auctore relatum videtur. Viderunt ſiquidem dæmones, & quæ ab angelis in die natiuitatis Chriſti dicta ſunt, & quæ a paſtoribus geſta, & quæ a Magis duce ſtella, & quæ a Simeone & Anna dicta ſunt: & poſtea Chriſti verba ad matrem in templo, de Patre ſuo, & dicta a Ioanne Baptiſta de Chriſto. Ex quibus facile erat cognoſcere illum eſſe Chriſtum abſq; vlterioribus miraculis: collatione præſertim facta cum prophetijs. Vnde viſa tam longa inedia, & quòd eſurijt, tentauit noſſe, ſi filius dei eſſet.

† Ca. 3. in Mat. non longe a prin.

* li. 4. ca. aliquantulum a pñ. tom. 3.

* li. 9. ca. 21. a prin. tom. 5.

¶ In rñſione ad tertiũ, dubiũ occurrit, an verũ ſit oẽm tẽtationẽ ab intrinſeco, eſſe pctm̃. vr̃ ꝙ non: qa naturalib⁹ non meremur nec demeremur: concupiſcentia aũt carnis & illi⁹ delectatio naturalis ẽ. nullũ ergo pctm̃ ẽ cõcupiſcẽtia aut delectõ carnis.

¶ Et cõfirmatur: qa certũ eſt ĩ Chro fuiſſe carnalẽ delectationẽ ſm guſtũ vel tactũ, cum comedebat aut bibebat aliqd delectabile: puta bonum panem, bonum vinum, & cet. non ergo omnis delectatio ſenſibilis eſt peccatum.

* Ca. 3. in Mat. non longe a princ.

Ambr. li. 4. ĩ Luc. in cap. 4. ... tentationis Chriſti.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ nullus mentis compos dicit, ꝙ oĩs delectatio ſm carnẽ, ſeu sẽſum ſit pctm̃: oporteret. n. naturã ipsã eſſe malã, ſi delectatio naturalis eſſet mala. Vñ in ſtatu innocẽtię fuiſsẽt delectatiões naturales abſq; peccato vllo, & in

lib. 13. ca. 13. prin.



Et ideo circa tentationem Chriſti conſiderandum eſt, quid propria voluntate fecit, & quid a diabolo paſſus fuit. quòd enim tentatori ſe offerret, fuit propriæ voluntatis. vnde dicitur Matthæ. 4. Ductus eſt Ieſus in deſertum a ſpiritu, vt tentaretur a diabolo: quod Gregor.* intelligendum dicit de Spirituſancto, vt ſcilicet illuc eum ſpiritus ſuus duceret, vbi eum ad tentandum ſpiritus malignus inueniret: ſed a diabolo paſſus eſt, vt aſſumeretur, vel ſupra pinnaculum templi, vel etiam in montem excelſum valde. Nec eſt mirum (vt Grego.† dicit) ſi ſe ab illo permiſit in montem duci, qui ſe permiſit a membris ipſius crucifigi. Intelligitur autem a diabolo aſſumptus, non quaſi ex neceſſitate: ſed quia (vt Origen.* dicit ſuper Luc.) ſequebatur eum ad tentationem, quaſi athleta ſponte procedens.

AD 3^m^ dicendum, quòd ſicut Apoſtolus dicit, Chriſtus in omnibus tentari voluit abſque peccato. Tentatio autem quæ eſt ab hoſte, poteſt eſſe ſine peccato: quia fit per ſolam exteriorem ſuggeſtionem. Tentatio autem quæ eſt a carne, non ^d^ poteſt eſſe ſine peccato: quia huiuſmodi tentatio fit per delectationem & concupiſcentiam. Et ſicut Auguſt.† dicit, nonnullum peccatum eſt, quãdo caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Et ideo Chriſtus tentari voluit ab hoſte, ſed non a carne.

### ARTICVLVS II.

*Vtrum Chriſtus in deſerto tentari debuerit.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus non debuerit tentari in deſerto. Chriſtus enim tentari voluit propter exemplum noſtrum, vt dictum eſt: * ſed exemplum debet manifeſte proponi illis, qui ſunt per exemplum informandi. non ergo debuit in deſerto tentari.

¶ 2 Præt. Chryſoſt.* dicit ſuper Matth. quòd tunc maxime inſtat diabolus ad tentandum, cum viderit ſolitarios: vnde & in principio mulierem tentauit, ſine viro eam inueniens: et ſic videtur per hoc, quòd in deſertum iuit, vt tentaretur, quòd tentationi ſe expoſuit. cum ergo eius tentatio ſit noſtrũ exemplum, videtur quòd etiam alij debeant ſe ingerere ad tentationes ſuſcipiendas, quod tamen videtur eſſe periculoſum, cum magis tentationum occaſiones vitare debeamus.

¶ 3 Præt. Matthæ. 4. ponitur ſecunda Chriſti tentatio, qua diabolus Chriſtum aſſumpſit in ſanctam ciuitatem, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi: quod quidem non erat in deſerto. non ergo tentatus eſt ſolum in deſerto.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Marc. 1. q. erat Ieſus in deſerto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur a Satana.

RESPON. Dicendum, quòd (ſicut dictum eſt*) Chriſtus propria voluntate ſe diabolo exhibuit, ad tentandum, ſicut etiam propria voluntate membris eius ſe exhibuit ad occidendum, alioquin diabolus venire ad eum non auderet. diabolus autem magis attentat aliquem, cum eſt ſolitarius: quia, vt dicitur Eccleſiaſt. 4. ſi quiſpiam præualuerit contra vnum, duo reſiſtunt ei. et inde eſt, quòd Chriſtus in deſertum exiuit, quaſi ad campum certaminis, vt ibi a diabolo tentaretur. vnde Ambroſius* dicit ſuper Lucam, quòd Chriſtus agebatur in deſertum conſilio, vt diabolum prouocaret. nam niſi ille certaſſet, ſcilicet diabolus, non iſte viciſſet, ideſt Chriſtus. Addit autem & alias rationes, dicens hoc Chriſtum feciſſe myſterio, vt Adam de exilio liberaret, qui ſcilicet de paradiſo in deſertum electus eſt, & exemplo, vt oſtenderet nobis diabolum ad meliora tendentibus inuidere.

* art. præced. ad 2.

* libr. 4. in Luc. in tit. d̄ ductu Ieſu in deſertum nõ lõge a fine tom. 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Chriſtus proponitur omnibus in exemplum per fidem, ſecundum illud Hebræ. 12. Aſpicientes in Auctorem fidei & conſumatorem Ieſum. Fides autem (vt dicitur Roman. 10.) eſt ex auditu, non autem ex viſu. Quinimmo Ioan. 20. dicitur, Beati qui non viderunt & crediderunt. et ideo ad hoc quòd tentatio Chriſti eſſet nobis in exemplum, non oportuit quòd ab hominibus videretur, ſed ſufficiens fuit, quòd hominibus narraretur.

AD 2^m^ dicendum, quòd duplex eſt tentationis occaſio. Vna quidem ex parte hominis, puta cum aliquis ſe peccato propinquum facit, occaſiones peccandi non euitans. Et talis occaſio tentationis eſt uitanda, ſicut dictum eſt* Loth. Gen. 19. Ne ſteteris in omni regione circa Sodomam. Alia uero tentationis occaſio eſt ex parte diaboli, qui ſemper inuidet ad meliora tendentibus, vt Ambr.† dicit. Et talis tentationis occaſio non eſt uitanda. Vnde dicit Chryſoſt.* ſuper Mat. ꝙ nõ ſolum Chriſtus ductus eſt in deſertum a Spiritu, ſed omnes filij dei habentes Spiritumſanctum: non enim ſunt contenti ſedere otioſi, ſed Spirituſſanctus urget eos aliquod magnum apprehendere opus, quod eſt eſſe in deſerto, quãtum ad diabolum: quia non eſt ibi iniuſtitia, in qua diabolus delectatur. Omne etiam bonum opus eſt deſertum, quantum ad carnem & mundum: quia non eſt ſecundum uoluntatem carnis & mundi. Talem autem occaſionem tentationis dare diabolo, non eſt periculoſum, quia magis eſt auxilium Spirituſſancti, qui eſt perfecti operis actor, quàm impugnatio diaboli inuidentis.

* art. præced. ad 3. & 2. 2. q. 88. art. 4. ad 2.

† Amb. li. 4. ĩ Luc. c. de ductu Ieſu in deſertũ nõ procul a fin. to. 5.

* hom. 5. in Mat. ĩ opere imperfecto, ĩ 3. pa. a prĩ. to. 2.

AD 3^m^ dicendum, quòd quidam dicunt omnes tentationes factas fuiſſe in deſerto: quorum quidam dicunt, quòd Chriſtus ductus eſt in ſanctam ciuitatem,

& in Chriſto non eſt dubium, quòd cum fatigatus ex itinere ſedebat ſuper puteum, quies illa erat delectabilis feſſo corpori, & ſimiliter panis ſuo ſano palato erat ſuauis, & oculis lux ſolis amabilis, & ſic de alijs. Sed aliud eſt loqui de concupiſcentia & delectatione naturali, & aliud eſt loqui de concupiſcentia & delectatione aduerſus ſpiritum: naturalia ſiquidem vt ſic, non exorbitant a recta ratione, ac per hoc non tendunt aduerſus ſpiritum: ſed a ratione neceſſe eſt declinare eas, quæ contrariæ ſpiritui ſunt. Quo circa cõcedẽdum eſt, quòd nonnullum peccatum eſt, cum caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ratione concupiſcentiæ ſeu delectationis aliquid præter rationem habentis, & non ratione naturalis appetitus aut delectationis. Tentatio autem ab intrinſeco, quia aduerſus ſpiritum ẽ, non importat naturales motus abſolute, ſed præter rationem.

* hom. 16. in euãg. nõ longe a pri.

† hom. 16. in euang. q̃ legit̃ Dom. 1. in quadrag.

* hom. 31. ĩ Luc. in pri. tom. 3.

D. 445.

† lib. 19. de Ciuit. Dei, ... a me. ... tom. 5.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæprimæ Articulum ſecundum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore vnica concluſio: Chriſtus conueniẽter tentatus eſt in deſerto. Probatur tripliciter, primo, ratione ſolitudinis: ſecundo, ratione myſterij, vt ſcilicet hominem de mundo deſerto liberaret: tertio ratione inſtructionis, vt ſcilicet doceremur ad meliora tendentibus diabolum inuidere. Omnia clara ſunt.

* Art. præced.

* hom. 13. in Matth. paulo poſt princ. to. 5.

¶ In reſponſione ad tertium perſpice diligenter euangeliſtas, & inuenies manifeſte figmenta eſſe hæc, quę in litera recitantur de imaginario mõte & templo. Dicitur autem ad literam, Chriſtus tentatus in deſerto, quia ibi incœpit tentari, vbi & prima tentatio conſumata eſt.

ſem, non realiter, ſed ſecundum imaginariam viſionem. quidam autem dicunt, quòd etiam ipſa ciuitas ſancta, ideſt, Hieruſalem, deſertum dicitur: quia erat derelicta a deo: ſed hoc non eſt neceſſarium, quia Marcus dicit, quòd in deſerto tentabatur a diabolo: non autem dicit, quòd ſolum in deſerto.

*¶ Super Quæſtionis quadrageſimæprimæ Articulum tertium.*

Titulus clarus. ¶ In corpore vna concluſio: Conuenienter poſt ieiunium Chriſtus tentari voluit. Probatur tripliciter. Omnia clara ſunt.
¶ In reſponſione ad ſecundum noli deſpicere expoſitionẽ Bedæ de tentationibus alijs ante illas tres nominatas: quoniam potuit ſæpe diabolus varias corporeas ſimilitudines formare ad tẽtandũm Chriſtum, ſicut legimus, quòd ad tentandum Antoniũ tot formauit.
¶ In reſponſione ad tertiũ, habes duas reſponſiones. Alteram ex Ambro. ꝙ diabolus receſſit vſque ad tempus paſſionis per ſua membra aperte pugnaturus: alteram, ꝙ per ſua membra pugnãdo, redijt etiam tentans de triſtitia & odio proximorũ: excitatio quippe tot aduerſantiũ, & quętentium eius mortem, tentatio erat Chriſti ad odio habendum illos, & contriſtandum de illis proſequentibus.

## ARTICVLVS. III.

*Vtrum Chriſti tentatio debuerit eſſe poſt ieiunium.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſti tentatio non debuerit eſſe poſt ieiuniũ. Dictum eſt enim ſupra, * ꝙ Chriſtum non decebat conuerſationis auſteritas: ſed maximę auſteritatis fuiſſe videtur, quòd quadraginta diebus & quadraginta noctibus nihil comederit: quia ſcilicet in illis diebus nullum omnino cibum ſumpſit, vt Greg.* dicit. ergo non videtur, quòd debuerit huiuſmodi ieiunium tẽtationi præmittere.

* q. præced. art. 2.
* hom. 16. in euange. circa med.

¶ 2 Præt. Mar. primo dicitur, quòd erat in deſerto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur a Satana: ſed quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunauit. ergo videtur, quòd non poſt ieiunium, ſed ſimul dum ieiunaret, ſit tentatus a diabolo.

¶ 3 Præt. Chriſtus non legitur, niſi ſemel ieiunaſſe: ſed non ſolum ſemel fuit tentatus a diabolo: dicitur enim Luc. 4. quòd conſummata omni tentatione, diabolus receſſit ab illo vſque ad tempus. ſicut ergo ſecundæ tentationi non præmiſit ieiunium, ita nec primæ præmittere debuit.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Matthæ. 4. Cum ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus, poſtea eſurijt, & tunc acceſſit ad eum tentator.

RESPON. Dicendum, quòd conuenienter Chriſtus poſt ieiunium tentari voluit. Primo quidem, propter exemplum: quia cum omnibus (ſicut dictum eſt*) immineat ſe contra tentationes tueri, per hoc quòd ipſe ante tentationem futuram ieiunauit, docuit quòd per ieiunium nos oportet contra tentationes armari, vnde inter arma iuſtitiæ Apoſtolus ieiunia connumerat, ſecundæ ad Corinth. 6. Secundo, vt oſtenderet, quòd etiam ieiunantes diabolus aggreditur ad tentandum, ſicut alios, qui bonis operibus vacant: & ideo ſicut poſt baptiſmum, ita poſt ieiunium Chriſtus tentatur. vnde Chryſoſtomus* dicit ſuper Matthæum, vt diſcas quàm magnum bonum eſt ieiunium, & qualiter ſcutum eſt aduerſus diabolum, & quoniam poſt baptiſmum non laſciuię, ſed ieiunio intendere oportet, ideo Chriſtus ieiunauit, non ieiunio indigens, ſed nos inſtruens. Tertio, quia poſt ieiunium ſecuta eſt eſuries, quæ dedit diabolo audaciam eum aggrediendi, ſicut dictum eſt.* Cum autem eſurijt Dominus (vt Hilarius dicit ſuper Matthæ.†) non fuit ex ſurreptione inediæ, ſed naturæ ſuæ hominem dereliquit: non enim erat a Deo diabolus: ſed a carne vincendus. vnde etiam vt Chryſoſtomus* dicit, non vltra proceſſit in ieiunando, quàm Moyſes & Helias, ne incredibilis videretur carnis aſſumptio.

* art. 1. huius q.
* hom. 13. in Matthę. paulopoſt prin. to. 2.
* ar. 1. ad. 3. arg.
† Ca. 3. in Matth. ad lõge a pri.
* hom. ... in Matthæ. oper. imperf. ... med. ... & hom. ... Gen. ... med.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Chriſtum non decuit conuerſatio auſterioris vitæ, vt ſe communem exhiberet illis, quibus prædicauit. nullus autem debet aſſumere prædicationis officium, niſi prius fuerit purgatus & in virtute perfectus, ſicut & de Chriſto dicitur, Actuum 1. quòd cœpit Ieſus facere & docere: et ideo Chriſtus ſtatim poſt baptiſmum auſteritatem vitæ aſſumpſit, vt doceret poſt carnem edomitam, oportere alios ad prædicationis officium tranſire, ſecundum illud Apoſtoli, Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauero, ipſe reprobus efficiar.

AD 2m dicendum, quòd verbum illud Marci, poteſt ſic intelligi, quòd erat in deſerto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, quibus ſcilicet ieiunauit: quod autem dicitur, Et tentabatur a Satana, intelligendum eſt, non in illis quadraginta diebus & quadraginta noctibus, quibus ieiunauit, ſed poſt illos, eo quòd Matthæ. dicit, quòd cum ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus, poſtea eſurijt, ex quo ſumpſit Tentator occaſionem accedendi ad ipſum. vnde & quod ſubditur, Et angeli miniſtrabant ei, cõſecutiue intelligendum eſſe oſtenditur, ex hoc quòd Matthæi quarto dicitur, Tunc reliquit eum diabolus, ſcilicet poſt tentationem, & ecce angeli acceſſerunt & miniſtrabant ei: quod vero interponit Mar. eratque cum beſtijs, inducitur, ſecundum Chryſoſt.* ad oſtendendum quale erat deſertum, quia ſcilicet erat inuium hominibus, & beſtijs plenum. Tamen ſecundum expoſitionem Bedæ* dominus tentabatur quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: ſed hoc intelligendum eſt non de illis tentationibus viſibilibus, quas narrant Matthæ. & Lucas, quæ manifeſte factæ ſunt poſt ieiunium: ſed de quibuſdam alijs impugnationibus, quas forte illo ieiunij tempore Chriſtus eſt a diabolo paſſus.

* hom. 13. in Matth. paulo a pri cip. to. 2.
* c. 1. Mar. in ca ... cũdũ ... ord. to. 2.

AD 3m dicendum, quòd ſicut Ambroſius* dicit ſuper Lucam, receſſit diabolus a Chriſto vſque ad tempus, quia poſtea non tentaturus, ſed aperte pugnaturus aduenit, tempore ſcilicet paſſionis. Et tamen per illam impugnationem videbatur Chriſtum tentare de triſtitia & odio proximorum: ſicut in deſerto de delectatione gulæ, & contemptu dei per idololatriam.

* libr. 4. in Luc. c. 5. tenta. ... ſt. a med. tom. 5.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum fuerit conueniens ordo & modus tentationis Chriſti.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus nõ fuerit conueniens tentationis modus & ordo. Tentatio enim diaboli ad peccandum inducit: ſed ſi Chriſtus ſubueniſſet corporali fami, conuertẽdo lapides in panẽ, non peccaſſet: ſicut non peccauit, cum panes multiplicauit (quod non fuit minus miraculum) vt turbæ eſurienti ſubueniret. ergo videtur quòd nulla fuerit illa tentatio.

*¶ Super Quæſtionis quadrageſimæprimæ Ariculum quartum.*

Titulus de mõ & ordine. Ordo ad ipſas tẽtationes iter ſe reſpicit, ꝙ prima, quæ ſecũda, quæ tertia. Modus & ordo ſimul, ad ſingulas reſpiciunt tentationes, quo ad modũ proponendi, ordinẽq; deducendi ad intentum.
¶ In corpore fiunt quatuor. Primo, in cõmuni modus ac ordo tẽtationis ab hoſte ponitur, & modus eſt per viam ſuggeſtiõis eorum, ad quę homo eſt affectus: ordo eſt, vt a leuioribus incipiat ſpirituales tentare, & inde ad grauiora, inde ad grauiſſima. Probaturque auctoritate Greg. Secundo, declarantur hæc ſeruata in tẽtatione pimi hominis. Tertio, applicantur hæc ad tentationem Chriſti: & redditur ĩde ratio, quare in primis dixit, Si filius dei es, & in tertia, non. Quarto modus reſiſtendi ponitur, & laudat, & ex honore humani generis, & ex hoſtis maiore pœna.
¶ Circa has Chriſti tentationes aduertendum eſt, quòd tentationes erant & incitationes ad peccatum, vt in litera exponitur, & explorationes deitatis in Chriſto, vt verba tẽtationis monſtrãt, Si filius dei es. ita quòd in ordine ad filium dei ſunt explorationes, in ordine ad purum hominẽ inductiones ſũt ad peccatum. Vtroque autem modo ſunt tẽtationes, vel deitatis cognoſcendę, vel peccato polluendi. Vnde gloſ. Matth. 4. dicit, Sic tentat, vt exploret quod veretur: ſic explorat, vt tentando decipiat. Et rurſus ſuadet eſuriem pane de lapidibus facto releuare, vt ex mutatione cognoſcat virtutem, & ſi purus homo eſſet, panis oblectamento illuderet eſuriem patienti.
¶ Et quia vt ſunt ſuggeſtiones ad peccandum, in litera tractantur, expedit de eis loqui, vt ſunt explorationes deitatis: memorans ſiquidẽ diabolus Trinitatis ſibi cęteriſq; angelis reuelatæ ꝑ fidem ante caſum: & inde coacte credens Patrem & Filiũ & Spiritũm ſanctum vnũ eſſe deũ (ſicut etiam Chriſtiani damnati nũc credunt) cum audiſſet a Gabriele archangelo. Filius Altiſſimi vocabitur, & in baptiſmo Chriſti, Hic eſt fili9 me9 dilectus, videnſque Chriſtum poſt ieiunium eſurire, quod de deitate audierat, ex ſuperbia ei in dubium venit, vt gloſ. ibidem dicit, & etiã quia filius dei, non ſolum conſubſtantialiter, ſed alio modo dici potuiſſet. Exploraturus autem deitatẽ Chriſti ab actu deitatis ꝓprio, ſcilicet, Dixit & facta ſunt, inchoauit, Dic vt lapides iſti panes fiant: ita quòd nõ ſolum ex ſubſtantia facti, ſcilicet lapidis in panẽ mutatione, ſed ex modo faciendi proprio ſoli deo, deitatem exploraret, nec ex opere hoc modo tantum, ſed ex ipſo appoſito in teſtificationem, quòd filius dei eſſet. Cogitabat enim, quòd ſi pro teſtimonio ꝙ eſſet filius dei, diceret Chriſtus vt lapis fieret panis, aut fieret panis, aut non. Et ſi quidem fieret, iam explorata eſſet Chriſti deitas apud dæmonem, qui perſpiciebat ſuo intellectu, an lapis fuiſſet cõuerſus in panem vere, an apparẽter, ex ſolo imperio, an applicando actiua paſſiuis (vt magi coram Pharaone ſerpentes fecerunt) cum deus non poſſit eſſe teſtis mendacij. Si autem non fieret, induxiſſet Chriſtum ad peccatum, quo attentaſſet facere miraculum ſine neceſſitate, & non potuiſſet.
¶ Et quoniam deluſa eſt eius exploratio, & deiecta ſuggeſtio inopinata via. ſ. per auctoritatem Scripturæ: ideo ſecundo tentat, explorãdo ſimiliter & ſuggerendo, ſi filius dei es, mitte te deorſum, appoſita auctoritate ſcripturæ, ex quo videbat,

* 1. 2. q. 84. art. 4.
* In reg. 3. ex 3 remot. ... 10. 1.
† ſuper illd Mat. 4. nõ in ſolo pane viuit homo to. 9.
* Opuſc. 34 ca. 11. circa med.
* hom. 16. in euange. paulopoſt prin.

¶ 2 Præt. Nullus perſuaſor conuenienter ſuadet contrarium eius, quod intẽdit: ſed diabolus ſtatuẽs Chriſtum ſupra pinnaculum templi, intendebat, eum de ſuperbia ſeu vana gloria tentare. ergo incõuenienter perſuadet ei, vt ſe mittat deorſum, quod eſt contrarium ſuperbiæ vel vanegloriæ, quę ſemper quærit aſcendere.

¶ 3 Præt. Vna tentatio conueniens eſt, vt ſit de vno peccato: ſed in tentatione, quæ fuit in monte, duo peccata perſuaſit, ſcilicet cupiditatem, & idololatriam. non ergo conueniens videtur fuiſſe tentationis modus.

¶ 4 Præt. Tentationes ad peccata ordinantur: ſed ſeptem ſunt vitia capitalia, vt in ſecunda parte habitum eſt.* non autem tentauit, niſi de tribus, ſcilicet gula, vana gloria & cupiditate. non ergo videtur ſufficiens tentationis modus fuiſſe.

¶ 5 Præt. Poſt victoriam omnium vitiorum, remanet homini tentatio ſuperbiæ vel vaneglorię: quia ſuperbia etiam bonis operibus inſidiatur, vt pereant, ſicut dicit Auguſt.* Inconuenienter ergo Matth. vltimam ponit tẽtationem cupiditatis in monte, mediam autem inanis gloriæ in tẽplo, præſertim cum Luc. ordinet econuerſo.

¶ 6 Præt. Hieronym.† dicit ſuper Matth. quòd ꝓpoſitum Chriſti fuit diabolum humilitate vincere, non poteſtate. ergo non imperioſe & obiurgando, eũ repellere debuit, dicens, Vade retro Satana.

¶ 7 Præt. Narratio euangelij videtur falſum continere. non enim videtur poſſibile, quòd Chriſtus ſupra pinnaculum templi ſtatui potuerit, quin ab alijs videretur: neque aliquis mons tam altus inuenitur, vt inde totus mundus inſpici poſſit, vt ſic ex eo potuerint Chriſto omnia regna mundi oſtendi. inconuenienter ergo videtur deſcripta Chriſti tentatio.

SED CONTRA eſt, ſcripturæ ſacræ auctoritas.

RESPON. Dicendum, quòd tentatio, quæ eſt ab hoſte, fit per modum ſuggeſtionis, vt Greg.* dicit: non autem eodem modo poteſt aliquid omnibus ſuggeri, ſed vnicuique ſuggeritur aliquid ex his, circa quæ eſt affectus. Et ideo diabolus hominem ſpiritualem, non ſtatim tentat de grauibus peccatis: ſed paulatim a leuioribus incipit, vt poſtmodum ad grauiora perducat. vnde Greg.* 31. Moral. exponẽs illud Iob. 39. Procul odoratur bellum, exhortationem ducum & vlulatum exercitus, dicit: Bene duces exhortari dicti ſunt, exercitus vlulare: q̃a prima vitia, deceptæ menti quaſi ſub quadam ratione ſe ingerunt, ſed innumera quæ ſequuntur, dum hanc ad omnem infamiam pertrahunt, quaſi beſtiali clamore confundunt. Et hoc idem diabolus obſeruauit in tentatione primi hominis. nam primo ſolicitauit mentem primi hominis de ligni vetiti eſu, dicens Gen. 3. Cur præcepit vobis deus, vt non comederetis de omni ligno paradiſi? ſecundo, de inani gloria, cum dixit, Aperientur oculi veſtri. tertio perduxit tentationem ad extremam ſuperbiam, cũ dixit, Eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum. Et hunc etiam tentandi ordinem ſeruauit in Chriſto. Nam primo tentauit ipſum de eo, quod appetunt quantumcumque ſpirituales viri, ſcilicet de ſuſtentatione corporalis naturæ per cibum. ſecundo proceſſit ad id, in quo ſpirituales viri quãdoq; deficiunt, vt ſcilicet aliqua ad oſtẽtationem operentur, quod pertinet ad inanem gloriam. tertio perduxit tẽtationem ad id, quod iam non eſt ſpũaliũ virorum, ſed carnalium, ſ. vt diuitias & gloriã mundi concupiſcant, vſq; ad contẽptum dei. Et ideo in primis duabus tentationibus dixit, Si filius dei es, nõ autem in tertia, quæ non poteſt cõuenire ſpiritualibus uiris, qui ſunt per adoptionem filij dei, ſicut duæ primæ. His autem tentationibus Chriſtus reſtitit teſtimonijs legis, non poteſtate uirtutis, ut hoc ipſo & plus hominem honoraret, & aduerſarium plus puniret, cum hoſtis generis humani non quaſi a deo, ſed quaſi ab homine uinceretur, ſicut dicit Leo Papa.*

* li. 31. Moral. c. 32. in priuc.
* In ſerm. 1. dę quadra. paulo antę med.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd uti neceſſarijs ad ſuſtentationem, nõ eſt peccatum gulę, ſed quod ex deſiderio huius ſuſtentationis homo aliquid inordinatum faciat, ad uitium gulæ pertinere poteſt. Eſt autem inordinatũ, ꝙ aliquis, ubi poteſt recurſus haberi ad humana ſubſidia, pro ſolo corpore ſuſtentando, miraculoſe ſibi cibum quærere uelit. Vnde & dñs filijs Iſrael miraculoſe manna

præbuit in deſerto, vbi aliunde cibus haberi non poterat, & ſimiliter Chriſtus in deſerto turbas pauit miraculoſe, vbi aliter cibi haberi non poterant: ſed Chriſtus ad ſubueniendum fami, poterat aliter ſibi prouidere quàm miracula faciendo: ſicut & Ioannes Baptiſta fecit (vt legitur Matth. 3.) vel etiã G ad loca proxima properando: et ideo reputabat diabolus, quòd Chriſtus peccaret, ſi ad ſubueniendum fami miracula facere attentaret, ſi eſſet purus homo.

Ad 2m dicendum, quòd per humiliationem exteriorẽ, frequenter quærit aliquis gloriã, qua exaltetur circa ſpiritualia bona. vnde Auguſt.* dicit in lib. de ſermone domini in monte. Animaduertendum eſt, non in ſolo rerum corporearum nitore atque pompa, ſed H etiam in ipſis ſordibus luctuoſis eſſe poſſe iactantiam. Et ad hoc ſignificandum diabolus Chriſto ſuaſit, vt ad quærendum gloriam ſpiritualem, corporaliter mitteret ſe deorſum.

*li. 2. c. 19. in medio, tom. 5.

Ad 3m dicendum, quòd diuitias & honores mundi appetere peccatum eſt, quando huiuſmodi inordinate appetuntur. Hoc autem pręcipue manifeſtatur ex hoc, quòd pro huiuſmodi adipiſcendis homo aliquid inhoneſtum facit: I et ideo non fuit contentus diabolus perſuadere cupiditatem diuitiarum & honorum, ſed induxit ad hoc, quòd propter huiuſmodi adipiſcenda Chriſtus eum adoraret, quod eſt maximum ſcelus, & contra deum: nec ſolum dixit, Si adoraueris me: ſed addidit, Si cadens: quia vt dicit Ambr.* habet ambitio domeſticum periculum: vt enim dominetur alijs, prius ſeruit, & curuatur obſequio, vt honore dominetur: & dum vult eſſe ſublimior, fit remiſſior. Et ſimi- K liter etiam in præcedentibus tentationibus, ex appetitu vnius peccati in aliud peccatum inducere eſt conatus, ſicut ex deſiderio cibi, conatus eſt inducere in vanitatem, ſine cauſa miracula faciendi, & ex cupiditate gloriæ, conatus eſt inducere ad tentãdum deũ, per præcipitium.

* lib. 4. in Luc. in tit. de 3. tẽtat. Chriſti, a med. to. 5.

Ad 4m dicendum, quòd (ſi- G cut dicit Ambro.* ſuper Luc.) non dixiſſet ſcriptura, quòd conſumata omni tentatione, diabolus receſſit ab illo, niſi in tribus præmiſſis eſſet omnium materia delictorum: quia cauſæ tentationum, cauſæ ſunt cupiditatum, ſcilicet carnis oblectatio, ſpes gloriæ, & auiditas potentiæ.

*lib. 4. de receſſu diaboli a Chriſto circa prin. tom. 5.

Ad 5m dicendum, quòd ſicut Auguſt. dicit in lib.* de conſenſu Euang. incertum eſt quid prius factum ſit, utrum regna terræ prius demõſtrata ſint ei, & poſtea in pin- H naculum tẽpli locatus ſit, an hoc prius, & illud poſtea, nihil tamen ad rem, dum omnia facta eſſe manifeſtum ſit. Videntur autem Euãgeliſtæ diuerſum ordinem tenuiſſe: quia quandoque ex inani gloria uenitur ad cupiditatem, quandoque econuerſo.

* li. 2. c. 16. circa med. tom. 4.

Ad 6m dicendum, ꝙ Chriſtus cum paſſus fuiſſet tentationis iniuriam, dicente ſibi diabolo, Si filius Dei es, mitte te deorſum, non eſt turbatus, nec diabolum increpauit. I Quando uero diabolus, Dei ſibi uſurpauit honorem, dicens, Hæc omnia tibi dabo, ſi cadẽs adoraueris me, exaſperatus eſt, & repulit eum dicẽs, Vade Sathana: ut nos illius diſcamus exemplo, noſtras quidem iniurias magnanimiter ſuſtinere, Dei autẽ iniurias nec uſque ad auditum ſufferre.

Ad 7m dicendum, quòd ſicut Chryſoſt.* dicit, diabolus ſic Chriſtum aſſumebat in pinnaculum templi, ut ab omnibus uideretur, K ipſe autem, neſciente diabolo ſic agebat, ut a nemine uideretur. Quod autẽ dicit, & oſtendit ei oĩa regna mundi & gloriam eorum, non eſt intelligendum, quòd videret ipſa regna, vel ciuitates eorũ, vel populos, vel aurum, vel argentum: ſed partes terræ, in quibus vnumquodque regnum vel ciuitas poſita eſt, diabolus Chriſto digito demonſtrabat, & vniuſcuiuſque regni honores & ſtatum, verbis exponebat. Vel ſecundũ* Orig. oſtendit ei quomodo ipſe per diuerſa vitia regnabat in mundo.

*hom. [illegible] in Matth. circa medium operis imperfecti. to. [illegible]

Homil. 30. in Luc. paulo a princ. tom. 5.

## QVAESTIO XLII.

*De doctrina Chriſti, in quatuor articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt, de doctrina Chriſti.

### Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum Chriſtus debuerit prædicare ſolum iudæis, an etiam gentilibus.

¶ Secundo, Vtrum in ſua prædicatione debuerit turbationem iudæorum vitare.

¶ Tertio, Vtrum debuerit prædicare publice, vel occulte.

¶ Quarto, Vtrum debuerit docere ſolum verbo, vel etiam ſcripto.

¶ De tempore autem, quo docere incępit, ſupra dictum eſt,* cum de baptiſmo eius ageretur.

q. 39. ar. 3.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum conueniens fuerit Chriſtum iudæis & non gentibus prædicare.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ Chriſtus nõ ſolum iudęis, ſed etiam gentilibus debuerit prędicare. Dicitur enim Iſa. 49. Parum eſt, vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iſrael, & fæces Iacob conuertendas, dedi te in lucẽ gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ: ſed lumen & ſalutem Chriſtus præbuit per ſuã doctrinam, ergo videtur parum fuiſſe ſi ſolum iudæis & non gentilibus prædicauit.

¶ 2 Præt. Sicut dicitur Matth. 7. Erat docens eos ſicut poteſtatem habens: ſed maior poteſtas doctrinæ oſtenditur in inſtructione illorum, qui penitus nihil audierunt, quales erant gentiles, vnde Apoſtolus dicit Rom. 15. Sic prædicaui euangelium, non vbi nominatus eſt Chriſtus, ne ſuper alienum fundamentum ædificarem. ergo multo magis Chriſtus prædicare A debuit gentibus, quàm iudæis.

¶ 3 Præt. Vtilior eſt inſtructio multorum, quàm vnius: ſed Chriſtus aliquos gentilium inſtruxit: ſicut mulierem ſamaritanam, Ioan. 4. & Chananæam, Matth. 15. ergo videtur quòd multo fortius Chriſtus debuerit multitudini gentium prædicare.

SED CONTRA eſt, quòd Dominus dicit Matth. 15. Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael: ſed Ro. 10. dicitur, B Quomodo prædicabunt niſi mittantur? ergo Chriſtus non debuit prædicare niſi iudæis.

RESPON. Dicendum, quòd cõueniens fuit prædicationẽ Chriſti, tam per ipſum quàm per Apoſtolos a principio ſolis iudęis exhiberi. Primo quidem, vt oſtenderet per ſuum aduentum impleri promiſſiones antiquit⁹ factas iudæis, non autem gentilibus. Vnde Apoſtolus dicit Roma. 15. Dico Chri- C ſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circunciſionis, ideſt, apoſtolum & prædicatorem iudęorum, propter veritatẽ dei, ad confirmandas promiſſiones patrum. Secũdo, vt eius aduentus oſtenderetur eſſe a deo. Quæ.n. a deo ſunt, ordinata ſunt, vt dicitur Ro. 13. Hoc autem debitus ordo exigebat, vt iudęis, qui deo erãt propinquiores per fidem & cultum vnius dei, prius doctrina Chriſti ꝓponeretur, & per eos D tranſmitteretur ad gentes: ſicut ẽt in cæleſti hierarchia, per ſuperiores angelos ad inferiores, diuinæ illuminationes deueniunt. vnde ſuper illud Mat. 15. Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael, dicit Hiero.* Non hoc dicit, quin & ad gentes miſſus ſit: ſed quòd primum ad Iſrael miſſus eſt. Vnde Iſa. vlti. dicitur, Mittam ex eis, qui ſaluati fuerint, ſcilicet ex iudæis, ad gentes, & annuntiabunt gloriam meam gentibus. Tertio, vt iudæis auferret calumniandi materiam. vnde ſuper illud Matth. 10. In viam gentium ne abieritis, dicit Hie- E rony.* Oportebat primum aduentum Chriſti nuntiari iudæis, ne iuſtam haberẽt excuſãtionem, dicentes, ideo ſe Dominum reieciſſe, quia ad gentes & Samaritanos, apoſtolos miſerit. Quarto, quia Chriſtus per crucis victoriam, meruit poteſtatem & dominium ſuper gentes. Vnde dicitur Apoc. 2. Qui vicerit dabo illi poteſtatem ſuper gentes, ſicut & ego accepi a patre meo. & Phil. 2. dicitur, quòd quia factus eſt obediens vſque ad mortem crucis, deus exaltauit illum, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, & omnis lingua ei confiteatur: & ideo ante paſſionem ſuam noluit gentibus prædicari ſuam doctrinam: ſed poſt paſſionem dixit diſcipulis, Mat. vlt. Euntes docete omnes gentes. Propter quod, vt legitur Ioan. 12. cum imminente paſſione, quidã gentiles vellent Ieſum videre, reſpondit,

In illud verbum Mat. 15. Nõ ſum miſſ. to. 9.

* In illud Mat. 10. In viam gentium. to. 9.

---

quòd Chriſtus Scripturæ auctoritate vtebatur. Similiter cogitans ſi id efficeret illæſus ad teſtandum ſe filium dei, exploratam fore illius deitatem: vtpote abſque vlla neceſſitate, pro ſolo nutu miracula in teſtimonium ſuæ deitatis facientis. Si vero læderetur, iam peccatum haberet in anima & in corpore, & inuẽtum eſſet, ꝙ non eſſet dei filius.

¶ Sed dominus auctoritate ſcripturæ omnem eius machinationem deluſit: propter quod diabolus ad occultiorẽ explorãdi modum ſe tranſtulit, proponendo apertiſſima mala ſub ſpecie regni, Hæc omnia tibi dabo ſi cadẽs adoraueris me. Hæc.n. quantum ex parte explorationis ſe tenent, non ea ratione propoſuit, vt ſi filius dei eſſet hoc faceret: ſciebat enĩ valde contrariari filio dei hanc adorationem: ſed ea ratione propoſuit, vt ſi filius dei eſſet, non ferret tam nefandam propoſitionẽ: ſed reſponderet auctoritatiue: Ego debeo a te adorari, & tu præſumis ſuggerere, ſi cadẽs adoraueris me, & vel ſic exploratam ex eius ore haberet ſuam deitatem. Et propterea in tertia tentatione non propoſuit, ſi filius dei es, ſed in mente retinuit, quòd ſi filius dei es, auctoritatiue refellendo propoſita manifeſtabis te filium dei. Sed dominus increpationem eius, non omittens, ad ſcripturam de deo adorando, tacens de ſeipſo ſe cõtulit, & ſic explorationem omnem deluſit: & cõſtantiam, inquantum homo, ſeruauit ex propoſito totius mundi regno, non declinãdo ad quod ſuggeſtio illa, vt incitatiua ad malum tendebat: ſciebat enim ꝙ regnandi gratia etiam religio violãda a mortalibus eſt credita.

¶ Nec rationi conſentaneum videtur, vt tentationes iſtæ quas viſibiliter apparens dæmon exercuit (vt collocutiones manifeſtant) his ſolis verbis, quæ Matthæus euangeliſta narrat, fuerint contentæ: ſed multis eſſent fultæ ornatæque verbis omiſſis ab euangeliſtis, ſubſtantialia tantum narrantibus.

¶ Circa rationem ordinis harum tentationũ in litera ex Gregorio aſſignatam, dubium occurrit: quia ratio illius ordinis, ſ. vt a leuioribus ad grauiora cognoſcẽdat, tẽtatio ſpiritualiũ locum habet, quando paulatim hoſtis vincit ſpiritualem virum. Ex quo enim vicit in minoribus, tentat ad grauiora: ſed vbi in F minoribus ſuccubuit hoſtis, non patet ſibi aditus ad maiora. & quia dæmon fuit in prima tentatione ſuperatus a Chriſto, non videtur ad alias proceſſiſſe ex ratione aſſignata.

¶ Ad hoc dicitur, quòd ratio illius ordinis ad tentandum ſpirituales viros, non eſt ſolum præſuppoſito caſu in prima tentatione, ſed ſimpliciter & abſolute: nam ſi caſus interuenit, clare patet ratio proceſſus ad grauiora. Si vero caſus non interuenit, nihilomin⁹ eadem ratione progredi debet tentatio: quia multi ſunt qui in his, quæ minoris ſunt culpæ ex ſuo genere (vt peccata carnis) exhibent ſe conſtantes, qui tamen in peccatis ſpiritualibus vt vana gloria, debiles ĩueniuntur. Et rurſum qui gloriam nõ affectant, ad oblatum regnum mouẽtur, iuxta illud Iulij Cæſaris, Si iuſiurandum violãdum eſt, regnandi gratia violandum eſt. Non diſſonat ergo reddita ratio ordinis tẽtationũm, ab ipſa Chriſti victoria.

¶ In reſponſione ad primum, dubiũ occurrit, quoniam non recte videtur opinatum, quòd ſi Chriſtus miraculum feciſſet, conuertendo lapidem in panem edẽdum a ſeipſo, quòd peccaſſet. Nam ſcriptũ eſt, quòd de facto miraculoſe completa tentione paſtus eſt, Angelis miniſtrantibus: ex hoc enim apparet, quòd ſicut abſque peccato miraculum fecit de miniſterio angelorum, ita potuiſſet de conuerſione lapidis in panem.

¶ Ad hoc dicitur, quòd aliud eſt loqui de Chriſto, & aliud loqui de puro homine. Nam de puro homine loquendo, verificatur, quod in litera dicitur, ſcilicet inordinatum eſſe, vt aliquis miraculoſe cibum habere velit, vbi ad humana ſubſidia recurſus poteſt haberi. Et ex hac communi ratione putauit diabolus, quòd Chriſtus ſi purus homo eſſet, peccatum incurreret, ad miraculum recurrendo de conuerſione lapidis in panem. Sed loquendo de Chriſto, qui eſt vniuerſorum dominus, abſque omni peccato poterat & conuertendo lapidem in panem, & miniſterio angelorum, & quouis alio ſibi grato modo cibum habere.

¶ In reſponſione ad quintum miror, cur Auguſtinus dixerit incertum eſſe ordinem iſtarum tentationum, cum Lucas, licet tertiã apud Matthæum, ſecundo recitet, & ſecundam vltimo referat, non dicit tamẽ quæ illarũ prior fuerit, & propterea ex Luca nullus iſtarũ tentationum ordo temporis habetur. Matthæus autẽ expreſſe earum ordinem ſecundum tempus explicat, vbi dicit, Iterũ aſſumpſit eũ diabolus in montẽ excelſum. Cum.n. ſemel dixiſſet, Tũc, ſcilicet conſumata prima tentatione, aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem, & poſtea ſubdidit, iterum aſſumpſit in mõtem, aperte monſtrauit per ly iterum, quòd ſecundo aſſumpſit in montem, qui primo aſſumpſerat in ſanctam ciuitatem. Ac per hoc patet, quòd ordo rei geſtę fuit ꝙ primo tentatus fuit in deſerto, ad quod non eſt aſſumptus a diabolo, ſed ductus eſt a Spiritu ſancto, vt tentaretur a diabolo: ſecundo tentatus ſupra templum, quo aſſumptus eſt a diabolo: et tertio in monte excelſo, quo iterũ aſſumptus eſt a diabolo: nã ſi hæc in monte præceſſiſſet illam ſupra templum, non dixiſſet Matthæus, Iterum aſſumpſit eum diabolus in montem.

q. 41. ar. 1. in expoſit. lit. circa med.

¶ Cum autem audis aſſumptum dominum a diabolo, non intelligas portatũ ſuper dorſum aut collum diaboli, ſed ductum a diabolo. Sic enim etiam Chriſtus aſſumpſit Petrum & Iacobũ & Ioannem in montem, & transfiguratus eſt ante eos, vt dicitur Matth. 17.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæſecundæ Articulum primum.*

Titulus clarus. ¶ In corpore vnica cõcluſio: Conueniens fuit Chriſtum per ſe & Apoſtolos in principio, hoc eſt ipſo mortaliter viuente, ſolis iudæis prædicare. Probatur quadrupliciter. Omnia clara ſunt.

¶ In reſponſione ad ſecundum, extende illa quatuor, penes quæ poteſtas Chriſti in docẽdo attenditur, ſcilicet ſecundum miracula, ſecundum efficaciam in perſuadendo, ſecundum auctoritatẽ in modo loquentis, ſecundum rectitudinem vitæ: & ad de quintum, ſecundum excellentiam doctrinæ, & ſextũ, ſecundum irreprehenſibilitatem moralis vitæ, quam docuit: excellentiã doctrinæ eius, & manifeſtando Trinitatis imperium (pater manifeſtaui nomẽ tuũ hominibus) & in aperiendo cæleſtia, de felicitate cæleſti, de reſurrectiõe &c. patet. Moralis autẽ vita Mat. 5. de actibus excellẽtiſſimis virtutum, qui beatitudines vocãtur, & de deſiderabilib⁹ ab homine in oratione dominica & de modo viuẽdi, talis tantaque habetur, & deinde per parabolas alioſque euangeliſtas &c. vt experientia teſte videamus Chriſtianam vitam plenam omnis boni moris, inimicam omni vitio: nec in aliquo culpabilem, in nullo ſuperſtitioſam, in nullo phantaſticam, ſi ſecundum Chriſti doctrinam inſtituta fuerit.

dit, Niſi granum frumenti cadens in terram mortuũ fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Et ſicut Aug.*dicit ibidẽ, ſe dicebat granum mortificandum in infidelitate iudæorum, & multiplicandum in fide populorum.

Trac. 51. in Ioan. circa med. illius tom. 9.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Chriſtus fuit in lumẽ & ſalutem gentium per diſcipulos ſuos, quos ad prædicandum gentibus miſit.

AD 2^m dicendum, quòd non eſt minoris poteſtatis, ſed maioris facere aliquid per alios, quàm per ſeipſum: & ideo in hoc maxime poteſtas diuina in Chriſto monſtrata eſt, quòd diſcipulis ſuis tantam virtutem contulit in docendo, vt gentes, quæ nihil de Chriſto audierant, conuerterent ad ipſum. Poteſtas autem Chriſti in docẽdo attenditur, & quantum ad miracula, per quæ doctrinam ſuam confirmabat, & quantum ad efficaciam perſuadendi, & quantum ad auctoritatem loquentis: quia loquebatur quaſi dominium habens ſuper legem, cum diceret, Ego autem dico vobis, & etiam quantum ad virtutem rectitudinis, quam in ſua conuerſatione monſtrabat, ſine peccato viuendo.

AD 3^m dicendum, quòd ſicut Chriſtus non debuit a principio indifferenter gentilibus ſuam doctrinam communicare, vt iudæis tamquàm primogenito populo deditus obſeruaretur, ita etiam non debuit gentiles omnino repellere, ne ſpes ſalutis eis præcluderetur. Et propter hoc, aliqui gentilium particulariter ſunt admiſſi, propter excellentiam fidei & deuotionis eorum.

## ARTICVLVS II.

*Vtrũ Chriſtus debuerit iudæis ſine eorum offenſione prædicare.*

AD SECVNDVM ſic ꝓceditur. Videtᷣ ꝙ Chriſtus debuerit iudæis ſine corũ offenſione prædicare: quia, vt Auguſt.* dicit in lib. de Agone Chriſtiano, in homine Ieſu Chriſto ſe nobis ad exemplũ vitæ prębuit filius dei: ſed nos debemus vitare offenſionem non ſolum fidelium, ſed etiam infidelium, ſecundum illud 1. ad Cor. 10. Sine offenſione eſtote iudæis & gentibus & eccleſiæ dei. ergo videtur, quòd etiam Chriſtus in ſua doctrina offenſionem iudæorum vitare debuerit.

Cap. 11. in fine. to. 3.

¶ 2 Præt. Nullus ſapiens debet facere vnde effectum ſui operis impediat: ſed per hoc quòd ſua doctrina Chriſtus iudæos turbauit, impediebatur effectus eius doctrinæ: dicitur enim Lucæ 11. quòd cum Dominus phariſæos & ſcribas reprehenderet, cœperunt grauiter inſiſtere, & os eius opprimere de multis, inſidiantes ei, & quærentes aliquid capere ex ore eius, vt accuſarent eum. non ergo videtur conueniens fuiſſe, quòd eos in ſua doctrina offenderet.

¶ 3 Præt. Apoſtolus dicit 1. ad Timoth. 5. Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrem: ſed ſacerdotes & principes iudæorum erant illius populi ſeniores. ergo videtur quòd nõ fuerint duris increpationibus arguendi.

SED CONTRA eſt, quòd Iſa. 8. fuerat prophetizatum, quòd Chriſtus eſſet in lapidem offenſionis & petram ſcandali duabus domibus Iſrael.

RESPON. Dicendum, quòd ſalus multitudinis eſt præferenda paci quorumcumq; ſingularium hominum: & ideo quando aliqui ſua peruerſitate multitudinis ſalutem impediunt, non eſt timenda eorum offenſio a prædicatore vel doctore, ad hoc quòd multitudinis ſaluti prouideat. Scribæ autem & phariſæi & principes iudęorum ſua malitia plurimum impediebant populi ſalutem: tum, quia repugnabant Chriſti doctrinæ, per quam ſolam poterat eſſe ſalus: tum etiam quia prauis ſuis moribus vitam populi corrumpebant. Et ideo Dominus non obſtante offenſione eorum, publice veritatem docebat, quam illi odiebant, & eorum vitia arguebat: & ideo dicitur Matthæ. 15. quòd diſcipulis Domino dicentibus, Scis quia Iudæi audito hoc verbo, ſcandalizati ſunt? reſpondit, Sinite illos, cæci ſunt, duceſque cæcorum: cæcus autem ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo ſic debet eſſe ſine offenſione omnibus, vt nulli det ſuo facto vel dicto minus recto occaſionem ruinæ: ſed cum de veritate ſcandalum oritur, magis eſt ſuſtinendum ſcandalum, quàm veritas relinquatur, vt Gregor.*dicit.

Homil. 7. in Ezech. in princ. apud.

AD 2^m dicendum, quòd per hoc quòd Chriſtus publice ſcribas & phariſæos arguebat, non impediuit, ſed magis promouit effectum ſuæ doctrinæ, quia cum eorũ vitia populo innoteſcebant, minus auertebatur a Chriſto propter verba ſcribarum & phariſęorum, qui ſemper doctrinæ Chriſti obſiſtebant.

AD 3^m dicendum, quòd illud verbum Apoſtoli, eſt intelligendũ de illis ſenioribus, qui non ſolum ætate vel auctoritate, ſed etiam honeſtate ſunt ſenes, ſecundum illud Num. 11. Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſrael, quos tu noſti, quòd ſenes populi ſint. Si autem auctoritatem ſenectutis in inſtrumentũ malitię vertant, publice peccando, ſunt manifeſte & acriter arguendi: ſicut & Daniel dixit Dan. 13. Inueterate dierum malorum &c.

*¶ Super Quæſtionis quadrageſimæſecundæ Articulum ſecundum*

TItulus motus eſt propter publicas reprehẽſiões exhibitas a Chriſto ſcribis & phariſæis, cum eorum ſcandalo, vt patet in euangelio.

¶ In corpore vnica eſt concluſio: Dominus non obſtante iudęorum offenſione publice docebat, & vitia eorũ redarguebat. Probatur dupliciter. Primo, ratione, Quando aliqui ſua peruerſitate multitudinis ſalutem impediunt, non eſt a prædicatore vel doctore, eorũ timenda offenſio, vt multitudinis ſaluti prouideat: ſed ſcribæ, & phariſæi & principes iudæorũ, ſua malitia plurimum impediebãt populi ſalutem. ergo. maior probatur: quia ſalus multitudinis præponenda eſt paci quorũcumque ſingulariũ hominum. Minor probatur, tũ quia contra doctrinam Chriſti per quam ſolam ſalus eſſe poteſt: tũ quia prauis moribus, populi vitam corrumpebant. Secũdo, probatur auctoritate ipſi⁹ Chriſti. Matth. 15. Sinite illos &c.

¶ Aduerte diligentiſſime, & cautiſſime quòd tota ratio publicæ reprehenſionis maiorum aſſignatur ſalus multitudinis, & propterea vbi maiores eſſent peſſimi, & ex eorum reprehenſione publica non ſperatur populi ſalus, locum non habet imitatio Chriſti: vana enim eſſet huiuſmodi publica correctio.

¶ Et hoc bene aduertant prædicatores, antequàm ponant os in cælum, nec omittant diſtinguere inter maiores corrumpentes multitudinis vitam malis moribus, vel exẽplariter tantum, vel incitatiue. Nam maiores, qui palam vel ſub aliquo colore adulterãtes vel fornicantes, multitudinem ad hæc patranda ſolicitarent, ſub dicto comprehenduntur canone, vt ſcilicet ſi ſit ſpes ſalutis ipſius multitudinis publice arguantur. Hi enim ſunt, de quibus in reſponſione ad tertium dicitur, quòd auctoritatem ſenectutis in inſtrumentũ malitiæ vertunt, publice peccando.

¶ Illi vero maiores, qui ſuis cõtẽti ſunt peccatis publicis, vt concubinarij & huiuſmodi, qui reuera non ſimpliciter, ſed quãtum eſt ex ſuo exẽplo, aliorum mores corrumpunt, an ſint publice arguendi, conſiderãdum eſt. Nam ſi ex eorum exemplo multitudo ſimilia facit, eſſent publice arguendi, ſi ſpes eſt emendationis ipſorum vel plebis, poſtquàm moniti ad partem nollent ceſſare, quod dico: quia iſti non ex malitia, ſed ex infirmitate peccant. Sed ſi moniti, cognita ruina populi ex ſuo exemplo nõ curarent, celebrarent, arguendi cum populo eſſent publice, cũ tali modeſtia vt ſalus uteriſimiliter populi ſequi poſſit, ita tamẽ ut ſi prædicationis officium ſibi incũbit ex prælationis debito ſuper illos, non timeat illorum ſcandalum: quoniã quaſi paria ſunt, corrumpere populi mores ſic, & ex malitia. Si autem prælatus eorum nõ eſt, ſuperiorem illorum deberet prius conſulere. Et hæc dico, ſi in ſpecie deberet maiores reprehendere publice, ex infirmitate publice concubinas tenentes Et horum ratio eſt: quia hic non agitur ex propoſito ad malum multitudinis: & multitudini plerumq; ſufficienter prouidetur, ſi in genere peccatum illud reprehenditur, & quòd non excuſantur ſequẽtes mala exempla, & huiuſmodi. Si autem ex eorum publico peccato ſalus non periclitatur multitudinis, relĩquendi ſunt ſuperiorib⁹ ſuis, ſi habent vel ſibiipſis corrigẽdi ĩ ſpeciali: ceſſat .n. ratio publicæ correctionis agẽdæ cum offenſione maiorũ.

Opuſc. 60. cap. 14.



## ARTICVLVS III.

*Vtrum Chriſtus omnia publice docere debuerit.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus nõ omnia publice docere debuerit. Legitur enim multa ſeorſum diſcipulis dixiſſe, ſicut patet in ſermone cœnæ. vnde & Matth. 10. dixit, Quod in aure audiſtis in cubilibus, prædicabitur in tectis. non ergo omnia publice docuit.

¶ 2 Præt. Profunda ſapientiæ non ſunt niſi perfectis exponenda, ſecundum illud 1. ad Cor. 2. Sapientiã loquimur inter perfectos: ſed doctrina Chriſti continebat profundiſſimam ſapientiam. non ergo erat imperfectæ multitudini communicanda.

¶ 3 Præt. Idem eſt, veritatem aliquam occultare ſilentio, & obſcuritate verborum: ſed Chriſtus veritatem, quam prædicabat, occultabat turbis obſcuritate verborũ: quia ſine parabolis nõ loquebatur ad eos, vt dicitur Mat. 13. ergo pari ratione poterat occultare ſilẽtio.

SED CONTRA eſt, quòd ipſe dicit Ioan. 18. In occulto locutus ſum nihil.

RESPON. Dicendum, quòd doctrina alicuius poteſt eſſe in occulto tripliciter. Vno modo, quantum ad intentionem docẽtis, qui intendit ſuam doctrinam non manifeſtare multis, ſed magis occultare: quod quidem contingit dupliciter, quandoque ex inuidia docentis, qui vult per ſuam ſciẽtiam excellere, & ideo ſcientiam ſuam nõ vult alijs communicare, quod in Chriſto locum non habuit, ex cuius perſona dicitur Sapien. 7. Quam ſine fictione didici, & ſine inuidia communico, & honeſtatem illius non abſcondo. Quandoque vero hoc cõtingit, propter inhoneſtatem eorum, quæ docentur: ſicut Auguſt.*dicit ſuper Ioã. quòd quædam ſunt mala quæ portare non poteſt qualiſcumque pudor humanus. vnde de doctrina hæreticorum dicitur, Prouerb. 9. Aquæ furtiuæ dulciores ſunt. Doctrina autem Chriſti non eſt neq; de errore, neque de immunditia. & ideo Dominus dicit Mar. 4. Nũquid venit lucerna, ideſt, vera & honeſta doctrina, vt ſub modio ponatur? Alio modo, aliqua doctrina eſt in occulto, quia paucis proponitur, & ſic Chriſtus etiam nihil docuit in occulto: quia Chriſtus omnem doctrinam ſuam vel turbę toti propoſuit, vel omnibus ſuis diſcipulis in communi. Vnde Auguſt.*dicit ſuper Ioan. Quis in occulto loquitur, qui coram tot hominibus loquitur, præſertim ſi hoc loquitur paucis, quod p eos velit innoteſcere multis? Tertio modo, aliqua doctrina eſt in occulto, quantum ad modum docendi. Et ſic Chriſtus quædam turbis loquebatur in occulto, parabolis vtens ad annuntianda ſpiritualia myſteria, ad quæ capiẽda nõ erant idonei vel digni. Et tamen melius erat eis, vel ſic ſub tegumento parabolarum, ſpiritualium doctrinã audire, quàm omnino ea priuari. Harum tamen parabolarum apertam & nudã veritatem Dominus diſcipulis exponebat, per quos deueniret ad alios, qui eſſent idonei, ſecundum illud 2. Tim. 2. Quæ audiſti a me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Et hoc ſignatum eſt, Num. 4. vbi mandatur, quòd filij Aaron inuoluerent vaſa ſanctuarij, quæ leuitæ inuoluta portarent.

Tract. 96. circa fin. tomo 9.

Tract. 113. in Ioan. in med. to. 9.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut Hilar.*dicit ſuper Mat. exponẽs illud verbum inductum, non legimus Dominum ſolitum fuiſſe noctibus ſermocinari, & doctrinã tradidiſſe in tenebris: ſed hoc dicit, quia omnis ſermo eius carnalibus tenebræ ſunt, & verbum eius infidelibus nox eſt. Itaque quod ab eo dictum eſt inter infideles, cum libertate fidei & confeſſionis eſt loquendum. Vel ſecundum Hiero.* comparatiue loquitur: quia videlicet erudiebat eos in paruo Iudææ loco, reſpectu totius mundi, in quo erat per apoſtolorum prædicationem doctrina Chriſti publicanda.

Can. 10. in Mat. parũ a medio.

Super verbũ Matth. citatum in arg. tom. 9.

AD 2^m dicendum, quòd Dominus non omnia profunda ſuæ ſapientiæ ſua doctrina manifeſtauit, non ſolum turbis, ſed nec etiam diſcipulis, quibus dixit Ioan. 16. Adhuc multa habeo vobis dicere, quæ nõ poteſtis portare modo: ſed tamen quæcumque dignum duxit alijs tradere de ſua ſapientia, non in occulto, ſed palam propoſuit, licet non ab omnibus intelligeretur. Vnde Auguſt.*dicit ſuper Ioan. Intelligendum eſt, ita dixiſſe Dominum, Palam locutus ſum mundo, ac ſi dixiſſet, Multi me audierunt: & rurſus non erat palam, quia non intelligebant.

Tract. 113. in Ioan. in med. illius tom. 9.

AD 3^m dicendum, quòd turbis Dominus in parabolis loquebatur, ſicut dictum eſt, * quia non erant digni nec idonei nudam veritatem accipere, quam diſcipulis exponebat. Quod autem dicitur, quòd ſine parabolis non loquebatur eis, ſecundum Chryſoſt.* intelligendũ eſt quantum ad illum ſermonem, quàmuis alias ſine parabolis multa turbis locutus fuerit. Vel ſecundum Auguſt.† in lib. de Quæſtionib. euang.

In corp. ar. Homil. 48. in Mat. circa princ. illius, to. 2. † In lib. qõ. ex Matth. ca. 15. to. 4. in princip.

*¶ Super Quæſtionis quadrageſimæſecundæ Articulum tertium.*

TItulus clarus.

¶ In corpore eſt diſtinctio trimẽbris quo ad principalia mẽbra: quia tamen primum ſubdiſtinguitur, conſurgunt quatuor membra, ac per hoc quatuor concluſiones ſingulæ iuxta ſingula mẽbra. Diſtinctio eſt: Doctrina poteſt eſſe in occulto tripliciter vel quo ad intentionem, & hoc dupliciter, aut ratione inuidię aut ratione immunditiæ: vel quo ad diſcipulos, vel quo ad modũ. Prima cõcluſio eſt: Doctrina Chri non fuit occulta, ſecundum intentionem ratione inuidiæ. Secunda, Non fuit occulta ratione immũditiæ. Tertia, Non fuit occulta quo ad paucitatem diſcipulorũ. Quarta, Fuit occulta, quo ad modum in quibuſdam reſpectu quorũdã, ſcilicet plebis immediate: quia mediantibus Apoſtolis reuelãda. Omnia clara ſunt in litera.

¶ Et aduerte, quòd ad literam Chriſtus palam docuit & in occulto nihil, vt ipſe teſtatus eſt: tum quia quicquid docuit, uoluit palam fieri: tũ, quia nihil alienum ab his, quę publice docuit, ad partem tradidit. Et ſic omnia ad literã conſona inueniuntur, ſcilicet ſermo cœnæ, & domi pluries, & in mõte trãſfigurationis: &, Qđ in aure audiſtis, & Nicodemo, & Samaritanæ, & huiuſmodi. Sic enim ſecundum communem hominum intellectum: verificantur uerba domini ad pontificem interrogantem de doctrina eius, & ſic cognita doctrina eius publice tradita, nihil reſtabat examinandum: quia nihil alienũ a publice tradita doctrina docuit.

¶ Super

hoc dicitur, non quia nihil proprie locutus eſt, ſed quia nullum fere ſermonem explicauit, vbi nō per parabolam aliquid ſignificauerit, quàmuis in eo aliqua proprie dixerit.

### ARTICVLVS IIII.

*Vtrum Chriſtus debuerit doctrinam ſuam ſcripto ttadere.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus doctrinam ſuā debuerit ſcripto tradere. Scriptura enim inuenta eſt ad hoc, ꝙ G doctrina commendetur memoriæ in futurum: ſed doctrina Chriſti duratura erat in æternum, ſecundum illud Luc. 21. Cælum & terra tranſibunt, verba autē mea non tranſibunt. ergo videtur ꝙ Chriſtus debuerit ſuam doctrinam ſcripto mandare.

¶ 2 Præt. Lex vetus in figura Chriſti præceſſit, ſecundum illud Heb. 10. Vmbram habēs lex futurorum bonorum: ſed lex vetus a deo fuit H deſcripta, ſecundum illud Exod. 24. Dabo tibi duas tabulas lapideas, & legem ac mādata, quę ſcripſi. ergo videtur ꝙ etiam Chriſtus doctrinam ſuā ſcribere debuerit.

¶ 3 Præt. Ad Chriſtum qui venerat illuminare his, qui in tenebris & vmbra mortis ſedēt, vt dicitur Luc. 1. pertinebat erroris occaſiones excludere, & viam fidei aperire: ſed hoc feciſſet, doctrinā ſuam ſcribendo: dicit enim Aug.* in 1. de conſenſu euang. quòd ſolet nōnullos mouere, cur ipſe Dominus I nihil ſcripſerit, vt alijs de illo ſcribētibus neceſſe ſit credere: hoc. n. illi, & maxime pagani quærunt, qui Chriſtum culpare aut blaſphemare non audent, eique tribuunt excellentiſſimam ſapientiam, ſed tamen tamquàm homini. Diſcipulos vero eius dicunt magiſtro ſuo amplius tribuiſſe, quàm erat, vt eum filium dei dicerent, & verbū dei per quod facta ſunt omnia. Et poſtea ſubdit,* Vidētur parati fuiſ K ſe hoc de illo credere, quod de ſe ipſe ſcripſiſſet, nō quod alij de illo pro ſuo arbitrio prędicaſſent. ergo videtur ꝙ Chriſtus ipſe doctrinā ſuam ſcripto tradere debuerit.

SED CONTRA eſt, quòd nulli libri ab eo ſcripti habentur in canone ſcripturæ.

RESPON. Dicendum, conueniēs fuiſſe Chriſtum doctrinam ſuam non ſcripſiſſe. Primo quidē, propter dignitatem ipſius. Excellentiori enim doctori excellentior F modus doctrinæ debetur: & ideo Chriſto tamquàm excellentiſſimo doctori hic modus competebat, vt doctrinam ſuam auditorū cordibus imprimeret. Propter quod dicitur Matth. 7. quòd erat docens eos, ſicut poteſtatem habens. Vnde etiam apud gentiles Pythagoras & Socrates, qui fuerunt excellentiſſimi doctores, nihil ſcribere voluerunt. Scriptura enim ordinatur ad impreſſionem doctrinæ in cordibus auditorum, ſicut ad finem. Secundo, propter excellentiam doctrinæ Chriſti, quæ literis comprehendi non poteſt, ſecundū illud Ioan. vlt. Sunt & alia multa quæ fecit Ieſus, quæ ſi ſcribantur p ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt libros: quos ſicut Auguſt. dicit,* non ſpatio locorum credendum eſt mundum capere non poſſe: ſed capacitate legentium comprehendi non poſſe. Si autē Chriſtus ſcripto doctrinam ſuam mandaſſet, nihil altius de eius doctrina homines æſtimarent, quàm qđ ſcriptura contineret. Tertio, vt ordine quodam ab ipſo doctrina ad omnes perueniret, dum ipſe ſcilicet diſcipulos ſuos immediate docuit, qui poſtmodum alios verbo & ſcripto docuerunt. Si autem ipſemet ſcripſiſſet, eius doctrina immediate ad omnes perueniſſet. vnde & de ſapientia dei dicitur, Prouerb. 9. quòd miſit ancillas ſuas vocare ad arcem. Sciendum tamē eſt, ſicut Auguſt.* dicit in 1. de conſenſu euang. aliquos gentiles exiſtimaſſe Chriſtū quoſdam libros ſcripſiſſe, continentes quędam magica, quib⁹ miracula faciebat, quæ diſciplina Chriſtiana condemnat. Et illi tamen, qui Chriſti libros tales ſe legiſſe affirmant, nulla talia faciunt, qualia illum libris talibus feciſſe mirantur: diuino enim iudicio ſic errant, vt eoſdem libros ad Petrum & Paulum dicant tamquā epiſtolari titulo prænotatos, eo ꝙ in pluribus locis ſimul eos cum Chriſto pictos viderunt. Nec mirum, ſi a pingentibus fingentes decepti ſunt: toto enim tempore quo Chriſtus in carne mortali cū ſuis diſcipulis vixit, nondum erat Paulus diſcipulus eius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd, ſicut Auguſt. dicit in eodem libro, omnibus diſcipulis ſuis tamquàm membris ſui corporis Chriſtus caput eſt. Itaque cum illi ſcripſerunt, quę ille oſtendit & dixit, nequaquam dicendum eſt,

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæſecunde Articulum quartum.*

TItulus clarus. ¶ In corpore duo. Primo reſpondetur quæſito vnica concluſione. Secundo, referuntur quædam ex Augu. Concluſio eſt: Conueniens fuit Chriſtū doctrinam ſuā non ſcripſiſſe. Probatur tripliciter.

Ad Heb. 8. lect. 2. in fi.

¶ Vbi aduerte in prima ratione ex dignitate doctoris digniſſimum modum docendi concludente, duo. Primū eſt, quòd modus docendi diſtinguitur in duo. ſ. verbo vel ſcripto. Et excellentior ponitur modus docendi ſolo verbo, ea ratione, quia immediatius perducit ad finem: cum. n. finis doctoris ſit imprimere doctrinā ſuā in mentibus auditorum, qui ſolo verbo id facit, excellentiori modo efficit, quā qui verbo ī ſcriptis redacto, idem efficeret. Secundum eſt, ꝙ Socratem nihil ſcripſiſſe, ſub ꝓprio nomine intelligendum eſt: quoniam traditur ipſum ſub Aeſopi nomine, Aeſopi fabulas ſcripſiſſe, coactus, vt ipſe aiebat, ad hoc a ſuo dæmone: in cuius ſignū Plato in Phædone Socratem introducit moriturū, non ſe continuiſſe ab Aeſopo conſtructuro fabulam.

Lib. 1. ca. 7. ante med. tom. 4.

¶ Sed occurrit hic dubium: quia tertia ratio aduerſatur primæ: nam tertia fundatur ſuper ordine, quo Chriſti doctrina peruenire debet ad omnes. ſ. mediantibus quibuſdā: prima aūt fundatur ſuper immediatione inter doctorem & diſcipulum. Hæc. n. ſibiinuicem aduerſari patet. nam ſi immediate, ergo non ordine quodam: & ſi ordine quodā, ergo non immediate.

Eod. lib. 1. de conſenſu euange. cap. 7. circa med. to. 4.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ vtraq; ratio vera, & efficax eſt ad diuerſos relata. Nam prima ratio reſpicit doctrinam Chriſti reſpectu diſcipulorū, qui ex proprio Chriſti ore edocti ſunt. tertia autem reſpicit doctrinam Chriſti reſpectu vniuerſorum, quocumq; tempore a Chriſto diſcunt. Et reſpectu illorū immediatio excellentior eſt, vt prima ratio ſonat: reſpectu autem uniuerſorum ordo excellentior eſt, ut ad alios mediantibus quibuſdam perueniat doctrina, ut tertia aſſumit ratio. Nulla ergo eſt cōtrouerſia inter rationes ſane intellectas.

¶ In hac cōcluſione aduerte, quòd non minima eſt concluſionis ratio, vt Chriſtus etiam in docendi modo, mōſtraret ſe eſſe uerum deū. Solius quippe eſſe dei cōprobatur experientia & auctoritate, docere uniuerſum orbem ea, quæ religionis atque morum, totiuſque uitę etiam poſt corporis mortem futuræ abſque ſcriptura propria, reuelando ac tradendo quæ ab alijs ſcribenda ſunt. Sic enim uidemus deum, & naturalia per lumen naturale nos docere, iuxta illud: Multi dicunt, Quis oſtēdit nobis bona? & reſpondetur, Signatum eſt ſuper nos lumē vultus tui domine &c. quo lumine ſunt illuſtrati qui bene de natura, de moribus, & huiuſmodi ſcripſerunt, & ſupernaturalia nobis tradere per lumen infuſum, ut credimus de prophetis, q ſcripſerunt. Similiter. n. Ieſus Chriſtus p ſeipſum & exteri⁹, & interius docuit Apoſtolos, qui lumine infuſo fulti ſcripſerunt: aperuit. n. illis ſenſum, ut intelligerent ſcripturam, & Spirituſſancti lumine mentes eorum illuſtrauit, ut docerent uerbo & ſcripto reliquos. Decuit ergo Chriſtum nihil ſcribere, ut ex hoc ſua doctrina dei doctrina mōſtraretur.

Tract. [illegible] in euang. Io. non procul a fin. tom. 9.

Lib. 1. [illegible] & 12. [illegible]

¶ Eſt etiam ex eodē deitatis capite alia ratio,



quòd ipſe non ſcripſerit: quandoquidem A membra eius id operata ſunt, quod dictante capite cognouerūt: quicquid enim ille de ſuis factis & dictis nos legere voluit, hoc ſcribendū illis, tamquàm ſuis manibus imperauit.

AD 2^m^ dicendum, quòd quia lex vetus in ſenſibilibus figuris dabatur, ideo etiā conuenienter ſenſibilibus ſignis ſcripta fuit: ſed doctrina Chriſti, quæ eſt lex ſpiritus vitæ, ſcribi debuit non atramento, ſed ſpiritu dei viui, non in tabu B lis lapideis, ſed in tabulis cordis ſpiritualibus, vt Apoſtolus dicit 2. ad Corinth. 3.

AD 3^m^ dicendum, quòd illi qui ſcripturæ apoſtolorum de Chriſto credere noluerunt, nec ipſi Chriſto ſcribenti credidiſſent, de quo opinabantur, quòd magicis artibus feciſſet miracula.

## QVÆSTIO XLIII.

*De miraculis a Chriſto factis in generali, in quatuor articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt, de miraculis a Chriſto factis. Et primo in generali. Secundo, in ſpeciali de ſingulis miraculorū generibus. Tertio, in particulari de transfiguratione ipſius.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum Chriſtus debuerit miracula facere.

¶ Secundo, Vtrum fecerit ea virtute diuina.

¶ Tertio, In quo tempore incęperit miracula facere.

¶ Quarto, Vtrum per miracula fuerit ſufficienter oſtenſa eius diuinitas.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum Chriſtus debuerit facere miracula.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus miracula facere non debuerit. Factum enim Chriſti verbo ipſius debuit concordare: ſed ipſe dicit Matth. 16. Generatio mala & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ. non ergo debuit miracula facere.

¶ 2 Præt. Sicut Chriſtus in ſecundo aduentu venturus eſt in virtute magna & maieſtate, vt dicitur Mat. 25. ita in primo aduentu venit in infirmitate, ſecundum illud Iſa. 53. Virum dolorum & ſcientem infirmitatē: ſed operatio miraculorum magis pertinet ad virtutē quàm ad infirmitatem. ergo non fuit conueniens, ꝙ in primo aduentu miracula faceret.

¶ 3 Præt. Chriſtus venit ad hoc, vt homines ſaluaret per fidem, ſecundum illud Hebræ. 12. Aſpicientes in auctorem fidei & cōſumatorem Ieſum: ſed miracula diminuunt meritum fidei: vnde Dominus Io. 4. dicit, Niſi ſigna & prodigia videritis, non creditis. ergo nō videtur, quòd Chriſtus debuerit miracula facere.

SED CONTRA eſt, quòd ex perſona aduerſariorum dicitur Ioan. 11. Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit?

RESPON. Dicendum, quòd diuinitus concedi B tur homini miracula facere propter duo. Primo quidem & principaliter, ad confirmandam veritatem, quam aliquis docet: quia enim ea, quæ ſunt fidei, humanam rationem excedunt, nō poſſunt per rationes humanas probari, ſed oportet quòd probentur per argumentum diuinæ virtutis, vt dū aliquis facit opera, quæ ſolus deus facere poteſt, credantur ea, quæ dicuntur eſſe a deo: ſicut cum aliquis defert literas anulo regis ſignatas, creditur ex voluntate regis proceſſiſſe, quod in illis continetur. Secundo, ad oſtendendam pręſentiam dei in homine per gratiam Spirituſſancti, vt dum ſcilicet homo facit opera dei, credatur deus habitare in eo per gratiam. vnde dicitur Gal. 3. C Qui tribuit nobis Spiritumſanctum, operatur virtutes in nobis. Vtrumq; autem circa Chriſtum erat hominibus manifeſtandum, ſ. ꝙ deus eſſet in eo per gratiam, non adoptionis, ſed vnionis, & ꝙ eius ſupernaturalis doctrina eſſet a deo: & ideo conuenientiſſimū fuit, ut miracula faceret. vnde ipſe dicit Ioan. 10. Si mihi non vultis credere, operibus credite. Et Ioan. 5. Opera quæ dedit mihi pater vt faciam, ipſa ſunt quæ teſtimonium perhibent de me.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc quod dicit, Signum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ, intelligendum eſt, vt Chryſ.* dicit, quòd tunc non acceperunt tale ſignum, quale petebant, ſcilicet D de cælo, non quòd nullum ſignum eis dederit: vel quia ſigna faciebat, non propter eos, quos ſciebat lapideos eſſe, ſed vt alios emendaret: & ideo non eis, ſed alijs illa ſigna dabantur.

Homil. 54. in Mat. ante med. to. 2.

AD 2^m^ dicendum, quòd licet Chriſtus venerit in infirmitate carnis, quod manifeſtatur per paſſiones: venit tamen in virtute dei, quod erat manifeſtandum per miracula.

AD 3^m^ dicendum, quòd miracula intantum diminuunt meritum fidei, inquantum per hoc oſtenditur duritia eorum, qui nolunt credere ea, quæ ſcripturis diuinis probantur, niſi per miracula. Et tamē melius eſt eis, vt vel per miracula conuertantur ad fidem, E quàm quòd omnino in infidelitate permaneant: dicitur enim 1. ad Cor. 14. quòd ſigna data ſunt infidelibus, vt ſcilicet conuertantur ad fidem.

### ARTICVLVS II.

*Vtrum Chriſtus fecerit miracula diuina uirtute.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus non fecerit miracula diuina virtute. Virtus enim diuina eſt omnipotens: ſed videtur quòd Chriſtus non fuerit omnipotens in miracu

ratio, vt ſcilicet cōprobaret ſe deū ex modo docendi, ſcribendo in cordibus hominum, & nō in tabulis materialib⁹, iuxta illud Hie. 30. Ecce, dies veniunt, &c. & ſcribā in cordibus eorum, & cōprobare doctrinam ſuam eſſe doctrinā ſpiritus & vitæ, & nō literæ & mortis. Reſeruatū ſibi quippe Dominus Ieſus docendi modū per internum lumē gratiæ tamquàm deo propriū ſciens, non debebat ſcripturæ doctrinā ſuam credere, quaſi ſcriptura illa perdita, doctrina ſua periiſſet, quam ipſe ſeruaturus per internū eſt lumen, vſque in æternum.

¶ Deinde ex Aug. quorundam gentilium cęcam opinionem refert de ſcriptis a Chriſto, trib⁹ adiunctis opinionibus. Prima eſt ex cōtentis in libro: quia contraria ſunt Chriſtianæ diſciplinæ. Secūda eſt, ex vtentibus ipſis libris: q̄a non illa quæ Chriſtus fecit, facere poſſunt. Tertia eſt ex titulo: quia ad Paulum, qui non erat diſcipulus.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimætertiæ Articulum primum.*

TItulus clarus. ¶ In corpore vna concluſio: Conueniētiſſimum fuit Chriſtum miracula facere. Probatur: Miracula fiunt & ad cōfirmationem doctrinæ ſupernaturalis & ad teſtificandum deum in faciēte miracula: ſed hęc præcipue habent locum in Chriſto. ergo. Et confirmatur auctoritate Ioan. 5. & 10. Omnia clara ſunt.

[illegible]

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimætertiæ Articulum ſecundum.*

TItulus clarus. ¶ In corpore duo fiunt. Primo, reſpondetur quæſito: Chriſtus fecit miracula virtute diuina. Probatur: quia vera miracula ſola virtute di-

3. diſ. 15. q. 1. ar. 3. cor. Et di. 16. q. 1. ar. 2. cor. & ad 4. Et 4. di 5. q. 1. ar. 1. Et opuſ. 11. c. 17.

te diuina fieri poſſunt, & cõfirmatur auctoritate Leonis. Secſido, reſpondet tacitæ qõni. Quid de humanitate Chriſti, numquid faciebat miracula? & dicit quòd vtraq; natura agebat miracula: communione tamen alterius, ſcilicet diuinæ. Et declarat modum, & quo ad naturas, quia humanitas erat inſtrumentum diuinitatis, & quo ad actionem: quia humana actio virtutem accepit a natura diuina: quæ ex ſuperi⁹ explanatis clara ſunt.
¶ Reſponſionẽ quoque ad tertium, ex Luc. 11. cap. habes.

lis faciendis: dicitur enim Mar. 6. quòd non poterat ibi, ſcilicet in patria ſua, virtutem vllam facere. ergo videtur quòd non fecerit miracula virtute diuina.

¶ 2 Præt. Dei non eſt orare: ſed Chriſtus aliquando in miraculis faciendis orabat, vt patet in ſuſcitatione Lazari Ioan. 11. & in multiplicatione panum, vt patet Mat. 14. ergo videtur quòd non fecerit miracula virtute diuina.

¶ 3 Præt. Ea, quæ virtute diuina fiunt, non poſſunt virtute alicuius creaturæ fieri: ſed ea quæ Chriſtus faciebat, poterant fieri in virtute alicuius creaturæ: vnde & phariſæi dicebant, quòd in Beelzebub principe dæmoniorum eijciebat dæmonia. ergo videtur quòd Chriſtus non fecerit miracula virtute diuina.

SED CONTRA eſt, quòd Dominus dicit Ioan. 14. Pater in me manens, ipſe facit opera.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut in prima parte habitum eſt,* vera miracula ſola virtute diuina fieri poſſunt: quia ſolus deus poteſt mutare naturæ ordinem, quod pertinet ad rationem miraculi. unde Leo Papa dicit in epiſto.† ad Flauianum, quòd in Chriſto ſunt duæ naturæ, vna. ſ. diuina, quæ fulget miraculis, altera ſcilicet humana, quæ ſuccumbit iniurijs. Et tamen vna earum agit cum communicatione alterius, inquantum ſcilicet humana natura eſt inſtrumentum diuinæ actionis, & actio humana virtutem accepit a natura diuina, ſicut ſupra habitum eſt.*

1. p. q. 110. ar. 4.
Epiſt. 10. c. 4. parum a prin.
q. 13. ar. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc quod dicitur, non poterat ibi vllam virtutem facere, non eſt referendũ ad potentiã abſolutam: ſed ad id, quod poteſt fieri congruenter: nõ enim congruum erat, vt inter incredulos operaretur miracula. Vnde ſubditur, Et mirabatur propter incredulitatem eorum, ſecundum quem modum dicitur Gen. 18. Num cęlare potero Abraham, quæ geſturus ſum? & 19. Non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc.

AD 2^m dicendum, quòd, ſicut Chryſo.* dicit ſuper illud Matth. 14. Acceptis quinque panibus & duobus piſcibus, aſpiciens in cælum, benedixit & fregit, oportebat credi de Chriſto quoniam a patre eſt, & quòd ei æqualis eſt: & ideo vt vtrumque oſtendat, nunc quidem cum poteſtate, nũc autem orans miracula facit, & in minoribus quidem reſpicit in cælum, puta in multiplicatione panum, in maioribus autem, quæ ſunt ſolius dei, cum poteſtate agit, puta quando peccata dimiſit, mortuos ſuſcitauit. quòd autem dicitur Ioan. 11. ꝙ in ſuſcitatione Lazari oculos ſurſum leuauit, non propter neceſſitatem ſuffragij, ſed propter exemplum hoc fecit. Vnde dicit, Propter populũ, qui circunſtat dixi, vt credant, quia tu me miſiſti.

Homil. 50. in Matth. a prin. to. 2.

AD 3^m dicendum, quòd Chriſtus alio modo expellebat dæmones, quàm virtute dæmonum expellantur. Nam virtute ſuperiorum dæmonum, ita dæmones a corporibus hominum expelluntur, quòd tamen remanet dominium eorum, quantum ad animam: nõ enim contra regnum ſuum diabolus agit: ſed Chriſtus dæmones expellebat non ſolum a corpore, ſed multo magis ab anima: & ideo Dominus blaſphemiam phariſæorum dicentium eum in virtute dæmoniorum dæmonia eijcere reprobauit. primo quidem per hoc, quòd ſatanas contra ſeipſum non diuiditur. ſecundo, exemplo aliorum, qui dæmonia eijciebant per ſpiritum dei. tertio, quia dæmonium expellere non poſſet, niſi ipſum viciſſet virtute diuina. quarto, quia nulla cõuenientia in operibus, nec in effectu erat ſibi & ſatanæ, cum ſatanas diſpergere cuperet quos Chriſtus colligebat.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum Chriſtus incæperit facere miracula in nuptijs.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur ꝙ Chriſtus non incęperit miracula facere in nuptijs, mutando aquam in vinum. Legitur enim in lib. de infantia Saluatoris, quòd Chriſtus in ſua pueritia multa miracula fecit: ſed miraculum de conuerſione aquæ in vinũ fecit in nuptijs trigeſimo, vel trigeſimoprimo anno ſuæ ætatis. ergo videtur quòd non inceperit tunc miracula facere.

¶ 2 Præt. Chriſtus faciebat miracula, ſecundũ virtutem diuinam: ſed virtus diuina in eo a principio ſuę conceptionis erat: ex tunc. n. fuit deus & homo. ergo videtur quòd a principio miracula fecerit.

¶ 3 Præt. Chriſtus poſt baptiſmum & tentationem cœpit diſcipulos congregare, vt legitur Matth. 4. & Ioan. 1. ſed diſcipuli præcipue congregati ſunt ad ipſum propter miracula, ſicut dicit Luc. 5. quòd Petrum vocauit obſtupeſcẽtem propter miraculum, quod fecerat in captura piſciũ. ergo videtur quòd ante miraculum quod fecit in nuptijs, fecerit alia miracula.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Ioan. 2. Hoc fecit initium ſignorum Ieſus in Cana Galilææ.

RESPON. Dicendum, quòd miracula facta ſunt a Chriſto propter confirmationẽ doctrinę eius, & ad oſtendendam virtutem diuinam in ipſo: & ideo quantum ad primum non debuit ante miracula facere, quàm docere inciperet: non autem debuit incipere docere ante perfectam ętatem, vt ſupra habitum eſt,* cũ de baptiſmo eius ageretur. Quantum autem ad ſecundum, ſic debuit per miracula deitatem oſtendere, vt crederetur veritas humanitatis ipſius: & ideo ſicut dicit Chryſoſt.* ſuper Ioan. decenter non incępit ſigna facere in prima ætate: exiſtimaſſent enim phantaſma eſſe incarnationem, & ante opportunum tempus cruci eum tradidiſſent.

q. 39. ar. 3.
Homil. 20. in Ioan. circa medium.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimætertiæ Articulum tertium.*

TItulus clarus, occaſionem ex euangelij verbis habens.
¶ In corpore vna cõcluſio: Chriſtus incępit miracula facere in nuptijs. Probatur: Miracula Chriſti ſunt vel ad confirmandam doctrinã eius, vel ad monſtrandam eius deitatẽ facta: ſed propter vtrumq; debuit in ætate perfecta incipere miracula. ergo. Aſſumptum ex primo articulo patet, Minor, quo ad vtrã que partem probatur clare & ſingillatim, in litera.
¶ Vbi ſcito, quòd ex huiuſmodi ratiõe, licet non habeatur niſi quòd miracula Chriſti incęperunt in ætate perfecta, quando incępit docere, hoc eſt poſt baptiſmum Ioannis, iuxta verbum Petri Actu. 1. Incipiens a baptiſmo Ioannis, quia tamen nullum legitur miraculum ante nuptias factũ, & Ioannes Baptiſta toto illo primo anno monſtrauit eũ, & Ioannes euangeliſta in anniuerſario die quo nuptias celebratas credit eccleſia, dicit, Hoc initium ſignorum fecit Ieſus, &c. ſatis rationabiliter affirmatur, quòd illud fuit primum miraculum ſimpliciter, quòd Chriſtus fecit: quod etiam confirmatur ex eo, ꝙ Ioannes euangeliſta non eſt proſecutus ſecundũ & tertium miraculum in Cana Galilæę, quod proſequẽdum erat, ſi primum non ſimpliciter, ſed in Cana Galilææ ſcribere ſe propoſuiſſet, & nõ potius initium ſignorũ ab omnibus circunſtãtijs deſcribere ſe monſtraſſet.
¶ Et hoc idem patet, ex eo quòd ſubiungit euangeliſta. Et manifeſtauit gloriam ſuam. non dicit in Cana Galilęę: ſed ſimpliciter & abſolute. Et manifeſtauit gloriam ſuã, procuidubio prius latentem: quia miraculis adhuc nõ claruerat illius natura diuina, quæ tunc cępit miraculis coruſcare.

Homil. 16. in Io. circa med. illius to. 3.



AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut Chryſ.* dicit ſuper Ioã. ex verbo Ioannis Baptiſtæ dicentis, Vt manifeſtetur in Iſrael, propterea veni ego in aqua baptizãs, manifeſtũ eſt, quòd illa ſigna, quæ quidam dicunt in pueritia a Chriſto facta, mẽdacia & fictiões ſunt. Si enim a prima ætate miracula feciſſet Chriſtus, neque Ioannes eum ignoraſſet, neque reliqua multitudo indiguiſſet magiſtro ad manifeſtandum eum.

AD 2^m dicendum, ꝙ dei virtus operabatur in Chriſto, ſecundum ꝙ erat neceſſarium ad ſalutem humanam, pp quam carnẽ aſſumpſerat: & ideo ſic miracula fecit virtute diuina, vt fidei de veritate carnis eius, præiudicium non fieret.

AD 3^m dicendum, quòd hoc ipſum ad laudem diſcipulorũ pertinet, ꝙ Chriſtum ſecuti ſunt, cum nulla eũ miracula facere vidiſſent, ſicut Greg.* dicit in quadam hom. Et vt Chryſ.† dicit, tunc ſigna maxime neceſſarium erat facere, quãdo diſcipuli iam congregati erant & deuoti, & attendentes his, quæ fiebant. Vnde ſubditur, Et crediderunt in eũ diſcipuli eius: non quia tũc primum crediderunt, ſed quia tunc diligentius & perfectius crediderũt. Vel diſcipulos vocat eos, qui futuri erãt diſcipuli: ſicut exponit Auguſt.* in lib. de conſenſu euangeliſtarum.

Greg. ho. 5. in euan. in princ.
† Chryſ. ho. 22. in Ioã. paulo a prin. to. 3.
Lib. 2. c. 17. a med. to. 4.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum miracula per Chriſtum facta ſufficienter eius diuinitatem oſtenderint.*

AD QVARTVM ſic pceditur. Videtur quòd miracula quæ Chriſtus fecit, nõ fuerint ſufficientia ad oſtendendam diuinitatem ipſius. Eſſe enim deum & hominem, proprium eſt Chriſto: ſed miracula, quę Chriſtus fecit, etiam ab alijs ſunt facta. ergo videtur, quòd non fuerint ſufficientia ad oſtendendam diuinitatem ipſius.

¶ 2 Præt. Virtute diuina nihil eſt maius: ſed aliqui fecerunt maiora miracula, quàm Chriſtus: dicitur enim Io. 14. Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horũ faciet. ergo videtur quòd miracula quę Chriſtus fecit, non fuerint ſufficientia ad oſtendendam diuinitatem ipſius.

¶ 3 Præt. Ex particulari non ſufficienter oſtenditur vniuerſale: ſed quodlibet miraculorum Chriſti fuit quoddam particulare opus. ergo ex nullo eorum potuit manifeſtari ſufficienter diuinitas Chriſti, ad quam pertinet vniuerſalem virtutem habere de omnibus.

SED CONTRA eſt, quòd Dominus dicit Ioan. 5. Opera quę dedit mihi Pater vt faciam, ipſa teſtimonium perhibent de me.

RESPON. Dicendum, quòd miracula quę Chriſtus fecit, ſufficientia erant ad manifeſtandam diuinitatem ipſius, ſecundum tria. Primo quidem, ſecundum ipſam ſpeciem operum, quæ tranſcendebãt omnem poteſtatem creatæ virtutis: & ideo non poterant fieri niſi virtute diuina. Et propter hoc cæcus illuminatus dicebat Ioan. 9. A ſæculo non eſt auditum, quia aperuit quis oculos cæci nati: niſi eſſet hic a deo, non poterat facere quicquam. Secundo, propter modum miracula faciendi: quia ſcilicet quaſi ex propria poteſtate miracula faciebat: non autem orando, ſicut alij. Vnde dicitur Luc. 6. quòd virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. Per quod oſtenditur, ſicut Cyrillus dicit, quòd non accipiebat alienam virtutem: ſed cum eſſet naturaliter deus, propriam virtutem ſuper infirmos oſtendebat, & propter hoc, innumerabilia miracula faciebat. vnde ſuper illud Matth. 8. Eijciebat ſpiritus verbo, & omnes male habentes curauit, dicit Chryſ.* Intende quantam multitudinem curatam tranſcurrunt euangeliſtæ, non vnumquodque curatum enarrãtes, ſed vno verbo pelagus ineffabile miraculorum inducentes. Et ex hoc oſtendebatur, quòd haberet virtutem coæqualem deo patri, ſecundum illud Ioan. 5. Quæcumque Pater facit, hæc & Filius ſimiliter facit. Et ibidem, Sicut Pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & Filius hominis quos vult viuificat. Tertio, ex ipſa doctrina, qua ſe deũ dicebat, quæ niſi vera eſſet, nõ cõfirmaretur miraculis diuina virtute factis: & ideo dicitur Mat. 1. Quænam doctrina hęc noua, quia in poteſtate ſpiritibus immundis imperat, & obediunt ei?

Homil. 28. ĩ Mat. paulo a princ. tom. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hæc erat obiectio gentilium. Vnde Aug.* dicit in epiſtola ad Voluſianum: nulla, inquiunt, competentibus, ſignis tantæ maieſtatis indicia claruerunt: quia carnalis illa purgatio, qua ſcilicet dæmones effugabat, debilium cura, reddita vita difunctis, ſi & alia cõſiderentur, deo parua ſunt. Et ad hoc reſpondet Aug.* Fatemur & nos talia quidem feciſſe prophetas: ſed & ipſe Moyſes & ceteri prophetæ dominum Ieſum prophetizauerunt, & ei gloriam magnam dederunt. Qui propterea talia, & ipſe facere voluit, ne eſſet abſurdũ, quòd per illos fecerat, ſi ipſe etiam non faceret: ſed tamen & aliquid proprium facere debuit, naſci de virgine, reſurgere a mortuis, cælum aſcendere, hoc deo qui parum putat, quid plus expectet ignoro. Non homine aſſumpto alium mundum facere debuit, vt eum eſſe crederemus, per quẽ factus eſt mundus: ſed nec maior mundus nec iſti æqualis in hoc fieri poſſet. Si autem minorem faceret infra iſtum, ſimiliter hoc quoque parumſputaretur: quæ tamen alij fecerunt, Chriſtus excellentius fecit. Vnde ſuper illud Ioan. 15. Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, &c. dicit Auguſt.* Nulla in operibus Chriſti videntur eſſe maiora, quàm ſuſcitatio mortuorũ, quod ſcimus etiam antiquos

Epiſ. 3. poſt med. illius tom. 2.
Epiſtol. 3. a med. illius tom. 2.
Inuenit 23. tract. in Io. ſuper illud Maiora demonſtrabit illis. tom 9. lib. 1. Tri c. 6 circa medium, to. 3.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimætertiæ Articulum quartũ.*

TItulus clarus.
¶ In corpore vnica cõcluſio: Miracula quę Chriſtus fecit, ſufficiẽtia erãt ad manifeſtandam deitatem ipſius ſecundum tria, ſubſtantiam, modum, & doctrinã: probat ſingillatim clare.
¶ Vbi aduerte, ꝙ Auctor breuiter ptrãſit: ſed ſi fuerint hæc tria bene conſiderata, maximam cõtinẽt efficaciam: & primum quidem quo ad reſurrectionem mortuorum, & illuminationem cæcorum, conſtat ſublatis fallacijs, a ſolo deo fieri poſſe: ſecundum autẽ inexcogitabile eſt, ꝙ etiam dæmoni conueniat: tertium autem omnimodã cõuincit intelligentiã. Ita quòd ſi hæc tria ſimul ponantur, impoſſibile eſt, quin deũ fateamur, Chriſtum: quomodo. n. vſurpanti ſibi diuinum nomen & rem falſo, affuiſſet deus in tot operibus deitatis proprijs teſtis mendacij?
¶ Aduerte ex lib. 1. contra Gent. cap. 6. quòd aut conceditur Chriſtum feciſſe miracula relata in euangelio, aut non. Si conceditur, habetur illius deitas, vt patet ex prædictis illis tribus cõiunctis, ſi non conceditur, tunc habetur etiam illius deitas: ex hoc maximo miraculorum, quòd pauperculus, iuuenis, indoctus, ex gente exoſa (iudęus ſcilicet) perſecutionem cũ tot ludibrijs & mortem turpiſſimã paſſus, derelictus, dicens, ſe deũ, habitus fatuus a ſuis, a iudæis, ab Herode, a Pilato, abſq; miraculis, pmittens mortem & mala omnia, poſt mortem ſuam per pauperes piſcatores, indoctos, exoſos omnibus, morti obnoxios &c. abſq; miraculis contra totum mundum idola colentẽ pugnãs, ſuperauerit. Vacate ergo & videte, quoniã ego ſum deus.

antiquos feciſſe prophetas. Fecit tamen aliqua Chriſtus, quæ nemo alius fecit: ſed reſpondetur nobis, & alios feciſſe, quæ nec ipſe, nec alius fecit: ſed qui tam multa vitia & malas valetudines vexationeſque mortalium tanta poteſtate ſanaret, nullus omnino legitur antiquorum: vt enim taceam quos iubendo, ſicut occurrebant, ſaluos ſingulos fecit, Marcus dicit, quòd quocumque loco introibat in vicos, aut in villas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum vt vel fimbriam veſtimēti eius tangerent, & quotquot tangebant eum, ſalui fiebant. Hæc nemo alius fecit in eis: ſic enim intelligendum eſt, quod ait, in eis, non inter eos, aut coram eis, ſed prorſus in eis, quia ſanauit eos. Nec tamen alius quicumq; in eis talia opera fecit, quoniam quiſquis alius homo aliquid eorum fecit, ipſo faciente fecit: hoc autem ipſe non illis facientibus fecit.

Tract. 71. in Ioã. a med. tom. 9.

Ad 2^m dicendum, quòd Auguſt.* exponens illud verbum Ioã. inquirit, quæ ſint iſta opera maiora, quę credentes in eum erant facturi, an forte quòd ægros ipſis tranſeuntibus etiam eorum vmbra ſanabat? maius eſt enim quòd ſanet vmbra quàm umbria. Veruntamen quando iſta Chriſtus dicebat, verborum ſuorum facta & opera commendabat. Cum enim dixit, Pater in me manens ipſe facit opera, quæ opera tunc dicebat, niſi verba quæ loquebatur? Et eorundem verborum fructus erat fides illorum. Veruntamen euangelizantibus diſcipulis, non tā pauci quàm illi erant: ſed gentes etiam crediderunt. Nonne ab ore ipſius diues ille triſtis abſceſſit: & tamen poſtea, quod ab illo auditum non fecit vnus, fecerunt multi, cum per diſcipulos loqueretur? Ecce, maiora fecit prædicatus a credentibus, quàm locutus eſt audientibus. Verum hoc adhuc mouet, quòd hæc maiora per Apoſtolos fecit: non autem ipſos tantum ſignificans ait, Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet. Audi ergo, & intellige, Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet. Prius ego facio, deinde & ipſe faciet: quia facio vt faciat. Quæ opera, niſi vt ex impio iuſtus fiat? quod vtique in illo, ſed non ſine illo Chriſtus operatur. Prorſus maius hoc eſſe dixerim, quàm creare cælū & terram: cælum enim & terra tranſeunt, prædeſtinatorum autem ſalus & iuſtificatio permanebit: ſed & in cælis angeli ſunt opera Chriſti, numquid etiam his operibus maiora facit, qui cooperatur Chriſto ad ſuam iuſtificationem? Iudicet qui poteſt vtrum maius ſit iuſtos creare, quàm impios iuſtificare. Certe ſi æqualis eſt vtrumque potentiæ, hoc maioris eſt miſericordiæ: ſed omnia opera Chriſti intelligere, vbi ait, Maiora horum faciet, nulla nos neceſſitas cogit: horum enim forſitan dixit, quæ illa hora faciebat. Tunc autem verba fidei faciebat: & vtique minus eſt verba iuſtitiæ prædicare, quod fecit præter nos, quàm impios iuſtificare, quod ita facit in nobis, vt faciamus & nos.

Ad 3^m dicendum, quòd quando aliquod particulare opus, proprium eſt alicuius agentis, tunc per illud particulare opus probatur tota virtus agentis, ſicut cum ratiocinari ſit proprium hominis, oſtēditur aliquis eſſe homo ex hoc ipſo, quòd ratiocinatur circa quodcumque particulare propoſitum. Et ſimiliter cum propria virtute miracula facere ſit ſolius dei, ſufficienter oſtenſum eſt, Chriſtum eſſe deum, ex quocumque miraculo, quod propria virtute fecit.

## QVAESTIO XLIIII.

*De ſingulis miraculorum ſpeciebus, in quatuor articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt, de ſingulis miraculorum ſpeciebus.

¶Et primo, De miraculis, quę fecit circa ſpirituales ſubſtantias.

¶Secundo, De miraculis, quę fecit circa cæleſtia corpora.

¶Tertio, De miraculis, quæ fecit circa homines.

¶Quarto, De miraculis, quæ fecit circa creaturas irrationales.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum miracula facta per chriſtum circa ſpirituales ſubſtantias fuerint conuenientia.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ miracula quæ fecit Chriſtus circa ſpirituales ſubſtantias, non fuerint cōuenientia. Inter ſpirituales. n. ſubſtantias ſancti angeli præpollent dæmonibus: quia, vt Aug.* dicit in 3. de Tri. ſpiritus vitæ rationalis deſertor atq; peccator, regitur per ſpiritum vitæ rationalem pium & iuſtum. ſed Chriſtus non legitur aliqua miracula feciſſe circa angelos bonos. ergo nec etiam circa dæmones aliqua miracula facere debuit.

Lib. 3. ca. [illegible] non procul a prin. [illegible]

¶2 Præt. Miracula Chriſti ordinabantur ad manifeſtandam diuinitatem ipſius: ſed diuinitas Chriſti non erat dæmonibus manifeſtanda, quia per hoc impeditum fuiſſet myſteriū paſſionis eius, ſecundū illud 1. Cor. 2. Si cognouiſſent, numquàm Dominum gloriæ crucifixiſſent. ergo non debuit circa dæmones aliqua miracula facere.

¶3 Præt. Miracula Chriſti ad gloriam dei ordinabantur. vnde dicitur Mat. 9. ꝙ videntes turbæ paralyticum ſanatum a Chriſto, timuerunt, & glorificauerūt deum, qui dedit poteſtatē talem hominibus: ſed ad dæmones non pertinet glorificare deum, quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, vt dicitur Eccleſ. 15. vnde & ſicut dicitur Mar. 1. & Luc. 4. non ſinebat dęmonia loqui ea, quę ad gloriam ipſius pertinebant. ergo videtur non fuiſſe cōueniens, quòd circa dęmones aliqua miracula faceret.

¶4 Præt. Miracula a Chriſto facta, ad ſalutem hominum ordinātur: ſed quædam dęmonia ab hominibus eiecta fuerūt cum hominum detrimento, quandoque quidem

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæquartæ Articulum primum.*

TItulus clarus eſt.

¶In corpore vna cōcluſio. Conueniens fuit Chriſtum dæmones ab obſeſſis eijcere. Probatur: Miracula Chrī ſunt argumentum fidei. ergo conuenienter ſunt argumentū dęmonis expellendi a genere humano. ergo cōueniens fuit, &c. Probatur conſequentia prima, quia futurum erat vt dæmones a credentib⁹, ſpiritualiter pellerentur, Io. 12. Secunda conſequentia eſt clara: quia ſenſibile eſt argumētum ſpiritualis.

¶ Vide hic nouitie, quòd Auctor figurali ratione contentus, non curauit literalem pro principali ponere, vtpote manifeſtiorem, vt ſcilicet poteſtatem ſuam ſupra & contra dæmones monſtraret.

¶In reſponſione ad ſecundū tractatur, an Chriſtus fuerit cognitus a dæmonibus, & duæ tanguntur quæſtiones, an ſ. cognouerint ipſum eſſe Chriſtum ſeu Meſſiam in lege promiſſum, & an cognouerint ipſum eſſe verum deum. Et de prima quæſtione tenetur pars affirmatiua auctoritate Lucæ euangeliſtæ dicentis ex propria perſona, ꝙ dæmones ſciebant ipſum eſſe Chriſtum. De ſecunda autem quæſtione certitudo nō habetur: quia ex pſona dæmonum dicitur ibidem. ſ. Luc. 4. Tu es filius dei: dæmon aūt & mendax eſt, & explorati ue locutus videtur. Ad hoc ſunt auctoritates doctorū. Bedæ autē auctoritas caute legenda eſt, quia in gloſſa ordinaria truncata affertur: integra aūt in catena aurea: ita ꝙ ex Beda vnum tantum affirmatum habemus, ſ. ꝙ verbum Apoſt. 1. ad Cor. 2. Si cognouiſſent, nō



refertur ad Chriſtum nec dei filium, ſed ad myſterium efficaciæ paſſionis & reſurrectionis Chriſti, ſcilicet quòd eiciendus ipſe diabolus eſſet, & breuiter quòd Chriſto danda eſſet omnis poteſtas in cælo & in terra. Et re uera textus Apoſtoli capax eſt iſtius ſenſus, ut patet intuenti contextum.

¶ Sed occurrit tunc dubium, quo pacto diabolus aut ſciens aut multum dubitans Chriſtum eſſe uerum deum potuit rationabiliter incitare iudæos ad mortem Chriſti: ſciebat enim quòd ſi eſſet uerus deus, actū eſſet de regno ipſius dæmonis.

¶ Sed ſi ſuperbia diaboli conſideretur conſentaneum rationi ſuperbiæ eius apparebit, quòd etiam ſi ſciuiſſet Ieſum Chriſtum eſſe uerū deum, adhuc procuraſſet ipſius mortem, ut fecit. Ex eo enim quòd ſcientia illa non eſt ſcientia euidentiæ, ſed fidei coactæ ex Scripturis & miraculis, ac per hoc unum ſic ſcitum non generat ſcientiā alterius, puta effect⁹: non enim eſt in hoc ſciēdi modo, ſicut in ſcientia demonſtratiua, ī qua ex una cauſa cognita deducuntur omnes illius effectus) cognita deitate reſtabat incognitū, quid futurum eſſet. Nec ſuberat ratio deducendi p certo multa excellentia ſequēda, quia experientia teſtabatur multa ualde uilia illi deitati adiungi, ſi ille homo uere erat deus: unde rationabiliter ſecundum ſupērbiam ſuam agens dæmon, cogitauit pugnare contra ipſum, auferendo illi uitam honorem, famam, diſcipulos, & cet. cogitans quòd ſi non eſt deus, ſed Meſsias purus homo, iā proſtraui eum, & ſi eſt uerus deus non parum feci, habere hāc uictoriam contra ipſum deum, & poſtea uidebitur quid deus faciet, tutiorē enim partē ſe putauit eligere, habendo primam uictoriam uincere deum in hoc mundo, neſciēs quid poſtea ſequeretur. Et propterea beneverabilis Beda dixit, quòd ſi cognouiſſet latens myſterium ſequentis fructus, num-

quam dominum glorię crucifixiſſent, non quin etiam ipſum deū auderet aggredi (quoniam ſcriptum eſt, Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper) ſed quia proprium damnum uitare uoluiſſet deum habere tantam gloriam, ut uinceret ipſum diabolum iuſtitia, ut eſſet redemptor ac ſaluator, ut eſt. Hæc de Beda.

¶ Sed de quæſtione ipſa, parti affirmatiuæ multum fauet cōcluſio pręcedentis articuli: ita quòd, & ſimpliciter & ad hominem non parua conſurgit quæſtio, quo pacto ſi miracula Chriſti ſimul cum illius doctrina iuncta, ſufficiēter illius probant deitatem, dæmones omnium ſcrutatores & intelligentia uigentes, in dubio deitatis ipſius perſiſtebant. Ad hoc dicitur, quòd quia miracula etiam doctrinę Chriſti iuncta, non erant ſufficientia ad cauſandam notitiam euidentiæ, ſed fidei coactę vel volūtariæ, đitatis Chriſti potuit permanere dubiū apud dęmōes, ex hoc ꝙ non penetrabāt habitudo miraculorū ac doctrinę ad gratiā unionis pſonalis in Chriſto: quod ex aliquo trium prouenire potuit, uel ex opinione plurium cauſarum, ex quibus procedere poſſent & miracula & doctrina, tunc non plene manifeſtata, quo ad ſenſum uerum, qui poſt apertus eſt, ita quòd licet ipſa miracula ex ſe ſufficerent, non penetranti tamen nō erant ſufficientia: latebat autem dæmonem huiuſmodi habitudo, quia miracula poterant ex alia gratia, quàm unionis procedere. Et ſimiliter dei proprietates, & nomina, quæ de ſe Chriſtus dicebat, poterat putari, quòd ſecundum aliam gratiam quàm unionis uerificarentur: habitudo enim miraculorū & doctrinæ Chriſti nō erat habitudo euidētiæ, ſed ſolius fidei mater ſecundū naturalē cognitionē, & ꝓpterea locus ſemper ſuſpitioni de oppoſito ignoto relinquit. Sicut ſi uideremus mortuū reſuſcitari, ſciremus ex ſupernaturali quadam uirtute hoc fieri, ſed qua-

corporali, ſicut dicitur Marci 9. ꝙ dæmon ad præceptum Chriſti exclamans, & multum diſcerpens hominē, exiit ab eo, & factus eſt ſicut mortuus, ita ut multi dicerēt, quia mortuus eſt. Qn̄q; etiam cū damno rerum, ſicut qn̄ dæmones ad eorum preces miſit in porcos, quos præcipitauerunt in mare: unde ciues illius regionis rogauerūt eū, ut tranſiret a finibus eorū, ut legitur Mat. 7. ergo uidetur incōuenieēter feciſſe huiuſmodi miracula.

SED CONTRA eſt, ꝙ Zach. 13 hoc pręnuntiatum fuerat, ubi dicitur, Spiritum immundum auferam de terra.

RESPON. Dicendum, quòd miracula quæ Chriſtus fecit, argumenta quædā fuerunt fidei, quam ipſe docebat. Futurū autem erat, vt per uirtutē diuinitatis eius excluderet dæmonū poteſtatē ab hominibus credituris in eum, ſecundū illud Io. 12. Nunc princeps huius mūdi eiicietur foras, & ideo cōueniens fuit ꝙ inter alia miracula ēt obſeſſos a dæmonibus liberaret.

AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ homines ſicut per Chriſtū erant a poteſtate dæmonū liberandi, ita p eum erant angelis conſociandi, ſecundū illud Col. 1. Pacificans per ſanguinē crucis eius, quæ in cælis & quæ in terris ſunt, & ideo circa angelos alia miracula hoībus demōſtrare nō cōueniebat, niſi ut angeli hominibus apparerent, qđ quidē factū eſt in natiuitate ipſius, & in reſurrectione & aſcenſione ei⁹.

Ad 2^m dicendum, ꝙ ſicut Aug.* dicit 9. de ciui. dei, Chriſtus tantū innotuit dæmonibus, quātum uoluit: tantū aūt uoluit, quantū oportuit: ſed innotuit eis, nō ſicut angelis ſanctis p id, qđ eſt uita ęterna: ſed per quædā tēporalia ſuæ uirtutis effecta: & primo quidē uidētes Chriſtum eſurire poſt ieiunium, æſtimauerunt eum non eſſe filium dei: unde ſuper illud Luc. 4. Si filius dei es, &c. dicit Ambr.* Quid ſibi uult talis ſermonis exorſ⁹, niſi quia cognouerat dei filium eſſe uēturum, ſed ueniſſe per infirmitatē corporis non putauit? Sed poſtmodum uiſis miraculis, ex quadā ſuſpicatione coniecturauit eum eſſe filium dei: unde ſuper illud Marci 1. Scio quòd ſis ſanctus dei, dicit Chryſoſtom. quòd non certam aut firmam aduentus dei habebat notitiam, ſciebat tamen ipſum eſſe Chriſtum in lege promiſſum: unde dicitur Luc. 4. Quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum. Quòd autem ipſum confitebantur eſſe filiū dei, magis erat ex quadam ſuſpitione, quàm ex certitudine: unde Beda dicit ſuper Luc.* Et dæmonia filium dei confitentur: & ſicut poſtea dicitur, ſciebant eum eſſe Chriſtum: quia cum ieiunio fatigatum eum diabolus uideret, uerum hominē intellexit: ſed quia tentando non præualuit, utrum filius dei eſſet, dubitabat: nūc autem per ſignorum potentiam, uel intellexit, uel poti⁹ ſuſpicatus eſt eſſe filium dei. non ideo igitur iudæis eum crucifigere perſuaſit, quia Chriſtum dei filiū non eſſe putauit, ſed quia ſe morte illius non præuidit eſſe damnandum: de hoc enim myſterio a ſęculis abſcondito, dicit Apoſtolus, ꝙ nemo principum huius ſęculi cognouit: ſi enim cognouiſſent, numquā Dominū gloriæ crucifixiſſent.

[illegible] pa[illegible] princ. [illegible]

Sup. illud Luc. 4. Sciebant ipſum eē Chriſtū. eſt c. 14. ſecund. ordi. Bedæ. to. 2

Ad 3^m dicendum, ꝙ miracula in expulſione dæmonum non fecit Chriſtus propter utilitatem dæmonum, ſed propter utilitatē hominum, ut ipſi eum glorificarent. Et ideo ꝓhibuit eos loqui ea, quę ad laudem ipſius pertinebāt: primo quidem, propter exemplum: quia, ut dicit Athanaſ.* compeſcebat eius ſermonem, quamuis uera fateretur: ut nos etiam aſſuefaciat, ne curemus de talibus, etiā ſi uera loqui uideantur: nefas eſt enim, ut cum adſit nobis ſcriptura diuina, inſtruamur a diabolo: eſt enim hoc periculoſum, quia ueritati frequenter dæmones immiſcent mendacia: ſecundo, quia (ſicut Chryſoſtom. dicit) non oportebat eos ſurripere officii apoſtolici gloriam, nec decebat Chriſti myſterium lingua fœtida publicari, quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatorum: tertio, quia (ut Beda * dicit) nolebat ex hoc inuidiā accendere iudæorum: unde etiam ipſi apoſtoli iubentur reticere de ipſo, ne diuina maieſtate prædicata, paſſionis diſpenſatio differatur.

*Id habet Chryſ. concione, 2. de Lazaro, ante me. to. 2. & Theoph. Luc. 4. & Marc. 1

[illegible] in Luc. [illegible]

C. 4. in Luc. Eſt ca. 14. ſecundū ordinē Bedæ, circa finem illius to. 2

Ad 4^m dicendum, quòd Chriſtus ſpecialiter uenerat docere & miracula facere propter utilitatem hominum, principaliter quantum ad animæ ſalutem. Et ideo



lter-

ſter ſe habeat deus
ad illam uirtutem il
lumque reſuſcitantē
neſciremus, & ſub
dubio hoc relinquen
tes miraremur: uel
ex deprauato appeti
tu dæmonum affe-
ctione ſuperbiæ, &
inuidiæ: quamuis
enim tētaret & ſcru
taretur diabolus ob
proprium amorem,
an eſſet deus, quia
tamen quod miſeri
uellent, hoc facile
credunt, incredibi-
le reddebatur diabo
lo, quòd humana na
tura ſupra angeli-
cam etiam beatam
eleuaretur, ita ut
unus homo eſſet ue-
re deus, præſertim
quia nulla naturali,
tam humana quàm
angelica ratione hoc
poſſibile apparebat.
unde tāquàm quod-
dam inopinabile, a
ſui adhæſione intel-
lectus hoc auerte-
bat. Vel quia Sera-
phim habent alas
ad uelandum, ut di-
citur Iſa. 6. diuina
prouidētia uelatum
ſic remanſit unio-
nis myſterium, ut
non certiores de eo
redderentur dæmo-
nes, donec conſu-
matum eſſet myſte-
rium redemptionis
humanæ, ne ſem-
per impediretur aut
differretur. Et ſi om-
nes tres dictæ ratio-
nes ſimul iunctæ fu-
rint, manifeſtius ap
parebit ratio dubitā
di in dæmonibus.

Hom.29.in Mat. circa med.t.2.

Mar.9. ſup uerbum in arg.cit. t.9.

*¶ Super quæſtionis quadrageſimæquartæ Articulum ſecundum.*

Cap.4.non multū remot. a fi.

Titulus clar⁹ pro
pter obſcuratio
nem ſolis tempore
paſſionis.

¶ In corpore uni-
ca concluſio. Con-
ueniēs fuit ut Chri-
ſtus miracula face-
ret etiam circa corpo
ra cæleſtia. Proba-
tur: Miracula Chri-
ſti debebant eſſe ta-
lia, ut ſufficienter
oſtenderent eum eſ-
ſe deum, & non ita
euidenter per mira-
cula circa corpora
inferiora, ſicut circa
cæleſtia hoc mon-
ſtratur. ergo con-
ueniens fuit, &cet.
Secunda pars aſſum
pti manifeſtatur ex
differentia inter cau
ſas actiuas in corpo-

Li.1. a tex. 20. uſq; ad 31. to.2

permiſit dæmones, quos eijciebat
hominibus aliquod nocumentum
inferre, uel in corpore uel in rebus
propter animæ humanæ ſalutem,
ad hominum ſcilicet inſtructionē:
unde Chryſoſtomus.* dicit ſuper
Matthæ. quòd Chriſtus permiſit
dęmonibus in porcos ire, nō quaſi
a dæmonibus perſuaſus, ſed pri-
mo quidem, ut inſtruat magnitu-
dinem nocumenti dæmonum, qui
hominibus inſidiantur: ſecundo,
ut omnes diſcerent, quoniam nec
aduerſus porcos auderent aliquid
facere, niſi ipſe conſenſerit: tertio,
ut oſtenderet quòd grauiora in il-
los homines operati eſſent, quàm
in illos porcos, niſi eſſent diuina
prouidentia adiuti. Et propter eaſ-
dem etiam cauſas permiſit eū, qui
a dæmonibus liberabatur, ad horā
grauius affligi, a qua tamen affli-
ctione eum continuo liberauit:
Per hoc etiam oſtenditur (ut Beda
dicit) quòd ſæpe dum conuerti ad
deum poſt peccata conamur, maio
ribus nouiſq; antiqui hoſtis pulſa
mur inſidiis: quod facit, uel ut
odium uirtutis incutiat, uel expul
ſionis ſuæ uindicet iniuriam. Fa-
ctus eſt etiam homo ſanatus velut
mortuus (ut Hierony.* dicit) quia
ſanatis dicitur, mortui eſtis, & ui-
ta ueſtra abſcondita eſt cum Chri-
ſto in deo.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum conuenienter facta fuerint miracula per Chriſtum circa cæleſtia corpora.*

AD SECVNDVM ſic proceditur.
Videtur quòd inconueniēter
fuerint a Chriſto facta miracula cir
ca cæleſtia corpora: ut enim Dio.*
dicit 4. cap. de Diui. no. diuinę pro
uidentiæ non eſt naturam corrūpe
re, ſed ſaluare. Corpora autem cæ-
leſtia ſecundum ſuam naturā ſunt
incorruptibilia & inalterabilia, ut
probatur in primo de cælo.* ergo
non fuit conueniens, ut per Chri-
ſtum fieret aliqua immutatio circa
ordinem cæleſtium corporum.
¶ 2 Præte. Secundum motum cæle-
ſtium corporum, temporū curſus
deſignantur, ſecundum illud Gen.
1. Fiant luminaria in firmamento
cæli, & ſint in ſigna, & tempora, &
dies, & annos. Sic ergo mutato cur
ſu cæleſtium corporum, mutatur
temporū diſtinctio et ordo: ſed nō
legitur hoc eſſe perceptū ab Aſtro
logis, qui contemplātur ſidera, &
computant menſes, ut dicitur Iſa.
47. ergo uidetur ꝙ per Chriſtum

F non fuerit aliqua mutatio facta cir
ca curſum cæleſtium corporum.
¶ 3 Præte. Magis competebat Chri-
ſto facere miracula uiuēs & docēs,
quàm moriens: tum quia, vt dici-
tur ſecundæ ad Cor. vlti. Crucifi-
xus eſt ex infirmitate, ſed uiuit ex
uirtute dei, ſecundum quam mira
cula faciebat: tū etiā quia eius mi-
racula cōfirmatiua erant doctrinæ
ipſius: ſed in uita ſua non legitur,
Chriſtum aliquod miraculum cir-
ca cęleſtia corpora feciſſe, quinimo
G phariſęis petentibus ab eo ſignum
de cælo, eis dare renuit, ut habetur
Mat. 12. & 16. ergo uidetur, ꝙ nec
in morte circa cæleſtia corpora ali
quod miraculū facere debuerit.

SED CONTRA eſt, quòd di
citur Luc. 23. tenebrę factæ ſunt in
uniuerſa terra uſque ad horam no
nam, & obſcuratus eſt ſol.

RESPON. Dicēdum, ꝙ (ſicut
ſupra dictum eſt*) miracula Chri-
ſti talia eſſe debebant, ut ſufficien-
ter eum eſſe deum oſtenderēt. Hoc
autem non ita euidenter oſtendi-
tur per tranſmutationes corporū
H inferiorum, quæ etiam ab aliis cau
ſis moueri poſſunt, ſicut per tranſ
mutationem curſus cæleſtium cor
porum, quæ a ſolo deo ſunt immo
biliter ordinata, & hoc eſt quod
Dion.* dicit in Epiſtola ad Poly-
carp. Cognoſcere oportet non ali-
ter aliquādo poſſe aliquid peruer-
ti cæleſtis ordinationis & motus,
niſi cauſam haberet ad hoc mouē-
tem, quæ facit omnia, & mutat ſe-
cundum ſuum ſermonem. Et ideo
I conueniens fuit, ut Chriſtus mi-
racula faceret etiam circa cæle-
ſtia corpora.

AD PRIMVM ergo dicēdū,
quòd ſicut inferioribus corpori-
bus naturale eſt moueri a cæleſti-
bus corporibus (quæ ſunt ſuperio
ra ſecundum naturæ ordinem) ita
etiam naturale eſt cuilibet creatu-
ræ, ut tranſmutetur a deo ſecun-
dum eius uoluntatem: unde Aug.
*dicit 26. Contra Fauſtum, & ha-
betur in gloſſ. Roman. 11. ſuper il-
lud: contra naturam inſertus es,
K &c. deus creator & conditor om-
nium naturarum [d] nihil contra naturam facit, quia. i.
cuique rei natura, quod facit, & ita non corrumpitur
natura cæleſtium corporum, cum eorum curſus im-
mutatur a deo: corrūperetur autem, ſi ab aliqua alia
cauſa immutaretur.

Ad 2^m dicendum, quòd per miraculum a Chriſto
factum, non eſt peruerſus ordo temporum: Nam ſecū
dum quoſdam illæ tenebræ uel ſolis obſcuratio, quæ
ī paſſione Chriſti accidit, fuit propter hoc, ꝙ ſol ſuos
radios retraxit, nulla immutatione facta circa motum
cæleſtium corporum, ſecundum quē tempora menſu-
rantur

ra inferiora, & acti-
uas in cæleſtia, & au
ctoritate Dion.
¶ In reſponſione ad
primū intellige uer-
ba Auctoris cum gra
no ſalis, & ſic quòd
ſicut corpora elemē-
taria habent plures
motus naturales, ita
quòd unus motus
eſt eis naturalis ſe-
cundum propriam
naturam particula-
rem, & alius eſt eis
naturalis, ſecundum
quòd mouentur a ſu
periori, quaſi ſe-
cundum naturā uni
uerſalem (ut patet
de igne qui ultra na
turalem motum,
quo fertur ſurſum,
mouetur etiam natu
raliter motu circula
ri, ſequendo cælum,
& ſimiliter ferrum
ultra naturalem mo
tum, quo fertur deor
ſum, naturaliter mo
uetur ad adamantē,
quaſi ſuperiorem ſe
quens naturam, ita
corpora cæleſtia ul-
tra naturalem incli-
nationē ad ſuos cur
ſus naturaliter, hoc
eſt ſecundum poten
tiam obedientialem
ad uniuerſalem ſon
tem totius naturæ,
poſſunt immutari in
illud, quod Auctor
naturæ facit: utrobi
que enim eſt ꝓportio
interioris particula-
ris naturæ ad ſupe-
riorem uniuerſalem
naturam, quamuis
diuerſimode, quia
ibi curſus ordoque
naturæ inditus ſer-
uatur, hic autem,
quia ad naturam na
turantem aſcendi-
tur, noua adiiciun-
tur quæ a theologo
diuerſis reſpectibus,
& miraculoſa & na
turalia appellantur;
pro quāto enim acto
ri naturæ obediunt,
naturalia uocantur,
pro quanto ſupra na
turæ curſum poteſta
temq; fiunt, in mira
culorū ordine ſunt.

Ar.44.

Pari m... medi...

Lib... ... 6.

D 318



tantur: unde Hiero.* dicit ſuper Mat. Videtur lumina-
re maius retraxiſſe radios ſuos, ne aut pendentem ui-
deret Dominū, aut impii blaſphemantes ſua luce frue
rentur. Talis aūt retractio nō eſt ſic intelligēda, quaſi
ſol in ſua poteſtate habeat radios emittere uel retrahe
re: non. n. ex electione, ſed ex natura radios emittit, ut
dicit Dion. † 4. c. de Diu. no. ſed ſol dicitur retraxiſſe ra
dios, inquantū diuina uirtute factum eſt, ut ſolis radii
ad terrā non peruenirent. Origenes* aūt dicit, hoc acci
diſſe per interpoſitionem nobium: unde ſuper Math.
dicit: conueniens eſt intelligere quaſdam tenebroſiſſi
mas nubes multas et magnas concurriſſe ſuper Hieru
ſalē & terram iudææ, & ideo factæ ſunt tenebræ pro-
B fundæ a ſexta hora uſq; ad nonā. Arbitror. n. ſicut cete
ra ſigna quæ facta ſunt in paſſione, ſcilicet ꝙ uelum eſt
ſciſſum, quòd terra tremuit, &c. in Hieruſalem tantū-
modo facta ſunt, ita & hoc. Aut ſi latius uoluerit quis
extendere ad terram iudææ, propter hoc ꝙ dicitur: te-
nebræ factæ ſunt in uniuerſa terra, quod intelligitur
de terra iudæa, ſicut in 3. lib. Regum dixit Abdias ad
Eliam, Viuit Dominus deus tuus, quia non eſt gēs aut
regnum, ubi non miſerit Dominus meus quærere te,
oſtendens quòd eum quæſierat in gentibus quæ ſunt
circa iudæam: ſed circa hoc magis credendum eſt Dio
C nyſi. qui oculata fide inſpexit hoc accidiſſe per inter-
poſitionem Lunæ inter nos & Solem: dicit. n. in Epi-
ſtola ad Polycarpum,* inopinabiliter ſoli lunam inci-
dentem uidebamus, in Aegypto ſcilicet exiſtentes, ut
ibidem dicitur: & deſignat ibi quatuor miracula.

Quorum primum eſt, quòd naturalis eclipſis Solis,
per interpoſitionē Lunę, numquam accidit niſi tēpore
coniunctionis ſolis & lunæ, tunc autem erat luna in
oppoſitione ad ſolem, quintadecima exiſtēs, quia erat
Paſcha iudæorum: ūde dicit, † Non enim erat coniun-
ctionis tempus. Secundum miraculum eſt, ꝙ cum cir-
ca horam ſextam luna uiſa fuiſſet ſimul cū ſole in me-
dio cæli, in ueſperis apparuit ſuo loco, id eſt in Orien-
D te oppoſita ſoli: unde dicit, † Rurſus ipſam uidimus,
ſcilicet lunam, a nona hora (in qua. ſ. receſſit a ſole ceſ-
ſantibus tenebris) uſq; ad ueſperā ſupernaturaliter re
ſtitutam ad diametrum ſolis, id eſt ut diametraliter eſ
ſoli oppoſita: & ſic patet quòd non eſt turbatus con-
ſuetus temporum curſus, quia diuina uirtute factum
eſt, & quòd ad ſolem ſupernaturaliter accederet pręter
tempus debitū, & ꝙ a ſole recedens, in locū proprium
reſtitueretur tempore debito. Tertium miraculum eſt,
ꝙ naturalis eclipſis ſemper incipit ab occidentali par-
te ſolis, & peruenit uſque ad orientalem, & hoc ideo
quia luna ſecundum proprium motum, quo moue-
tur ab occidente in orientem, eſt uelocior ſole in ſuo
proprio motu, & ideo luna ab occidente ueniens at-
tingit ſolem, & pertranſit ipſum, ad orientem tēdens.
E ſed tunc luna iam pertranſiuerat ſolem, & diſtabat ab
eo quaſi per medietatem circuli, in oppoſitione exi-
ſtens, unde oportuit quòd reuerteretur ad orientem
uerſus ſolē, & attingeret ipſum primo ex parte orien-
tali, procedens uerſus occidentem. Et hoc eſt quod
dicit, Eclipſim etiam ipſam ex oriente uidimus incho
atam, & uſque ad ſolarem terminum uenientē (quia
totum ſolem eclipſauit) poſtea regredientem. Quartū
miraculum fuit, quòd in naturali eclipſi ex eadē parte
incipit ſol prius reapparere, ex qua parte incępit prius
obſcurari, quia ſcilicet luna ſe ſoli ſubiiciens, naturali
ſuo motu ſolem pertranſit uerſus orientem, & ita par
tem occidentalem ſolis quam primo occupat, primo
etiam dereliquit; ſed tunc luna articuloſę ab oriente

A uerſus occidentem rediens, non pertranſiuit ſolē, ut
eſſet eo orientalior: ſed poſtquàm peruenit ad termi-
num ſolis, reuerſa eſt uerſus orientem, & ita partē ſo
lis, quam ultimo occupauit, primo etiā dereliquit, &
ſic ex parte orientali inchoata fuit eclipſis: ſed in par
te occidentali prius incępit claritas apparere, & hoc ē
quod dicit, & rurſus uidimus non ex eodē. i. nō ex ea
dem parte ſolis & defectū & purgationem, ſed ecōuer
ſo ſecundum diametrum factam. Quintum miraculū
addit Chryſ.* ſuper Matth. dicens, quòd tribus horis
tunc tenebræ permanſerunt, cum eclipſis ſolis in mo-
mento pertranſeat. non. n. habet morā, ut ſciunt illi q
conſiderauerunt: unde datur intelligi, quòd luna quie
B uerit ſub ſole, niſi forte uelimus dicere, quòd tempus
tenebrarum computatur ab inſtanti, quo ſol incępit
obſcurari, uſq; ad inſtās in quo totaliter fuit repurga-
tua: ſed ſicut Origenes* dicit ſuper Mat. aduerſus hoc
filii ſeculi huius dicunt, quomodo hoc factum tā mi-
rabile nemo græcorum aut barbarorum ſcripſit? Et
dicit, ꝙ quidā nomine Phlegon in Chronicis ſuis ſcri-
pſit hoc in principatu Tiberij Cæſaris factum: ſed non
ſignauit quòd fuerit in luna plena. Potuit ergo hoc cō
tingere, quia Aſtrologi ubiq; terrarum tunc temporis
exiſtentes, non ſolicitabantur de obſeruanda eclipſi,
C quia tempus non erat, ſed illam obſcuritatem ex ali-
qua paſſione aeris accidere putauerunt: ſed in Aegy-
pto, ubi raro nubes apparent propter aeris ſerenitatē
permotus eſt Dio. & ſocij eius, ut prędicta circa illam
obſcuritatem obſeruarent.

Ad 3^m dicendum, quòd tunc præcipue oportebat
in Chriſto diuinitatem per miracula oſtendere, quādo
in eo maxime apparebat infirmitas ſecundum huma-
nam naturam, & ideo in Chriſti natiuitate ſtella noua
in cælo apparuit: unde Maximus dicit in ſermone Na
tiuitatis, Si pręſepe deſpicis, erige parūper oculos, et
nouam in cælo ſtellam, proteſtantem mundo natiuita
tem Dominicam, contuere. In paſsione autem adhuc
D maior infirmitas circa humanitatem Chriſti apparuit
& ideo oportuit ut maiora miracula oſtenderētur cir-
ca principalia mundi luminaria, & ſicut Chryſ.* dicit
ſuper Matt. hoc eſt ſignum quod petentibus promitte
bat dare, dicens, Generatio praua & adultera ſignum
quærit & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionę pro
phetæ, crucem ſignificans & reſurrectionem: etenim
multo mirabilius eſt in eo, qui crucifixus erat, hoc fie
ri, quàm ambulante eo ſuper terram.

Hom.89.in Matth.non multū longe a princ. tom.2

Hom.35.in Mat.fo.4.& 5.in fine ante finē ho. to.3

Hom.89.in Mat. circa prin.to.2

## ARTICVLVS III.

*Vtrum conuenienter Chriſtus circa homines miracula fecerit.*

AD TERTIVM ſic procedi-
tur. Videtur quòd inconue-
E niēter Chriſtus circa homines mi
racula fecerit. In homine enim po
tior ē anima quàm corpus: ſed cir-
ca corpora multa miracula Chri-
ſtus fecit, circa animas uero nulla
miracula legitur feciſſe, nam neq;
aliquos incredulos ad fidem uir-
tuoſe conuertit, ſed admonēdo &
exteriora miracula oſtendendo, ne
que etiam aliquos fatuos ſapien-
tes legitur feciſſe. ergo uidetur ꝙ
non conuenienter ſit circa homi-
nes miracula operatus.

*¶ Super Quæſtionis quadrageſimæquartæ Articulum tertium.*

Titulus clarus ē.
¶ In corpore
una concluſio: Con-
uenienter Chriſtus
circa homines mira
cula fecit. Probatur,
ea quæ ſunt ad finē,
debent conſonare fi-
ni: ſed aduentus, mi
racula doctrinaque
Chriſti ſunt ad ſalu
tem humanam, ut
finem. ergo debuerūt
ei cōſonare. ergo quę
dā ſalutifera circa ho
mines conuenerunt
miracula ad finē vni
uerſalis ſalutis: Mi-
nor patet, Ioan. 3. &
omnia clara ſunt,

Q.præ.ar.2 ¶ Hic,ſicut in mille locis,nota, Auctorē nihil ſibi arrogare de ſanctorum doctrina: ſed ſingula quum po tuiſſet complecti pro prio nomine,maluit ſingulis doctoribus tribuere,ut utrumq; doceret, & miracula Chriſti & humilitatem.

¶2 Præt. Sicut ſupra dictū eſt,*Chriſtus faciebat miracula uirtute diuina,cuius propriū eſt ſubito operari & perfecte,abſq; adminiculo alicuius: ſed Chriſtus non ſemper ſubito homines curauit,quantum ad corpus: dicitur.n. Marc.8.ꝙ apprehenſa manu cęci,eduxit eū extra uicum,& expuens in oculos eius,impoſitis manibus,interrogauit eum ſiquid uideret, & aſpiciens ait, uideo homines uelut arbores ambulantes. Deinde iterum impoſuit manus G ſuper oculos eius,& cœpit uidere, & reſtitutus eſt ei uiſus,ita ut clare uideret omnia,& ſic patet quòd non ſubito eum curauit: ſed primo quidem imperfecte & per ſputum. ergo uidetur non conuenienter circa homines miracula feciſſe.

¶3 Præt. Quæ ſe inuicem non conſequuntur,nō oportet ꝙ ſimul tollantur: ſed ægritudo corporalis nō ſemper ex peccato cauſatur, ut patet per illud,quod Dominus dicit Ioan. 9. Neque hic peccauit neque parentes eius,ut cæcus naſceretur. non ergo oportuit ut hominibus corporum curationem quærentibus peccata dimitteret, ſicut legitur feciſſe circa paralyticum, H Matth. 9. præſertim quia ſanatio corporalis cū ſit minus,quàm remiſſio peccatorum,non uidetur eſſe ſufficiens argumentum,quòd poſſit peccata dimittere.

¶4 Præt. Miracula Chriſti facta ſunt ad confirmationē doctrinæ ipſius, & teſtimonium diuinitatis eius,ut ſupra dictum eſt:*ſed nullus debet impedire finem operis ſui. ergo uidetur inconuenienter Chriſtus quibuſdam miraculoſe curatis præcepiſſe,ut nemini dicerēt, ut patet Matth.9.& Marc.8. præſertim quia quibuſdā aliis mandauit,ut miracula circa ſe facta publicarent: ſicut Mar. 5. legitur,quòd dixit ei,quem a dæmonibus liberauerat,uade in domum tuam ad tuos, & annūtia eis,quanta tibi Dominus fecerit. (Q.præ.ar.4)

Sᴇᴅ ᴄᴏɴᴛʀᴀ eſt, ꝙ dicitur Mar. 7. Bene omnia fecit, & ſurdos fecit audire, & mutos loqui. I

Rᴇsᴘᴏɴ. Dicendum,quòd ea, quæ ſunt ad finem, debent fini eſſe proportionata: Chriſtus autem ad hoc in mundum uenerat, & docebat,ut homines ſaluos faceret, ſecundum illud Ioan. 3. Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum ut iudicet mundum: ſed ut ſaluetur mundus per ipſum,& ideo conueniēs fuit,ut Chriſtus particulariter homines miraculoſe curando,oſtenderet eſſe uniuerſalem, & ſpiritualem hominum ſaluatorem.

Aᴅ ᴘʀɪᴍᴠᴍ ergo dicendum, quòd ea quæ ſunt ad finem, diſtinguuntur ab ipſo fine. Miracula autem a Chriſto facta ordinabantur ſicut ad finem, ad rationalis partis ſalutem,quæ conſiſtit in ſapientiæ illuſtratione & hominum iuſtificatione, quorum primum K præſupponit ſecundum: quia, ut dicitur Sapient. 1. In maleuolam animam non introibit ſapientia,nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Iuſtificare autem homines, non conueniebat niſi eis uolentibus: hoc enim eſſet & contra rationem iuſtitiæ, quæ rectitudinem uoluntatis importat, & etiam contra rationem humanæ naturæ, quæ libero arbitrio ad bonum ducenda eſt, non autem per coactionem. Chriſtus ergo uirtute diuina interius homines iuſtificauit, non tamen eis inuitis, nec hoc ad miracula pertinet, ſed ad miraculorum finem. Et ſimiliter etiam uirtute diuina ſimplicibus diſcipulis diuinam ſapientiam infudit: unde dicit eis Lucæ. 21. Ego dabo uobis os & ſa- F pientiam, cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes aduerſarii ueſtri: quod quidem quantum ad interiorem illuminationem inter uiſibilia miracula non numeratur: ſed ſolum quantum ad exteriorem actum,inquantum ſcilicet uidebant homines eos,qui fuerant illiterati, & ſimplices, tam ſapienter & conſtanter loqui: unde dicitur Actuum 4. Videntes iudæi Petri conſtantiam & Ioannís,comperto quòd homines eſſent ſine literis, & idiotæ, admirabantur. Et tamen huiuſmodi ſpirituales effectus, etſi a miraculis uiſibilibus diſtinguuntur, ſunt tamen quædam teſti- G monia doctrinæ, & uirtutis Chriſti, ſecundum illud Hebr.2. Conteſtante deo ſignis & portentis, & uariis uirtutibus,& Spiritus ſancti diſtributionibus: ſed tamen circa animas hominum,maxime quantum ad immutandas inferiores uires, Chriſtus aliqua miracula fecit: unde Hieronym.*ſuper illud Matth. 9. Surgens ſecutus eſt eum, dicit, Fulgor ipſe & maieſtas diuinitatis occultæ,quæ etiam in facie relucebat humana, uidentes ad ſe trahere poterat ex primo aſpectu, & ſuper illud Mat. 21. Eiiciebat omnes uendentes & emētes,&c. dicit idem Hierony. † Mihi inter omnia ſigna quæ fecit Dominus,hoc uidetur eſſe mirabilius,quòd H unus homo & illo tempore contemptibilis, potuerit ad unius flagelli uerbera tantam eiicere multitudinē: igneum enim quiddam atque ſydereum radiabat ex oculis eius,& diuinitatis maieſtas lucebat in facie ei'. Et Orige.*dicit ſuper Ioan. Hoc eſt maius miraculum eo,quo aqua conuerſa eſt in uinum,eo quòd illic inanimata ſubſiſtit materia, hic uero tot milium hominum domantur ingenia. Et ſuper illud Ioan. 18. Abierunt retrorſum & ceciderunt in terrā,dicit Aug.† una uox turbam odiis ferocem,armiſq; terribilem ſine telo ullo percuſſit,repulit,ſtrauit: deus enim latebat in carne. Et ad idem pertinet,quod dicitur Luc. 4. quòd Ieſus tranſiens per medium illorum ibat: ubi dicit Cryſoſtom. quòd ſtare in medio inſidiantium & non I apprehendi, diuinitatis eminentiam oſtendebat. et quòd dicitur Ioan. 8. Ieſus abſcondit ſe & exiuit de templo: ubi Auguſtin. dicit, Non abſcondit ſe in angulo templi quaſi timens,uel poſt murum aut columnam diuertens: ſed diuina poteſtate ſe inuiſibilem inſidiantibus conſtituens, per medium illorum exiuit. Ex quibus omnibus patet, ꝙ Chriſtus quando uoluit, uirtute diuina animas hominum immutauit, non ſolum iuſtificando, & ſapientiam infundendo, quod pertinet ad miraculorum finem: ſed etiam exterius alliciendo,uel terrendo,uel ſtupefaciēdo,quod pertinet ad ipſa miracula.

Ad 2ᵐ dicendū, quòd Chriſtus uenerat ſaluare mūdum,non ſolum uirtute diuina,ſed per myſterium incarnationis ipſius. Et ideo frequenter in ſanatione in- K firmorum non ſola poteſtate diuina utebatur, curando per modum imperii, ſed etiam aliquid ad humanitatem ipſius pertinens apponendo: unde ſuper illud Luc. 4. Singulis manus imponens,curabat omnes,dicit Cyrillus,quamuis ut deus potuiſſet oēs uerbo pellere morbos, tangit tamē omnes,oſtendens propriam carnem efficacem ad præſtanda remedia. Et ſup illud Mar. 8. Expuēs in oculos eius impoſitis manibus,&c. dicit Chryſ.*Spuit quidē & manus imponit cæco,uolens oſtendere ꝙ uerbum diuinum operationi adiunctum miracula perficit: manus .n. operationis eſt oſtēſiua, ſputū ſermonis ex ore prolati. Et ſuper illud Ioā. 9. Fecit lutū ex ſputo,& liniuit lutū ſuper oculos cęci, dicit Auguſt.† De ſaliua ſua lutum fecit,quia uerbum caro

Super illud Mat. 4. ... tranſiens ... dit homines ſedentes ...

† Super illud Mat. ... uidetur ... & ſcripturæ ... rabilius quæ fecit ...

* In ... q ſiber ... mo ... proda ... no Domini 1555 ... fiis

† Tract. ... in Ioi. ... medii ...

Hom ... Mar. ... medi ...

Tract. ... Io ... meæ ... tom. ...



caro factum eſt. Vel etiam ad ſignificandum,quòd ipſe erat qui ex limo terræ hominē formauerat, ut Chryſoſt. dicit: eſt autem circa miracula Chriſti,conſiderandum,quòd communiter perfectiſſima opera faciebat, unde ſuper illud Ioan. 2. Omnis homo primum bonum uinum ponit,dicit Chryſoſt.* Talia ſunt Chriſti miracula,ut multo his,quæ per naturam fiunt,ſpecioſiora & utiliora fiant, & ſimiliter in inſtanti infirmis perfectam ſanitatē conferebat: unde ſuper illud Mat. 8. Et ſurrexit,& miniſtrabat illis,dicit Hierony.† Sanitas quæ confertur a Domino,tota ſimul redit. Specialiter autem in illo cæco contrarium fuit propter infidelitatem ipſius,ut Chyſo.* dicit. Vel ſicut Beda † dicit, quem uno uerbo totum ſimul curare poterat, paulatim curat,ut magnitudinem humanæ cæcitatis oſtendat,quæ uix, & quaſi per gradus ad lucem redeat, & gratiam ſuam nobis indicet, per quam ſingula perfectionis incrementa adiuuat.

Hom. 21. in Io. poſt medium to. 3
† Super illud Mat. 8. Cum ueniſſet Ieſus in domum Petri to. 9
* Ho. 9. in Mat. ... 
† Beda Mar. 8. in c. 34. ſecundū eius ... to. 2
* Q. præ. ar. ...

Ad 3ᵐ dicendum,quòd ſicut ſupra dictū eſt,*Chriſtus miracula faciebat uirtute diuina: dei autem perfecta ſunt opera,ut dicitur Deuter. 32. Non eſt autē aliquid perfectum,ſi finem non conſequatur: finis autē exterioris curationis per Chriſtum factæ, eſt curatio animæ, & ideo non conueniebat Chriſto,ut alicuius corpus curaret, niſi eius curaret animam: unde ſuper illud Ioan. 7. Totum hominem ſanum feci in ſabbatho,dicit Aug.* ꝙ curatus eſt,ut ſanus eſſet in corpore,& credidit,ut ſanus eſſet in anima. Specialiter autē paralytico dicitur, Dimittuntur tibi peccata, quia ut Hier.† dicit ſuper Mat. datur ex hoc nobis intelligētia pp peccata pleriſq; eueniī corporū debilitates,& ideo forſitan prius dimittūtur peccata,ut cauſis debilitatis ablatis,ſanitas reſtituatur: unde & Ioā. 5. dicitur,iam noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. ubi dicit Chryſ.* Diſcimus ꝙ ex peccatis nata erat ei ægritudo. Quamuis autem,ut Chryſo.† dicit ſuper Mat. quanto anima eſt potior corpore, tanto peccatū dimittere maius ſit,quàm corpus ſanare, quia tamē illud non eſt manifeſtum,facit minus quod eſt manifeſtius,ut demonſtraret maius & non manifeſtum.

Tract. 30. in Io. a medio to. 9
† Mat. 9 ſuper illud, quod eſt facilius dicere to. 9
Ho. 37. in Io. to. 3.
† Homi. 30. in Matth. a med. to. 2

Ad 4ᵐ dicendum, ꝙ ſuper illud Matth. 9. Videte ne quis ſciat, dicit Chryſ.* Non eſt hoc contrarium quod hic dicitur ei,quod alteri dicit: unde & annuntia gloriam dei: erudit enim nos prohibere eos qui uolunt nos propter nos laudare, ſi autem ad gloriam dei refertur, non debemus prohibere, ſed magis iniungere, ut hoc fiat.

Hom. 33. in Matth. non multum longe a princ. to. 2.

## Aʀᴛɪᴄᴠʟᴠs IIII.

*Vtrum conuenienter Chriſtus fecerit miracula circa creaturas irrationales.*

*¶ Super Quæſtionis quadrageſimæquartæ Articulum quartum.*

Titulus clarus ē. ¶ In corpore una concluſio: conuenienter Chriſtus fecit miracula in creaturis irrationalibus. Probatur: miracula Chriſti fuerunt ad monſtrandam illius deitatem pro ſalute hominum,ſed ad deitatis uirtutē ſpectat ſubiectio omnium, ergo cōueniēs fuit,ut ī oībus generib' creaturarū Chrs miracula faceret. ergo ī irrōnalib'. Oīa clara ſūt.

Aᴅ ǫᴠᴀʀᴛᴠᴍ ſic proceditur. Videtur quòd inconuenienter fecerit Chriſtus miracula circa creaturas irrationales Bruta enim animalia ſunt nobiliora plantis: ſed Chriſtus fecit aliquod miraculū circa plantas, puta cum ad uerbū eius eſt ſiccata ficulnea, ut dicitur Mat. 21. ergo uidetur quòd etiam circa animalia bruta miracula facere debuiſſet.

¶2 Præt. Pœna non iuſte infertur, niſi pro culpa: ſed non fuit culpa A ficulneæ, quòd in ea Chriſtus fructum non inuenit, quando non erat tempus fructuum. ergo uidetur ꝙ inconuenienter eam ſiccauerit.

¶3 Præt. Aqua & aer ſunt in medio cæli & terræ: ſed Chriſtus aliqua miracula fecit in cælo (ſicut ſupra dictum eſt*) ſimiliter etiam in terra,quando in eius paſſione terra mota eſt. ergo uidetur quòd etiam in aere, & aqua aliqua miracula facere debuerit, ut mare diuideretur, ſicut fecit Moyſes,uel etiam flumen, ſicut fecerunt Ioſue & Helias, & ut fierent in aere tonitrua, B ſicut factum eſt in monte Sinai, quando lex dabatur, & ſicut Helias fecit 3. Reg. 13. (Art. 1. & 2. huius q.)

¶4 Præt. Opera miraculoſa pertinēt ad opus gubernationis mundi per diuinam prouidentiam: hoc autem opus præſupponit creationem. inconueniens ergo uidetur quòd Chriſtus in ſuis miraculis uſus eſt creatione, quando ſcilicet multiplicauit panes, non ergo conuenientia uidentur fuiſſe eius miracula circa irrationales creaturas.

Sᴇᴅ ᴄᴏɴᴛʀᴀ eſt, quòd Chriſtus eſt dei ſapientia, de qua dicitur Sapient. 8. quòd diſponit omnia ſuauiter.

Rᴇsᴘᴏɴ. Dicendū, ꝙ (ſicut ſupra dictum eſt*) miracula Chriſti ad hoc ordinabantur, quòd uirtus diui- C nitatis cognoſceretur in ipſo ad hominum ſalutem. Pertinet autem ad uirtutem diuinitatis, ut omnis creatura ſit ei ſubiecta, & ideo in omnibus creaturarum generibus miracula eū facere oportuit,& non ſolū in hominibus,ſed etiam in irrationabilis creaturis. (Art. præce.)

Aᴅ ᴘʀɪᴍᴠᴍ ergo dicendū, quòd animalia bruta propinque ſe habent ſecundum genus ad hominē, unde & in eodem die cum homine facta ſunt. Et quia circa corpora humana multa miracula fecerat, non oportebat quòd circa corpora brutorū animalium aliqua miracula faceret, præſertim quia quantum ad naturam ſenſibilem & corporalem, eadē ratio eſt de hominibus et de aliis animalibus, præcipue terreſtribus. D Piſces aūt cū uiuāt in aqua, magis a natura hominum differunt, unde & alio die ſunt facti, in quibus miraculum Chriſtus fecit in copioſa piſcium captura, ut legitur Luc. 5. & Io. ult. & etiam in piſce, quem Petrus cępit, & in eo inuenit ſtaterem. Quòd autē porci in mare præcipitati ſunt, non fuit operatio diuini miraculi: ſed operatio dæmonum ex permiſſione diuina.

Ad 2ᵐ dicendum, ꝙ ſicut Chryſ.* dicit ſuper Mat. cum in plantis uel brutis aliquid tale Dominus operatur, non quæras qualiter iuſte ſiccata eſt ficus, ſi tēpus non erat: hoc.n. quærere eſt ultimæ dementiæ: quia.ſ. in talibus non inuenitur culpa & pœna: ſed miraculū inſpice, & admirare miraculi factorem: nec facit creator iniuriā poſſidenti, ſi creatura ſua ſuo arbitrio vtatur ad aliorum ſalutem: ſed magis (ut Hilar.* dicit ſup Mat.) in hoc bonitatis diuinæ argumentū reperimus: E nam ubi afferre uoluit procuratę per ſe ſalutis exemplum, uirtutis ſuę poteſtatem in humanis corporibus exercuit: ubi uero in contumaces formam ſeueritatis conſtituebat, futuri ſpeciem damnatio arboris indicauit. & præcipue (ut Chryſ.† dicit) in ficulnea, quæ eſt humidiſſima, ut miraculum maius appareat.

Hom. 68. in Mat. dū agit de Hiſt. ficulneæ. t. 3

Ca. 21. in Mat. parum ante mediū

Loco iā dicto in prin. huius ſolutionis.

Ad 3ᵐ dicendū, ꝙ Chriſtus etiam in aqua et in aere fecit miracula, quæ ſibi conueniebant, quando ſcilicet ut legitur Mat. 8. imperauit uentis & mari, & facta eſt tranquillitas magna. Non autem conueniebat ei, qui omnia in ſtatum pacis, & tranquillitatis reuocare uenerat, ut uel turbationę aeris, uel diuiſionē aquarū faceret: unde Apoſtolus dicit Hebr. 12. Nō acceſſiſtis ad tra-

tractabilem & acceſſibilem ignem, & turbinem & caliginem & procellam. Circa paſſionem tamen diuiſũ eſt uelum, ad oſtendendum reſerationem myſteriorũ legis. Aperta ſunt monumenta, ad oſtendendum quòd per eius mortem, mortuis uia daretur. Terra mota eſt & petræ ſciſſæ ſunt, ad oſtendendum quòd lapidea hominum corda per eius paſſionem emollirentur, & quòd totus mundus uirtute paſſionis eius erat in melius commutandus.

Ad 4^m dicendum, quòd multiplicatio panum non eſt facta per modum creationis, ſed per ^a additionem extraneæ materiæ in panes conuerſæ: unde Augu. ſuper Ioan. dicit:* unde multiplicat de paucis granis ſegetes, inde in manibus ſuis multiplicauit quinque panes. Manifeſtum eſt autem, quòd per conuerſionem grana multiplicantur in ſegetes.

D.968. Trac.24. in Io. non procul a princ. 10.9

## QVAESTIO XLV.

*De transfiguratione Chriſti, in quatuor articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de transfiguratione Chriſti.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrũ cõueniens fuerit Chriſtũ transfigurari.
¶ Secundo, Vtrum claritas transfigurationis fuerit claritas glorioſa.
¶ Tertio, De teſtibus transfigurationis.
¶ Quarto, De teſtimonio paternæ uocis.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum fuerit conueniens Chriſtum transfigurari.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens Chriſtum transfigurari: non enim competit uero corpori, ut in diuerſas figuras mutetur, ſed corpori phantaſtico. Corpus autem Chriſti non fuit phantaſticum, ſed uerum, ut ſupra habitũ eſt.* ergo uidetur quòd transfigurari non debuerit.

Q.5. art.1

¶ 2 Præt. Figura eſt in quarta ſpecie qualitatis, claritas autem eſt in tertia, cum ſit ſenſibilis qualitas. aſſumptio ergo claritatis a Chriſto transfiguratio dici non debet.

¶ 3 Præter. Corporis glorioſi ſunt quatuor dotes (ut infra dicetur †) ſcilicet impaſſibilitas, agilitas, ſubtilitas, & claritas. non ergo debuit transfigurari magis ſecundum aſſumptionem claritatis, quàm ſecũdum aſſumptionem aliarũ dotiũ.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Matth. 17. quòd Ieſus transfiguratus eſt ante tres diſcipulorum ſuorum.

RESPON. Dicendum, quòd Dominus diſcipulos ſuos prænũtiata ſua paſſione, induxerat eos ad ſuæ paſſionis ſequelam. Oportet autem ad hoc quòd aliquis directe procedat in uia, quòd finem aliqualiter præcognoſcat, ſicut ſagittator non recte iaciet ſagittam, niſi prius ſignum proſpexerit in quod iacendum eſt: unde & Thomas dixit Io. 14. Domine, neſcimus quo uadis, & quomodo poſſumus uiam ſcire? Et hoc præcipue neceſſariũ eſt, quando uia eſt difficilis & aſpera, & iter laborioſum, finis uero iocundus. Chriſtus autem per ſuam paſſionem ad hoc peruenit, ut gloriam obtineret non ſolum animæ, quam habuit a principio ſuæ conceptionis, ſed etiam corporis, ſecundum illud Luc. ulti. Hæc oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam: ad quam etiam perducit eos, qui ueſtigia ſuæ paſſionis ſequuntur, ſecundum illud Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum. Et ideo conueniens fuit, ut diſcipulis ſuis gloriam ſuę claritatis oſtẽderet, quod eſt ipſum transfigurari, cui ſuos configurabit, ſecundum illud Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ: unde Beda* dicit ſuper Matth. Pia prouiſione factum eſt, ut contemplatione ſemper manentis gaudii ad breue tempus delibata, fortius aduerſa tolerarent.

Mat.9. paul a prin.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut Hieronym.* dicit ſuper Matth. nemo putet Chriſtũ per hoc quòd transfiguratus dicitur, priſtinam formam, & faciem perdidiſſe, uel amiſiſſe corporis ueritatem, & aſſumpſiſſe corpus ſpirituale uel aereum: ſed quomodo transformatus ſit, Euangeliſta demonſtrat dicens, Reſplenduit facies eius ſicut ſol: ueſtimenta autẽ eius facta ſunt alba ſicut nix. ubi ſplendor faciei oſtẽditur, & candor deſcribitur ueſtium, nõ ſubſtantia tollitur, ſed gloria commutatur.

Super illud Matth. 17. transfiguratus eſt ante eos, to.9.

Ad 2^m dicendum, quòd figura circa extremitatẽ corporis conſideratur: eſt enim figura quæ termino uel terminis comprehenditur. Et ideo omnia illa, quæ circa extremitatem corporis conſiderãtur, ad figuram quodammodo pertinere uidentur: ſicut autem color, ita & claritas corporis nõ tranſparentis, in eius ſuperficie attenditur. Et ideo aſſumptio claritatis, transfiguratio dicitur.

Ad 3^m dicendum, quòd inter prædictas quatuor dotes, ſola claritas eſt qualitas ipſius perſonæ in ſeipſa, aliæ uero tres dotes non percipiuntur niſi in aliquo actu, uel motu ſeu paſſione. Oſtendit igitur Chriſtus in ſeipſo aliqua illarum trium dotium indicia, puta agilitatis, cum ſupra undas maris ambulauit, ſubtilitatis, quando de clauſo utero Virginis exiuit, impaſſibilitatis, quando de manibus iudæorum uel præcipitare uel lapidare eum uolentium, illæſus euaſit. Nec tamen propter illa transfiguratus dicitur, ſed ꝑp ſolã claritatem, quæ pertinet ad aſpectum perſonæ ipſius.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæquintæ Articulum primum.*

TItulus ex Euangelio clarus eſt.

Opu. 60. c. 36.

¶ In corpore unica eſt concluſio. Conueniens fuit Chriſtum transfigurari. Probatur primo. Oportet finem aliqualiter præcognoſci ad directe procedendum in uia, præſertim difficili, aſpera & laborioſa, ad finem iocundum: ſed uia diſcipulorum Chriſti per paſſionẽ eſt, & finis gloria eſt ſimilis gloriæ Chriſti, ad quam peruenit per paſſionem Chriſtus. ergo conueniens fuit monſtrari gloriam Chriſti, quod eſt ipſum transfigurari. Maior declaratur dupliciter, & exemplo ſagittatoris, & uerbo Thomæ. Minor autem quo ad Chriſtum Lucæ ultimo, quo ad diſcipulos Actuũ 4. & ad Philippenſes 3. Et confirmatur auctoritate Bedæ. Omnia clara ſunt.

Non cõpleuit morte prænũtus.

### ARTICVLVS II.

*Vtrum claritas Chriſti in transfiguratione fuerit claritas glorioſa.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ illa claritas nõ fuerit claritas glorioſa. Dicit. n. quędã gloſſ. Bedæ ſuper illud Matth. 17. Transfiguratus eſt coram eis, In corpore, inquit, mortali, oſtendit non immortalitatem, ſed claritatem ſimilem futuræ immortalitati: ſed claritas glorię eſt claritas immortalitatis. non ergo illa claritas quam Chriſtus diſcipulis oſtendit fuit claritas gloriæ.

¶ 2 Præt. Super illud Luc. 9. Non guſtabunt mortem, niſi uideant regnum dei, dicit gloſſ.*. Bedæ, ideſt, glorificationem corporis in imaginaria repræſentatione futuræ beatitudinis: ſed imago alicuius rei, non eſt ipſa res. ergo claritas illa non fuit claritas beatitudinis.

Cap. 38. in Luc. ſecũdũ ſic & Bed. ...

¶ 3 Præter. Claritas gloriæ non eſt niſi in corpore humano: ſed claritas illa transfigurationis apparuit nõ ſolum in corpore Chriſti: ſed etiam in ueſtimentis eius, & in nube lucida, quæ diſcipulos obumbrauit. ergo uidetur, quòd illa claritas nõ fuerit claritas gloriæ.

SED CONTRA eſt, ꝙ ſuper illud Matth. 17. Transfiguratus eſt ante eos, dicit Hieronym.* Qualis futurus eſt tempore iudicij, talis apoſtolis apparuit. et ſuper illud Matth. 16. Donec uideant filium hominis uenientem in regno ſuo, dicit Chryſoſtom. † Volens monſtrare quid eſt illa gloria, in qua poſtea uenturus eſt, eis in præſenti uita reuelauit, ſicut poſſibile erat eos diſcere, ut neque in Domini morte iam doleant.

RESPON. Dicendum, quòd claritas illa, quam Chriſtus in trãsfiguratione aſſumpſit, fuit claritas gloriæ quantum ad eſſentiam, non tamen quantum ad modum eſſendi: claritas enim corporis glorioſi deriuatur ab animæ claritate, ſicut Augu.* dicit in Epiſtola ad Dioſcorum: et ſimiliter claritas corporis Chriſti in transfiguratione deriuata eſt & a diuinitate ipſius (ut Damaſc. dicit) & a gloria animę eius. Quòd enim a principio conceptionis Chriſti, gloria animæ non redundaret ad corpus, ex quadam diſpẽſatione diuina factum eſt, ut in corpore paſſibili noſtræ redẽptionis expleret myſteria, ſicut ſupra dictũ eſt.* Non tamen per hoc adẽpta eſt Chriſto poteſtas deriuandi gloriam animæ ad corpus. Et hoc quidem fecit, quantum ad gloriæ claritatem in trans figuratione. Aliter tamen quàm in corpore glorificato: nam ad corpus glorificatum redundat claritas ab anima, ſicut qualitas quædam permanens, corpus afficiens: unde fulgere corporaliter, nõ eſt miraculoſum in corpore glorioſo: ſed ad corpus Chriſti in transfiguratione deriuata eſt claritas a diuinitate et anima eius, non per modum qualitatis immanentis & afficiẽtis ipſum corpus, ſed magis per modũ paſſionis tranſeuntis, ſicut cum aer illuminatur a Sole: unde ille fulgor tunc in corpore Chriſti apparens, miraculoſus fuit, ſicut & hoc ipſum, quòd ambulauit ſuper undas maris: unde Dionyſ.* dicit in Epiſtola 4. ad Caium, Super hominem operabatur Chriſtus ea, quę ſunt hominis, & hoc monſtrat Virgo ſupernaturaliter concipiens, & aqua inſtabilis, materialium & terrenorum pedum ſuſtinens grauitatem: unde non eſt dicendum (ſicut Hugo de ſanct. Vict. dixit) quòd Chriſtus aſſumpſit quatuor dotes: claritatis in transfiguratione: agilitatis, ambulando ſuper mare: ſubtilitatis, egrediendo de clauſo utero Virginis, & impaſſibilitatis in cœna, qñ dedit corp⁹ ſuũ ad edẽdũ, ſine hoc ꝙ diuideretur: quia dos nominat quandã qualitatẽ immanentẽ corpori glorioſo: ſed miraculoſe habuit ea, quæ pertinẽt ad dotes. Et ẽ ſimile quantum ad animã de uiſione, qua Paulus uidit deũ in raptu, ut in ſecunda parte dictum eſt.*

Q.14. ar.1. ad 1.

Incipit hęc epiſ. Quęris quidem circa med. illius.

D.486. & 987. 2.2.q. 175. art.3. ad 2.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ ex illo uerbo non oſtẽditur, ꝙ claritas

¶ *Super quæſtionis quadrageſimæquintæ Articulum ſecundum.*

TItul⁹ quærit, an illa claritas, quę apparuit in Chriſto fuerit claritas, quæ ponitur una ex quatuor dotibus corporis glorioſi: hoc ẽ. n. quærere an fuerit claritas glorioſa. Et quæritur hoc ad differentiam claritatis, quæ aliàs apparere poteſt, ut in natiuitate domini dicitur, quòd claritas dei, circumfulſit illos, & in reſurrectione domini, Angeli in claritate candida apparuerunt: conſtat. n. huiuſmodi claritates nõ eſſe claritates corporum glorioſorum, & propterea hic in quæſtionem uertitur, an illa claritas domini in transfiguratione fuerit ſicut dictæ claritates, an fuerit claritas corporis glorioſi.

3. di. 16. q. art. 1

¶ In corpore duo ſũt. Primo poniť cõcluſio, & probatur, ſecũdo ex illa excluditur opinio Hugonis de ſancto Victore. Cõcluſio ẽ habẽs duas partes, Claritas illa fuit claritas gloriæ, quantum ad eſſẽtiam, & non quantũ ad modũ eſſendi. Probatur primum: Claritas gloriæ deriuať ab anima in corpus: claritas Chriſti deriuata eſt a deitate & anima in corpus. ergo, Maior eſt Aug. ad Dioſcorũ. Minor eſt Damaſ. quo ad deitatem: quo ad animã uero probatur: quia non eſt adẽpta Chriſto poteſtas deriuandi gloriam animæ ad corpus ex diſpẽſatione, ne redundaret: ſecunda pars probatur ex differentia inter claritatis modos eſſẽdi diuerſos, ſ. uel per modum quantitatis permanentis, uel per modũ paſſionis tranſeũtis. nã primo modo eſt claritas glorię etiã quo ad modum eſſendi: non ſecũdo, quod manifeſtatur ex alia differẽtia, ꝗa corpora glorioſa ſũt affecta claritate, ita ut naturaliter fulgeant. hoc aũt miraculoſe. Et declarať modus eſſendi, ſicut lumẽ in aere. Declarať miraculũ: ſicut ambulare ſuper aquas, & auctoritate Dio. confirmatur.

¶ Deinde excluditur opinio Hugonis de ſancto Vict. qui i hoc ſecundo differt quo ad uerba, quia dotis nomine uſus eſt quæ quid fixũ ſonare uidetur: ſed forte quo ad rem idem ſentit, ſcilicet quòd aſſumpſit dotem, ſecundũ eſſentiam, non ſecundum modum eſſendi, id eſt, non per modum dotis. Omnia clara ſunt in litera.

¶ Circa rationem literæ dubium occurrit: tum quia inualida uidetur, ex hoc quòd non eſt adempta Chriſto poteſtas deriuandi gloriam animæ ad corpus, inferendo, ergo gloria illa deriuata eſt ab anima: a poſſe namque ad eſſe non ualet argumentum: tum quia ſi gloria illa deriuata eſt ab anima in corpus, ergo non eſt miraculoſa, ſed naturalis, quoniam pro illo tempore redundãtia prius prohibita naturalem curſum ſuum fecit. Et ſic totum oppoſitum uidetur, ſcilicet quòd non eſſe clarum Chriſti corpus, erat miraculoſum, quia miraculoſe ſuſpendebatur redundantia animæ ad corpus: fulgere autem erat naturale, quia ſibi derelictum, fulgebat.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia diſpenſatio eſt ſicut exceptio quędã a regula generali (ut patet ſecundum communẽ uſum Eccleſiæ) & regulariter anima beata glorificat corpus, quod animat, ut Auguſt. dicit, ac per hoc cũ anima Chriſti fuerit beata ab initio ſui, debebat regulariter ipſius corpus glorioſum eſſe ex naturali redũdantia animæ beatæ ad corpus, quod uiuificat: ſed quia Chriſtus uoluit pati, & ĩ ſimilitudine carnis peccati nobiſcum conuerſari, ſuſpendit actualem redundantiam gloriæ in corpus ab anima ſua. Et hoc eſt diſpenſaſſe in generali regula redundãtiæ. Ex qua diſpenſatiua ſuſpenſione actualis redundãtiæ, factum eſt, ut corpus remaneret paſſibile, utpote non dotatum actualiter ad hoc ab animæ gloria, & ut anima nihil minus poteſtatis in ſe haberet, quàm ſi redundando actualiter communicaret corpori ſuo gloriam. nihil enim ex hoc animæ ademptum eſt, niſi actualiter redundantia ad tempus, ex quo conſtat non minui ipſius animæ ſecundum ſe poteſtatem, propterea in litera dicitur, quòd non eſt per diſpenſationem adempta Chriſto poteſtas deriuandi gloriam animæ ad corpus. Et quia de facto apparuit gloria in corpore Chriſti, mõſtrata ad hoc, ut Apoſtoli uiderent uel modicum futuræ gloriæ poſt reſurrectionem, conſequens eſt, ut gloria illa non alia fuerit, quàm illa quæ eſt ipſius Chriſti propria, quam conſtat ab anima deriuari: alioquin non oſtendiſſet illis gloriam ſuam, ſed aliam, cum tamen Ioannes, qui uidit, dicat, uidimus gloriam eius. Quocirca quia poſita poteſtate deriuandi, dubium non eſt quin deriuatio ſequuta fuerit, ideo ſufficit Auctori poteſtatem deriuandi declaraſſe, pro manifeſto relinquens quòd actualiter deriuata eſt.

¶ Et licet claritas illa relata ad animam Chriſti fuerit non miraculoſa, ſed naturalis (ut obiiciendo dicitur, quia beata erat anima Chriſti) relata tamen ad corpus Chriſti miraculoſa erat, quia corpus illud etiam tunc erat paſsibile: quod enim corpus paſsibile fulgeat ſicut ſol, miraculoſum eſt. Verum ſi deriuata totaliter fuiſſet gloria ab anima Chriſti in corpus, non fuiſſet gloria miraculoſa, ſed naturalis: reddidiſſet ſiquidem corpus totaliter glorioſum, ſicut modo eſt poſt reſurrectionem, ſed quoniam non niſi per modum cuiuſdam paſsionis claritas illa a naturali quidem fonte animæ beatæ, in corpus deſcendit, ideo corpus non reddidit glorioſum ſimpliciter, & ideo miraculoſum fuit, ut corpus non glorioſum fulgeret. Concede ergo, quòd utrumque miraculoſum fuit, ſcilicet

ut corpus Chriſti nõ fulgere, & ſic fulgere in transfiguratione. Sed primum ſpectat ad primum, & quaſi uniuerſale antiquumque miraculum in incarnatione factum, quo ſuſpenſa eſt redundantia gloriæ ab anima in corpus Chriſti, ut haberet corpus paſſibile, pro noſtra ſalute moriendo, &c. Secundum autem ſpectat ad ſpeciale miraculũ quo nunc actualiter corpori paſſibili, &c, præſtitum eſt, ut fulgeret, & ratione huius in litera dicitur, ꝙ fuit fulgor Chriſti miraculoſus.

Et per hæc patet ſolutio obiectorum.

¶ In reſponſione ad tertium, Auctor ad myſticam tranſit rationem, relinquens pro manifeſto nihil officere claritati glorioſæ corporis Chriſti, ſi tanta eſt quòd etiam ſplendidas ueſtes efficiat, & nubes lucidas reddat, per radiorum ſuorum emiſſionem. Hæc enim non ad ipſam ſpectant claritatem, ſed ad ipſius effect*, in hoc enim magnitudo lucis corporis Chriſti oſtenditur, & graduata illius participatio, dum ueſtes propinquiores ſplendent: nubes autẽ remotior, lucida fit.

*Lib. 32, ca. 5, in fine.*

*Cap. 3. Mat. inter mediũ & fi, to. 3*

*¶ Super Quæſtionis quadrageſimæquintæ Articulum tertium.*

TItulus clarus eſt.

¶ In corpore unica concluſio. Conuenienter inducti ſunt teſtes transfigurationis. Probatur. Ad gloriam æternã, per Chriſtum adducuntur homines præcedentes ipſum, & ſequentes. ergo conuenienter homines duo ex præcedentibus, & tres ex ſequẽtibus inducti ſunt transfigurationis teſtes. Antecedens licet ſit clarum, manifeſtatur tamẽ ex myſterio turbarum clamantium, &c. Conſequentia autẽ quo ad transfigurationẽ probatur, quia transfiguratio nihil aliud fuit, quàm quædam demonſtratio gloriæ inuitatiua ad ipſam. Quo ad numerũ teſtium probatur, quia in ore duorum uel trium.

*Ex lib. 2. de mirabilibus ſacræ ſcripturæ c. 13. colligitur: inter opera Aug. to. 5.*

Chriſti non fuerit claritas gloriæ, ſed quòd non fuit claritas corporis glorioſi, quia corpus Chriſti nondum erat immortale: ſicut. n. diſpenſatiue factum eſt, ut in Chriſto gloria animæ non redundaret ad corpus, ita fieri potuit diſpenſatiue, ut redundaret quãtum ad dotem claritatis, & non quantum ad dotem impaſſibilitatis.

G Ad 2[m] dicendum, quòd illa claritas dicitur imaginaria fuiſſe, non quin eſſet uera claritas gloriæ; ſed quia erat quædam imago repræſentans illam gloriæ perfectionem, ſecundum quã corpus erit glorioſũ.

Ad 3[m] dicendum, quòd ſicut claritas, quæ erat in corpore Chriſti, repræſentabat futuram claritatem corporis eius, ita claritas ueſtimentorum eius deſignat futuram claritatem ſanctorum, quæ ſuperabitur a claritate Chriſti, ſicut H candor niuis ſuperatur a ſplendore ſolis: unde Grego.* dicit 32. Moralium, quòd ueſtimenta Chriſti facta ſunt ſplendentia, quia in ſupernæ claritatis culmine ſancti omnes, ei luce iuſtitiæ fulgentes adhærebunt: ueſtium enim nomine iuſtos, quos ſibi adiunget ſignificat, ſecundum illud Iſai. 49. His omnibus uelut ornamento ueſtieris. Nubes autem lucida ſignificat Spiritusſancti gloriam, uel uirtutem paternam (ut Orig. dicit*) per quam ſancti in futura gloria protegentur: I quamuis etiam conuenienter ſignificare poſſit claritatẽ mundi innouati, quæ erit ſanctorum tabernaculum: unde Petro diſponẽte tabernacula facere, nubes lucida diſcipulos obumbrauit.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum teſtes transfigurationis conuenienter fuerint inducti.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd non conuenienter inducti fuerint teſtes transfigurationis. Vnuſquiſque enim maxime poteſt perhibere teſtimoniũ de K notis; ſed qualis eſſet futura gloria tẽpore transfigurationis Chriſti nulli homini per experimẽtum erat adhuc notum, ſed ſolis angelis, ergo teſtes tranfigurationis magis debuerunt eſſe angeli quàm homines.

¶ 2 Præt. Teſtes ueritatis non decet aliqua fictio, ſed ueritas; Moyſes autem & Helias non ibi uere affuerunt, ſed imaginarie: dicit enim quædam gloſſ. * ſuper illud Luc. 9. Erant autem Moyſes et Helias, &c.

F Sciendum eſt, inquit, non corpora uel animas Moyſi & Heliæ ibi apparuiſſe: ſed in ſubiecta creatura illa corpora fuiſſe formata. Poteſt ẽt credi angelico miniſterio hoc factum eſſe, ut Angeli eorum perſonas aſſumerent. non ergo uidetur quòd fuerint conuenientes teſtes.

¶ 3 Præt. Act. 10. dicitur quòd Chriſto omnes prophetæ teſtimonium perhibent. ergo non ſoli Moyſes & Helias debuerunt adeſſe tamquam teſtes, ſed etiam omnes prophetæ.

¶ 4 Præt. Gloria Chriſti omnibus Chriſti fidelibus repromittitur, quos per ſuam transfigurationem ad illius gloriæ deſiderium accendere uoluit. non ergo ſolos Petrum & Iacobum & Ioannẽ in teſtimonium ſuæ trãsfigurationis aſſumere debuit, ſed oẽs diſcipulos.

IN CONTRARIVM eſt, euangelicæ ſcriptura auctoritas.

RESPON. Dicendum, quòd Chriſtus transfigurari uoluit, ut gloriam ſuam hominibus oſtenderet, et ad eam deſiderãdam homines prouocaret, ſicut ſupra dictum eſt*. Ad gloriam autem æternæ beatitudinis adducuntur homines per Chriſtum, nõ ſolũ qui poſt eũ fuerunt, ſed etiam qui eum præceſſerunt: unde eo ad paſſionem properante, tam turbæ, quæ ſequebantur, quàm quæ præcedebant, ei clamabant Hoſanna, ut dicitur Mat. 21. quaſi ſalutem ab eo petentes, et ideo conueniens fuit, ut de præcedentibus ipſum teſtes adeſſent, ſcilicet Moyſes & Helias, & de ſequentibus ipſũ, ſcilicet Petrus & Iacobus & Ioannes, ut in ore duorũ, *uel trium teſtium ſtaret hoc uerbum.

*Ar. 1. huius q.*

*Alias t*

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Chriſtus per ſuam transfigurationẽ manifeſtauit diſcipulis corporis gloriam, quæ ad ſolos homines pertinet. Et ideo conuenienter non Angeli, ſed homines ad hoc pro teſtibus inducuntur.

Ad 2[m] dicendum, quòd glo. illa dicitur eſſe ſumpta ex libro, qui intitulatur de Mirabilibus ſacræ Scripturæ, qui non eſt liber [d] autenticus, ſed falsò aſcribitur Auguſt. & ideo illi gloſſæ non eſt ſtandum: dicit enim expreſſe Hierony.* ſuper Matth. Conſiderandum eſt, quòd Scribis, & Phariſæis de cælo ſigna poſcentibus dare noluit; hic uero ut Apoſtolorum augeat fidem, dat ſignũ de cælo: Helia inde deſcendẽte, quo conſcenderat, & Moyſe ab inferis reſurgente; quod non eſt ſic intelligendum, quaſi anima Moyſi ſuum corpus reſumpſerit: ſed quòd anima eius apparuit per aliquod corpus aſſumptum, ſicut Angeli apparent. Helias autẽ apparuit in proprio corpore, non quidem de cælo empyreo allato, ſed de aliquo eminenti loco, in quod fuerat in curru igneo raptus.

*D. 15.*

*Super [illud] Mat. 17. apparuit [illis] Moiſes [et] Helias, [tom. 9.]*

Ad 3[m] dicendum, quòd (ſicut Chryſoſt. dicit ſuper Matth.) Moyſes & Helias in medium adducuntur propter multas rationes. Prima eſt hæc: quia enim turbæ dicebant eum eſſe Heliam, uel Hieremiam, aut unum ex Prophetis, capita Prophetarũ ſecum ducit, ut ſaltẽ hinc appareat differentia ſeruorũ & domini. Secunda ratio eſt, quia Moyſes legẽ dedit, Helias ꝓ gloria domini æmulator fuit: unde per hoc ꝙ ſimul cum Chriſto apparent, excluditur calumnia Iudæorũ accuſantiũ Chriſtum tãquã tranſgreſſorem legis, & blaſphemũ, dei ſibi gloriam uſurpantẽ. Tertia ratio eſt, ut oſtẽdat ſe habere poteſtatẽ mortis & uitæ, & eſſe iudicẽ mortuorũ & uiuorũ, per hoc quòd Moyſem iam mortuũ & Heliam adhuc uiuentem, ſecũ ducit. Quarta ratio

*Homil. [57.] in Mat. [per illud] apparuit [illis] Moiſes [et] Helias, [tom. 2.]*



eſt, quia ſicut Lucas dicit, Loquebantur cum eo de exceſſu, quem completurus erat in Hieruſalem. i. de paſſione & morte ſua, & ideo vt ſuper hoc diſcipulorũ animos confirmaret, inducit eos in medium, qui ſe morti expoſuerunt pro Deo. Nam Moyſes cum periculo mortis ſe obtulit Pharaoni; Helias vero regi Achab. Quinta ratio eſt, quia volebat vt diſcipuli ſui æmularentur Moyſi manſuetudinem, & zelum Heliæ. Sextam rationem addit Hilar. * vt oſtenderet. ſ. ſe per legem quam dedit Moyſes, & per Prophetas, inter quos fuit Helias præcipuus, eſſe prædicatum.

*[Can.] 17. in [Matth.] non [procul a] [fin.]*

AD 4[m] dicendum, quòd alta myſteria nõ ſunt omnibus exponenda immediate: ſed per maiores ſuo tẽ- B pore ad alios debent deuenire, & ideo, vt Chryſo.† dicit, aſſumpſit tres tamquam potiores. Nam Petrus excellens fuit in dilectione, quam habuit ad Chriſtum, & iterum in poteſtate ſibi commiſſa. Ioan. vero in priuilegio amoris, quo a Chriſto diligebatur ꝓpter ſuã virginitatem, & iterum propter prærogatiuam euangelicæ doctrinæ: Iacobus autem propter prærogatiuam martyrij. & tamẽ hos ipſos noluit hoc quod viderant, alijs annuntiare ante reſurrectionem, ne (vt Hierony.* dicit) & incredibile eſſet pro rei magnitudine, & poſt tantam gloriam, ſequens crux ſcandalũ faceret, vel etiam totaliter impediretur a populo, & vt cum eſſent Spirituſancto repleti, tunc geſtorum C ſpiritualium teſtes eſſent.

*[Ho]mi. 57. [in] Mat. nõ [procul a] prin[cip.] tom. 2.*

*[Sup]er illud [Mat.] 17. Ne[mini] dixe[ritis] viſio[nem], tom. 9.*

*¶ Super Quæſtionis quadrageſimæ quintæ Articulum quartum.*

IN corpore vnica concluſio. Conuenienter teſtimoniũ naturalis Chriſti filiatiõis, paterna voce auditũ eſt ĩ transfiguratione, ſicut & in baptiſmo. Probatur: Adoptio filiorũ Dei eſt per cõformitatem imaginis diuinæ ad naturalem filium, & hoc vel ſecundum gratiam, vel gloriam. ergo conueniens fuit teſtimoniũ naturalis filiationis Chriſti &c. Antecedens quo ad primã partẽ relinquitur clarum, & patet ad Rom. 8. Quos prędeſtinauit conformes fieri imaginis Filii ſui. Quo ad ſecundam & tertiã, manifeſtatur auctoritate Ioãnis Euãgeliſtæ. Conſequentia probatur, quia in baptiſmo datur gratia, in transfiguratione gloria mõſtrata eſt. Et manifeſtatur ſimul conueniẽtia teſtimonij ex perſona Patris, quia ſolus nouit. Omnia clara ſunt iuxta ſubiectam materiam.

*[M]att. 17. [Mar]c. 9. [Lu]c. 9. & [M]ar. 9. Li. 1.*

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum conuenienter auditum fuerit teſtimonium paternæ uocis in transfiguratione.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ inconuenienter auditum fuerit teſtimoniũ paternæ vocis dicentis, Hic eſt filius meus dilect⁹: quia, vt dicitur Iob. 33. ſemel loquit̃ Deus, & ſecundo D idipſum non repetit: ſed in baptiſmo hoc ipſum paterna vox fuerat proteſtata. non ergo fuit conueniens, quòd hoc iterum proteſtaretur in transfiguratione.

¶ 2 Præt. In baptiſmo ſimul cũ voce paterna affuit Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ, quod in trãsfiguratione factum non fuit. Nõ ergo conueniens videtur fuiſſe Patris proteſtatio.

¶ 3 Præt. Chriſtus docere incępit poſt baptiſmum, & tamen in baptiſmo vox patris ad eum audien E dum homines non induxerat. ergo nec in transfiguratione inducere debuit.

¶ 4 Præt. Non debent aliquibus dici ea, quæ ferrre non poſſunt, ſecũdum illud Ioan. 16. Adhuc habeo vobis multa dicere, quæ non poteſtis portare modo; ſed diſcipuli vocem patris ferre non poterant: dicitur. n. Matth. 17. quòd audientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt valde. ergo non debuit vox paterna ad eos fieri.

A IN CONTRARIVM eſt, auctoritas Euangelicæ ſcripturæ.

RESPON. Dicendum, quòd adoptio filiorum Dei eſt per quandam conformitatem imaginis ad filium Dei naturalem. Quod quidem fit dupliciter. primo quidem, fit per gratiam viæ, quæ eſt conformitas imperfecta. Secundo, per gloriam patriæ, quæ erit cõformitas perfecta, ſecundum illud 1. Ioan. 3. Nunc filij Dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus: ſcimus quoniã cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Quia igitur gratiam per baptiſmum conſequimur, in transfiguratione autem præmonſtrata eſt claritas futurę gloriæ, ideo tam in baptiſmo, quàm in transfiguratione conueniens fuit manifeſtari naturalem Chriſti filiationem teſtimonio patris, quia ſolus eſt perfecte conſcius illius perfectæ generationis ſimul cũ Filio, & Spirituſctõ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illud verbũ referendum eſt ad æternam Dei locutionẽ, qua Deus pater verbum vnicum protulit ſibi coæternum. Et tamẽ poteſt dici, quòd licet idem corporali voce Deus protulerit, non tamen propter idem; ſed ad oſtendendum diuerſum modum, quod homines participare poſſunt ſimilitudinem filiationis æternæ.

AD 2[m] dicendum, quòd ſicut in baptiſmo vbi de C claratum fuit myſterium primæ regenerationis, oſtẽſa eſt operatio totius Trinitatis per hoc, quòd fuit ibi filius incarnatus, apparuit Spirituſſanctus in ſpecie columbæ, & Pater fuit ibi declaratus in voce, ita etiã in transfiguratione, quæ eſt ſacramentum ſecundę regenerationis, tota Trinitas apparuit, Pater in voce, Filius in homine, Spirituſſanctus in nube clara: quia ſicut in baptiſmo dat innocentiam, quæ per ſimplicitatem columbæ deſignatur, ita in reſurrectione dabit electis ſuis claritatem gloriæ, & refrigerium ab omni malo, quæ deſignantur in nube lucida.

AD 3[m] dicendum, quòd Chriſtus venerat gratiã actualiter dare: gloriam vero promittere verbo. Et D ideo conuenienter in transfiiguratione inducuntur homines, vt ipſum audiant, non autem in baptiſmo.

AD 4[m] dicendum, quòd conueniens fuit diſcipulos voce paterna terreri & proſterni, vt oſtenderetur quòd excellentia illius gloriæ, quæ tunc demonſtrabatur, excedit omnem ſenſum & facultatem mortalium, ſecundum illud Exod. 33. Non videbit me homo, & viuet. Et hoc eſt quod Hier. * dicit ſuper Mat. ꝙ humana fragilitas cõſpectum maioris gloriæ ferre non ſuſtinet. Ab hac autem fragilitate ſanantur homines per Chriſtũ, eos in gloriam adducendo, quod ſignificat̃, ꝑ hoc quòd dixit eis, Surgite, nolite timere.

*Super illud Mat. 17. audientes diſcipuli cecidẽrũt in facies, to. 9.*

## QVAESTIO. XLVI.

*De Paſſione Chriſti in duodecim articulos diuiſa.*

COnsEQVENTER conſiderãdũ eſt de his, q̃ ꝑtinẽt ad exitũ Chriſti de mũdo. Et primo, de paſſione eius: ſecundo, de morte: tertio, de ſepultura: quarto, de deſcenſu ad inferos.

¶ Circa paſſionẽ occurrit triplex conſideratio. Prima, de ipſa paſſione. Secunda, de cauſa efficiẽte paſſionis. Tertia, de fructu paſſionis.

Quinta pars principalis.

COnſequenter &c.

¶ Hic incipit tractatus quĩtus, de exitu Chri ex hoc mũdo.

*¶ Super Quæſtionis quadrageſimæ ſextæ, Articulum primum.*

TItulus vt ſonat ſumatur: quoniã ĩ corpore articuli diſtinguitur.

¶ In corpore diſtinctio vna ponitur cũ tribus

tribus concluſionib⁹. Diſtinctio eſt de neceſſario dupliciter: vel ſimpliciter, vel extriſeco, & hoc, vel coactionis, vel ſuppoſitiõis: & hoc, vel ſine quo non, vel nõ ita bene. Vbi vides, quòd membra pricipalia diſtinctionis ſunt tria, ſcilicet neceſſarium ſecundum ſe, vel coactionis, vel ſuppoſitionis. Si tamen vltimũ membrum ſubdiuidatur, erũt quatuor numerãdo duos modos neceſſarii ex ſuppoſitione, ſcilicet, vel quia ſine ipſo nõ poteſt perueniri ad finem, vt nauigatio eſt neceſſaria ad perueniendũ in inſulã, vel ſine quo non ita bene, vt equitare eſt neceſſariũ ad eundũ ex Bononia Romã, ad quam minus bene pedes poſſet quis ire. In litera omnes iſti modi tanguntur diſtinguendo: ſed cõcluſiones ponendo tria tantum principalia membra cõſiderantur: quia, vt patebit, ſequẽtib⁹ articulis reſeruatur diſcuſſio ſubdiſtinctorum modorum, ad præſentem applicata materiam. Ponũtur ergo in litera iuxta tria principalia diſtinctionis mẽbra prædicta, tres cõcluſiones. Prima eſt: Chriſtum pati non fuit neceſſarium abſolute. Probaturque ſtatim: quia tam ex parte Dei quàm ex parte hominis poſſibile fuit aliter ſe habere. Secunda cõcluſio eſt: Chriſtũ pati, non fuit neceſſariũ neceſſitate coactionis. Probatur: quia Deus qui definiuit Chriſtum pati, non poteſt cogi: & ipſe Chriſtus qui paſſus eſt, volũtarie paſſus eſt: oblatus eſt enim quia voluit. Tertia concluſio eſt: Chriſtum pati, fuit neceſſarium neceſſitate ſuppoſitionis. Probatur & ex parte noſtri, vt habeamus vitam æternam Ioannis 3. & ex parte Chriſti, vt intraret in gloriam ſuam Lucæ vltimo: & ex parte Dei, vt impleretur defini-

a. di. 20. ar. 1. q. 3. & ar. 4. q. 1. Et op. 2. c. 7.

## Circa primum quæruntur duodecim.

¶ Primo, Vtrũ neceſſe fuerit Chriſtum pati pro liberatione hominum.

¶ Secundo, Vtrum fuerit alius modus poſſibilis liberationis humanæ.

¶ Tertio, Vtrum ille modus fuerit conuenientior.

¶ Quarto, Vtrum fuerit conueniens quòd in cruce pateretur.

¶ Quinto, De generalitate paſſionis eius.

¶ Sexto, Vtrum dolor, quem in paſſione ſuſtinuit, fuerit maximus.

¶ Septimo, Vtrũ tota anima eius pateretur.

¶ Octauo, Vtrum paſſio eius impediuerit gaudium fruitionis.

¶ Nono, De tempore paſſionis.

¶ Decimo, De loco.

¶ Vndecimo, Vtrum conueniens fuerit, ipſum cum latronibus crucifigi.

¶ Duodecimo, Vtrũ paſſio ipſius Chriſti ſit diuinitati attribuẽda.

### Articvlvs primvs.

*Vtrum fuerit neceſſarium Chriſtum pati pro liberatione humani generis.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur ꝙ non fuerit neceſſarium Chriſtum pati pro humani generis liberatione. Humanum. n. genus liberari non poterat niſi a Deo, ſecundum illud Iſa. 45. Numquid non ego Dominus, & nõ eſt vltra Deus abſq; me? Deus iuſtus & ſaluans nõ eſt pter me: in Deo autem nõ cadit aliqua neceſſitas, quia hoc repugnaret omnipotentiæ ipſius. ergo non fuit neceſſarium Chriſtum pati.

¶ 2 Præt. Neceſſarium voluntario opponitur: ſed Chriſtus propria voluntate eſt paſſus: dicitur enim Iſa. 53. Oblat⁹ eſt, quia ipſe voluit. non ergo neceſſariũ fuit eum pati.

K ¶ 3 Præt. Sicut in Pſal. 24. dicitur, Vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas: ſed non videtur neceſſariũ, ꝙ pateretur ex parte miſericordiæ diuinæ, quę ſicut gratis dona tribuit, ita videtur quòd gratis debita relaxet abſq; ſatisfactione: neque etiam ex parte diuinę iuſtitiæ, ſecundum quam homo ęternam damnationem meruerat. ergo videtur nõ fuiſſe neceſſarium, quòd Chriſtus pro liberatione hominum pateretur.

F ¶ 4 Præt. Angelica natura eſt excellentior, quàm humana, vt patet per Dion. * 4. ca. de di. no. ſed pro reparatione angelicæ naturæ, quæ peccauerat, Chriſtus non eſt paſſus. ergo videtur quòd nec etiam fuerit neceſſarium, eum pati pro ſalute humani generis.

tio eius, Lucæ vigeſimo ſecundo, & vltimo. Omnia ſunt clara.

Sed contra eſt, quòd dicitur Ioan. 3. Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ſic oportet exaltari Filium hominis, vt oĩs qui credit in eũ, nõ pereat, ſed habeat vitam æternam: quod quidem de exaltatione in cruce intelligitur. ergo videtur quòd Chriſtum oportuerit pati.

G Respon. Dicendum, quòd (ſicut Philo. docet in 5. Meta.*) neceſſarium multipliciter dicitur. Vno quidem modo, quod ſecundum ſui naturam impoſſibile eſt aliter ſe habere, & ſic manifeſtum eſt, quòd non fuit neceſſarium Chriſtum pati, neque ex parte dei, neque ex parte hominis. Alio modo, dicitur aliquid neceſſarium ex aliquo exteriori: quod quidem ſi ſit cauſa efficiens vel mouens, facit neceſſitatem coactionis, vtpote, cum aliquis nõ poteſt ire propter violentiam detinentis ipſum. Si vero illud exterius, quod neceſſitatẽ inducit, ſit finis, dicetur aliquid neceſſarium ex ſuppoſitione finis, quãdo. ſ. finis aliquis, aut nullo modo poteſt eſſe, aut non poteſt eſſe conuenienter, niſi tali fine præſuppoſito. non ergo fuit neceſſarium Chriſtum pati neceſſitate coactionis, neq; ex parte Dei, qui Chriſtum definiuit pati, neque etiã ex parte ipſius Chriſti, qui voluntarie paſſus eſt. Fuit autem neceſſarium neceſſitate finis, qui quidem poteſt tripliciter intelligi. Primo quidem, ex parte noſtra, qui per eius paſſionem liberati ſumus, ſecundũ illud Ioan. 3. Oportet exaltari filium hominis, vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Secundo, ex parte ipſius Chriſti, qui per humilitatem paſſionis meruit gloriam exaltationis. Et ad hoc pertinet quod dicitur Lucæ vlt. Nonne oportuit Chriſtũ pati, & ſic intrare in gloriam ſuam? Tertio, ex parte Dei, cuius definitionem circa paſſionem Chriſti prænuntiatam in ſcripturis, & præfiguratam in obſeruantia veteris teſtamenti, oportebat impleri. & hoc eſt quod dicitur Luc. 22. Filius hominis, ſecundum quòd definitum eſt, vadit. Et Luc. vlti. Hæc ſunt verba quæ locutus ſum ad vos, cũ adhuc eſſem vobiſcum, quoniam neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi & prophetis & pſalmis de me: *quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati & reſurgere a mortuis.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de neceſſitate coactionis ex parte dei.

Ad 2^m^ dicendum, quòd ratio illa procedit de neceſſitate coactionis ex parte hominis Chriſti.

K Ad 3^m^ dicendum, ꝙ hominem liberari per paſſionem Chriſti, conueniens fuit & miſericordiæ, & iuſtitiæ eius. Iuſtitiæ quidem, quia per paſſionẽ ſuam Chriſtus ſatisfecit pro peccato humani generis, & ita homo per iuſtitiam Chriſti liberatus eſt. Miſericordiæ vero, quia cum homo per ſe ſatisfacere non poſſet pro peccato totius humanæ naturæ (vt ſupra habitum eſt*) Deus ei ſatisfactorem dedit filium ſuum, ſecundum illud Rom. 3. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem, quę eſt in Chriſto Ieſu, quẽ propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius. & hoc fuit abundantioris miſericordiæ, quàm ſi peccata abſq; ſatisfactione dimiſiſſet. Vnde dicitur Epheſ. 2. Deus, qui diues eſt in miſericordia, pp nimiã charitatẽ, qua dilexit nos, cũ eſſem⁹ mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chřo.



¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæſextæ Articulum ſecundũ.*

Titul⁹ ſtatim affert ſecum quæſtionem: quia videtur præpoſterus ordo. nam prius erat quærendum, ſi erat alius modus poſſibilis, poſtea quærenda erat neceſſitas alterius eorum. Poſt neceſſitatem ſiquidẽ concluſam vnius modi, quid ad artẽ de aliis modis poſſibilibus?

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ licet poſſibile abſolute ſit communius ac pri⁹ neceſſario, & propterea quęrenda prius eſſet poſſibilitas, quàm neceſſitas abſolute: poſſibile tamen, vt medium ad finem, non eſt prius neceſſario ad finẽ cõmuniter ſumpto, hoc eſt comprehendente neceſſariũ ad finem, tam ſine quo non, quàm propter melius, ſed eſt poſterius eo, vtpote ſpecies illius. nã omne mediũ poſſibile ad finem, aut eſt ſine quo non, aut ꝑpter melius: boni enim aliquid in via ad finem afferre oportet mediũ omne poſſibile. Quocirca poſtquam Auctor concluſit, neceſſariã eſſe Chriſti paſſionẽ ad ſalutem humanam, merito nunc inquirit, an fuerit ſic neceſſaria, quòd ſine illa non potuerit haberi libertas humana a peccato: hoc eſt quærere, an fuerit poſſibilis alius modus liberationis humanæ. Nam ſi non fuerit poſſibilis alius modus, paſſio Chriſti fuit ad libertatẽ humanam neceſſaria, ſicut nauigatio ad tranſeundũ in inſulam: quia aliter non poteſt tranſiri. Et ſi fuit poſſibilis alius modus, paſſio Chři nõ fuit neceſſaria ad liberãdũ genus humanum, ſicut nauigatio ad ĩſulã: quia per illum alium modũ potuit noſtra liberatio fieri. Vbi videre clare poteſt, quòd ordo rectiſſimus articulorũ ſeruatus eſt, vt primo quæſitum ſit, an paſſio Chriſti fuerit ad ſalutem noſtram neceſſaria, ſecundo, quomodo neceſſaria an ſcilicet ſine qua nõ potuiſſet haberi libertas humana. Et quoniam in hoc articulo concluditur, quòd paſſio Chriſti non eſt ſic neceſſaria (qm̃ potuit alio modo humanum genus liberari) ideo cõſequenter in tertio articulo quæretur an paſſio Chriſti, fuerit cõuenientius medium ad libertatem humanam, quã aliquis alius modus poſſibilis.

¶ In corpore articuli eſt vna diſtinctio bimembris cũ duabus concluſionibus, iuxta duo membra. Diſtinctio eſt: Poſſibile uel impoſſibile dupliciter, vel abſolute, vel ex ſuppoſitione. Prima concluſio eſt. Alio modo quàm per paſſionem Chriſti hominẽ liberari fuit poſſibile ſimpliciter. Probatur: quia non eſt impoſſibile, apud Deum omne verbũ. Secunda concluſio eſt. Alio modo, quã per paſſionem Chriſti, hominem liberari, fuit impoſſibile ſuppoſita præſciẽtia & definitione Dei facta. Probatᷣ, quia impoſſibile eſt definitionem & præſciẽtiam Dei falli.

D. 151. D. 490. P. p. q. 14. ar. 13.

Ad 4^m^ dicendum, quòd peccatum angeli [d] non fuit remediabile ſicut peccatum hominis, vt ex ſupradictis in 1. parte patet *.

### Articvlvs II.

*Vtrum fuerit poſſibilis alius modus liberationis humanæ, quàm per paſſionem Chriſti.*

B Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur ꝙ nõ fuerit poſſibilis alius mod⁹ liberationis humanæ, q̃ per paſſionem Chriſti. Dicit. n. dominus Ioan. 12. Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuũ fuerit, multum fructum affert. vbi dicit Augu. * quòd ſeipſum granum dicebat. niſi ergo mortem paſſus eſſet, aliter fructum noſtræ liberationis non feciſſet.

C ¶ 2 Præt. Matth. 26. dominus dicit ad Patrem, Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illũ, fiat voluntas tua: loquitur autem ibi de calice paſſionis. ergo paſſio Chři præteriri non poterat. unde & Hila. * dicit, ideo calix tranſire non põt niſi illũ bibat, qa reparari niſi ex eius paſsione nõ poſſumus.

¶ 3 Præ. Iuſtitia Dei exigebat, vt homo a peccato liberaretur, Chriſto per paſſionem ſatisfaciente: ſed Chriſtus ſuam iuſtitiam non poteſt pręterire: dicitur. n. 2. ad Tim. 2. Si non credimus, ille fidelis permanet, negare ſeipſum nõ poteſt, ſeipſum autem negaret, ſi iuſtitiã ſuam negaret, cum ipſe ſit iuſtitia. ergo videtur ꝙ non fuerit poſſibile alio modo hominem liberari, quàm per paſsionem Chriſti.

¶ 4 Præt. Fidei nõ poteſt ſubeſſe falſum: ſed antiqui patres crediderũt Chřm paſſurũ. ergo vr̃, ꝙ nõ potuerit eſſe, quin Chriſtus pateretur.

Sed conta eſt, quòd Augu. * dicit 13. de Trin. Modũ, quo nos per mediatorem Dei & hominum, hominem Chriſtum Ieſum, Deus liberare dignatur, aſſerimus bonum & diuinæ congruum dignitati: verum etiam oſtẽdamus, non alium modum poſſibilẽ Deo defuiſſe, cuius poteſtati cuncta æqualiter ſubiacent.

Respon. Dicendum, ꝙ aliquid poteſt dici poſſibile vel impoſsibile dupliciter, uno modo, ſimpliciter & abſolute: alio modo ex ſuppoſitione. Simpliciter A igitᷣ & abſolute loquẽdo, poſſibile fuit Deo alio mõ hoĩem liberare, quàm per paſſionem Chriſti, quia non eſt impoſſibile apud Deũ omne verbum, vt dicitur Luc. 1. Sed ex aliqua ſuppoſitione facta, fuit impoſſibile: quia enim impoſſibile eſt Dei præſciẽtiam falli, & eius [d] voluntatem ſeu diſpoſitionẽ caſſari, ſuppoſita præſciẽtia & præordinatione Dei de paſſione Chriſti, nõ erat ſimul poſſibile Chriſtum non pati, vel hominem alio modo, quàm per eius paſſionem liberari: & eſt eadẽ rõ de oĩbus his q̃ ſunt pſcita, & pordinata a Deo, vt in Prima parte habitum eſt*.

Ad primvm ergo dicendum, quòd dominus ibi loquitur, ſuppoſita præſcientia & præordinatione Dei, ſecũdum quam erat ordinatum, vt fructus humanæ ſalutis nõ ſequeretur, niſi Chriſto patiente. & ſimiliter intelligẽdũ eſt, quod ſecundo obijcitur, Si nõ põt C hic calix tranſire niſi bibam illũ. ſ. propter hoc, ꝙ tu ita diſpoſuiſti. vnde ſubdit, Fiat voluntas tua.

Ad 3^m^ dicendum, quòd hæc etiam iuſtitia dependet ex voluntate diuina, ab humano genere ſatisfactionem exigente pro peccato. nam ſi voluiſſet abſque omni ſatisfactione hominem a peccato liberare, contra iuſtitiam nõ feciſſet: ille. n. iudex nõ põt ſalua iuſtitia culpã ſine pœna dimittere, qui habet punire culpã in aliũ cõmiſ- D ſam, puta, vel in aliũ hoĩem, vel in totã rẽpublicã, ſiue ĩ ſuperiorẽ pricipẽ: ſed Deus nõ habet aliquẽ ſuperiorẽ, ſed ipſe eſt ſupremũ & cõmune bonũ totius vniuerſi. & iõ ſi dimittat peccatũ, quod habet rationẽ culpæ, ex eo ꝙ cõtra ipſum cõmittitᷣ, nulli facit iniuriã: ſicut quicũq; homo remittit offenſam ĩ ſe cõmiſſam abſq; ſatisfactione, miſericorditer & nõ iniuſte agit. & iõ Dauid miſericordiã petẽs, dicebat, tibi ſoli peccaui, quaſi dicat potes ſine iiuſtitia mihi dimittere.

E Ad 4^m^ dicẽdũ, ꝙ fides humana, & ẽt ſcripturæ diuinæ, qbus fides inſtruitᷣ, innitunᷣ pſciẽtię & pordinationi diuinæ. & iõ eadẽ rõ eſt de neceſsitate, q̃ prouenit ex ſuppoſitione eorũ, & de neceſſitate, q̃ prouenit ex pſciẽtia & volũtate diuĩa.

### Articvlvs III.

*Vtrum fuerit aliquis modus cõuenientior ad liberationem humani generis, quàm per paſſionem Chriſti.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur, ꝙ alius modus, con-

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæſextæ Articulum tertiũ.*

Titulus mõſtrat euacuatam iã eſſe diſtinctionem factam in pimo articulo de neceſſario. Nam illorum duorum modorum ibi indiſcuſſorum (ſcilicet neceſſarium ſine quo nullo modo poteſt haberi finis, & ſine quo non ita cõuenienter) primum in ſecundo articulo diſcuſſum eſt, vt patuit ĩ illo: reliquũ autẽ in pręſenti articulo diſcutitur. Cõparatur ſiquidem in hoc titulo paſſio Chriſti ad quodcunque aliud medium poſſibile pro libertate humana, ſecundũ conuenientiam: an ſcilicet, ipſa paſſio Chriſti

3. di. 18. ar. 6. q. 3. cor. Et di. 20. a. 4. q. 2. Et quol. 2. art. 2.

Chriſti ſit conueniẽtius medium, quàm alia. Ex quo eni cõcluſum fuit, ꝙ non eſt medium neceſſarium ſine quo non, oportebat diſcutere, an ſit mediũ neceſſariũ propter melius, quod nunc fit. Et ſcito, quòd quemadmodum articulus ſecũdus motus eſt ſimpliciter & abſolute de medio alio poſſibili ad talem finem, & non præſuppoſita definitione Dei de medio hoc, ſcilicet paſſionis Chriſti: & propterea reſpõſum eſt cum diſtinctiõe, ita hic quoque inter media ad talem finẽ poſſibilia ſimpliciter & abſolute, quæritur quod eorũ ſit cõuenientius. Et eſt quaſi quærere rationes, quare tale medium .ſ. paſſionis Chriſti, ſit potius præelectum ad talẽ finem (ſcilicet liberationis humanæ) quã quodcumque aliud medium Deo poſſibile. Dixi autẽ, quaſi, quia hic nõ diſcutit diuinę volũtatis rõ, ſed rõ, ſeu ꝓportio & cõuenientia maior medij ad finẽ.

Ex li. 2. tex. 18. tom. 2.

¶ In corpore vnica concluſio. Modus liberationis humanæ per paſſionẽ Chriſti eſt conuenientior, quàm per ſolã Dei voluntatem. Probatur. Tãto modus aliquis eſt cõueniẽtior quãto ꝑ ipſum plura concurrunt expedientia ad finem illum: ſed per modũ iſtum multa concurrũt, quæ nõ cõcurrerent, ſi per ſolã Dei voluntatẽ liberaremur. ergo. Probatur minor ex quinque claris in litera.

Li. 13. c. 10. paulo poſt prin. tom. 3.

Vbi nota ꝙ alii modi liberatiõis humanæ, aut eſſent ꝑ creaturã aliquã, aut per ſolam Dei voluntatem. Et ſiquidẽ per aliquam creaturam mediã liberaremur, clare & euidenter conſtat, quòd remotius fuiſſet medium ab efficacia perducẽdi ad finem, q̃ paſſio Chriſti, quoniã eſt paſſio ſuppoſiti diuini efficaciſſimi ad omnia, & quia hoc erat per ſe euidens, derelictũ eſt ab Auctore. Si vero eſſet per ſolam Dei volũtatẽ, expeditius quidem fuiſſet, vtpote ſola voluntate Dei cõcurrente, ſed non ſuauis, totque bonis fultus fuiſſet modus liberandi hoĩem, vt patet ex tot bonis ĩ litera poſitis. Et propterea Auctor comparauit modum paſſionis Chriſti ad mõdum ex ſola Dei voluntate, tãquã præſeferentem aliquid difficultatis.

¶ Circa rationes redditas in litera maioris conuenientiæ ad liberandum genus humanũ ꝑ Chriſti paſſionem, aduerte, quòd ad duo capita primaria vniuerſæ reduci videntur, vel ad ſuauitatẽ diſpoſitionis, vel ad humanam dignitatem. Nam duci nos in ſalutem ex commẽdata Dei charitate, & exẽplo Chriſti & merito, & ꝓtioſitate & huiuſmodi, ad ſuauem ſpectat diſpoſitionem noſtræ conſequendæ ſaluti: quòd autem homo ſeipſum ſaluet, redimat, pro ſe pugnet, mereatur, vincat, ſatisfaciat, triũphet, regnet, iudicet & huiuſmodi, ad noſtram ſpectat dignitatem, vt facile patet dilatando.

¶ In reſponſione ad ſecundnm circa illud Chryſoſtomi, ſed & ſi abſque morte corpus alicubi depoſuiſſet: aduerte, quòd ſi, vt ſonat, ſumitur, non videtur intelligibile, quoniã ſine morte corpꝰ nõ deponitur: nã ſi occultaretur a ſenſibꝰ noſtris, nõ propterea eſſet depoſitũ, ſed occultatum. Et propterea non de morte vt eſt ſeparatio animæ a corpore, ſed de morte, vt eſt reſolutio corporis terminata ad ſeparationem animæ a corpore intelligo: quoniam de huiꝰmodi morte pręloquutus eſt, dicens inconueniens fuiſſe, ſi ægrotauiſſet corpus eius, & in cõſpectu omnium ſolueretur, quaſi diceret, ꝙ tam ſi naturali reſolutione obiiſſet, quã ſi miraculoſe ex diuina poteſtate abſq; prætiia diſſolutiõe, ſubito ſeparaſſet animam a corpore, alicubi deponens ipſum, inconueniens fuiſſet.

uenientior fuiſſet liberationis hu- F manæ, quàm per paſſionem Chriſti. Natura enim in ſua operatione imitatur opus diuinum, vtpote a Deo mota & regulata: ſed natura nõ facit per duo, quod per vnum poteſt facere. cũ ergo Deus potuerit hominem liberare ſola propria voluntate, non videtur conueniẽs fuiſſe, ꝙ ad liberationem humani generis Chriſti paſſio adderetur.

¶ 2 Præt. Ea, q̃ fiunt ꝑ naturã, cõuenie̅tius, fiunt q̃ ea q̃ fiũt ꝑ violẽtiã: quia violentia eſt quædam exciſio G ſeu caſus ab eo, quod eſt ſecundũ naturam, vt dicitur in lib. 3. de cælo: * ſed paſſio Chriſti mortẽ violentam induxit. ergo conuenientius fuiſſet, vt Chriſtus naturali morte moriẽdo, hominem liberaret, quàm quòd pateretur.

¶ 3 Præt. Conuenientiſſimum videtur, ꝙ ille qui violenter & iniuſte detinet aliquid, ꝑ ſuperioris potẽtiã ſpolietur. vnde Iſa. 52. dicitur Gratis venundati eſtis, & ſine argẽto redimemini: ſed diabolꝰ nullum ius in homine habebat, quẽ H per fraudem deceperat, & per quã dam violentiam ſeruituti ſubiectum detinebat. ergo videtur conuenientiſſimum fuiſſe, quòd Chriſtus diabolum per ſolam potentiã ſpoliaret abſque ſua paſſione.

Sed contra eſt, ꝙ Aug. dicit 13. de Trini. Sanandæ noſtræ miſerię cõuenientior modus alius non fuit, q̃ per Chriſti paſſionem.

Respon. Dicendum, quòd tanto aliquis modus conuenientior eſt ad aſſequẽdum finem, quãto per ipſum plura cõcurrũt, quæ I ſunt expedientia fini. Per hoc autem, quòd homo per Chriſti paſſionem eſt liberatus, multa cõcurrerunt ad ſalutem hoĩs pertinẽtia pręter liberationem a peccato. Primo enim per hoc homo cognoſcit, quantum Deus hominem diligat, & per hoc prouocatur ad eũ diligendum, in quo perfectio humanæ ſalutis cõſiſtit. unde Apoſt. dicit Roma. 5. Commendat ſuam charitatẽ deus in nobis, quoniã cũ inimici eſſemus, Chriſtus pro K nobis mortuus eſt. Secũdo, quia per hoc dedit nobis exemplũ obedientiæ, humilitatis, conſtantiæ, iuſtitiæ, & ceterarum virtutũ in paſſione Chriſti oſtenſatum, quæ ſunt neceſſariæ ad humanam ſalutem. Vnde dicitur 1. Petri. 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Tertio, quia Chriſtus per paſſionem ſuam non ſolũ F hominem a peccato liberauit, ſed etiam gratiam iuſtificãtem & gloriam beatitudinis ei promeruit, vt infra dicetur. * Quarto, quia per hoc eſt homini inducta maior neceſſitas, ſe immunem a peccato conſeruandi, qui ſe ſanguine Chriſti redemptum cogitat a peccato, ſecũdum illud 1. Corinth. 6. Empti enim eſtis pretio magno: glorificate & portate Deum in corpore veſtro. Quinto, quia hoc ad maiorem dignitatem hominis ceſſit, vt ſicut homo victus fuerat & de G ceptus a diabolo, ita etiam homo eſſet qui diabolum vinceret, & ſicut homo mortem meruit, ita homo moriendo, mortem ſuperaret. vnde dicitur 1. ad Corint. 15. Deo gratias, qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtum. & ideo conuenientius fuit, quòd per paſſionem Chriſti liberaremur, quàm per ſolam Dei voluntatem.

Ad primum ergo dicendũ, quòd natura etiam vt aliquid faciat, plura ad vnum aſſumit, ſi- H cut duos oculos ad videndum. & idem patet in alijs.

Ad 2m dicendum, quòd ſicut Chryſ. dicit, Chriſtus non ſui mortem, quam nõ habebat, cum ſit vita: ſed hominum mortem venerat conſumpturus. Vnde non propria morte corpus depoſuit, ſed ab hominibus illatam ſuſtinuit: ſed etſi ægrotauiſſet corpus eius, & in conſpectũ omnium ſolueretur, inconueniens erat eum, qui ſanaret aliorum languores, habere proprium corpus affectum lan- I guoribus: ſed & ſi abſque morte corpus alicubi ſeorſum depoſuiſſet, ac deinde ſe offerret, non crederetur ei de reſurrectione diſſerẽti. Quomodo enim pateret Chriſti in morte victoria, niſi coram omnibus eam patiens, per incorruptionem corporis, probaſſet extinctam?

Ad 3m dicendum, quòd licet diabolus iniuſte inuaſerit hominem, tamen homo propter peccatum, iuſte erat ſub ſeruitute diabo- K li derelictus a deo. & ideo conueniens fuit, vt per iuſtitiam homo a ſeruitute diaboli liberaretur, Chriſto ſatisfaciente pro ipſo per ſuam paſſionem. Fuit etiam hoc conueniens ad vincendam ſuperbiam diaboli, qui eſt deſertor iuſtitiæ, & amator potentiæ, vt Chriſtus diabolum vinceret, & hominem liberaret, non per ſolam potentiam deitatis, ſed etiam per iuſtitiam, & humilitatem D 4 paſſionis vt Auguſtin. * dicit 13. de Trinitate.



## Articvlvs IIII.

### *Vtrum Chriſtus pati debuerit in cruce.*

*¶ Super Quæſtionis quadrageſimæſextæ Articulum quartũ.*

Titulus clarus. ¶ In corpore vna concluſio: Conueniẽtiſſimum fuit, Chriſtum pati, mortem crucis. Probatur in litera rationibus ſeptem: quibꝰ poteſt addi octaua, quòd ideo mortem crucis elegit, vt vſq; ad vltimũ, quatuor ſenſuum (ſcilicet viſus, auditus, olfactꝰ, & guſtus, ac linguę) officio vti libere poſſet, & ad cumulũ paſſionis, videndo, audiendo, odorando, guſtandoq; cõtraria ignominioſa, &c. & ad conſumanda myſteria, quæ verbis in cruce dictis expleuit, & commẽdando Matrem, & Latronem exaudiendo &c.

¶ In reſpoſione ad tertium memento quòd maledictus a Deo quilibet eſt, cui mali aliquid a Deo infertur: quia enim ipſe dixit, & facta ſunt, ſicut benedicere alicui Deũ, eſt benefacere illi, ita deũ maledicere, alicui eſt illi malum facere. Et quia Deus propter ſcelus populi ſui percuſſit Chriſtum, multa mala pœnæ, & ſpecialiter malum pœnæ ignominioſiſſimæ crucis intulit illi, ideo maledixit Chriſto, dum illi malum fecit: & ꝓpterea Chriſtũ ſicut omnis patiens in cruce, maledictus a Deo dicitur.

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus non debuerit pati in cruce. Veritas enim debet reſpondere figuræ: ſed in figura Chriſti præceſſerunt omnia ſacrificia veteris Teſtamenti, in quibus animalia gladio necabantur, & poſtmodũ igni cremabantur. ergo videtur quòd B Chriſtus non debuerit pati in cruce, ſed magis gladio vel igne.

¶ 2 Præt. Dama. * dicit, quòd Chriſtus non debuerit aſſumere deteſtabiles paſſiones: ſed mors crucis videtur fuiſſe maxime deteſtabilis & ignominioſa. vnde dicitur Sapientiæ 2. Morte turpiſſima condemnemus eum. ergo videtur, quòd Chriſtus non debuerit pati mortem crucis.

¶ 3 Præt. De Chriſto dicitur, Benedictus qui venit in nomine Domi- C ni, vt patet Matthæ. 21. ſed mors crucis erat mors maledictiõis, ſecũdum illud Deute. 21. Maledictus eſt a Deo, qui pendet in ligno. Ergo videtur quòd non fuerit cõueniens Chriſtum crucifigi.

Sed contra eſt, quòd dicitur Philip. 2. Factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis.

Respon. Dicendum, quòd cõuenientiſſimum fuit Chriſtum pati mortem crucis. Primo qui- D dem, propter exemplum virtutis. Dicit enim Auguſtin. * in lib. 83. quæſt. ſapientia Dei hominem ad exemplum, quo recte viueremus, ſuſcepit. Pertinet autem ad vitam rectam, ea, quæ non ſunt metuenda, non metuere. Sunt autem homines, qui quàmuis mortem ipſam non timeant, genus tamen mortis horreſcunt. Vt ergo nullũ genus mortis recte viuẽti hoĩ metuẽdũ eſſet, illius hominis cruce E oſtendendum fuit: nihil enim erat inter omnia genera mortis, illo genere execrabilius, & formidabilius. Secundo, quia hoc genus mortis maxime cõueniens erat ſatisfactioni pro peccato primi parentis, quod fuit ex eo quòd contra mandatum Dei, pomum ligni vetiti ſumpſit. & ideo conueniens fuit, quòd Chriſtus ad ſatisfaciendum pro illo peccato ſeipſum pateretur ligno affigi, quaſi reſtituens quod Adam ſuſtulerat, ſecũdum illud Pſal. 64. Quæ non rapui, tunc exoluebam. Vnde Auguſt. dicit in quodam ſermone de paſſione, Contempſit Adam præceptum A accipiens ex arbore pomum: ſed quicquid Adam perdidit, Chriſtus in cruce inuenit. Tertia rõ eſt quia ut (Chryſo. * dicit in ſermone de paſſione) in excelſo ligno, & non ſub tecto paſſus eſt, vt etiam ipſius aeris natura mundetur, ſed & ipſa terra ſimile beneficium ſentiebat, decurrẽtis de latere ſanguinis ſtillatiõe mũdata. Et ſuper illud Ioan. 3. Oportet exaltari Filium hominis, dicit, Exaltari audiens, ſuſpenſionem intelligas in altum, vt ſanctificaret aerem, qui ſanctificauerat terram ambulando in ea. Quarta ratio eſt: quia per hoc quòd in alto moritur, aſcenſum nobis parat in cælum, vt Chryſoſtom. dicit. Et inde eſt, quòd ipſe dicit Ioan. 12. Ego, ſi exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipſum. Quinta ratio eſt, quia hoc competit vniuerſali ſaluationi totius mun- B di. Vnde Grego. Nicen. dicit, quòd figura crucis a medio * contactu in quatuor extrema partita, ſignificat virtutem & prouidentiam eius, qui in ea pependit, vbique diffuſam. Chryſo. etiam dicit, quòd in cruce expanſis manibus moritur, vt altera manu veterem populum, altera, eos qui ex gentibus ſunt, trahat. Sexta ratio eſt, quia per hoc genus mortis, diuerſæ virtutes deſignantur. Vnde Auguſti. * dicit in lib. de gratia veteris, & noui Teſtamenti, Non fruſtra tale genus mortis elegit, vt latitudinis & altitudinis & longitudinis, & profunditatis, de quibus Apoſtolus loquitur, magiſter exiſteret. Nam latitudo eſt in eo ligno, quod tranſuerſum deſuper figitur. C hoc ad bona opera pertinet, quia ibi extendũtur manus. Longitudo in eo, quod ab ipſo ligno vſque ad terram conſpicuum eſt: ibi enim quodam modo ſtatur, ideſt, * perſiſtitur & perſeueratur, quod longanitati tribuitur. Altitudo eſt in ea ligni parte, quæ ab illa quæ tranſuerſum figitur, ſurſum verſus relinquitur, hoc eſt ad caput crucifixi, quia bene ſperantium ſuperna expectatio eſt. Iam vero illud ex ligno, quod fixum occultatur, vnde totum illud exurgit, profunditatem ſignificat gratuitæ gratiæ. Et ſicut Auguſt. * ſuper Ioan. dicit, Lignum, in quo fixa erant membra patientis, etiam cathedra fuit magiſtri docentis. Septima ratio eſt, quia hoc genus mortis plurimis D figuris reſpondet. ut enim Auguſti. dicit in ſermone de paſſione, de diluuio aquarum, humanum genus arca lignea liberauit: de Aegypto Dei populo recedente, Moyſes mare virga diuiſit, & Pharaonẽ proſtrauit, & populum Dei redemit: idem Moyſes lignum in aquam miſit, & amaram aquam in dulcedinem commutauit: ex lignea virga de ſpirituali petra, ſalutaris vnda profertur. Et vt Amalec vinceretur, circa virgam Moyſes expanſis manibus extenditur, & lex Dei, arcæ Teſtamenti creditur ligneæ, ut his omnibus ad lignum crucis, quaſi per quoſdam gradus veniatur.

In hom. de cruce & latrone quæ incipit: Hodierna die. non remote a prin. tomo. 3.

Alias, tractu.

In Epiſto. 120. c. 26. a medio to. 2.

Tract. 119. in Ioan. parum a prin. tom. 9.

E Ad primvm ergo dicendum, quòd altare holocauſtorum, in quo ſacrificia animalium offerebantur erat factũ de lignis, vt habetur Exod. 26. & quantum ad hoc, veritas reſpondet figuræ: non autem oportet quòd quantum ad omnia, quia iam non eſſet ſimilitudo, ſed veritas, vt Dama. * dicit in 3. lib. Specialiter tamen, vt Chryſoſto. dicit, non caput ei amputatur, vt Ioanni, neque ſectus eſt, vt Iſaias, vt corpus integrum & indiuiſibile morti ſeruet, & nõ fiat occaſio volentibus Eccleſiam diuidere. Loco autem materialis ignis, fuit in holocauſto Chriſti, ignis charitatis.

Li. 3. ortho. fid. c. 26. nõ longe a fin.

Ad

Ad 2ᵐ dicendum, quòd Chriſtus deteſtabiles paſſiones aſſumere renuit, quæ pertinebant ad defectũ ſcientiæ vel gratiæ aut etiam virtutis. Non autem illas, quæ pertinent ad iniuriam ab exteriori illatam: quinimmo, vt dicitur Hebr. 12. ſuſtinuit crucem, cõfuſione contempta.

Li.14.ca.3. & 4.tom.6. Ad 3ᵐ dicendum, quòd (ſicut Augu. * dicit 14. contra Fauſtum) peccatum maledictum eſt, & per cõſequens mors & mortalitas ex peccato proueniens. Caro autem Chriſti mortalis fuit, ſimilitudinem habens carnis peccati, & propter hoc Moyſes eam nominat maledictum: ſicut & Apoſtolus nominat eam peccatum, dicens 2. ad Corint. 5. Eum, qui nõ nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ſcilicet propter pęnam peccati. Nec ideo maior inuidia eſt, quia dixit, Maledictus eſt a Deo: niſi enim Deus peccatum odiſſet, non ad eam ſuſcipiendam atque tollendam filium ſuum mitteret. Confitere ergo maledictum ſuſcepiſſe pro nobis, quem confiteris mortuũ eſſe pro nobis. unde ad Galat. 3 dicitur, Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.

## Articvlvs V.

### *Vtrum Chriſtus omnes paſſiones ſuſtinuerit.*

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus omnes paſſiones ſuſtinuerit. Dicit. n. Hila. * 10. de Trini. Vnigenitus Dei ad peragẽdum mortis ſuæ ſacramentum, cõſumaſſe ſe omne humanarum genus paſſionum teſtatur, cum inclinato capite emiſit ſpiritum. Videtur ergo ꝙ omnes paſsiões humanas ſuſtinuerit.

Li.10. in 2. ſo. a prin. li.

¶ 2 Pręt. Iſa. 52. dicitur, Ecce intelliget ſeruus meus, & exaltabitur, & eleuabitur, & ſublimis erit valde, ſicut obſtupuerunt ſuper eum multi, ſic inglorius erit inter viros aſpectus eius, & forma eius inter filios hominum: ſed Chriſtus eſt exaltatus ſecundum hoc, ꝙ habuit omnem gratiam & omnẽ ſciẽtiam, pro quo ſuper eum multi admirantes obſtupuerunt. ergo videtur ꝙ inglorius fuerit, ſuſtinendo omnẽ paſſionẽ humanam.

¶ 3 Præt. Paſſio Chriſti ordinata eſt ad liberationem hominis a peccato, vt ſupra dictum eſt: * ſed Chriſtus venit liberare homines ab omni genere peccatorũ. ergo debuit pati omne genus paſſionum.

Ar.3. huius quæſt.

Sed contra eſt, quòd dicitur Ioã. 9. ꝙ milites primi quidem fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus eſt cũ eo: ad Ieſum autem cum veniſſent, non fregerunt eius crura. non ergo paſſus eſt omnem humanam paſſionem.

Respon. Dicendum, quòd paſsiones humanæ poſſunt conſiderari dupliciter. Vno modo, quã- F tum ad ſpeciem, & ſic non oportuit Chriſtum pati omnem paſsionem, quia multæ paſsionum ſpecies ſubiinuicem contrariantur, ſicut combuſtio in igne, & ſubmerſio in aqua. Loquimur enim nunc de paſſionibus ab extrinſeco illatis, quia paſsiones ab intrinſeco cauſatas (ſicut ſunt ægritudines corporales) non decuit eum pati, vt ſupra dictum eſt *. Sed ſecundũ genus paſſus eſt omnem paſsionẽ humanam: quod quidem poteſt conſiderari tripliciter. Vno modo G ex parte hominum, a quibus paſſus eſt. Paſſus eſt enim aliquid & a gentilibus & a iudæis, & a maſculis & a feminis, vt patet de ancillis accuſantibus Petrum. Paſſus eſt etiã & a principibus & a miniſtris eorum & popularibus, ſecundum illud Pſal. 2. Quare fremuerũt gẽtes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum H aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Paſſus eſt etiam a familiaribus & notis, ſicut patet de iuda eum prodente, & Petro ipſum negante. Alio modo, patet idem ex parte eorum, in quibus homo poteſt pati. Paſſus eſt enim Chriſtus in ſuis amicis, eum deſerẽtibus: in fama, per blaſphemias contra eum prolatas: in honore & gloria per irriſiones & contumelias ei illatas: in rebus, per hoc quod etiã veſtibus ſpoliatus eſt: in anima per triſtitiam, tędium & timorem: in corpore per vulnera I & flagella. Tertio, poteſt conſiderari quantum ad corporis membra. Paſſus eſt enim Chriſtus in capite, pungentium ſpinarum coronam, in manibus & pedibus fixionem clauorum, in facie alapas & ſputa, & in toto corpore flagella. Fuit etiam paſſus ſecundum omnem ſenſum corporeum: ſecundũ tactum quidem, flagellatus & clauis confixus: ſecundum guſtum, K felle & aceto potatus: ſecundum olfactum, in loco fętido cadauerum mortuorum (qui dicitur caluarie) appenſus patibulo: ſecũdũ auditum, laceſſitus vocibus blaſphemantium & irridentium: ſecũdum viſum, videns matrem & diſcipulum, quem diligebat, flẽtes.

Ad primvm ergo dicendum, quòd verbum illud Hila. eſt intelligendum, quantum ad omnia genera paſsionum, non autem quãtum ad omnes ſpecies.

Ad 2ᵐ dicendum, quòd ſimilitudo ibi attenditur, non quantũ A ad numerum paſsionum & gratiarum: ſed quantum ad magnitudinem vtriuſque: quia ſicut ſublimatus eſt in donis gratiæ ſuper alios, ita deiectus eſt infra alios per ignominiam paſsionis.

Ad 3ᵐ dicẽdũ, ꝙ ſecundum ſufficientiã, vna minima paſsio Chriſti ſuffeciſſet ad redimendum genus humanum ab omnibus peccatis, ſed ſecundum conuenientiam, ſufficiens fuit quòd patere- B tur omnia genera paſsionum, ſicut iam dictum eſt *.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæſextæ Articulum quintũ.*

Inf.q.48.ar ti.2.

Titulus de paſſionibus corporalibus ab extrinſeco illatis intelligitur, vt in corpore art. Auctor explicat. Sunt enĩ duo genera paſſionum: quædam ſpirituales: vt decipi, priuari virtute. & huiuſmodi, quæ longe fuerunt a Chriſto: quia derogarent perfectioni animæ ipſius: quædã corporales: & hæ ſunt duplices: quædã ab intrinſeco, vt ægritudines corporales, & de his nõ eſt q̃ſtio: quia non decuit Chriſtũ ĩfirmatie, ſed ſat fuit ab intrinſeco habere paſsiones naturales abſque ægritudine, vt famem, ſitim, laſſitudinẽ quo ad corpus & triſtitiã, timorem, & huiuſmodi quo ad partem ſenſitiuam animæ: quædam vero ab extrinſeco: ſiue ſint pure corporales vt flagella, cõfoſſio, & huiuſmodi: ſiue aliqualiter ſpirituales, vt infamari, & huiuſmodi. Et ſimiliter ſiue extrinſece vt ſpoliari, & huiuſmodi: ſiue intus, vt triſtari ex ſenſatis & obiectis: de his. n. q̃ ab extrinſeco inferri poſſunt paſſionibus abſque ſpirituali damno in anima patientis, quæſtio eſt, vt vnico verbo dicatur.

¶ In corpore eſt vna diſtinctio bimẽbris cum duabus concluſionibus iuxta ipſa mẽbra diſtinctiõis, interiecta explicatione tituli. Diſtinctio eſt: Paſſiones humanæ ab extrĩſeco poſſunt conſiderari dupliciter, vel ſecundũ ſpecies, vel ſecundũ genus. Prima cõcluſio: Non oportuit Chr̃m pati oẽm humanã paſſionem, ſecundũ ſpeciem. Probatur: quia multæ earum ſunt contrariæ, vt patet. Secunda cõcluſio eſt: Chriſtus paſſus eſt omnẽ humanam paſſionẽ ſecundũ genus. Probatur tripliciter: & ex parte generalitatis cõditionum agẽtium a quibus, & rerum in quibus, & membrorum ſecundum quæ paſſus eſt.

¶ Aduerte hic primo, ꝙ Auctor ſummarie pertrãſit generalitatem paſſionũ Chriſti: nam ſi adamuſſim dinumerandæ eſſent omnes cõditiones paſſionum eius & differentiæ earum, humanũ ingenium forte deficeret. Clare ſiquidem liquet, quòd paſſus eſt iudicialiter & extra iudicialiter, a iudicio eccleſiaſtico & ſæculari, paſſus eſt obiectione ſuperbię blaſpemiæ, ſeductionis, ambitiõis, rebellionis Cæſareæ, vſurpationis diuinæ: paſſus eſt a teſtibus falſis, & a propria confeſſione occaſionaliter: paſſus eſt vt malus, & vt ſtultus: paſſus eſt a viris timoratis ſecundum legẽ Dei (vtpote non introeuntibus in prætorium, & vacãtibus operibus miſericordiæ actualiter) & a ſceleratis: paſſus eſt & ſimpliciter, & cõparatiue ad Barabbam. Et breuiter ad pelagus paſſionum harum contemplatio ingreſſum dans, noua ſemp adiciet.

¶ Aduerte ſecundo, ꝙ ad literam Chriſtus generalitatem paſſionum ſuſcepit, vt vniuerſum quo ad mala deificaret: ita ꝙ ſicut verbum diuinum ſuſcipiendo humanã naturã aſſumpſit quodãmodo totũ vniuerſum, quo ad bona (ꝓ quãto i homine omnes creaturæ quodãmodo inueniuntur, vt in principio huius libri declarauim⁹) ita ſuſcipiẽdo mala hominum in generalitate ſuarum paſſionum, deificauit totũ vniuerſum, quo ad mala: in malo enim hominis omnia mala quodãmodo inueniuntur. vt omnino impletum conſpiciamus, quòd ſic deus dilexit mundum, & ſecundum bona & ſecundum mala, vt filium ſuum vnigenitũ daret. Prodeſt autem malorum huiuſmodi tanta dignitas humano generi valde: quoniam malorum incurſus poſt Adæ peccatum ineuitabilis ẽ & neceſſarius in via virtutis. ambulantibus ad cęleſtem patriam. Naturaliter autem exoſa fugibilia triſtiaq; ſunt mala, & propterea arcta duraq; dicit via vitæ; ſed vbi aſſumpta a verbo dei in propria perſona mala ſunt, deificata proculdubio ſunt, & inde reddita ſunt deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum, cum non habentur, & dulciora ſup mel & fauum, cum habentur, vt geſta martyrum teſtantur, dicentium, hoc eſt qđ ſemper optaui, has epulas ego ſemper optaui: videor mihi quòd ſuper roſeos flores incedam, &c. Et hinc virtutis via patiẽdo mala, facta eſt humano generi amabilis deſiderabilis, atq; delectabilis ſecundum ſeipſam: ſed animalis homo non ꝑcipit quæ Dei ſunt: palato. n. non ſano pœna eſt panis, qui ſano eſt ſuauis: & oculis ægris odioſa lux, quæ puris eſt amabilis.

Q.14.ar.4. … corp. ar. … diſt.15.q. … ar.3.q.3. … opu.3.c. … & 139. … Ethi. … & 9. …



## Articvlvs VI.

### *Vtrum dolor paſsionis Chriſti fuerit maior omnibus doloribus.*

Ad sextvm ſic proceditur. Videtur quòd dolor paſsionis Chriſti non fuerit maior omnibus alijs doloribus. Dolor enim patientis augetur ſecundum grauitatem & diuturnitatem paſsio- C nis; ſed quidam martyres, grauiores paſsiones & diuturniores ſuſtinuerunt, quàm Chriſtus, ſicut patet de Laurentio, qui eſt aſſatus in craticula, & de Vincentio, cuius carnes ſunt vngulis ferreis laceratæ. ergo videtur quòd dolor Chriſti patiẽtis nõ fuerit maxim⁹.

¶ 2 Præt. Virtus mentis eſt mitigatiua doloris, intantum quòd ſtoici poſuerunt, triſtitiam in animũ ſapientis non cadere, & Ariſto. * poſuit, quòd virtus moralis mediũ D tenet in paſſionibus: ſed in Chriſto fuit perfectiſsima virtus mentis. ergo videtur quod in Chriſto non fuerit maximus dolor.

¶ 3 Præt. Quanto aliquod patiens eſt magis ſenſibile, tanto maior ſequitur dolor paſſionis: ſed anima eſt ſenſibilior, quàm corpus, cum corpus ſentiat ex anima. Adam etiam in ſtatu innocentiæ videtur corpus ſenſibilius habuiſſe, quàm Chriſtus, qui aſſumpſit corpus humanum cum naturalibus defectibus. ergo videtur quòd dolor ani E mæ patientis in purgatorio vel in inferno, vel etiam dolor Adæ, ſi paſſus fuiſſet, maior fuiſſet quàm dolor paſſionis Chriſti.

¶ 4 Præt. Maioris boni amiſſio cauſat maiorem dolorem: ſed peccator peccando amittit maius bonum, quàm Chriſtus patiendo, quia vita gratiæ eſt melior quàm vita naturæ. Chriſtus etiam qui amiſit vitam, poſt triduum reſurrecturus, minus aliquid amiſiſſe videtur, quàm illi qui amittunt vitam permanſuri in morte. ergo videtur quòd dolor Chriſti non fuerit maximus dolorum.

¶ 5 Præt. Innocentia patientis diminuit dolorẽ paſſionis: ſed Chriſtus innocenter eſt paſſus, ſecundum illud Hiere. 11. Ego autem quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimam. ergo videtur quòd dolor paſſionis Chriſti non fuerit maximus.

¶ 6 Præt. In his, quæ Chriſti ſunt, nihil fuit ſuperfluum: ſed minimus dolor Chriſti ſuffeciſſet ad finem ſalutis humanæ; habuiſſet enim infinitam virtutem ex perſona diuina. ergo ſuperfluum fuiſſet aſſumere maximum dolorem.

Sed contra eſt, ꝙ Thren. 1. dicitur ex perſona Chriſti, Attendite, & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus.

Q.15.ar.5. & 6.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt *, cum de defectibus aſſumptis a Chriſto ageretur, in Chriſto patiente fuit verus dolor, & ſenſibilis, qui cauſatur ex corporali nociuo, & dolor interior, qui cauſatur ex apprehẽſione alicuius nocumenti, qui triſtitia dicitur. Vterque autem dolor in Chriſto fuit maximus inter dolores p̃ſentis vitæ: qđ quidẽ cõtigit pp quatuor. Primo quidẽ, propter cauſas doloris, nam doloris ſenſibilis cauſa fuit læſio corporalis quæ acerbitatem habuit, tum propter generalitatem paſsionis, de qua dictum eſt *, cum etiã ex genere paſſionis, quia mors confixorum in cruce eſt acerbiſsima, quia cõfiguntur in locis neruoſis & maxime ſenſibilibus, ſcilicet in manibus & pedibus, & ipſum pondus corporis pendentis cõtinue auget dolorem, & cum hoc etiam eſt doloris diuturnitas, quia nõ ſtatim moriuntur, ſicut hi qui gladio interficiuntur. Doloris autem interioris cauſa fuit primo quidem, omnia peccata humani generis, pro quibus ſatisfaciebat patiendo, vnde ea quaſi ſibi aſcribit dicens in Pſal. 21 Verba delictorum meorum. Secundo, ſpecialiter caſus iudæorum & aliorum in eius morte delinquẽtiũ, & præcipue diſcipulorum, qui ſcandalum paſſi ſunt in Chriſti paſsione. Tertio, etiam amiſsio vitæ corporalis, quæ naturaliter eſt horribilis humanæ naturæ. Secundo, poteſt magnitudo doloris eius conſiderari ex perceptibilitate patiẽtis, & ſecundum animam, & ſecundum corpus. Nam & ſecũdum corpus erat optime complexionatus, cum corpus eius fuerit formatũ miraculoſe operatione Spirituſſancti, ſicut & alia, quæ per miracula facta ſunt, fuerunt alijs potiora (vt Chryſo. * dicit de vino, in quod Chriſtus aquam cõuertit in nuptijs) & ideo in eo maxime viguit ſenſus tactus, ex cuius perceptione ſequitur dolor: anima etiam ſecundum vires interiores, efficaciſſime apprehendit omnes cauſas triſtitiæ. Tertio, magnitudo doloris Chriſti patientis poteſt conſiderari ex doloris & triſtitiæ puritate. Nam in alijs patientibus mitigatur triſtitia

Q.15. & 2. præced.

Ho. 21. in Io. a medio illius to. 3.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæſextæ Articulum ſextum.*

Titulus, vt ſonat, intelligendus eſt.

¶ In corpore duo. Primo, reſumuntur duo dolores in Chriſto: exterior. ſ. & interior. Secũdo, rñdet q̃ſito vnica cõcluſio ne: vterque dolor in Chriſto fuit maxim⁹ ſuper omnes pręſentis uitæ. Probat ex quatuor ſimul iunctis, ſcilicet ex cauſis, ex patiente, ex puritate doloris, & ex quantitate ꝓportionata ad finẽ.

¶ Vbi videre facile potes, quòd in nullo alio dolore humano cõcurrẽtia, adæquare aut etiam appinquare poſſunt ad hæc. Et de tertio quidem & quarto conſtat, ꝙ in alijs locum habere non poſſunt: ſecundum quoque ad perceptionẽ efficaciſſimam omnium cauſarum triſtitiæ, procul etiam ab alijs eſt: in primo quoque duo ſunt inacceſſibilia, ſcilicet triſtitia ex omnibus peccatis humani generis, & amiſſio corporalis vitæ diuinæ perſonæ, & tam excellentis animæ.

tur triſtitia interior, & etiã dolor exterior, ex aliqua conſideratione rationis, per quandam deriuationem ſeu redundantiam a ſuperioribus viribus ad inferiores: quod in Chriſto patiente non fuit, quia vnicuique virium, permiſit agere quod eſt ſibi proprium, ſicut Dama. * dicit. Quarto, poteſt conſiderari magnitudo doloris Chriſti patientis, ex hoc, quòd paſſio illa & dolor a Chriſto fuerunt aſſumpta voluntarie, propter finem liberationis hominum a peccato. & ideo tantam quantitatem doloris aſſumpſit, quæ eſſet proportionata magnitudini fructus, qui ĩde ſequebatur. Ex his igitur omnibus cauſis ſimul conſideratis, manifeſte apparet, quòd dolor Chriſti fuerit maximus.

Li. 3. c. 15. a medio.

Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit ex vno tantum prædictorum, ſcilicet ex læſione corporali, quæ eſt cauſa ſenſibilis doloris: ſed ex alijs cauſis multo magis dolor Chriſti patientis augetur, vt dictum eſt*.

In corp. ar.

Ad 2m dicendum, quòd virtus moralis aliter mitigat triſtitiam interiorem, & aliter exteriorem dolorem ſenſibilem. Triſtitiam enim interiorẽ diminuit directe, in ea medium conſtituendo, ſicut in propria materia. Medium autem in paſſionibus virtus moralis conſtituit (vt in 2. parte habitum eſt*) non ſecundum quantitatem rei, ſed ſecundum quãtitatem proportionis, vt ſcilicet paſſio non excedat regulam rationis. Et quia Stoici reputabant, quòd nulla triſtitia eſſet ad aliquid vtilis, ideo credebant quòd totaliter a ratione diſcordaret, & per conſequens quòd totaliter eſſet ſapienti vitanda. ſed ſecundum rei veritatem triſtitia aliqua laudabilis eſt (vt Auguſt. * probat in 14. de ciuit. Dei,) quando ſcilicet procedit ex ſancto amore, vtpote, cum aliquis triſtatur de peccatis proprijs vel alienis. Aſſumitur etiam, vt vtilis ad finem ſatisfactionis pro peccato, ſecundum illud Apoſto. 2. ad Cor. 7. Quæ ſecundum Deum eſt triſtitia, pœnitentiam in ſalutẽ ſtabilem operatur. & ideo Chriſtus vt ſatisfaceret pro peccatis omnium hominum, aſſumpſit triſtitiam, maximam quidem quãtitate abſoluta, non tamen excedentem regulam rationis. Dolorem autem exteriorem ſenſus, virtus moralis directe nõ minuit, quia talis dolor non obedit rationi, ſed ſequitur corporis naturam. Diminuit tamen ipſum indirecte, per redundantiam a ſuperioribus viribus in inferiores, quod in Chriſto non fuit, vt dictum eſt.

P. 2. q. 64. ar. 1. & 2.

Li. 14. ca. 9. tom. 5.

Ad 3m dicendum, quòd dolor animæ ſeparatæ patiẽtis, pertinet ad ſtatum futuræ damnationis, quæ excedit omne malum huius vitæ: ſicut ſanctorum gloria excedit omne bonum præſentis vitæ. unde cũ dicimus Chriſti dolorem eſſe maximum, non comparamus ipſum dolori animæ ſeparatæ. Corpus autem Adæ pati non poterat niſi peccaret, & ſic fieret mortale & paſſibile, & minus doleret patiens, quàm corpus Chriſti, propter rationes prædictas. Ex quibus etiam apparet, quòd etiam ſi per impoſſibile ponatur, quòd Adam in ſtatu innocentiæ, paſſus fuiſſet, minor fuiſſet dolor eius quàm Chriſti.

Ad 4m dicendum, quòd Chriſtus non ſolum doluit pro amiſſione vitæ corporalis propriç: ſed etiam pro peccatis omnium aliorum, qui dolor in Chriſto exceſſit omnem dolorem cuiuſcumque cõtriti: tum, quia ex maiori ſapientia & charitate proceſſit, ex quibus dolor contritionis augetur: tum etiam, quia pro oĩbus peccatis ſimul doluit, ſecundum illud Iſa. 53. Vere dolores noſtros ipſe tulit. Vita autem corpora-

F lis Chriſti fuit tantæ dignitatis, & præcipue propter diuinitatem vnitam, quòd de eius amiſſione etiam ad horam, magis eſſet dolendum, quàm de amiſſione vitæ alterius hominis per quantumcumq; tempus. unde & Philoſo. dicit 3. Ethico. * quòd virtuoſus diligit vitam ſuam, quanto ſcit eam eſſe meliorem, & tamen eam exponit propter bonum virtutis. Et ſimiliter Chriſtus vitam ſuam maxime dilectam, expoſuit propter bonum charitatis, ſecũdum illud Hiere. 12. Dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum eius.

Li. 3. c. 9. circa medium mo. 5.

Ad 5m dicendum, quòd innocẽtia patientis minuit dolorem paſſionis, quantum ad numerũ, quia cum nocens patitur, dolet non ſolum de pœna, ſed
G etiam de culpa, innocens autem ſolum de pœna: qui tamen dolor in eo augetur ex innocentia, inquantũ apprehendit nocumentum illatum, vt magis indebitum. unde etiam & alij magis ſunt reprehẽſibiles, ſi ei non compatiuntur, ſecundum illud Iſa. 57. Iuſtus autẽ perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo.

Ad 6m dicendum, quòd Chriſtus voluit genus humanum a peccatis liberare, non ſola poteſtate: ſed iuſtitia. & ideo nõ ſolum attendit quantam virtutem dolor eius haberet ex diuinitate vnita, ſed etiam quãtum dolor eius ſufficeret, ſecundum humanam naturam ad tantam ſatisfactionem.

H

## Articulus VII.

### *Vtrum Chriſtus paſſus fuerit ſecundum totam animam.*

Ad septimvm ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus non fuerit paſſus ſecundum totam animam. Anima enim patitur patiente corpore per accidẽs, inquantum eſt corporis actus: ſed anima non eſt actus corporis ſecũdum quamlibet partem eius: nã intellectus nullius corporis actus
I eſt, vt dicitur in 3. de anima *. ergo videtur, quòd Chriſtus nõ fuerit paſſus ſecũdum totam animã.

Ex li. 3. de anima tex. 6. & 11 tom. 2.

¶ 2 Præt. Quælibet potentia animæ patitur a ſuo obiecto: ſed ſuperioris partis rationis obiectum, ſunt rationes æternæ, quibus inſpiciendis & cõſulẽdis intendit, vt Aug. † dicit 12. de Trinita. Ex rationibus autem æternis nullum potuit Chriſtus pati nocumentum, cum in nullo ei contrariarẽtur. ergo vi
K detur quòd non fuerit paſſus ſecundum totam animam.

Li. 12. ca. 7. in fi. to. 3.

¶ 3 Præt. Quando paſſio ſenſibilis vſq; ad rationem pertingit, tunc dicitur completa paſſio, quæ in Chriſto non fuit: ſed ſolũ propaſſio, vt Hiero.* dicit. unde & Dion. dicit in Epiſt. † ad Ioannem euangeliſtã, ꝙ paſſiones ſibi illatas patiebatur, ſm iudicare ſolum. non ergo videtur quòd Chriſtus ſecũdum totam animam pateretur.

¶ 4 Præt. Paſſio dolorem cauſat: ſed in intellectu ſpeculatiuo non eſt dolor: quia delectationi, quæ eſt ab eo, quod eſt conſiderare, nulla triſtitia opponitur, vt Philoſophus* dicit in 1. Topic. ergo videtur quòd Chriſtus non pateretur ſecundum totam animam.

Li. 1. Topic. c. 13. in loco, ...

Sed contra eſt, quòd in
B Pſ. 87. dicitur ex pſona Chriſti, Repleta eſt malis anima mea, Gloſſ. † non vitijs, ſed doloribus, quibus anima carni compatitur, vel malis, ſcilicet pereuntis populi, compatiendo: non autem fuiſſet anima eius his malis repleta, ſi non ſecundum totam animam paſſus eſſet. ergo Chriſtus eſt ſecundum totam animam paſſus.

Glo. ... Pſalm. 17. ... Auguſ. ...

Respon. Dicendum, quòd totum dicitur reſpectu partium: partes autem animæ dicuntur po-
C tentiæ eius. Sic ergo dicitur anima tota pati, inquantũ patitur ſecundum ſuam eſſentiam, vel inquantum ſecundum omnes ſuas potentias patitur: ſed conſiderandum eſt, quòd aliqua potentia animæ, poteſt pati dupliciter. Vno modo paſſione propria, quæ quidem eſt ſecũdum quòd patitur a ſuo obiecto, ſicut ſi viſus patiatur ex ſuper abundanti viſibili. Alio modo, aliqua potẽtia patitur paſſione ſubiecti, ſuper quod fundatur, ſicut viſus patitur patiente ſenſu tactus in oculo, ſuper quem fundatur viſus, puta cum oculus pungitur, aut etiam diſtemperatur per calorem. Sic igitur dicendum eſt, quòd
B ſi intelligamus totam animam ratione ſuæ eſſentiæ, ſic manifeſtum eſt totam animam Chriſti paſſam eſſe. Nam tota eſſentia animæ coniungitur corpori, ita quòd[d] tota eſt in toto, & tota in qualibet parte eius, & ideo corpore patiente, & diſpoſito ad ſeparationẽ ab anima, tota anima patiebatur. Si vero intelligamus totam animam ſecundum omnes potentias eius ſic loquẽdo de paſſionibus proprijs potentiarum, patiebatur quidem
C ſecũdum omnes vires inferiores: quia in ſingulis viribus inferioribus animæ, quæ circa temporalia operantur, inueniebatur aliquid, quod erat cauſa doloris Chriſti, ſicut ex ſupradictis patet: * ſed ſecundum hoc ſuperior ratio nõ patiebatur in Chriſto ex parte ſui obiecti, ſcilicet dei, qui non erat animæ Chriſti cauſa doloris, ſed delectationis & gaudij. Secundum aũt

D. 170.

¶ Super Quæſtionis quadrageſimæſextæ Articulũ ſeptimũ.

Titulus in corpore articuli clarificatur.

¶ In corpore duo ſunt. Primo, diſtinguitur quot ſenſibus poteſt intelligi quæſtio iſta. Secundo, reſpondetur quæſito. Diſtinctio ponitur duplex, prima de li tota, ſcilicet, vel ratiõe eſſentiæ, vel potentiarum. Secunda eſt, ratione potentiarum dupliciter, vel ſecundum actus earum, vel ex parte ſubiecti. Ex quibus conſurgunt tres quæſtionis ſenſus. Primus eſt, an anima ſecundum totam eſſentiam paſſa fuerit: ſecundus eſt, an anima ſecundũ omnium potentiarum paſſiones proprias paſſa fuerit: tertius eſt, an anima ſecundum omnes potentias ex parte ſubiecti paſſa fuerit.

3. di. 15. q. 2. ar. 1. q. 3. & ar. 3. q. 2. & veri. q. 26. art. 3. ad 1. & art. 1. & 9. Et quol. 7. art. 1. & op. 3. c. 231.

¶ Prima concluſio eſt. Anima Chriſti tota ſecũdum eſſentiam paſſa eſt. Probatur. Tota eſſentia animæ coniungitur corpori: ergo patiente corpore, & diſpoſito ad ſeparationẽ ab anima, tota anima patiebatur. Antecedens probatur: quia eſt tota in toto, & tota in qualibet parte.

Hier. ſuper illud Mat. 26. Cœpit contriſtari & mœſtus eſſe, to. ... Incipit epi. Dion. Salo... anima ... circa ... diũ ...

¶ Nota hic, quòd non dicit, Auctor quòd anima Chriſti tota ſecundum eſſentiam doluit, ſed dicit quòd paſſa eſt: dolere. n. importat actum animalis appetitus: pati autem communius eſt. Vnde argumenta Scoti in 3. ſent. diſt. 5. contra opinionem dicentẽ Chriſti animam ſecundum eſſentiam doluiſſe, non ſunt contra doctrinam hanc, niſi vltimum, ſcilicet in ſeparatione animæ a corpore anima fuit, facta impaſſibilis. ergo. Ad hoc. n. dicitur, quòd aliud eſt loqui de ſeparatione aĩæ, & aliud de ſeparato eſſe: nã licet anima in ſeparato eſſe fuerit impaſſibilis: quandiu tamen in ſeparatione fuit, paſſibilis erat & patiebat' dũ ſeparareẽ: quia abijciebatur a naturali ſuo ſtatu, quo perficiebat corpus. Vnde in litera dicitur, corpore patiente & diſpoſito ad ſeparationem, tota eſſentia animæ patiebatur.

¶ Secunda concluſio eſt. Anima Chriſti ſecũdum omnes potentias inferiores patiebatur paſſionibus proprijs illarum potentiarũ. Probatur: quia in ſingulis viribus inferioribus, quæ circa temporalia verſantur, inueniebatur aliquid, quod erat cauſa doloris, vt patet ex ar. 5.

¶ Tertia concluſio eſt, Ratio ſuperior non patiebatur in Chriſto ex parte ſui obiecti. Probatur: quia deus erat cauſa animæ Chriſti non doloris, ſed delectationis & gaudij.

¶ Circa hanc concluſionem dubium occurrit ex Sco. in 3. ſen. diſt. 15. probante, quòd ratio ſuperior in Chriſto per proprium actum doluit de paſſione Chriſti: tum, quia erat contra naturalem appetitũ ipſius rationis ſuperioris: tum, quia erat contra conditionatum velle eiuſdem: quicquid autem nobis nolentibus vel naturali voluntate commodi, vel conditionato velle, accidit, ſufficiens cauſa triſtitiæ eſt, vt patet de miſeria quo ad primum, & de proiectione mercis in mare, quo ad ſecũdum. Amplius, Chriſtus triſtatus eſt, de peccatis hominum vt ſunt offenſæ dei: ſed hoc ſpectat ad rationem ſuperiorem: quia hæc triſtitia eſt ſecundum deum, eſt ſecundum rationes æternas conſultas, quæ ſunt ſecundum Auguſt. 12. de Trinit. obiectum rationis ſuperioris: ergo.

¶ Ad euidentiam huius ſcito, quòd cum ſecundum Aug. de ciui. dei cap. 15. triſtitia ſit de his, quæ nobis nolentibus accidunt, & noſtrum nolle quadrupliciter inueniatur, vel per actũ elicitum, vt ſi nolo viſitari, vel per naturalem contrarietatem ad voluntatem ſecundũm ſe, vt nolumus miſeriam, vel per naturalem contrarietatem ad voluntatem colligatam appetitui ſenſitiuo, vt nolumus vri, vel per conditionatum actum voluntatis, puta nolleitatem, vt nollemus proijcere merces in mare, quas tamen proijcimus, putauit Scotus in loco dicto quodlibet iſtorum nolle ſufficienter cauſare triſtitiam in voluntate, ſi contra huiuſmodi nolle eueniat nobis aliquid ſic nolitum. Minus autem verum inuenitur hoc dictum, ſi perſpexerimus, quòd beatis multa poſſunt ſic nolita euenire: qui tamen triſtari non poſſunt: uoluntas enim cuiuſque patris in patria eſt, quòd ſecundum ſe nollet filium damnari, vt patet: quia iſta nolleitas eſt ſecũdum amorem naturalem ad filium, & quia in damnatis remanet, vt patet de diuite, qui petijt, ne fratres damnarentur, & tamen beatus non triſtatur ſi filius
A damnatur. Et ſimile eſt de iniurijs, quæ fiunt ſanctis circa eorum corpora: ſunt enim cõtra naturalem voluntatem eorum, & tamen non triſtantur.

¶ Quocirca diſtinguendum eſt de nolle, quòd ſiue naturale ſiue cõditionatum ſit, dupliciter ſumi poteſt. Vel abſolute, hoc eſt quantum eſt ex parte volũtatis, ſeu boni voliti aut mali noliti, & taliter nolle nõ ſufficit ad cauſandam triſtitiam, vt ex dictis exemplis patet, & amplius patebit. Alio modo, ſumitur nolle ſecũdum præſentem ſtatũ uolentis ſeu nolentis, hoc eſt quòd ſiue ſit naturale ſiue conditionatum inſit, illud nolle ſecũdum præſentem ſtatum, quem actu habet ille, qui dicitur nolle: & ſic nolle ſiue ſit naturale ſiue cõditionatum ſufficit ad cauſandam triſtitiã. quod vt clarius fiat, dicamus exemplariter differentiam inter uoluntatẽ beati patris & non beati: pater ſiquidem iuſtus uiator reſpectu miſeriç filij prçſciti habet nolle & naturale & conditionatũ, nõ ſolum ita quòd uoluntati paternæ ſecundum ſe abſolute ſumptæ contrariatur miſeria filij, & nollet filii damnationem, ſecluſo diuinæ iuſtitiæ ordine, ſed etiam ita quòd ſecũdum præſentem ſtatum in quo eſt, ex amore naturali exit in actum nolendi conditionatum, di-
D cendo, Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat calix iſte. Idem autem pater beatus non habet amplius amorem illum primum, ut conſonet ſibi exire in actum nolleitatis reſpectu miſeriæ filij (alioquin non eſſet beatus: qm̃ aliquid vellet, quod nõ haberet) ſed in omnibus conformç dicitur uoluntati ſuũ uelle. Et hinc fit, ut dãnatio filij eueniens, triſtitiã ingerat patri uiatori, & non patri beato. Conuenientia ſiquidem inuenta ſm uoluntatẽ abſolute, & ſimiliter ſm nolleitatem abſolute in patre uiatore & beato, & differentia inuenta ſecundũ uoluntatẽ in tali ſtatu, teſtatur quòd non ſufficit ad triſtitiam uolũtas naturalis, aut conditionata abſolute, ſed oportet ꝙ ſit ſecundum præſentem ſtatum: propterea enim triſtor proijciendo merces, quia ſecundum præſentem ſtatum habeo nolleitatem perdendi illas, & econtra propterea beati de nullo triſtantur, quia de nullo contrario euenturo habent nolleitatem in illo ſtatu. Et in propoſito, ideo Chriſtus dominus beatus, ſecundũ portionem
E ſuperiorem non triſtabatur de ſua paſſione, quia ſecundum illam nec nolleitatem illius habebat: ſed tamquàm beatus illam nullo modo refutabat. Vnde patet falſum eſſe, quòd rationi ſuperiori Chriſti, ut natura, contrariabatur paſſio Chriſti: quoniam pars illa ſecundum illum ſtatum nõ habuit aliquid contrarij. Et ſimiliter falſum eſt, quòd habuerit nolleitatem mortis eadem ratione: quia ſcilicet beata erat. Verum ne iniuria Scoto hinc fiat, ſcito, quòd ipſe ratione ſuperiore utitur æquiuoce, pro intellectu, ſcilicet & uoluntate reſpectu quorumcumque ſecundum ordinem tamen ad æterna: & ideo quo ad quæſtionem de ratione ſuperiori & inferiori, in æquiuoco cum eo laboratur. Sed quo ad nolitionem cauſantem triſtitiam, non eſt æquiuocatio: quoniam ſiue in ſuperiori ſiue in inferiori portione oportet adeſſe nolitum ſecundũ præſentem, & non ſufficit nolitum ſecũdum diſconuenientiam ad uoluntatem abſolute, ut declaratum eſt. Veruntamen ad ſingula obiecta reſpondendo dicitur, quòd non eſt contra naturalem inclinationem ſuperio-

ſuperioris appetit⁹ beati, paſſio Chriſti, & ſimiliter nec contra velle conditionatum illius, & ſimiliter nec contra eundem, quàmuis colligatum corpori, quia non habuit locum redũdantia in Chriſto. Ad illud de contritione peccatorum noſtrorũ dicitur, quòd dolor ille eſt rationis inferioris: quoniã obiectum talis actus eſt aliquid temporale, ſcilicet offenſa dei. Nec obſtat, quòd ſecundum rationes æternas ſit hæc triſtitia: quoniam ratio inferior regulatur ex ratione ſuperiori, & ab illa ſumit principia: ſecũdum enim obiecta, ſcilicet tẽporale vel æternũ, diſtinguuntur ratio ſuperior & inferior, vt in prima parte q. 79. ar. 9. habes.

D. 199.

p. p. q. 77. art. 1. & 8.

¶ Quarta concluſio eſt. Omnes potentiæ animæ Chriſti patiebantur ex parte ſubiecti. Probatur: quia omnes radicantur in eſſentia eius, quæ patiebat᷑, quia actus corporis patientis erat.

In corp. ar.

illum modum paſſionis, quo potentia aliqua dicitur pati ex parte ſui ſubiecti, ſic omnes potẽtiæ animæ Chriſti patiebãtur: omnes[d]. n. potentiæ animæ radicantur in eſſentia eius, ad quam peruenit paſſio, paſſo corpore, cuius eſt actus.

Ad primvm ergo dicendum, quòd licet intellectus, ſecundum quòd eſt potentia quædam, nõ ſit corporis actus: eſſentia tamen animæ eſt corporis actus, in qua radicatur potentia intellectiua, vt in prima parte habitum eſt.*

Ad 2m dicendum, quòd illa ratio procedit de paſſione, quę eſt ex parte proprij obiecti, ſecũdum quam, ſuperior ratio in Chriſto paſſa non fuit.

Ad 3m dicendum, quòd dolor tũc dicitur eſſe paſſio perfecta, per quam anima perturbatur, quãdo paſſio ſenſitiuæ partis pertingit vſque ad immutandum rationem a rectitudine ſui actus, vt .ſ. ſequatur paſſionem, & non habeat liberum arbitrium ſuper eam. Sic aũt paſſio ſenſitiuæ partis nõ peruenit in Chriſto vſque ad rationem, ſed ex parte ſubiecti, ſicut dictũ eſt.*

Ad 4m dicendum, quòd intellectus ſpeculatiuus, non poteſt habere dolorem, vel triſtitiam ex parte ſui obiecti, quod eſt verum abſolute cõſideratum, quod eſt perfectio eius: poteſt tamen ad ipſum pertingere dolor vel cauſa doloris, per modum iam dictum.*

## Articvlvs. VIII.

*Vtrum tota anima Chriſti in paſſione frueretur fruitione beata.*

Ad octavvm ſic proceditur. Videtur ꝙ anima Chriſti in articulo illius paſſionis nõ tota frueretur fruitione beata. Impoſſibile eſt enim ſimul dolere & gaudere, cũ dolor & gaudium ſint contraria: ſed anima Chriſti tota patiebatur dolorem in tempore paſſionis, vt ſupra habitum eſt.* non ergo poterat eſſe, vt tota frueretur.

¶ 2 Præt. Philoſ. dicit in 7. Ethic.† ꝙ triſtitia ſi ſit vehemens, non ſolum impedit delectationem contrariam, ſed quamcũque, & econuerſo: dolor aũt paſſionis Chriſti fuit maximus, vt oſtenſum eſt,* & ſimiliter delectatio fruitionis eſt maxima, vt in principio ſecundæ partis habitũ eſt.† nõ ergo potuit eſſe, quòd anima Chriſti tota ſimul pateretur & frueretur.

¶ 3 Præt. Fruitio beata eſt ſecundũ cognitionẽ & amorem diuinorũ,

F vt patet p Aug.* in 1. de doct. chri. ſed non oẽs vires animæ attingũt ad cognoſcendũ & amandũ deũ. nõ ergo tota aĩa Chriſti fruebatur.

Sed contra eſt, quòd Dam. dicit in 3. li.* quòd diuinitas Chriſti pmiſit carni agere & pati, quæ propria. ergo pari ratione cũ proprium eſſet animæ Chriſti inquantum erat beata, ꝙ frueretur, paſſio eius fruitionem non impediebat.

Respon. Dicendum, quòd ſicut dictum eſt* prius, tota anima

G poteſt intelligi & ſecundum eſſentiam, & ſecundum omnes eius potentias. Si autem intelligatur ſecundũ eſſentiam, ſic tota anima fruebatur, inquantum eſt ſubiectum ſuperioris partis animæ, cuius eſt frui diuinitate, vt ſicut paſſio ratione eſſentiæ attribuitur ſuperiori parti animæ, ita econuerſo fruitio ratione ſuperioris partis animæ attribuatur eſſentię. Si vero accipiamus totam animam ratione omnium potentiarum eius, ſic non tota anima fruebatur, nec directe quidem, quia fruitio non poteſt eſſe actus cuiuſlibet partis animæ, nec per redũdantiam gloriæ: quia dum Chriſtus erat viator, non fiebat redundantia gloriæ a ſuperiori parte in inferiorẽ, nec ab anima in corpus:

H ſed quia nec econuerſo ſuperior pars animę impediebatur circa id, quod eſt ſibi propriũ per inferiorem, conſequens eſt, quòd ſuperior pars animæ perfecte fruebatur Chriſto patiente.

Ad primvm ergo dicendum, quòd gaudium fruitionis non contrariatur directe dolori paſſionis: quia non ſunt de eodem: nihil autem prohibet contraria eidem ineſſe, non ſecundum idem, & ſic gaudium fruitionis poteſt pertinere ad ſuperiorem partem rationis per proprium actum: dolor autem paſſionis ſecundum ſuum ſubiectum. Ad eſſentiam vero animæ pertinet dolor paſſionis ex parte corporis, cuius eſt forma: gaudium vero fuitionis ex parte po-

I tentiæ, cui ſubijcitur.

Ad 2m dicendum, quòd verbum illud Philoſophi, habet veritatem ratione redundantiæ, quæ naturaliter fit ab vna potẽtia animæ in aliam: ſed hęc in Chriſto non fuit, vt ſupra dictum eſt.*

Ad 3m dicendum, quòd ratio illa procedit de totalitate animæ, quantum ad eius potentias.

## Articvlvs IX.

*Vtrum Chriſtus fuerit conuenienti tempore paſſus.*

K Ad nonvm ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus non fuerit conuenienti tempore paſſus. Paſſio enim Chriſti figurabatur per immolationem agni paſchalis, vnde & Apoſtol. dicit 1. ad Corinth. 5. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus: ſed agnus paſchalis immolabatur quartadecima die ad veſperam, vt dicitur Exod. 12. ergo videtur ꝙ Chriſtus tunc debuerit pati, quod patet eſſe falſum: nam tunc paſcha cũ ſuis diſcipulis celebrauit, ſecundum illud Marc. 14. primo die azymorũ

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæſextæ Articulum octauũ.*

In corp. ar.

Titulus clar⁹ ex præcedẽte, & in corpore.

¶ In corpore diſtinctio repetitur poſita in præced. art. de totalitate animæ.

3. di. 15. q. 2. ar. 3. q. 2. Et ver. q. 10. ar. 11. ad 3. Et q. 26. a. 9. & 10. Et quo. 1. q. 2. ar. 2. cor. Et op. 3. cap. 238. & 239.

*q. 15. ar. 10

¶ Deinde, reſpondetur quæſito tribus concluſionibus. Prima eſt Anima Chriſti tota ſecundum eſſentiã fruebatur. Probatur: quia tota eſſentia eſt ſubiectũ portionis ſuperioris quæ fruebatur. Et declaratur a ſimili præcedentis articuli: vt ſicut portio ſuperior dicta eſt pati propter eſſentiam patientem, ita econtra eſſentia fruitur ratione partis ſuperioris fruentis.

†lib. 10. c. 5. & lib. 7. ca. vlt.

*ar. 6. huius quæſt.

† 1. 2. q. 4.

¶ Secunda concluſio eſt. Anima Chriſti totalitate potentiarũ, non tota fruebat᷑. Probatur: quia nec directe, quia nõ quælibet pars animæ capax fruitionis: nec per redundantiam: quia in Chriſto, quamdiu fuit viator non erat redundantia.

¶ Tertia concluſio eſt. Superior pars animę proprio actu fruebat᷑ Chriſto patiente. Probatur: quia non impediebatur a coęqua ſibi fruitione per inferiorẽ partem patientem.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæſextæ Articulum nonum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore vna concluſio Chriſtus eſt conuenienti tempore paſſus. Probat᷑ dupliciter. Primo, Paſſio Chriſti: ſubiecta erat ei⁹ voluntati. ergo. Probatur cõſequentia, quia voluntas Chriſti regebatur diuina ſapientia ſuauiter omnia diſponente. Secundo, auctoritate Auguſt.

¶ In reſponſione ad primũ nota, quòd moderni latini adhuc non quieſcunt circa



circa quotum lunæ diem, quando Chriſtus mortu⁹ eſt. Adduntq; ſuper argumenta græcorum, ſanctitatẽ diei quintidecimi: nam quintadecima luna illi⁹ mẽſis erat celebris, ita quòd nihil operis erat licitũ in ea, exceptis his, quę ad veſcendum ſunt, vt patet Exod. 12. conſtat autem in illa feria 6. qua Chriſtus paſſus eſt, licita fuiſſe opera, quæ in feſtis fuiſſent illicita, vt patet: tũ ex operibus iudæorũ, qui illo die iudiciales actus in Chriſtum exercuerũt: tum ex actib⁹ Ioſeph & Nicodemi, qui ſepelierunt Chriſtũ, quod non fuiſſe licitum ſabbatho, patet ex eo, ꝙ propter paraſceuem feſtinata ſepultura eſt, vt Aug. notauit, & ex eo ꝙ mulieres ſanctæ ſabbatho ſe continuerunt ab officio circa Chriſtum ſepultum. Vnde volunt verba Ioan. euangeliſtæ, Erat autem paraſceue paſchæ, ad literã ĩtelligi, quòd erat vigilia paſchæ.

¶ Ad euidendã huius conſiderandum eſt, ꝙ nõ ſolum certa incertis præponẽda ſunt, ſed ex certis ea, quę ambigua videntur, interpretanda ſunt, & non econtra. Quo circa certitudo ſcripta a tribus euangeliſtis Matth. Marco, & Luca de primo die azymorũ, qui quintadecima luna eſt, ꝙ ſcilicet fuit dies Veneris, ĩ qua Chriſt⁹ paſſus eſt, debet præponi incertis, hoc eſt varie exponibilibus verbis Ioãnis euangeliſtæ, nõ quo ad veritatem & falſitatem, quia oĩa ſunt uera, ſed quo ad ſecuritatem ſenſus literalis. Verba ſiquidem illorũ non poſſunt exponi ad literã, niſi intelligendo diem illũ Veneris fuiſſe lunã quintamdecimam: quia expreſſe dicũt primum diem azymorum inchoatum ueſpere præcedẽte, uocãtes diem Iouis ad ueſperam, diem

quando paſcha immolabant, ſequenti autem die paſſus fuit.

¶ 2 Præt. Paſſio Chriſti dicitur eius exaltatio, ſecundũ illud Io. 3. oportet exaltari filiũ hominis. Ipſe autem Chriſtus dicitur ſol iuſtitiæ, vt patet Malach. vlt. ergo videtur ꝙ debuerit pati hora ſexta, quãdo ſol eſt in ſua maxima exaltatione, cuius contrarium videtur per id, quod dicitur Mar. 15. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.

¶ 3 Præt. Sicut ſol in hora ſexta maxime exaltatur quolibet die, ita in ſolſtitio æſtiuali maxime exaltatur quolibet anno. debuit ergo magis pati circa tempus ſolſtitij æſtiualis, quàm circa tempus ęquinoctij vernalis.

¶ 3 Præt. Per præſentiam Chriſti in mundo, mũdus illuminabatur, ſecundum illud Ioan. 9. Quamdiu ſum in mundo, lux ſum mundi. conueniens igitur fuiſſet humanæ ſaluti, vt diutius in hoc mũdo vixiſſet, ita quòd non pateretur in iuuenili ætate, ſed magis in ſenili.

Sed contra eſt, quòd dicitur Io. 13. Sciẽs Ieſus quia venit hora eius, vt tranſeat de hoc mundo ad patrem. Et Io. 2. dicit, Nondum venit hora mea. Vbi dicit Auguſt.* Vbi tantũ fecit quantũ ſufficere iudicauit: venit hora eius, nõ neceſſitatis, ſed voluntatis. conuenienti igitur tempore paſſus eſt.

Respon. Dicendum, quòd, ſicut ſupra dictũ eſt,* paſſio Chriſti ſubiecta erat eius voluntati. Voluntas autem eius regebatur diuina ſapientia, quæ omnia cõuenienter & ſuauiter diſponit, vt dicitur Sapien. 8. Et ideo dicendum eſt, ꝙ conuenienti tempore paſſio Chriſti celebrata eſt. Vnde Aug. in lib. Quæſtionum vete. & no. teſta. dicit, Omnia proprijs locis, & temporibus geſſit ſaluator.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ quidam dicunt Chriſtum fuiſſe paſſum quartadecima luna, quando iudæi paſcha immolabant. Vnde & Ioan. 18. dicitur, quòd iudæi non introierunt prætorium Pilati ipſo die paſſionis, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent paſcha. vbi Chryſo.* dicit quòd tunc iudæi faciebant paſcha, ipſe vero ante vnã diem celebrauit paſcha, reſeruans ſuam occiſionem ſextæ feriæ, quando vetus paſcha fiebat. Cui videtur conſonare quod dicitur Io. 13. quòd ante diem feſtum paſchæ Chriſtus facta cæna, pedes diſcipulorum lauit: ſed contra hoc videtur eſſe, quod dicitur

A Matth. 26. quòd prima die azymorum acceſſerũt diſcipuli ad Ieſum, dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere paſcha? Ex quo patet, ꝙ cum primus dies azymorum dicatur quartusdecimus dies menſis primi, quando agnus immolatur & luna pleniſſima eſt, vt Hiero.* dicit, conſtat quartadecima luna Chriſtum cœnam feciſſe, & quintadecima eũ eſſe paſſum. Et hoc expreſſius manifeſtatur per id quod dicitur Marc. 14. Primo die

B azymorum, quando paſcha immolabant &c. & Luc. 22. Venit dies azymorum, in quo neceſſe erat occidi paſcha. Et ideo quidã dicũt, quòd Chriſtus die conuenienti in quartadecima luna paſcha cum diſcipulis ſuis manducauit, demonſtrans ꝙ vſque ad vltimum diem non erat contrarius legi, vt Chryſoſtom.* dicit ſuper Matth. ſed iudęi occupati circa procurationem mortis Chriſti contra legem cele-

C brationem paſchę in craſtinum diſtulerunt. Et propter hoc de his dicitur, quòd in die paſſionis Chriſti noluerunt intrare prætorium, vt non contaminarentur, ſed vt mãducarent paſcha. Sed nec iſtud videtur eſſe cõſonum verbis Mar. dicentis. Primo die azymorũ quãdo paſcha immolabant. Simul ergo Chriſtus & iudæi vetus paſcha celebrauerunt. Et ſicut Beda dicit ſuper Mar.* licet Chriſtus, qui eſt paſcha noſtrum ſit crucifixus ſequenti die, hoc eſt quintadecima

D luna: attamẽ nocte qua agnus immolabatur, corporis ſanguiniſq; ſui diſcipulis tradens myſteria celebranda, & a iudæis tentus ac ligatus ipſi⁹ immolationis, hoc eſt, paſſionis ſuæ ſacrauit exordium. Cum autem dicitur Ioan. 13. Ante diem feſtum paſchæ, intelligitur hoc fuiſſe quartadecima luna, qđ tunc euenit quinta feria: nam luna exiſtẽte quintadecima erat dies ſolẽniſſimus paſchæ apud iudęos. Et ſic eundem diem quem Ioãnes nominat ante diem feſtũ paſchæ,

E propter diſtinctionem naturalem dierum, Matth. nominat primam diem azymorum: quia ſecundum ritum iudaicæ feſtiuitatis, ſolennitas incipiebat a veſpera præcedentis diei. Quòd autem dicitur, eos comeſturos eſſe paſcha ĩ quintadecima luna, intelligendum eſt, quòd ibi paſcha nõ dicitur agnus paſchalis, qui immolatus fuerat decimaquarta luna, ſed dicitur cibus paſchalis, i. eſt, azymi panes: quos oportebat comedi a mũdis.

azymorum. Verba autem Io. euangeliſtæ poſſunt aliter interpretari, q̃ quòd ſabbatho fuerit quĩtadecima luna, ut patet ex expoſitione Doctorũ. igitur fatendum eſt ipſũ diem Veneris fuiſſe quintamdecimã lunam. Et confirmatur hoc, quia idem Ioã. euangeliſta ibidem appellat vnum idemq; tempus paraſceuem paſchæ, & paſcha: dicit enim de illo die Veneris, Erat autem paraſceue paſchæ, & de eodem introducit Pilatum dicẽtem, Eſt autem uobis conſuetudo, ut dimittã uobis unum in paſcha. Si enim Ioã. proprie Ioã. paſchæ nomine utitur, ut iſti autumant, non debuit idem tempus dici paſcha & paraſceue paſchæ: quoniam conſtat quòd tã ſtricte loquendo, aliud eſt tempus paſchæ, & aliud paraſceue paſchæ. Vocauit ergo utrobique paſcha ſolẽnitatem paſchalem, ſicut ẽt Luc. Act. 12. expreſſe totam ſolemnitatem paſchalem paſcha uocat, tractans de Petro occidẽdo, Erant autem dies azymorum, & ſubdit, uolens poſt paſcha producere eũ.

¶ Ad obiectionem nouam ex celebritate feſtiuitatis illius diei, dicitur quòd quia præceptum de obſeruatione illius feſti excipiebat ſpectantia ad præparationem ciborũ, quæ tamen erant prohibita ĩ ſabbatho, colligitur fuiſſe licita illo die, quæ ſabbatho non licuiſſent: nam lex ſub una exceptione comprehendit omnia ſimilia. Et propterea ex hoc ipſo, quòd in die primo paſchæ poterant parari neceſſaria ad cibũ conſequens eſt, quòd etiam licita fuerunt oĩa quę occurrens neceſſitas naturę & pietatis exegiſſet, ac p hoc opus ſepulturæ, maximæ pietatis gratia, ut fuit circa Chriſtũ, licitũ fuit. Act⁹ vero iudiciales

Super illud Mat. 26 prima die azymorũ acceſſerunt. 1.

Hom. 8. in Mat. paulo a principio. 2

Beda Mar. 14. i. c. 43. ſecundum Bedæ ordinem, to. 2.

cum non ſint inter opera ſeruilia, prohibitos in veteri lege neſcio: legimus .n. Petrum captum inter dies azymorũ, & propter tempus illud, in quo tamen licebat operari, reſeruatus eſt occiſioni poſt Paſcha. Verũtamen quicquid ſit de hoc, ſicut Caiphas prudẽs eſt habitus, conſulendo quòd expedit vnum hominem mori pro populo, facile potuit diſpẽſare, quia periculũ erat in mora, vt actus iudiciales circa Chriſtum licite ſe exercere crederent in primo die azymorum, præſertim cum actus hi, non ex lege, ſed ſtatutis eorum, vel cõſuetudine & reuerentia quadã prohibiti forte fuerint.

Homil. 82. in Io. a medio tom. 3.

Lib. 3. c. 13. nõ procul a prin. to. 4

Vnde Chryſ.* ibidem aliam expoſitionẽ ponit, quòd Paſcha poteſt accipi pro toto feſto iudæorum, quod ſeptem diebus agebatur.

Ad 2[m] dicendum, quòd ſicut Aug.* dicit in lib. de conſ. euang. hora erat quaſi ſexta, cum traditus eſt Dñs crucifigendus a Pilato, vt Ioan. dicit: non .n. erat plene ſexta, ſed quaſi ſexta, ideſt, peracta quinta, & aliquid etiam de ſexta eſſe cœperat, donec completa ſexta, Chriſto pendente in cruce, tenebræ fierent. Intelligitur autem fuiſſe hora tertia, cũ clamauerunt iudæi, vt Dominus crucifigeretur, & veraciſſime demonſtratur, tunc eos crucifixiſſe quando clamauerunt. ergo ne quiſquam cogitationem tanti criminis auerſus a iudæis in milites conuerteret, erat, inquit, hora tertia, & crucifixerũt eum, vt illi eum potius crucifixiſſe, inueniantur, qui hora tertia, vt crucifigeretur, clamauerunt. Quãquàm non deſunt, qui per paraſceuen, quam Ioan. commemorat, dicens, Erat paraſceue hora quaſi ſexta, horam diei tertiam velint intelligi. Paraſceue quippe interpretatur præparatio. Verum autem paſcha, quod in paſſione Domini celebratur, incœpit præparari ad hora noctis nona, quando ſcilicet omnes principes ſacerdotum dixerunt, reus eſt mortis. Ab illa ergo noctis hora, vſque ad Chriſti crucifixionem, occurrit hora paraſceues, ſexta ſecundum Ioannem, & hora diei tertia ſecundum Marcum: quidam tamen dicunt, quòd hæc diuerſitas ex peccato ſcriptoris apud græcos contingit: nam figuræ, quibus tria & ſex repræſentantur, ſatis ſunt propinquæ apud eos.

In li. q. ex no. teſt. qui incipit, de certe perfectus q. 55. in prin. to. 4. inter opera Auguſt.

Ad 3[m] dicendum, quòd ſicut dicitur in lib. de Quæſtionibus veter. & nou. teſtamenti,* tunc voluit Dominus paſſione ſua mundum redimere, & reformare, quando eum creauerat, ideſt, in æquinoctio. Et tunc dies ſuper noctem increſcit: quia per paſſionem Saluatoris a tenebris ad lucem perducimur. Et quia perfecta illuminatio erit in ſecundo aduentu Chriſti, ideo tempus ſecundi aduentus æſtati comparatur. Matthæ. 24. vbi dicitur, Cum ramus eius iam tener fuerit & folia nata, ſcitis quia prope eſt æſtas, ita & vos cum videritis hæc omnia, ſcitote quia prope eſt & in ianuis. Et tunc etiam erit maxima Chriſti exaltatio.

Ad 4[m] dicendum, quòd Chriſtus in iuuenili ætate pati voluit propter tria. Primo quidem, vt ex hoc magis ſuam dilectionem commendaret, quòd vitam ſuam pro nobis dedit, quando erat in perfectiſſimo ſtatu. Secundo, quia non conueniebat, vt in eo appareret naturæ diminutio, ſicut nec morbus, vt ſupra dictum eſt. Tertio, vt in iuuenili ætate moriens & reſurgens, futuram reſurgentium qualitatem in ſeipſo Chriſtus præmonſtraret. vnde dicitur Ephe. 4. Donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij dei in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.

## Articvlvs x.

*Vtrum Chriſtus fuerit conuenienti loco paſſus.*

Ad decimvm ſic proceditur. Videtur quòd non conuenienti loco Chriſtus paſſus fuerit, Chriſtus enim paſſus eſt ſecũdum carnem humanam, quæ quidem concepta fuit ex virgine in Nazareth, & nata in Bethleem. ergo videtur quòd non in Hieruſalem, ſed in Nazareth, vel in Bethleem pati debuerit.

¶ 2 Præt. Veritas debet reſpondere figuræ: ſed paſſio Chriſti figurabatur per ſacrificia veteris legis: ſed huiuſmodi ſacrificia offerebãtur in templo. ergo videtur quòd & Chriſtus in templo pati debuerit, & non extra portam ciuitatis.

¶ 3 Præt. Medicina debet morbo reſpondere: ſed paſſio Chriſti fuit medicina cõtra peccatum Adæ. Adam autem nõ fuit ſepultus in Hieruſalem ſed in Hebron: dicitur enim Ioſue 14. Nomen Hebron antea vocabatur chariatarbe, Adam maximus ibi in terra * Enachim ſitus eſt. ergo videtur ꝙ Chriſtus in Hebron, & non in Hieruſalem, pati debuerit.

Alias, ista

Sed contra eſt, ꝙ dicitur Luc. 13. Non capit prophetã perire extra Hieruſalem: ſed Chriſtus fuit propheta. Conuenienter ergo paſſus eſt in Hieruſalẽ.

Respon. Dicendũ, ꝙ ſicut dicitur in lib. 83.* Quæſtionũ, omnia proprijs locis & temporibus geſſit Saluator: quia ſicut omnia tempora ſunt in manu eius, ita etiam omnia loca: & ideo ſicut conuenienti tempore Chriſtus paſſus eſt, ita etiam conuenienti loco.

Aug. in li. q. ex ... quis ... deus ... q. 55. i prin cip. ...

Ad primvm ergo dicendum, quòd Chriſtus conuenientiſſime in Hieruſalẽ paſſus eſt. Primo quidem, quia Hieruſalem erat locus a deo electus, ad ſacrificia ſibi offerenda: quæ quidem figuralia ſacrificia figurabant Chriſti paſſionem, quod eſt verum ſacrificium, ſecundum illud Epheſ. 5. Tradidit ſemetipſum hoſtiam & oblationem in odorem ſuauitatis. Vnde Beda* dicit in quadam homilia, quòd appropinquante hora paſſionis, Dominns appropinquare voluit loco paſſionis, ſcilicet in Hieruſalem, quo peruenit ante ſex dies paſchæ, ſicut agnus paſchalis ante ſex dies paſchæ, ideſt, decima luna, ſecundum præceptum legis ad locum immolationis ducebatur. Secundo, quia virtus paſſionis eius ad totum mundum diffundenda erat, in medio terræ habitabilis pati voluit, ideſt, in Hieruſalẽ. vnde dicitur in Pſal. 73. Deus autem rex noſter, ante ſæcula operatus eſt ſalutam in medio terræ, ideſt, in Hieruſalem: quæ dicitur eſſe vmbilicus terræ. Tertio, quia hoc maxime conueniebat humilitati eius, vt ſcilicet ſicut turpiſſimum genus mortis elegit, ita etiam ad eius humilitatem pertinuit, quòd in loco tam celebri confuſionem pati non recuſauit. vnde Leo Papa dicit in quodam ſermone epiphaniæ, † Qui ſerui ſuſceperat formam, Bethleem præelegit natiuitati, Hieruſalem paſſioni. Quarto, vt oſtenderet a principibus populi iudæorum exortam eſſe iniquitatem occidentium ipſum: & ideo in Hieruſalem, vbi principes morabantur, voluit pati. Vnde dicitur Actuum 4. Conuenerunt in

Ho. in dominica ... ante ... princ. ... ca. ... mi. ... tom.

In ſer. 4. ante med.

¶ Super Quæſtionis quadrageſimæſextæ Articulũ decimũ.

Titulus clarus. ¶ In corpore vna concluſio: Chriſtus in loco conuenienti paſſus eſt. Probatur, quia omnia proprijs locis & tẽporibus geſſit: quia omnia loca & tempora in manu eius ſunt. ergo.

¶ In reſponſione ad ſecũdũ & tertium, aduerte quòd ad literam Chriſtus paſſus eſt extra portã in loco damnatorũ, vt mors ſua turpior redderetur, dum in loco publicæ ignominiæ, ac maxime patulo paſſus eſt.

Sup. q. ... art. 7. ad ... & ... art. ... Et ... c. 11.



iſta ciuitate aduerſus ſanctum puerum tuum Ieſum, quem vnxiſti, Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus, & populis Iſrael.

Ad 2[m] dicendum, quòd Chriſtus non in templo aut in ciuitate, ſed extra portam paſſus eſt propter tria. Primo quidem, vt veritas reſponderet figuræ: nam vitulus & hircus, qui ſolenniſſimo ſacrificio ad expiationem totius multitudinis offerebantur, extra caſtra comburebantur, vt præcipitur Leuit. 16. Vnde dicitur Hebræ. 13. Quorum animalium infertur ſanguis pro peccato in ſancta per pontificem, horum corpora cremantur extra caſtra: propter quòd & Ieſus, vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. Secundo, vt per hoc daret nobis exemplum exeundi a mundana conuerſatione. vnde ibidem ſubditur, Exeamus igitur ad eum extra caſtra, improperium eius portantes. Tertio, vt Chryſoſto.* in ſermo. de paſſio. dicit, Noluit Dominus pati ſub tecto, non in templo iudaico, ne iudæi ſubtraherent ſacrificiũ ſalutare, ne putares pro illa tantũ plebe oblatum: & ideo foras ciuitatem, foras muros, vt ſcias ſacrificium eſſe cõe, quod totius terræ eſt oblatio, quod communis eſt purificatio.

In ſer. qui incipit, hodierna die dñs noſter, ... aliquantulum a principio, tom. 3.

Ad 3[m] dicendum, quòd, ſicut Hieronym. * dicit ſuper Matthæum, Quidam expoſuit caluariæ locum, in quo ſepultus eſt Adam, & ideo ſic appellatum: quia ibi antiqui hominis ſit conditum caput: fauorabilis interpretatio & mulcens autem populi, nec tamen vera. Extra vrbem enim & foras portam, loca ſunt in quibus truncantur capita damnatorum, & caluariæ, ideſt, decollatorum ſumpſere nomen. Propterea autem ibi crucifixus eſt Ieſus, vbi prius erat area damnatorum, vt ibi erigerentur vexilla martyrij. Adam vero ſepultum iuxta Hebron & Arbee in Ieſu filij Naue volumine legimus. Magis autem Ieſus crucifigendus erat in loco communi damnatorum, quàm iuxta ſepulchrum Adæ, vt oſtenderetur quòd crux Chriſti non ſolum erat in remedium contra peccatum perſonale ipſius Adæ, ſed etiam contra peccatum totius mundi.

Super illud Mat. 27. Et venerũt in locũ qui dicitur Golgotha, to. 9

## Articvlvs xi.

*Vtrum conueniens fuerit Chriſtũ cum latronibus crucifigi.*

Ad vndecimvm ſic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens Chriſtum cum latronibus crucifigi: dicitur enim 2. ad Corinth. 6. Quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate? ſed Chriſtus factus eſt nobis iuſtitia a deo, iniquitas autem pertinet ad latrones. non ergo fuit conueniens, vt Chriſtus ſimul cum latronibus crucifigeretur.

¶ 2 Præt. Super illud Matth. 26. Si oportuerit me mori tecum, nõ te negabo, dicit Origenes, † Mori cum Ieſu pro omnibus moriente, hominum non erat. & Ambroſ.* dicit ſuper illud Luc. 22. Paratus ſum tecum & in carcerem & in mortem ire: paſſio, inquit, Domini æmulos habet, pares nõ habet. Multo igitur minus conueniens videtur, quòd Chriſtus ſimul cum latronibus pateretur.

Orig. hom. 35. in Mat. ... princ. tom. 3. ... lib. 10. in Luc. cuius ... eſt, ... ſione ... ramij, tom. 5.

¶ 3 Præt. Matth. 27. dicitur, quòd latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei: ſed Luc. 23. dicitur, quòd vnus eorum, qui crucifixus erat cũ Chriſto, ei dicebat, Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum. ergo videtur, quòd præter latrones blaſphemantes fuerit cum eo crucifixus alius non blaſphemans. Et ſic videtur inconuenienter ab euangeliſtis narratum, quòd Chriſtus fuerit cum latronibus crucifixus.

Sed contra eſt, quòd Iſa. 53. fuerat prophetatum: Et cũ ſceleratis reputatus eſt.

Respon. Dicendum, quòd Chriſtus inter latrones crucifixus eſt, alia quidem ratione quantum ad intentionem iudæorum, alia vero quãtum ad dei ordinationem. Quantum enim ad intentionem iudæorum, duos latrones vtrimque crucifixerunt, ſicut dicit Chryſoſto.* vt eorum ſuſpitionis fieret particeps: ſed non ita euenit, nam de illis nihil dicitur: huius autem vbique crux honoratur: reges diademata deponentes, aſſumunt crucem in purpureis, in diadematibus, in armis, in menſa ſacrata, vbique terrarum crux emicat: quantum vero ad dei ordinationem, Chriſtus cum latronibus crucifixus eſt: quia vt Hierony.* dicit ſuper Matth. ſicut pro nobis maledictum crucis factus eſt Chriſtus, ſic pro omnium ſalute inter noxios quaſi noxius crucifigitur. Secundo, vt dicit Leo* Papa in ſermone de paſſione, duo latrones vnus ad dexteram & alius ad ſiniſtram crucifigũtur, vt in ipſa patibuli ſpecie monſtraretur illa, quæ in iudicio ipſius, omnium hominum facienda eſt diſcretio. Et Auguſt.† dicit ſuper Ioan. Ipſa crux, ſi attendas, tribunal fuit: in medio enim iudice conſtituto, vnus qui credidit, liberatus, alius qui inſultauit, damnatus eſt: iam ſignificabat quod facturus eſt de viuis & mortuis, alios poſiturus ad dextram, alios vero ad ſiniſtram. Tertio, ſecundum Hilarium* duo latrones leuæ ac dextræ affiguntur, omnem humani generis vniuerſitatem vocari ad ſacramentum paſſionis Domini oſtendentes: ſed quia per diuerſitatem fidelium ac infidelium, fit omnium ſecũdum dextram ſiniſtramq; diuiſio, vnus ex duobus ad dextram eius ſitus, fidei iuſtificatione ſaluatur. Quarto, quia vt Beda* dicit ſuper Mar. latrones, qui cum Domino crucifixi ſunt, ſignificant eos, qui ſub fide & confeſſione Chriſti vel agonem martyrij, vel quælibet arctioris diſciplinæ inſtituta ſubeunt: ſed qui hoc pro æterna gloria gerunt, dextri latronis fide deſignantur: qui vero humanæ laudis intuitu, ſiniſtri latronis mentem imitantur & actus.

Homil. 88. in Mat. aliquãtulum a prin. to. 2

Mat. 27. ſup illud, Venerũt in locum qui dicitur Golgotha. to. 9.

* In 4. ſermo. de paſſione parũ a princ.

† Aug. trac. 31. in Io. in fin. tom. 9.

Ca. 33. in Matth. ante med.

Cap. 15. in Mar. ĩ c. 44. ſecundum ci⁹ ord. circa med. t. 2

Ad primvm ergo dicendum, quòd ſicut Chriſtus debitum mortis non habuit, ſed mortem voluntarie ſubijt, vt ſua virtute vinceret mortem, ita etiam non habuit meritum, vt cum latronibus poneretur, ſed voluit cũ iniquis deputari, vt ſua virtute iniquitatem deſtrueret. Vnde Chryſoſt.† dicit ſuper Ioan. ꝙ latronem in cruce conuertere, & in paradiſum inducere, non minus fuit, quàm concutere petras.

Homil. 48. in Io. nõ remote a princip. tom. 3.

¶ Super Quæſtionis quadrageſimæſextæ Articulum vndecimum.

Titulus clarus. ¶ In corpore vna diſtinctio cum duabus concluſionib⁹. Diſtinctio eſt: Alia ratione ſecundum intentionem iudæorum, & alia ſecundum diuinam electionẽ Chriſtus inter latrones crucifixus eſt. Prima concluſio. Chriſtus crucifixus eſt inter latrones ſecundũ intentionem iudæorum, vt crederetur eſſe malus inter malos punitus: hoc eſt conuenienter quidem ad malam eorum intentionem, quia medium conſonum fini malo, ſed inconuenienter quantum ad euentum: quia oppoſitũ euenit, dum Chriſti crux adoratur, & ab illorum crucibus ſic diſcernitur, & vere totum oppoſitũ euenit. Putauerunt iudæi confundere crucem Chriſti cũ crucibus impiorũ, dum ſimul cum impijs crucifixus, ſicut alij pertranſiret: ſed euenit vt Chriſti crux fulſerit, ita quòd etiã alias memorabiles, quàmuis non venerabiles, reddiderit, vt experiẽtia teſtatur. Secunda concluſio: Chriſtus ſecundum dei ordinationẽ inter latrones conuenienter crucifixus eſt. Probatur quadrupliciter. Omnia clara ſunt.

Ad 2m dicendum, quòd non conueniebat, vt cum Chriſto aliquis alius pateretur ex eadem cauſa. vnde Origen. * ibidem ſubdit, Omnes fuerant in peccatis, & omnes opus habebant, vt pro eis alius moreretur, non ipſi pro alijs.

Finitis prioribꝰ a prin. hom. 35. in Mat. numerando, to. 3

Ad 3m dicendum, quòd ſicut Aug. * dicit in lib. de conſenſu euangeliſtarum, poſſumus intelligere Mat. poſuiſſe pluralem numerum pro ſingulari, cum dixit, latrones improperabant ei. Vel poteſt dici ſecundum Hiero. † quòd primum vterque blaſphemauerit, deinde viſis ſignis, vnus eorum crediderit.

Lib. 3. c. 16. in med. to. 4.

† Sup illud Mat. 27. latrones improperabãt ei, tom. 9.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæſextæ Articulum duodecimum.*

Titulus quærit an ſit dicendũ, deꝰ paſſus eſt ex eo, quòd Chriſtus paſſus eſt: hoc eſt enim quærere, ſi paſſio Chriſti ſit deitati aſcribenda.

4. con. cap. 55. ad 14.

¶ In corpore vna eſt concl'o: Paſſio Chriſti attribuenda eſt ſuppoſito diuino nõ ratione diuinæ, ſed humanæ naturæ. Probatur: Vnio naturæ vtriuſque facta eſt in perſona, ſalua vtriuſque naturæ proprietate. ergo &c. Et confirmatur auctoritate Cyrilli &c.

## ARTICVLVS XII.

### *Vtrum paſſio Chriſti ſit eius diuinitati attribuenda.*

G

AD DVODECIMVM ſic proceditur. Videtur quòd paſſio Chriſti ſit eius diuinitati attribuẽda. Dicitur enim 1. ad Cor. 2. Si cognouiſſent, numquàm dominum gloriæ crucifixiſſent: ſed dominus gloriæ eſt Chriſtus, ſecundum diuinitatem. ergo paſſio Chriſti cõpetit ei ſecundum diuinitatem.

¶ 2 Præt. Principium ſalutis humanæ eſt ipſa diuinitas, ſecũdum illud Pſal. 36. Salus autem iuſtorũ H a Domino. Si ergo paſſio Chriſti ad eius diuinitatem non pertineret, videretur quòd non poſſet nobis eſſe fructifera.

¶ 3 Præt. Iudæi puniti ſunt pro peccato occiſionis Chriſti, tamquàm homicidæ ipſius dei, quod magnitudo pœnæ demonſtrat: hoc autem non eſſet, ſi paſſio ad diuinitatem non pertineret. ergo paſſio Chriſti ad diuinitatem eius pertinuit.

Sed contra eſt, quòd Athanaſius dicit in epiſt. ad Epictetum, * Natura deus manens verbum eſt impaſſibile: ſed impaſſibile non poteſt pati. Paſſio ergo Chriſti non pertinebat ad eius diuinitatem.

Incipit hęc epiſto. Ego arbitrabar.

I

Respon. Dicendum, quòd, ſicut ſupra dictum eſt, * vnio humanæ naturæ & diuinæ facta eſt in perſona & hypoſtaſi & ſuppoſito, manente tamen diſtinctione naturarum, vt ſcilicet ſit eadem perſona & hypoſtaſis, diuinę & humanæ naturæ, ſalua tamẽ vtriuſque naturæ proprietate: & ideo, ſicut ſupra dictum eſt, * ſuppoſito diuinæ naturæ attribuenda eſt paſſio, non ratione diuinæ naturæ, quæ eſt impaſſibilis, ſed ratione humanæ naturę. Vnde in epiſtola ſynodali Cyrillus dicit, * Si quis non confitetur dei verbum paſſum carne, & crucifixum carne, anathema ſit. Pertinet ergo paſſio Chriſti ad ſuppoſitum diuinæ naturæ ratione naturæ paſſibilis aſſumptæ, non autem ratione diuinæ naturæ impaſſibilis.

q. 2. ar 2. & 3.

q. 16. ar. 5.

Habetur I prima ſynodo Epheſi. can. 12.

K

Ad primvm ergo dicendum, quòd Dominus gloriæ dicitur crucifixus, non ſecundum quòd eſt dominus gloriæ, ſed ſecundum ꝙ erat homo paſſibilis.

Ad 2m dicendum, quòd, ſicut dicitur in quodam ſermone Epheſini concilij, mors Chriſti tamquàm facta mors dei, ſcilicet per vnionem in perſona, deſtruxit mortem: quoniam deus & homo erat qui patiebatur: non enim natura dei læſa eſt, ſed humana, neque mutatione ſua ſuſcepit paſſiones.

Ad 3m dicendum, quòd ſicut ſubditur ibidem, F non purum hominem crucifixerunt iudæi, ſed deo intulerunt præſumptiones: pone enim principem loqui per verbum, & hoc formari per literas in charta aliqua, & dirigi ciuitatibus, & aliquis inobediens, chartam diſrumpat, ad mortis ſententiam deducetur, non tamquàm chartam diſrumpens, ſed tamquàm verbum imperiale diſrumpens. non ergo ſecurus ſit iudæus, tamquàm purum hominem crucifigens: quod enim videbat, quaſi charta erat: quod autem in ea celabatur, imperiale verbum, erat natum ex natura non prolatum per linguam.

## *QVAESTIO XLVII.*

### *De cauſa efficiente paſſionis Chriſti.*

DEINDE conſiderandum eſt, de cauſa efficiente paſſionis Chriſti.

Et circa hoc quæruntur ſex.

¶ Primo, Vtrum Chriſtus fuerit ab alijs occiſus, vel a ſeipſo.

¶ Secundo, Ex quo motiuo ſeipſum paſſioni tradiderit.

¶ Tertio, Vtrum pater tradiderit eum ad patiendum.

¶ Quarto, Vtrũ fuerit conueniens, vt per manus gentium pateretur, vel potius a iudæis.

¶ Quinto, Vtrum occiſores eius eũ cognouerint.

¶ Sexto, De peccato eorum qui Chriſtum occiderunt.

## ARTICVLVS PRIMVS.

### *Vtrum Chriſtus fuerit ab alio occiſus, an a ſeipſo.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus non fuerit ab alio occiſus, ſed a ſeipſo. Dicit enim ipſe Ioan. 10. Nemo tollit animam meam a me, ſed ego pono eam: ille autem dicitur aliquem occidere, qui animam eius tollit. nõ eſt ergo Chriſtus ab alijs occiſus, ſed a ſeipſo.

¶ 2 Præt. Illi, qui ab alijs occiduntur, paulatim debilitata natura deficiunt, & maxime hoc apparet in crucifixis: vt enim dicit Aug. * in 4. de Tri. longa morte cruciabantur ligno ſuſpenſi. In Chriſto autẽ non hoc accidit: nam clamans voce magna, emiſit ſpiritum, vt dicitur Matth. 27. Non ergo Chriſtus eſt ab alijs occiſus, ſed a ſeipſo.

¶ 3 Præt. Illi qui ab alijs occiduntur, per violentiam moriuntur, & ita nõ voluntarie; quia violentum opponitur voluntario: ſed Aug. * dicit in 4. de Trinit. quòd ſpiritus Chriſti non deſeruit carnem inuitus, ſed quia voluit, quãdo voluit, & quomodo voluit. nõ ergo Chriſtus ẽ ab aliis occiſus, ſed a ſeipſo.

Sed contra eſt, ꝙ dicitur Luc. 18. Poſtquam flagellauerint, occident eum.

Respon. Dicendum, quòd aliquid poteſt eſſe cauſa alicuius effectus dupliciter. Vno modo, directe ad illud agendo: & hoc modo perſecutores Chriſti eum occiderunt, quia ſufficientem cauſam mortis ei intulerunt, cum intentione occidendi ipſum & effectu ſubſequente, q̃a ſcilicet ex illa cauſa, eſt mors ſubſecuta. Alio modo, dicitur aliquis cauſa alicuius indirecte, ſcilicet quia non impedit cũ impedire poſſit: ſicut ſi dicatur aliquis alium perfundere, quia non clauſit feneſtram, per quam imber ingreditur. Et hoc modo ipſe Chriſtus fuit cauſa ſuæ paſſiõis & mortis: poterat enim ſuam paſſionem & mortem impedire. Primo quidem aduerſarios reprimendo, vt eum aut non vellent, aut nõ poſſent interficere. Secundo, quia ſpiritus eius habebat poteſtatem cõſeruandi naturam carnis ſuæ, ne a quocumque læſiuo inflicto opprimeretur: quod quidem habuit anima Chriſti, quia erat verbo dei coniuncta in vnitate perſonæ: vt Auguſtin. * dicit in 4. de Trinita. Quia ergo anima Chriſti nõ repulit a proprio corpore nocumentũ illatũ: ſed voluit ꝙ natura corporalis illi nocumẽto ſuccumberet, dicitur ſuam animam poſuiſſe, vel voluntarie mortuus eſſe.

Lib. 4. c. 13. de Trin. tomo 3.

Ad primvm ergo dicendum, quòd cum dicitur, Nemo tollit animam meã a me, intelligitur, me inuito: quod enim aliquis ab inuito aufert, qui reſiſtere non poteſt, illud proprie dicitur tolli.

Ad 2m dicendum, ꝙ vt Chriſtus oſtenderet, quòd paſſio illata per violentiam, eius animam non eripiebat, naturam corporalem in ſua fortitudine conſeruauit, vt etiam in extremis poſitus voce magna clamaret, quod inter alia miracula mortis eius cõputatur. vnde dicitur Marci 15. Vidẽs autem Centurio qui ex aduerſo ſtabat, quia ſic clamans expiraſſet, ait, Vere hic homo filius dei erat. Fuit & mirabile in Chriſti morte, quòd velocius mortuus fuit aliis, qui ſimili paſſione afficiebantur. Vnde dicitur Ioannes 19. quòd eorum qui cũ Chriſto crucifixi erant

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæſeptimæ Articulum primum.*

Titulus occaſionẽ ſumpſit ex euangelio, in quo Chriſtus dicit, Nemo tollit animam meam a me.

¶ In corpore articuli vna ponit diſtinctio bimẽbris, iuxta quæ membra reſpõdetur quæſito duabus concluſionibus cum corollario. Diſtinctio eſt, cauſa alicuius dupliciter: directe agẽdo, vel indirecte, ſcilicet non prohibendo, cum poſſet.

¶ Prima concluſio: Chriſtꝰ fuit ab alijs non a ſeipſo occiſus directe. Probatur: quia perſecutores eius intulerunt intentione & opere efficaci illi mortem.

¶ Secunda concluſio eſt: Chriſtus fuit cauſa mortis ſuę indirecte, ſcilicet non prohibendo, cũ poſſet. Probatur hæc vltima particula, in qua tota difficultas cõſiſtit, ſcilicet cum poſſet. Probatur autem dupliciter. Et ex parte occidẽtiũ: quia poterat reprimere, vel in voluntate vel poteſtate. Et ex parte animæ ſuæ: quia ſpiritus eius habebat poteſtatem conſeruandi naturã carnis ſuæ. Probatur: quia erat vnita verbo, auctoritate Augu. Corollariũ eſt: Chriſtus dicitur volũtarie mortuꝰ. Probatur: quia non repulit nocumentum a corpore anima, ſed voluit corpus ſuccũbere.

Infra, par tic. 1. ... 3. ... & 338.

Lib. ... paulo ... princ...

¶ Circa ſecundam concluſionem dubiũ occurrit ex Sco. in 3. ſent. di. 16. q. 2. tenente, ꝙ anima Chriſti nõ habuit poteſtatẽ præſeruandi corpus ſuũ a morte, & propterea non eſt mortuus volũtarie cauſaliter, ſed affectiue: q̃a nõ fuit indirecte cã mortis ſuæ ut Auctor dicit, ſed cõplacuit ſibi ſua mors: ſicut ẽt S. martyres dñr volũtarie mori.

Lib. 4. ... non ... a prin...

¶ Arguit autem ad hoc dupliciter. ex parte quidem corporis: quia corpus Chriſti erat neceſſario paſſiuum mortis ab illis actiuis, ſcilicet flagellis, clauis &c. Ex parte vero animæ: quia ſi potuiſſet prę ſeruare corpus ab omni extrinſeca violentia, tenebatur ſe cuſtodire in corpore, ac per hoc non cuſtodiens peccaſſet. Probatur ſequela: quia quilibet homo tenetur ſe cuſtodire a malis: quia tenetur poſt deum & animas diligere propriũ corpus ex charitate.

¶ Dubium ſecundo occurrit de ratione concluſionis: quoniam nec vnio animæ Chriſti ad verbũ, manifeſtat animã Chriſti habuiſſe hanc poteſtatẽ, nec auctoritas Aug. ita hoc tradit, vt non poſſit gloſſari, quòd intendit de voluntate ſecundum affectum, & non ſecundum cauſam. Sicut etiam Auctor ſuperius in quæſt. 13. ar. 3. ad primum, gloſſat Dam. Eſuriuit, ſitiuit, mortuus eſt Chriſtus, quia voluit. gloſſa, voluntate diuina: quæ tamen Auctor hic humanæ Chriſti voluntati tribuit.

¶ Ad euidentiam horum ſciendum eſt, ꝙ de anima Chriſti dupliciter loqui poſſumus, ſcilicet ſecũdum virtutem naturalẽ, vel gratuitam in ea manentem, qua. ſ. ipſa dicitur potens, & ſic anima Chriſti non poterat præſeruare corpus ſuum a læſiuis, niſi gloriam animæ deriuando in corpus, & reddendo illud impaſſibile, quod fuiſſet contra myſterium noſtrę redemptionis, & contra ordinem incarnationis, quo ab initio definitum eſt, vt anima exiſtente glorioſa corpus maneret paſſibile ſuſpenſa, vt ſupra dictum eſt, redundantia gloriæ in corpus. Diſcurrendo quippe per omnes gratias infuſas manentes in anima Chriſti, liquido apparet nullam in ea fuiſſe potẽtiam aliam ad præſeruandum corpus a læſiuis approximatis. Alio modo loqui poſſumus de anima Chriſti, vt eſt inſtrumentum coniunctum deitatis, & ſic, vt ſuperius in q. 13 ar. 2. & 3. dixit Auctor, poteſtatem habuit faciendi oĩa miracula ordinabilia in finem incarnationis, hoc eſt omnes mutationes creaturã præter ſpectantes ad creationem, & hmõi. Et ſic loquitur hic Auctor de aĩa Chriſti, ita ꝙ intendit ꝙ anima Chriſti, vt organũ verbi, poterat & voluntates perſecutorum immutare & poteſtatem eorũ impedire, ſicut poterat alia miracula in cælo & in terra facere, & ſimiliter poterat conſeruare carnẽ ſuã ne læderetur a flagellis, clauis & quibuſcumq; læſiuis, ſicut potuit ſeruare Petrũ ſup aquas ambulantẽ &c. Et huius rõ in ſcdo dubio reddetur.

¶ Ad obiectionem ergo Scoti primam, dicitur ꝙ peccat ſecundũ non cauſam, vt cauſam. Conceſſo ſiquidem toto argumento, nihil aliud habetur, niſi quòd corpus Chriſti neceſſario paſſum eſt ab extrinſecis cõferendo actiua ad paſſiuum, ſ. corpus & animam, ſecundum ſe: cum his enim ſtat quòd anima illa, vt organum verbi potuiſſet ſi voluiſſet, impedire paſſionem.

¶ Ad ſecundam dicitur, quòd ſoluit ſeipſam: quia ex quo homo plus animam propriam, quàm proprium corpus tenetur diligere, conſtat quòd non peccat, ſed bene facit, qui cum poſſit, non cuſtodit proprium corpus a læſiuis propter ſalutem animarum: Chriſtus autem paſtor bonus fuit ponens animã, hoc eſt vitam ſuam pro ouibus ſuis.

¶ Ad ſecundum dubium dicitur, quòd quia a catholicis acceptatur, quòd anima Chriſti fuit organum coniunctum verbi dei, conſentaneum rationi eſt, vt quod ſingulariter & ineffabiliter aſſumptũ eſt organũ, ad omnia effectum ſit organum, ad quæ poteſt inſtrumẽtaliter concurrere. Nam ſicut caput eſt Chriſtus etiam angelorum, & in ſcientia & gratia & virtutibus prelatus eſt omnibus, ita etiam potentia inſtrumentali ſuper oĩa ſit, quæ poſſunt diuino organo fieri: omnia enim quæ excellentia ſunt & non decent Chriſti animã, ſed conſonant conditioni eius, credenda ſunt ineſſe illi. Et ſic ex vnione animæ Chriſti ad verbum, manifeſtatur rõnabiliter poteſtas hæc (ſcilicet præſeruandi proprium corpus a læſiuis) in anima Chriſti, vt organum eſt verbi. Et licet gloſſari forte poſſit Aug. ad planum tamen ſenſum ex cõtextu recurrendum eſt, & ille tenendus, quicquid gloſſent alij. Quòd aũt Auctor diuinæ volũtati ibi tribuerit, ꝙ hic humanæ, nõ eſt mirũ: quia ipſemet ibi in ar. 3. regulam generalem tradidit interpretandi dicta de poteſtate inſtrumentali animæ Chriſti. ſ. ꝙ quia inſtrumentum non propria, ſed principalis agentis poteſtate agit, ideo opera animæ Chriſti pure organice, attribuuntur deitati. Et propterea, vtrumq; eſt verum. ſ. ꝙ Chriſtus eſuriuit, ſitiuit, mortuus eſt, quia voluit, volũtate diuina, vt cauſa principali, & ꝙ Chriſtus eſuriuit, ſitiuit, mortuus eſt voluntate humana, vt cauſa potente inſtrumentaliter impedire, & non impediente. Et primum, vt clarius & principalius ab omnibus affirmatur: ſecundum a ſapientibus intelligitur in euangelio traditum, cũ dicitur, Nemo tollit animã meã a me: ſed ego pono eam. Hoc verbũ nullus martyrũ quantũcũq; voluntarius ad mortẽ, poteſt vere dicere: ſed propriũ fuit Chriſto. ergo nõ ſola voluntas cõplacentiæ, ſed cauſatiua mortis, in Chriſto fuit.

¶ In reſponſione ad ſecundum aduerte, ꝙ duplex eſt modus dicendi de clamore Chriſti in cruce. Primus eſt, quòd Chriſtus permittens corpus pati ac debilitari vſq; ad mortem, ſecundũ violentiam illati ſuo corpori tormenti, ſpeciali miraculo fortitudinem ad clamandum effecit. Secundus eſt, ꝙ Chriſtus permiſit quidem corpus pati, & nihil minuendo de paſſione miraculoſe conſeruauit fortitudinem naturæ ad clamandum, ita ꝙ conſeruatio fortitudinis fuit miraculoſa, qua conſeruatione deſinente ſtatim paſſio effectum mortis habuit: clamans enim expirauit. Primus modus facilior eſt, ſed multiplicat miracula: quoniam, vt patet Matth. 27. bis Chriſtus clamauit, ac per hoc duobus miraculis opus fuit. Secundus autem modus, quem ſequitur Auctor in litera, vnico cõtentus eſt miraculo, ſcilicet conſeruatione fortitudinis vſque ad extremum: ex illa enim pluries clamare potuit. Et altior eſt, quia vt in litera dicitur, ad hoc Chriſtus conſeruauit fortitudinem, vt monſtraret, ꝙ nemo tollit animam ſuã a corpore ſuo: ſed ipſe ponit eam.

¶ In eadem reſponſione circa celeritatem mortis Chriſti, quia voluit, conſiderandum eſt, quòd celeritas illa fuit & naturalis & voluntaria. Nam ex parte corporis naturale fuit, quòd Chriſtus moreretur, antequàm latrones morerentur: tum

quia lõge plura paſſus fuerat: tũ quia delicatioris erat cõplexionis: tum quia corpus ieiunijs, vigilijs atque laboribus debilitatum habebat: tum potiſſime, quia paſſio eius erat pura, ſcilicet, ſine redundantia cõſolationis: latrones .n. conſolabantur, alter ſpe, alter ſaltẽ ſua ſorte cõtentus. Ex parte vero deitatis, & animæ inſtrumentaliter, fuit volũtaria: quia quandiu voluit conſeruare fortitudinem patientiæ fortis fuit: quàm primum autem noluit conſerre, reliquit ipſum corpus ſibi: & ſic ſtatim ex illatis paſſionibus directe, a ſua vero voluntate indirecte, non prohibendo, cum poſſet, ſecuta eſt mors, non expectata latronum morte.

Inf. q. 48. artic. 2. & 3. cor. Et 4. cõtra c. 55 ad 13. & 16. Et opu. 3. cap. 234. Et Roma. 5. lec. 2. fi. & l. 5. fi.

fregerunt crura, vt cito morerentur: ad Ieſum autẽ cum veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura. Et Mar. 15. dicitur, quòd Pilatus mirabatur, ſi iam obijſſet. Sicut .n. eius voluntate, natura corporalis conſeruata eſt in ſuo vigore vſque ad extremũ, ſic etiam quando voluit, ſubito ceſſit nocumento illato.

Ad 3m dicendum, quòd Chriſtus ſimul & violẽtiam paſſus eſt, vt moreretur, & tamen voluntarie mortuus fuit: quia violentia corpori eius illata eſt, quæ tamen tantum corpori eius præualuit, quantum ipſe voluit.

## Articvlvs II.

*Vtrum Chriſtus fuerit ex obedientia mortuus.*

Ad secvndvm ſic ꝓceditur. Videtur ꝙ Chriſtus non fuerit ex obediẽtia mortuus. Obedientia enim reſpicit præceptum: ſed non legitur Chriſto fuiſſe præceptum, quòd ipſe pateretur. non ergo ex obedientia paſſus fuit.

¶ 2 Præt. Illud dicitur aliquis ex obedientia facere, quod facit ex neceſſitate pręcepti: Chriſtus autem, non ex neceſſitate, ſed voluntarie paſſus fuit. non ergo paſſus eſt ex obedientia.

¶ 3 Præt. Charitas eſt excellentior virtus, quàm obedientia: ſed Chriſtus legitur ex charitate paſſus, ſecundũ illud Epheſ. 5. Ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtꝰ dilexit nos, & tradidit ſemetipſum ꝓ nobis. ergo paſſio Chriſti magis debet attribui charitati, q̃ obediẽtię.

Sed contra eſt, quòd dicitur Philip. 2. Factus eſt obediens patri vſque ad mortem.

Respon. Dicendum, quòd conuenientiſſimum fuit, ꝙ Chriſtus ex obedientia pateretur. Primo quidem, quia hoc conueniebat iuſtificationi humanæ, vt ſicut per vnius hominis inobediẽtiam peccatores conſtituti ſunt multi, ita per vnius hominis obedientiã, iuſti conſtituantur multi, vt dicitur Rom. 5. Secundo, hoc conueniens fuit reconciliationi dei ad homines. vnde dicitur Ro. 5. Reconciliati ſumus deo per mortem filij eius, inquantum ſcilicet ipſa mors Chriſti fuit quoddam ſacrificium acceptiſſimum deo, ſecundũ illud Eph. 5. Tradidit ſeipſum pro nobis, oblationem & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis. Obedientia vero omnibus ſacrificijs antefertur, ſecundum illud 1. Reg. 15. Melior eſt obedientia quàm victimæ: & ideo conueniens fuit, vt ſacrificium paſſionis, & mortis Chriſti ex obedientia procederet. Tertio, hoc conueniens fuit eius victoriæ, qua de morte & actore mortis triumphauit: non enim miles vincere poteſt, niſi duci obediat, & ita homo Chriſtus victoriam obtinuit* per hoc, quòd deo fuit obediens, ſecundum illud Prouer. 21. Vir obediens loquitur victorias.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Chriſtus mandatum accepit a patre, vt pateretur: dicitur enim Ioan. 10. Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo iterũ ſumendi eam, & hoc mandatum accepi a patre meo, ſcilicet ponendi animam, & ſumendi eam. Ex quo, vt Chryſoſto.* dicit, non eſt intelligendũ, quòd prius expectauerit audire, & opus ei fuerit diſcere: ſed voluntarium monſtrauit proceſſum, & contrarietatis ad patrem ſuſpitionem deſtruxit: quia tamen in morte Chriſti lex vetus conſumata eſt, ſecundum illud quod ipſe moriens dixit Ioan. 19. Conſumatum eſt, poteſt intelligi quòd patiendo, omnia veteris legis præcepta impleuit. Moralia quidem, quæ in præceptis charitatis fundantur, impleuit inquantum paſſus eſt, & ex dilectione patris, ſecũdum illud Ioan. 14. Vt cognoſcat mundus quia diligo patrem, & ſicut mandatum dedit mihi pater ſic facio, ſurgite eamus hinc, ſ. ad locum paſſionis, & etiam ex dilectione proximi, ſecundum illud Galat. 2. Dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. Cæremonialia vero præcepta legis, quę ad ſacrificia & oblationes præcipue ordinantur, impleuit Chriſtus ſua paſſione, inquantum omnia antiqua ſacrificia, figuræ fuerunt illius veri ſacrificij, quod Chriſtus obtulit, moriendo pro nobis. Vnde dicitur Coloſſ. 2. Nemo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, quæ ſunt vmbra futurorum, corpus autem Chriſti, eo ſcilicet, quòd Chriſtus comparatur ad illa, ſicut corpus ad vmbrã. Præcepta vero iudicialia legis, quæ pręcipue ordinantur ad ſatisfaciendum iniuriam paſſis, impleuit Chriſtus ſua paſſione: quoniam, vt in Pſal. 68. dicitur, quæ non rapuit exoluit, permittens ſe ligno affigi pro pomo, quod de ligno homo rapuerat contra dei mandatum.

Ad 2m dicendum, quòd obedientia etſi importat neceſſitatem reſpectu eius, quod præcipitur, tamen importat voluntatem reſpectu impletionis præcepti, & talis fuit obedientia Chriſti. Nam ipſa paſſio & mors ſecundum ſe conſiderata, naturali voluntati repugnabat: volebat tamen Chriſtus dei voluntatem circa hoc implere, ſecundum illud Pſal. 39. Vt facerem voluntatem tuam deus meus volui. Vnde dicebat Matth. 26. Si non poteſt tranſire a me calix iſte, niſi bibam illum, fiat voluntas tua.

Ad 3m dicendum, quòd eadem ratione Chriſtus paſſus eſt ex charitate & obedientia: quia & præcepta charitatis ex obedientia impleuit, & obediẽs fuit ex dilectione ad patrem præcipientem.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæſeptimæ Articulum ſecundum.*

Titulus clarus. ¶ In corpore vna concluſio: Conueniẽtiſſimum fuit, vt Chriſtus ex obedientia pateretur. Probatꝰ tripliciter. Omnia clara ſunt in litera.

¶ Memento colligere ex reſponſione ad primum & tertiũ, quòd Chriſtus ſua paſſione adimpleuit legem totam: charitate quidem & obedientia ſumma oĩa præcepta moralia: ſacrificio ſummo ſuiipſius, omnia cæremonialia: ſatisfactione ſumma tantæ pœnę, omnia iudicialia. Et ſi his iunxeris, quòd in his tribus clauduntur mãdata omnia iuris diuini, iuris naturalis, & iuris poſitiui ſecundum genus, videbis quòd Chriſtus in ſua paſſione impleuit omnem iuſtitiã omnis generis iuris, & præcepti.

## Articvlvs III.

*Vtrum Deus pater tradiderit Chriſtum paſſioni.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd deus pater non tradiderit Chriſtum paſſioni. Iniquum enim & crudele videtur eſſe, ꝙ innocẽs paſſioni & morti tradatur: ſed ſicut dicitur Deut. 32. deus fidelis, & abſque vlla iniquitate. ergo Chriſtum innocentem non tradidit paſſioni & morti.

¶ 2 Præt. Non videtur quòd aliquis a ſeipſo, & ab alio morti tradatur: ſed Chriſtus tradidit ſemetipſum pro nobis, ſecundum quòd dicitur Iſa. 53. Tradidit in mortẽ animam ſuam. non ergo videtur, quòd deus pater eum tradiderit.

¶ 4 Præt. Iudas vituperatur, ex eo quòd tradidit Chriſtum iudæis, ſecundum illud Ioan. 6. Vnus ex vobis diabolus eſt: quod dicebat propter Iudam, qui eum erat traditurus. Similiter etiam vituperantur iudæi, qui eum tradiderunt Pilato, ſecundum quòd ipſe dicit Ioan. 18. Gens tua, & pontifices tui tradiderunt te mihi. Pilatus etiam tradidit ipſum, vt crucifigeretur, vt habetur Ioan. 19. non eſt autem participatio iuſtitię cum iniquitate, vt dicitur 2. ad Corin. 6. ergo videtur, quòd deus pater non tradiderit Chriſtum paſſioni.

Sed contra eſt, quòd dicitur Rom. 8. Proprio filio ſuo non pepercit deus, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.

Respon. Dicendum, quòd (ſicut dictum eſt*) Chriſtus paſſus eſt voluntarie ex obediẽtia Patris. vnde ſecũdum tria, deus pater tradidit Chriſtum paſſioni. Vno quidem modo, ſecundum quòd ſua æterna voluntate p̃ordinauit paſſionem Chriſti ad humani generis liberationem, ſecundũ illud, quod dicitur Iſaiæ 53. Dominus poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrum. & iterum, Dominus voluit conterere eum in infirmitate. Secundo, inquantum inſpirauit ei voluntatem patiẽdi pro nobis, infundendo ei charitatem. vnde ibidem ſequitur, Oblatus eſt, quia voluit. Tertio, non protegendo eum a paſſione, ſed exponendo perſequentibus. vnde & legitur Mat. 27. quòd pendens in cruce Chriſtus dicebat, Deus meus, deus meus, vt quid dereliquiſti me? quia ſcilicet poteſtati perſequentium eum expoſuit, vt Aug.* dicit, de gratia noui teſtamenti.

Ad primvm ergo dicendum, quòd innocentem hominem paſſioni & morti tradere contra eius voluntatem, eſt impium & crudele: ſic autem deus pater Chriſtum non tradidit, ſed inſpirando ei voluntatem patiendi pro nobis. In quo oſtenditur & dei ſeueritas, qui peccatum ſine pœna dimittere noluit (quod ſignat Apoſtolus dicens, Proprio filio ſuo non pepercit) & bonitas eius in eo, ꝙ cum homo ſufficienter ſatisfacere non poſſet ꝑ aliquã pœnam quam pateretur, ei ſatisfactorem dedit, quod ſignauit Apoſtolus dicẽs, Pro nobis omnibus tradidit illum. & Ro. 3. dicit, Quem ſcilicet Chriſtum, propoſuit deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius.

Ad 2m dicendum, quòd Chriſtus ſecundum ꝙ deus, tradidit ſemetipſum in mortem eadem voluntate & actione, qua & Pater tradidit eum: ſed inquantum homo, tradidit ſeipſum voluntate a Patre inſpirata. vnde non eſt contrarietas in hoc, quòd Pater tradidit Chriſtum, & ipſe tradidit ſemetipſum.

Ad 3m dicendum, quòd eadem actio diuerſimode iudicatur in bono vel in malo, ſecundum quòd ex diuerſa radice procedit. Pater enim tradidit Chriſtũ, & ipſe ſemetipſum, ex charitate, & ideo laudantur, Iudas autem tradidit ipſum ex cupiditate, Iudæi autem ex inuidia, Pilatus ex timore mundano, quo timuit Cæſarem, & ideo ipſi vituperantur.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæſeptimæ Articulum tertium.*

Titulus clarus. ¶ In corpore vna cõcluſio: Deus pater tradidit tripliciter Chriſtum paſſioni. Probatꝰ: Chriſtꝰ paſſus eſt ex obedientia patris, ergo: Et declaratꝰ concluſio quo ad omnia membra, ſcilicet ordinationem, inſpirationem, non protectionem: hæc .n. tria inferuntur ex obedientia ordinate: nam obedientia huiuſmodi infert ĩ præceptore inſtitutionem, in obediente inſpirationem, in exequutore permiſſionem.

¶ In reſponſione ad primũ, nota quòd illa propoſitio, innocentem hominem paſſiõi & morti tradere inuitum, eſt impium & crudele, intelligitur abſolute & non in ordine ad deum, cuius ſũt vita & mors, qui poteſt abſque impietate & crudelitate innocentem, inuitum tradere paſſioni & morti, ſicut poteſt pro libito talem annihilare. Vtitur autem Auctor propoſitione iſta tractando de deo, vt oſtendat quòd traditio Chriſti in mortem ab ipſo deo, non eſt ſecundum ſe abſolute iniuſta: quia non inuitus, ſed voluntarius traditus eſt in mortem, ſponte obediẽs deo ad hoc. Decuitque deum non omnipotentia ſua vti in traditione huiuſmodi, qui definierat vinci diabolum non potentia, ſed iuſtitia, & propterea vſus ẽ ſuaui diſpoſitione, tradendo Chriſtum voluntarium ad huiuſmodi obediẽtiã.

## Articvlvs IIII.

*Vtrum fuerit conueniens, Chriſtum pati a Gentilibus.*

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens, Chriſtum pati a Gentilibus: quia enim per mortem Chriſti homines erant a peccato liberandi, conueniens videbatur, vt pauciſſimi in morte eius peccarent. Peccauerunt autem in morte eius Iudæi, ex quorum perſona dicitur Mat. 21. Hic eſt hęres, venite occidamus eum. ergo videtur cõueniens fuiſſe, quòd in peccato occiſionis Chriſti gentiles, non implicarentur.

¶ 2 Præt. Veritas debet reſpondere figuræ: ſed figuralia ſacrificia veteris legis non gentiles, ſed Iudæi offerebant. ergo neque paſſio Chriſti, quæ fuit verum ſacrificium, impleri debuit per manus gentilium.

¶ 3 Præt. Sicut dicitur Ioan. 5. Iudęi quærebant Chriſtum interficere, non ſolum quia ſoluebat ſabbathum, ſed quia patrem ſuum dicebat deum, æqualẽ ſe deo faciens: ſed hoc videbatur eſſe ſolum contra legem iudæorum, vnde & ipſi dicunt Ioan. 19. Secundum legem debet mori, quia filium dei ſe fecit. videtur ergo conueniens fuiſſe, quòd Chriſtus non a gentilibus, ſed a iudæis pateretur, & falſum eſſe quod dixerunt, nobis non licet interficere quemquam, cum multa peccata ſecundum legem morte puniantur, vt patet Leui. 20.

Sed contra eſt, quòd ipſe dominus dicit Mat. 20. Tradent eum gentibus, ad illudendum, & flagellandum & crucifigendum.

Respon. Dicendum, quòd in ipſo modo paſſionis Chriſti præfiguratus eſt effectus ipſius. Primo enim paſſio Chriſti effectum ſalutis habuit in Iudæis, quorum plurimi in morte Chriſti baptizati ſunt, vt patet Actuum 2. & 3. Secundo vero iudæis prædicantibus, effectus paſſionis Chriſti tranſiuit ad gentes. et ideo conueniens fuit vt Chriſtus a Iudæis pati inciperet, & poſtea iudæis tradentibus, per manus gentilium, eius paſſio finiretur.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Chriſtus ad oſtendendam abundantiam charitatis ſuæ, ex qua patiebatur, in cruce poſitus veniam perſecutoribus poſtulauit. et ideo vt huius petitionis fructus ad iudæos & gentiles perueniret, voluit Chriſtus ab vtriſque pati.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæſeptimæ Articulũ quartum.*

Titulus clarus. ¶ In corpore vnica concluſio: Cõueniẽs fuit, vt Chr̃i paſſio a Iudæis inciperet, & mediantibus ipſis per gentiles finiretur. Probatur: Conuenienter effectus paſſionis pręfiguratus eſt in modo ipſius paſſionis: ſed fructus inchoauit ĩ Iudæis, & per ipſos peruenit ad Gentiles. ergo conueniens modus fuit, vt Chriſti paſſio a Iudæis inciperet, & per ipſos a gentilibus finiretꝰ.



Ad

Ad 2m dicendum, quòd paſſio Chriſti fuit ſacrificij oblatio, inquantum Chriſtus propria voluntate mortem ſuſtinuit ex charitate. Inquantum autem a perſecutoribus eſt paſſus, non fuit ſacrificium, ſed peccatum grauiſſimum.

*Trac.114. I Ioã. circa med.to.9. Ad 3m dicendum, quòd ſicut Aug.* dicit, Iudæi dicentes, nobis non licet interficere quemquam, intellexerunt, non ſibi licere interficere quemquam, propter feſti diei ſanctitatem, quam celebrare iam cœperant. Vel hoc dicebant (vt Chryſoſt.* dicit) quia volebant eum occidi, non tanquam tranſgreſſorem legis, ſed tanquam publicum hoſtem, quia regem ſe fecerat: de quo non erat eorum iudicare. vel quia nõ licebat eis crucifigere (quod cupiebant) ſed lapidare, quod in Stephano fecerunt. Vel melius dicendum eſt, quòd per Romanos, quibus erant ſubiecti, erat eis poteſtas occidendi interdicta.

*hom. 82. in Ioã. poſt med. illius tom.3.

## Articvlvs V.

*Vtrum Chriſti perſecutores eum cognouerint.*

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur quòd perſecutores Chriſti eum cognouerint. Dicitur enim Matth.21. quòd agricolæ videntes filium, dixerunt intra ſe, Hic eſt hæres, venite occidamus eum. vbi dicit Hieron.* Manifeſte dominus probat ex verbis Iudæorum, principes non per ignorantiam, ſed per inuidiam, dei filium crucifixiſſe: intellexerunt enim eũ eſſe illum, cui pater per Prophetã dicit, Poſtula a me, & dabo tibi gẽtes hæreditatem tuam. ergo videtur ꝙ cognouerint eum eſſe Chriſtum, vel filium dei.

*Id innuit c.21. Mat. ĩ fi. illi⁹ to.9. & etiam in gloſ. ordi.

¶ 2 Præt. Ioan.15. Dominus dicit, Nunc autem & viderũt, & oderũt & me & patrem meum: quod autem videtur, manifeſte cognoſcitur. ergo iudæi cognoſcentes Chriſtum, ex cauſa odij, ei paſſionem intulerunt.

¶ 3 Præt. In quodam ſermone Epheſini cõcilij dicitur, Sicut qui chartam imperialem diſcerpſerit, tamquàm imperatoris diſrumpens verbum, ad mortem addiicitur, ſic crucifigens iudęus quem viderat, pœnas dabit, tamquam in ipſum deum verbum præſumptiones iniiciens. Hoc autem non eſſet, ſi eum eſſe dei filium, non cognouiſſent: quia ignorantia eos excuſaſſet. ergo videtur, quòd iudæi crucifigentes Chriſtum cognouerint eſſe filium dei.

Sed contra eſt, quòd dicitur 1. ad Cor.2. Si cognouiſſent, numquam dominum gloriæ crucifixiſſent. & Act.3. dicit Petr⁹, iudæis loquẽs, Scio quia per ignorantiam feciſtis, ſicut & principes veſtri. & dominus in cruce pendẽs F dicit, Pater, dimitte illis: non enim ſciunt quid faciunt.

Respon. Dicendum, quòd apud iudæos quidam erant maiores, & quidam minores. Maiores quidem, qui eorum principes dicebantur,* (vt dicitur in lib. Quæſtionum vete. & nou. Teſt.) ſicut et dęmones, cognouerunt eum eſſe Chriſtum promiſſum in lege: omnia enim ſigna videbant in eo, quæ dixerant futura prophetæ. G Myſterium autem diuinitatis eius ignorabant: et ideo Apoſtolus dicit, quòd Si cognouiſſent, nũquam dominum gloriæ crucifixiſſent: ſciẽdum tamen, quòd eorum ignorantia non eos excuſabat a crimine: quia erat quodammodo ignorãtia affectata: videbant enim euidentia ſigna diuinitatis ipſius: ſed ex odio & inuidia Chriſti, ea peruertebant, & verbis eius, quibus ſe dei filium fatebatur, credere noluerũt. Vñ ipſe de eis dicit Ioã.15. H ſi non veniſſem, & locutus eis nõ fuiſſem, peccatum non haberent, nũc autem excuſationem non habẽt de peccato ſuo. Et poſtea ſubdit, Si opera nõ feciſſem ĩ eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Et ſic ex perſona eorum accipi poteſt, quod dicitur Iob.21. dixerunt deo, Recede a nobis, ſciẽtiam viarum tuarum nolumus. minores vero, ideſt populares, qui myſteria ſcripturæ non nouerant, non plene cognouerunt ipſum eſ- I ſe nec Chriſtum, nec filium dei: licet enim aliqui eorum in eum crediderint, multitudo tamen non credidit. Et ſi aliquando dubitauerũt, an ipſe eſſet Chriſtus, propter ſignorum multitudinem & efficaciam doctrinæ (vt habetur Ioã.7.) tamen poſtea decepti fuerũt a ſuis principibus, vt eum non crederẽt, neque filium dei neque Chriſtũ. vnde & Petrus eis dixit, Scio quia per ignorantiam feciſtis, ſicut & principes veſtri: quia ſcilicet per principes ſeducti erant.

K Ad primvm ergo dicendum, quòd illa verba dicuntur ex perſona colonorũ vineæ, per quos ſignificantur rectores illius populi, qui eum cognouerunt eſſe hæredem, inquantum cognouerunt eũ eſſe Chriſtum promiſſum in lege: ſed contra hanc reſponſionem eſſe videtur, quòd illa verba pſalmi, Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, eidem dicuntur, cui dicitur, Filius meus es tu, ego hodie genui te. ſi ergo cognouerunt eum eſſe illum, cui dictum eſt, Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, ſequitur quòd cognouerint eũ eſſe filium dei. Chryſoſt* etiam ibidem dicit, quòd cognouerunt eum eſſe filium dei. Beda etiam dicit ſuper illud† Luc.23. Quia neſciunt quid faciunt, Notandum, inquit, quòd non pro eis orat, qui quem filium dei intellexerunt, crucifigere, quã confiteri maluerunt. ſed ad hoc poteſt reſponderi, quòd cognouerunt eum eſſe filium dei, non per naturam, ſed per excellentiam gratiæ ſingularis. Poſſumus tamen dicere, quòd etiam verum dei filiũ cognouiſſe dicuntur: quia euidentia ſigna huius rei habebant, quibus tamen aſſentire, propter odiũ & inuidiam noluerunt, vt eum cognoſcerent eſſe filium dei.

Ad 2m dicendum, quòd ante illa verba præmittitur, Si opera nõ feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. & poſtea ſubditur, Nunc autẽ viderunt C & oderunt & me & Patrem meũ. Per quod oſtenditur, quòd videntes opera Chriſti mirifica, ex odio proceſſit quòd eum filium dei nõ cognouerunt.

Ad 3m dicendum, quòd ignorantia affectata non excuſat a culpa, ſed magis videtur culpam aggrauare: oſtendit enim hominem ſic vehementer eſſe affectũ ad peccandum, quòd vult ignorantiam incurrere, ne peccatum vitet. et ideo iudæi peccauerunt, non ſolum hominis Chriſti, ſed etiam tãquam dei crucifixores.

## Articvlvs VI.

B *Vtrum peccatum Chriſtum crucifigentium fuerit grauiſſimum.*

Ad sextvm ſic proceditur. Videtur quòd peccatum crucifigentium Chriſtum, non fuerit grauiſſimum. non enim eſt grauiſſimum peccatum, quod excuſationem habet: ſed ipſe dominus excuſauit peccatum crucifigentiũ eum, dicens, Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. non ergo peccatũ eorum fuit grauiſſimũ.

¶ 2 Præt. Dominus dixit Pilato C Ioan.19. Qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Ipſe autem Pilatus fecit Chriſtum crucifigi per ſuos miniſtros. ergo videtur fuiſſe maius peccatum Iudæ proditoris, peccato crucifigentium Chriſtum.

¶ 3 Præt. Secundum Philoſo-

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæ ſeptimæ Articulum quintum.*

Opuſc.60. c.18. in fin. Et ad cor. 2. lc. 2.

Titulus clarus vt ſonat, de hominibus tamen: quia de dæmonibus iam dictum eſt.

¶ In corpore vna ẽ diſtinctio bimẽbris, cum concluſionib⁹ appoſitis iuxta mẽbra. Diſtinctio eſt, quòd apud iudæos quidam erant maiores, quidam minores. De maioribus tres cõcluſiones ponuntur. Prima eſt, ꝙ cognouerunt ipſum eſſe Meſſiam. ſecunda, ꝙ non cognouerunt ipſum eſſe deum. tertia, ꝙ ignorantia iſta non excuſauit peccatũ eorum. Prima concluſio probatur auctoritate, & ratiõe: quia videbant omnia ſigna dicta de Meſſia. ſecunda ꝓbat᷑ auctoritate eadem, adiuncto verbo Apoſtoli, Si cognouiſſent. Et hæ concluſiones cum ſuis probationibus ab Auctore recitatiue afferuntur, vt patet in litera. Tertia autem cõcluſio ipſius Auctoris eſt, & probatur: quia eorum ignorãtia erat affectata: quia videbant teſtimonia deitatis Chriſti ſufficiẽtia, ſed ipſi ex prauo affectu peruertebant illa, & doctrinam abiiciebãt, nolentes credere. Probatur Ioã.15. &c.

¶ Aduerte hic, ꝙ licet teſtimonia deitatis Chriſti eſſent ſecundum ſe ſufficiẽtia ad cauſandam fidem voluntariã vel coactam hominib⁹, qui pręſentes fuerunt teſtimonijs illis, ſcilicet miraculorum ſic factorũ ad cõfirmationem doctrinæ, qua dicebat ſe deum, tamẽ gratia vnionis perſonalis non erat vſquequaque clara, tam hominibus quã dęmonibus, antequã myſterium hoc fuiſſet apertum. nã etſi ſciebatur, ꝙ Meſſias erat deus & filius dei: non tamen intelligebat᷑ in quo ſenſu verificaretur, quòd eſſet deus aut dei filius, an ꝑ vnionis perſonalis gratiam, an per aliquã excellentiam ſingulariſſimam: quæ dubitatio ſublata videtur poſt Chriſti paſſionem, quo ad dæmones, & reſurrectionem, quo ad homines, quando apparuit diſcipulis ſenſum, vt intelligerẽt ſcripturas, & amplius per Spiritus ſancti aduentum, qui promiſſus fuit doctor omnis veritatis, Ioan.14.

Principes autem iudæorum ignorantiam ſuam, non ex ambiguitate modi poſſibilis ad verificandam Chriſti deitatem, ſed ex prauitate affectus inſurrexerunt in Ieſum, quocumque modo fuerit deus: & ideo reos ſeipſos conſtituerunt omnis excellentiæ, quæ in illo homine erat, ac per hoc deitatis. Ex eo enim, quòd non curarunt attendere teſtimonijs operũ & verborum Chriſti, ſed perſequi illũ elegerunt, ignorantiam pro excuſatione allegare non potuerunt, & hoc eſt ꝙ dominus dicit Ioan.15. Si nõ veniſſem, &c. vt in litera affertur.

¶ Sed occurrit ſimile dubium de prima concluſione. ſ. ꝙ maiores cognouerunt Ieſum eſſe Chriſtum. Nam ſigna & teſtimonia apparentia, ꝙ Ieſus eſſet Chriſtus, licet in ſe fuerint ſufficientia ad hoc teſtificandum, & videntes illa ad cõfirmationem profeſſionis Chriſti, debebant credere illum eſſe Chriſtum: quia tamen de Chriſto multa excellentia & maxima prædicta erant, quæ in Ieſu non apparebant, quia in ſecundo aduentu implenda ſunt, & maiores ignorabant iſtos duos aduentus, & putabant Chriſtũ in primo aduentu regnaturum, & redempturum temporaliter Iſrael, ideo videntur etiã ignoraſſe ipſũ eſſe Chriſtum, ignorantia tamen affectata. Et cõfirmatur hęc ignorãtia: quia etiam diſcipuli domini ab ipſo eruditi, credentes ipſum eſſe Chriſtum, putabãt quòd in primo aduentu eſſet tẽporaliter redempturus Iſrael: dicunt enim, Nos autem ſperabam⁹, ꝙ ipſe eſſet redempturus Iſrael: Paulus quoque Apoſtolus dicit ſe ignoranter peccaſſe, paternarum traditionũ æmulatione, ſignificãs, quòd maiores, qui eum docuerãt, ignorabant Ieſum eſſe Chriſtum: vnde ſtatim ingreſſus in ſynagogas, prædicabat affirmans, quoniam hic eſt Chriſtus. Ipſe quoque dominus ante principes iudæorum cõſtitutus, cum adiuratus confeſſus eſſet ſe eſſe Chriſtum, ſubdidit de ſecundo aduentu glorioſo, vt excluderet ab eis excuſationẽ ſuę ignorantiæ: debebant enim inquirere, quo modo hic ſecũdus aduentus futurus eſſet, & ſic de regno Chr̃i fuiſſent edocti, &c. ſed ipſi nolentes intelligere, dixerunt, Blaſphemauit, reus eſt mortis, &c. Vbi apparet eorum affectata cæcitas. ſi enim blaſphemia eſt hominẽ eſſe Chriſtum filium dei, cur ergo expectando talem futurum Meſſiam, a Ieſu inquiritis, an ipſe ſit? numquid Chriſtus blaſphemus eſſe debet? Si autem non eſt blaſphemia Chriſto, ſed huic pauperi Ieſu, quem audiſtis poſt tot miracula ſuſcitaſſe Lazarum, audire quòd hic pauper veniet glorioſus cum poteſtate, &c. diſcite quòd paupertas & abiectio nõ facit illum blaſphemum, ſed teſtem veritatis: ſed deprauatus affectus declinauit ad execrandum hominem.

¶ Ad hoc poteſt dici, quòd inter maiores erat latitudo & quod illi maiores, qui perſpicacius ſcripturas nouerant, & miracula doctrinamq; Chriſti viderant, nouerant illum eſſe Chriſtum: quia vt dicitur Matth.81. dixerunt, hic eſt hæres. Alij autem maiores, qui non ſciebant, tot ignorare potuerunt. Nulli tamen excuſati ob ignorantiam fuerunt: quia in promptu habebant, vnde poterant cognoſcere teſtimonia Chriſti & certificari de dubijs, quo ad excellentiam ab ipſo quem vita, doctrina ſcripturæ, miraculaq; tot commendabant. Si quis autem putat omnes maiores cognouiſſe ipſum eſſe Chriſtum, dicere poteſt quòd cognouerunt ipſum eſſe Chriſtum, quamuis non cognouerint, qualiter Chriſti officium conſumaturus eſſet.

¶ Mihi videtur, ſaluo meliori iudicio, diſtinguendum inter illud quod iudæorum principes potuerunt, ac debuerunt cognoſcere, & id, quod de facto cognouerunt. & dicẽdum, quòd potuerunt ac debuerunt cognoſcere Ieſum eſſe Chriſtum, & quòd de facto non cognouerunt Ieſum eſſe Chriſtum. Et primum ſatis patere poteſt, ex teſtimonijs miraculorum & doctrinæ: hæc enim duo dominus ipſe allegat Ioã.15. Si non veniſſem & locutus eis non fuiſſem, quo ad doctrinam teſtificãtem de te, & ſi opera non feciſſem, quæ nemo alius fecit, &c. quo ad A miracula. Secũdum autem ſuadetur ex eo, quòd omnia dicta de Chriſto non cognouerunt impleri in ipſo: prophetatum enĩ erat de ipſo, quòd erat futurus rex Iſrael, & redempturus ex captiuitate Iſrael & ce. vnde Magi dixerunt, Vbi eſt qui natus eſt rex iudæorum? Et hoc licet modo cognoſcatur, quòd de Chriſto in ſecundo aduẽtu intelligitur tẽporaliter, in primo autem ſpiritualiter tantum, ante Chriſti tamen reſurrectionem non erat hæc diſtinctio cognita, vt patet ex eo quòd nec ipſi Apoſtoli a domino edocti, cognoſcebant hoc: dicitur enim Luc.18. quòd cum dominus pręd ixiſſet mortem & reſurrectionem ſuã, ipſi nihil horum intellexerunt. Et Ioannes euangeliſta de ſeipſo etiam teſtatur, quod in die reſurrectionis credidit, & ꝙ nondũ ſciebat ſcripturã d̃ reſurrectiõe Chr̃i. Diſcipuli quoq; eũtes in Emaus, dixerunt, Nos ſperabam⁹ (ꝓculdubio Ieſu viuẽte) ꝙ ipſe eſſe redẽpturus Iſrael, quod ſpectat ad regnum eius, & ad hoc ſpectant alia dubitanda inducta. Quia ergo diſtinctio iſta duorum aduentuũ Chriſti erat ignota, principes iudæorũ malitia affectus proprij in Chriſtum velati, reliqua ex ſcriptura & ſignis & doctrina teſtimonia, tanquam inſufficientia abiecerunt: cum tamen eſſent ſufficientiſſima, & ſecundum aduentum explicantia & promittentia: qn potius, quia Chriſtus rex erat futurus, tamquam vſurpatione D tituli regij ex hoc ipſo, quòd Chriſtum ſe dicebat Ieſus, accuſarunt eum coram Pilato, & ex hoc tãdem obtinnerunt ſententiam mortis illius. Et licet non cognouerint Ieſum eſſe Chriſtum, ignorantia affectata illos velante, dicuntur tamen cognouiſſe, quia in promptu erat, vnde cognoſcerẽt tam ex debito & ex facultate eorum, quàm ex præſentia cognoſcibilis toties oblata ſimul cum doctore tam claro.

Sup. art.4. ad 2. fin. Et opuſc.60. c. 18. fi.

¶ De minoribus vero iudæorum tria dicuntur, primum eſt, ꝙ non cognouerunt Ieſum eſſe Chriſtum nec filium dei, ſecundum eſt, ꝙ multitudo non credidit in eum, quamuis aliqui in illum crediderint. tertium eſt, quòd multitudo ſeducta fuit a principibus. Ratio primi ponitur: quia non ſciebant myſteria ſcripturarum: ſecundum patet ex euangelio: tertium colligitur ex euangelio Ioan.7. & Act.3. Vbi ly per ignorantiam, non ſubauditur replicari ad principes: quia ly ſicut, nõ denotat ibi E ſimilitudinẽ in cauſa facti, ſ. ignorantia, ſed in facto tãtũ: ita ꝙ non eſt ſenſus, Scio quòd per ignorantiã feciſtis, ſicut & principes veſtri per ignorantiam fecerunt: tunc. n. eſſet aſſimilatio in facto & cauſa facti. Sed eſt ſenſus, Scio quòd per ignorantiã imitati eſtis principum veſtrorum factum; ſic enim eſt ſimilitudo imitatiua facti tantum.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæſeptimæ Articulum ſextum.*

Titulus vt ſonat.

¶ In corpore tres concluſiones, iuxta tria genera hominũ crucifigentium Chriſtum, ſ. principes iudæorum, populum iudæorum, & gentiles. Prima concluſio, Peccatum principũ fuit grauiſſimum ex genere peccati, & ex malitia voluntatis. Secũda: Peccatum aliorum iudæorum fuit grauiſſimum ex genere peccati,

phum * in 5. Ethi. Nullus patitur iniuſtum volens, & ſicut ipſe ibidē dicit, nullo patiente in iuſtum, nullus facit iniuſtum. ergo volenti nullus facit iniuſtum: ſed Chriſtus voluntarie eſt paſſus, vt ſupra habitum eſt. * non ergo iniuſtum fecerunt crucifixores Chriſti: & ita eorum peccatum non fuit grauiſſimum.

Sed contra eſt, quòd ſuper illud Matth. 23. Et vos implete menſuram patrum veſtrorum, dicit Chryſoſt. *Quantum ad veritatem exceſſerunt menſuram patrum ſuorum: illi enim occiderunt hoīes, iſti deum crucifixerūt.

Respon. Dicendum, quòd ſicut dictum eſt, *principes iudæorum cognouerunt Chriſtum, & ſi aliqua ignorantia fuit in eis, fuit ignorantia affectata, quæ eos non poterat excuſare. Et ideo peccatū eorum fuit grauiſſimum, tum ex genere peccati, tum ex malitia voluntatis. Minores autem iudæi, grauiſſime peccauerūt, quantum ad genus peccati: in aliquo tamen diminuebatur eorum peccatum, propter eorum ignorantiam. vnde ſuper illud Luc. 23. Neſciunt quid faciunt, dicit Beda, * Pro illis rogat, qui neſcierunt quid facerēt, zelum dei habentes, ſed non ſecūdum ſcientiam. Multo autem magis fuit excuſabile peccatum gentilium, per quorum manus crucifixus eſt, q legis ſcīam nō habebāt.

Ad primum ergo dicendum, quòd excuſatio illa domini non refertur ad principes iudæorum, ſed ad minores de populo, ſicut dictum eſt.*

Ad 2m dicendum, quòd Iudas tradidit ipſum, non Pilato, ſed principibus ſacerdotum, qui tradiderunt eum Pilato, ſecundum illud Ioan. 18. Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi: horum tamen omniū peccatum fuit maius, quàm Pilati, qui timore Cæſaris Chriſtum occidit, et etiam q̃ peccatum militum, qui mandato præſidis, Chriſtum crucifixerunt, non ex cupiditate, ſicut Iudas, nec ex inuidia & odio, ſicut principes ſacerdotum.

Ad 3m dicendum, quòd Chriſtus voluit quidem ſuam paſſionem, ſicut & deus eam voluit: iniquam tamen actionem iudęorum non voluit, & ideo occiſores Chriſti ab iniuſtitia non excuſantur. Et tamen ille, qui occidit hominem, iniuriam facit, non ſolum homini occiſo: ſed etiam deo & reipublicæ: ſicut etiam & ille qui occidit ſeipſum, vt Philoſophus dicit in 5. Ethic.* vnde & Dauid damnauit illum ad mortem, qui non timuerat mittere manum, vt occideret Chriſtum domini, quamuis eo petente, vt legitur 2. Reg. 1.

## QVAESTIO XLVIII.

*De Modo paſſionis Chriſti quantum ad effectum, in ſex articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandum eſt, de effectu paſſionis Chriſti. Et primo de modo efficiendi: ſecundo de ipſo effectu.

### Circa primum quæruntur ſex.

¶ Primo, Vtrum paſſio Chriſti cauſauerit noſtram ſalutem per modum meriti.

¶ Secundo, Vtrum per modum ſatisfactionis.

¶ Tertio, Vtrum per modum ſacrificij.

¶ Quarto, Vtrum per modum redemptionis.

¶ Quinto, Vtrum eſſe redemptorem, ſit proprium Chriſti.

¶ Sexto, Vtrum cauſauerit effectum noſtrę ſalutis per modum efficientiæ.

### Articvlvs primvs.

*Vtrum paſſio Chriſti cauſauerit noſtram ſalutem per modum meriti.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd paſſio Chriſti nō cauſauerit noſtram ſalutem per modum meriti. Paſſionum. n. principia non ſunt in nobis. Nullus autem meretur vel laudatur, niſi per id, cuius principium eſt in ipſo. ergo paſſio Chriſti nihil eſt operata per modum meriti.

¶ 2 Præt. Chriſtus ab initio ſuę conceptionis, meruit & ſibi & nobis: vt ſupra dictum eſt: *ſed ſuperfluum eſt aliquem iterum mereri id, quod ante meruerat. ergo Chriſtus per ſuam paſſionem non meruit noſtram ſalutem.

¶ 3 Præt. Radix merendi eſt charitas: ſed charitas Chriſti non fuit magis augmentata in paſſione, quàm ante. ergo non magis meruit ſalutem noſtram patiendo, quàm ante fecerat.



Sed contra eſt, quòd ſuper illud Philip. 2. Propter quod & deus exaltauit illum, &c. dicit Aug. *Humilitas paſſionis, claritatis eſt meritum, claritas humilitatis eſt præmium: ſed ipſe clarificatus eſt, non ſolum in ſeipſo, ſed ēt in ſuis fidelib9, vt ipſe dicit Io. 17. ergo videtur, ꝙ ipſe meruerit ſalutem ſuorum fidelium.

Respon. Dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt*) Chriſto data eſt gratia, non ſolum ſicut ſingulari perſonæ, ſed inquantum eſt caput eccleſiæ, vt ſcilicet ab ipſo redundaret ad membra: & ideo opera Chriſti hoc modo ſe habent tam ad ſe, quàm ad ſua membra, ſicut ſe habent opera alterius hominis in gratia conſtituti ad ipſum. Manifeſtum eſt autem, quòd quicumque in gratia conſtitutus, propter iuſtitiam patitur, ex hoc ipſo meretur ſibi ſalutem, ſecundum illud Mat. 5. Beati qui perſecutionē patiuntur propter iuſtitiam. vnde Chriſtus per ſuam paſſionem non ſolum ſibi, ſed etiam omnibus mēbris ſuis meruit ſalutem.

Ad primvm ergo dicendum, quòd paſſio, inquantum huiuſmodi nō eſt meritoria: quia habet principium ab exteriori: ſed ſecundum ꝙ eam aliquis volūtarie ſuſtinet, ſic habet principiū ab interiori, & hoc mō eſt meritoria.

Ad 2m dicendum, quòd Chriſtus a principio ſuæ conceptionis meruit nobis ſalutem æternā: ſed ex parte noſtra erant quædam impedimēta, quibus impediebamur conſequi effectum præcedentium meritorum. vnde ad remouēdum illa impedimenta oportuit Chriſtum pati, vt ſupra dictum eſt.*

Ad 3m dicendum, quòd paſſio Chriſti habuit aliquem effectum, quem non habuerunt præcedentia merita: non propter maiorem charitatem, ſed propter genus operis, quod erat conueniens tali effectui, vt patet ex rationibus * ſupra inductis de conuenientia paſſionis Chriſti.

### Articvlvs II.

*Vtrum paſſio Chriſti cauſauerit noſtram ſalutem per modum ſatisfactionis.*

Ad secvndvm ſic ꝓceditur. Videtur quòd paſſio Chriſti non cauſauerit noſtram ſalutem per modum ſatisfactionis. Eiuſdem enim videtur eſſe ſatisfacere, cuius eſt peccare, ſicut patet in alijs pœnitentię partibus: eiuſdem enim eſt conteri & confiteri, cuius eſt peccare: ſed Chriſtus non pecauit, ſecundum illud 1. Pet. 2. Qui peccatum non fecit. ergo ipſe non ſatisfecit propria paſsione.

¶ 2 Præt. Nulli ſatisfit per maiorem offenſam: ſed maxima offenſa fuit perpetrata in Chriſti paſsione; quia grauiſsime peccauerunt, qui eum occiderunt, vt ſupra dictum eſt. * ergo videtur quòd per paſsionem Chriſti non potuerit deo ſatisfieri.

¶ 3 Præt. Satisfactio importat æqualitatem quandam ad culpam, cum ſit actus iuſtitiæ: ſed paſsio Chriſti non videtur eſſe æqualis omnibus peccatis humani generis: quia Chriſtus non eſt paſſus ſecundum diuinitatem, ſed ſecundum carnem, ſecundum illud 1. Pet. 4. Chriſto igitur paſſo in carne. Anima autem in qua eſt peccatū, potior eſt quàm caro. non ergo Chriſtus ſua paſsiōe ſatisfecit pro peccatis noſtris.

Sed contra eſt, quòd in perſona eius dicit in Pſal. 68. Quæ non rapui, tunc exoluebam. Non autem exoluit qui perfecte non ſatisfacit. ergo videtur quòd Chriſtus patiendo, perfecte ſatisfecerit pro peccatis noſtris.

Respon. Dicendum, quòd ille proprie ſatisfacit pro offenſa, qui exhibet offenſo id, quod æque vel magis diligit, quàm oderit offenſam. Chriſtus autem ex charitate & obedientia patiendo, magis deo aliquid exhibuit, quàm exigeret recompenſatio totius offenſæ humani generis. Primo quidem, propter magnitudinem charitatis, ex qua patiebatur. Secundo, propter dignitatem vitę ſuæ, quam ꝓ ſatisfactione ponebat: quæ erat vita dei & hominis. Tertio, propter generalitatem paſsionis, & magnitudinem doloris aſſumpti; vt ſupra dictū eſt.* et ideo paſsio Chriſti non ſolum ſufficiens, ſed etiam ſuperabundans ſatisfactio fuit pro peccatis humani generis, ſecundum illud 1. Ioan. 2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum, ſed etiā pro totius mundi.

Ad primvm ergo dicendum, quòd caput & membra ſunt quaſi vna perſona myſtica. & ideo ſatisfactio Chriſti ad omnes fideles pertinet, ſicut ad ſua membra. Inquantum etiam duo homines ſunt vnum in charitate, vnus pro alio ſatisfacere poteſt, vt infra pa-

---

peccati, minus tamen ex circūſtantia ignorantiæ. Tertia eſt, Peccatum gētilium fuit grauiſſimum ex genere peccati, multo aūt magis excuſabile ex ignorantia legis & ſcripturarum. Vbi videre potes ideo peccatum crucifixionis Chriſti eſſe grauiſſimū ex ſuo genere, quia ex ſuo genere fuit occiſio non ſolum hominis tam excellentis innocentiæ, &c. ſed etiam dei: genus. n. peccati ex obiecto ſeu materia, circa quam eſt, ſumitur: illa autē occiſio cōſtat, quòd ſecūdum rem ad verbum incarnatum terminata eſt: perſona. n. illa crucifixa & mortua eſt. Maior autē, & minor grauitas huius grauiſſimi ſecundum ſe peccati, attenditur ex parte ipſorum peccantiū, ignoranter vel ſciēter, ex maiori vel minori malitia peccantium.

¶ In reſponſione ad ſecundum, quia indeciſum ibi relinquitur, an peccatum Iudę fuerit grauius peccato principum iudæorum; quæritur quod eorū fuerit grauius. Et dicēdum eſt, quòd peccatū Iudæ fuit grauius: quia ipſe in maiori erat gradu conſtitutus, vtpote Apoſtolus, & nō ſolum viderat miracula Chriſti, ſed fecerat miracula in nomine Chriſti, accepta ab ipſo poteſtate, ſicut ceteri Apoſtoli, & confeſſus eſt Ieſum Chriſtum Matth. 16. approbādo reſponſionē Petri pro omnibus diſcipulis, Tu es Chriſtus, &c. Et breuiter ſupra malitiam cōmunem ſibi & principibus, habuit excellentem ingratitudinem, & ſupra genus peccati addidit turpitudinem proditionis. Ob quam in Pſalmo grauius peccatum monſtratur, cum dicitur: Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique, & ſi is qui oderat me, ſuper me magna locutus fuiſſet abſcondiſſem me forſitan ab eo: tu vero homo vnanimis, dux meus (quantum ad loculos) & notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæoctauæ Articulum primum.*

Titulus clarus eſt recolentib9, in quo conſiſtit meriti ratio, ſcilicet ꝙ vendicet ſibi ex debito præmium. Et propterea paſſionē Chriſti operari noſtram ſalutem per modum meriti, eſt operari ſic, vt ſecundum iuſtitiam debeatur ſibi noſtra ſalus.

¶ In corpore artic. vnica eſt concluſio affirmatiue reſpondens quæſito: Chriſtus per ſuam paſſionem, non ſolum ſibi meruit, ſed omnibus ſuis mēbris ſalutem. probatur: Chriſto data eſt gratia non ſolum, vt ſingulari perſonæ, ſed etiam vt capiti eccleſiæ. ergo opera Chriſti ita ſe habēt tam ad ſe, quàm ad ſua membra, ſicut opera alterius ī gratia conſtituti ad ſeipſum. ergo Chriſt9 per ſuam paſſionē non ſolum meruit ſibi, ſed omnibus membris ſuis ſalutem. Antecedens patet ex ſupradictis, Prima conſequentia, vt euidens per ſe relinquitur nota ex terminis. Et vere ſic eſt, penetrantibus corpus myſticum Chriſti eſſe, ſicut vnum eundēq; hominem: ſecunda autem conſequentia probatur ex eo, quòd quilibet conſtitutus in gratia, patiens propter iuſtitiam meretur ſibi ſalutem: quod probatur Matth. 5. Beati qui ꝑſecutionē.

¶ In reſponſione ad primum vide, quòd licet facile potuiſſet dici, quòd non eſt ſuperfluum pluries mereri idem, quoniam eſt ex pluribus meritis facere ſibi idem præmium debitum, & conſtat quotidie hoc contingere, dum quilibet in gratia conſtitutus, quolibet actu meritorio meretur vitam æternam. Vt doceret tamen Auctor neceſſitatē meriti per paſſionem Chriſti vltra meritū per alios Chrī act9, dixit quòd paſſio Chriſti addit ſupra priora merita: quia per ipſam meruit Chriſtus tollere impedimēta noſtræ ſalutis: meruit enim tollere & culpā omnem, & pœnam tā naturæ noſtræ q̃ ſingulorum membrorum ſuorum.

¶ In reſponſione ad vltimum, aduerte ꝙ vltra vtilitates numeratas in artic. 3. quæſt. 46. quas intulit paſſio Chriſti ex ipſo genere operis, eſt vnus effectus inferius explicatus ab Auctore, ſcilicet ꝙ quia patiens ſubtrahit a ſe quod ſuum eſt propter amorem illius, pro quo patitur, per hoc efficit, vt ſibi ex ipſo operis genere debeatur illorum ſalus, pro quibus ſe ſua ſalute priuauit.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæoctauæ Articulum ſecundum.*

Titulus clarus ex ipſa ſatisfactionis ratione: facere ſiquidem ſatis eſt facere æquale ſeu ſufficiens debito. Præſupponit namque ſatisfactio debitū, pro quo ſatisfaciendum eſt, & debito præſuppoſito tunc ſatisfit, quando aliquid exhibetur æqualēs debito vel excedens illud. In propoſito quia de debito humani generis conſtat (quoniā & offendit deum, & obnoxium erat ęternæ pœnæ) quæritur, an paſſio Chriſti ſaluauerit nos ꝑ modum ſatisfactionis, hoc eſt per modum recompenſantis æquale ad minus debito humani generis.

¶ In corpore vna ē concluſio reſponſiua quæſito affirmatiue. Paſſio Chriſti nō ſolum ſufficiēs, ſed ſuperabundans ſatisfactio fuit, pro peccatis humani generis. Probatur. Ille proprie ſatisfacit offenſo, qui illi exhibet, quod æque vel magis diligit, quàm oderit offenſā: ſed Chriſtus patiendo, deo magis exhibuit quam exigeret offenſa totius humani generis. ergo. Probatur minor tripliciter, & cōfirmatur, & minor, & concluſio auctoritate Ioā. euangeliſtæ.

¶ Aduerte hic, ꝙ aliquid exhibitum offenſo, dupliciter poteſt ſatisfacere. Primo, ex gratia offenſi acceptantis illud exhibitum pro ſufficiēti, quamuis illud in ſe non eſſet ſufficiens pro ſatisfactiōe, ſicut ſi rex pro iniuria ſibi facta acceptet ſolam petitionem veniæ. Alio modo, ex ſufficientia ipſius rei exhibitæ: quia ſcilicet illud exhibitum eſt ſecundum ſe tantæ bonitatis, amabilitatis, dignitatis & excellentiæ, vt adæquet offenſam vel excedat, ſicut ſi pro offenſa deberetur libra argenti, & daretur libra auri. In ꝓpoſito eſt ſermo de ſatisfactione ſecundo modo, hoc eſt ſecūdum ſe: ita quòd ſenſus maioris eſt, quòd ille proprie ſatisfacit, qui exhibet offenſo, quod ſecundum ſe eſt magis ab offenſo dilectum, quàm exoſa offenſa. Et hūc ſenſum manifeſtat minor, dicens quòd Chriſtus plus exhibuit patiēdo, quàm offenſæ recompenſatio exigebat: manifeſte enim hic cōparantur ſecūdum ſe offenſa, & paſſio Chriſti. Vnde concluditur quòd Chriſti paſſio ſecundum ſe eſt ſatisfactio ſuperabundans pro peccatis humani generis, & ideo acceptata a deo, & non econtra, quia acceptata, ideo ſufficiens. Et hoc probant

---

Marginal notes: 3. Ethic. c. 9. to. 5. — * art. 2. huius q. — *Hom. 45. in Mat. in opere imperf. aliquā tulū a medio. to. 2. — *art. ꝑced. ī arg. 1. & in reſponſione. — * cap. 94. ſecund. ord. Bedæ, circa princip. — * In corp. art. — *q. præced. art. 6. — *q. 46. ar. 6.

bant rationes literæ.

¶ In reſponſione ad primum, dubiū occurrit circa rationem redditam, quare poteſt vnus pro alio ſatisfacere, & non conteri aut cōfiteri. Aſſignatur ſiquidem in litera ratio, quia ſatisfactio eſt actus exterior.
Contra quam in promptu eſt obiectio, quòd confeſſio quoque eſt actus exterior, & propterea ſi ratio eſt valida, infert etiam q vnus poteſt confiteri pro alio: & quia hoc nō eſt verum, ſequitur q ratio nihil valet.
¶ Ad dubium hoc dicitur, quòd æquiuocatio hic accidit de actu exteriori. Nam actus exterior dupliciter dicitur, vel vt diſtinguitur abſolute contra interiorem, vt videre eſt actus exterior. imaginari eſt actus interior. Et ſecundum hunc ſenſum procedit obiectio: ſic enim confeſſio eſt actus exterior: Alio modo ſumitur actus exterior ſecūdum medium, & ſic diſtinguitur contra actum ſecundum medium interius, hoc eſt rationis tantum. Vt enī in moralibus patuit, dupliciter inuenitur mediū in actibus noſtris, vel medium rationis tātum, vel medium rei. Et medium rei exterius dicitur, quia in æqualitate rei ad rem conſiſtit, medium autem rationis interius quodāmodo dicitur: quia in proportione intraneæ rationis in ordine ad operantem conſiſtit. Quia autem ſatisfactio in æqualitate rei ad rem conſiſtit. (oportet enim ipſam adęquare debitum, vt patet) ideo dicitur hic, quòd conſiſtit in actu exteriori ſecundum medium, & in hoc differt cōfeſſio a ſatisfactione in propoſito. Et hinc prouenit, vt Auctor dicit, quòd ſatisfacere poteſt, quis per alium, quoniam ad æquale ex-

Inf. q. 49. ar. 4. cor. Et q. 73. art. 4. cor. Et ad 3. & q. 83. arti. 1 cor. Et op. 60. ca. 18.

* li. 10. c. 5. paulo a princip. to. 5.

tebit. Non autem eſt ſimilis ratio de confeſſione & cōtritione: quia ſatisfactio conſiſtit in actu exteriori, ad quem aſſumi poſſunt inſtrumenta, inter quæ computantur etiam amici. F

Ad 2ᵐ dicendum, quòd maior fuit charitas Chriſti patientis, quàm malitia crucifigentium. et ideo plus potuit Chriſtus ſatisfacere ſua paſsione, quàm crucifixores offendere occidendo, intantum quòd paſsio Chriſti ſufficiēs fuit, & ſuperabundans ad ſatisfaciendum pro peccatis occidentium ipſum. G

Ad 3ᵐ dicendum, quòd dignitas carnis Chriſti non eſt æſtimanda ſolum ſecundum carnis naturam, ſed ſecundum perſonam aſſumentem, inquātum ſcilicet erat caro dei, ex quo habebat dignitatem infinitam.

## Articvlvs III.

### *Vtrum paſſio Chriſti operata ſit per modum ſacrificij.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd paſſio Chriſti non ſit operata per modum ſacrificij. Veritas enim debet reſpondere figuræ: ſed in ſacrificijs veteris legis, quæ erant figuræ Chriſti, nūquam offerebatur caro humana, quinimmo hæc ſacrificia nefanda habebant, ſecūdū illud Pſal. 105. Effuderunt ſanguinem innocentem, ſanguinem filiorum ſuorū, & filiarum ſuarum, quas ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaam. ergo videtur quòd paſsio Chriſti ſacrificium dici non poſſit.

¶ 2 Præt. Aug.* dicit in 10. de Ciui. Dei, quòd ſacrificium viſibile, inuiſibilis ſacrificij ſacramentum, ideſt, ſacrum ſignum eſt: ſed paſsio Chriſti non eſt ſignum, ſed magis ſignatum per alia ſigna. ergo videtur quòd paſsio Chriſti nō ſit ſacrificium.

¶ 3 Præt. Quicumque offert ſacrificium, aliquod ſacrum facit, vt ipſum nomen ſacrificij demonſtrat: illi autem qui Chriſtum occiderunt, non fecerunt aliquod ſacrum, ſed magnam malitiam perpetrauerunt. ergo paſsio Chriſti magis fuit maleficium, quàm ſacrificium.

Sed contra eſt, quòd Apoſtolus dicit Ephe. 5. Tradidit ſemetipſum pro nobis, oblationem & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis.

Respon. Dicendum, quòd ſacrificium ꝓprie dicitur aliquid factum in honorem proprie deo debitum, ad eum placandum. Et inde eſt quòd Augu.* dicit in 10. de Ciui. dei, Verum ſacrificium eſt omne opus quod agitur, vt charitate inhæreamus deo, relatum ſcilicet ad illum finem boni, quo veraciter boni eſſe poſſumus. Chriſtus autem (vt ibidem ſubditur) ſeipſum obtulit in paſsione pro nobis, & hoc ipſum opus quod voluntarie paſsionem ſuſtinuit, deo maxime acceptum fuit, vtpote ex charitate proueniens. vnde manifeſtum eſt, quòd paſsio Chriſti fuerit verum ſacrificium. Et ſicut ipſe poſtea ſubdit in eodem lib. Huius veri ſacrificij, multiplicia variaque ſigna erant ſacrificia priſca ſanctorum, cum hoc vnum per multa figuraretur, tamquam verbis multis res vna diceretur, vt ſine faſtidio multum commendaretur. Et cum quatuor conſiderentur in omni ſacrificio (vt Aug.* dicit in 4. de Trini.) ſcilicet cui offeratur, a quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur, idem ipſe vnus verusque mediator per ſacrificium pacis reconcilians nos deo, vnum cum illo maneret, cui offerebat, vnum in ſe faceret, pro quibus offerebat, vnus ipſe eſſet qui offerebat, & quod offerebat. H

Ad primvm ergo dicendum, quòd licet veritas reſpondeat figuræ, quantum ad aliquid: non tamen quantum ad omnia: quia oportet quòd veritas figurā excedat. et ideo conuenienter figura huius ſacrificij, quo caro Chriſti offertur pro nobis, fuit caro non hominum, ſed aliorum animalium ſignificantium carnem Chriſti, quæ eſt perfectiſſimum ſacrificium. Primo quidem, quia ex eo quòd eſt humanæ naturæ caro, congrue pro hominibus offertur, & ab eis ſumitur ſub ſacramento. Secundo, quia ex eo, q erat paſsibilis & mortalis, apta erat immolationi. Tertio, quia per hoc q erat ſine peccato, efficax erat ad emūdanda peccata. Quarto, quia ex eo q erat caro ipſius offerentis, erat deo accepta propter charitatem, ſuam carnem offerentis. vnde Aug.* dicit in 4. de Trin. Quid tam congruenter ab hominibus ſumeretur, qd pro eis offerretur, q̄ humana caro? & quid tam aptū huic imolationi, q̄ caro mortalis? & quid tam mundū pro mūdandis vitijs mortalium, quàm ſine contagione carnalis concupiſcentiæ caro nata in vtero, & ex vtero Virginali? & quid tam grate offerri & ſuſcipi poſſet, q̄ caro ſacrificij noſtri, corpus effectum ſacerdotis noſtri? I K

ternum ſoluēdum adhiberi poſſunt externa inſtrumenta, inter quæ ſunt amici non minus, q̄ pecuniæ. Satisfactio autem externam ſonat adęquationem: eſt enim facere ſatis, ideſt ſufficiens.

*lib. 10. c. 6. in prin.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæoctauæ Articulum tertium.*

Titulus clarus. ¶ In corpore tria, Primo reſpondetur quæſito vna concluſione: Paſſio Chriſti fuit verum ſacrificium. Probatur: Omne opus quod agitur vt charitate inhæreamus deo, relatum ad ipſum deum, eſt verum ſacrificiū: ſed Chriſtus ſuſtinendo voluntarie paſſionem, egit opus accepriſſimum, &c. ergo. maior probatur & auctoritate Aug. & quia id ꝓprie dr̄ ſacrificiū, qd fit in honorē deo ꝓprie debitum ad eū placādū. Secundo, monſtrat̄ excellētia huius ſacrificij, ex eo q figuratum eſt ꝑ aliqua ſacrificia, Tertio, monſtratur ſumma huius ſacrificij excellentia, ex concurſu omnium quatuor requiſitorū ad ſacrificium ī vnum: quia. ſ. Chriſtus eſt qui offert, & eſt deus, cui offertur, & eſt q offert & eſt pro quo, hoc ē pro cuius corpore myſtico offertur.

*lib. 4. c. 14. non longe a fine.

¶ In reſponſione ad tertium, attende q iuxta diuerſam ſacrificij naturam, diuerſimode inuenit facere ſacrū. In ſacrificijs. n. conſiſtētib' in agere, inuenitur facere ſacrum ad extra, vt patet in ſacrificijs aīalium & altaris. Sed in ſacrificijs, quæ conſiſtunt in pati, inuenitur facere ſacrū. ſecundū actionem interiorē: qua ſponte offert deo ſuum pati. Et ſic Chrs fecit ſacrū actione interiori: occiſores aūt eius fecerūt actione externa non ſacrū, ſed ſacrilegiū maximū.

*lib. 4. c. 14. in med.



Ad 2ᵐ dicendum, quòd Aug.* ibi loquitur de ſacrificijs viſibilibus figuralibus. Et etiam ipſa paſſio Chriſti licet ſit aliquid ſignatū per alia ſacrificia figuralia, eſt tamen ſignum alicuius rei obſeruandæ a nobis: ſecundum illud primæ Pet. 4. Chriſto igitur paſſo in carne, & vos eadē cogitatione armamini: quia qui paſſus eſt in carne, deſijt a peccatis, vt iam non hominum deſiderijs, ſed voluntate dei, quod reliquum eſt, in carne viuat temporis.

*non citatur argu.

Ad 3ᵐ dicendum, quòd paſſio Chriſti ex parte occidentium ipſum, fuit maleficium: ſed ex parte ipſius ex charitate patientis, fuit ſacrificium. vnde hoc ſacrificium ipſe Chriſtus obtuliſſe dicitur: nō autem illi, qui eum occiderunt.

## Articvlvs. IIII.

### *Vtrum paſſio Chriſti operata ſit noſtram ſalutem per modum redemptionis.*

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur q paſſio Chriſti non ſit operata noſtram ſalutē per modum redēptionis. Nullus enim emit vel redimit, quod ſuū eſſe non deſijt: ſed homines numquam deſierunt eſſe dei, ſecūdum illud Pſal. 23. Domini eſt terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo. ergo videtur quòd Chriſtus non redemerit nos ſua paſſione.

¶ 2 Præt. Sicut Aug.* dicit 13. de Trinita. Diabolus a Chriſto iuſtitia ſuperandus fuit: ſed hoc exigit iuſtitia, vt ille qui inuaſit doloſe rem alienam, debeat priuari: quia fraus & dolus nemini debet patrocinari, vt etiam iura humana dicūt. Cum ergo diabolus creaturam dei, ſcilicet hominem, doloſe deceperit, & ſibi ſubiugauerit, videtur quòd non debuerit homo per modum redemptionis ab eius eripi poteſtate.

*lib. 13. de Trin. c. 13. in princ. to. 3

¶ 3 Præt. Quicumque emit aut redimit aliquid, pretium ſoluit ei, qui poſſidebat: ſed Chriſtus non ſoluit ſanguinem ſuum (qui dicitur eſſe pretium redemptionis noſtræ) diabolo, qui nos captiuos tenebat. non ergo Chriſtus ſua paſſione nos redemit.

Sed contra eſt, quòd dicitur 1. Petri. 1. Non corruptibilibus auro, vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine, quaſi agni imaculati & incontaminati Chriſti. Et Gal. 3. dicitur, Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus ꝓ nobis maledictum. Dicitur autem pro nobis factus maledictum, inquantum pro nobis paſſus eſt in ligno, vt ſupra dictum eſt.* ergo per paſsionem ſuam nos redemit.

*q. 46. ar. 4. ad 3. arg.

Respon. Dicendum, quòd per peccatum dupliciter homo obligatus erat. Primo quidem, ſeruitute peccati, quia, Qui facit peccatū, ſeruus eſt peccati: vt dicitur Ioā. 8. & 2. Pet. 2. A quo quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt. quia igitur diabolus hominem ſuperauerat, inducendo eum ad peccatum, homo ſeruituti diaboli addictus erat. Secundo, quantū ad reatum pœnæ, quo homo erat obligatus, ſecundum dei iuſtitiam: et hic etiam eſt ſeruitus quædam: ad ſeruitutem enim pertinet, quòd aliquis patiatur quod nō vult: cum liberi hominis ſit vti ſeipſo, vt vult. quia igitur paſsio Chriſti fuit ſufficiens & ſuperabundans ſatisfactio pro peccato, & reatu pœnæ generis humani, eius paſsio fuit quaſi quoddam pretiū, per qd liberati ſumus ab vtraque obligatione. Nam ipſa ſatisfactio, qua quis ſatisfacit, ſiue pro ſe, ſiue pro alio, pretiū quoddam dr̄, quo ſeipſum vel alium redimit a peccato & a pœna, ſm illud Danie. 4. Peccata tua eleemoſynis redime: Chriſtus autem ſatisfecit non quidem pecuniam dando, aut aliquid huiuſmodi: ſed dando id quod fuit maximum, ſeipſum. ſ. pro nobis. et ideo paſsio Chriſti dicitur eſſe noſtra redemptio. A B

Ad primvm ergo dicendum, quòd homo dicitur eſſe dei, dupliciter. Vno modo, inquantū ſubiicitur poteſtati eius: et hoc modo nūquam homo deſijt dei eſſe: ſecundum illud Danie. 4 Dominatur excelſus in regno hominum, & cuicūque voluerit, dabit illud. Alio modo, per vnionem charitatis ad eum, ſecundum quòd dicitur Rom. 8. Si quis ſpiritū Chriſti non habet, hic non eſt eius. Primo ergo modo nūquàm homo deſijt eſſe dei. ſecundo vero modo, deſijt eſſe dei per peccatum. et ideo inquantum fuit a peccato liberatus Chriſto paſſo ſatisfaciente, dicitur per paſsionem Chriſti eſſe redemptus. C

Ad 2ᵐ dicendum, quòd homo peccando obligatus erat & deo & diabolo: quantum. n. ad culpam deum offenderat, & diabolo ſe ſubdiderat, ei conſentiens. vnde ratione culpę non erat factus ſeruus dei: ſed potius a dei ſeruitute recedens, diaboli ſeruitutē incurrerat, deo iuſte hoc permittente, propter offenſam in ſe commiſſam ſed quantum ad pœnam, principaliter homo erat deo obligatus, ſicut ſummo iudici, diabolo autem tāquam tortori, ſecūdum illud Mat. 5. Ne forte tradat te aduerſarius tuus iudici, & iudex tradat te miniſtro, ideſt angelo pœnarum crudeli, vt Chryſoſt.* dicit. Quāuis igitur diabolus iniuſte, quantum in ipſo erat, hominem ſua fraude deceptum ſub ſeruitute teneret, & quantum ad culpam, & quātum ad pœnam: iuſtum tamē erat hoc hominem pati, deo permittente quantum ad culpam, & ordinante quantum ad pœnam: et ideo per reſpectum ad deum, iuſtitia exigebat, q homo redimeretur, non autem per reſpectum ad diabolum. D

* Hom. 11. in Mat. in opere imperf. nō lōge a fi. to. 2.

Ad 3ᵐ dicendum, quòd quia redemptio requirebatur ad hominis liberationem per reſpectum ad deum, non autem per reſpectum ad diabolum, non erat pretium ſoluendū diabolo, ſed deo: & ideo Chriſtus ſanguinem ſuum (qui eſt pretium noſtrę redemptionis) non dicitur obtuliſſe diabolo, ſed deo. E

## Articvlvs V.

### *Vtrum eſſe redemptorem, ſit proprium Chriſti.*

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur quòd eſſe redemptorem, non ſit propriū Chriſti. Dicitur enim in Pſalm. 30.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæoctauæ Articulum quartum.*

Titulus clarus. ¶ In corpore duo fiūt. Primo manifeſtatur ſtatus ſeruilis generis humani quo ad duo, culpam ſcilicet & pœnam. Secundo rn̄detur q̄ſito vna cōcluſione, ſ. paſſio Chr̄i eſt noſtra redēptio. Primum declaratur quo ad peccatum & diabolum ſuggeſtorem auctoritatib', quo ad pœnā vero ratione clara in lr̄a. Cōcluſio probatur: Paſſio Chr̄i fuit ſufficiens & ſuperabūdans ſatisfactio pro peccatis & pro reatu generis humani. ergo fuit quaſi pretium, quo liberati ſumus ab vtraque ſeruitute. ergo fuit noſtra redemptio. Prima cōſequentia ꝓbatur: quia ſatisfactio habet rationē pretij redemptiui. Probatur auctoritate Dan 4. Secunda conſequentia clara eſt ex ſe. Et amplius declaratur: quia pretiū obatū a Chr̄o, fuit nō pecunia, ſed ipſemet patiens.

Inf. q. 49 ar. 1. Et 3. dist. 19. ar. 1. Et 3. dist 19. ar. 4. Et op. 60. c. 18.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæoctauæ Articulum quintum.*

Titul' vt ſonat, ſumendus eſt: ita quòd Chriſtus ſumitur, vt diſtinguitur a Patre, & Spiritu

3. di. 19. ar. 4. q. 2.

Redemiſti me domine deus veritatis: ſed eſſe dominum deum veritatis, conuenit toti Trinitati. nõ ergo eſt proprium Chriſto.

¶ 2 Præt. Ille dicitur redimere, qui dat pretium redemptiõis: ſed deus pater dedit filium ſuum redemptionem pro peccatis noſtris, G ſecundum illud Pſal. 100. Redemptionem miſit dominus populo ſuo, Gloſſ.* ideſt Chriſtum, qui dat redemptionem captiuis. ergo non ſolum Chriſtus, ſed etiam deus pater nos redemit.

¶ 3 Præt. Non ſolũ paſſio Chriſti, ſed etiam aliorum ſanctorum proficua fuit ad noſtram ſalutem, ſecundum illud Coloſſ. 1. Gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ deſunt paſsionũ Chriſti in carne mea, pro corpore eius, H quod eſt eccleſia. ergo non ſolum Chriſtus debet dici redemptor, ſed etiam alij ſancti.

Sed contra eſt, quòd dicitur Galat. 3. Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum: ſed ſolus Chriſtus factus eſt pro nobis maledictum. ergo ſolus Chriſtus debet dici noſter redemptor.

Respon. Dicendum, quòd ad hoc, quòd aliquis redimat, duo requiruntur, ſcilicet actus ſolutionis, & pretium ſolutum: ſi enim aliquis ſoluat pro redẽptione alicuius rei pretium, quod non eſt ſuum, ſed alterius, ipſe non dicitur redimere principaliter: ſed G magis ille, cuius eſt pretium. Pretium autem redemptionis noſtræ eſt ſanguis Chriſti, vel vita eius corporalis, quę eſt in ſanguine, quam ipſe Chriſtus exoluit. vnde vtrumque iſtorum ad Chriſtum pertinet immediate, inquãtum eſt homo, ſed ad totam Trinitatem, ſicut ad cauſam primam & remotam, cuius erat & ipſa vita Chriſti, ſicut primi actoris, & a qua inſpiratum fuit ipſi homini Chriſto, vt pateretur pro nobis. et ideo eſſe H immediate redemptorem, propriũ eſt Chriſti, inquantum eſt homo: quamuis ipſa redemptio poſſit attribui toti Trinitati, ſicut primæ cauſæ.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Gloſſ.* hoc ſic exponit, Tu domine deus veritatis, redemiſti me in Chriſto clamante: In manus tuas domine, commendo ſpiritum meum. Et ſic redemptio immediate pertinet ad

Spiritûſancto, & ab alijs ſanctis. Et eſt ſermo de redemptione vniuerſali humani generis, quam dictum eſt in præcedenti articulo eſſe effectum paſſionis Chriſti, F

¶ In corpore ſunt duæ concluſiones. Prima eſt: Eſſe redemptorem immediate, eſt proprium Chriſti, inquantum homo. Secunda eſt: Redemptio poteſt attribui toti Trinitati, vt primæ cauſæ. Probantur ambæ ſimul. Vtrumque horũm ſcilicet actus ſolutionis & pretiũ ſolutum, pertinet immediate ad Chriſtum, inquantũ homo & ad totam Trinitatem vt primam cauſam. ergo. Aſſũptum ꝓ prima parte probatur: quia pretium noſtræ redemptionis eſt vita corporalis Chriſti, quam ipſe Chriſtus exoluit. Pro ſecunda vero: quia vita corporalis Chriſti erat Trinitatis, vt primæ cauſæ, & ipſa Trinitas inſpirauit animæ Chriſti, vt poneret vitam ſuam pro nobis. Conſequentia autẽ probatur: quia ad hoc, quòd aliquis redimat, duo requiruntur, & quòd ipſe ſoluat, & ꝙ ſoluat de ſuo. Et primum quidem patet: quia alioquĩ nõ redimeret: ſecundũ autem *probatur*, q a ſi de alieno redimeret, magis redimeret dominus pretij, quàm ille ſoluens, vt patet in his, qui de eleemoſynis redimunt captiuos.

*glo. interlin. ibid.

¶ Aduerte hic, quòd conuenientium Chriſto mediante humana natura, duplex eſt differentia. Quædam enim ſunt diſpoſitiones eſſendi aut patiendi, vt eſſe calidum manſuetum, flagellatum, crucifixum, triſtem, & huiuſmodi, & hæc omnino ſunt propria Chriſto, vt diſtinguitur a Patre & Spirituſancto. Quædam vero ſunt actiões, vt docere, ſanare, redimere, ſaluare, &c. & de his aliter eſt dicendum ſecundum rem, & aliter ſecundũ nominum appellationem. Nam ſecundum rem, dicendum eſt, quòd actio dupliciter ſumitur: ſcilicet cauſaliter, vel perſonaliter. Et hoc eſt dictu, actionem Chriſti ſumi poſſe vel ſecundum quòd eſt actio a ſuis efficientibus exiens, & ſic quælibet talis Chriſti actio eſt effectiue a tota Trinitate mediate, & ab humanitate Chriſti immediate: tota ſiquidem Trinitas ſaluauit genus humanum, & ſanauit infirmos, ſuſcitauit mortuos, &c. ita quòd infra limites cauſalitatis ſtando, non magis verbum quàm Pater & Spirituſſanctus ſaluauit, ſanauit, docuit, &c. quia indiuiſa ſunt opera Trinitatis ad extra. Alio autem modo, ſ. perſonaliter ſumptæ huiuſmodi actiones (hoc eſt vt terminantur ad hypoſtaſim cuius ſunt non dico vt cauſæ, ſed vt hypoſtaſis ſeu perſonæ) ſic ſunt propriæ filio, ita quòd nec Patri nec Spirituiſancto conueniunt: ita enim perſonaliter filius dei docebat, ſanabat, redimebat, ſaluabat per aſſumptam humanam naturam, quòd nec Pater nec Spirituſſanctus perſonaliter hæc operabatur: nam ille homo docens, ſanans, ſaluans, redimens, &c. erat filius dei: & non Pater nec Spiritus ſanctus, nec Trinitas. *Secundum vero nominum denominationem* conſiderandum eſt, an nomen, de quo quæritur importet principaliter actionem vt exeuntem a cauſa, an actionem vt reſpicit hypoſtaſim cuius eſt, an vtrumque: illa enim, quæ principaliter reſpiciunt cauſam, inter cõmunia toti Trinitati computanda videntur, vt mortuos ſuſcitare, miracula facere, & reliquæ actiones, quas Chriſtus licet mediante humana natura exercuit, principaliter tamen ratione deitatis. Illa vero q̃ determinant hypoſtaſim principaliter, inter propria connumeranda ſunt: vt prædicare, ambulare, admirari, videre & huiuſmodi. Quæ autem medio modo, & ad cauſam, & perſonã referri indifferenter aut quaſi indifferenter ſe permittunt, diſtinctione digna ſunt, & in horum numero locaſſe videtur Auctor redemptionem motus, vt puto auctoritate gl. allegatæ in litera ſuper illud, Redemiſti me domine deus veritatis. Poſſet tamẽ dici, quòd redemptio, de qua eſt ſermo, gratia materiæ determinat ſibi perſonam Chriſti: quoniam materia eius eſt ſanguis, ſeu vita corporea Chriſti, non qualitercũque, ſed paſſioni mortique expoſita: conſtat ſiquidem, hæc omnia ꝓpria eſſe Chriſto: ac per hoc dicendum eſt abſolute, quòd eſſe redẽptorem humani generis, eſt ꝓprium Chriſto: quia ipſe perſonaliter, ita quòd nec Pater nec Spirituſſanctus ſoluit, & de ſuo perſonaliter, ita ꝙ nec Patris nec Spiritus ſancti perſonaliter. Et glo. & ſimilia intelligenda ſunt cauſaliter: nec diſcrepat hoc a literæ doctrina, quæ ad cauſalitatem attendit. Et potes ſi vis diſtinguere, dicendo ꝙ redimere cauſaliter, eſt proprium Chriſto immediate (vt in litera dicitur) quia vt a prima cauſa mediate, eſt commune Trinitati: redimere autem perſonale, eſt ꝓprium Chriſto: quia perſonaliter loquendo, ſola Chriſti perſona, & de ſolius ſuæ perſonæ pretio redemit genus humanum, vt patet ex dictis. I

*elicitur ex gl. ord. ibi.

¶ In reſponſione ad tertium, dubium occurrit circa illud, Paſſiones ſanctorum proficiunt eccleſiæ non per modum redemptionis: tum quia hoc eſt contra ipſum auctorem in 4. ſent. diſt. 20. vbi theſaurum eccleſiæ: ex quo indulgentiæ efficaciam habent, paſſiones ſanctorum continere dicit: tum, quia hoc idem Clemens ſextus in extrauaganti de Iubilęo quinquagenario expreſſe dicit. Cõſtat autem paſſiones per indulgentiam applicatas per modum ſatisfactionis, ac per hoc redemptionis proficere eccleſiæ. igitur.

¶ Ad hoc dicitur, quòd ſententia huius literæ non eſt contra doctrinam de efficacia indulgentiarum ex theſauro meritorũ Chriſti & ſanctorum, quam eſſe Romanæ Eccleſiæ doctrinam K & ab omnibus amplectendam nuperrime ſanctiſſimus dominus noſter Leo decimus per ſuam decretalem ad me nunc in Germania legatum, ſignificauit in hæc verba (adhibitis cenſuris contra prædicantes oppoſitum, vt quidam iam cœperant.) Per præſentes tibi ſignificandum duximus, Romanam eccleſiam, quam reliquæ tamquam matrem ſequi tenentur, tradidiſſe Romanum põtificem Petri clauigeri ſucceſſorem, & Ieſu Chriſti in terris vicarium, poteſtate clauium, quarum eſt aperire regnum cælorum, tollẽdo illius in Chriſti fidelibus impedimenta (culpam. ſ. & pœnam pro actualibus peccatis debitã, culpam quidam mediante ſacramento pœnitentiæ, pœnam vero temporalem pro actualibus peccatis, ſecundum diuinam iuſtitiam debitam mediante eccleſiaſtica indulgentia) poſſe pro rationalibus cauſis concedere eiſdẽ Chriſti fidelibus, qui charitate iungente membra ſunt Chriſti, ſiue in hac vita ſint, ſiue in purgatorio indulgentias ex ſuperabundantia meritorum Chriſti & ſanctorum: & tam pro viuis q̃ pro defunctis Apoſtolica auctoritate indulgentiam concedendo, theſaurum meritorum



hominem Chriſtum: principaliter autem ad Deum.

Ad 2ᵐ dicendũ, quòd pretium redemptionis noſtræ homo Chriſtus ſoluit immediate: ſed demandato Patris, ſicut primordialis actoris.

Ad 3ᵐ dicendum, quòd paſſiones ſanctorum proficiunt Eccleſiæ, non quidem per modum redẽptionis, ſed per modum exempli & exhortationis, ſecundũ illud 2. ad Corinth. 1. Siue tribulamur B pro veſtra exhortatione & ſalute.

## Articvlvs VI.

*Vtrum paſſio Chriſti operata ſit noſtrã ſalutem per modum efficientiæ.*

Ad sextvm ſic proceditur. Videtur ꝙ paſſio Chriſti non ſit operata noſtrã ſalutem per modum efficientiæ. Cauſa enim efficiẽs noſtræ ſalutis, eſt magnitudo diuinæ virtutis, ſecundũ illud Iſa. 59. Ecce nõ eſt abbreuiata manus C eius, vt ſaluare nõ poſſit. Chriſtus autem crucifixus eſt ex ĩfirmitate, vt dicitur 2. ad Cor. 13. non ergo paſſio Chriſti efficienter operata eſt noſtram ſalutem.

¶ 2 Præ. Nullum agens corporale efficienter agit niſi per cõtactum, vnde etiam & Chriſtus tangendo mundauit leproſum, vt oſtẽderet carnem ſuam ſalutiferam virtutẽ habere, ſicut Chryſ.* dicit. Sed paſſio Chriſti non potuit contingere omnes homines. ergo non potuit D efficiẽter operari ſalutem omniũ hominum.

¶ 3 Præt. Non videtur eiuſdem eſſe operari per modum meriti, & per modum efficientiæ, quia ille qui meretur, expectat effectum ab alio: ſed paſſio Chriſti operata eſt noſtram ſalutem per modũ meriti. nõ ergo ꝑ modũ efficiẽtiæ.

Sed contra eſt, quòd dicitur 1. ad Cor. 1. quòd verbũ crucis, his qui ſalui fiunt, eſt virtus Dei: ſed virtus Dei efficienter operatur noſtram ſalutem. ergo paſſio Chriſt in cruce efficienter operata eſt noſtram ſalutem. E

Respon. Dicendum, quòd duplex eſt efficiens, principale, & inſtrumẽtale. Efficiens quidẽ principale humanæ ſalutis eſt Deus. Quia vero humanitas Chriſti eſt diuinitatis inſtrumentum (vt ſupra dictũ eſt*) ex conſequenti omnes actiones & paſſiones Chriſti, inſtrumentaliter operantur in virtute diuinitatis ad ſalutem humanam. Et ſecũdũ hoc, paſſio Chriſti A efficiẽter cauſat ſalutẽ humanam.

Ad primvm ergo dicẽdum, ꝙ paſſio Chriſti relata ad Chriſti carnem, congruit infirmitati aſſumptæ. Relata vero ad diuinitatẽ, cõſequitur ex ea infinitam virtutem, ſecundum illud 1. ad Cor. 1. Quod infirmum eſt dei, fortius eſt hominibus, quia ſcilicet, ipſa infirmitas Chriſti, inquantum eſt dei, habet virtutem excedentem omnem virtutem humanam.

Ad 2ᵐ dicendũ, ꝙ paſſio Chriſti, licet ſit corporalis, habet tamẽ ſpiritualem virtutem ex diuinitate vnita. & ideo per ſpiritualẽ contactum efficaciam ſortitur, ſcilicet per fidem & fidei ſacramentum, ſecundum illud Apoſtoli, Quem propoſuit Deus propitiatorẽ per fidem in ſanguine ipſius.

Ad 3ᵐ dicendum, quòd paſſio Chriſti, ſecũdum quòd comparatur ad diuinitatem eius, agit per modum efficientiæ: inquantum vero comparatur ad voluntatem animæ Chriſti, agit per modũ meriti: ſecundum vero quòd conſideratur in ipſa carne Chriſti, agit ꝑ modum ſatisfactionis, inquãtum per eam liberamur a reatu pœnæ: per modum vero redemptionis, inquantum per eam liberamur a ſeruitute culpæ: per modum autẽ ſacrificij, inquantum per eam recõciliamur deo, vt infra dicetur*.

## QVAESTIO XLIX.

*De effectibus paſſionis Chriſti, in ſex articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandum eſt de ipſis effectibus paſſionis Chriſti.

Et circa hoc quæruntur ſex.

¶ Primo, Vtrũ per paſſionẽ Chriſti ſimus liberati a peccato.

¶ Secundo, Vtrũ per eam ſimus liberati a poteſtate diaboli.

¶ Tertio, Vtrum per eam ſimus liberati a reatu pęnæ.

¶ Quarto, Vtrum per eam ſimus Deo reconciliati.

¶ Quinto, Vtrum per eam ſit nobis aperta ianua cæli.

¶ Sexto, Vtrum per eam Chriſtus adeptus ſit exaltationem.

## Articvlvs I.

*Vtrum per paſsionem Chriſti ſimus liberati a peccato.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur ꝙ per paſſionẽ Chri

Tertia S. Tho. X

torũ Ieſu Chriſti & ſanctorum diſpenſare, & per modum abſolutionis indulgentiam ipſam cõferre, vel per modum ſuffragij illam transferre conſueuiſſe, ac ꝓpterea omnes tã viuos, q̃ defunctos, qui veraciter oẽs indulgẽtias hmõi cõſecuti fuerint, a tanta tẽporali pœna ſm̃ diuinã iuſtitiã pro peccatis ſuis actualib⁹ debita liberari, quãta conceſſæ & acquiſitæ idulgẽtiæ æquiualet. Et ita ab omnibus teneri & prædicari debere, ſub excõmunicatiõis latæ ſententię pœna, a qua illam incurrentes ab alio, quàm a Romano Pontifice, niſi in mortis articulo, nequeãt abſolutionis beneficiũ obtinere auctoritate apoſtolica earundẽ tenore præſentiũ decernimus. Hæc ibi. Sed intẽdit Auctor de paſſionibus ſanctorum abſolute, ita quòd inter paſſiones Chriſti & ſanctorũ multiplex in propoſito traditur hic differentia. Prima eſt in verbo, paſſiones: nam paſſiones Chriſti abſolute redimunt Eccleſiam: paſſiones autẽ ſanctorum non abſolute (vt hic dicitur) ſed ſuperflue tãtum ſatisfaciũt pro nobis, vt in 4. ſent. & in dicta extrauagante continetur. Secunda eſt in verbo redẽptionis: quoniam paſſio Chriſti redimit ſimpliciter: quia a ſeruitute culpæ & pœnæ: paſſiones vero ſanctorum non niſi ſecundum quid redimunt, ſcilicet a pœna quadam ſcilicet tẽporali pro actuali peccato debita. Tertia eſt in verbo, proficiunt: quia paſſio Chriſti prodeſt Eccleſiæ per modum redemptionis, etiam ſi nulla clauis Eccleſiæ intercedat: ſed paſſiones ſanctorum non pro me ſatiſfaciunt, niſi clauiũ auctoritate mihi applicentur. Tot ergo limitationibus opus cum ſit ad verificãdum, quòd aliquæ paſſiones ſanctorum proſunt Eccleſiæ per modũ redemptionis: ac per hoc affirmatiua non niſi ſecundũ quid ſit vera, potuit abſq; vllo veritatis præiudicio negatiua ſimpliciter & abſolute aſſeri, dicendo quòd paſſiones ſanctorũ non proſunt eccleſiæ per modum redemptionis. Et cum veritate iſtius negatiuæ ſtare iam patet doctrinam de efficacia indulgentiarum ex meritis ſãctorũ.

Homil. 26. in opere imperf. ho. in diuinit.

q. 43. ar. 1. & q. 8. ar. 1.

*Super quæſtionis quadrageſimæoctauæ Articulum ſextum.*

Titulus clar⁹ vt ſonat.

¶ In corpore eſt vna diſtinctio bimẽbris cũ duab⁹ cõcluſionibus, iuxta ipſa membra. Diſtinctio eſt: Cauſa efficiens duplex: principalis, vel inſtrumentalis. prima concluſio eſt: Cauſa efficiẽs principalis noſtræ ſalutis eſt De⁹. Secũda eſt: Paſſio chriſti eſt cauſa efficiẽs inſtrumẽtalis noſtræ ſalutis. Probat᷑ hæc: Humanitas Chriſti eſt deitatis inſtrumẽtum. ergo oẽs actiones, & paſſiones Chriſti operantur inſtrumẽtaliter virtute deitatis ad ſalutem humanam. ergo paſſio Chriſti efficienter cauſat noſtrã ſalutẽ. Q. 49. ar. 4.

¶ Aduerte hic & ꝓ reſponſione ad ſecũdũ, ꝙ paſſio Chriſti vt Auctor dicit, tenet locũ medicinę. Et quemadmodum medicina corporaliter adhibita infirmo inſtrumentaliter ſanat, ita paſſio Chriſti ſpirituali contactu fidei, ſeu fidei ſacramentis adhibita nobis, ſanat nos etiã inſtrumẽtaliter. Differẽtia autẽ eſt, quia medicina corporea adhibita, fit inſtrumẽtũ naturæ ipſius ĩfirmi: medicina aũt paſſionis venit ĩſtrumẽtũ deitatis, & ſola adhibitione ꝑ fidẽ ſeu ſacramenta eget adhoc, vt nos ſanet.

*¶ Super Quæſtionis quadrageſimæ nonæ Ariculum primum.*

Titulus ĩtelligit de liberatione ꝑ paſſio- 3. di. 19. ar. 1.

paſſionē Chriſti vt cauſam, non qualēcūque, ſed propriā, vt patet ex vltimo argumento.

¶ In corpore vnica concluſio: Paſſio Chriſti eſt propria cauſa remiſſionis peccatorum, tribus modis. Probat ſingillatī quo ad ſingulos modos. Litera eſt ſatis clara.

¶ Aduerte, quòd cū paſſio Chriſti dicitur cauſa propria remiſsionis peccatorū, intelligitur ita propria quòd ſola ipſa eſt, per quam veniam conſequimur peccatorum omnes, præteriti præſentes & futuri: ſine fide enī paſſionis Chriſti explicite vel implicite impoſſibile eſt ſecundum potentiam ordinariā, hominem remiſſionē peccatorū cōſequi.

ſti non ſimus liberati a peccato. Liberare enim a peccato, eſt propriū Dei, ſecūdū illud Iſa. 43. Ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me. Chriſtus autē non eſt paſſus ſecundum quòd Deus, ſed ſecundum quòd homo. ergo per paſſionem Chriſti non ſumus liberati a peccato.

¶ 2 Præ. Corporale nō agit in ſpirituale: ſed paſſio Chriſti eſt corporalis, peccatū autem nō eſt niſi in anima, quæ eſt ſpiritualis creatura. ergo paſſio Chriſti non potuit nos emundare a peccato.

¶ 3 Prę. Nullus poteſt liberari a peccato, quod nondum commiſit, ſed quod in poſterū eſt commiſſurus. Cū igit̃ multa peccata, poſt Chriſti paſſionem ſint cōmiſſa, & tota die cōmittātur, videtur ꝙ per paſſionē Chriſti non ſimus liberati a pct̄ō.

¶ 4 Præ. Poſita cauſa ſufficienti, nihil aliud requiritur ad effectū inducendum: requirūtur autem adhuc alia ad remiſſionem peccatorum, ſcilicet baptiſmus & pęnitētia. ergo videtur quòd paſſio Chriſti non ſit ſufficiēs cauſa remiſſionis peccatorum.

¶ 5 Præt. Prouerb. 10. dicitur, Vniuerſa delicta operit charitas. & 15. dicitur, Per miſericordiam & fidē purgantur peccata: ſed multa ſunt alia de quibus habemus fidem, & quæ ſunt prouocatiua charitatis. ergo paſſio Chriſti non eſt propria cauſa remiſſionis peccatorum.

Sed contra eſt, quòd dicitur Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris ī ſanguine ſuo.

Respon. Dicēdum, quòd paſsio Chriſti eſt propria cauſa remiſſionis peccatorum tripliciter. Primo quidem, per modum prouocantis ad charitatē, quia Apoſt. dicit Rom. 5. Commendat Deus ſuam charitatem in nobis, quoniam cum adhuc inimici eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Per charitatem autē conſequimur veniam peccatorum, ſecundum illud Luc. 7. Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Secundo, paſſio Chriſti cauſat remiſſionem peccatorum per modum redemptionis: quia. n. ipſe eſt caput noſtrum per paſſionem ſuam, quam ex charitate & obedientia ſuſtinuit, liberauit nos tāquā membra ſua a peccatis, quaſi per pretium ſuæ paſſionis: ſicut ſi homo per aliquod eius meritoriū, quod manu exerceret, redimeret ſe a peccato, quod pedib⁹ commiſiſſet. Sicut enim naturale corpus eſt vnum, ex membrorum diuerſitate conſiſtens, ita tota Eccleſia, quæ eſt myſticum corpus Chriſti, computatur quaſi vna perſona cum ſuo capite, quod eſt Chriſtus. Tertio, per modum efficientiæ, inquantum caro ſecundū quam Chriſtus paſſionem ſuſtinuit, eſt inſtrumentū diuinitatis, ex quo eius paſsiones & actiones operantur in virtute diuina ad expellendum peccatum.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ licet Chriſtus non ſit paſſus ſecundum quòd deus, tamen caro eius eſt diuinitatis inſtrumentum: & ex hoc paſsio eius habet quandam diuinam* virtutem dimittendi peccata, vt dictum eſt †.

D.982. In corp. ar.

Ad 2m dicendum, quòd paſsio Chriſti licet ſit

F corporalis: ſortitur tamen quandam ſpiritualem virtutem ex diuinitate, cuius caro ei vnita eſt inſtrumentum: ſecūdum quam quidem virtutem, paſsio Chriſti eſt cauſa remiſsionis peccatorum.

Ad 3m dicendum, quòd Chriſtus ſua paſsione nos a peccatis liberauit cauſaliter, ideſt, inſtituens cauſam noſtræ liberationis, ex qua poſſent quæcumque peccata quandocumque remitti, vel præterita, vel præſentia, vel futura: ſicut ſi medicus faciat medicinam, ex qua poſsint quicumque morbi ſanari, etiam in futurum.

G Ad 4m dicendum, quòd quia paſsio Chriſti pręceſsit, vt cauſa quædam vniuerſalis remiſsionis peccatorum (ſicut dictum eſt *) neceſſe eſt, quòd ſingulis adhibeatur ad deletionem propriorum peccatorum. Hoc autem fit per baptiſmum & pœnitentiam & alia ſcramenta, quæ habent virtutem ex paſsione Chriſti, vt infra patebit *.

Q.46.ar.4. & alias. Q.61.ar.1.

Ad 5m dicendum, quòd etiam per fidem applicatur nobis paſsio Chriſti ad percipiendum fructum ipſius, ſecundum illud Roman. 3. Quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine eius. Fides autem per quam a peccato mundamur, non eſt

H fides informis, quę poteſt eſſe etiam cum peccato, ſed eſt fides formata per charitatem, vt ſic paſsio Chriſti nobis applicetur, non ſolum quantum ad intellectum, ſed etiam quantum ad affectum. Et per hunc etiam modum peccata dimittuntur ex virtute paſsionis Chriſti.

### Articvlvs II.

*Vtrum per paſſionem Chriſti ſimus liberati a poteſtate diaboli.*

I Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur quòd per paſſionem Chriſti non ſimus liberati a poteſtate diaboli. Ille enī non habet poteſtatem ſuper aliquos, in quibus nihil ſine permiſſione alterius facere pōt: ſed diabolus numquam potuit aliquid in nocumentum hominū facere, niſi ex permiſsione diuina: ſicut patet Iob. 1. & 2. quòd poteſtate diuinitus accepta, eum primo in rebus, & poſtea in corpore læſit. Et ſimiliter Mat. 8. dicitur, quòd dæmones niſi Chriſto concedente, non potuerunt in porcos intra

K re. ergo diabolus nūquam habuit in hominibus poteſtatem: & ita per paſsionem Chriſti nō ſumus liberati a poteſtate diaboli.

¶ 2 Præt. Diabolus poteſtatē ſuā in homines exercet tentando, & corporaliter vexando: ſed hæc adhuc in hominibus operatur poſt Chriſti paſsionem. ergo non ſumus per paſsionē Chriſti ab eius poteſtate liberati.

¶ 3 Præt. Virtus paſsionis Chriſti in perpetuum durat (ſecūdū illud Heb. 10. Vna oblatione conſumauit ſanctificatos in ſempiternum, A

*¶ Super Quæſtionis quadrageſimæ nonæ Articulum ſecundū*

Titulus clarus.

¶ In corpore, primo diſtinguitur triplex cauſa diabolicæ poteſtatis i actu ſuper homines, ante Chriſti paſſionē, ſcilicet peccatum hominis, offenſa Dei, iniquitas diaboli. Secundo ſingillatim ſecūdum ſingulas cauſas monſtratur liberatio per paſſionem Chriſti ſub diuerſis rationib⁹, ſcilicet inquātū remiſſiua peccati, quo ad primū: inquātum recōciliatiua Dei: quo ad ſecundū, inquantum præſumptuoſe illata a diabolo, quo ad tertium.

2.di.19.ar.1. Et 3.di. 19.ar.1. Et veri.q.29. ar.7.ad 4. Et opuſc. c.18. & in br. 2.

¶ Sed occurrit hic nouitiorū dubium, quomodo diabolus machinando in mortem Chriſti exceſſit modum poteſtatis ſibi traditæ a Deo, cū diabolus non potuiſſet inferre Chriſto per miniſterium iudæorū, Pilati & ſuorum paſſionem aut mortem, niſi Deo poteſtatē dante, vt patet de tētatione Iob: multo minus enī potuit in Chriſtū quā in Iob. Et cōfirmatur: quia cum ſemper diabolus inique vtatur poteſtate ſibi data, aut ſemper ex parte ſua excedit modum poteſtatis, aut nunquam, quia nūquam facit pluſquàm ſibi permittatur facere.

¶ Ad hoc dicitur, quòd non eſt hic ſermo de poteſtate diaboli abſolute de qua procedunt obiectiones ingerentes dubiū: ſed de poteſtate illa, quā diuina iuſtitia ob peccata humana diabolo, ſuper hominem reliquerat. De qua in litera dicitur, homo ſuo peccato meruit, vt in poteſtatem traderetur diaboli, & rurſus, Deus per ſuam iuſtitiam hominem reliquerat poteſtati diaboli. Infra huius ſiquidem poteſtatis latitudinem, non cadit actio aliqua contra Ieſum Chriſtū, qui omnino expers erat demeriti illius, quo homines ſub diabolica erant relicti poteſtate. Exceſſit ergo diabolus vt miniſter diuinę iuſtitiæ, contra hominē, limites poteſtatis ſuæ, dū contra Chriſtum proceſſit: quāuis non exceſſerit vires poteſtatis ſibi pmiſſæ ſimpliciter, & abſolute. Vnde, licet ſemper inique vtatur ſua poteſtate, ſiue abſolute, ſiue vt miniſter iuſtitiæ (qa ex iniqua voluntate exequitur iuſtitiā, non vt iuſtitiam exequatur, ſed vt ſuam impleat malam voluntatem) incitando tamen & procurando contra Chriſti vitam corporeā, ſingulari modo exceſſit: quia contra alios diuinæ ſentētię op⁹ iuſtum ex demerito patiētium originali ſaltem peccato exercebat, quàmuis inique, contra Chriſtum, nulla erat ratio ſæuiendi, in quo nullū omnino erat demeritum.

¶ In reſponſione ad tertium, nota materiam articuli tertij & ſolutionem cum dictis ī ea, p curioſis & admirantibus, de tanta libertate ac poteſtate diaboli ī mūdo apparēte: regnat enim in terra plus quàm Chriſtus, intantum creuit ſecta Machometi, & Chriſtianorū iniquitas.



ſimiliter etiam vbique extēditur: ſed liberatio a poteſtate diaboli, nec eſt vbique (quia in multis partibus mundi, adhuc ſunt idolatrę) nec etiam erit ſemper: quia tēpore Antichriſti maxime ſuam poteſtatem exercebit diabolus in hominum nocumentum, de quo dicitur 2. ad Theſſ. 2. quòd eius aduentus erit ſecundū operationem Satanę, ī omni virtute, & ſignis, & prodigiis mēdacibus, & in omni ſeductione iniquitatis. ergo videtur, quòd paſſio Chriſti nō ſit cauſa liberationis humani generis a poteſtate diaboli. B

Sed contra eſt, quòd dominus dicit Ioan. 12. imminente paſſione, Nūc princeps huius mūdi eijcietur foras, & ego ſi exaltatus fuero a terra, omnia trahā ad meipſum. Eſt autem exaltatus a terra per crucis paſſionem. ergo per eā diabolus eſt a poteſtate hominum eiectus. C

Respon. Dicendum, quòd circa poteſtatem, quam diabolus in homines exercebat ante Chriſti paſſionem, tria ſunt conſiderāda. Primum quidem, ex parte hominis, qui ſuo peccato meruit, vt in poteſtatē traderetur diaboli, per cuius tentationem fuerat ſuperatus. Aliud autem eſt ex parte Dei, quem homo peccando offenderat, qui per ſuam iuſtitiam hominem reliquerat poteſtati diaboli. Tertium eſt, ex parte ipſius diaboli, qui ſua nequiſsima voluntate D hominem a conſecutione ſalutis impediebat. Quātum ergo ad primum, homo eſt a poteſtate diaboli liberatus per paſſionem Chriſti, inquantum paſſio Chriſti eſt cauſa remiſsionis peccatorum. Quantum autem ad ſecundū dicendum, quòd paſſio Chriſti nos a poteſtate diaboli liberauit, inquantum nos Deo reconciliauit, vt infra dicetur. † Quantum vero ad tertium, paſsio Chriſti nos a diabolo liberauit, inquantum in paſsione Chriſti exceſsit modum E poteſtatis ſibi traditæ a deo, machinando in mortem Chriſti, qui non habebat meritum mortis, cū eſſet abſque peccato. Vnde * Aug. dicit in 13. de Tri. Iuſtitia Chriſti victus eſt diabolus, quia cū in eo nihil morte dignum inueniret, occidit eum tamen: & vtique iuſtū eſt, vt debitores, quos tenebat, liberi dimittantur, in eum credentes, quē ſine vllo debito occidit.

Ad hu ius part. ... c.14 ... lege a ... 3.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ

A non dicitur ſic diabolus in homines poteſtatē habuiſſe, quaſi poſſet eis nocere, deo non permittēte, ſed quia iuſte permittebatur nocere hominibus, quos tentando, ad ſuū cōſenſum perduxerat.

Ad 2m dicēdum, quòd diabolus etiam nunc poteſt quidē deo permittēte homines tentare, quantum ad animam, & vexare quantum ad corpus, ſed tamen præparatū eſt homini remedium ex paſsione Chriſti, quo ſe poteſt tueri contra hoſtis impugnationes, ne deducatur in interitum mortis æternæ. Et quicūque ante paſsionē Chriſti diabolo reſiſtebant, per fidē paſsionis Chriſti hoc facere poterant, licet paſsione Chriſti nōdū peracta. Quantū aūt ad aliquid, nullus poterat diaboli manus euadere, vt. ſ. non deſcenderet in infernū, a quo poſt paſsionē Chr̄i, ſe poſſunt hoīes ei⁹ virtute tueri.

Ad 3m dicēdū, ꝙ Deus permittit diabolo poſſe decipere homines ī certis perſonis, temporibus & locis, ſecundum occultam rationem iudiciorum ſuorum. Semper tamen per paſſionem Chriſti, eſt paratū hominibus remedium ſe tuendi contra nequitias dæmonum, etiam tempore Antichriſti: ſed ſi aliqui hoc remedio vti negligāt, nil deperit efficaciæ paſſiōis Chr̄i.

### Articvlvs III.

*Vtrum per paſſionem Chriſti homines ſint liberati a pœna peccati.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd per paſſionem Chriſti non ſint homines liberati a pœna peccati. Præcipua enim pœna peccati eſt æterna dānatio: ſed illi, qui damnati erāt in inferno pro ſuis peccatis, nō ſunt per Chriſti paſsionē liberati, quia in inferno nulla eſt redemptio. ergo videtur ꝙ paſsio Chriſti nō liberauit homines a pœna peccati.

¶ 2 Præ. Illis, qui ſunt liberati a reatu pœnæ, non eſt aliqua pœna iniungenda: ſed pęnitentibus iniungitur pœna ſatisfactoria. non ergo per paſsionem Chriſti ſunt homines liberati a reatu pœnæ.

¶ 3 Præt. Mors eſt pęna peccati, ſecundum illud Roma. 6. Stipendia peccati mors: ſed adhuc poſt paſſionem Chriſti homines moriuntur. ergo per paſſionē Chriſti, non ſunt hoīes liberati a reatu pœnæ.

Sed contra eſt, quòd dicitur Iſa. 53. Vere lāguores nr̄os ipſe tulit; & dolores nr̄os ipſe portauit.

Respon. Dicēdū, ꝙ p paſsionē Chr̄i liberati ſumus a reatu pœnę dupl̄r. Vno mō directe, inquātū. ſ. paſsio Chr̄i fuit ſufficiēs & ſuperabūdās ſatisfactio ꝓ peccatis toti⁹ humani generis. Exhibita āt ſatisfactione ſufficiēti, tollit̃ reatus pęnę. Alio mō, indirecte, inquantū. ſ. paſſio Chriſti eſt cauſa remiſsionis pct̄ī, in quo fundat̃ reatus pœnæ.

*¶ Super Quæſtionis quadrageſimæ nonæ Articulum tertium.*

Titulus clarus.

¶ In corpore vna concluſio: Per paſſionē Chriſti liberati ſumus a reatu pœnę dupliciter, ſcilicet, directe & indirecte. Probat̃ quo ad primā partē: qa paſſio Chriſti eſt ſatisfactio ſuperabundans pro pœna totius mundi. Quo ad ſecundam, quia paſſio Chriſti liberauit a peccato quo homo meretur pęnam.

Inf. q. 52. a. 5. cor. & q. 86. ar. 4. ad 3. Et 3. diſ. 19. ar. 3. Et ver. q. 29. a. 7. ad 9.

¶ Aduerte hic, ꝙ liberatio primo modo reſpicit pœnā tpalē ſiue hic, ſiue ī alia vita debitam: liberatio vero ſecūdo modo reſpicit pœnam æternam, a qua per paſſionem Chriſti liberamur, dum a ſeruitute pct̄i originalis & mortalis redimimur. Vtriq; ſiquidē peccato debetur pœna æterna: ſed ablato tam originali, quàm mortali peccato, tollitur ex conſequenti reatus æternæ pœnæ peccatum concomitans.

¶ In reſponſione ad ſecundum nota calcem reſponſionis, & percipe, quanta ſit vis pœnitētiæ ſacramentalis, quæ ſcilicet a ſacerdote imponitur in ſacramento pænitentiæ.

Operatur ſiquidem vltra vires ſuas, dũ parua innixa ſatiſfactioni, Chriſti ſufficiens inuenitur, ac ſi eſſet maior.

Ad primvm ergo dicendum, quòd paſſio Chriſti ſortitur effectum ſuum in illis, quibus applicatur per fidem & charitatẽ, & per fidei ſacramenta. & ideo damnati in inferno, qui prædicto modo paſſioni Chriſti non coniunguntur, effectum eius percipere non poſſunt.

Ar. 1. huius q. in cor. & ad 4.

Ad 2ᵐ dicẽdum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt*) ad hoc quòd conſequamur effectum paſſionis Chriſti, oportet nos ei configurari. Cõfiguramur autem ei in baptiſmo ſacramentaliter, ſecundum illud Roma. 6. Conſepulti ſumus ei per baptiſmum in mortem. unde baptizatis nulla pęna ſatisfactoria ĩponitur, quia ſunt totaliter liberati per ſatisfactionẽ Chriſti. Quia vero Chriſtus ſemel tãtum pro peccatis noſtris mortuus eſt (vt dicitur 1. Pet. 3.) ideo non poteſt homo ſecundario configurari morti Chriſti per ſacramentum baptiſmi. unde oportet, quòd illi qui poſt baptiſmum peccant, configurentur Chriſto patienti per aliquid pœnalitatis vel paſſionis, quam in ſeipſis ſuſtineant, quæ tamen multo minor ſufficit, quàm eſſet cõdigna peccato cooperante ſatisfactione Chriſti.

Ar. 1. huius quæſt.

Ad 3ᵐ dicendum, quòd ſatisfactio Chriſti habet effectum in nobis, inquantum incorporamur ei, vt membra ſuo capiti, ſicut ſupra dictum eſt.* Membra autem oportet capiti conformari. & ideo ſicut Chriſtus primo quidem habuit gratiam in anima cũ paſſibilitate corporis, & per paſſionem ad gloriã immortalitatis peruenit, ita & nos qui ſumus membra eius, per paſſionem ipſius liberamur quidem a reatu cuiuſlibet pœnę: ita tamen quòd primo recipimus in anima ſpiritum adoptionis filiorum, quo aſcribimur ad hæreditatem glorię immortalis, adhuc corpus paſſibile & mortale habentes: poſtmodum vero configurati paſſionibus & morti Chriſti, in gloriam immortalem perducimur, ſecundum illud Apoſto. Roman. 8. Si filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti: ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæ nonæ Articulum quartũ*

Titulus clarus.

¶ In corpore vna concluſio: Paſſio Chriſti eſt cauſa noſtræ reconciliationis ad Deum dupliciter, ſcilicet redimẽdo a peccato, & vt ſacrificium. Omnia clara ſunt in litera.

¶ In reſponſione ad ſecundum declaratur, quomodo intelligitur Deum placatum, ex parte ſcilicet noſtri: mutatio enim in nobis non in deo inuenta eſt, ex qua Deus placatus dicitur.

Supr. q. 49. ar. 4. cor. Et 3. di. 19. ar. 5. q. 1. Et op. 60. c. 18.

## Articvlvs IIII.

*Vtrum per paſſionem Chriſti ſimus Deo reconciliati.*

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur, quòd per paſſionem Chriſti non ſimus deo recõciliati. Reconciliatio enim nõ habet locum inter amicos: ſed Deus ſemper dilexit nos, ſecundum illud Sap. 11. Diligis omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum quæ feciſti. ergo paſſio Chriſti non reconciliauit nos Deo.

¶ 2 Pręt. Non poteſt idem eſſe principium & effectus, vnde gratia, quæ eſt principium merendi, non cadit ſub merito: ſed dilectio Dei eſt principium paſſionis Chriſti, ſecundum illud Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret. non ergo videtur, quòd per paſſionem Chriſti ſimus reconciliati Deo, ita ꝙ de nouo nos amare inciperet.

¶ 3 Præt. Paſſio Chriſti impleta eſt per homines Chriſtum occidentes, qui ex hoc grauiter deum offenderunt. ergo paſſio Chriſti eſt magis cauſa indignationis, quàm reconciliationis Dei.

Sed contra eſt, quòd Apoſt. dicit Rom. 6. Reconciliati ſumus deo per mortem filij eius.

Respon. Dicendum, quòd paſſio Chriſti eſt cauſa reconciliationis noſtræ ad deum dupliciter. Vno modo, inquantum remouit peccatum per quod homines, conſtituuntur inimici Dei, ſecundum illud Sap. 14. Similiter odio ſunt Deo impius & impietas eius. & in Pſal. 6. Odiſti omnes qui operantur iniquitatem. Alio modo, inquantum eſt ſacrificium Deo acceptiſſimum: eſt enim hoc proprie ſacrificij effectus, vt per ipſum placetur Deus: ſicut cũ homo offenſam in ſe commiſſam remittit propter aliquod obſequium acceptum, quod ei exhibetur. unde dicitur 1. Reg. 26. Si Dominus incitat te aduerſum me, odoretur ſacrificium. & ſimiliter tãtum bonum fuit, quòd Chriſtus voluntarie paſſus eſt, quòd propter hoc bonum in natura humana inuentum, Deus placatus eſt ſuper omni offenſa generis humani, quantũ ad eos, qui Chriſto paſſo coniunguntur, ſecundum modum præmiſſum.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Deus diligit omnes homines, quantum ad naturam, quam ipſe fecit: ſed odit omnes quantum ad culpam, quam contra eum homines committunt, ſecundum illud Eccl. 12. Altiſſimus odio habet peccatores.

Ad 2ᵐ dicendum, quòd paſſio Chriſti non dicitur quantum ad hoc deo nos reconciliaſſe, quòd de nouo nos amare inciperet, cum ſcriptum ſit Hieron. 31. In charitate perpetua dilexi te, ſed quia per paſſionem Chriſti, ſublata eſt odij cauſa, tum per ablutionem peccati, tum per recompenſationem acceptabilioris boni.

Ad 3ᵐ dicendum, quòd ſicut occiſores Chriſti homines fuerunt, ita & Chriſtus occiſus: maior autem fuit charitas Chriſti patiẽtis, quàm iniquitas occiſorum. Et ideo paſſio Chriſti magis valuit* ad reconciliandum Deum toti humano generi, quàm ad prouocandum ad iram.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæ nonæ Articulũ quintum.*

Titulus clarus ex conſuetudine Eccleſiæ vtentis iſta parobolica locutione. Vocat enim cęli ianuã per ſimilitudinem ad ianuæ fructum (qui eſt impedire, vel expeditã reddere penetrationem interiorum) fruitionis diuinæ conſecutionem: ita ꝙ aperiri cæli ianuam eſt expeditam facere cõſecutionem æternæ beatitudinis, q nulli ante Chriſti paſſionem cõceſſa eſt.

¶ In corpore artic. vna eſt concluſio: Per paſſionẽ Chriſti aperta eſt ianua regni cæleſtis: Probatur dupliciter. Primo: tollere peccata humana; quo ad culpam & pœnam omnem, eſt aperire ianuam regni cælorum: ſed Chriſtus per ſuam paſſionẽ abſtulit omne peccatum quo ad omnia, ergo. Maior probatur ab oppoſito, quia clauſio regni cęlorum nihil aliud eſt, quàm obſtaculũ peccati quo impedimur a cęlo. Probatur auctoritate Iſaiæ. Minor probatur auctoritate Apoſtoli. Secundo, manifeſtatur concluſio ex figura effect⁹ mortis ſummi ſacerdotis legalis.

## Articvlvs V.

*Vtrum Chriſtus ſua paſſione aperuit nobis ianuam cæli.*

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur ꝙ Chriſt⁹ ſua paſſione non aperuit nobis ianuã cęli. Dicitur enim Prouerb. 11. Seminanti iuſtitiam, merces fidelis: ſed merces iuſtitię eſt introitus regni cæleſtis. ergo videtur quòd ſancti patres qui operati ſunt opera iuſtitiæ, fideliter cõſecuti eſſent introitũ regni cæleſtis etiam abſq; Chriſti paſſione. non ergo paſſio Chriſti eſt cauſa apertionis ianuæ regni cæleſtis.

¶ 2 Præt. Ante paſſionem Chriſti, Helias raptus eſt in cælum, vt dicitur 4. Regum. 2. ſed effectus non præcedit cauſam: ergo videtur quòd apertio ianuæ cæleſtis non ſit effectus paſſionis Chriſti.



¶ 3 Præt. Sicut legitur Matth. 3. Chriſto baptizato aperti ſunt cæli: ſed baptiſm⁹ præceſſit paſſionẽ. ergo apertio cæli non eſt effectus paſſionis Chriſti.

¶ 4 Præt. Mich. 2. dicitur, Aſcẽdit pãdẽs iter ante eos: ſed nihil aliud videtur eſſe pandere iter cæli, quã eius ianuã aperire. ergo videtur quòd ianua cæli ſit nobis aperta, non per paſſionem Chriſti, ſed per aſcenſionem eius.

Sed contra eſt, quòd Apoſtolus dicit Heb. 10. Habemus fiduciam in introitum Sanctorum, ſcilicet cęleſtium, in ſanguine Chriſti.

Respon. Dicendum, quod clauſio ianuæ eſt obſtaculũ quoddã prohibens homines ab ingreſſu. Prohibebãtur autem homines ab ingreſſu regni cæleſtis propter peccatũ: quia ſicut dicitur Iſa. 35. via illa ſancta vocabitur, & non tranſibit per eam pollutus. Eſt autem duplex peccatum impediens ab ingreſſu regni cæleſtis. unum quidem commune totius humanæ naturæ, qđ eſt peccatũ primi parẽtis, & ꝑ hoc peccatũ præcludebatur homini adit⁹ regni cæleſtis, unde legitur Gen. 3 quòd poſt peccatum primi parentis, collocauit Deus cherubin, & flammeũ gladium atque verſatilem, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ. Aliud autem eſt peccatũ ſpeciale vniuſcuiuſque perſonæ, quod per proprium actum committitur vniuſcuiuſque hominis. Per paſſionem autem Chriſti liberati ſumus, non ſolum a peccato communi totius humanę naturæ, & quantũ ad culpam, & quantum ad reatum pœnæ, ipſo ſoluente pretium pro nobis, ſed etiam a peccatis proprijs ſingulorum, qui cõmunicant eius paſſioni per fidem & charitatẽ & fidei ſacramenta. & ideo per paſſionem Chriſti aperta eſt nobis ianua regni cæleſtis. Et hoc eſt quod Apoſt. dicit Heb. 9. ꝙ Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum bonorum, per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta. Et hoc figuratur Numeri 35. vbi dicitur, quòd homicida manebit ibi, ſcilicet in ciuitate refugij, donec ſacerdos magnus, qui oleo ſancto vnctus eſt, moriatur, quo mortuo, poterit in domum ſuam redire.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ſancti patres operando opera iuſtitię, meruerũt introitum regni cæleſtis per fidem paſſionis Chriſti (ſecundũ illud Heb. 11. Sancti per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiã) per quã etiam vnuſquiſque a peccato purgabatur, quãtum pertinet ad emũdationem propriæ perſonæ. Nõn tamen alicuius fides vel iuſtitia, ſufficiebat ad remouendum impedimentum, quod erat per reatum totius humanæ creaturæ, quod quidem remotum eſt pretio ſanguinis Chriſti. & ideo ante paſſionem Chriſti nullus intrare poterat regnum cæleſte, adipiſcendo .ſ. beatitudinem æternam, quæ conſiſtit in plena dei fruitione.

Ad 2ᵐ dicendũ, ꝙ Helias ſubleuatus eſt in cęlum aereum: non autem in cælum empyreũ, qui eſt locus ſanctorum. & ſimiliter etiã Enoch rapt⁹ eſt ad paradiſum terreſtrem, vbi cũ Helia ſimul credit viuere vſq; ad aduentũ Antichr̃i.

Ad 3ᵐ dicendum, quòd (ſicut ſupra dictũ eſt*) Chriſto baptizato aperti ſunt cæli, nõ propter ipſum Chriſtũ, cui ſemp cęlũ patuit: ſed ad ſignificandum quòd cælũ aperitur baptizatis baptiſmo Chriſti, qui habet efficaciam ex paſſione ipſius.

Q. 39. ar. 5.

Ad 4ᵐ dicendum, quòd Chriſtus ſua paſſione meruit nobis introitum regni cæleſtis, & impedimentum remouit: ſed ꝑ ſuã aſcenſionem nos, quaſi in poſſeſſionem regni cæleſtis, introduxit. Et ideo dicitur quòd aſcendit pãdens iter ante eos.

¶ Aduerte hic tria. Primo, quòd clauſio regni cælorũ eſt priuatio diuinę fruitionis poſt hanc vitam non qualiſcumque, ſed ex tali orta & ſubſecuta cauſa, ſcilicet ex peccato. Et ꝓpterea aperire cælũ, nihil aliud eſt quã tollere peccatũ, tã quo ad culpã, quã quo ad pœnã: ſublato ſiquidem ſic peccato, manifeſtũ eſt quòd tollitur fruitionis diuinæ priuatio, vt pœna peccati, ac per hoc ſimpliciter tollitur, quia nõ niſi vt pœnã retinebat priuationem illam diuina benignitas.

¶ Secundo, quòd Chriſtus ſua paſſione liberauit mẽbra ſua ab omni & culpa & pœna: quoniã vt Apoſtolus dicit, abũdantius eſt Chriſti donũ, quàm fuerit Adæ damnũ: ſed vt experientia teſtatur, & ex calce præcedentis art. habes, liberatio iſta ordine quodã ĩ executionẽ mandatur, configurando nos ipſi Chriſto. Quo fit, vt Chriſtus liberauerit nos ab omni pœna peccati, tam originalis quàm actualis: ſed nos ordine quodã, & media cõfiguratione ad Chriſtum, cõſequimur ĩmunitatem a culpa & pœna totaliter.

¶ Pro quo & reſponſione ad primũ nota tertio, quòd quia primus homo peccauit non ſolũ vt ſingularis ꝑſona, ſed ẽt vt principiũ humanæ naturæ, iõ peccatũ original erat dupliciter mũdãdum: & ea parte, qua ſingularum eſt perſonarũ: & ex ea parte, qua totius humanæ naturæ ſeminaliter ab Adam deſcendẽtis. Et quo ad perſonalia quidem olim per circũciſionem, vel aliquod ſacrificium, & nunc per baptiſmum purgatur humanũ genus ab originali peccato. Ad ſcđm aũt, nec circũciſio olim, nec baptiſmus poſtea ſuffecit, vt patet de baptizatis baptiſmo Chriſti mortuis ante Chriſti paſſionẽ: nullus enim illorum liber fuit a pęna clauſuræ regni cęlorũ. Hæc enim pœna, ſicut & mors corporalis ex peccato originali vt naturæ eſt, conſecuta eſt, & ad vtrãque abolendam paſſio Chriſti fuit neceſſaria: quãuis diuerſimode ab hac & illa nos eripuerit: qm̃ a ſpirituali pœna priuationis diuinę fruitionis ſic nos liberauit, quòd ſtatĩ exhibuit effectũ. Et inde eſt, quòd modo baptizati ſi moriuntur ſtatĩ, beati ſunt: beneficium ſiquidẽ hoc, eſt baptiſmi nõ ſimpliciter, ſed ratione ſtatus, quo ſcilicet Chriſti paſſio conſumata eſt. Et quia baptiſmus ad hoc inſtitutus eſt, vt eſſet ſacramentum in tali ſtatu, quàmuis ĩchoatiue parum ante cęperit, ideo baptiſmo attribuitur aperire cæleſtẽ ianuã, quod præfiguratum eſt, cum Chr̃o baptizato, cęli aperti ſunt. Sed immortalitatis beneficiũ non ſtatim exhibuit, quãuis tũc fecerit, cum mortẽ noſtram moriendo deſtruxit: ſed media conformitate noſtra ad ipſum moriẽtem immortalitatẽ longe excellentiorẽ illa, quæ fuit ĩ ſtatu innocentiæ, nobis exhibebit in tempore reſurrectionis: cũ hoc etiam, quòd in capite noſtro, ipſo ſcilicet Chriſto homine, iam immortalitatem corporis cõſecuti ſumus per ipſius paſſionem.

## Articvlvs VI.

*Vtrum Chriſtus per ſuam paſſionem meruerit exaltari.*

Ad sextvm ſic proceditur. Vr̃ ꝙ Chriſtus per ſuam paſſionem non meruerit exaltari. Sicut enim cognitio veritatis eſt proprium Deo, ita & ſublimitas, ſecundum illud Pſalm. 112. Excelſus ſuper omnes gentes dominus, & ſuper cælos gloria eius: ſed Chriſtus, ſecundum quòd homo, habuit cognitionem

¶ *Super Queſtionis quadrageſimæ nonæ Articulum ſextum.*

Titulus clar⁹, vt ſonat.

¶ In corpore duo. Primo declaratur in cõmuni, quid importet meritum, & qũo intelligatur tam in malo, quàm ĩ bono. Secũdo, deſcẽdit ad propoſitũ in ſpeciali de Chriſto.

3. di. 18. ar. 4. q. 3.

¶ Quo ad primum, dicit ĩ communi meritũ importare quandam iuſtitiæ, nõ gratiæ æqualitatem. Et hoc probat auctoritate Apoſtoli.

¶ Vbi non mireris nouitte,

omnis veritatis, nõ ex aliquo merito præcedente, ſed ex ipſa vnione dei & hominis: ſecundum illud Ioan. 1. Vidimus gloriam eius gloriam quaſi vnigeniti a Patre, plenum gratiæ & veritatis. ergo neque exaltationem habuit ex merito paſſionis, ſed ex ſola vnione.

¶ 2 Præt. Chriſtus meruit ſibi a primo inſtanti ſuæ conceptionis, vt ſupra habitum eſt*, non autẽ maior charitas fuit in eo tẽpore paſſionis quàm ante. Cum ergo charitas ſit merendi principium, videtur ꝙ non magis meruerit per paſſionem, ſuã exaltationem q̃ ante. G

¶ 3 Præt. Gloria corporis reſultat ex gloria animæ, vt Aug.* dicit in Epiſtola ad Dioſcorum: ſed Chriſtus per paſſionem ſuam non meruit exaltationem quantũ ad gloriam animæ, quia anima eius fuit beata a primo inſtanti ſuæ conceptionis. ergo neque etiam per paſſionem meruit exaltationem, quãtum ad gloriam corporis.

Sed contra eſt, quòd dicitur Philip. 3. Factus eſt obediẽs vſque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum. H

Respon. Dicendum, ꝙ meritum importat quandam æqualitatem iuſtitię, vnde & Apoſt. dicit Roma. 4. quòd ei, qui operatur, merces imputatur ſecundum debitum. Cum autem aliquis ex ſua iniuſta volũtate ſibi attribuit plus q̃ ſibi debeatur, iuſtum eſt vt diminuatur etiam quãtum ad id, quod ſibi debebatur: ſicut cum furatur quis vnam ouem, reddet quatuor I vt dicitur Exod. 22. Et hoc dicitur mereri, inquantum per hoc punitur eius iniqua voluntas: ita etiã cum aliquis ſibi ex iuſta voluntate ſubtrahit quod debebat habere, meret̃ vt ſibi amplius ſuperaddatur, quaſi merces iuſtæ voluntatis. & inde eſt, ꝙ ſicut dicitur Luc. 14. Qui ſe humiliat, exaltabitur. Chriſtus autẽ in ſua paſſione ſeipſum humiliauit infra ſuam dignitatem, quantum ad quatuor. Primo quidem, quantum ad paſſionẽ K & mortem, cuius debitor nõ erat. Secundo, quantum ad locũ, quia corpus eius poſitum eſt in ſepulchro, & anima in inferno. Tertio, quantum ad confuſionem & opprobria, quæ ſuſtinuit. Quarto, quãtum ad hoc, ꝙ eſt traditus humanæ poteſtati, ſecundum quòd ipſe dicit Pilato Ioan. 19. Non haberes in me poteſtatem, niſi datũ tibi eſſet deſuper, & ideo per ſuã F paſſionẽ meruit exaltationẽ quantum ad quatuor. Primo quidem, quantum ad reſurrectionem glorioſam: vnde dicitur in Pſal. 138. Tu cognouiſti ſeſſionem meam. i. humilitatem meæ paſſionis, & reſurrectionem meam. Secundo, quantum ad aſcenſionem in cælũ vnde dicitur Ephe. 4. Deſcendit primum in inferiores partes terrę qui autem deſcendit, ipſe eſt & qui aſcẽdit ſuper omnes cælos. Tertio, quantũ ad cõſeſſum paternæ dexterę, & manifeſtationem diuinitatis ipſius, ſecundum illud Iſa. 52. Exaltabitur & eleuabit̃, & ſublimis erit valde: ſicut obſtupuerunt ſuper eum multi, ſic inglorius erit inter viros aſpectus eius. vt phil. 2. dicitur, Factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt ſcilicet ab omnibus nominetur Deus, & omnes ei reuerentiam exhibeant ſicut Deo. & hoc eſt quod ſubditur, Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtiũ, terreſtrium, & infernorum. Quarto, quantum ad iudiciariã poteſtatem, dicitur. n. Iob. 36. Cauſa tua quaſi imperij iudicata eſt, cauſam iudiciumque recipies.

Ad primvm ergo dicendum, quòd principium merendi eſt ex parte animæ, corpus autem eſt inſtrumentum meritorij actus. & ideo perfectio animæ Chriſti, quæ fuit merendi principium, non debuit in eo acquiri per meritum, ſicut perfectio corporis, quod fuit paſſionis ſubiectum, & per hoc fuit ipſius meriti inſtrumentum.

Ad 2[m] dicendum, quòd per priora merita Chriſtus meruit exaltationem ex parte ipſius animę, cuius voluntas charitate & alijs virtutibus informabatur: ſed in paſſione meruit ſuam exaltationem per modũ cuiuſdam recõpenſationis, etiam ex parte corporis. iuſtum eſt. n. vt corpus quod fuerat ex charitate paſſionis ſubiectũ, acciperet recompenſationẽ in gloria.

Ad 3[m] dicendum, quòd diſpenſationem quadam factum eſt in Chriſto, vt gloria animæ ante paſſionẽ non redundaret ad corpus, ad hoc quòd gloriam corporis honorabilius obtineret, quando eam per paſſionem meruiſſet. Gloriam autem animæ differri nõ conueniebat, quia anima immediate vniebatur Verbo. vnde decens erat, vt gloria repleretur ab ipſo Verbo, ſed corpus vniebatur Verbo mediante anima.

Q.19.ar.4. & q.34.ar.2.
Epiſto. 56. ante med. tom.2.

nouitie, ſi a merito tranſitur ad mercedẽ: quia merces merito reſpõdet, vt prȩmium debito.

¶ Exemplis deinde declaratur, qualiter meriti æqualitas ſecundum iuſtitiam exerceatur tam in malis quã in bonis, & in malis quidem rationi adiungit exẽplum de iuſta æqualitate circa demeritum furti, cũ auctoritate ſacræ Scripturæ, & inde infertur ſimile, proportionaliter fieri iuſtã æqualitatem circa meritum boni.

¶ Vbi aduerte, ꝙ in iſtis iuſtitiis interueniũt duo. ſ. res exterior, & volũtas interior: verbi grã; ouis furto ablata & volũtas ducẽs ad furtũ. Si conſideretur res exterior (puta ouis dũtaxat) ſufficit ad æqualitatem iuſtitiæ reſtituatur ipſa ouis: ſic enĩ inęqualitas rei facta per furẽ, reducitur ad priſtinam æqualitatẽ, vt patet. Sed ſi ſuper hoc cõſideretur iniqua uoluntas furis (qua voluit contempta iuſtitia publica & proximi plus habere, quàm ſibi debetur, & propterea abſtulit ouẽ alienam) ſic ad hoc vt hæc iniquitas voluntatis iuncta operi ad æqualitatem reducatur, iuſtũ eſt vt minus habeat de ſuo qui plus q̃ debebatur ſibi vſurpauit de alieno: & propterea pro vna ablata oue reddere tenetur quatuor, vnam pro æqualitate rei extra, & tres pro æqualitate iniqui actus. Et quia tã demeritum q̃ meritũ, principaliter conſiſtit ĩ volũtate, ideo Auctor in litera tractans de merito Chriſti, ad æqualitatẽ, quæ principaliter reſpicit actiones & paſſiones, quatenus ſunt volũtariæ, ſe conuertit: & tam in malis, quàm in bonis iuſtitiæ æqualitatem conſiderauit, prout iuſta vel iniuſta voluntas minus, vel plus de ſibi debitis voluit cũ effectu, vt patet in litera, & hic ad Chriſti meritum deſcendit.

¶ Quo ad ſecundũ, præſuppoſita maiore ex declarata ratione meriti, monſtrat ſubſumendo Chriſtum per ſuam paſſionem meruiſſe quatuor. Omnia clara ſunt in litera.

## QVAESTIO L.

*De morte Chriſti in ſex articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandũ eſt de morte Chriſti.

Et circa hoc quæruntur ſex.

¶ Primo, Vtrum conueniens fuerit Chriſtum mori.
¶ Secundo, Vtrùm per mortem fuerit ſeparata diuinitas a carne.
¶ Tertio, Vtrum fuerit ſeparata diuinitas ab anima.
¶ Quarto, Vtrũ Chriſtus in triduo mortis fuerit hõ.
¶ Quinto, Vtrum corpus eius fuerit idem numero viuum & mortuum.
¶ Sexto, Vtrum mors eius ſit aliquid operata ad noſtram ſalutem.

*¶ Super Quæſtionis quinquageſimæ Articulum primum.*

Titulus clar' eſt. ¶ In corpore vna concluſio: Conueniens fuit Chriſtũ mori, Probatur quinq; rationibus. Omnia clara ſunt.

Ar-



### Articvlvs primvs.

*Vtrum conueniens fuerit Chriſtum mori.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens Chriſtũ mori. Illud enim quod eſt primum principium in aliquo genere, non diſponitur per illud, quod eſt contrarium illi generi: ſicut ignis, qui eſt principium caloris, nũquã poteſt eſſe frigidus: ſed filius Dei eſt fons & principiũ omnis vitæ, ſcḿ illud Pſal. 35. Apud te eſt fons vitæ. ergo videtur quòd non fuerit conueniens Chriſtum mori.

¶ 2 Præt. Maior eſt defectus mortis q̃ morbi, quia per morbum peruenitur ad mortem: ſed non fuit conueniens Chriſtum aliquo morbo langueſcere, vt Chryſ. dicit. ergo etiam non fuit conueniens Chriſtũ mori. B

¶ 3 Præt. Dominus dicit, Ioan. 10. Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant: ſed oppoſitum nõ perducit ad oppoſitum. ergo videtur quòd non fuerit conueniens Chriſtum mori.

Sed contra eſt, quòd dicitur Ioan. 10. Expedit vt vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat: quod quidem Caiphas prophetice dixit, vt Euangeliſta teſtatur.

D.904. Respon. Dicendum, quod conueniens fuit Chriſtum mori. Primo quidem, ad ſatisfaciẽdum pro humano genere, quod erat morti adiudicatum propter peccatum, ſecundum illud Geneſ. 2. Quacumque die comederitis, morte moriemini. Eſt autem conueniẽs C ſatisfaciẽdi pro alio alio modus, cum aliquis ſe ſubijcit pœnæ, quam alius meruit. & ideo Chriſtus mori voluit, vt moriendo, pro nobis ſatisfaceret, ſecundũ illud 1. Pet. 3. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt. Secundo, ad oſtendendum veritatem naturæ aſſumptæ: ſicut enim Euſebius dicit, Si aliter poſt cõuerſationem cum hominibus, euaneſcẽs ſubito euolaret fugiẽs mortem, ab omnibus compararetur phãtaſmati. Tertio, vt moriendo, nos a timore mortis liberaret, vnde dicitur ad Hebræ. 2. quòd communicauit carni & ſanguini, vt per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium, & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant ſerui- D tuti. Quarto, vt corporaliter moriendo ſimilitudini peccati. i. pęnalitati, daret nobis exemplum moriendi ſpiritualiter peccato, vnde dicitur Ro. 6. Quòd enim mortuus eſt peccato: mortuus eſt ſemel, quòd autẽ viuit, viuit Deo: ita & vos exiſtimate mortuos quidẽ eſſe peccato, viuentes autem Deo. Quinto, vt a mortuis reſurgendo, & virtutem ſuã oſtenderet, qua mortem ſuperauit, & nobis ſpem reſurgẽdi a mortuis daret. Vnde Apoſt dicit 1. ad Cor. 15. Si Chriſtus prædicatur, ꝙ reſurrexit a mortuis, quomodo quidã in vobis dicunt, quòd reſurrectio mortuorum non eſt?

Ad primvm ergo dicendum, quòd Chriſtus eſt E fons vitæ ſecundum quòd deus, non autem ſecundũ quòd homo: mortuus eſt autem ſecundum quòd homo, non ſecundum quòd Deus. Vnde Aug.* dicit cõtra Felician. Abſit quòd Chriſtus ſic ſenſerit mortem vt quantum in ſe eſt vita, vitam perdiderit: ſi enim hoc ita eſſet, vitæ fons aruiſſet. Senſit ergo mortem participatione humani affectus, quem ſponte ſuſceperat: non naturæ ſuæ perdidit potentiam, per quã cuncta viuificat.

Ad 2[m] dicendum, quòd Chriſtus non ſuſtinuit mortem ex morbo prouenientem, ne videretur ex neceſſitate mori propter infirmitatem naturæ, ſed ſu- A ſtinuit mortem ab exteriori illatam, cui ſe ſpontaneũ obtulit, vt mors eius voluntaria oſtenderetur.

Ad 3[m] dicendum, quòd vnum oppoſitum, per ſe non ducit ad aliud, ſed quandoque per accidens: ſicut frigidum, quandoque per accidens calefacit. Et hoc modo Chriſtus, per ſuam mortem nos perduxit ad vitam, dum ſua morte mortem noſtram deſtruxit: ſicut ille, qui pęnam pro alio ſuſtinet, remouet pęnam eius.

### Articvlvs II.

*Vtrum in morte Chriſti fuerit ſeparata diuinitas a carne.*

Ad secvndvm ſic proceditur ꝙ in morte Chriſti fuerit B ſeparata diuinitas a carne. Vt. n. dicitur Mat. 27. Dominus in cruce pendens clamabat, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Quod exponens Amb.* dicit, Clamabat homo, ſeparatione diuinitatis moriturus: nã cum diuinitas a morte libera ſit, vtiq; mors ibi eſſe non poterat, niſi vita diſcederet, quia vita diuinitas eſt. Et ſic videtur, quòd in morte Chriſti ſit diuinitas ſeparata a carne.

¶ 2 Præt. Remoto medio, ſeparantur extrema: ſed diuinitas vnita C eſt carni mediãte anima, vt ſupra habitum eſt†. ergo videtur quòd cum in morte Chriſti anima ſit ſeparata a carne, quòd per cõſequẽs diuinitas ſit a carne ſeparata.

¶ 3 Præt. Maior eſt virtus viuificatiua Dei quàm animæ: ſed corpus mori non poterat, niſi anima ſeparata. ergo multo minus mori poterat, niſi ſeparata diuinitate.

Sed contra eſt, quòd ea, quæ ſunt humanæ naturæ, non dicuntur de filio Dei, niſi ratione D vnionis, vt ſupra habitũ eſt †. Sed de filio Dei dicitur id, quod cõuenit corpori Chriſti poſt mortem, ſcilicet eſſe ſepultum, vt patet in Symbolo fidei, vbi dicitur quòd filius Dei conceptus eſt, & natus ex Virgine, paſſus, mortuus & ſepultus. ergo corpus Chriſti nõ fuit in morte a diuinitate ſeparatum.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ illud, qđ ꝑ gratiã dei cõcedit̃, nũquã abſq; culpa reuocat̃. vnde dr̃ Rom. 11. ꝙ ſine pęnitẽtia ſunt dona Dei & vocatio. Multo autẽ maior eſt gratia E vnionis, ꝑ quã diuinitas vnita eſt carni Chr̃i in ꝑſona, q̃ gratia adoptionis, ꝑ quã alij ſanctificant̃, & etiã magis ꝑmanẽs ex ſui ratione, quia hæc gratia ordinat̃ ad vnionẽ ꝑſonalẽ, gratia aũt adoptionis ad quãdã vnionẽ affectualẽ, & tamen videmus ꝙ gratia adoptionis nũquã ꝑdit̃ ſine culpa. Cũ igit̃ ĩ Chriſto nullũ fuerit peccatũ, impoſſi-

*¶ Super Quæſtionis quinquageſimæ Articulum ſecundum.*

Titulus clarus. ¶ In corpore vna concluſio: Caro Chriſti remãſit vnita verbo Dei poſt mortem. Probatur ratione & auctoritate. Ratio eſt Donũ quod per gratiam Dei conceditur, nũquam reuocatur ſine culpa: ſed gratia vnionis eſt maius donum & permanẽtius ex ſua ratione quàm gratia adoptionis, quæ nũquã perditur ſine culpa. ergo. Maior probatur auctoritate Apoſtoli. Mino, quo ad primam partem cõparationis, quia maius eſt, eſſe Deum perſonaliter quàm eſſe ſanctum. Quo ad ſecundam vero, quia vnio perſonalis eſt permanẽtior, quàm vnio affectualis. Auctoritas eſt Damaſceni.

¶ Aduerte hic, ꝙ q a illa maior, Nullum donum diuinę gratiæ perditur ſine culpa, locum habet in donis permanentibus: non autem in his donis, quæ ſolũ conſiſtunt in quodam fieri, vt donũ prophetiæ vel aſſiſtẽtiæ, vt gratia miraculorum, quæ altero duorum modorũ conceditur. Hæc enim, quia nõ ſunt dona permanentia, perduntur, hoc eſt, non ſemper habentur abſque culpa (vt patet) & abſq; Dei pęnitẽtia. Et propterea Auctor vtens illa maiore ex auctoritate Apoſtoli, ſub ſumpſit non poſitiuam (vt ſubſumendum expectabatur) ſed comparatiuam reſpectu doni gratiæ adoptionis: quã cõſtat nõ ceſſare ſine culpa, & cõparauit illam

3. di. 3. q. 2. ar. 1. q. 1. & diſ. 21. q. 1. ar. 1. q. 1. Et quo. 2. ar. 1. cor. Et quo. 4. ar. 6. cor. Et opu. 3. c. 236. & 237. Et opu. 60. c. 19. fi.
* Li. 10. in Luc. ĩ titu. de cõmẽd. ſpiritus Ieſu in med. tom. 5.
Q. 6. ar. 4.
Q. 16. ar. 4.

hit illā, & quoad maioritatē ſimpliciter, & quoad maioritatē, ſecundū illud qđ requiritur ad propoſitum, hoc eſt ſecundum permanentiā. Vt hinc ſcires, quòd maior habet locum ī hac materia: quia gratia vnionis eſt de genere donorum ꝑmanentium, & ꝙ multo magis habet locum in propoſito: tum, quia eſt excellétius donum, quàm gratia adoptionis: tum, quia eſt permanétius, Et de prima quidem excellētia, licet a quibuſdam dubitetur, ſi quis tñ librauerit rationem allatam (ſcilicet gratia vnionis conſtituit vnitum eſſe perſonaliter Deum: gratia autem adoptionis cōſtituit eſſe ſanctū: ſed longe maius eſt eſſe Deum perſonaliter quā eſſe ſanctū) manifeſte videre poterit, ſententiam hanc eſſe verā. In cuius ſignum, cū communicaſſet ſe Deus ſecundum naturalem ſimilitudinem beneficio creationis: & poſtea ſecū dum ſupernaturalē ſimilitudinem beneficio adoptionis (& hæc duo fuerunt cōmunia angelo & homini) ad vltimū reſeruauit tamquam ſummū, cōmunicare ſe perſonaliter, & hoc ſoli homini. Et ex hoc homo conſtitutus eſt ſupra angelos, vt Apoſtol⁹ ad Heb. probat.

Li. 3. ortho. fid. c. 27. circa fin.

In epi. 120. ex ca. 6. & 10. tom. 2.

¶ De altera autem excellentia, ſcilicet quo ad permanentiam, manifeſtum clare eſt, conſiderantibus, quòd eſſe perſonale eſt eſſe ſubſtantiale. Nā cū dicitur, Ieſus eſt Dei filius, enūciatur ſubſtantia ſecundum eſſe ſubſtātiale de ſubſtantia: cùm autem dicimur nos Dei filii, enuntiatur accidens de ſubſtantia mediante etiam accidente, ſcilicet affectiua parte, in qua conſumatur gratia adoptionis: quoniam non niſi diuina fruitione, ad quā ordinata eſt, cōſummatur. Quāto ergo ex propria ratione

3. diſ. 21. q. 1. ar. 1. q. 2. Et quol. 2. ar. 1. cor. Et opuſc. 3. ca. 236. Et op. 60. c. 19. fi. & Pſ. 21.

bile fuit ꝙ ſolueretur vnio diuinitatis a carne ipſius. & iō ſicut ante mortē caro Chriſti vnita fuit ſecūdū perſonam & hypoſtaſim verbo dei, ita & remanſit vnita poſt mortem, vt. ſ. non eſſet alia hypoſtaſis Verbi dei & carnis Chriſti poſt mortē, vt Dam.* dicit in 3. li.

Ad primvm ergo dicendum, quòd derelictio illa non eſt referenda ad ſolutionem vnionis perſonalis: ſed ad hoc quòd Deus pater eum expoſuit paſſioni. unde derelinquere ibi, non eſt aliud, quàm non protegere a perſequentibus. uel dicit ſe derelictum quātum ad illam orationem, qua dixerat, pater ſi fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte, vt Aug.* exponit in lib. de Gratia noui Teſtam.

Ad 2^m^ dicendum, quòd verbum dei dicitur vnitū carni mediante anima, inquātum caro per animam pertinet ad humanam naturam, quam filius dei aſſumere intendebat: nō autem ita quòd anima ſit quaſi medium ligās vnita. Habet autem caro ab anima, quòd pertineat ad humanam naturam, etiam poſtquam anima ſeparatur ab ea, inquantum ſcilicet in carne mortua remanet ex diuina ordinatione quidam ordo reſurrectionis. & ideo non tollitur vnio diuinitatis ad carnem.

Ad 3^m^ dicendum, quòd anima habet vim viuificandi formaliter. & ideo ea præſente, & vnita formaliter, neceſſe eſt corpus eſſe viuum. Diuinitas autem non habet vim viuificandi formaliter, ſed effectiue: non enim poteſt eſſe corporis forma. & ideo non eſt neceſſe, quòd manente vnione diuinitatis ad carnem, caro ſit viua, quia deus non ex neceſſitate agit, ſed ex voluntate.

## Articvlvs III.

*Vtrum in morte Chriſti fuerit facta ſeparatio diuinitatis ab anima.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd in morte Chriſti fuerit facta ſeparatio diuinitatis ab anima. Dicit enī Dominus Ioá. 10. Nemo tollit animā meam a me, ſed ego pono eam, & iterum ſumo eam. Non autem videtur ꝙ corpus animam ponere poſſit, eam a ſe ſeparādo: quia anima non ſubijcitur poteſtati corporis, ſed potius econuerſo. & ſic videtur ꝙ Chriſto, ſecundum quòd eſt verbum Dei, conueniat animā ſuam ponere: hoc autem eſt eam

F a ſe ſeparare. ergo per mortem anima eius fuit a diuinitate ſeparata.

¶ 2 Præt. Athanaſ.* dicit maledictū qui totum hominem quem aſſumpſit Dei filius, denuo aſſumptum vel liberatū, tertia die a mortuis reſurrexiſſe non cōfitetur: ſed nō potuit totus homo denuo aſſumi, niſi aliquando fuerit totus homo a verbo Dei ſeparatus: totus autem homo componitur ex anima & corpore. ergo aliquando

G fuit facta ſeparatio diuinitatis & a corpore & ab anima.

¶ 3 Præt. Propter vnionem ad totum hominem, filius dei vere dicitur homo. Si ergo ſoluta vnione animæ & corporis per mortē, verbum Dei remanſit vnitum animæ ſequeretur, quòd vere dici potuiſſet, filium Dei eſſe animam: hoc autem eſt falſum, quia cum anima ſit forma corporis, ſequeretur ꝙ verbum Dei fuerit corporis forma, quod eſt impoſſibile. ergo in

H morte Chriſti anima fuit a verbo Dei ſeparata.

¶ 4 Præt. Anima & corpus ab inuicem ſeparata, non ſunt vna hypoſtaſis, ſed duæ. Si igitur verbum dei remanſit vnitum tam corpori quàm animæ Chriſti, ſeparatis eis ab inuicem per mortem Chriſti, videtur ſequi ꝙ verbū dei durante morte Chriſti, fuerit duæ hypoſtaſes, quod eſt inconueniens. non ergo poſt mortem Chriſti remanſit anima verbo vnita.

Sed contra eſt, quòd dicit Dama.* in 3. lib. Etſi Chriſtus mortuus eſt vt homo, & ſancta

I eius anima ab incontaminato diuerſa eſt corpore: diuinitas tamē inſeparabilis ab vtriſque permanſit, ab anima dico, & corpore.

Respon. Dicendum, ꝙ anima vnita eſt verbo Dei immediatius & per prius quàm corpus, cū corpus vnitum ſit verbo Dei mediante anima, vt ſupra dictū eſt*. Cum ergo verbum Dei non ſit ſeparatum in morte a corpore, multo minus ſeparatum eſt ab anima. Vnde ſicut de filio Dei prædicatur

K id, quod conuenit corpori ab anima ſeparato, ſcilicet eſſe ſepultū; ita de eo ī ſymbolo dicitur, quòd deſcendit ad inferos, quia anima ei⁹ ab eius a corpore ſeparata, deſcendit ad inferos.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Aug.* exponens illud verbum Ioan. inquirit, cum Chriſtus ſit verbum, anima & caro, vtrum ex eo quòd eſt verbum, ponat animam, an ex eo quòd eſt ani

permanentius eſt, eſſe quàm operari: & eſſe ſubſtantiale, quàm accidentale, & eſſe ſubſtantiale diuinū hypoſtatice, quàm eſſe accidentale diuinum adoptiue: tanto permanentius diuinæ gratiæ donum eſt vnio perſonalis carnis ad verbum Dei, quàm gratia adoptionis filiorum Dei.

Refertur in ſeco. ſta.

¶ In reſponſione ad tertium, percipe ꝙ Auctor reſpōdet & ad cōparatiuam inter Deum & animā in viuificando, per hoc quòd ſecūdum diuerſa cauſarū genera vtrique conuenit viuificare: ac per hoc cōparatio ineſficax eſt, & ſophiſtice infert, & reſpondet tacitę quæſtioni, proſequendo modū viuificandi effectiue conuenientem Deo per hoc, ꝙ Deus nō neceſſitate naturæ, ſed voluntarie viuificat. Et intendit per hoc, quòd licet deitas perſonaliter fuerit præſens carni Chr̄i poſt mortē, & haberet maximā virtutem viuificandi effectiue, non propterea ſequitꝰ, quòd effectiue tūc viuificaret carnē Chr̄i: quia non viuificat naturali neceſſitate, ſed voluntarie: anima autem præſens carni, & viuificat formaliter, & ex neceſſitate naturæ.

Li. 3. orth. fid. c. 27. in med.

*¶ Super Quæſtionis quinquageſimæ Articulum tertium.*

Titulus clarus. ¶ In corpore vna cōcluſio: In morte Chriſti non fuit ſeparata deitas ab anima, probatur dupliciter. Primo ratione. Verbum dei non eſt ſeparatū in morte a corpore. ergo multo minus ab anima. Probatur ſequela: quia anima vnita eſt Verbo immediatius quā corpus. Deinde auctoritate Symboli, Quia deſcendit ad inferos. Omnia clara ſunt ex ſupradictis.

Ar. præce. arg. 2. & 4. 6 ar. 1.

¶ In reſponſione ad primū, aduerte ꝙ reſponſio ſecundum expoſitionem Aug. intelligit

Tract. 47. in Ioa. par. med.



intelligit nomine animæ, ipſam animæ ſubſtantiam ſecūdū ſeipſam, & ideo uerſatur inter anguſtias diſtinctionum. Planior autem ſenſus Euāgelici textus eſt, intelligere animæ nomine, ipſam quidem animam, non ut in ſe quædam ſubſtantia eſt, ſed ut ſubſtātialiter animat: ſic. n. anima formaliter ſumitur, & abſque omni quæſtione liquet, quòd ipſe dei filius, qui loquitur dicens, ego pono animam meam, poſuit animā ſuam, tollendo animationem illius: tollitur ſiquidem animare per hoc ipſum, quòd anima ſeparatur a corpore, & iterum ſumpſit eam, dū iterum iunxit animā corpori: ponere enim animam formaliter (hoc eſt ut animā) nihil aliud eſt quàm mori. Et in hoc ſenſu pluries inuenitur nominata anima, ut eſt illud, Paſtor bon⁹ animam ſuam ponit pro ouibus ſuis, & illud, qui odit animā ſuam in hoc mūdo, in uitam æternā cuſtodit eam.

Interp. 21.

¶ Tu autem, qui ſermonis formalis non es capax, aut ad plebem loqueris, potes eandem ſententiam ſeruando, gloſſare animam, hoc eſt uitam corporalem: ſic enim fili⁹ dei poſuit animam ſuam, hoc eſt uitam ſuā, & iterum ſumpſit eam, & ſimiliter, Paſtor bonus ponit uitam ſuā pro, &c. & ſic đ aliis. Hoc in idē redit: q̄a ī ipſa animatiōe, qua anima animat corp⁹ conſiſtit uita corporea cuiuſq; hominis.

Tenth. ſi. ar. a med.

*¶ Super Quæſtionis quinquageſimæ Articulum quartum.*

In titulo Chriſtus ſignificat perſonā diuini Verbi ſecundum eam diſpoſitionem, quam de facto habebat in triduo illo, ſcilicet quòd erat unita animæ & corpori Chriſti ſeparatis adinuicem.

¶ In corpore tria ſunt, Primo, reſpondetur quæſito una concluſione: Dicere

ma, an iterum ex eo quòd eſt caro. A Et dicit quòd ſi dixerimus, quòd verbum Dei animam poſuit, ſequitur, quòd aliquando anima illa ſeparata eſt a uerbo, quod eſt falsū: mors enim corpus ab anima ſeparauit, a uerbo autem animam ſeparatam nō dico: ſi uero dixerimus, quòd ipſa ſe anima ponat, ſequitꝰ quòd anima ipſa a ſe ſeparata ſit, quod eſt abſurdum. Relinquitur ergo, quòd ipſa caro animam ſuā ponit, & iterum eam ſumit, nō poteſtate ſua, ſed poteſtate uerbi in- B habitantis carnē: quia ſicut ſupra dictum eſt,* per mortem non eſt ſeparata diuinitas uerbi a carne.

Ad 2^m^ dicendum, quòd in uerbis illis Athanaſius non intellexit, quòd totus homo denuo ſit aſſumptus, id ē, omnes partes eius, quaſi uerbum dei partes humanæ naturæ depoſuerit per mortem: ſed ꝙ iterato totalitas naturæ aſſumptæ ſit in reſurrectione reintegrata per iteratam unionem animæ, & C corporis.

Ad 3^m^ dicendum, quòd uerbū dei propter unionem humanæ naturæ, non dicitur humana natura: ſed dicitur homo, quod eſt habēs humanam naturam. Anima autē & corpus ſunt partes eſſentiales humanæ naturæ: unde ꝓpter unionem uerbi ad utrumq; eorum, nō ſequitur quòd uerbum dei ſit anima uel corpus: ſed quòd ſit habēs animam uel corpus,

Ad 4^m^ dicendum, ꝙ ſicut Dam. *dicit in 3. li. quòd in morte Chri D ſti eſt ſeparata anima a carne, non eſt una hypoſtaſis in duas hypoſtaſes diuiſa: nam & corpus et anima Chriſti ſecundum idem ex principio in uerbi hypoſtaſi habuerunt exiſtentiam, & in morte inuicem diuiſa, ſingulum eorum manſit, unam hypoſtaſim uerbi habens. Quare, una uerbi hypoſtaſis, uerbi & animæ & corporis extitit hypoſtaſis: numquam enim neque anima neque corpus propriam habuerunt hypoſtaſim, præter uerbi hypoſtaſim. Vna enim ſemper uerbi E hypoſtaſis, & numquam duæ.

## Articvlvs IIII.

*Vtrum Chriſtus in triduo mortis fuerit homo.*

Ad qvartvm ſic proceditꝰ. Videtur quòd Chriſtus ī triduo mortis fuerit homo: dicit enim Auguſtin.* in primo de Trinitate Talis erat illa ſuſceptio, quæ deū hominem faceret, & hominem deum: ſed illa ſuſceptio non ceſſauit per mortem. ergo uidetur quòd per mortē nō deſierit eſſe hō.

¶ 2 Præte. Phil.† dicit in 9. Ethico. quòd unuſquiſque homo eſt ſuus intellectus: unde & poſt mortem, animam Petri alloquentes dicimus, ſancte Petre ora pro nobis. Sed poſt mortem filius Dei nō fuit ſeparatus ab anima intellectuali. ergo in illo triduo filius dei fuit homo.

¶ 3 Præte. Omnis ſacerdos eſt homo: ſed in illo triduo mortis, Chriſtus fuit ſacerdos: aliter enim non uerū eſſet quod dicitꝰ in Pſ. 109. Tu es ſacerdos in æternum. ergo Chriſtus in illo triduo fuit homo.

Sed contra, Remoto ſuperiori, remouetur inferius: ſed uiuum ſiue animatum eſt ſuperius ad animal & ad hominem: nā animal eſt ſubſtantia animata ſenſibilis: ſed in illo triduo mortis corpus Chriſti non fuit uiuum neque animatum. ergo non fuit homo.

Respon. Dicendum, quòd Chriſtum^d^ uere fuiſſe mortuum, eſt articulus fidei: unde aſſerere omne illud, per quod tollitur ueritas mortis Chriſti, eſt error contra fidem. Propter quod, in epiſtola ſynodali* Cyrilli dicitur: ſi quis non confitetur dei uerbum paſſum carne, & crucifixum carne, et ꝙ mortē guſtauit carne, anathema ſit. Pertinet autem ad ueritatem mortis hominis uel animalis, ꝙ per mortem deſinat eſſe homo uel animal: mors enim hominis uel animalis prouenit ex ſeparatione animæ, quę complet rationem animalis, uel hominis, & ideo dicere Chriſtū in triduo mortis hominem fuiſſe, ſimpliciter & abſolute loquendo, erroneum eſt. Poteſt tamen dici quòd Chriſtus in triduo fuit homo mortuus. Quidam tamen cōfeſſi ſunt Chriſtum in triduo hominem fuiſſe, dicentes quidem uerba erronea, ſed ſenſum erroris non habentes in fide, ſicut Hugo de ſancto Vict.* qui ea ratione dixit Chriſtum in triduo mortis fuiſſe hominem, quia dicebat animam eſſe hominē, quod tamen eſt falſum, ut in prima parte oſtenſum eſt.† Magiſter etiam ſententiarum in 22. diſt.* tertii lib. poſuit, quòd Chriſtus in triduo mortis fuit homo alia ratione, quia credidit quòd unio animæ & carnis non eſſet de ratione hominis, ſed ſufficit ad hoc, quòd aliquid ſit homo, ꝙ habeat animam humanam & corpus, ſiue coniuncta ſiue non coniuncta: quod etiam patet eſſe falſum ex his* quæ dicta ſunt in 1. parte, & ex his quæ ſupra dicta ſunt† circa modum unionis.

Ad primvm ergo dicendum, quòd uerbum dei ſuſcepit animam & carnem unitam, & ideo illa ſuſceptio, fecit deum hominem, & hominem deum: non autem ceſſauit illa ſuſceptio per ſeparationem uerbi ab anima uel a carne, ceſſauit tamen unio carnis, & animæ.

Ad 2^m^ dicendum, quòd homo dicitur eſſe ſuus intellectus, non quia intellectus ſit totus homo: ſed quia intellectus eſt principalior pars hominis, in quo uirtualiter conſiſtit tota diſpoſitio hominis: ſicut ſi rector

Christum in triduo mortis hominē fuiſſe, ſimpliciter & abſolute loquēdo, erroneum eſt, Probatur: Ad ueritatē mortis hominis uel animalis pertinet, quòd deſinat eſſe homo uel animal, ergo dicere Chriſtum in triduo mortis hominē, &c. Antecedens probatꝰ: quia mors cōſiſtit in ſeparatione animę q̄ complet rationē hominis & animalis. Cōſequentia probatur, quia aſſerere omne illud, ꝑ quod tollitur ueritas mortis Chriſti, eſt error contra fidem: quod probatur, quia articulus fidei eſt de morte Chriſti, & auctoritate Cyrilli. Secundo dicitur, quòd poteſt dici Chriſtum in triduo fuiſſe hominem mortuum. Et in prō ptu ratio eſt: quia ly mortuus, eſt cōditio diminuens, ſicut ly pictus, aut lapideus: tertio excuſanꝰ Hugo & Magiſter ſentētiarum. Omnia clara ſunt ex antedictis.

†l. 9. c. 4. ante med. t. 5.

D. 906.

Habetur in Cōc. 1. Eph. ca. 12.

In l. 2. de ſacra. 1. parte c. 11

Q. 75. ar. 4.

*l. 3. ſen. di. 22. parag. 1

1. 1. qu. 75. ar. 4

†q. 2. art. 5.

ctor ciuitatis dicatur tota ciuitas, quia in eo conſiſtit tota diſpoſitio ciuitatis.

Ad 3^m^ dicendum, quòd eſſe ſacerdotem, conuenit homini ratione animæ, in qua eſt ordinis character: unde per mortem homo non perdit ordinem ſacerdotalem, & multo minus Chriſtus, qui eſt totius ſacerdotii origo.

## Articvlvs V.

*Vtrum fuerit idem numero corpus Chriſti uiuentis & mortui.*

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur quòd nõ fuerit idem numero corpus Chriſti uiuentis, & mortui. Chriſtus enim uere mortuus fuit, ſicut & alii homines moriuntur: ſed corpus cuiuſcumque alterius hominis, non eſt ſimpliciter idem numero mortuum & uiuum: quia differunt eſſentiali differentia. ergo neq; corpus Chriſti, eſt ſimpliciter idẽ numero mortuum & uiuum.

¶ 2 Præt. Secundum Philoſ.* in 5. Metaphyſic. Quæcumque ſunt diuerſa ſpecie, ſunt etiam diuerſa numero: ſed corpus Chriſti uiuum, & mortuũ, fuit diuerſum ſpecie, quia non dicitur oculus aut caro mortui niſi æquiuoce, ut patet per Philoſophum in 2. de Anima, & 7. Metaphyſi.* ergo corpus Chriſti non fuit ſimpliciter idem numero uiuum & mortuum.

¶ 3 Præt. Mors eſt corruptio quædam: ſed illud quod corrũpitur corruptione ſubſtantiali, poſtquã corruptum eſt, iam non eſt: quia corruptio eſt mutatio de eſſe in nõ eſſe. Corpus ergo Chriſti poſtquã mortuum fuit, non remanſit idem numero, cum mors ſit ſubſtantialis corruptio.

Sed contra eſt, quòd Athanaſ.* dicit in Epiſtola ad Epictetum: Circunciſo corpore, & potato, & manducante, & laborante, & in ligno affixo, erat impaſſibile & incorporeum dei uerbũ, hoc erat in ſepulchro poſitum: ſed corpus Chriſti uiuum fuit circunciſum & in ligno affixum. Corpus autem Chriſti mortuum fuit poſitum in ſepulchro. ergo hoc idem corpus, quod fuit uiuum, fuit etiam mortuum.

Respon. Dicendum, quòd hoc quod dico ſimpliciter, põt accipi dupliciter. Vno modo, ſecũdũ quòd ſimpliciter idẽ ẽ, quod abſolute: ſicut ſimpliciter dicitur quod nullo addito dicitur, ut Philoſ.* dicit. Et hoc modo corpus Chriſti mortuũ et uiuũ, ſimpliciter fuit idẽ

F numero ſimpliciter, quia ẽ ſuppoſito idem. Corpus autẽ Chriſti uiuũ & mortuũ, fuit ſuppoſito idẽ: quia nõ habuit aliam hypoſtaſim uiuum & mortuum, præter hypoſtaſim uerbi dei, ut ſupra dictũ eſt* & hoc modo loquitur Athan.† in auctoritate ĩducta. Alio modo ſimpliciter idem eſt, quod omnino uel totaliter, et ſic corpus Chriſti mor-

G tuum & uiuũ non fuit ſimpliciter idem numero, quia non fuit totaliter idem, cum uita ſit aliquid de eſſentia corporis uiuentis: eſt enim prædicatum eſſentiale, non accidẽtale: unde conſequens eſt, ꝙ corpus, quod deſinit eſſe uiuum, non totaliter idem remaneat: ſi autem diceretur ꝙ corp⁹ Chriſti mortuũ totaliter idem remaneret, ſequeretur ꝙ nõ eſſet corruptũ, corruptione dico [d] mortis: quod eſt hæreſis

H Gaianitarum, ut Iſido.* dicit & habetur in Decretis† 24. qu. 3. Et Damaſ.* dicit in 3. lib. ꝙ corruptionis nomen duo ſignificat, uno modo ſeparationẽ aïæ a corpore, & alia huiuſmodi, alio modo perfectã diſſolutionem in elemẽta. ergo incorruptibile dicere corpus Domini ſecundum Iulianum, & Gaianum, ſecundum primũ corruptionis modum ante reſurrectionem, eſt impium, quia corpus Chriſti non eſſet conſubſtantiale nobis, nec in ueritate mortuum eſſet, nec ſecundũ

I ueritatem ſaluati eſſemus: ſecundo autem modo corpus Chriſti fuit incorruptum.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ corpus mortuum cuiuſcumq; alterius hominis, non remanet unitũ alicui hypoſtaſi permanenti, ſicut corpus Chriſti mortuũ. Et ideo corpus mortuum cuiuſcũq; alterius hominis, [4] non eſt idem ſimpliciter, ſed ẜm quid: quia ẽ idem ſecundum materiam, non autem idem ſecundũ formam. Corpus autem Chriſti remanet idem ſimpliciter propter identitatem ſuppoſiti, ut dictum eſt.†

Ad 2^m^ dicendum, ꝙ quia idem numero dicitur aliquid ſecundum ſuppoſitum, idem autẽ ſpecie eſt idẽ ſecundum formam, ubicumq; ſuppoſitum ſubſiſtit in una ſola natura, oportet ꝙ ſublata unitate ſpeciei, auferatur unitas numeralis: ſed hypoſtaſis uerbi dei ſubſi-

K ſtit in duabus naturis, & ideo quamuis in Chriſto nõ remaneat corpus idẽ ẜm ſpeciẽ humanæ naturæ, remanet tamen idẽ numero ſecundũ ſuppoſitũ uerbi dei.

Ad 3^m^ dicendum, quòd corruptio & mors non cõpetit Chriſto ratione ſuppoſiti, ſecundum quod attẽditur unitas, ſed ratione naturæ, ſecundum quam inuenitur differentia mortis & uitæ.

## Articvlvs. VI.

*Vtrum mors Chriſti aliquid operata ſit ad noſtram ſalutem.*

Ad sextvm ſic proceditur. Videt ꝙ mors Chriſti nihil ope-

¶ *Super Quæſtionis quinquageſimæ Articulum quintum.*

Titulus ut ſonat.

¶ In corpore ponitur una diſtinctio bimembris cum concluſionibus duabus iuxta numerum mẽbrorũ. Diſtinctio eſt. ſimpliciter ſumitur duabus ſignificationibus, uel ut ſignificat nullo addito, uel ut ſignificat totaliter. Prima concluſio eſt, ſumendo ſimpliciter primo mõ: Corpus Chriſti uiuũ, & mortuũ fuit idẽ numero ſĩpliciter. Probatur, quia fuit idẽ ſuppoſitaliter, & ſic loquitur Ath. Secunda cõcluſio eſt, ſumẽdo ſimpliciter ſecundo modo: corp⁹ Chriſti uiuũ & mortuum non fuit idem numero ſimpliciter. Probatur primo, quia uita eſt de eſſentia corporis uiuentis: quia eſt prædicatũ eſſentiale & nõ accidẽtale. Probatur ſecundo ex oppoſito: quia ſi diceretur remãſiſſe totaliter idẽ, ſequeretur ꝙ non eſſet corruptum corruptione mortis, qđ eſt hęreſis Gaianitarum. Et ad hoc aſſerũtur auctoritates.

¶ Aduerte hic, quòd Auctoris doctrina ꝓcedit ex ſuppoſita unitate formæ ſubſtãtialis in homine: tenentes .n. plures formas in homine (puta formã corporeitatis aut miſti, cui ſuperadditur anima) euadeʒét conſequentiã in litera factam, dicendo quòd in morte Chriſti facta eſt ſeparatio animæ a corpore, & ſic fuit ibi corruptio mortis, ſed corp⁹ remãſit cũ illa met corporeitatis forma quã prius habebat, & propterea corp⁹ Chriſti, inquãtum corpus remanſit totaliter idẽ numero, & dicere hoc, nulla ẽ hæreſis. Et ad Philoſophiam declinãdũ eſſet, ſi hoc eſſet diſcutiendum. Hãc ſiquidẽ uiam tenet Scotus, qui addit aliud manifeſte alienũ a philoſophia. ſ. ꝙ fuit corruptio tũc ſine generatione, corruptus quippe fuit homo ſeparatiõe animæ a corpore, & nihil genitũ eſt. Cõtra hos nõ loquitur litera, quę de unitate numerali corporis Chri uiui & mortui tractat, & ueritatẽ ꝑ ſe notã tradit. Nã ſi corpus Chriſti remãſiſſet oĩo idẽ qđ prius, oporteret ꝙ remãſiſſet uiuum eadẽ uita, alioquin aut uita nihil illius fuiſſet niſi accidẽs, aut nõ totaliter remãſiſſet idẽ, deficiẽte aliqua eius ſubſtãtia. ſ. uita. Quo circa Scotus corpus Chriſti tenet omnino idẽ, quatenus eſt corpus, & nõ quaten⁹ erat uiuũ. Auctor aũt aliã formã genitã in Chriſti corpore tenet. ſ. formã cadaueris, per quã erat corpus, qa naturalis ordo habet, ut ſemper corruptio uni⁹ ſit generatio alterius, imo prius natura intẽdit generatio, q̃ corruptio. Et unã tantũ in compoſito formã, iuxta peripateticã doctrinam bene perſpectam nouimus.

¶ *Super Quæſtionis quinquageſimæ Articulum ſextum.*

Titulus ut ſonat.

¶ In corpore una diſtinctio bimẽbris cũ cõcluſionib⁹ tribus. Diſtinctio eſt, ꝙ mors Chriſti conſiderari poteſt, uel in fieri, uel in facto eſſe. Prima concluſio eſt: De morte Chri in fieri, idẽ eſt iudiciũ qđ de paſſione Chri. Declaratur, quia mors ĩ fieri, fuit ipſa paſſio Chri: ſecũda cõcluſio ẽ. Mors Chriſti in facto eſſe nõ potuit operari ſalutẽ noſtrã per modũ meriti, ſed efficiẽtiæ prima pars in litera nõ probatur: ſecũda probatur: Per mortẽ deitas non eſt ſeparata a carne. ergo quicqd circa carnẽ Chriſti ab anima ſeparatã cõtigit, fuit nobis ſalutiferũ uirtute Deitatis unitæ: tertia cõcluſio eſt: Mors Chriſti operata eſt deſtructionẽ utriuſq; noſtræ mortis. ſ. animæ & corporis. Probaẽ: Mors chriſti fuit priuatio propriæ uitæ, ergo effectus eius ꝓprie eſt remotio noſtrorũ impedimẽtorũ æternæ uitæ, ergo eſt rẽmotio utriuſq; mortis nr̃æ. Prima conſequẽtia probatur: qa cõſideratur ꝓprie alicui⁹ cauſæ effect⁹ ẜm ſimilitudinẽ cauſę: ſecũda uero, qa utraq; mors cõtrariaẽ æternæ nr̃æ ſaluti cõſummatę. Et cõfirmaẽ cõcluſio auctoritatib⁹.

¶ Aduerte hic, quòd mors in facto eſſe, ſe tenet ex parte corporis: nõ .n. dicitur anima mortua, ſed corpus dicitur, & ẽ mortuũ. Et quia corpus Chriſti mortuũ erat inanimatũ, & meritũ principaliter cõſiſtit in actu animæ, ideo Auctor in litera pro conſtãti, ꝑ ſe noto, reliquit primã partẽ ſecũdæ cõcluſionis. ſ. ꝙ mors Chriſti in facto eſſe nõ ꝓfuit meritorie: erat .n. in corpore mortuo, ĩ quo nullũ erat principiũ merẽdi. Et quia erat in illo corpore mortuo principiũ efficiẽdi. ſ. deitas, ideo aſſeritur ꝙ efficere potuit. ex eo nãq; ꝙ dĩtas corpore Chriſti ut inſtrumẽto utebatur, conſecutũ eſt, ut corpore illo affecto priuatione uitæ uſa eſt, ut organo ad cauſandã in nobis deſtructionẽ utriuſq; mortis, iuxta illud: Qui mortem noſtrã moriendo deſtruxit.

Quol. 2. ar. 1. Et quo. 3 ar. 4. ad 1. Et quol. 4. q. 5.

l. 5. me. tex. 12. to. 3

li. 2. de anima, text. 9. & 7. meta. tex. 35: to. 2 & 3.

Circa med. illius. Inci. Ego arbitrabar.

l. 2. Topi. in ſ. illius t. 1.

Ar. 4. huius q.

† In epiſt. contra.

D. 906.

Iſid. l. ep. mol. c. 5.

† In Decr. 24. q. 3. cap. Quidã autẽ hæretici ſ me.

* Dam. li. 3. c. 28. in prĩ.

D. 404.

In corp. ar.

Inf. qu. 52. ar. 1. ... q. 56. ar. ... ad 4. Et ... Gal. 1

144. cit. ... 3

Quæſt. 49



rata ſit ad noſtram ſalutem. Mors enim eſt quædã priuatio: eſt enim priuatio uitæ: ſed priuatio, cum non ſit res aliqua, non habet aliquam uirtutem agendi. ergo non potuit aliquid operari ad noſtram ſalutem.

¶ 2 Præt. Paſſio Chriſti operata eſt ad noſtram ſalutem per modum meriti. ſic autem non potuit operari mors Chriſti: nam in morte ſeparatur anima a corpore, quæ eſt merẽdi principium. ergo mors Chriſti non eſt operata aliquid ad noſtram ſalutem.

¶ 3 Præte. Corporale non eſt cauſa ſpiritualis: ſed mors Chriſti fuit corporalis. nõ ergo potuit eſſe cauſa ſpiritualis noſtræ ſalutis.

Sed contra eſt, quòd Auguſtin.* dicit in 4. de Trinita. Vna mors noſtri Saluatoris, ſcilicet corporalis, duabus mortibus noſtris, id eſt animæ & corporis, ſaluti fuit.

Respon. Dicendum, quòd de morte Chriſti dupliciter loqui poſſumus. Vno modo, ſecundum quòd eſt in fieri: alio modo, ſecundum quòd eſt in facto eſſe. Dicitur autem mors eſſe in fieri, quãdo aliquis per aliquam paſſionem uel naturalem uel uiolentam tendit in mortem. Et hoc modo idem eſt loqui de morte Chriſti, & de paſſione ipſius. Et ita ſecundum hunc modum mors Chriſti cauſa eſt ſalutis noſtræ ſecundum id, qđ

D de paſſione ſupra dictum eſt.* Sed in facto eſſe mors Chriſti conſideratur, ſecundum quòd iam facta eſt ſeparatio corporis, & animæ, & ſic nunc loquimur de morte Chriſti. Hoc autem modo mors Chriſti non poteſt eſſe cauſa ſalutis noſtræ per modum meriti, ſed ſolum per modum efficientiæ, inquantum ſcilicet, nec per mortem diuinitas ſeparata fuit a Chriſti carne, & ideo quicquid contigit circa carnem Chriſti, etiam anima ſeparata, fuit nobis ſalutiferum uirtute diuinitatis unitæ. Conſi-

E deratur autẽ proprie alicuius cauſæ effectus ſecundum ſimilitudinem cauſæ: unde quia mors eſt quædam priuatio uitæ propriæ, effectus mortis Chriſti attenditur circa remotionem eorum, quæ cõtrariantur noſtræ ſaluti, quæ quidem ſunt mors animæ, & mors corporis. & ideo per mortẽ Chriſti dicitur eſſe deſtructa in nobis, & mors animæ, quæ eſt per peccatum noſtrum (ſecundum illud Romano. 4. Traditus eſt, ſcilicet in

A mortem, propter delicta noſtra) & mors corporis, quæ conſiſtit in ſeparatione animæ, ſecundum illud primæ ad Corinthio. 15. Abſorpta eſt mors in uictoria.

Ad primvm ergo dicendum, quòd mors Chriſti eſt operata ſalutem noſtram ex uirtute diuinitatis unitæ, & non ex ſola ratione mortis.

B Ad 2^m^ dicendum, quòd mors Chriſti ſecundum quòd conſideratur in facto eſſe, etſi non eſt ad noſtram ſalutem operata per modum meriti: eſt tamen operata per modum efficientiæ, ut dictum eſt.*

Ad 3^m^ dicendum, quòd mors Chriſti fuit quidem corporalis: ſed corpus illud fuit inſtrumentum diuinitatis ſibi unitæ, operans in uirtute eius etiam mortuum.

C

# Qværstio LI.

*De ſepultura Chriſti, in quatuor articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandum eſt de ſepultura Chriſti.

## Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum conueniens fuerit Chriſtum ſepeliri.

¶ Secundo, De modo ſepulturæ eius.

¶ Tertio, Vtrum corpus eius fuerit in ſepulchro reſolutum.

¶ Quarto, De tempore quo iacuit in ſepulchro.

## Articvlvs. I.

*Vtrum fuerit conueniens Chriſtum ſepeliri.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens Chriſtũ ſepeliri. De Chriſto .n. dicitur in Pſal. 87. Factus eſt ſicut homo ſine adiutorio, inter mortuos liber: ſed in ſepulchro in-

E cluduntur corpora mortuorũ, qđ uidetur eſſe contrarium libertati. ergo nõ uidetur fuiſſe conueniẽs, quòd corpus Chriſti ſepeliretur.

¶ 2 Præt. Nihil circa Chriſtum fieri debuit, quod nõ eſſet ſalutiferum nobis: ſed in nullo uidetur ad ſalutem hominum pertinere, ꝙ Chriſtus fuit ſepultus. ergo non fuit cõueniens Chriſtum ſepeliri.

¶ 3 Præ. Inconueniens eſſe uidetur, quòd deus qui eſt ſuper cælos excelſus, in terra ſepeliret: ſed illud

¶ Sed occurrunt hic duo dubia. Primũ ẽ, an mors Chriſti in facto eſſe fuerit meritoria ex parte aïæ. Secundũ eſt, quomodo ſaluatur ſimilitudo ĩter effectũ & cauſam in tertia cõcluſione, quum potius uideatur oppoſitum.

¶ Ad primũ dicitur, ꝙ mors in facto eſſe ſumi põt dupliciter: primo, ſecundũ ſe ſolã, alio modo, ut terminat fieri. Et mors quidem ut terminat fieri, cadit ſub merito uno & eodem, ſub quo cadit ſuũ fieri, uno .n. & eodẽ actu martyr uult ſe occidi & occiſum eſſe. Et ſic precioſa eſt in conſpectu domini mors ſanctorũ eius, & ſic mors Chriſti fuit meritoria: ſed litera nõ loquitur ſic de morte Chriſti: ſed primo modo .ſ. ſecũdum ſe ſolã, prout eſt ſeparata anima a corpore, & ſic ex nulla parte inuenitur ratio meriti, quũ nec actus elicitus, nec act⁹ imperatus animę ſit mors in facto eſſe ſumpta ſecundũ ſe ſolã, quãuis ipſa ut terminat uoluntariũ mori, cadat ſub actu imperato extẽdẽdo actũ imperatũ ad pati uolũtarium, & ideo, ut dictũ eſt, ſit meritoria.

¶ Ad ſecundum dubium dicitur, ꝙ non eſt hic quærẽda omnimoda ſimilitudo: quum nec etiã exigatur effectum aſſimilari cauſæ inſtrumẽtali: ſed ſufficit iuxta ſubiectam materiam intelligere effectum appropriatum mortis Chriſti (quæ conſiſtit in priuatione uitæ propriæ propter uiuificandum nos) eſſe priuationem nõ uitæ, ſed contrarium uitæ noſtræ, ut per huiuſmodi đſtructionem ad finem, ſcilicet ad uitam noſtrã, nos perducat.

¶ *Super Quæſtionis quinquageſimæprimæ Articulum primum.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore una cõcluſio: Conueniens fuit Chriſtum ſepeliri. Probatur tripliciter. omnia ſũt clara.

¶ Super

In corp. ar.

Inf. qu. 52. ar. 4. Et op. 3. ca. 241. & 242. Et op. 60. c. 20. princ. Et 1. Corinth. 15 l. 1. c. 3

quod conuenit corpori Chriſti mortuo, attribuitur deo, ratione unionis. ergo inconueniens uidetur, Chriſtum fuiſſe ſepultum.

Sed contra eſt, quòd Dominus dicit Mat. 26 de muliere quæ eum inunxerat, Opus bonum operata eſt in me, & poſtea ſubdit: Mittens enim hoc unguentum in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit.

Respon. Dicendum, quòd conueniens fuit Chriſtum ſepeliri. Primo quidem, ad comprobandum ueritatem mortis: non enim in ſepulchro aliquis ponitur, niſi quando iam de ueritate mortis conſtat: unde & Marci. 15. legitur, quòd Pilatus antequam cõcederet Chriſtum ſepeliri, diligenti inquiſitione cognouit eum mortuum eſſe. Secundo, quia per hoc quòd G Chriſtus de ſepulchro reſurrexit, datur ſpes reſurgendi per ipſum, his qui ſunt in ſepulchro, ſecundum illud Ioan. 5. Omnes qui in monumentis ſunt, audient uocem filii dei, & qui audierint uiuent. tertio, ad exemplum eorum, qui per mortem Chriſti, ſpiritualiter moriuntur peccatis, qui ſcilicet abſconduntur a conturbatione hominum: unde dicitur Coloſ. 3. Mortui eſtis, et uita ueſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo: unde & baptizati, qui per mortem Chriſti moriuntur peccatis, quaſi conſepeliuntur Chriſto, per immerſionem, ſecundum illud Roma. 6. Conſepulti ſumus cum Chriſto, per baptiſmum in mortem.

Ad primum ergo dicendum, quòd Chriſtus ſepultus, ſe inter mortuos liberum fuiſſe fatetur, in hoc quòd per incluſionem ſepulchri, non potuit impediri, quin ab eo reſurgendo exiuerit. H

Ad 2m dicendum, quòd ſicut mors Chriſti efficienter operata eſt noſtram ſalutem, ita etiam & eius ſepultura: unde Hieronym. dicit ſuper Mar. Sepultura Chriſti reſurgimus. Et Iſaiæ. 53. ſuper illud, Dabit impios pro ſepultura, dicit glo.* id eſt, gentes, quæ ſine pietate erant, deo patrique dabit: quia mortuus & ſepultus eos acquiſiuit.

Glo. or. ibi. d habet.

Ad 3m dicendum, quòd ſicut dicitur in quodam ſermone concilii Epheſini, nihil horum quę ſaluãt homines, iniuriam deo facit, quę oſtendunt eum nõ paſſibilem, ſed clementem. Et in alio ſermone eiuſdem cõcilii legitur: Nihil putat iniuriam deus, quod eſt occaſio ſalutis hominibus: tu quidem non ita uilẽ dei naturam arbitraberis, tamquam quæ aliquando ſubiecta poſſit eſſe iniuriis. I

*¶ Super Quæſtionis quinquageſimæ primæ Articulum ſecundũ.*

Titulus Modi nomine utitur, pro conditionibus obſeruatis in ſepeliendo corpus Chriſti.

¶ In corpore una concluſio: Modus ſepulturæ Chriſti fuit conueniens quãtum ad tria. Omnia ſunt clara.

¶ In reſponſione ad ultimum, adde quòd exciſio ſepulchri in petra, immobile ſepulchrum reddens, ad perpetuitatem teſtimonii de morte Chriſti apud terrigenas ſpectat. Nec ſolum teſtari illud uidemus mortẽ Chriſti, ſed uirtutem, qua ipſum ſepulchrum inter hoſtes fidei glorioſum ſeruatur: fuit enim & eſt tot ſæculis in manibus infidelium.

ARTICVLVS II.

*Vtrum conuenienti modo Chriſtus fuerit ſepultus.*

Ad secundum ſic proceditur. Videtur non conuenienti modo Chriſtum fuiſſe ſepultum. Sepultura enim eius reſpondet morti ipſius: ſed Chriſtus fuit paſſus mortem abiectiſſimam, ſecundum illud Sapient. 2. Morte turpiſſima condemnemus eum. ergo inconueniens uidetur fuiſſe, quòd Chriſto exhibita fuit honorabilis ſepultura, inquantum a magnatibus fuit tumulatus, ſcilicet a Ioſeph ab Arimathia, qui erat nobilis Decurio (ut habetur Mat. 15.) & a Nicodemo, qui erat princeps iudæorum, ut habetur Ioã. 3. K

¶ 2 Præt. Circa Chriſtum non debuit aliquid fieri, quod eſſet ſuperfluitatis exemplum. Videtur autẽ ſuperfluitatis fuiſſe, quòd ad ſepeliendum Chriſtum Nicodemus uenit ferens miſturã myrrhę, & aloes quaſi libras centum (ut dicitur Ioan. 19.) præſertim cum mulier præuenerit corpus eius ungere in ſepulturam, ut dicitur Marci. 14. non ergo fuit hoc conuenienter circa Chriſtum factum.

¶ 3 Præt. Non eſt conueniens, ut aliquod factum ſibiipſi ſit diſſonũ: ſed ſepultura Chriſti fuit ſimplex ex una parte: quia ſcilicet Ioſeph inuoluit corpus eius in ſindone munda (ut dicitur Mat. 27.) nõ autem auro aut gemmis, aut ſerico, ut Hieron.* ibidem dicit; ex alia uero parte uidetur, fuiſſe ambitioſa, inquantum eum cũ aromatibus ſepelierunt. ergo uidetur non fuiſſe conueniens modus ſepulturæ Chriſti.

Su. hoc bo. 6. Ma. 17. to. 9

¶ 4 Præt. Quæcumque ſcripta ſunt, præcipue de Chriſto, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut dicitur Ro. 15. ſed quædam ſcribuntur in Euangeliis circa ſepulchrum Chriſti, quæ in nullo uidentur ad noſtram doctrinam pertinere: ſicut quòd fuit ſepultus in horto, quòd in monumento alieno, & nouo, & exciſo in petra. Inconueniens ergo fuit modus ſepulturæ Chriſti.

Sed contra eſt, quòd dicitur Iſa. 11. Et erit ſepulchrum eius glorioſum.

Respon. Dicendum, quòd modus ſepulturæ Chriſti oſtenditur eſſe conueniens quantum ad tria. Primo quidem, quantum ad confirmandam fidẽ mortis & reſurrectionis ipſius: ſecundo, ad commendandam pietatem eorum, qui eum ſepelierunt: unde Auguſtinus* dicit in 1. de Ciuitat. dei: Laudabiliter commemorantur in euangelio, qui corpus eius de cruce acceptum, diligenter atque honorifice tegendum ſepeliendumque curarunt: tertio, quantum ad myſterium, per quod informantur illi qui Chriſto conſepeliuntur in mortem.

Ad primum ergo dicendum, quòd circa mortem Chriſti commendantur patientia, & conſtantia ipſius, qui mortem eſt paſſus, & tanto magis quanto mors fuit abiectior: ſed in ſepultura honorifica cõſideratur uirtus morientis, qui contra intentionem occidentium etiam mortuus honorifice ſepelitur, & præfiguratur deuotio fidelium, qui erant Chriſto mortuo ſeruituri.

Ad 2m dicendum, quòd in hoc, quòd Euangeliſta dicit, Quòd ſepelierunt eum, ſicut mos eſt iudæis ſepelire (ſicut Aug.* dicit ſuper Ioan.) admonuit in huiuſmodi officiis, quæ mortuis exhibentur, morem cuiuſlibet gentis eſſe ſeruandum. Erat autem iſtius gentis conſuetudo, ut mortuorum corpora uariis aromatibus condirentur, vt diutius ſeruarentur illæſa: vnde & in tertio de doctrina Chriſtiana dicitur,* quòd in omnibus talibus, non uſus rerum, ſed libido utentis in culpa eſt. Et poſtea ſubdit,† quòd in aliis perſonis plerumq; flagitiũ eſt: in diuina uel prophetica pſona, maxime cuiuſdam rei ſignum eſt. Myrrha enim, & aloes propter ſui amaritudinem ſignificant pœnitentiam, per quam aliquis in ſeipſo Chriſtum conſeruat abſque corruptione peccati: odor autem aromatum ſignificat bonam famam.

Ad 3m dicendum, quòd myrrha & aloes adhibebantur corpori Chriſti, ut immune a corruptione ſeruaretur, quod uidebatur ad quandam neceſſitatem pertinere. Vnde datur nobis exemplum, quòd licite poſſumus aliquibus pretioſis vti medicinaliter pro neceſſitate noſtri corporis conſeruandi, ſed inuolutio corporis pertinebat ad ſolam quandam decentiã honeſtatis, & in talibus, ſimplicibus debemus eſſe cõtenti. Per hoc tamen ſignificabatur (vt Hier.* dicit) ꝙ ille in ſindone munda inuoluit Ieſum, qui mẽte pura eũ ſuſceperit. Et hinc, vt Beda dicit ſup Mar.† Eccleſiæ mos obtinuit, vt ſacrificium altaris non in ſerico, neque in panno tincto, ſed in lino terreno celebretur: ſicut corpus domini eſt in ſindone munda ſepultum.



Ad 4m dicẽdum, quòd Chriſtus ſepelitur in horto, ad ſignificandum quòd per mortem & ſepulturam ipſius, liberamur a morte, quam incurrimus per peccatum Adæ in horto paradiſi commiſſum. Ideo autẽ Saluator in aliena ponitur ſepultura (vt Aug.* dicit in quodam ſermone) quia pro aliorum moriebatur ſalute: ſepulchrum autem mortis eſt habitaculũ. Per hoc etiam conſiderari poteſt paupertatis abundantia pro nobis ſuſceptæ: nam qui domum in vita non habuit, poſt mortem quoque in alieno ſepulchro recõditur, & nudus exiſtens a Ioſeph cooperitur. In nouo autem ponitur monumento (vt Hieron.* dicit) ne poſt reſurrectionem, ceteris corporibus remanẽtibus, ſurrexiſſe alius fingeretur. Poteſt autem & nouũ ſepulchrũ, Mariæ virginalem vterum demõſtrare. Per hoc etiam datur intelligi, quòd per Chriſti ſepulturam omnes innouamur morte & corruptione deſtructa. In monumento autem exciſo in petra conditus eſt (vt Hiero.† dicit) ne ſi ex multis lapidibus ædificatum fuiſſet, tumuli fundamentis ſuffoſſis ablatus furto diceretur. unde & ſaxum magnum quod appoſitum fuit, oſtendit quòd non abſque auxilio plurimorum ſepultura potuiſſet reſerari. Si etiam ſepultus fuiſſet in terra, dicere poterant, ſuffoderunt terram, & furati ſunt eum, ſicut Aug.* dicit. Significatur autem myſtice per hoc, (vt Hila.† dicit) quòd per Apoſtolorum doctrinam in pectus duritiæ gentilis quodam doctrinæ opere exciſum, Chriſtus infertur, rude ſ. ac nouum, & nullo antea ingreſſu timori Dei peruium. Et quia nihil præter eum oportet in pectora noſtra penetrare, lapis oſtio aduoluitur. & ſicut Orige.* dicit, non fortuito ſcriptum eſt, quòd Ioſeph inuoluit corpus Chriſti ſindone munda, & poſuit in monumẽto nouo, & quòd aduoluit lapidem magnum, quia omnia quæ ſunt circa corpus Ieſu, munda ſunt, & noua, & valde magna.

*¶ Super Quæſtionis quinquageſimæ primæ Articulum tertium.*

Titulus clarus.

¶ In corpore vna concluſio: Non fuit cõueniens, corpus Chriſti putrefieri aut incinerari. Probatur dupliciter. Primo, putrefactio prouenit ex infirmitate naturæ illius corporis nõ potentis corpus amplius in vnum continere. ergo Chriſtus, ne mors eius infirmitati naturæ aſcriberetur, noluit corpus ſuum reſolui. Antecedens patet. Conſequentia probaẽ, quia mors Chriſti non debuit eſſe ex infirmitate naturæ, ſed voluntaria: in cuius ſignũ non morbo, ſed paſſione voluntarie ſuſcepta mortuus eſt. Secundo, probatur, quia ad oſtenſionẽ diuinæ virtutis voluit corpus ſuum incorruptum permanere. Et ad hoc affertur auctoritas Chryſoſtomi.

Ar. 1. huius quæſt.

¶ Circa primam rationem dubiũ occurrit, quia impertinens videtur. Nam ſiue ĩ corpore Chriſti fuerit aliqua putrefactio, ſiue nõ, cõſtabat quòd ex violenta paſsione, non ex naturæ infirmitate mortuus erat, quia paſſus eſt in cruce iuuenis.

Lib. 3. orth. fid. c. 28.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ putrefactio cadaueris atteſtatur infirmitati naturæ pſentis & præteritę. Nam corpora ita compacta, vt naturalis complexio vigoroſa ſit & viua & mortua, putrefactiuis reſiſtunt magis aliis, & propterea ſi putrefactio cadaueris accidiſſet ĩ Chriſti corpore, teſtimonium infirmitatis naturæ in Chriſto monſtraretur, tamquam impotentis, prius amplius tenere corpus viuũ, & poſtea incorruptũ, & conſequenter ꝙ mors Chriſti accidiſſet, etiam ſi noluiſſet. Et ſic imputrefactio, corporis mortui non eſt impertinens: ſed idoneum teſtimonium voluntariæ mortis, & putrefactio fuiſſet teſtis mortis, nõ voluntariæ: ſed neceſſariæ ex debilitate naturæ. Ex ſupra dictis namque patet, ꝙ Chriſtus licet crucifixus, mortuus tamẽ eſt, quia voluit: in cuius ſignum clamans expirauit.

Q. præc. ar. 1. ad 2.

In trac. qui dicitur, aduerſus gentiles demõſtratio, ꝙ Chriſtus ſit Deus, parũ ante med. tom. 5.

In corp. ar. & q. 50. ar. 1.

ARTICVLVS III.

*Vtrum corpus Chriſti in ſepulchro fuerit incineratum.*

Ad tertium ſic proceditur. Videtur quòd corpus Chriſti, in ſepulchro fuerit incineratum. Sicut enim mors eſt pœna peccati primi parentis, ita etiam & incineratio: dictum eſt enim primo homini poſt peccatum, Puluis es, & in puluerem reuerteris, vt dicitur Gen. 3. Sed Chriſtus mortem ſuſtinuit, vt nos a morte liberaret. ergo etiam ĩcinerari debuit corpus eiꝰ, vt nos ab incineratione liberaret.

¶ 2 Præt. Corpus Chriſti fuit eiuſdẽ naturæ cũ corporibus noſtris: ſed corpora noſtra ſtatim poſt mortem reſolui incipiunt, & ad putredinẽ diſponuntur, quia exhalante calido naturali, ſuperuenit calor extraneꝰ, qui putrefactionem cauſat. ergo videtur ꝙ ſimiliter in corpore Chriſti acciderit. A

¶ 3 Præt. Sicut dictum eſt,* Chriſtus ſepeliri voluit, vt daret hominibus ſpem reſurgendi etiã de ſepulchris. ergo etiam incinerationem pati debuit, vt ſpem reſurgendi incineratis poſt incinerationem, daret.

B Sed contra eſt, quod in Pſalm. 15. dicitur, Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem: quod Damaſ.* exponit in 3. lib. de corruptione, quæ eſt per reſolutionem in elementa.

Respon. Dicendum, quòd non fuit conueniens corpus Chriſti putrefieri, vel quocumque modo incinerari: quia putrefactio cuiuſcumque corporis prouenit ex infirmitate naturæ illius corporis, quæ non poteſt amplius corpus cõtinere in vnum. Mors autem Chriſti (ſicut ſupra dictum eſt*) non debuit eſſe ex naturæ infirmitate, ne crederetur non eſſe voluntaria. & ideo non ex morbo, ſed ex paſſione illata voluit mori, cui ſe obtulit ſponte. Et ideo Chriſtus, ne mors eius, naturæ infirmitati aſcriberetur, noluit corpus ſuum qualitercumque putrefieri, aut qualitercũque reſolui: ſed ad oſtenſionẽ virtutis diuinę voluit corpus illud incorruptum permanere. unde Chry.* dicit, quòd viuentibus alijs hominibus, his ſcilicet, qui egerunt ſtrenue, arrident propria geſta: his autem pereuntibus, pereunt: ſed in Chriſto eſt totum cõtrarium, nam ante crucem omnia ſunt męſta & & infirma: vt autem crucifixus eſt, omnia clariora ſunt facta, vt noſcas non purum hominem crucifixum. C D

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ Chriſtus, cum non eſſet ſubiectus peccato, neq; morti erat obnoxius, neq; incinerationi, voluntarie tamen mortem ſuſtinuit propter noſtrã ſalutẽ, ſ͂m rationes ſupradictas. E

* Si aũt corpus eius fuiſſet putrefactũ vel reſolutũ, magis hoc fuiſſet in detrimentũ ſalutis humanæ: dũ non crederetur in eo eſſe virtus diuina. unde ex pſona eius in Pſal. 29. dicitur, Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem? quaſi dicat, Si corpus meũ putreſcat, perdet effuſi ſanguinis vtilitas.

Ad 2m dicendum, quòd corpus Chriſti, quantũ ad conditionem naturæ paſſibilis putrefactibile fuit: licet non quantum ad meritum putrefactionis, quod eſt peccatum, ſed virtus diuina corpus Chriſti a putrefactione præſeruauit, ſicut & reſuſcitauit a morte.

Ad

Ad 3^m dicendum, quòd Chriſtus de ſepulcro reſurrexit virtute diuina, quæ nullis terminis coarctatur. Et ideo hoc, quòd a ſepulcro ſurrexit, ſufficiens argumentum fuit, quòd homines erant reſuſcitandi uirtute diuina non ſolum de ſepulcris, ſed etiam de quibuſcumq; cineribus.

## Articvlvs IIII.

*Vtrum Chriſtus fuerit in ſepulcro ſolum una die, & duabus noctibus.*

Ad qvartvm ſic procedit. Videtur quòd Chriſtus non fuerit in ſepulcro ſolum una die, & duabus noctibus. Dicit enim ipſe Matth. 12. Sicut fuit Ionas in uẽtre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita Filius hominis erit in corde terrę tribus diebus & tribus noctibus: ſed in corde terræ fuit in ſepulchro exiſtens. non igitur fuit in ſepulcro ſolum una die & duabus noctibus.

¶ 2 Præter. Gregor.* dicit in Hom. Paſchali, quòd ſicut Samſon abſtulit media nocte portas Gazæ, ita Chriſtus media nocte auferẽs portas inferni, reſurrexit: ſed poſtquã reſurrexit, non fuit in ſepulcro. ergo non fuit in ſepulcro duabus noctibus integris.

¶ 3 Præter. Per mortem Chriſti lux præualuit tenebris: ſed nox ad tenebras pertinet, dies autem ad lucem. ergo cõuenientius fuit, quòd corpus Chriſti fuerit in ſepulchro duobus diebus & vna nocte, quàm econuerſo.

Sed contra eſt, quòd ſicut Auguſtinus * dicit in 4. de Trinitat. a veſpere ſepulturæ uſq; ad diluculum reſurrectionis triginta-ſex horæ ſunt, ideſt nox tota cum die tota & nocte tota.

Respon. Dicendum, quòd ipſum tempus, quo Chriſtus in ſepulchro manſit, effectum mortis eius repræſentat. Dictum eſt autem ſupra,* quòd per mortẽ Chriſti liberati ſumus a duplici morte, ſcilicet a morte animæ & a morte corporis, & hoc ſignificatur per duas noctes, quibus Chriſtus in ſepulcro permanſit: mors autem eius, quia non fuit ex peccato proueniens, ſed ex charitate ſuſcepta, non habuit rationem noctis, ſed diei, & ideo ſignificatur per diem integrũ, quo Chriſtus fuit in ſepulcro. & ſic conueniens fuit, quòd Chriſtus una die & duabus noctibus eſſet in ſepulcro.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ſicut Auguſt. * dicit in lib. de conſenſu euangeliſtarum, quidam modum loquutionis ſcripturæ neſcientes, noctem voluerunt annumerare tres illas horas a ſexta vſque ad nonam, quibus ſol obſcuratus eſt, & diem, tres horas alias, quibus iterum terris eſt redditus, id eſt a nona vſque ad Occaſum: ſequitur enim nox futuri ſabbathi, qua cum ſuo die computata erunt iã duæ noctes & duo dies. Poſt ſabbathum autem ſequitur nox primi ſabbathi, id eſt illuceſcẽtis diei dominici, in qua tunc Dominus reſurrexit, & ita adhuc non conſtabit ratio trium dierum, & triũ noctium. Reſtat ergo, ut hoc inueniatur, illo ſcripturarum uſitato loquendi modo, quo a parte totũ intelligitur, ita ſcilicet quòd vnam noctem, & vnam diem accipiamus pro uno die naturali. Et ſic primus dies computatur ab extrema parte ſui, qua Chriſtus in ſexta feria eſt mortuus & ſepultus: ſecundus autem dies eſt integer cum 24. horis nocturnis & diurnis, nox autem ſequens pertinet ad tertium diem: ſicut enim primi dies propter futurum hominis lapſum, a luce in noctem, ita iſti propter hominis reparationem, a tenebris computantur in lucem.

Ad 2^m dicendum, quòd ſicut Auguſtin. * dicit in 4. de Trinitat. Chriſtus in diluculo reſurrexit, in quo aliquid lucis apparet, & adhuc tamen aliquid remanet tenebrarum noctis: vnde de mulieribus dicitur, Ioan. 20. quòd cum adhuc eſſent tenebræ, venerunt ad monumentum. Ratione ergo harum tenebrarum Gregor.* dicit Chriſtum media nocte ſurrexiſſe: non quidem diuiſa nocte in duas partes æquales, ſed infra ipſam noctem: illud enim diluculum, & pars noctis & pars diei dici poteſt propter conuenientiam, quam cũ vtroque habet.

Ad 3^m dicendum, quòd intantũ lux in morte Chriſti præualuit (quę ſignificatur per vnam diem) quòd tenebras duarum noctium, id eſt duplicis mortis noſtræ remouit, vt dictum eſt.

¶ *Super Quæſtionis quinquageſimæprimæ Articulum quartum.*

IN corpore una cõcluſio: Conueniẽs fuit quòd Chriſtus duabus noctibus & una die eſſet ĩ ſepulchro, Probatur: q; Tẽpus, quo Chriſtus fuit in ſepulcro, effectum mortis eius repræſentat: ſed effectus eſt duplex, noſtra mors tenebroſa deſtructa, & ipſa mortis eius lux eſt cauſa. ergo conuenienter una die & duabus noctibus manſit in ſepulcro. Omnia clara ſunt.

¶ In reſponſione ad primũ, aduerte ꝙ auctoritas Eccleſiæ indubie credẽtis Chriſtum ſurrexiſſe prima ſabbathi in mane uel circa, & inde diem reſurrectionis diem Dominicũ nominauit, elidit omnes nouitates præſumentiũ hoc in dubiũ reuocare, & exponere Euangeliſtas ſuo ſenſu. Et propterea tales nõ audiẽdi, ſed uitãdi ſunt a piis Eccleſiæ auribus.

¶ In eadem reſponſione aduerte nouitiæ, ꝙ quilibet triũ naturaliũ dierũ mortis Chriſti, numeratur, accipiendo noctem pro prima parte eius: ſexta feria. n. incipit a nocte terminante diẽ Iouis, & ſimiliter ſabbathũ incipit a nocte terminante feriam ſextã, & ſimiliter Dominica incipit a nocte in qua Chriſtus ſurrexit. Dies vero creationis mundi numerantur, incipiendo a die ut a prima parte, ita quòd mane incipit dies, & durat uſque ad aliud mane excluſiue: ſecũda ſiquidẽ pars eius eſt nox. Et hoc notatur quũ dr, factũ eſt ueſpe & mane dies unus: a termino. n. lucis diurnæ dixit, Et factũ ẽ ueſpere, & a termino nocturnarũ tenebrarũ ſubiunxit, & mane, ita ꝙ ipſe ordo numerãdi mãifeſtat lucẽ priorẽ tenebris cõputatã. Ratio autẽ horum cõtrariorum ordinũ in litera hac redditur ſatis clara.

¶ In reſpõſione ad vltimum percipe nouitie, ꝙ ſicut dicim^9, media uita in morte ſumus, & nõ propter ea limitamus nos, quaſi diuidamus uitã in duas partes æquales, & ſimiliter geſta incluſo die dicimus facta media die, & ſubmerſos in mari dicimus in medio mari ſubmerſos, nõ diuidẽdo marẽ ĩ duas partes æquales, ita reſurrectionẽ in qua cũq; parte noctis factã, dicimus media nocte factã abſq; diuiſione noctis in duas partes aquales.

Inf. qu. 52. ar. 4 cor. & q. 53. art. 2. cor. Et opu. 3. c. 243. Et opu. 60. ca. 20. Et 1. cor. 15 l. 1.

*Ho. 21. in euange. declinãdo ad fin.

l. 4. c. 5. poſt med. t. 4.

ar. 6. q. præ.

t. c. 13. t. 4

l. 4. c. 6. in.

Hom. 21. in euang. non remote a fi.

In corp. art.

## QVAESTIO LII.

*De deſcenſu Chriſti ad inferos, in octo articulos diuiſa.*

DEinde conſiderandum eſt de deſcẽſu Chriſti ad inferos.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum fuerit conueniens Chriſtum ad inferos deſcendere.

¶ Secundo, In quem infernum deſcenderit.

¶ Tertio, Vtrum totus fuerit in inferno.

¶ Quarto, Vtrum aliquam moram ibi traxerit.

¶ Quinto, Vtrum ſanctos Patres ab inferno liberauerit.

¶ Sexto, Vtrum damnatos ab inferno liberauerit.

¶ Septimo, Vtrum liberauerit pueros in peccato originali defunctos.

¶ Octauo, Vtrum liberauerit homines de purgatorio.

¶ *Super Quæſtionis quinquageſimæſecundæ Articulum primũ.*

TItulus clarus. ¶ In corpore una concluſio: Conueniens fuit Chriſtum ad inferos deſcendere. Probatur tripliciter, Prima ratio completur ex reſponſione ad primũ. Secunda ratio, completur ex reſponſione ad ſecundum. Reſponſio ad tertiũ de motu Angelorum ſatis in Cõmenta. 1. partis tractata eſt.

¶ Super



## Articvlvs primvs.

*Vtrum fuerit conueniens, Chriſtum ad infernum deſcendere.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens Chriſtum ad infernum deſcendere. Dicit enim Aug.* in Epiſtol. ad Euodium, Nec ipſos quidem inferos uſpiam ſcripturarum in bono appellatos potui reperire: ſed anima Chriſti non deſcendit ad aliquod malum: quia nec animæ iuſtorũ ad aliquod malum deſcendunt. ergo uidetur quòd non fuerit conueniens, Chriſtum ad inferos deſcendere.

¶ 2 Præt. Deſcendere ad inferos, non poteſt Chriſto conuenire ſecundum diuinam naturam (quæ eſt omnino immobilis) ſed ſolum conuenire poteſt ei, ſecundum naturam aſſumptam. Ea uero, quæ Chriſtus fecit uel paſſus eſt in natura aſſumpta, ordinantur ad humanam ſalutem, ad quam non uidetur neceſſarium fuiſſe, quòd Chriſtus deſcenderit ad inferos: quia per paſſionem ſuam, quam in hoc mundo ſuſtinuit, nos liberauit a culpa & pœna, ut ſupra dictũ eſt.* non igitur fuit conueniens, quòd Chriſtus ad infernum deſcenderet.

¶ 3 Præter. Per mortem Chriſti ſeparata eſt anima a corpore eius, quod quidem ĩ ſepulcro poſitum fuit, ut ſupra habitum eſt.* Non autem uidetur, quòd ſecũdum animam ſolam ad infernum deſcenderit: quia anima, cum ſit incorporea, non uidetur quòd localiter poſſit moueri: hoc enim eſt corporum, ut probatur in ſexto Phyſ.* deſcenſus autem motum corporalem importat. non ergo fuit conueniens, quòd Chriſtus ad infernum deſcenderet.

Sed contra eſt, quòd dicitur in Symbolo, Deſcendit ad inferos. Et Apoſtolus dicit Epheſ. 4. Quòd autem aſcendit, quid eſt niſi quia & deſcendit primum ad inferiores partes terræ? gloſſ. id eſt ad inferos.

Respon. Dicẽdum, quòd conueniens fuit, Chriſtum ad infernum deſcendere. Primo quidem, quia ipſe uenerat pœnam noſtram portare, ut nos a pœna eriperet, ſecundum illud Iſa. 53. Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Ex peccato autem homo incurrerat non ſolum mortem corporis, ſed etiam deſcenſum ad inferos. Et ideo ſicut fuit conueniens, [d] eum mori, ut nos liberaret a morte ita conueniens fuit eum deſcendere ad inferos, ut nos a deſcenſu ad inferos liberaret: unde dicitur Oſeæ. 13. Ero mors tua o mors, ero morſus tuus inferne. Secundo, quia conueniens erat, ut uicto diabolo per paſſionem, uinctos eius eriperet, qui detinebantur in inferno, ſecundum illud Zacch. 9. Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui, emiſiſti uinctos tuos de lacu. Et Col. 2. dicitur, expolians principatus & poteſtates, traduxit confidenter. Tertio, ut ſicut poteſtatem ſuam oſtendit, in terra uiuendo & moriendo, ita etiam poteſtatẽ ſuam oſtenderet in inferno, ipſum uiſitando & illuminando: unde dicitur in Pſal. 23. Attollite portas principes ueſtras, glo. id eſt principes inferni auferte poteſtatem ueſtram, qua uſque nunc homines in inferno detinebatis, & ſic in nomine Ieſu omne genu flectatur, non ſolum cæleſtium, ſed etiam infernorum, ut dicitur Phil. 2.

Ad primvm ergo dicendum, quòd nomen inferorum ſonat in malum pœnæ, non autem in malum culpæ: unde decuit Chriſtum in infernum deſcendere, non tamquam ipſe eſſet debitor pœnæ, ſed ut eos qui erant pœnæ obnoxii, liberaret.

Ad 2^m dicendum, quòd paſſio Chriſti fuit quaſi quædam cauſa uniuerſalis humanæ ſalutis, tam uiuorum quàm mortuorum. Cauſa autem uniuerſalis applicatur ad ſingulares effectus per aliquid ſpeciale: unde ſicut uirtus paſſionis Chriſti applicatur uiuẽtibus per ſacramenta cõfigurantia [d] nos paſſioni Chriſti, ita etiam applicata eſt mortuis per deſcenſum Chriſti ad inferos. Propter quòd ſignanter dicitur Zach. 9. quòd eduxit uinctos in lacu de ſanguine teſtamẽti ſui, id eſt per uirtutem paſſionis ſuæ.

Ad 3^m dicendum, quòd anima Chriſti non deſcẽdit ad inferos eo genere motus, quo corpora mouentur, ſed eo genere motus, quo angeli mouentur, ſicut in prima parte habitum eſt.*

## Articvlvs II.

*Vtrum Chriſtus deſcenderit ad infernum damnatorum.*

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus deſcẽderit etiam ad infernum damnatorum: dicitur enim ex ore diuinæ Sapient. Eccleſ. 24. Penetrabo omnes inferiores partes terræ: ſed inter partes inferiores terræ computatur etiam infernus damnatorũ ſecundum illud Pſal. 62. Introibũt in inferiora terræ. ergo Chriſtus, qui eſt dei ſapientia, etiam uſq; ad infernum damnatorum deſcendit.

¶ 2 Præter. Act. 2. dicit Petrus, ꝙ deus Chriſtum ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni, iuxta quod impoſſibile erat teneri illum ab eo: ſed dolores non ſunt in inferno patrum, neque etiam in inferno puerorum, qui non puniuntur pœna ſenſus propter peccatum actuale, ſed ſolum pœna damni propter peccatum originale. ergo Chriſtus deſcẽdit in infernum damnatorum, uel etiam in purgatorium, ubi homines puniuntur pœna ſenſus pro peccatis actualibus.

¶ 3 Præter. 1. Pet. 3. dicitur ꝙ Chriſtus his qui in carcere cõcluſi erãt, ſpiritu ueniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquãdo: quod, ſicut Athanaſ.* dicit in Epiſtola ad Epictetum, intelligitur de deſcenſu Chriſti ad inferos: dicit enim ꝙ corpus Chriſti fuit in ſepulcro poſitum, quando ipſe perrexit prædicare his, qui in cuſtodia erãt, ſpiritibus; ſicut dixit Petrus. Conſtat autem quòd increduli erant in in-

¶ *Super Quæſtionis quinquageſimæ ſecundæ Articulũ ſecũdum.*

TItulus plus quęrit quàm exprimat: quærit enim in quem inferni locũ Chriſtus deſcendit, ut patet in diuiſione articulorum, explicat autem ſpecialiter de inferno dãnatorum, tamquàm de magis difficili.

¶ In corpore diſtinctionẽ bimembrẽ facit de eſſe alicubi dupliciter: uel ſecundum effectum, uel ſecundum ſubſtantiã, & iuxta ſingula mẽbra ſingulis concluſionibus reſpondet quæſito. Prima concluſio: Chriſtus ſecundum effectum deſcendit in quemlibet infernorum locum, & declaratur in tribus. Occurrit autem ſtatim hic dubium: quia non eſt ſufficienter probata cõcluſio ex tribus locis inferni. Nam datur quartus locus. ſ. limbus puerorũ, qui ſine aliquo fidei ſigno deceſſerunt. ſi ergo Chriſtus deſcẽdit ſecundũ effectum in quẽlibet, oportet & ꝙ in limbũ puerorũ aliquẽ effectum habuerit, & quòd Auctor defecerit, relinquendo hunc quartum locum.

¶ Ad hoc dr, ꝙ quia ſub ordine damnatorum comprehẽditur tota

ad 22. q. 2. ar. 1. q. 1. Et q. 4. 1. 4. 1. Et opu. 60 c. 2. princip. Et pſal. 99. in princ. & med. tom. 1

Q. 48. art. 6

Q. præc.

4 phy. te. 32.

Interli.

D. 98

1. p. q. 53

3. d. 22. q. 2. ar. 1. q. 2. Et opu. 60. c. 21 circa med.

Circa med. illius.

ferno damnatorum. ergo Chriſtus ad infernũ damnatorũ deſcendit.

¶ 4 Præt. Auguſt.* dicit in Epiſt. ad Euod. Si in illum Abrahæ ſinum, Chriſtum mortuum veniſſe ſacra ſcriptura dixiſſet, non nominato inferno eiuſque doloribus, miror, ſi quiſquam ad inferos eũ deſcendiſſe aſſerere auderet: ſed quia euidentia teſtimonia & infernum cõmemorant & dolores, nulla cauſa occurrit, cur illo credatur veniſſe Saluator, niſi vt ab eiſdem doloribus ſaluos faceret: ſed locus dolorum eſt infernus damnatorum. ergo Chriſtus in infernum damnatorum deſcendit.

* eſt epiſ. 99. inter princ. & me. to. 2.

¶ 5 Præt. Sicut Aug.* dicit in quodã ſermone de reſurrectione, Chriſtus ad infernum deſcendens, omnes ſanctos, qui originali peccato aſtricti tenebantur, abſoluit: ſed inter illos erat etiam Iob, qui de ſeipſo dicit, Iob. 17. In profundiſſimum infernum deſcendẽt omnia mea. ergo Chriſtus etiam vſque ad profundiſſimum infernum deſcendit.

* In ſerm. 2. de reſurrec. qui eſt ĩ or. 137. paulo a prin. tom. 10.

SED CONTRA eſt, quòd de inferno damnatorum dicitur, Iob 10. Antequã vadã, & non reuertar ad terram tenebroſam & opertam mortis caligine, vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Nulla autem eſt conuentio lucis ad tenebras, vt dicitur 2. ad Cor. 6. ergo Chriſtus qui eſt lux, ad illũ infernũ damnatorũ non deſcendit.

RESPON. dicendũ, ꝙ dupliciter dr̃ eſſe aliquid alicubi. Vno mõ per ſuum effectum, & hoc modo Chr̃s in quẽlibet infernorũ deſcẽdit, aliter tamẽ & aliter. Nam in infernũ dãnatorũ habuit hunc effectum, ꝙ deſcendens ad inferos, eos de ſua ĩcredulitate & malitia cõfutauit: illis vero, qui detinebantur in purgatorio, ſpem gloriæ conſequendę dedit. Sãctis aũt patribus, qui pro ſolo peccato originali detinebãtur in inferno, lumen ęternę gloriæ infudit. Alio modo, dicitur aliquid eſſe alicubi per ſuam eſſentiam, & hoc modo anima Chriſti deſcendit ſolum ad locũ inferni, in quo iuſti detinebantur, vt quos ipſe per gratiam interius viſitabat ſecundum diuinitatem, eos etiam ſecundum animã viſitaret & loco. Sic autem in vna parte inferni exi-

fota pars ſiniſtra Chriſti iudicis: ideo etiam Auctor ſub inferno damnatorum comprehendit etiam infernum puerorũ: vnuſquiſque effectus fuit communis omnibus, quamuis diuerſimode. Confutati enim ſunt omnes de malitia, & incredulitate: ſed infantes de ſola malitia originalis peccati, & incredulitate. quia nec propria nec parentum fide, incredulitatem euaſerunt. Secũda cõcluſio eſt: Anima Chriſti deſcendit ſecundũ ſubſtantiam ad ſolum infernum patrum. Manifeſtatur dupliciter. Primo, ex conuenientia cum effectu ibi, vt ſcilicet viſitaret loco ſecundum animam, quos viſitabat interius ſatiando deitate. Secundo, ex ſimilitudine ad paſſionem, vt ſicut in vna parte terræ, & cetera.

¶ Occurrit hic vnũ dubium: quia effectus Chriſti patientis omnes ſunt effectus non ſolius deitatis, ſed humanitatis Chriſti: & ſimiliter effectus Chriſti deſcendentis ad inferos, debent eſſe nõ ſolius deitatis. In litera autem ponitur effectus vnus infuſio luminis æternæ gloriæ: conſtat.n. Deum immediate infundere lumen gloriæ animabus. ergo.

¶ Ad hoc dicitur, quòd etiam ipſum lumen gloriæ conſequimur ex virtute paſſionis Chriſti, quæ ex hoc ipſo & nobis & illis aperuit cælum, quòd vtriſque impedimenta illius luminis abſtulit. Et quia, vt in præcedentis art. reſponſione ad ſecundum dicitur, virtus paſſionis Chriſti applicata eſt ad ſanctos, mediante diſcenſu Chriſti ad inferos, ſicut ad nos mediis ſacramentis, ideo ad infuſionem luminis gloriæ in ſanctis patribus operatus eſt deſcenſus animæ Chriſti, applicando ad eos virtutem ſuæ mortis, hoc eſt exequendo ſubſtantiali præſentia ablationem pœnæ, qua priuabantur lumine gloriæ, & ſic deitas immediate eos beauit: quibus tamen animam Chriſti inſtrumentaliter ipſum gloriæ lumen contuliſſe, non eſt impoſſibile. Ad beatitudinem enim ſufficit, quòd deitas immediate beet obiectiue. nam cum hoc ſtat quòd effectiue mediate beat, & cauſando mediante Chriſti anima inſtrumentaliter lumen gloriæ, & mediante ipſo lumine, ac anima beati, actum beatitudinis.

¶ In eodem 2. art. dubium occurrit propter Duran. in 3. Senten. diſt. 22. q. 1. art. 3. an deſcenſus Chriſti ad inferos, fuerit ſecundum ſubſtantiam animæ, vel ſolummodo ſecundum effectum. Durandus enim cuius ſtudium fuit contradicere diuo Thomæ, cum cogeretur concedere Chriſti ad inferos deſcenſum ſecundum animam, & nollet communi concordare doctrinæ, tradenti ipſam Chriſti animam fuiſſe præſentem in inferno, finxit modum quendam, quo ſola voce affirmaret Chriſti animam deſcendiſſe ad infernum, ſcilicet non per ſubſtãtiæ animæ præſentiam definitiuam, ſed ſolummodo per effectum. Probatque primo partem negatiuam ſic. Anima Chriſti non deſcendit ad inferos eo motus genere, quo angelus mouetur de loco ad locum. ergo, &c. Aſſumptum probatur: quia angelum moueri de loco ad locum, eſt ſucceſſiue operari in diuerſis locis: hoc autem non poteſt conuenire animę ſeparatę, quia anima ſeparata in nullo corpore ſeu loco poteſt operari, quia determinata eſt ex natura animæ ad non operandum in loco, niſi mediante proprio corpore, quo caret cum ſeparata eſt. Deinde probat partem affirmatiuam tripliciter. Primo, quia motus animæ ſeparatæ eſt, non per motum ſubiectiue in ipſa anima, ſed per effectum: quod probatur, quia hoc modo mouetur angelus. Secundo, quia in inſtanti mortis Chriſti, patres in limbo fuerunt beati, deſcenſus autem animæ Chriſti non fuiſſet in inſtanti mortis conſumatus, ſi ſecundum locum fuiſſet. Tertio, quia ſic Chriſtus fuit in inferno cum patribus, ſicut etiam fuit eodem die in paradiſo cum Latrone: ſed eſſe in paradiſo cũ Latrone, non ſignificat locum aliquem acquiſitũ aĩæ Chriſti. ergo nec eſſe in inferno ſignificat locũ aĩæ Chriſti. Et ſi dicatur diſtinguẽdo de paradiſo ſpirituali vel corporali, ita quoque diſtinguam de inferno, & dicam Chriſtum deſcendiſſe ad infernũ ſpiritualẽ, cum beatificauit patres rõne termini a quo. ſ. carẽtiæ diuinæ viſionis, & fuiſſe cum eiſdem in paradiſo ſpirituali rõne termini ad quem. ſ. fruitionis beatæ. Et ſubdit Duran. quòd licet hoc ſit probabiliter dictum, & ſatis videatur ſaluare articulũ fidei & dictũ ſcripturæ, nõ tamẽ eſt pertinaciter aſſerendum, nec nos negamus alium modũ eſſe forſitan tutiorẽ, fatemur tamen nos ignorare illũ: quæ vr̃ appoſuiſſe, timẽs erroneã eſſe poſitionẽ dictã. Ad huius euidentiã tria agẽda ſunt: primo, narrabitur veritas: ſecundo, vnde ſcitur: tertio, reſpõdebitur obiectis.

¶ Quo ad primum, quia aĩa ſeparata habet modũ eſſendi ſimilẽ angelis, pro quãto eſt per ſe ſubſiſtens ſine corpore, & habet eſſe in loco non circũſcriptiue, ſed definitiue ſicut angelus, ideo ſicut in cõi loquẽdo angelum dicimus eſſe in loco, pro quanto non ſolũ effectus eius, ſed ſubſtantia eius eſt in loco, hoc eſt ita ibi, ꝙ non alibi, ita animam ſeparatam in loco aliquo eſſe dicimus non rõne ſolius effectus, ſed quia ipſa eius ſubſtantia eſt ita ibi, quòd non alibi. Vnde ad propoſitũ deueniendo, aĩa Chriſti in triduo mortis fuit in inferno non rõne ſolius effectus, ſed rõne definitiuæ præſentiæ ſubſtantiæ ſuæ ad locum inferni, ita ꝙ eſſe in loco inferni, erat nonnulla pœnalitas, quã aĩa Chriſti pro noſtra ſalute ſuſtinebat, quã pœnalitatem humanæ naturæ propter originale peccatum Petrus Apoſt. Act. 2. dolores inferni appellauit, dũ dicit de Chriſto, quẽ deus ſuſcitauit ſolutis doloribꝰ inferni. Hæc de primo.

¶ Quo ad ſecũdũ, ex Symbolo Apoſtolorũ clare habetur, quòd Chr̃s deſcendit ad inferos & ex contextu ipſius Symboli clare patet, ꝙ de reali præſentia ipſius Chriſti, & non effectus eius intelligitur, qm̃ per modũ hiſtoriæ interponitur antecedentibus, & conſequentibus, & non aliter intellectis, quàm de ſimili reali præſentia, ut patet cum præponitur, Crucifixus, mortuus & ſepultus, & cum ſubiungitur. Surrexit a mortuis, aſcendit in cælos: cum.n. de reliquis nulla ſit quæſtio, nec de hoc intermedio debet eſſe qõ, quin de reali præſentia ſubſtantiæ Chr̃i intelligatr̃.

¶ Accedit ad hæc, ſacri expoſitio cõcilii generalis ſub Inno. III. extra de ſum. Trin. & fi. c. firmiter credimus, vbi dr̃ de Chriſto, Deſcendit ad inferos, reſurrexit a mortuis, & aſcendit in cælũ, ſed deſcendit in aĩa, & reſurrexit in carne, aſcenditq; pariter in vtroq;. Vbi clare ponitur deſcenſus in aĩa, & non dixit, in effectu aĩæ. Et rurſus, ſicut vere caro, quæ ceciderat a vita, reſurrexit in ſeipſa, & nõ in effectu, ita deſcẽdit vere in aĩa, & non in effectu. Et iterũ, ſicut cũ dr̃, ꝙ aſcendit pariter in vtroque. ſ. aĩa & carne, de ipſis & non de eorũ effectibus intelligitur, ita cũ dr̃, deſcẽdit in aĩa, de ipſa aĩa & nõ de eius effectu intelligendũ eſt. Et ſi ꝑ hæc verba non ſignificatur deſcenſus Chriſti in aĩa ſecũdũ ipſã ſubſtãtiã aĩæ, dicãt quæſo iſti opinãtes, quibus verbis vti debuerunt patres in cõcilio, ad ſignificandũ ipſius aĩæ in ſeipſa deſcenſum ad inferos? q̃.n. appoſuerunt ad articulũ fidei exponẽdũ, ꝙ deſcen-



ſtens effectum ſuum aliqualiter ad omnes inferni partes deriuauit, ſicut & in vno loco terræ paſſus, totum mundum ſua paſſione liberauit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Chriſtus qui eſt dei ſapientia, penetrauit omnes inferiores partes terræ, non localiter ſecundum animam, omnes circumeundo, ſed effectum ſuæ potentiæ aliqualiter ad omnes extendendo: ita tamen, quòd ſolos iuſtos illuminauit: ſequitur enim, Et illuminabo omnes ſperantes in domino.

AD 2m dicendum, quòd duplex eſt dolor, vnus de paſſione pœnæ, quem patiuntur homines pro peccato actuali, ſecundum illud Pſalm. 17. Dolores inferni circundederunt me. Alius autem dolor eſt de dilatione ſperatæ gloriæ, ſecundum illud Prouerb. 13. Spes quę differtur, affligit animam. quem quidem dolorem patiebantur ſancti patres in inferno, ad quod ſignificandum Auguſt.* in ſermone de reſurrectione, dicit, quòd lacrymabili obſecratione Chriſtum orabant. vtroſque autem dolores Chriſtus ſoluit ad inferos deſcendens: aliter tamen & aliter. Nam dolores pœnarum ſoluit,[d] præſeruando ab eis: ſicut medicus dicitur ſoluere morbum, a quo præſeruat per medicinam. dolores autem cauſatos ex dilatione gloriæ, actualiter ſoluit, gloriam præbendo.

* In ſer. 2. d[illegible] qui [illegible] 137. in [illegible] me [illegible] tom. 10.

D. 1054.

AD 3m dicendum, quòd illud, quod ibi dicit Petrus, a quibuſdam refertur ad deſcenſum Chriſti ad inferos, ſic exponentes verbum illud: His qui in carcere incluſi erant, ideſt inferno, ſpiritu, id eſt ſecũdum animam, Chriſtus veniẽs prædicauit, qui increduli fuerant aliquando. vnde & Dam.* dicit in 3. lib. quòd ſicut his, qui in terra ſunt, euãgelizauit: ita & his, qui in inferno: non quidem vt incredulos ad fidem cõuerteret, ſed vt eorum infidelitatem confutaret: q̃a ipſa prædicatio nihil aliud intelligi poteſt, quàm manifeſtatio diuinitatis eius, quæ manifeſtata eſt infernalibus per virtuoſum deſcenſum Chriſti ad inferos. Aug.* tamen melius exponit in epiſtola ad Euodium, vt referatur non ad deſcenſum Chriſti ad inferos: ſed ad operationem diuinitatis eius, quam exercuit a principio mũdi: ut ſit ſenſus, quòd his, qui in carcere concluſi erant viuentes, ſcilicet in corpore mortali (quod eſt quaſi quidam carcer animæ) ſpiritu ſuæ diuinitatis veniens prædicauit per internas inſpirationes, & etiam exteriores admonitiones per ora iuſtorum. His inquam prædicauit, qui increduli fuerant aliquando, Noe ſcilicet prædicanti, quando expectabant dei patientiã, per quam differebatur pœna diluuij: vnde ſubdit, in diebus Noe, cum fabricaretur arca.

* li. 3. orth. fid. c. 29.

* epiſt. 99. a med. illius tom. 2.

AD 4m dicendum, quòd ſinus Abrahæ poteſt ſecundum duo con

deſcendit in anima: ne liceret putari, ꝙ deſcendit Chriſtus nõ perſonaliter in naturæ humanæ anima, quam habebat, ſed ſolum ſecundum effectum.

¶ Vrget quoq; auctoritas Pſal. 15. iuxta expõnem Petri apoſtoli Act. 2. vbi Chriſtus dicit, Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionẽ. Ad literã enim nomen loci ſeu pœnæ oportet eſſe infernum: tum quoniã expreſsè dicitur, ꝙ in eo non eſt derelicta anima Chriſti, ſicut nec caro corrupta eſt in ſepulcro: tum quoniam ibidem huic eidem inferno attribuit Petrus apoſtolus non ſolum dolores, ſed quòd non poterat violentare Chriſtũ, cum dicit, Quem deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni, iuxta quod impoſſibile erat teneri illum ab eo, ſ. inferno. Hæc enim duo, ſcilicet quòd Chriſtus non poterat detineri ab inferno, & quòd Chriſtus ſecundum animam non eſt derelictus in inferno, manifeſte conuincunt animam Chriſti, & non ſolum eius effectum fuiſſe in inferno. Et ipſa commemoratio nõ derelictionis in inferno, inter diuina beneficia Chriſto collata, dum dicitur, Non relinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem, manifeſte monſtrat pœnalitatem aliquam in Chriſti anima ex hoc, quòd erat in inferno, a qua liberandam Propheta prædixerat. Et ſi hæc omnia ad ſolum effectum in inferno productum ab anima Chriſti applicentur, videbis quantum aberrauerit poſitio Durandi.

¶ Taceo, quòd fatemur Chriſtũ triduo in inferno fuiſſe, & iuxta eccleſiæ vocem in benedictione cerei, ab inferis aſcendiſſe, & ſolam illam noctem nouiſſe tempus, & horas, in qua Chriſtus ab inferis reſurrexit: hæc enim non poſſunt de ſpirituali inferno intelligi: quoniam ſpiritualis infernus abiectus eſt in principio effectus, quem anima Chriſti fecit in animabus patrum, nam ſtatim abiecta eſt carentia diuinæ viſionis. Ac per hoc dato, quòd poſſit colorari deſcenſus ad infernum per effectum: quia in principio attigit infernum ſpiritualem in partibus, qui eſt carentia diuinæ viſionis, vt terminum a quo: non poteſt tamen colorari, ꝙ triduo fuerit in inferno ſpirituali, nec quòd cum reſurrexit, aſcendit ab inferis. Præterea, quòd ſpectando ad effectum mortis Chriſti mediante anima, non poſſet ſolum dici, quòd Chriſtus deſcendit in inferos, ſed etiam quòd aſcendit in cælum, & quòd ad multa alia loca iuerit, in quibus triduo illo meritum animæ Chriſti effectum habuit: nam ad cælum ſpirituale iuit, beatificãdo latronem & alios: ad Hieruſalem iuit, contritionem, & ſpem diſcipulis dando, & ſic de alijs quæ poſſent fingi. Ex quibus & communi eccleſiæ ac doctorum ſenſu dicta poſitio non pro opinione, ſed pro errore habenda eſt. Hæc de ſecundo.

¶ Quo ad tertium reſpondendo obiectis dicitur ad primum, quòd licet in communi loquendo de animabus ſeparatis, nõ poſſit ſeparata anima operari operatione, quæ eſt vere motus in corpore ſeu loco aliquo, ad ſpecialem tamen ordinem diuinæ prædeſtinationis & prouidentię pertinentis ad id genus deſcendendo, poſſunt animę ſeparatę agere, & pati in corporibus, & locis ſecundum idem genus motus, quo moueri dicuntur angeli. Et ad ſpecialiſſima deſcẽdẽdo, cum anima Chriſti fuerit a principio ſuæ creationis ſuper omnes angelos, & potuerit in omnes mutationes tam naturales quàm miraculoſas (vt ſuperius patuit) vane obiicitur ĩpotentia animarum ſeparatarum reſpectu alieni corporis, cũ de anima Chriſti eſt ſermo.

¶ Ad primum autẽ ſecundo loco adductum, dicitur quòd motum angeli eſſe per effectum, & nõ per motum in ipſo exiſtentem: poteſt dupliciter intelligi. Primo, quòd ſolus effectus migret, aut quaſi migret de loco ad locum: & iuxta hunc ſenſum procedit argumẽtum, ſed falſum aſſumit: quoniam non ſolus effectus, ſed etiam angelꝰ ipſe migrat de loco ad locum. Alio modo intelligitur, quòd in angelo non eſt ſubiectiue motus localis, de quo in phyſicis tractatur: ſed ratione effectus, ideſt virtualis contactus mouetur, &c. verum dicitur, ſed non infert, ergo per ſolum effectum eſt in loco, niſi tamquam ratione eſſendi in loco. ita quòd ſicut corpus ratione quantitatis eſt in loco circumſcriptiue, & tamen ipſum corpus circumſcribitur loco, ita angelus ſeu anima ratione contactus virtualis eſt in loco definitiue, & tamen ipſa ſubſtantia animæ ſeu angeli definitur loco, ita ꝙ eſt ibi, & non alibi. Et ſic anima Chriſti licet ratione contactus virtualis fuerit in loco inferni, ipſa tamen ſubſtantia eius ita erat ibi, ideſt in loco inferni, vbi erant & animæ ſanctorum patrum, quòd non alibi.

¶ Ad ſecundum dicitur, falſum eſſe, quòd in inſtanti mortis Chriſti non potuerit anima Chriſti eſſe in limbo patrum præſentialiter: quoniam non inconuenit, quòd in toto tempore præcedenti inſtans mortis (quod eſt primum non eſſe humanitatis compoſitæ ex anima & corpore) animam Chriſti fuiſſe in corpore, & in illo inſtanti fuiſſe in inferno: ita quòd terminus a quo, ſcilicet eſſe in corpore ſeu receſſus a corpore, non menſuratur inſtanti: ſed tempore immediate præcedenti, & acceſſus ad terminum ad quem menſuratur inſtanti: quia in eo idem eſt fieri & factum eſſe. Et de his diffuſe dictum eſt in primo libro, cum de motu angelorum tractaretur.

¶ Ad tertium dicitur, quòd ſimilitudo de paradiſo & in-

ferno, nihil valet in propoſito; quoniã conſtat paradiſum metaphorice ſumi, cum dictum eſt, Hodie mecum eris in paradiſo. nam paradiſus proprie ſignificat hortum, ſeu delitias: quorum neutrum poteſt ibi proprie intelligi, ſed tãtum metaphorice. Infernus autem ꝓprie ſumitur ſecundum conſuetudinẽ ſcripturę, iuxta illud Gen. 37. Deſcendam ad filium meum lugens in infernũ: & ad Eph. 4. Deſcendit primum ad inferiores partes terræ: gloſſa, ad inferos. Hæc de tertio.

*li. 13. Moral. c. 22. a med.

ſiderari: vno modo, ſecundum quietem, quæ ibi erat a pœna ſenſibili, & quantum ad hoc non competit ei nec nomen inferni, nec ſunt ibi aliqui dolores. Alio modo poteſt cõſiderari, quantum ad priuationem gloriæ ſperatæ, & ſecundum hoc habet rationem inferni, & doloris: et ideo nunc dicitur ſinus Abrahæ illa requies beatorum, non tamen dicitur infernus, nec dicuntur nunc in ſinu Abrahæ eſſe dolores.

Ad 5m dicendum, quòd ſicut Greg.* ibidem dicit, ipſa ſuperiora loca inferni profundiſſimum infernum vocat. Si enim quantum ad celſitudinem cæli, aer iſte caliginoſus infernus eſt, quantum ad eiuſdem aeris altitudinem, terra quæ inferius iacet, & infernus intelligi, & profundũ poteſt. Quantum vero ad eiuſdem terræ altitudinem, & loca illa inferni, q̃ ſuperiora ſunt alijs receptaculis inferni, hoc modo inferni ꝓfundiſſimi appellatione ſignificãtur.

F totus fuit in inferno: quia tota perſona Chriſti fuit ibi ratione animæ ſibi vnitæ. totus etiam Chriſtus tũc erat vbique, ratione diuinæ naturæ.

Ad primum ergo dicendum, quòd corpus quod tunc erat in ſepulcro, non eſt pars perſonæ increatę, ſed naturæ aſſumptæ: et ideo per hoc quòd corpus Chriſti non fuit in inferno, non excluditur, quin totus Chriſtus fuerit: ſed oſtenditur, quòd nõ fuit ibi totum, quod pertinet ad humanam naturam.

Ad 2m dicendum, quòd ex anima & corpore vnitis, conſtituitur totalitas humanæ naturæ, non aũt totalitas diuinæ perſonæ: et ideo ſoluta vnione animæ

G & corporis per mortem, remanſit totus Chriſtus, ſed non remanſit humana natura in ſua totalitate.

Ad 3m dicendum, quòd perſona Chriſti eſt tota in quolibet loco, ſed non totaliter: quia nullo loco circumſcribitur: ſed nec omnia loca ſimul accepta, eius immenſitatem comprehendere poſſunt, quinimmo ipſe ſua immenſitate omnia comprehendit. Hoc autem locum habet in his, quæ corporaliter & circũſcriptiue ſunt in loco, quòd ſi totum ſit alicubi, nihil eius ſit extra: ſed hoc in deo locum non habet. vnde Aug * dicit in ſermone de ſymbolo, non per diuerſa tempora vel loca dicimus vbique Chriſtum eſſe totum, vt modo ibi totus ſit, & alio tempore alibi to-

H tus, ſed vt ſemper vbique ſit totus.

*lib. 1. de ſymb.

¶ *Super Quæſtionis quinquageſimæſecundæ Articulum tertium.*

Titulus ſicut ſonat intelligit. ¶ In corpore una eſt concluſio habẽs multas partes: ſcilicet in illo triduo Chriſtus fuit totus in ſepulcro, in inferno & vbique. Probatur: In morte Chriſti licet anima fuerit ſeparata a corpore, neutrum tamen fuit ſeparatum a perſona filij dei: ergo Chriſtus totus, &c. Probatur conſequentia: quia maſculinum genus refertur ad perſonã, neutrum autem ad naturam. Clara sũt omnia in litera.

* opuſc. 3. c. 236.

*q. 50. ar. 4.

## Articvlvs III.

### *Vtrum Chriſtus fuerit totus in inferno.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus non fuerit totus in inferno. Corpus n. Chriſti eſt pars eius: ſed corpus Chriſti non fuit in inferno. ergo totus Chr̃s non fuit in inferno.

¶ 2 Præt. Nihil cuius partes ab inuicem ſeparatæ ſunt, poteſt dici totum: ſed corpus & anima, quę ſunt partes humanæ naturæ, fuerunt ab inuicem ſeparata poſt mortem, vt ſupra dictum eſt.* Deſcendit autem ad infernum mortuus exiſtens. non ergo potuit eſſe totus in inferno.

¶ 3 Præt. Illud totum dicitur eſſe in aliquo loco, cuius nihil eſt extra locum illum: ſed aliquid Chriſti erat extra infernum: quia & corpus erat in ſepulcro, & diuinitas vbique. ergo Chriſtus non fuit totus in inferno.

Sed contra eſt, quòd Auguſtin.* dicit in lib. de ſymbolo: totus Filius apud Patrem, totus in cælo, totus in terra, totus in vtero Virginis, totus in cruce, totus in inferno, totus in paradiſo, quo latronem introduxit.

*lib. 3. c. 7. cir. princ. tom. 9.

Respon. Dicendum, quòd ſicut patet ex his, quæ in prima* parte dicta ſunt, maſculinum genus refertur ad hypoſtaſim vel perſonam, neutrum autem genus pertinet ad naturam. In morte autẽ Chriſti, licet anima fuerit ſeparata a corpore, neutrum tamẽ fuit ſeparatum a perſona filij dei, vt ſupra dictum eſt,* et ideo in illo triduo mortis Chriſti dicendum eſt, quòd totus Chriſtus fuit in ſepulcro: quia tota perſona fuit ibi per corpus ſibi vnitum, & ſimiliter

*P. p. q. 31. art. 2. ad 4. arg.

*q. 50. ar. 2. ad 3. & 4.

## Articvlvs IIII.

### *Vtrum Chriſtus aliquam moram traxerit in inferno.*

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus nullam moram traxerit in inferno. Chriſtus enim ad hoc in infernum deſcendit, vt ex eo homines liberaret: ſed hoc ſtatim ab eo fa-

I ctum eſt in ipſo ſuo deſcenſu: facile enim eſt in conſpectu dei, ſubito honeſtare pauperem, vt dicitur Eccle. 11. ergo videtur, quòd nullam moram in inferno traxerit.

¶ 2 Præt. Auguſt.* dicit in ſermone de reſurrect. quòd ſine aliqua mora, ad imperium domini ac ſaluatoris, omnes ferrei confracti ſunt vectes: vnde ex perſona angelorum concomitantium Chriſtum dicitur, Tollite portas principes veſtras. Ad hoc autem Chri-

K ſtus illuc deſcendit, vt vectes inferni conſtringeret. ergo Chriſtus in inferno nullam moram traxit.

¶ 3 Præt. Luc. 23. dicitur, quòd dominus in cruce pendens dixit latroni, Hodie mecum eris in paradiſo. Ex quo patet, quòd eodem die Chriſtus fuit in paradiſo: non autem ſecundum corpus, quod poſitum fuit in ſepulcro. ergo ſecundum animam, quę ad infernum deſcenderat: et ita videtur, quòd non traxerit moram in inferno.

¶ *Super Quæſtionis quinquageſimæſecundæ Articulum quartum.*

Titulus clarus. ¶ In corpore vnica cõcluſio: Credẽdum eſt animam Chriſti fuiſſe in inferno quandiu corpus eius fuit in ſepulcro. Probatur ex proportionali ſimilitudine: quia vtrumque effecit, ſcilicet deſcenſum ad inferos & poſitionẽ corporis in ſepulcro, vt noſtras in ſe pœnas ſuſciperet: ex hoc enim conuenientiſſime ſequitur, vt ambæ ſimul terminentur pœnę. ¶ Aduerte hic, ꝙ pœnalitates Chriſti vſque ad reſurrectionem eius durauerunt, vt manifeſte patet de pœna ſeparationis animæ a corpore: hanc enim conſtat ſuſtinuiſſe Chriſtum, vſque ad reſurrectionem ſuã. Vnde conuenientiſſime Auctor ex duratione pœnalitatis, quam in corpore ſuſcepit ſepulto, arguit æqualem durationem pœnalitatis ſuſceptæ in anima ex vilitate loci inferni. ¶ Cum autem audis pœnalitates Chriſti in



reſurrectione ſua terminatas, intellige de pœnis intrinſecis, hoc eſt ipſum Chriſtum afficientibus, & nõ pœnis externis. Hæ. n. non ſunt in illius reſurrectione terminatę: nam vſque ad conſummationem ſęculi, infamiæ pœnam, in mentibus hominũm nõ paucorũ dignatur ſuſferre, dum a magna orbis terrarum parte habetur purus homo: cum tamen ſibi debeatur, vt in eius nomine omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium & infernorum. Et ſicut ceteras pœnas ſuſcepit ſponte propter noſtram ſalutem, ita & hanc mira diſpenſatione ſuſtinet, non ſolum vt ſuauiter diſponatur regimen ac ſalus hominum, ſed vt ſuauiſſimo exemplo abſtrahamur a tam communi appetitu futuræ noſtræ memoriæ, ſeu immortalitatis famæ. Nam ex eo ꝙ Chriſtus iugem vſque ad conſummationẽ ſæculi, vult ſuſtinere infamiã, & haberi ſeductor &c. exẽplum dedit nobis deſpiciendi huiuſmodi immortalitatem famæ, & debemus caput nr̃m in hoc ſicut & in ceteris, imitari, ſi mẽbra eſſe illius cupimus.

Sed contra eſt, quòd Petr. dicit Act. 2. Quem deus ſuſcitauit, ſolutis doloribus inferni, iuxta quod impoſſibile erat teneri illum ab eo. ergo videtur, quòd vſque ad horam reſurrectionis manſerit in inferno.

Respon. Dicendum, quòd ſicut Chriſtus, vt noſtras pœnas in ſe ſuſciperet, voluit corpus ſuum in ſepulcro poni, ita etiam voluit animam ſuam ad infernum deſcendere. Corpus autem eius manſit in ſepulcro per diem integrum, & duas noctes, ad comprobandum veritatem mortis ſuæ. Vnde etiam tantundem credendum eſt, animam eius fuiſſe in inferno, vt ſimul anima eius educeretur de inferno, & corpus de ſepulcro.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Chriſtus ſtatim ad infernum deſcendens, ſanctos ibi exiſtentes liberauit, non quidem educendo eos de loco inferni, ſed in ipſo inferno, eos luce gloriæ illuſtrando. Et tamen conueniens fuit, vt tandiu anima eius remaneret in inferno, quamdiu corpus manebat in ſepulcro.

Ad 2m dicendum, quòd vectes inferni dicuntur impedimenta, quibus ſancti patres de inferno exire prohibebantur, reatu culpæ primi parentis: quos Chriſtus, ſtatim deſcendens ad inferos, virtute ſuæ paſſionis & mortis confregit. Et tamen voluit in inferno aliquamdiu remanere propter rationem prædictam.

Ad 3m dicendum, quòd illud verbum domini, eſt intelligendum nõ de paradiſo terreſtri corporeo, ſed de paradiſo ſpirituali: in quo eſſe dicuntur, quicumque diuina gloria perfruuntur. Vnde Latro, loco quidem cum Chriſto ad infernum deſcendit, vt cum Chriſto eſſet: quia dictum eſt ei, *Mecum eris in paradiſo: ſed præmio in paradiſo fuit: quia ibi diuinitate Chriſti fruebatur, ſicut & alij ſancti.

*Luc. 23.

¶ *Super Quæſtionis quinquageſimæſecundæ Articulum quintum.*

Titulus, vt ſonat. ¶ In corpore vna eſt concluſio: Chriſtus deſcendẽs ad inferos, ſanctos patres inde liberauit. Probatur: Per paſſionem Chriſti liberatum eſt genus humanum non ſolum a peccato, ſed ab omni reatu vtriuſque pœnæ. ſ. pro peccato actuali, & pro peccato originali. ergo Chriſtus deſcendẽs ad inferos, abſoluit ſanctos a reatu, quo erant a vita gloriæ excluſi. ergo deſcendens ad inferos, ſanctos patres inde liberauit. Prima conſequentia probatur, ex parte ipſius deſcenſus: quia Chriſtus deſcendens ad inferos operatus eſt in virtute ſuæ paſſionis: ex parte vero pœnæ, quia pœna originalis peccati erat mors corporalis, & excluſio a vita gloriæ, vt patet ex his, quæ habentur Gen. 2. & 3. Conſequentia autẽ ſecunda probatur: quia per hoc ſancti patres retinebantur in inferno, ꝙ eis ad vitam gloriæ aditus non patebat propter peccatum primi parentis. Et confirmatur concluſio auctoritatibus Zacha. & Apoſtoli. ¶ Aduerte hic, ꝙ Auctor myſtica vtitur expoſitione circa excluſionem hominis a paradiſo: dum eiectionẽ Adæ a terreſtri paradiſo ſignificare intelligit excluſionem hominis a ſpirituali paradiſo cæleſtis patriæ. ¶ In reſponſione ad primum aduerto, quòd cum hoc, quòd ſancti patres in limbo immunes eſſent a pœna ſenſus, ſtat dolor ſeu afflictio ex ſpe dilata: quia huiuſmodi dolor ſpectat ad pœnam damni, contra quam diuiditur pœna ſenſus: ita quòd cum negatur ab eis pœna ſenſus, intelligitur de pœna ſenſu diſtincta contra pœnam damni, & per ſe concomitantia illam. Nec eſt mirum, quietem ſanctorum patrum inquietudinem hãc habuiſſe admiſtam, cum ſanctorum animæ in patria cæleſti, non nihil inquietudinis habeant, qua ſuſpirant ad corporum reſurrectionem: ita vt dictum ſit illis. Suſtinete adhuc modicum tempus, donec adimpleatur numerus fratrũ veſtrorũ. Apocalip. 6. vtrorumque ſiquidem inquietudo, imperfectionis cuiuſdam in eis exiſtentis teſtis eſt.

*q. 50. ar. 6.

*in ſer. 2. de reſurre. qui eſt 137. in ordin. poſt med. to. 10.

* art. præc. ad 2. argu.

*q. 49. ar. 3. & q. 50. artic. 6.

* p. 2. q. 3. art. 8.

## Articvlvs V.

### *Vtrum Chriſtus deſcendens ad inferos, ſanctos patres inde liberauerit.*

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus deſcendens ad inferos, ſanctos patres inde non liberauerit. Dicit enim Auguſt. in epiſtola ad Euo-

A dium, †Illis iuſtis qui in ſinu erant Abrahæ, cum Chriſtus in inferna deſcenderet, nondum quid contuliſſet inueni, a quibus eum ſecundum * beatificam præſentiam ſuæ diuinitatis, numquam video receſſiſſe. Multum autem eis contuliſſet, ſi eos ab inferis liberaſſet. non ergo videtur, quòd Chriſtus ſctõs patres ab inferis liberauerit.

†eſt epi. 99. declinãdo ad mediũ illius, to. 2.

*Alias beneficam.

¶ 2 Præt. Nullus in inferno detinetur, niſi propter peccatum: ſed ſancti patres dum adhuc viuerẽt,

B per fidem Chriſti iuſtificati fuerãt a peccato. ergo non indigebant liberari ab inferno, Chriſto ad inferos deſcendente.

¶ 3 Præt. Remota cauſa, remouetur effectus: ſed cauſa deſcendendi ad inferos eſt peccatum, quod fuit remotum per paſſionem Chriſti, vt ſupra dictum eſt.* non ergo per deſcenſum Chriſti ad inferos, ſctĩ patres ſunt de inferno educti.

Sed contra eſt, quòd Auguſt.* dicit in ſermone de reſur-

C rectione, quòd Chriſtus quando ad inferos deſcendit, portam inferni & vectes confregit, & omnes iuſtos, qui originali peccato aſtricti tenebantur, abſoluit.

Respon. Dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt*) Chriſtus deſcendens ad inferos, operatus eſt in virtute ſuæ paſſionis. Per paſſionem autem Chriſti liberatum eſt genus humanum, non ſolum a peccato, ſed etiam a reatu pœnæ, vt ſupra dictum eſt.* dupliciter au-

D tem homines reatu pœnæ erant aſtricti. Vno modo pro peccato actuali, quod quilibet in ſua perſona commiſerat. Alio modo, pro peccato totius humanæ naturæ, quod a primo parente in omnes originaliter deuenit, vt dicitur Rom. 5. cuius quidem peccati pœna eſt mors corporalis, & excluſio a vita gloriæ (vt patet ex his, quæ dicuntur Gen. 2. & 3.) nam deus hominem de paradiſo poſt peccatum eiecit, cui ante peccatũ

E mortem fuerat comminatus, ſi peccaret. et ideo Chriſtus deſcẽdẽs ad inferos, virtute ſuę paſſionis ab hoc reatu ſanctos abſoluit, quo erant a vita gloriæ excluſi, vt poſſent deum per eſſentiam videre, in quo conſiſtit perfecta hominis beatitudo, vt in ſecunda parte dictum eſt.* Per hoc autem ſancti patres detinebantur in inferno, quòd eis ad vitam gloriæ, propter peccatum primi parentis, aditus non patebat. Et ſic Chriſtus deſcẽdens ad inferos, ſanctos Patres



ab inferis

ab inferis liberauit. Et hoc eſt quod dicitur Zacha.9. Tu vero in ſanguine teſtamenti tui, eduxiſti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Et Col.2. dicitur, quòd expolians principatus & poteſtates, ſ. infernales, auferendo Abrahaam, Iſaac & Iacob & ceteros iuſtos, traduxit eos, ideſt longe ab hoc regno tenebrarum, ad cęlum duxit, vt glo.* ibidem dicit.

* gl. inter. & ord. ſimul.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Aug.† ibi loquitur contra quoſdam, qui æſtimabant antiquos iuſtos ante aduentum Chriſti, in inferno doloribus pœnarum fuiſſe ſubiectos. Vnde * parum ante verba inducta præmittit dicens, Addunt quidam hoc beneficium antiquis etiam ſanctis fuiſſe conceſſum, vt domino cum in infernum veniſſet, a doloribus ſoluerentur; ſed quo nam modo intelligatur Abraham, in cuius ſinum etiā pauper ille ſuſceptus eſt, in illis fuiſſe doloribus, ego quidem nō video. et ideo cum poſtea ſubdit, ſe nondum inueniſſe quid deſcenſus Chrī ad inferos, antiquis iuſtis contulerit, intelligendum eſt quātum ad abſolutionem a doloribus pœnarum: contulit tamen eis quātum ad adeptionem gloriæ, & per conſequens ſoluit eorum dolorem, quem patiebantur ex dilatione gloriæ. Ex cuius tamen ſpe, magnum gaudium habebant, ſecundū illud Ioā.8. Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum: et ideo ſubdit, A quibus eum ſecūdum beatificam* præſentiam ſuæ diuinitatis, numquam video receſſiſſe, in quantum ſcilicet ante aduentum Chriſti erant beati in ſpe, licet nondum eſſent perfecte beati in re.

† loco citato in argu.
*eſt epi.99. ante med. tom.2.
Alias beneficam.

AD 2m dicendum, quòd ſancti patres dum adhuc viuerent, liberati fuerunt per fidem Chriſti ab omni peccato tam originali quàm actuali, & a reatu pœnæ actualium peccatorum: non tamen a reatu pœnæ originalis peccati, per quem excludebantur a gloria, nondum ſoluto pretio redemptionis humanæ: ſicut etiam nunc fideles Chriſti liberantur per baptiſmum a reatu actualium peccatorum, & a reatu originalis quantum ad excluſionem a gloria: remanent tamen adhuc obligati reatu originalis peccati, quantum ad neceſſitatem corporaliter moriendi: quia renouantur ſecundum ſpiritum, ſed nondum ſecundum carnem, ſecundum illud Roma.8. Corpus quidem mortuum eſt propter peccatum, ſpiritus vero viuit propter iuſtificationem.

AD 3m dicendum, quòd ſtatim Chriſto mortem patiente, anima eius ad infernum deſcendit, & ſuæ paſſionis fructum exhibuit ſanctis in inferno detentis, quamuis ex loco illo non exierint, Chriſto apud inferos commorante: quia ipſa Chriſti præſentia pertinebat ad cumulum gloriæ.

### ARTICVLVS VI.

*Vtrum Chriſtus aliquos damnatos ab inferno liberauerit.*

*¶ Super Quæſtionis quinquageſimæſecundæ Articulum ſextū.*

Titulus clarus. ¶ In corpore vna concluſio: Chriſtus deſcendens ad inferos, nullum dānatum ab inferno liberauit. Probatur: Chriſtus deſcēdēs ad inferos, operatus eſt in virtute ſuæ paſſionis. ergo liberatiōis fructum illis ſolis contulit, q̄ paſſioni Chriſti fuerunt coniūcti p fidē charitate formatā. ergo damnatis non contulit liberationis fructum. Prima conſequentia probatur: quia per illā tantum peccata tolluntur. ſecunda autem, quia damnati aut erant infideles aut ſine conformitate ad charitatem Chriſti patientis: ac per hoc in peccatis ſuis.

3. diſ.22. q.2. ar.2. q.2. Et opuſ.3. c.242.

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur, quòd Chriſtus aliquos damnatos ab inferno liberauerit. dicitur enim Iſa.24. Congregabuntur congregatione vnius faſcis in lacum, & claudentur ibi in carcere, & poſt multos dies viſitabuntur. Loquitur autem ibi de damnatis, qui militiam cæli adorauerant. ergo videtur, quòd etiā damnati, Chriſto deſcendente ad in-

F feros, ſint viſitati: quod ad eorum liberationem videtur pertinere.

¶ 2 Præt. Super illud Zacha.9. Tu autem in ſanguine teſtamenti tui, eduxiſti vinctos de lacu, ī quo non erat aqua, dicit glo.* Tu eos liberaſti, qui tenebantur vincti carcerib⁹, vbi nulla miſericordia eos refrigerabat, quam diues ille petebat: ſed ſoli damnati includuntur carceribus abſque miſericordia. G ergo Chriſtus liberauit aliquos de inferno damnatorum.

* gl. interlineari.

¶ 3 Præt. Potentia Chriſti non fuit minor in inferno, q̄ in hoc mūdo: vtrobique enim operatus eſt per potentiā ſuæ diuinitatis: ſed in hoc mundo, de quolibet ſtatu aliquos liberauit. ergo etiam in inferno liberauit aliquos etiam de ſtatu damnatorum.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Oſeæ 13. Ero mors tua o mors, morſus tuus ero inferne, glo.* Electos educendo, reprobos ibidem relinquendo: ſed ſoli reprobi ſunt in inferno damnati. ergo per deſcenſum Chriſti ad inferos, non ſunt aliqui de inferno dānatorum liberati.

* gl. interlineari.

H RESPON. Dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt*) Chriſtus deſcēdens ad inferos, operatus eſt in virtute ſuæ paſſionis: et ideo eius deſcenſus ad inferos, illis ſolis liberationis contulit fructum, qui fuerunt paſſioni Chriſti coniūcti per fidem charitate formatā, per quam peccata tolluntur. Illi autem qui erant in inferno damnatorū, aut penitus fidem paſſionis Chriſti non habuerant, ſicut infideles: aut ſi fidem habuerant, nullam conformitatem habebant ad charitatem Chriſti patientis. vnde nec a peccatis ſuis erant mundati. Et propter hoc deſcenſus Chriſti ad inferos non contulit eis liberationem a reatu pœnæ infernalis.

* art. ſex.

I AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Chriſto deſcēdente ad inferos, oēs qui erant in quacūque parte inferni, ſunt aliquāliter viſitati: ſed quidam ad ſuam cōſolationem, & liberationem, quidam autem ad ſuam confutationem & confuſionem, ſicut damnati. vnde ibidem ſubditur, Et erubeſcet luna, & confundetur ſol, &c. Poteſt etiam hoc referri ad viſitationem, qua viſitabuntur in die iudicij: non vt liberentur, ſed vt amplius condemnentur, ſecundum illud Sophoniæ. 1. viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis.

AD 2m dicendum, quòd cum dicitur in gloſ.* vbi nulla miſericordia eos refrigerabat, intelligēdum eſt, quantum ad refrigerium perfectæ liberationis: quia ſancti patres ab illis inferni carceribus ante Chriſti aduentum non poterant liberari.

* pœſa argu.

K AD 3m dicendum, ꝙ non fuit propter Chriſti impotentiam, ꝙ non ſunt aliqui liberati de quolibet ſtatu infernalium, ſicut de quolibet ſtatu mūdanorū: ſed propter diuerſam vtrorūq; conditionem. Nam homines quādiu viuunt, poſſunt ad fidem & charitatem cōuerti: quia in hac vita non ſunt homines confirmati in bono vel malo, ſicut poſt exitum ab hac vita.

### ARTICVLVS VII.

*Vtrum qui cum originali deceſſerant, fuerint a Chriſto liberati.*

*¶ Super Quæſtionis quinquageſimæſecundæ Articulū ſeptimū.*

Titulus clarus. ¶ In corpore vna eſt concluſio duplr probata. Concluſio eſt: Chrs deſcēdens ad inferos, nō liberauit pueros, q̄ cum peccato originali deceſſerant. Prima probatio eſt: Deſcenſus Chriſti ad inferos, in ſolis illis effectum liberationis habuit, qui per fidem & charitatem coniuncti erāt paſſioni Chriſti: ſed pueri habentes peccatū originale, non erant ſic coniuncti Chriſto: quia nec p propriam fidem & charitatem, nec in fide parentum, aut per aliquod fidei ſacramentum purgati erant: ergo. Secūda probatio eſt, Liberatio ab inferno, eſt admiſſio ad gloriam: ſed pueri cum originali nō potuerunt admitti ad gloriam. ergo. Maior manifeſtatur in liberatione ſanctorū patrum. Minor probatur, quia nullus admittitur ad gloriam, niſi præhabuerit gratiā, ad Ro.6. ſed pueri tales non habebant gratiam. ergo.

¶ In reſponſione ad tertium perſpice, ꝙ Auctor ſemper firmat doctrinam ſuā ſuper ſuaui diſpoſitione, qua Chriſtus æterna ſapientia diſponens omnia ſuauiter: mutabilibus de malo in bonum hominibus in hac vita, baptiſmū omnium liberatorium inſtituit: immutabilibus autem hominibus in alia vita deſcēſum ſuum ad inferos non omniū liberatorium, ſed eorum tantum, qui prius hoc meruerant, applicauit.

3. diſ.22. q.2. ar.2. q.3. Et opuſ.3. c.242.

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Videtur quòd pueri, qui cum originali deceſſerant,



fuerint per deſcenſum Chriſti liberati ab inferno: non enim tenebantur in inferno, niſi pro peccato originali, ſicut & ſancti patres: ſed ſancti patres ſunt ab inferno liberati per Chriſtum, vt ſupra dictū eſt.* ergo & pueri ſimiliter p Chriſtum ſunt ab inferno liberati.

* gl. interlineari. art. 4. huius q.

¶ 2 Præt. Apoſtolus dicit Ro.5. Si vnius delicto multi mortui ſūt, multo magis gratia dei & donum, in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti, in plures abundauit: ſed propter peccatum primi parentis, pueri cum originali peccato decedentes, in inferno detinentur. ergo multo magis per gratiam Chriſti ſunt ab inferno liberati.

¶ 3 Præt. Sicut baptiſmus operatur in virtute paſſionis Chriſti, ita & deſcenſus eius ad inferos, vt ex dictis patet.* ſed pueri per baptiſmum liberantur a peccato originali & ab inferno. ergo ſimiliter liberati ſunt per deſcenſum Chriſti ad inferos.

* art. 4. & 6.

SED CONTRA eſt, quòd Apoſtolus dicit Rom.3. quòd de⁹ propoſuit Chriſtum propitiatoré per fidem in ſanguine eius: ſed pueri, qui cum ſolo peccato originali deceſſerant, nullo modo fuerant participes fidei Chriſti. ergo non perceperunt fructum propitiationis Chriſti, vt per ipſum ab inferno liberarentur.

RESPON. Dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt*) deſcenſus Chriſti ad inferos, in illis ſolis effectum liberationis habuit, qui per fidem & charitatem paſſioni Chriſti coniungebantur, in cuius virtute deſcenſus Chriſti ad inferos liberatorius erat. Pueri autem, qui cum originali deceſſerant, nullo modo fuerant coniuncti paſſioni Chriſti per fidem & dilectionem: neque enim fidem propriam habere potuerant, quia non habuerant vſum liberi arbitrij: neq; per fidem parentū, aut per aliquod fidei ſacramentum fuerant a pctō originali mundati: & ideo deſcenſus Chriſti ad inferos, huiuſmodi pueros non liberauit ab inferno. Et prçterea ſancti patres ab inferno ſunt liberati, per hoc quòd ſunt ad gloriam diuinæ viſionis admiſſi, ad quā nullus poteſt peruenire, niſi per gratiam, ſecundum illud Rom.6. Gratia dei vita æterna. Cum igitur pueri cum originali decedentes, gratiam non habuerint, non fuerunt ab inferno liberati.

* art. præced.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſancti patres, etſi adhuc tenerentur aſtricti reatu originalis peccati, inquantum reſpicit humanam naturam, tamen liberati erant per fidem Chriſti ab omni macula peccati: & ideo capaces erant illius liberationis, quam Chriſtus attulit deſcēdens ad inferos: ſed hoc de pueris dici non poteſt, vt ex ſupra dictis patet.*

A AD 2m dicendum, ꝙ cum Apoſtolus dicit, ꝙ gratia dei in plures abundauit, ly plures, non eſt accipiendum cōparatiue: quaſi plures numero ſint ſaluati per gratiam Chriſti, q̄ damnati per peccatum Adæ, ſed abſolute, acſi diceret, ꝙ gratia vnius Chriſti abundauit in multos, ſicut & peccatum vnius Adæ peruenit ad multos: ſed ſicut peccatum Adæ ad eos tm̄ peruenit, qui per ſeminalem rationem carnaliter ab eo deſcenderunt, ita gratia Chriſti ad illos tm̄ peruenit, qui ſpirituali regeneratione, eius mēbra ſunt facti, quod nō competit pueris decedentibus cum originali pctō.

AD 3m dicendum, ꝙ baptiſmus adhibetur hominibus in hac vita, in qua homo poteſt tranſmutari de culpa in gratiam, ſed deſcenſus Chriſti ad inferos, B exhibitus fuit animabus poſt hanc vitam, vbi non ſunt capaces tranſmutationis prædictæ. & ideo per baptiſmum pueri liberantur a peccato originali & ab inferno: non autem per deſcenſum Chriſti ad inferos.

### ARTICVLVS. VIII.

*Vtrum Chriſtus ſuo deſcenſu liberauerit animas a purgatorio.*

*¶ Super Quæſtionis quinquageſimæſecundæ Articulum octauum.*

Titulus clarus. ¶ In corpore duæ ſunt concluſiones. Prima eſt: animæ in purgatorio tūc tales quales ſūt illæ, quæ nūc ibi detinentur, non fuerunt per Chriſti deſcēſum liberatæ. Secunda eſt: Animæ in purgatorio tales tunc quales ſunt, quæ nunc liberantur, fuerunt p Chriſti deſcenſum liberatæ. Probat vtraq; ſimul, Paſſio Chriſti non habet tranſitoriam, ſed ſempiternam virtutem. ergo non habuit, tunc maiorem efficaciā, quā nunc. ergo, &c. Antecedens probatur ad Hebræ.10. Secunda vero conſequentia probatur: quia deſcēſus Chriſti ad inferos fuit in virtute paſſiōis ſuæ liberatorius.

¶ Aduerte hic, ꝙ Auctor certa ſectatus, quid efficaciæ Chriſti deſcēſus ad inferos in purgatorio, tradit, addens in reſponſione ad primum, alterum genus tunc purgatorum: ita quòd duo ponit genera liberatorum a purgatorio in deſcenſu Chriſti, ſcilicet & illos, qui tunc purgationem ſuam impleuerant, exoluendo debitas pœnas, & illos, qui licet abſolute adhuc fuiſſent in purgatorio permanſuri: tā ta ta-

3. diſt. 22. q.2. art. 2. q.4. Et op. 3. capite 242.
* eſt epi.69. in ord epiſtolarū nō remote ā med. to.2.

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſt⁹ ſuo deſcēſu ad inferos, liberauerit aniC mas a purgatorio. dicit enim Auguſtinus in epiſtola ad Euodium,* quia euidentia teſtimonia, & infernum commemorant & dolores, nulla cauſa occurrit, cur illo credatur veniſſe ſaluator, niſi vt ab eiſdē doloribus ſaluos faceret: ſed vtrū oēs quos ī eis inuenit, an quoſdā, quos illo beneficio dignos iudicauit, adhuc requiro: fuiſſe tm̄ Chriſtum apud inferos, & in eorum doloribus cōſtitutis, hoc beneficium præſtitiſſe non dubito. non autem D præſtitit beneficium liberationis damnatis, ſicut ſupra dictum eſt.* Præter eos autem nulli ſunt in doloribus pœnalibus conſtituti, niſi illi, qui ſunt in purgatorio. ergo Chrs aīas de purgatorio liberauit.

* art. 6. huius q.

¶ 2 Præt. Ipſa Chriſti præſentia non minorem effectum habuit, quàm ſacramenta ipſius: ſed per ſacramenta Chriſti liberantur animæ a purgatorio, & præcipue per Euchariſtiæ ſacramentum, vt infra dicetur.* ergo multo magis E per præſentiam Chriſti ad inferos deſcendentis, ſunt animæ a purgatorio liberatæ.

* q.79. ar.2.

¶ 3 Præt. Chriſtus quoſcumque curauit in hac vita, totaliter curauit, vt Auguſt.* dicit in lib. de Pœnitentia. & Ioan.7. dominus dicit, Totum hominem ſaluum feci in ſabbatho: ſed Chriſtus eos, qui in purgatorio erant, liberauit a reatu pœnæ damni, quo excludebantur a gloria. ergo etiam liberauit eos a reatu pœnæ purgatorij.

* in lib. de vera & falſa pœnitē. c.9. poſt medium, to.4.

*li.13.c.20 circa finẽ.

ta tamen fuit eorũ deuotio ad Chriſti mortem ſeu redemptionem, vt meruerint in hac vita poſiti, quòd Chriſto deſcendente ad inferos, plenæ liberationis fructum reciperent. Et ſecundum hoc, rationabiliter dicitur, quòd Chriſtus deſcendens ad inferos, multos in purgatorio exiſtentes, qui non tam cito fuiſſent liberati, ex ſpeciali gratia deſcenſus ſui liberauit. Conſentaneum ſiquidem eſt, vt multæ perſonæ propinquæ tempori mortis Chriſti ante ipſum mortuæ, præparatæ ſint a deo, cum ſimili deuotione, vt ſicut naſcens Simeonem & Annam perfectos inuenit, & paſtores & magos præparatos, vt digni eſſent conſolatione natiuitatis ſuæ, ita moriens non ſolum Patres ſanctos perfectos, ſed etiam in purgatorio ſpeciali deuotione pręparatos inuenit, qui digni eſſent conſolari ex deſcenſu ad inferos liberatorio.

*art.4.5.6. & 7. huius quæſt.

F SED CONTRA eſt, quòd Greg.* dicit in 13. Moraliũ: Dum cõditor ac redemptor noſter clauſtra inferni penetrans, electorum exinde animas eduxit, nos illò ire non patitur, vnde iam alios deſcẽdendo liberauit: patitur autem nos ire ad purgatorium. ergo deſcendens ad inferos, animas a purgatorio non liberauit.

RESPON. Dicendum, quòd (ſicut ſæpe dictum eſt*) deſcenſus Chriſti ad inferos, liberatorius fuit in virtute paſſionis ipſius. G Paſſio autem eius non habet temporalem virtutem & tranſitoriam, ſed ſempiternam, ſecundũ illud Heb. 10. Vna oblatione conſumauit in ſempiternum ſanctificatos. Et ſic patet, quòd non habuit tunc maiorem efficaciam paſſio Chriſti, quàm habeat nunc: et ideo illi, qui fuerunt tales, quales nunc ſunt, qui in purgatorio detinentur, non fuerunt a purgatorio liberati per deſcenſum Chriſti ad inferos. Si qui autem inuenti ſunt H tales, quales etiam nunc virtute paſſionis Chriſti a purgatorio liberantur, nihil prohibet per deſcenſum Chriſti ad inferos, a purgatorio eſſe liberatos.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ex illa auctoritate Auguſt. non poteſt concludi, ꝙ omnes illi qui in purgatorio erant, fuerint a purgatorio liberati, ſed quòd aliquibus eorum fuerit hoc beneficium collatum, illis ſcilicet, qui iam ſufficienter purgati erant, vel etiam, qui dum adhuc viuerent, meruerũt per fidem & deuotionem ad mortem Chriſti, vt eo deſcendente, liberarentur a temporali purgatorij pœna. I

AD 2^m^ dicendum, quòd virtus Chriſti operatur

D.982. in ſacramentis [d] per modum ſanationis & expiationis cuiuſdam, vnde ſacramentum euchariſtiæ liberat hominem a purgatorio, inquantum eſt ſacrificium quoddam ſatisfactorium pro peccato. Deſcenſus autem Chriſti ad inferos, non fuit ſatisfactorius, operabatur tamen in virtute paſſionis, quæ fuit ſatisfactoria, vt ſupra habitum eſt:* ſed erat ſatisfactoria in generali, cuius virtutem oportebat applicari ad vnumquẽque per aliquid ſpecialiter ad ipſum pertinens: et ideo non oportet, quòd per deſcenſum Chriſti ad inferos, omnes fuerint a purgatorio liberati. K

*q.49.art. 3. & alijs eiuſdẽ qſt.

AD 3^m^ dicendum, ꝙ illi defectus, a quibus Chriſtus in hoc mundo ſimul homines liberabat, erant perſonales, proprie ad vnumquemque pertinentes: ſed excluſio a gloria dei, erat quidam defectus generalis, pertinens ad totam humanam naturam: et ideo nihil prohibet eos, qui erant in purgatorio, per Chriſtum eſſe liberatos ab excluſione a gloria: non autem a reatu pœnæ purgatorij, qui pertinet ad proprium defectum: ſicut econtrario ſancti patres ante Chriſti aduentum liberati ſunt a proprijs defectibus: non autem a defectu communi, ſicut ſupra dictum eſt.*

*q.49.ar.5.

## QVAESTIO LIII.

*De reſurrectione Chriſti, in quatuor articulos diuiſa.*

*¶ Super Quæſtionem quinquageſimam tertiam.*

Conſequẽter &c. Hic incipit vltimus tractatus de Chriſto, de pertinentibus, ſcilicet ad eius exaltationem.

CONSEQVENTER cõſiderandum eſt de his, quæ pertinent ad exaltationem Chriſti. Et primo, de eius reſurrectione. ſecundo, de eius aſcenſione. tertio, de eius ſeſſione ad dexteram Patris. quarto, de iudiciaria poteſtate ipſius.

### Circa primum occurrit quadruplex conſideratio.

Quarum prima eſt de ipſa Chriſti reſurrectione.
Secunda, de qualitate reſurgentis.
Tertia, de manifeſtatione reſurrectionis.
Quarta, de eius cauſalitate.

### Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, De neceſſitate reſurrectionis eius.
¶ Secundo, De tempore.
¶ Tertio, De ordine.
¶ Quarto, De cauſa.

*¶ Super Quæſtionis quinquageſimætertiæ Articulum primum.*

Titulus clarus. ¶ In corpore vna concluſio: Neceſſarium fuit Chriſtum reſurgere. Probatur quinque rationib9. Omnia clara ſunt in litera.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum fuerit neceſſarium Chriſtum reſurgere.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd non fuerit neceſſarium Chriſtum reſurgere. dicit enim Damaſc.* in 4. lib. Reſurrectio eſt ſecunda, eius quod diſſolutum eſt, & cecidit, animalis ſurrectio: ſed Chriſtus non cecidit per peccatum, nec corpus eius eſt diſſolutum, vt ex ſupra dictis patet.† non ergo proprie conuenit ſibi reſurgere.

*li.4. [illegible] fid.c.[illegible] princ. †q.51.a.[illegible]

¶ 2 Præt. Quicumque reſurgit, ad aliquid altius I promouetur: quia ſurgere eſt ſurſum moueri: ſed corpus Chriſti remanſit poſt mortem diuinitati vnitum, & ita non potuit in aliquid altius promoueri. ergo non competebat ſibi reſurgere.

¶ 3 Præt. Ea, quę circa humanitatem Chriſti ſunt acta, ad noſtram ſalutem ordinantur: ſed ſufficiebat ad ſalutem noſtram paſſio Chriſti, per quã ſumus liberati a pœna & culpa, vt ex ſupra dictis patet.* nõ ergo fuit neceſſarium, quòd Chriſtus a mortuis reſurgeret.

*q.4[illegible] & p[illegible]

SED CONTRA eſt, ꝙ dicitur Luc. vlt. Oportebat Chriſtum pati, & reſurgere a mortuis.

RESPON. Dicendum, ꝙ neceſſarium fuit Chriſtum reſurgere propter quinque. Primo quidem, ad K commendationem diuinæ iuſtitiæ, ad quam pertinet exaltare illos, qui ſe propter Deum humiliant, ſecundum illud Luc. 1. Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. quia igitur Chriſtus propter charitatem & obedientiam dei, ſe humiliauit vſque ad mortem crucis, oportebat quòd exaltaretur a deo, vſque ad glorioſam reſurrectionem. vnde ex eius perſona dicitur in Pſal. 138. Tu cognouiſti, i. approbaſti, ſeſſionem meam, i. humilitatem & paſſionem, & reſurrectionem meam, ideſt glorificationem in reſurrectione, ſicut glo.* exponit. Secundo, ad fidei noſtræ inſtructionem: quia per eius reſurrectionem confirmata eſt fides noſtra circa diuinitatem Chriſti, quia vt dicitur



A dicitur 2. ad Corinth. vlt. Et ſi crucifixus eſt ex infirmitate, ſed viuit ex virtute dei. et ideo primæ ad Cor. 15. dicitur, ſi Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides noſtra. Et in Pſalm. 29. dicitur, Quæ vtilitas in ſanguine meo, id eſt in effuſione ſanguinis mei, dum deſcendo, quaſi per quoſdam gradus malorum, in corruptionem? quaſi dicat, nulla. ſi enim ſtatim non reſurgo, corrumptumq́ue fuerit corpus meum, nemini annuntiabo, nullum lucrabor, vt gl.* exponit. Tertio, ad ſubleuationem nr̃æ ſpei, quia dum videmus Chriſtum reſurgere, qui eſt caput noſtrum, ſperamus & nos reſurrecturos. vnde dicitur primę ad Corin. 15. Si Chriſtus prædicatur, ꝙ reſurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, qm̃ reſurrectio mortuorum non eſt? Et Iob 19. di- B citur, Scio ſcilicet per certitudinem fidei, quòd redẽptor meus, ideſt Chriſtus, viuit, a mortuis reſurgens, & ideo in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Quarto, ad informationem vitæ fidelium, ſecundum illud Roman. 6. Quomodo Chriſtus reſurrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Et infra, Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur: ita & vos exiſtimate mortuos quidem eſſe peccato, viuentes aũt deo. Quinto, ad complementum noſtræ ſalutis: quia ſicut per hoc, ꝙ mala ſuſtinuit (humiliatus eſt) moriendo, vt nos liberaret a malis: ita glorificatus eſt reſurgendo, vt nos promoueret ad bona, ſecundum illud Rom. 4. Traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. C

*Pſal. 19. [illegible] ad [illegible] & in [illegible] Aug.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ licet Chriſtus non ceciderit per peccatum, cecidit tamen per mortem: quia ſicut peccatum eſt caſus a iuſtitia, ita mors eſt caſus a vita. vnde ex perſona Chriſti poteſt intelligi, quòd dicit Mich. 7. Ne læteris inimica mea ſuper me: quia cecidi, conſurgam. Similiter etiam licet corpus Chriſti non fuerit diſſolutum per incinerationem, ipſa tamen ſeparatio animæ a corpore, diſſolutio quędam fuit.

AD 2^m^ dicendum, quòd diuinitas erat carni Chriſti poſt mortem vnita vnione perſonali: non autem vnione naturę, ſicut anima vnitur corpori, vt forma ad conſtituendam humanam naturam. Et ideo per hoc, ꝙ corpus eius vnitum eſt animæ, promotum eſt in altiorem ſtatum naturæ, non autem in altiorem ſtatum perſonæ. D

AD 3^m^ dicendum, quòd paſſio Chriſti operata eſt noſtram ſalutem, proprie loquendo, quantum ad remotionem malorum: reſurrectio autem, quantum ad inchoationem & exemplar bonorum.

*¶ Super Quæſtionis quinquageſimætertiæ Articulum ſecũdum.*

Titulus clarus. ¶ In corpore vnica concluſio: Cõueniens fuit Chr̃m reſurgere tertio die. Probatur vna rõne literali, & quatuor myſticis. Et oĩa clare patent in lr̃a.

### ARTICVLVS II.

*Vtrum fuerit conueniens Chriſtum tertia die reſurgere.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens, Chriſtum tertia die reſurgere. mẽbra. n. debent capiti cõformari: ſed nos qui ſumus membra Chriſti, non reſurgimus a morte tertia die, ſed noſtra reſurrectio differtur vſq; ad finem mundi. ergo videtur quòd Chriſtus, qui eſt caput noſtrum, non debuerit tertia die reſurgere: ſed debuerit eius reſurrectio differri vſque ad finem mundi. E

¶ 2 Præt. Act. 2. dicit Petrus, quòd impoſſibile erat Chriſtum detineri ab inferno & morte: ſed quamdiu aliquis eſt mortuus, detinetur a morte. ergo videtur, quòd Chriſti reſurrectio non debuerit differri vſque ad tertiam diem, ſed ſtatim eadem die reſurgere, præcipue cum gloſ. ſupra* inducta, dicat, nullam eſſe vtilitatem in effuſione ſanguinis Chriſti, ſi non ſtatim reſurgeret.

* art. præc. in cor.

¶ 3 Præt. Dies incipere videtur ab ortu ſolis, qui ſua præſentia diem cauſat: ſed ante ortum ſolis Chriſtus reſurrexit: dicit̃. n. Io. 20 Quòd vna ſabbathi Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebræ eſſẽt, ad monumentum, & tñ Chriſtus iam reſurrexerat: qa ſequitur, et vidit lapidem ſublatum a monumento. non ergo reſurrexit Chriſtus tertia die.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Mat. 20. Tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die reſurget.

RESPON. Dicendum, quòd (ſicut dictum eſt*) reſurrectio Chriſti neceſſaria fuit ad inſtructionem fidei noſtræ. Eſt autem fides noſtra & de diuinitate & humanitate Chriſti: non enim ſufficit alterum ſine altero credere, vt ex prædictis patet.* et ideo ad hoc, ꝙ cõfirmaretur fides de veritate diuinitatis ipſius, oportuit quòd cito reſurgeret, & eius reſurrectio non differretur vſque ad finem mundi. Ad hoc autem, quòd confirmaretur fides de veritate humanitatis & mortis eius, oportuit moram eſſe inter mortem & reſurrectionem. ſi. n. ſtatim poſt mortem reſurrexiſſet, videri poſſet, ꝙ eius mors vera non fuerit, & per conſequens nec reſurrectio vera. Ad veritatem autem mortis Chriſti manifeſtandam, ſufficiebat ꝙ vſque ad tertiam diem eius reſurrectio differretur: quia non contingit, quin infra hoc tẽpus, in homine qui mortuus videtur cum viuat, appareant aliqua indicia vitæ. Per hoc etiam, quòd tertia die reſurrexit, commendatur perfectio ternarij: qui eſt numerus omnis rei, vtpote habens principium, medium & finem, vt dicitur in 1. de Cælo.* Oſtenditur etiam ſecundum myſterium, ꝙ Chriſtus vna morte ſua, (quę fuit lux propter iuſtitiam), ſ. corporali, duas noſtras mortes deſtruxit, ſcilicet corporis & animæ, quæ ſunt tenebroſæ propter peccatum: et ideo vna die integra & duabus noctib9 permanſit in morte, vt Auguſ.* dicit in 4. de Trin. Per hoc etiam ſignificatur, ꝙ per reſurrectionem Chriſti, tertium tempus incipiebat: nam primum fuit ante legem, ſecundum ſub lege, tertium ſub gratia. Incœpit etiam in Chriſti reſurrectione tertius ſtatus ſanctorum: nam primus fuit ſub figuris legis: ſecundus ſub veritate fidei: tertius erit in æternitate gloriæ, quam Chriſtus inchoauit reſurgendo.

*Ar. præced.
* 2. 2. q. 2. a. 1. 7. & 8.
*li. 1. tex. 2. tom. 2.
* lib. 4. c. 5. tom. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd caput & membra conformantur in natura, ſed non in virtute: excellentior eſt enim virtus capitis, q̃ membrorum: et ideo ad demonſtrandam excellẽtiam virtutis Chriſti, conueniens fuit, ipſum tertia die reſurgere, aliorũ reſurrectione dilata vſque ad finem mundi.

AD 2^m^ dicendum, quòd detentio coactionem quãdam importat: Chriſtus aũt nulla neceſſitate mortis tenebatur aſtrictus, ſed erat inter mortuos liber. et ideo aliquãdiu in morte manſit, non quaſi detentus, ſed propria voluntate, quãdiu iudicauit hoc eſſe neceſſarium ad inſtructionem fidei noſtrę: dicitur autem ſtatim fieri, quod fit breui interpoſito tempore.

AD 3^m^ dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt*) Chriſtus reſurrexit circa diluculum illuceſcente iam die, ad ſignificandum, quòd per ſuam reſurrectio-

* q. 51. art. ad 3.

nem nos ad lucem gloriæ inducebat: ſicut mortuus ē
adueſperaſcente iam die, & recedente in tenebras, ad
oſtendendum, ꝙ per ſuam mortem deſtrueret tene-
bras culpæ & pœnæ. Et tamen dicitur tertia die reſur
rexiſſe, accipiendo diem pro die naturali, qui continet
ſpatium 24. horarum. Et ſicut dicit Auguſt.* in 4. de
Trin. nox vſq; ad diluculum, quo domini reſurrectio
declarata eſt, ad tertium pertinet diem: quia deus, qui
dixit, de tenebris lucem clareſcere, vt per gratiam no
ui teſtamenti, & participationē reſurrectionis Chri-
ſti, audiremus: Fuiſtis aliquando tenebræ, nūc autem
lux in domino, inſinuat nobis quodammodo, quòd a
nocte dies ſumat initium: ſicut enim primi dies pro-
pter futurum hominis lapſum a luce ī noctem: ita iſti
propter hominis reparationem a tenebris ad lucem
computantur. Et ita patet, ꝙ etiam ſi media nocte ſur
rexiſſet, poſſet dici eum die tertia ſurrexiſſe, intelligen
do de die naturali. nunc autem cum diluculo ſurrexe
rit, poteſt dici, quòd tertia die ſurrexit, etiam accipien
do diem artificialem, quæ cauſatur ex præſentia ſolis:
quia iam ſol incipiebat aerem illuſtrare. vnde & Mar.
vltim. dicitur, quòd mulieres venerunt ad monumen
tum orto iam ſole, quod non eſt contrarium ei, quod
Ioan. dicit, Cum adhuc tenebræ eſſent, vt Auguſt.* di-
cit in libr. de conſenſu euangeliſtarum: quia die ſur-
gente, reliquiæ tenebrarum tanto magis extenuātur,
quanto magis oritur lux. Quòd autem dicit Marcus,
Orto iam ſole, non ſic accipiendum eſt, tāquam iam
ſol ipſe videretur ſuper terram, ſed tamquam de pro-
ximo adueniente in has partes.

*lib. 4. c. 5. ante med. tom. 3.

*li. 3. c. 24. inter prin. & mediū, tom. 4.

*¶ Super Quæſtionis quinquageſimætertiæ Articulum tertium.*

IN titulo ly primo, ſignificat ordinem temporis, ita quòd ſenſus eſt, Vtrum Chriſtus ante omnes alios reſurrexerit, ita quòd nullus ante eum reſurrexerit.

¶ In corpore ponitur vna diſtinctio bimembris de reſurrectiōe perfecta vel imperfecta: & iuxta ſingula membra ſingulæ concluſiones. Altera eſt: Multi ante Chriſtum ſurrexerunt reſurrectione imperfecta, vt patet de Lazaro & alijs reſuſcitatis ante ipſū. Altera eſt, Chriſtus primo reſurrexit reſurrectiōe perfecta: quia primo venit ad vitam penitus immortalem. Omnia clara ſunt in litera.

¶ In reſpōſione ad ſecundum circa diuerſam opinionem de reſurrectione illorum, qui cū Chriſto ſurrexerunt, rationabile videtur ꝙ ſurrexerint perfecte ad vitam, ſcilicet penitus immortalem,

4. diſt. 42. art. 3. q. 1. ad 3. Et op. 3. cap. 243. 246. & 247. fi. Et 1. Cor. 15. lect. 3. ī prin. Et ad Col. 1. lec. 5.

ARTICVLVS III.

*Vtrum Chriſtus primo reſurrexerit.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd Chriſtus
non primo reſurrexerit: nam in ve
teri teſtamento per Heliam & He-
liſæum aliqui reſuſcitati leguntur,
ſecundum illud Hebræ. 11. Acce-
perunt mulieres de reſurrectione
mortuos ſuos. Similiter & Chri-
ſtus ante paſſionem ſuā tres mor-
tuos ſuſcitauit. non ergo Chriſtus
fuit primus reſurgentium.

¶ 2 Præt. Matth. 27. inter alia mi
racula, quæ in paſſione Chriſti ac-
ciderunt, narratur quòd monumē
ta aperta ſunt: & multa corpora
ſanctorum, qui dormierant, ſurre-
xerunt. non ergo Chriſtus fuit pri-
mus reſurgentium.

¶ 3 Præt. Sicut Chriſtus per ſuā
reſurrectionem eſt cauſa noſtræ re
ſurrectionis: ita per ſuam gratiam
eſt cauſa noſtræ gratiæ, ſecundum
illud Ioan. 1. De plenitudine eius
nos omnes accepimus: ſed alij
prius tempore gratiam habuerunt
quàm Chriſtus, ſicut omnes pa-
tres veteris teſtamēti. ergo etiam
aliqui prius ad reſurrectionem cor
poralem peruenerunt, ꝙ̄ Chriſtus.

SED CONTRA eſt, quòd
dicitur primæ ad Corin. 15. Chri-
F ſtus reſurrexit a mortuis, primitiæ
dormientium gl.* quia prius tem-
pore & dignitate ſurrexerit.

RESPON. Dicendum, quòd
reſurrectio eſt reparatio a morte ī
vitam. Dupliciter autē aliquis eri-
pitur a morte. Vno modo, ſolum a
morte in actu, vt ſcilicet aliquis vi
uere incipiat qualitercūque, poſt
quam mortuus fuerat. Alio mo-
do, vt aliquis liberetur non ſolum
a morte, ſed etiam a neceſſitate, &
quod plus eſt, a poſſibilitate mo-
G riendi. Et hæc eſt vera & perfecta
reſurrectio: quia quamdiu aliquis
viuit ſubiectus neceſſitati morien
di, quodammodo mors ei domina
tur, ſecundum illud Rom. 8. Cor-
pus quidem mortuum eſt propter
peccatum. Illud etiam quod poſſi-
bile eſt eſſe, ſecundum quid dici-
tur eſſe, ideſt, potentialiter. Et ſic
patet, quòd illa reſurrectio, qua
quis eripitur ſolū ab actuali mor-
te, eſt reſurrectio imperfecta. Lo-
quendo igitur de reſurrectione ꝑ-
H fecta, Chriſtus eſt primus reſurgē-
tium: quia ipſe reſurgendo, primo
peruenit ad vitam penitus immor
talem, ſecundum illud Roman. 6.
Chriſtus reſurgēs ex mortuis, iam
non moritur: ſed reſurrectione im
perfecta, quidam alij ſurrexerunt
ante Chriſtum, ad præmonſtrandū
quaſi ī quodam ſigno reſurrectio-
nem ipſius. Et ſic patet reſponſio
ad primum: quia & illi qui ſuſci-
tati in veteri teſtamento ſunt, &
illi q ſuſcitati ſunt a Chrō, ſic redie
I runt ad vitā, vt iterū morerentur.

AD 2^m dicendum, quòd de il-
lis, qui reſurrexerūt cum Chriſto,
duplex eſt opinio: quidam enim
aſſerunt, quòd redierunt ad vitam
tamquam non iterum morituri:
quoniam magis illis eſſet tormen-
tum ſi iterum morerentur, quàm
ſi non reſurgerent. Et ſecundū hoc
intelligendum erit, ſicut Hier.* di-
cit ſuper Matth. quòd non ante ſur
rexerunt, quàm reſurgeret domi-
nus. vnde & Euangeliſta dicit, ꝙ
K exeuntes de monumentis, poſt re-
ſurrectionem eius venerunt in ſan
ctam ciuitatem, & apparuerunt
multis: ſed Auguſt.* in epiſtola ad
Euodium hanc opinionem com-
memorans dicit, Scio quibuſdam
videri morte domini Chriſti iam
talem reſurrectionem præſtitam
iuſtis, qualis nobis in fine pro-
mittitur. Qui ſi non iterum repo-
ſitis corporibus dormierunt, vi-
dendum eſt, quomodo intelliga-
tur Chriſtus primogenitus a mor-
tuis, ſi eum in illam reſurrectionē

vt beatitudo corporis in Chriſto haberet ſocios: minus enim corporalis felicitas aliquid habere videtur, ſi deſit corporalis ſocietas: eſt enim homo ſecundum vitam corpoream animal ſociale, non ſolum propter indigentiam neceſſariorum ad vitam (vt in hoc mundo contingit) ſed etiam propter naturalem delectationem in ipſa corporali conuerſatione conſiſtentem. Rationes autem in litera ex beato Aug. diſputatæ ad oppoſitum facile ſolutionem recipiūt. nam verbum Petri Apoſtoli & a Hiero. contra fertur, quòd ſcilicet Petrus dixit, Cuius ſepulchrum apud nos eſt, quaſi non auſus fuerit dicere, cuius corpus apud nos eſt. & efficax inuenitur teſtimoniū Petri: quia ex hoc, quòd ſepulchrum Dauid tanto tempore apud eos perſeuerauit, vt continens ipſum Dauid (hoc enim ſignificat ſepulcrū eius) ita quòd nulla fuit vnquam in tanto tempore ambiguitas, quin Dauid perſeueraret in ſuo ſepulchro, conſequens eſt, quod non de ipſo Dauid dictum fuerit, Non dabis ſanctum tuū videre corruptionē. Conſiſtit ergo teſtimoniū Petri ī hoc, ꝙ ſepulchrum Dauid inquantum ſepulchrū Dauid, tanto tēpore apud nos perſeuerauit: licet forte tunc Chrō reſurgente, corp^9 eius amplius ibi nō eēt.

¶ Verbum autem apoſtoli Pauli, Vt non ſine nobis conſumarentur, & poteſt referri ad cōſumationem beatitudinis ſubſtantialis, qua modo conſumati ſunt oēs ſancti in patria. Et hoc literæ vr̄ ſufficere: q a loquitur de cæleſti patria, vt diſtinguitur contra viæ peregrinationem, & poteſt nihilominus dici, quòd verbum Apoſtoli eſt generale

*gl. interl. ... [illegible]

* in illud Matt. ... multa corpora ſanctorū, ...

*epi. 99. ... longe ... med. ...



ad patres veteris teſtamenti: veritati autem regulæ generalis non aduerſatur paucorum exceptio ex ſpeciali gratia. Poteſt & tertio dici, quòd illi qui perfecte ſurrexerunt cum Chriſto, non ſunt ſine nobis cōſumati: quia nr̄o tpe ſūt cōſumati. ſ. tpe reuelatæ gratię, & inchoatæ gloriæ.

tot præceſſerunt. Quòd ſi reſpon-
A detur, hoc eſſe dictum per antici-
pationem, vt monumenta illo ter
ræ motu aperta intelligantur, cum
Chriſtus in cruce penderet, reſur-
rexiſſe aūt iuſtorum corpora non
tunc, ſed cum ille prior reſurrexiſ-
ſet: ſed adhuc reſtat qđ moueat,
quomodo Petrus non de Dauid,
ſed de Chriſto aſſeruit fuiſſe præ-
dictum, carnem eius non vidiſſe
corruptionē, per hoc quòd apud
eos erat monumentum Dauid, &
ſic illos non conuincebat, ſi corpus Dauid ibi iam nō
B erat: quia etſi ante in recenti ſua morte reſurrexiſſet,
nec caro eius vidiſſet corruptionem, poſſet illud mo
numentum manere: durum autem videtur, vt Dauid
non fuerit in illa reſurrectione iuſtorum, ſi eis iam
æterna donata eſt, cuius Chriſtus ex ſemine commen-
datur. Periclitabitur etiam illud quod ad Hebr. de iu
ſtis antiquis dicitur, Ne ſine nobis perficerentur, ſi iā
in illa reſurrectionis incorruptione conſtituti ſunt,
quo nobis perficiendis in fine promittitur. ſic ergo
Aug.* ſentire videtur, quòd reſurrexerint iterum mo
rituri. Ad quod etiam videtur pertinere, quòd Hier.†
dicit ſuper Matth. Quòd ſicut Lazarus reſurrexit, ſic
& multa corpora ſanctorum reſurrexerunt, vt Domi
C num oſtēderent reſurgentem: quàmuis hoc in ſermo-
ne de aſſumptione ſub dubio relinquat, rationes ta-
men Auguſt. multo efficaciores videntur.

AD 3^m dicendum, quòd ſicut ea, quæ præceſſerunt
Chriſti aduentum, fuerunt præparatoria ad Chriſtū,
ita gratia eſt diſpoſitio ad gloriā: & ideo ea, quæ ſunt
gloriæ, ſiue quantum ad animam, ſicut perfecta dei
fruitio, ſiue quantum ad corpus, ſicut reſurrectio glo
rioſa, prius tempore debuerunt eſſe in Chriſto, ſicut
in auctore gloriæ: gratiam vero conueniebat prius eſ-
ſe in his, quæ ordinabantur ad Chriſtum.

*¶ Super Quæſtionis quinquageſimætertiæ Articulū quartum.*

Titulus, de cauſa effectiua quærit.

¶ In corpore ponitur vna diſtinctio bimembris cū duabus cōcluſionibus ſecūdum membra. Diſtinctio eſt. Tam anima quàm caro Chriſti mortui pōt conſiderari dupl'r, vel ratione ſuæ naturę, vel rōne deitatis coniunctæ. Prima concluſio eſt. Tam anima quàm caro Chriſti ratione deitatis cauſauit ipſam reſurrectionem: & probatur ex auctoritate Apoſtoli. Secunda concluſio eſt: Nec anima, nec caro Chriſti virtute ſuæ naturę cauſauit reſurrectionē, ſed ſic oportuit Chriſtum reſuſcitari a deo. Et ideo vtrumque inuenitur in ſacra ſcriptura, ſ. & quòd Chriſtus reſurrexit ex virtute, & quòd Chriſtus ſuſcitatus eſt a deo, & petit & meruit reſurrectionem &c. Omnia clara ſunt in litera.

† In ppl. ver ... epiſ. ... tom. 2. ... loco ... circa ... ſolu. ... hu...

ARTICVLVS IIII.

*Vtrum Chriſtus fuerit cauſa ſuæ reſurrectionis.*

D

AD QVARTVM ſic proce-
ditur. Videtur quòd Chriſtus
non fuerit cauſa ſuæ reſurrectio-
nis. Quicumque enim ſuſcitatur
ab alio, non eſt ſuæ reſurrectionis
cauſa: ſed Chriſtus ſuſcitatus eſt
ab alio, ſecundum illud Actu. 2.
Quem deus ſuſcitauit ſolutis do-
loribus inferni. & Rom. 8. Qui ſu
ſcitauit Ieſum Chriſtū a mortuis,
E viuificabit & mortalia corpora
noſtra &c. ergo Chriſtus non eſt
cauſa ſuæ reſurrectionis.

¶ 2 Præt. Nullus dicitur mereri,
vel ab alio petit aliquid, cuius ip-
ſe eſt cauſa: ſed Chriſtus ſua paſ-
ſione meruit reſurrectionem, ſi-
cut Augu.* dicit ſuper Ioan. quòd
humilitas paſſionis meritum eſt
glorię reſurrectionis, ipſe ēt petijt
a patre ſe reſuſcitari, ſecundum il-
lud Pſal. 40. Tu aūt Domine miſe-
rere mei, & reſuſcita me. ergo non
A fuit cauſa ſuæ reſurrectionis.

¶ 3 Præt. Sicut Damaſc.* probat in
4. lib. reſurrectio non eſt animæ,
ſed corporis, quod per mortem
cadit. Corpus autem non poteſt
ſibi animam vnire, quæ eſt eo no-
bilior. ergo id, quod reſurrexit in
Chriſto, non potuit eſſe cauſa ſuæ
reſurrectionis.

SED CONTRA eſt, ꝙ Domi-
nus dicit Ioan. 10. Nemo tollit animam meam a me,
ſed ego pono eam, & iterum ſumo eam: ſed nihil eſt
aliud reſurgere, quàm iterato animam ſumere. ergo
videtur quòd Chriſtus propria virtute reſurrexerit.

B RESPON. Dicendum, quòd, ſicut ſupra dictum
eſt,* per mortem non fuit ſeparata diuinitas, nec ab
anima Chriſti, nec ab eius carne. poteſt igitur tam
anima Chriſti mortui, quàm eius caro conſiderari du
pliciter, vno mō, ratione diuinitatis: alio modo, ra-
tione ipſius naturæ creatæ. Secundum igitur vnitæ di
uinitatis virtutem, & corpus reſumpſit animam,
quam depoſuerat, & anima corpus reſumpſit, quod
dimiſerat, & ſic Chriſtus propria virtute reſurrexit.
Et hoc eſt, quod de Chriſto dicitur 2. ad Corinth. vlt.
quòd & ſi crucifixus eſt ex infirmitate noſtra, ſed vi-
uit ex virtute dei: ſi autem conſideremus corpus &
animam Chriſti mortui, ſecundum virtutem naturæ
C creatæ, ſic non potuerunt ſibiinuicem reuniri, ſed
oportuit Chriſtum reſuſcitari a deo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd eadem eſt
diuina virtus & operatio Patris & Filij. Vnde hæc
duo ſe ſe conſequuntur, quòd Chriſtus ſit ſuſcitatus
diuina virtute Patris, & ſuiipſius.

AD 2^m dicendum, quòd Chriſtus orando petijt &
meruit ſuam reſurrectionem inquantum homo: non
autem inquantum deus.

AD 3^m dicendum, quòd corpus ſecundum natu-
ram creatam non eſt potentius anima Chriſti, eſt ta-
men ea potentius, ſecundum virtutem diuinam: quę
etiam rurſus ſecundum diuinitatem vnitam eſt po-
tentior corpore, ſecundum naturam creatam: & ideo
D ſecundum virtutem diuinam corpus & anima mu-
tuo ſe reſumpſerunt; non autem ſecundum virtu-
tem naturæ creatæ.

*Tract. 104. ... non ... a ſi. ...

Li. 4. Orth. ſid. cap. vlt.

q. 50. art. 2. & 3.

*QVAESTIO LIIII.*

*De qualitate Chriſti reſurgentis, in quatuor articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt, de qualitate Chriſti reſurgentis.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrū poſt reſurrectionem Chriſtus habuerit verū corpus.

¶ Secundo, Vtrum reſurrexerit cū corporis integritate.

¶ Tertio, Vtrum corpus eius fuerit glorioſum.

¶ Quarto, De cicatricibus in corpore eius apparentibus.

*¶ Super Quæſtionis quinquageſimæquartæ Articulum primum.*

IN titulo, verum ſumitur, vt diſtinguitur contra apparens, ita quòd apparentia excludit non ſolū a corpore, ſed a natura tali, ſcilicet humana. Idemque eſt quærere, an habuerit verum corpus, & an habuerit in veritate corpus humanum.

¶ In corpore ē vna concluſio: Corpus Chriſti poſt reſurrectionem fuit verum corpus eiuſdem naturæ, cuius fuerat prius. Probatur dupliciter, Primo, illud reſurgere dicitur qđ cecidit.

cecidit. ergo oportuit, ut idem corpus Chriſti eidem animæ uniretur in reſurrectione. ergo corpus Chriſti poſt reſurrectionem fuit uerum eiuſdem naturæ corpus. Antecedens ex Damaſc. auctoritate. Prima conſequentia probatur ex ratione reſurrectionis. Secunda autem ex hoc, quòd ueritas naturæ corporis eſt ex forma. Secũdo, probatur concluſio ex oppoſito. Si corpus Chriſti fuiſſet phantaſticum, non fuiſſet uera, ſed apparens illius reſurrectio. Reliqua in reſponſionibus argumentorum tacta inferius in proprijs locis tractanda ſunt.

Infra art.3. cor. Et op. 60. cap.22.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum Chriſtus poſt reſurrectionem habuerit uerum corpus.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ Chriſtus poſt reſurrectionem non habuerit verũ corpus. Verum enim corpus non poteſt ſimul eſſe cum alio corpore in eodẽ loco: ſed corpus Chriſti poſt reſurrectionem fuit ſimul cũ alio corpore in eodem loco: intrauit .n. ad diſcipulos ſuos ianuis clauſis, vt dicitur Io. 20. ergo videtur, quòd Chriſtus poſt reſurrectionẽ non habuerit verum corpus.

¶2 Præt. Verum corpus non euaneſcit ab aſpectu intuentium, niſi forte corrumpatur: ſed corpus Chriſti euanuit ab oculis diſcipulorum eum intuentium, vt dicitur Luc. vlti. ergo videtur quòd Chriſtus poſt reſurrectionem non habuerit verum corpus.

¶3 Præt. Cuiuſlibet veri corporis eſt determinata figura: ſed corpus Chriſti apparuit diſcipulis in alia effigie, vt patet Mar. vlt. ergo videtur, ꝙ Chriſtus poſt reſurrectionem non habuerit verum corpus humanũ.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Luc. vlt. ꝙ Chriſto diſcipulis apparente, conturbati & conterriti exiſtimabant ſe ſpiritum videre, ac ſi nõ haberet verum corpus, ſed phantaſticum. Ad quod remouendum ipſe poſtea ſubdit, Palpate & videte: quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. non ergo habuit corpus phantaſticum, ſed verum.

Lib.4.c.28. & eſt vlt.li. non multũ a princ.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut Damaſc.* dicit in 4. lib. illud reſurgere dicitur, ꝙ cecidit: corpus autem Chriſti per mortem cecidit, inquantum .ſ. fuit ab eo anima ſeparata, quæ erat eius formalis perfectio. Vnde oportuit ad hoc, quòd eſſet vera Chriſti reſurrectio, vt idem corpus Chriſti iterato eidem animæ vniretur: & quia veritas naturæ corporis eſt ex forma, conſequens eſt quòd corpus Chriſti poſt reſurrectionem & verum corpus fuerit, & eiuſdem naturæ, cuius fuerat prius: ſi autem eius corpus fuiſſet phantaſticum, non fuiſſet vera reſurrectio, ſed apparens.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd corpus Chriſti poſt reſurrectionem, non ex miraculo, ſed ex conditione gloriæ, ſicut quidam dicunt, clauſis ianuis ad diſcipulos introiuit, ſimul cum alio corpore in eodem loco exiſtens: ſed vtrum hoc habere poſſit corpus glorioſum ex aliqua proprietate ſibi indita, vt ſimul cum alio corpore in eodem loco exiſtat,* inferius diſcutietur, vbi agetur de reſurrectione communi: nunc autem quantum ad propoſitũ ſufficit, dicendum eſt, ꝙ non ex natura corporis, ſed potius ex virtute diuinitatis vnitæ, illud corp⁹ ad diſcipulos, licet verum eſſet, ianuis clauſis introiuit. vnde Aug.† dicit in quodam ſermone paſchali, quòd quidam ſic diſputãt, Si corpus erat, ſi hoc ſurrexit de ſepulchro quod pependit in ligno, quomodo per oſtia clauſa intrare potuit? Et reſpondet, Si comprehendis modum, non eſt miraculum, vbi deficit ratio, ibi eſt fidei ędificatio. Et ſuper Ioã.* dicit, Moli corporis, vbi diuinitas erat, oſtia clauſa non obſtiterunt: ille quippe non eis aper-

Non compleuit morte præuentus.

In ſer.3. in dñica in octa. paſchę, & ẽ ſer.149 in ordine, tom. 10.

*Trac. 121 in Ioan. a med. to.9.

F tis intrare potuit, quo naſcente virginitas matris inuiolata permanſit. Et idem dicit Gregor.† in quadam Homil. de octaua paſchæ.

†Hom. 26. in euãg. circa princip.

AD 2m dicendum, quòd ſicut dictum eſt, Chriſtus reſurrexit ad immortalem gloriæ vitam. Hæc eſt autem diſpoſitio corporis glorioſi, vt ſit ſpirituale, id eſt, ſubiectum ſpiritui, vt Apoſtol. dicit 1. ad Cor. 15. Ad hoc autem quòd ſit omnino corpus ſubiectũ ſpiritui, requiritur quòd omnis actio corporis, ſubdatur ſpiritus voluntati: quod autem aliquid videatur, fit per actionem viſibilis in viſum, vt patet per Philoſoph.* in 2. de anima. Et ideo quicumque habet corpus glorificatum, in poteſtate ſua habet, videri quando vult, & quando non vult, non videri: hoc tamen habuit Chriſtus non ſolũ ex conditione corporis glorioſi: ſed etiam ex virtute diuinitatis, per quam fieri poteſt, vt etiam corpora non glorioſa miraculoſe non videantur: ſicut præſtitum fuit beato Bartholomæo miraculoſe, vt ſi vellet videretur: non autem videretur ſi non vellet. dicitur ergo, quòd Chriſtus ab oculis diſcipulorum euanuit, non quia corrumperetur, aut reſolueretur in aliqua inuiſibilia: ſed quia ſua voluntate deſijt ab eis videri, vel eo præſente, vel etiã eo abſcedente velociter per dotem agilitatis.

Lib. 2. tex. 74. & 75. & præced. G

In præt.

AD 3m dicendum, quòd ſicut Seuerianus dicit in ſermone paſchali, Nemo putet Chriſtum ſua reſurrectione ſui vultus effigiem commutaſſe. Quod eſt intelligendum quantum ad lineamenta membrorum: quia nihil inordinatum & deforme fuerat in corpore Chriſti per Spiritumſanctum concepto, quod in reſurrectione corrigendum eſſet: accepit tamen in reſurrectione gloriam claritatis. Vnde idem ibidẽ ſubdit, Sed mutatur effigies, dum efficitur ex mortali immortalis, vt hoc ſit acquiſiuiſſe vultus gloriam, non vultus ſubſtantiam perdidiſſe: nec tamen illis diſcipulis in ſpecie glorioſa apparuit: ſed ſicut in poteſtate eius erat, vt corpus ſuum videretur, vel non videretur, ita in poteſtate eius erat, vt ex eius aſpectu formaretur in oculis intuentium, vel forma glorioſa vel non glorioſa, aut etiam commiſta, vel qualitercumq; ſe habens: modica tamen differentia, ſufficit ad hoc, quòd aliquis videatur in aliena effigie apparere.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum Chriſti corpus reſurrexerit integrum.*

¶ *Super Quæſtionis quinquageſimæquartæ Articulũ ſecũdũ.*

TItulus vt ſonat.

¶ In corpore una concluſio: Corpus Chriſti reſurrexit integrum. ſ. cum carnibus & oſſib⁹ &c. Probat' dupliciter. Primo oſtẽſiue: Corpus Chriſti in reſurrectione fuit eiuſdẽ naturæ, & alterius gloriæ. ergo totum habuit quicquid ꝑtinet ad naturã corporis humani. ergo omnia iſta fuerunt in corpore Chriſti. Secunda cõſequentia probatur: quia hęc omnia pertinẽt ad naturam humani corporis. Deinde probatur, quòd hęc omnia integraliter fuerunt in Chriſto: quia aliter non fuiſſet reſurrectio perfecta, ſi non fuiſſet integratum, quicquid per mortem ceciderat. Et confirmatur auctoritate Domini: Capillus de capite veſtro non peribit &c. Secundo, probatur concluſio ab oppoſito: quia dicere corpus Chriſti caruiſſe partibus naturalibus humano corpori, pertinet ad errorẽ Euthycij, duo dicentis. Primũ eſt, corpus noſtrum in reſurrectiõe erit impalpabile, ventis aereque ſubtilius. Alterum eſt, Chriſtus poſt confirmata corda diſcipulorum palpantium omne, quod erat in eo palpabile, in ſubtilitatem aliquam redegit. Contra quod ſecundum dictum rationẽ Gregorij Auctor affert primo, & ipſius Euthycij reuocationẽ deinde, & demũ arguit ex errore Valẽtini. Clara ſunt in litera omnia intelligentibus, quòd omnis mutatio, ſpecies quædam mortis eſt.

Loci ſunt art. 1. citatus

AD SECVNDVM ſic ꝓceditur. Videtur ꝙ corpus Chriſti nõ reſurrexerit integrum. Sunt enim de integritate humani corporis caro & ſanguis, quæ Chriſtus non videtur habuiſſe: dicitur enim 1. ad Cor. 15. Caro & ſanguis regnum dei non poſſidebunt: Chriſtus autem reſurrexit in gloria regni dei. videtur ergo quòd non habuerit carnem & ſanguinem.

K

¶2 Præt. Sanguis eſt vnus de quatuor humoribus. ſi ergo Chriſtus habuit ſanguinẽ, pari ratione habuit alios humores, ex quibus cauſatur corruptio in corporibus animalium. ſic ergo ſequeretur, ꝙ corpus Chriſti fuerit corruptibile, qđ eſt inconueniens. non igitur Chriſtus habuit carnem & ſanguinem.



¶3 Præt. Corpus Chriſti quod reſurrexit, in cælum aſcendit: ſed aliquid de ſanguine eius in quibuſdã eccleſiis reſeruatur pro reliquiis. non ergo reſurrexit corpus Chriſti cum integritate omnium ſuarum partium.

B SED CONTRA eſt, quòd Dominus dicit Luc. vlt. poſt reſurrectionem diſcipulis loquens, ſpiritus carnem & oſſa non habent, ſicut me uidetis habere.

In præt.

RESPON. Dicendum, quòd, ſicut ſupra dictũ eſt,* corpus Chriſti in reſurrectione fuit eiuſdẽ naturæ, ſed alterius gloriæ. Vnde, quicquid ad naturam corporis humani pertinet, totum fuit in corpore Chriſti reſurgentis. Manifeſtum eſt autem, quòd ad naturam corporis humani pertinent carnes, & oſſa & ſanguis, & alia huiuſmodi. Et ideo, oĩa iſta in corpore Chriſti reſurgentis fuerunt, & etiam integraliter abſq; omni diminutione, alioquin nõ fuiſſet perfecta reſurrectio, ſi non fuiſſet reintegratum quicquid per mortem ceciderat. vnde & Dominus fidelibus ſuis promittit dicens Matth. 10. Veſtri aũt & capilli capitis omnes numerati ſunt, & Luc. 21. dicitur, Capillus de capite ueſtro non peribit. Dicere autem quòd corpus Chriſti carnem & oſſa non habuerit, & alias huiuſmodi partes humano corpori naturales, pertinet ad errorem Euthycij, Conſtantinopolitanæ urbis epiſcopi; qui dicebat, quòd corpus noſtrum in illa reſurrectionis gloria erit impalpabile & uentis aereq; ſubtilius, & quòd Dominus poſt cõfirmata corda diſcipulorum palpantium, omne illud, quod in eo palpari potuit, in ſubtilitatem aliquã redegit: quod ibidẽ improbat Grego.* quia corpus Chriſti poſt reſurrectionẽ, immutatum non fuit, ſecundum illud Roma. 6. Chriſtus reſurgẽs ex mortuis, iam non moritur. vnde C & ille, quæ dixerat, in morte retractauit. Si enim inconueniẽs eſt, ut Chriſtus alterius naturę corpus in ſua cõceptione acciperet, puta cæleſte, ſicut Valẽtinus aſſeruit, multo magis inconueniẽs eſt, quòd in reſurrectione alterius naturæ corpus reſumpſerit, quia corpus in reſurrectione, reſumpſit ad uitã immortalem, quod in conceptione

Hom. 26. in euãg. nõ remote a princip.

¶In reſpõſionibus argumẽtorum, & in corpore duæ magnę quæſtiones reſtant. Prima eſt, quæ indeciſa videtur propter varias opiniones, an totus ſanguis Chriſti in paſſione effuſus reſurrexerit cum eo. Secũda eſt, an Chriſto reſurgẽte oportuerit ſanguinem ſecum reaſſumere.

¶Primæ quæſtionis Auctor tenet partem affirmatiuam in litera in reſponſione ad tertium, quo ad ſanguinem in paſſione effuſum, ea ratione, quia erat de veritate humanæ naturæ, & in corpore articuli adiungitur, ꝙ ſi non fuiſſet integratum quicquid per mortem ceciderat, non fuiſſet reſurrectio perfecta.

¶Secundæ autem quæſtionis non ſolus Auctor, ſed cõmunis & theologorum & eccleſiæ ſententia partem tenet affirmatiuam. Sed vt ab hac ordiar, occurrit mihi magnũ de ea dubiũ, & argumentum ducens ad partem negatiuam. Ad cuius intellectum, recolere oportet ex doctrina Pauli Apoſtoli 1. ad Cor. 15. ꝙ corpus noſtrum hic eſt animale, reſurget autem ſpirituale, & ſecundum Aug. tandiu corpus eſt animale, quàmdiu indiget alimento, & per oppoſitum tunc eſt ſpirituale, cum non indiget amplius alimento. Ex qua doctrina habetur, ꝙ corpus Chriſti ſurrexit non animale, ſed ſpirituale, hoc eſt non indigens alimento. Sub hac autem theologica traditione ſubſumitur ex philoſophia, ꝙ ſanguis in corpore humano nihil aliud eſt, quàm alimentum humani corporis, vt expreſſe Ariſtoteles in 2. de partib. animal. c. 3. dicit, ponens ſanguinem eſſe vltimum alimentum in corpore animaliũm, & alimenti gratia datum animalibus a natura. ergo corpus Chriſti reſurgens non indiguit ſanguine: eiuſdem enim rationis eſt indigere alimento interiori, vel exteriori. Vnde idem eſt dicere corpus Chriſti poſt reſurrectionem indigere ſanguine, & indigere alimento, qđ eſt eſſe animale & non ſpirituale. Et cum alimentum quantumcumque vltimum non ſit actu pars animalis, ſed potentia totũ, ſequitur ꝙ ſanguis non ſit pars animalis, & conſequenter nec hominis, & ꝙ ſanguis non eſt de integritate humanæ naturæ: quoniam integrum eſt, cui nulla partiũ deeſt. Et quia verum non addit rem aliquam ſupra ens (eandem enim rem ſignificat aurum, quam ſignificat aurum verum, & ſic de alijs) ideo ſequitur ꝙ nullus ſanguis eſt de veritate humanæ naturæ, quia non eſt de integritate eius. Nec obſtat ꝙ exangues effecti, morimur aut mortui ſumus: atteſtatur .n. hoc ad dictam philoſophiam, ꝙ ſanguis eſt de neceſſitate requiſitus ad vitã animalium habentium ſanguinem, quoniam vt in 2. de ani. di

A citur, tandiu viuunt, quamdiu aluntur. Iungendo ergo philoſophiam theologiæ dicendum videtur, quòd ſanguis pertinet ad neceſſitatem humani corporis ſecundum vitam animalẽ, quia eſt vltimum alimentum, & non pertinet ad neceſſitatem humani corporis ſpiritualis, quale fuit corpus Chriſti in reſurrectione. Et ſecundum hoc cum dicitur, Totum quòd per mortem cecidit reſurrexit, ſi perfecta ẽ reſurrectio intelligendum eſt, de toto, quod eſt de neceſſitate corpis humani in ſtatu ſeu vita ſpirituali, & non de toto neceſſario ad corp⁹ humanũ, in ſtatu ſeu vita animali. In oppoſitum autem eſt cõmunis eccleſię ſenſus, & in ſacramento altaris vinum conuerſum ĩ Chriſti ſanguinẽ, quem fatemur in Chriſti corpore eſſe.

¶ Ad hanc quæſtionem dicitur, ꝙ ſanguis licet ſit pars in potẽtia reſpectu carnis & membrorũ: eſt tamen cum hoc etiam pars in actu reſpectu totius animalis, ita ꝙ eſt & materia trãſiẽs partium poſteriorum, & materia permanẽs reſpectu toti⁹: ſicut elementa in mundo ſunt partes in potentia & materia tranſiens reſpectu miſtorũ, & ſunt partes in actu & materia permanens reſpectu vniuerſi. Probaturque hoc ex eo, ꝙ D triplex cõpoſitio in animali inuenitur, vt habetur in 2. de partibus animaliũ. Prima eſt, cõpoſitio ex elementis ſeu eorum virtutibus. ſecunda eſt ex partibus ſimilaribus, puta carne, oſſe, neruo. tertia eſt ex partibus heterogeneis, vt manu, capite &c. Ad primam autem compoſitionem ſpectat compoſitio animalis ex humoribus, quorũ vnus eſt ſanguis, & propterea quemadmodum componentia tam in ſecunda quàm in tertia compoſitione ſunt partes in actu animalis, ita componentia in prima compoſitione, affirmanda ſunt ꝙ ſunt partes in actu animalis. Et ideo, licet in reſurrectione non ſit opus ſanguine, vt eſt pars in potentia, eſt tamen opus illo, vt eſt pars in actu: alioquin non reſurgeret homo integer: deficeret enim ſibi aliqua partium eius in actu.

¶ De prima autem quæſtione, nec concluſionis nec mediorũ video certitudinem: nam ratio theologica ducit ad partem affirmatiuam, vt in litera habes, & in quolib. 5. q. 3. artic. 1. Ratio autem naturalis ad partem potius ducere videtur negatiuam: E quoniã nihil prohibet, in Chriſto fuiſſe paſſionis tempore ſanguinem nutrimentalem, qui non eſt in reſurrectione aſſumptus: quoniam non eſt maior ratio, quare tunc non fuerit in Chriſto ſanguis nutrimentalis, & alias fuerit: & rurſus, quare in ipſo tunc non, & in alijs hominibus eiuſdem ætatis ſic: & rurſus, quare tunc patiendo non, & ſi non fuiſſet tũc paſſus, fateremur in eo ſanguinem nutrimentalem. Si autem in Chriſto tunc fuit nutrimentalis ſanguis, conſtat quòd tunc effuſus fuit, cum natura meliorem quantum potuerit, in finem reſeruauerit. Non cogere autem argumenta hæc, ſanguineus ſudor Chriſti in cruciatu propaſſionis effuſus, cum ante paſſionem poſt cœnam oraret, ſignificat: nam ſudor ille ſanguineus, cum non ex ægritudinali diſpoſitione proceſſerit, vt Ariſtot. in 3. de hiſtorijs animalium prouenire ponit ex mala diſpoſitione ſanguinis, & ĩ 3. de partibus animaliũ cõtigiſſe narrat, quibuſdam propter laxum fluxumque corpus; tum, quia Chriſtũ nõ decuit ægritudo aliqua: tum, quia operationes ipſius Chriſti ſtatim ſubſecutæ atteſtantur ſanitati, & non ægritudini: nã ſtatim

ſtatim ſurgens ab oratione, vt Lucas ait, venit ad diſcipulos vt prius, & allocut⁹ eos de vigilia, &c. mõſtrauit ſe nõ mutatum a tanto decurſu ſudoris ſanguinei, vt immutari debuiſſet, ſi ægritudinis ſudor fuiſſet. Ille, inquam, ſudor ſanguineus fuit humor ſanguineus adhuc crudus, hoc eſt, non redactus ad huc perfecte in ſanguinem qui pars eſt hominis, & huiuſmodi crud⁹ humor vocatur ſanguis nutrimentalis. Et quoniam, vt euangeliſta teſtatur, tanta fuit eius quantitas, vt decurreret in terrã, videtur quòd totus ſanguis nutrimentalis, qui inueniendus fuiſſet in Chriſto tempore paſſionis, præeffuſus fuerit in propaſſionis ſudore. Dico autẽ, ꝗ inueniendus fuiſſet tempore paſſionis, & non qui inuentus eſt tunc, ſcilicet tempore orationis: quoniã non oportet fateri totũ nutrimentalem ſanguinem per ſudorẽ emiſſum: quoniam aliquid illius remanens potuit, nocte & mane decoqui ꝑfecte, ita vt nihil nutrimentalis ſanguinis inueniretur in Chriſto tẽpore paſſionis, cum effuſus ſanguis eſt: ſed quia hæc magis diuinare ꝗ affirmare poſſumus, ideo nullus ꝑtinax in ꝓpria opinione inueniatur, nullus dubia ꝓ certis affirmet: ſed pie dubitando, deuotionem ſuã proſequatur. Certum tamen & abſque hæſitatione qualibet cõſtat, Chriſti ſanguinem nutrimentalem, qui dicitur in terra inueniri, etiam ſi in paſſione effuſus ſit, nõ eſſe vnitum verbo dei perſonaliter: quoniam nũquàm fuit actu pars ſanguinis, q ẽ de veritate humanæ naturę.

Li.14.mor. ca.31. non procul a fi.

†Aug. epiſ. 146. to.2.

D.349.

*Luc. vlt.

Epiſt. 146. non multũ lõge a princip. tom.2.

aſſumpſerat ad vitam mortalem.

Ad primvm ergo dicendum, quòd caro & ſanguis ibi nõ accipitur pro natura carnis & ſanguinis, ſed vel pro culpa carnis & ſanguinis, ſicut Greg.*dicit in 14. Moral. vel pro corruptione carnis & ſanguinis: quia, vt Aug. dicit ad Conſentiũ,† de reſurrectione carnis, non ibi erat corruptio & mortalitas carnis & ſanguinis. Caro igitur ſecundum ſubſtantiam poſſidet regnum dei, ſecundum quòd dictum eſt,* ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. G Caro autem cum ſecundum corruptionem intelligitur, nõ poſſidebit, vnde cõtinuo additum eſt in verbis apoſtoli, Neque corruptio incorruptelam.

Ad 2m dicendum, quòd ſicut Aug. dicit in eodem lib.* fortaſſis accepta occaſione ſanguinis, vrgebit nos moleſtior perſcrutator, & dicet, Si ſanguis in corpore Chriſti reſurgentis fuit, cur non & pituita, ideſt, phlegma, cur nõ & fel H flauum, ideſt, cholera, & fel nigrũ, ideſt, melãcholia, quibus quatuor humoribus naturam carnis temperari, etiam medicinæ diſciplina teſtatur? ſed quodlibet quiſquis addat, corruptionẽ addere caueat, ne ſuæ fidei ſanitatem caſtitatemque corrumpat. Valet enim diuina potentia de iſta viſibili atq; tractabili natura corporum, quibuſdam manentibus auferre, quas voluerit qualitates, vt abſit labes .ſ. I corruptionis, adſit effigies, adſit motio, abſit fatigatio, adſit veſcendi ptãs, abſit eſuriendi neceſſitas.

Ad 3m dicendum, quòd totus ſanguis, qui de corpore Chriſti fluxit, cum ad veritatem humanæ naturæ pertineat, in corpore Chriſti reſurrexit, & eadem ratio eſt de omnibus particulis ad veritatem, & integritatem humanæ naturæ pertinentibus: ſanguis autem ille, qui in quibuſdam eccleſijs pro reliquijs conſeruatur, non fluxit K de latere Chriſti, ſed miraculoſe dicitur effluxiſſe de quadam imagine Chriſti percuſſa.

## Articvlvs III.

### *Vtrum Chriſti corpus reſurrexerit glorioſum.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd corpus Chriſti non reſurrexerit glorioſum. Corpora enim glorioſa ſunt fulgẽtia, ſecundum illud Matth. 13. Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris F eorum: ſed corpora fulgentia videntur ſecundum rationem lucis, non autem ſecundũ rationem coloris. cum ergo corpus Chriſti viſum fuerit ſub coloris ſpecie, ſicut & prius videbatur, videtur quòd non fuerit glorioſum.

¶ 2 Præt. Corpus glorioſum eſt incorruptibile: ſed corpus Chriſti nõ videtur fuiſſe incorruptibile: fuit.n. palpabile, ſicut & ipſe dicit Luc. vlt. Palpate, & videte. Dicit autem Gregor. in quadam Hom.* quòd corrumpi neceſſe eſt, quod palpatur, & palpari nõ poteſt, qđ non corrumpitur. non ergo corpus Chriſti fuit glorioſum.

¶ 3 Præt. Corpus glorioſum non eſt animale, ſed ſpirituale, vt patet 1. ad Corinth. 15. ſed corpus Chriſti videtur fuiſſe animale poſt reſurrectionem: quia cum diſcipulis manducauit & bibit, vt legitur Luc. vlt. & Ioan. vltimo. ergo videtur, quòd corpus Chriſti nõ fuerit glorioſum.

Sed contra eſt, quòd Apoſt. dicit ad Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ.

Respon. Dicendum, quòd corpus Chriſti in reſurrectiõe fuit glorioſum, & hoc apparet triplici ratione. Primo quidem, quia reſurrectio Chriſti fuit exemplar & cauſa noſtræ reſurrectionis, vt habetur 1. ad Corinth. 15. Sancti autem in reſurrectione habebunt corpora glorioſa, ſicut ibidem dicitur, Seminatur in ignobilitate, ſurget in gloria. Vnde cum cauſa ſit potior cauſato, & exẽplar exemplato, multo magis corpus Chriſti reſurgentis fuit glorioſum. Secundo, quia per humilitatem paſſionis meruit gloriam reſurrectionis. unde & ipſe dicebat, Nunc anima mea turbata eſt, quod pertinet ad paſſionem: & poſtea ſubdit, Pater clarifica nomen tuum, in quo petit gloriá reſurrectionis. Tertio, quia ſicut ſupra habitum eſt,* anima Chriſti a principio ſuæ conceptionis fuit glorioſa per fruitionem diuinitatis perfectam. Eſt autem diſpenſatiue factum, ſicut ſupra dictum eſt,* vt ab anima gloria nõ redundaret in corpus, ad hoc, quòd myſterium noſtrę redemptionis ſua paſſione impleret: & ideo peracto hoc myſterio paſſionis & mortis Chriſti, ſtatim anima in corpus in reſurrectione reſumptum, ſuá gloriá deriuauit, & ita factum eſt corpus illud glorioſum.

Ad primvm ergo dicendum, quòd omne, quod recipitur in aliquo, recipitur in eo ſecũdum modum recipientis: quia igitur gloria corporis deriuatur ab anima, vt Aug.* dicit in epiſtola ad Dioſcorum, fulgor ſeu claritas corporis glorioſi eſt ſecundum colorem humano corpori naturalem: ſicut vitrum diuerſimode coloratum recipit ſplendorem ex illuſtratione ſolis, ſecundum modum ſui coloris: ſicut autem in poteſtate hominis glorificati eſt, vt corpus eius videatur, vel non videatur, ſicut dictum eſt,* ita in poteſtate eius eſt, quòd claritas eius videatur, vel non videatur. vnde poteſt in ſuo colore ſine aliqua claritate videri, & hoc modo Chriſtus ſuis diſcipulis

Infra q.55. art.6. ad 4. Et quol. 5. q.3. ar.1. Et opu.3. cap. 245.

¶ *Super Quæſtionis quinquageſimæquartæ Articulũ tertiũ.*

Titulus clarus.

¶ In corpore vnica cõcluſio: Corpus Chriſti in reſurrectione fuit glorioſum. Probatur tripliciter, & rationes clare patent in litera.

¶ In reſponſione ad ſecundum, aduerte quòd Auctor loquitur de raro & denſo vniuocatione ſeruata: quod dico ꝓpterea quia dẽſitas ponitur etiã in corporibus cæleſtibus: non eiuſdem tamẽ rationis cum denſitate inferiorum: eſt enim ſtella denſior pars ſui orbis: nihil tamen eſt commune vniuocum corruptibili & incorruptibili corpori. Vnde cælum reſiſteret tactui, ſi quis ad orbem lunæ pertranſire vellet ibi exiſtẽs: non tamen ſentiretur tactu denſitas eius: ſed tantum tactui reſiſteret pars denſa, quantũ pars minus dẽſa. Et propterea ĩ litera dř, ꝙ corpus ratione ſuæ ſpiſſitudinis palpabile, eſt naturaliter corruptibile.

Homil. 26. in euangel. paulo poſt princ.

q.34. ar.4.

q.14. ar.1. ad 2.

Epi.56. a medio tom.2.

Ar.1. huius q. ad 1.



lis poſt reſurrectionem ſuam apparuit.

Ad 2m dicendum, quòd corpus aliquod dicitur eſſe palpabile, non ſolum ratione reſiſtentiæ, ſed ratione ſuæ ſpiſſitudinis. Ad rarum autem & ſpiſſum ſequuntur graue & leue, calidum & frigidum, & alia huiuſmodi contraria, quæ ſunt principia corruptionis corporum elementarium. Vnde corpus quod eſt palpabile humano tactu, eſt naturaliter corruptibile: ſi autem ſit aliquod corpus reſiſtẽs tactui, quod non ſit diſpoſitum ſecundũ prædictas qualitates, quæ ſunt propria obiecta tactus humani, ſicut eſt corpus cæleſte, tale corpus non poteſt dici palpabile: corpus autem Chriſti poſt reſurrectionẽ vere fuit ex elementis compoſitum; habens in ſe tangibiles qualitates, B ſecundum quòd requirit natura corporis humani, & ideo naturaliter erat palpabile. Et ſi nihil aliud habuiſſet ſupra corporis humani naturam, fuiſſet etiam corruptibile: habuit autẽ aliquid aliud, quod ipſum incorruptibile reddidit, non quidem naturam cæleſtis corporis, vt quidam dicunt, de quo infra* magis inquiretur, ſed gloriam redundantem ab anima beata, quia vt Aug.† dicit in epiſtola ad Dioſcorum, Tam potenti natura deus fecit animam, vt ex eius pleniſſima beatitudine, redundet in corpus plenitudo ſanitatis, ideſt, incorruptionis vigor: & ideo ſicut Greg.* dicit ibidem, oſtẽditur corpus Chriſti poſt reſurrectionem fuiſſe eiuſdem naturæ, ſed alterius gloriæ. C

Ad 3m dicendum, quòd ſicut Aug.† dicit 13. de ciuit. dei, Saluator noſter poſt reſurrectionem, iam quidem in ſpirituali carne, ſed tamen vera, cibum & potum, cum diſcipulis ſumpſit non alimentorum indigentia, ſed ea, qua hoc poterat poteſtate. ut enim Beda* dicit ſuper Lucam, aliter abſorbet aquam terra ſitiens, aliter ſolis radius calens, illa indigentia, iſte potentia. Manducauit ergo poſt reſurrectionẽ, non quaſi cibo indigens, ſed vt eo modo naturam corporis reſurgentis aſtrueret: & propter hoc nõ ſequitur, quòd fuerit eius corpus animale, quod eſt indigens cibo.

Materiã de duobus videtur reſpõdere, quam nõ cõpleuit.

Epi.56. ante medium tom.2.

*homil.26. in euangel. non remote a prin.

†li.13. c.22 circa fi. t.5.

Beda c. 97. & eſt vlt. in Luc. ſuper illud: Habetis aliquid quod manducetur.

## Articvlvs. IIII.

### *Vtrum corpus Chriſti debuerit cum cicatricibus reſurgere.*

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur ꝙ corpus Chriſti non debuerit cum cicatricibus reſurgere. Dicitur enim 1. ad Cor. 15. quòd mortui reſurgent incorrupti: ſed & cicatrices & vulnera ad quandam corruptionem pertinẽt & defectũ. non ergo fuit cõueniẽs, vt Chriſtus, qui eſt reſurrectionis actor, cũ cicatricibus reſurgeret.

¶ 2 Præt. Corpus Chriſti integrum reſurrexit, ſicut dictum eſt:* ſed E aperturæ vulnerum contrariantur integritati corporis: quia per eas diſcontinuatur corpus. non ergo videtur fuiſſe cõueniens, quòd in corpore Chriſti aperturæ vulnerũ remanerent, etſi remanerent ibi quædam vulnerum inſignia, quæ ſufficiebãt ad aſpectũ ad quẽ Thomas credidit, cui dictum eſt, Quia vidiſti me Thoma credidiſti.

¶ 3 Præt. Damaſ. dicit in 4. lib. ꝙ A poſt reſurrectionem de Chriſto dicuntur quædam vere, quæ non habuit ſecundũ naturam, ſed ſecundum diſpenſationem, ad certificãdum, quòd ipſum quod paſſum eſt corpus reſurrexit, vt cicatrices. Ceſſante autem cauſa, ceſſat effectus. ergo videtur quòd certificatis diſcipulis de ſua reſurrectione cicatrices vlterius non habuerit: ſed nõ conueniebat immutabilitati gloriæ ꝙ aliquid aſſumeret, qđ perpetuo in eo non remaneret. ergo videtur ꝙ nõ debuerit corpus cum cicatricibus in reſurrectione reſumere.

Sed contra eſt, quòd Dominus dicit Thomæ Ioan. 20. Infer digitum tuum huc, & vide manus B meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus ſed fidelis.

Respon. Dicendum, quòd conueniens fuit animam Chriſti in reſurrectione corpus cũ cicatricibus reſumere. Primo quidem, propter gloriã ipſius Chriſti: dicit enim Beda ſuper* Lucam, quòd non ex impotentia curãdi, cicatrices ſeruauit, ſed vt in perpetuum victoriæ ſuæ circumferat triumphum. vnde & Aug. dicit in 22.† de ciuit. dei, quòd fortaſſis in illo regno in corporibus martyrum videbimus vulnerum cicatrices, quæ pro Chriſti nomine pertulerunt: non.n. C deformitas in eis, ſed dignitas erit, & quædam, quàmuis in corpore, non corporis, ſed virtutis pulchritudo fulgebit. Secundo, ad confirmandum corda diſcipulorum circa fidem ſuæ reſurrectionis. Tertio, vt patri pro nobis ſupplicans, quale genus mortis pro homine pertulerit, ſemper oſtendat. Quarto, vt ſua morte redemptis, quàm miſericorditer ſint adiuti, propoſitis eiuſdem mortis indicijs, inſinuet. Poſtremo, vt in iudicio quàm iuſte damnentur, ibidem denuntiet. unde ſicut Auguſt. dicit in lib. 2. de ſymbolo cap. 8. Sciebat Chriſtus quare cicatrices in ſuo corpore ſeruaret: ſicut enim demonſtrauit Thomæ non credenti niſi tangeret & videret, ita etiam inimicis vulnera demonſtraturus eſt ſua, vt conuincens eos veritas D dicat: Ecce hominem quem crucifixiſtis, videtis vulnera quæ infixiſtis, agnoſcitis latus quod pupugiſtis: quoniam per vos & propter vos apertum eſt, nec tamen intrare voluiſtis.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ cicatrices illæ, quæ in corpore Chriſti permanſerunt, nõ pertinent ad corruptionem vel defectũ: ſed ad maiorem cumulũ gloriæ, ĩnquantum ſunt quædam virtutis inſignia, & in illis locis vulnerum, quidam ſpecialis decor apparebit.

Ad 2m dicendum, quòd illa apertura vulnerum, quàmuis ſit cum quadam ſolutione continuitatis, totum tamẽ hoc recompenſatur per maiorem decorem gloriæ, vt corpus non ſit minus integrum, ſed magis perfectum: Thomas autem nõ ſolum vidit, ſed etiam E vulnera tetigit: quia, vt dicit Leo Papa, ſuffecit ſibi ad fidem propriam, vidiſſe quod viderat, ſed nobis operatus eſt, vt tangeret quem videbat.

Ad 3m dicendum, quòd Chriſtus in ſuo corpore voluit cicatrices vulnerum remanere, non ſolum ad certificandum diſcipulorum fidem, ſed etiam propter alias rationes. Ex quibus apparet, quòd ſemper in eius corpore cicatrices illæ remanebunt: quia, vt Aug.* dicit ad Conſentium, de reſurrectione carnis, domini corpus in cælo eſſe credo, vt erat quando aſcendit in cælum. Et Gregor.† 14. Moral. dicit. Quòd ſi quid in corpore Chriſti poſt reſurrectionem potuit immutari, contra veridicam Pauli ſententiam, poſt reſurrectionem

3.d.21. q.2. ar.4. q.3. Et op. 3. c. 239. Et op. 60. cap. 11.

Ar.1. huius quæſt.

Lib.4. c.19. paulo ante finem.

Super illud Luc. oſtendit eis manus ca. 97. in Luc. & ẽ vltimum.

†li.22. c.20 in princ. tomo 5.

Aug. epiſt. 146. paulo a prin. to.2

†li.14. mor. c.31. a med.

¶ *Super Quæſtionis quinquageſimæquartæ Articulum quartum.*

Titulus, prout cõmuniter in eccleſia cicatrices Chriſti intelliguntur, ſcilicet vt cum foraminibus ſumuntur.

¶ In corpore vnica eſt concluſio: Conuenit animã Chriſti reaſſumere corpus cum cicatricibus. Probatur quinque rationibus, quę patent in litera.

¶ Vbi aduerte, quòd Auctor Auguſt. ſequens rationem cicatricum Chriſti nõ ex parte corporis, ſed animæ reddit: quoniã non ad pulchritudinem corporis, ſed animæ ſpectant. Vt enim in reſponſione ad ſecundum dicitur, apertura illa vulnerum recompenſatur per maiorem decorem, in quo monſtratur, quòd ex parte corporis recompenſatione eget. Reliqua clara ſunt in litera.

ctionem dominus redijt in mortem, quod quis dicere vel ſtultus præſumat, niſi qui veram carnis reſurrectionem denegat? Vnde patet quòd cicatrices, quas Chriſtus poſt reſurrectionem in ſuo corpore oſtẽdit, numquàm poſtmodum ab illo corpore ſunt remotæ.

*¶ Super Quæſtionis quinquageſimæquintæ Articulum primum.*

Titulus de manifeſtatione facta Chriſti diſcipulis quærit, an talis manifeſtatio debuerit fieri omnibus publice, ſicut publice manifeſtata eſt paſſio.

¶In corpore, primo ponitur vna diſtinctio bimembris, ſcilicet eorum quæ cognoſcuntur, quædam communi lege, quædam ſolo gratiæ munere ſunt cognoſcibilia. Deinde ponitur concluſio reſponſiua: Chriſti reſurrectio non debuit omni populo manifeſtari, ſed quibuſdã, per quos ab alijs crederetur. Probatur: quia Chriſtus reſurrexit ad vitam glorioſam. ergo, &c. Conſequentia probatur ex differentia inter dicta duo genera cognoſcibilium conſiſtente in hoc, quòd primum genus exponitur cognoſcendum omnibus: ſecundum autem, ſẽm legem diuinam gradatim per quoſdam ad alios deriuatur: conſtat autem vitam glorioſam ſub ſecundo genere cõtineri, & clare patent omnia in litera.

Super q. 36 ar. 2. cor. Et op. 3. c. 245 Et 1. Cor. 15.

## QVAESTIO LV.

### *De manifeſtatione reſurrectionis, in ſex articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandum eſt, de manifeſtatione reſurrectionis Chriſti.

Et circa hoc quæruntur ſex.

¶Primo, Vtrum Chriſti reſurrectio omnibus manifeſtari debuerit, an ſolũ quibuſdam ſpecialiter perſonis.

¶Secundo, Vtrum fuiſſet conueniens, quòd eis videntibus reſurgeret.

¶Tertio, Vtrum poſt reſurrectionem debuerit cum ſuis diſcipulis conuerſari.

¶Quarto, Vtrũ fuerit conueniens, quòd ſuis diſcipulis in aliena effigie appareret.

¶Quinto, Vtrum reſurrectionem ſuam argumentis manifeſtare debuerit.

¶Sexto, De ſufficientia illorum argumentorum.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum reſurrectio Chriſti debuerit omnibus manifeſtari.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd reſurrectio Chriſti debuerit omnibus manifeſtari. Sicut enim publico peccato debetur pœna publica, ſecundum illud 1. ad Timoth. 5. Peccantes coram omnibus argue, ita merito publico debetur præmium publicum: ſed claritas reſurrectionis eſt præmium humilitatis paſſionis, vt Augu. dicit ſuper Ioan.* cum ergo paſſio Chriſti fuerit omnibus manifeſtata, eo publice patiente, videtur quòd gloria reſurrectionis ipſius omnibus manifeſtari debuerit.

*tract. 104. in Io. circa fin. tom. 9.

¶2 Præt. Sicut paſſio Chriſti ordinatur ad noſtram ſalutem, ita & eius reſurrectio, ſecundum illud Ro. 4. Reſurrexit propter iuſtificationem noſtram: ſed illud quod ad communem vtilitatem pertinet, omnibus debet manifeſtari. ergo reſurrectio Chriſti omnibus debuit manifeſtari, & non ſpecialiter quibuſdam.

¶3 Præt. Illi, quibus manifeſtata eſt reſurrectio Chriſti, fuerunt reſurrectionis teſtes: vnde dicitur Act. 4. Quem deus ſuſcitauit a mortuis, cuius nos teſtes ſumus: hoc autem teſtimonium ferebant publice prædicando: quòd quidem non conuenit mulieribus, ſecundum illud 1. ad Corinth. 14. Mulieres in eccleſijs taceant, & 1. ad Timoth. 2. Docere mulieri non permitto. ergo videtur quòd inconuenienter reſurrectio Chriſti manifeſtata fuerit primo mulieribus, quàm omnibus communiter.

Sed contra eſt, ꝙ dicitur Act. 10. Quem deus ſuſcitauit tertia die, & dedit eum manifeſtum fieri nõ omni populo, ſed teſtibus præordinatis a deo.

Respon. Dicendum, quòd eorum, quæ cognoſcuntur, quædam cognoſcuntur communi lege naturæ, quædam autem cognoſcuntur ex ſpeciali munere gratiæ, ſicut ea, quæ diuinitus reuelantur: quorum quidem, vt Dionyſ. dicit in lib. cæleſt. hierar.* hæc eſt lex diuinitus inſtituta, vt a deo immediate ſuperioribus reuelentur, quibus mediantibus deferantur ad inferiores, ſicut patet in ordinatione cęleſtium ſpirituum: ea vero, quæ pertinent ad futuram gloriam, communem hominum cognitionem excedũt, ſecundum illud Iſa. 64. Oculus non vidit deus abſque te, quæ præparaſti diligentibus te: & ideo eiuſmodi ab homine non cognoſcuntur, niſi diuinitus reuelata, ſicut Apoſtolus dicit primæ ad Corinth. 2. Nobis reuelauit deus per ſpiritum ſuum. quia igitur Chriſtus reſurrexit glorioſa reſurrectione, ideo eius reſurrectio non omni populo manifeſtata eſt, ſed quibuſdam quorum teſtimonio deferretur in aliorum notitiam.

Cap. 4. cæl. hier. a med. illius.

Ad primvm ergo dicendum, quòd paſſio Chriſti peracta eſt in corpore adhuc habente naturam paſſibilem, quę communi lege nota eſt omnibus: & ideo paſſio Chriſti omni populo immediate manifeſtari potuit. Reſurrectio autem Chriſti facta eſt per gloriã patris, vt Apoſt. dicit Rom. 6. & ideo immediate manifeſtata eſt, non omnibus, ſed quibuſdam. quòd autem publice peccantibus pœna[d] publica imponitur, intelligendum eſt de pœna præſentis vitæ: & ſimiliter publica merita publice præmiari oportet, vt alij prouocentur: ſed pœnæ & præmia futuræ vitæ non publice omnibus manifeſtantur, ſed ſpecialiter illis, qui ad hoc præordinati ſunt a deo.

D. 31k

Ad 2m dicendum, quòd reſurrectio Chriſti ſicut eſt ad communem omnium ſalutem, ita in notitiam omnium peruenit: non quidem ſic, quòd immediate omnibus manifeſtaretur, ſed quibuſdam, per quorum teſtimonium deferretur ad omnes.

Ad 3m dicendum, quòd mulieri non permittitur publice docere in eccleſia: permittitur autem ei priuatim aliquos domeſtica admonitione inſtruere. & ideo ſicut Ambroſ. dicit ſuper Luc.* Ad eos femina mittitur, qui domeſtici ſunt, non autem mittitur ad hoc, quòd reſurrectionis teſtimonium ferat ad populum. Ideo autem primo mulieribus apparuit, vt mulier, quæ primo nuntium mortis ad hominem detulit, primo etiam vitam reſurgentis Chriſti in gloria nuntiaret: vnde Cyrillus* dicit, Femina, quæ quondam mortis fuit miniſtra, venerandum reſurrectionis myſterium prima percipit, & nuntiat. adeptum eſt igitur femineum genus, & ignominiæ abſolutionem, & maledictionis repudium. Similiter etiam per hoc oſtenditur, quòd quantum ad ſtatum gloriæ pertinet, nullum detrimentum patietur[d] femineus ſexus: ſed ſi maiori charitate feruebunt, maiori etiam gloria ex viſione diuina potientur, eo quòd mulieres quæ Dominum arctius amauerunt, intantum, vt ab eius ſepulcro diſcipulis etiam recedentibus non recederent, primo viderunt dominum in gloria reſurgentem.

Cap. vlt. in Luc. ... ante med. tom. 5.

Lib. 12. in Io. c. 37. ... per illud, vade ad fratres meos, & dic eis.

D. 17f

¶ Super



### ARTICVLVS II.

*Vtrum fuiſſet conueniens, quòd diſcipuli viderent Chriſtum reſurgere.*

*¶ Super Quæſtionis quinquageſimæquintæ Articulum ſecundum.*

Titulus clarus eſt.

¶In corpore vnica eſt concluſio: Reſurrectio Chriſti non debuit ab hominibus immediate videri, ſed eis ab angelis nuntiari. Probatur: Ordo diuinitus inſtitutus exigit, vt ea, quæ ſunt ſupra homines cognoſcibilia, hominibus ꝑ angelos reuelẽtur, vt patet ex Dionyſ. ſed reſurrectio Chriſti eſt huiuſmodi. ergo. Et confirmatur auctoritate Hilarij.

¶In reſponſione ad ſecundum adde, ꝙ aſcẽſio Chriſti quãtum ad terminum ad quem excedentem cognitionẽ humanam, manifeſtata eſt diſcipulis ab angelis, dicentibus, Hic Chriſtus qui aſſumptus eſt a vobis in cælum.

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur conueniens fuiſſe, quòd diſcipuli viderent Chriſtum reſurgere. Ad diſcipulos. n. pertinebat reſurrectionem Chriſti teſtificari, ſecundum illud Act. 4. Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimoniũ reſurrectionis Ieſu Chriſti domini noſtri: ſed certiſſimum eſt teſtimonium de viſu. ergo conueniens fuiſſet, vt ipſam reſurrectionem Chriſti viderent.

¶2 Præt. Ad certitudinem fidei habendam, diſcipuli aſcenſionẽ Chriſti viderunt, ſecundũ illud Act. 1. Videntibus illis, eleuatus eſt: ſed ſimiliter oportet de reſurrectione Chriſti certam fidem habere. ergo videtur quòd diſcipulis videntibus, debuerit Chriſtus reſurgere.

¶3 Pręt. Reſurrectio Lazari, quoddam indicium fuit futuræ reſurrectionis Chriſti: ſed diſcipulis videntibus, Dominus Lazarum ſuſcitauit. ergo videtur quòd etiam Chriſtus reſurgere debuerit, diſcipulis videntibus.

Sed contra eſt, quòd dicitur Mar. vlt. Reſurgens dominus manè prima ſabbathi, apparuit primo Mariæ Magdalenæ: ſed Maria Magdalena non vidit eum reſurgere: ſed cum eum quæreret in ſepulcro audiuit ab angelo, Surrexit, non eſt hic. ergo nullus vidit eum reſurgere.

Respon. Dicendum, quòd ſicut dicit Apoſtol. Ro. 13. quæ a deo ſunt, ordinata ſunt: eſt aũt hic ordo diuinitus inſtitutus, vt ea, quę ſupra homines ſunt, hominibus per angelos reuelentur, vt patet per Dion.* 4. cap. cæl. hier. Chriſtus autem reſurgens non redijt ad vitam cõmuniter hominibus notam, ſed ad vitam quandam immortalem & deo cõformem, ſecundum illud Rom. 6. Quòd enim viuit, viuit deo: & ideo ipſa Chriſti reſurrectio non debuit immediate ab hominibus videri, ſed eis ab angelis nuntiari. vnde Hilarius dicit ſuper Matth.† quòd ideo angelus prior reſurrectionis eſt index, vt quodam famulatu paternæ voluntatis reſurrectio nuntiaretur.

...a ame.

...in ... circa ...

Ad primvm ergo dicendum, quòd apoſtoli potuerunt teſtificari Chriſti reſurrectionem, etiam de viſu: quia Chriſtũ poſt reſurrectionem viuentem, oculata fide viderunt, quem mortuum ſciuerant: ſed ſicut ad viſionem beatam peruenitur per auditũ fidei, ita ad viſionem Chriſti reſurgentis, peruenerunt homines per ea, quæ prius ab angelis audierunt.

Ad 2m dicendum, quòd aſcenſio Chriſti quantum ad terminum a quo, non tranſcendebat hominum communem notitiam: ſed ſolum quantum ad terminũ ad quem: & ideo diſcipuli potuerũt videre aſcenſionem Chriſti, quantum ad terminum a quo, ideſt, ſecundum quòd eleuabatur a terra; non autem viderunt ipſam, quantum ad terminũ ad quem, quia non viderunt quomodo reciperetur in cælo: ſed reſurrectio Chriſti tranſcendebat communem notitiam, & quantum ad terminum a quo, ſecundũ quòd anima redijt ab inferis, & corpus de ſepulcro clauſo exiuit, & quantum ad terminum ad quem, ſecundum quòd eſt adeptus vitam glorioſam: & ideo non debuit reſurrectio fieri ſic, quòd ab homine videretur.

Ad 3m dicendum, quòd Lazarus reſuſcitatus eſt, vt rediret ad vitam, quam prius habuerat, quæ communem notitiam hominum non tranſcendit: & ideo non eſt ſimilis ratio.

### ARTICVLVS III.

*Vtrum Chriſtus poſt reſurrectionem debuerit continue cum diſcipulis conuerſari.*

*¶ Super Quæſtionis quinquageſimæquintæ Articulum tertium.*

Titulus clarus.

¶ In corpore vna concluſio: Chriſtus poſt reſurrectionẽ non debuit continue cum diſcipulis conuerſari. Probatur: Duo erant diſcipulis declaranda, ſcilicet veritas reſurrectionis & gloria reſurgentis: ſed prima non exigebat continuam conuerſationem: ſecundæ autem nocere poterat continua conuerſatio. ergo. Minor declaratur in litera quo ad ſingulas partes. Et confirmatur auctoritate verborũ Chriſti in euangelio, & expoſitionis Bedæ, quæ ad hoc tendunt, vt monſtrent quòd cõtinua conuerſatio cum diſcipulis, erat de pertinẽtibus ad vitam mortalem: hoc enim ſignificat Chriſtus dicens, Cũ adhuc eſſem vobiſcum.

3. diſ. 21. q. 2. ar. 3. cor. & diſ. 22. q. 3. ar. 2. q. 3. cor. Et Ioã. 20. l. 6. pri. & cap. 21. princ.

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus poſt reſurrectionem debuerit continue cum diſcipulis cõuerſari. Ad hoc enim diſcipulis poſt reſurrectionẽ apparuit, vt eos de fide reſurrectionis certificaret, & conſolationem perturbatis afferret, ſecundum illud Ioã. 20. Gauiſi ſunt diſcipuli viſo domino: ſed magis fuiſſent certificati & conſolati, ſi eis continue ſuam præſentiã exhibuiſſet. ergo videtur, quòd continue cum eis debuerit conuerſari.

¶2 Præt. Chriſtus reſurgens a mortuis, non ſtatim aſcendit in cęlum, ſed poſt dies quadraginta, vt habetur Act. 1. Illo autem tempore intermedio, in nullo alio loco potuit conuenientius eſſe, quàm vbi diſcipuli eius erant pariter cõgregati. ergo videtur quòd continue cum eis conuerſari debuerit.

¶3 Præt. Ipſo die reſurrectionis dominicæ, quinquies Chriſtus apparuiſſe legitur, vt Aug.* dicit in lib. de conſenſu euangeliſtarum. Primo quidem mulieribus ad monumentum. Secundo, eiſdem egredientibus a monumento in itinere. Tertio, Petro. Quarto, duobus diſcipulis euntibus in caſtellum. Quinto, pluribus in Hieruſalem, vbi non erat Thomas. ergo etiam videtur quòd & alijs diebus ante ſuam aſcenſionem, ad minus pluries debuerit apparere.

Lib. 3. cap. vlt. ante fi. lib. tom. 4.

¶4 Pręt. Dominus ante paſſionem eis dixerat Mat. 26. Poſtquàm reſurrexero, præcedam vos in Galilæam, quod etiam angelus & ipſemet Dominus poſt reſurrectionem mulieribus dixit: & tamen antea in Hieruſalem ab eis viſus eſt, & ipſo die reſurrectionis, vt dictum eſt,† & etiam die octauo, vt legitur Io. 20. non ergo videtur, quòd conuenienti modo poſt reſurrectionem cum diſcipulis fuerit conuerſatus.

Argũ. præced.

Sed contra eſt, quòd Ioan. 20. dicitur, quòd poſt dies octo, Chriſtus diſcipulis apparuit. non ergo continue conuerſabatur cum eis.

Respon. Dicendum, ꝙ circa reſurrectionẽ Chriſti duo erant diſcipulis declarãda, ſcilicet ipſa veritas reſurrectionis, & gloria reſurgentis. Ad veritatem autem reſurrectionis manifeſtandam, ſufficit ꝙ pluries eis apparuit, & cum eis familiariter eſt locutus, & comedit

medit & bibit, & ſe eis palpandum præbuit. Ad gloriam autem reſurgentis manifeſtandam, noluit continue conuerſari cum eis, ſicut prius fecerat, ne videretur ad talem vitam reſurrexiſſe, qualem prius habuerat. vnde Luc. vlt. dicit eis, Hæc ſunt verba, quæ locutus ſum ad vos, cũ adhuc eſſem vobiſcum: tunc quidem erat cum eis præſentia corporali, ſed ante cum eis fuerat, non ſolum corporali præſentia, ſed etiam per ſimilitudinem mortalitatis. vnde Beda* prædicta verba exponens dicit, Cum adhuc eſſem vobiſcum, ideſt, cum adhuc eſſem in carne mortali, in qua eſtis & vos: tũc quidem in eadem carne reſuſcitatus erat, ſed cum illis in eadem mortalitate non erat.

Cap. 97. in Luc. & eſt vltimũ parum ante medium.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd frequens Chriſti apparitio ſufficiebat ad certificandum diſcipulos de veritate reſurrectionis: conuerſatio autem continua eos potuiſſet ducere in errorem, vt ad ſimilem vitam eum reſurrexiſſe crederent, quam prius habuerat: conſolationem autem de continua ſui præſentia eis in alia vita repromiſit, ſecundum illud Ioan. 16. Iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet a vobis.

AD 2ᵐ dicendum, quòd Chriſtus non ideo non continue conuerſabatur cum diſcipulis, quia reputaret ſe alibi conuenientius eſſe, ſed quia hoc diſcipulis inſtruendis conuenientius iudicabat, ſi non continue conuerſaretur cum eis ratione prædicta. Incognitum [d] autem eſt quibus in locis intermedio tempore corporaliter eſſet: cum hoc ſcriptura non tradat, & in omni loco ſit dominatio eius.

D. 244.

AD 3ᵐ dicendum, quòd ideo prima die frequentius apparuit: quia per plura indicia erant admonendi, vt a principio fidem reſurrectionis reciperent. Poſtquàm autem iam eam receperant, non oportebat eos iam certificatos, tam frequentibus apparitionibus inſtrui. vnde in euangelio non legitur, quòd poſt primum diem eis apparuerit niſi quinquies: vt enim Auguſtin. † dicit in lib. de conſenſu euangeliſtarum, poſt primas quinque apparitiones, ſexto, eis apparuit, vbi vidit eum Thomas, ſeptimo, ad mare Tyberiadis in captione piſcium, octauo, in monte Galilææ, ſecundum Matth. nono, quòd dicit Mar. Nouiſſime recumbentibus: quia iam nõ erant in terra cum illo conuiuaturi, decimo, in ipſo die aſcenſionis, non iam in terra: ſed eleuatus in nube, cũ in cælum aſcenderet: ſed non omnia ſcripta ſunt, ſicut Ioan. fatetur. Crebra enim erat eius cum eis conuerſatio, priuſquàm aſcendiſſet in cælum, & hoc ad conſolationem ipſorum. vnde & 1. ad Corinth. 15. dicitur, quòd viſus eſt pluſquàm quingentis fratribus ſimul, deinde viſus eſt Iacobo, de quibus apparitionibus in euangelio non habetur mentio.

Lib. 3. ante fin. lib. to. 4

AD 4ᵐ dicendum, quòd ſicut Chryſoſto. † dicit, exponens illud, quod dicitur Matth. 16. Poſtquàm reſurrexero, præcedam vos in Galilæam. Non, inquit, in longinquam quandam regionem, vt eis appareat, vadit: ſed in ipſa gente & in ipſis fere regionibus, in quibus cum eo plurimum fuerant conuerſati; vt & hinc crederent, quoniam qui crucifixus eſt, ipſe eſt & qui reſurrexit: propter hoc etiam in Galilæam ſe ire dicit, vt a timore iudæorum liberarentur. Sic ergo, vt Ambro.* dicit ſuper Luc. Dominus mandauerat diſcipulis, vt in Galilæa eum viderent: ſed illis ob metum intra conclaue reſidentibus, ipſe primum ſe obtulit (nec hoc eſt promiſſi tranſgreſſio, ſed potius feſtinata ex benignitate impletio) poſtea vero cõfirmatis animis, illi Galilæam petierunt. Vel nihil obſtat, ſi dicamus pauciores intra conclaue, & complures in monte fuiſſe: vt enim Euſebius dicit, duo euangeliſtæ, ſcilicet Lucas & Ioannes ſolis vndecim, hunc ſcribunt apparuiſſe in Hieruſalem: ceteri vero duo in Galilæam properare, non ſolis vndecim, ſed vniuerſis diſcipulis & fratribus dixerunt angelum & ſaluatorem iuſſiſſe: de quibus & Paulus meminit dicens, Deinde apparuit pluſquàm quingentis fratribus ſimul. Eſt autem verior ſolutio, quòd prius in Hieruſalem latitantibus ſemel aut bis viſus eſt, ad eorum conſolationem: in Galilæa vero non clam, aut ſemel aut bis, ſed cum multa poteſtate oſtenſionem ſui fecit, præbens ſe eis viuentem, poſt paſſionem in ſignis multis, vt Lucas teſtatur in Actibus. Vel, ſicut dicit Auguſt. † in lib. de conſenſu euangeliſtarum, quòd ab angelo & Domino dictum eſt, quòd præcederet eos in Galilæam, prophetice accipiendum eſt: in Galilæa enim ſecundum tranſmigrationis ſignificationem intelligendum occurrit, quòd Chriſti gratia de populo Iſrael tranſmigratura erat ad gentes, quibus apoſtoli prædicantes non crederentur, niſi eis ipſe Dominus viam in cordibus hominum præpararet, & hoc intelligitur, Præcedet vos in Galilæam: ſecundum illud autem quòd Galilæa interpretatur reuelatio, non iam in forma ſerui intelligẽdus eſt, ſed in illa in qua æqualis eſt patri, quam promiſit dilectoribus ſuis, quo nos præcedens non deſeruit.

Homil. 83. in Mat. ante med. to. 2.

Ambr. in fine cõmentariorũ in Luc. to. 5.

Lib. 3. … proce… te … lib. … 4.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum Chriſtus debuerit diſcipulis in alia effigie apparere.*

AD QVARTVM ſic ꝓceditur. Videtur ꝙ Chriſtus nõ debuerit diſcipulis in alia effigie apparere. Non enim poteſt apparere ſecundum veritatem niſi quod eſt: ſed in Chriſto non fuit niſi vna effigies. ſi ergo Chriſtus in alia effigie apparuit, non fuit apparitio vera, ſed ficta, quod eſt incõueniens, quia vt Aug. † dicit in lib. 83. q. Si fallit Chriſtus, veritas non eſt, eſt autem veritas Chriſtus. ergo videtur quòd Chriſtus nõ debuerit diſcipulis in alia effigie apparere.

¶ 2 Præt. Nihil poteſt in alia effigie apparere, quàm habeat, niſi oculi intuentium aliquibus præſtigijs detineantur: huiuſmodi autem præſtigia cum fiant magicis artibus, non conueniunt Chriſto, ſecundum illud 2. ad Cor. 6. Quæ conuentio Chriſti ad Belial? ergo videtur quòd non debuerit in alia effigie apparere.

¶ 3 Præt. Sicut per ſacram ſcripturam noſtra fides certificatur, ita diſcipuli certificati ſunt de fide reſurrectionis, per Chriſti apparitiones: ſed ſicut Aug.* dicit in epiſtola ad Hierony. ſi vel vnum mendacium in ſacra ſcriptura recipiatur, infirmabitur tota ſacræ ſcripturæ auctoritas. ergo ſi vel in vna apparitione Chriſtus diſcipulis apparuit aliter quàm eſſet, infirmabitur quicquid diſcipuli poſt reſurrectionem uiderũt in Chriſto, quod eſt inconueniens. non ergo debuit in alia effigie apparere.

¶ Super Quæſtionis quinquageſimæquintæ Articulum quartum.

TItulus clarus ex euãgelio, in quo narratur Chriſtus viſus modo vt hortulanus: modo vt peregrinus.

¶ In corpore vnica concluſio: Chriſtus quibuſdam ad credendum diſpoſitis, conuenienter apparuit in ſua effigie, quibuſdam autem minus diſpoſitis cõuenienter apparuit in alia effigie. Probatur: Reſurrectio Chri reuelãda erat hominibus ſecundũ modũ, quo eis diuina reuelantur, ſed diuina diuerſimode affectis, diuerſimode reuelantur, quia bene diſpoſiti percipiunt ſecundũ veritatem, & nõ bene diſpoſiti percipiunt ſecũdũ quandam confuſionẽ dubietatis ſeu erroris. ergo. Minor probatur: quia animalis homo non percipit ea quæ dei ſunt. Indiſpoſitio quorundam diſcipulorum probatur ex euãgelio, Nos autem ſperabamus &c. Et cõfirmatur ratio auctoritate Gregorij.

¶ In reſponſione ad ſecundum, aduerte quòd duæ rationes hactenus allatæ ſunt in litera circa erroneam uiſionẽ, qua Chriſt' corporali viſu non cognoſcebatur in propria, quam retinebat, effigie. Altera aſſertur hic ex parte uidentis, quæ tangitur ab euangeliſta, Oculi autẽ eorum tenebantur ne eum agnoſcerent: & hæc attribuitur opinioni diaboli ab Auguſt. Altera eſt poſita in quæſtione præcedente art. 1. ad 3. & tenet ſe ex parte actionis obiecti: quia ſcilicet corpus glorioſum, eo quòd ſpirituale eſt, in poteſtate ſua habet agere in uiſum ſecundum aliquid ſui, & ſecundũ aliquid non: puta immutare uiſum ſecundum quędam lineamenta ſua, & ſecũdum quędã non: & ſimiliter ſecundum quendam colorem & ſecundũ quẽdam non, & ſic facile apparet uiſui alia effigies corporis, in ſe tamen immutati. Et hãc cauſam rationabile eſt fuiſſe in errore Magdalenæ exiſtimantis hortulanum, de qua non eſt ſcripta cauſa, ex parte oculorum.

Epiſt. 19. … ne, …



SED CONTRA eſt, quòd dicitur Marci ulti. Poſt hæc duobus ex eis ambulantibus, oſtenſus eſt in alia effigie euntibus in uillam.

RESPON. Dicendum, quòd (ſicut dictũ eſt*) reſurrectio Chriſti manifeſtanda fuit hominibus per modum, quo eis diuina reuelantur. Innoteſcunt autem diuina hominibus diuerſimode, ſecundum quòd diuerſimode ſunt affecti: nam illi, qui habent mentem bene diſpoſitam, ſecundum ueritatem diuina percipiunt. Illi autem, qui non habẽt mentem bene diſpoſitam, diuina percipiunt cum quadam confuſione dubietatis, uel erroris. Animalis enim homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus dei, ut dicitur 1. ad Corinthios 2. Et ideo Chriſtus quibuſdam ad credendum diſpoſitis, poſt reſurrectionem apparuit in ſua effigie: illis autem in alia effigie apparuit, qui iam uidebantur circa fidem tepeſcere: unde dicebant, Nos autẽ ſperabamus, quia ipſe eſſet redempturus Iſrael. unde Gregor. dicit in Homi. † quòd talem ſe exhibuit eis in corpore, qualis apud illos erat in mente: quia enim adhuc in eorum cordibus peregrinus erat a fide, ire ſe longius finxit, ſcilicet ac ſi eſſet peregrinus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut Auguſt. dicit in lib. de Quæſtionibus euangelii. * Nõ omne quod fingimus, mendacium eſt: ſed quando illud fingimus, quod nihil ſignificat, tunc eſt mendacium: cum autem fictio noſtra refertur in aliquam ſignificationem, non eſt mendacium, ſed aliqua figura ueritatis, alioquin omnia quę a ſapientibus et ſanctis uiris, uel etiam ab ipſo Domino figuratæ dicta ſunt, mendacia deputabuntur: quia ſecũdum uſitatum intellectũ non conſiſtit ueritas in talibus dictis: ſicut autem dicta, ita etiam finguntur facta ſine mendacio ad aliquã rem ſignificandam, & ita factum eſt hic, ut dictũ eſt. †

AD 2ᵐ dicendum, quòd ſicut Augu. dicit in lib. de Conſenſu euang. * Dominus poterat transformare carnẽ ſuam, ut alia re uera eſſet effigies ab illa, quam ſolebant intueri: quandoquidem, & ante paſſionem ſuam transformatus eſt in monte, ut facies eius clareſceret ſicut ſol: ſed non ita nunc factum eſt. Non autẽ incongruenter accipimus hoc impedimentum in oculis eorum a Satana factum fuiſſe, ne agnoſceretur Ieſus: unde Luc. ult. dicitur, quòd oculi eorum tenebantur, ne eum agnoſcerent.

AD 3ᵐ dicendum, quòd ratio illa ſequeretur, ſi ab alienæ effigiei aſpectu non fuiſſent reducti ad uere videndum Chriſti effigiem: ſicut enim Aug. dicit ibid.* Tantum* a Chriſto facta eſt permiſſio, ut ſcilicet prędicto modo oculi eorum tenerentur uſque ad ſacramẽtum panis, ut unitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentum inimici, ut Chriſtus poſſit agnoſci: unde ibidẽ ſubditur, quòd aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt eum: nõ quòd ante clauſis oculi ambularent: ſed inerat aliquid, quo non ſinerentur agnoſcere quod uidebant, quod ſcilicet caligo & aliquis humor efficere ſolet.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum Chriſtus ueritatem reſurrectionis debuerit argumentis declarare.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus ueritatem reſurrectionis non debuerit argumentis declarare. Dicit enim Ambr.* Tolle argumenta ubi fides quęritur: ſed circa reſurrectionẽ Chriſti quæritur fides. non ergo habent ibi locum argumenta.

¶ 2 Præt. Gregor. dicit, † Fides nõ habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum: ſed ad Chriſtum non pertinebat meritũ fidei euacuare. ergo ad eum nõ pertinebat reſurrectionem per argumenta confirmare.

¶ 3 Præt. Chriſtus in mundum uenit, ut per eum homines beatitudinem adipiſcantur, ſecundum illud Ioan. 10. Ego ueni ut uitam habeant, & abundantius habeãt: ſed per huiuſmodi oſtenſiones argumentorum uidetur humanæ beatitudini impedimentum præſtari: dicitur enim Ioan. 20. Beati qui non uiderunt, & crediderunt. ergo uidetur, quòd Chriſtus non debuerit per aliqua argumenta reſurrectionẽ ſuam manifeſtare.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Actuũ. 1. quòd apparuit diſcipulis Chriſtus per dies quadraginta in multis argumentis, loquens de regno dei.

RESPON. Dicendum, quòd argumentum dr̃ dupliciter. Quandoq; dicitur argumentũ quæcũq; ratio, rei dubiæ faciens fidẽ: quandoq; aũt dr̃ argumẽtũ aliquod ſenſibile ſignũ, qđ inducitur ad alicui' ueritatis manifeſtationẽ: ſicut ẽt Ariſt.* in libris ſuis aliquãdo utit̃ nomine argumẽti. Primo igit̃ modo accipiẽdo argumentũ, Chriſtus nõ probauit diſcipulis ſuã reſurrectionẽ p argumẽta, quia talis probatio argumẽtatiua ꝓceſſiſſet ex aliquib' principiis, quæ ſi nõ eſſent nota diſcipulis, nihil p ea eis manifeſtaret: quia ex ignotis nõ põt aliqđ fieri notũ: ſi aũt eſſent eis nota, nõ trãſcẽderẽt rationẽ humanã, & ita nõ eſſent efficacia ad fidẽ reſurrectiõis aſtruẽdã, quæ rationẽ humanã excedit. Oportet. n. prĩcipia ex eodem genere aſſumi, ut dr̃ in primo Poſteriorũ. † Probauit aũt eis reſurrectionẽ ſuã p auctoritatẽ ſacræ ſcripturæ (quæ eſt fidei fundamẽtũ) cum dixit, Oportet impleri oĩa, q̃ ſcripta ſunt in lege & pſalmis, & prophetis de me, ut habetur Luc. ult. Si aũt accipia-

¶ Super Quæſtionis quinquageſimæquintæ Articulum quintum.

TItul' i principio corporis ab ipſo Auctore declaratur.

¶ In corpore, primo declaratur duplex acceptio argumenti. ſ. prout eſt ratio, rei dubiæ faciẽs fidẽ, uel ꝓut eſt ſenſibile ſignũ, ad manifeſtandã ueritatem.

¶ Secũdo, rñdet̃ quęſito, ſumẽdo argumẽtũ primo modo, duplici cõcluſione. Prima eſt: Chr̃s nõ ꝓbauit diſcipulis reſurrectionẽ ſuã p argumẽta. Secũda ẽ, Chr̃s ꝓbauit eis reſurrectionẽ ſuã p argumentũ tale (hoc eſt ẽm q d) ſcilicet per ſacrã ſcripturã. Prima cõcluſio probatur, qa deerãt prĩcipia argumẽta nota diſcipulis. ſecunda probatur ex Euangelio Luc. ult.

¶ Vbi ſcito, ꝙ pluries poſt reſurrectionem uſus eſt dñs hoc argumento. ſ. cũ diſcipulis eũtibus ĩ Ema' & cũ Apoſtolis, aperiẽdo illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, & in uerbis allatis in litera.

¶ Tertio, rñdet̃ quæſito, accipiẽdo argumẽtũ ſecũdo modo, vna cõcluſione: Chr̃s ſuã reſurrectionẽ multis argumẽtis cõuenienter declarauit. Probatur dupliciter: quare hoc fecerit, & ex parte eorum, & ex parte officii prædicandi.

3. d. 21. q. 2. ar. 3. & 4. Et op. 3. c. 245. Et op. 60. c. 22.

Lib. 1. de fi. c. 5. nõ procul a fine, co. 2.

Hom. 26. in Euã. in pri. illius.

In Rhet. ad Alexãdrũ, ca. 4. a medio, to. 6.

Lib. 1. text. 20. to. 1

rur, ſecundo modo argumentum, ſic dicitur Chriſtus ſuam reſurrectionem argumentis declaraſſe, inquantū per quædam euidentia ſigna, ſe uere reſurrexiſſe oſtendit: unde in græco, ubi nos habemus, in multis argumentis, loco argumenti, ponitur tecmirion, quod eſt ſignum euidens ad probandum; quæ quidem ſigna reſurrectionis Chriſtus oſtēdit diſcipulis ꝓpter duo. primo quidem, quia non erant corda eorum diſpoſita, ad hoc quòd de facili fidem reſurrectionis acciperent, unde ipſe dicit eis Luc. ulti. O ſtulti & tardi corde ad credendum, & Mar. ultimo exprobrauit illis incredulitatem eorum & duritiam cordis. Secundo, ut per huiuſmodi ſigna eis oſtenſa, efficacius eorum teſtimonium redderetur, ſecundum illud 1. Io. 1. Quod uidimus, & audiuimus, & manus noſtræ contrectauerunt, hoc teſtamur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Amb. ibi loquitur de argumentis, ſecūdum rationem humanā procedentibus, quæ inualida ſunt ad ea, quę ſunt fidei oſtendenda, ſicut oſtenſum eſt.† (In corp. ar.)

AD 2[m] dicendum, quòd meritum fidei eſt ex hoc, quòd homo ex mandato dei credit quod non uidet: unde illa ſola ratio meritum excludit, quæ facit uideri per ſcientiam id, quod credendo proponitur, & talis eſt ratio demonſtratiua. Huiuſmodi autem rationes Chriſtus non induxit ad reſurrectionem ſuam declarandam.

AD 3[m] dicendum, quòd (ſicut dictum eſt†) meritum beatitudinis, quod cauſat fides, non totaliter excluditur, niſi homo nollet credere, niſi ea quę uidet: ſed quòd aliquis ea quæ non uidet, credat per aliqua ſigna uiſa, non totaliter fidem euacuat nec meritum eius: ſicut & Thomas, cui dictum eſt, Quia uidiſti me, credidiſti, aliud uidit & aliud credidit: uidit uulnera, & credidit deum. Eſt autem perfectioris fidei, qui non requirit huiuſmodi auxilia ad credendū: unde ad arguendum defectum fidei in quibuſdam Dominus dicit Ioan. 4. Niſi ſigna & prodigia uideritis, nō creditis. Et ſecundū hoc poteſt intelligi, quòd illi, qui ſunt tam prompti animi, ut credant deo etiam ſignis non uiſis, ſint beati per comparationem ad illos, qui non credunt niſi talia uideant. (In ſolutione præc. ad 2.)

*¶ Super Quæſtionis quinquageſimæquintæ Articulum ſextum.*

TItulus clarus.
¶ In corpore ō una concluſio reſpōſiua, quæſito. Vtraque manifeſtatio reſurrectionis, ſcilicet per teſtimonium, & per argumentum, id eſt ſignum ſenſibile, fuit ſufficiens in ſuo genere: hoc eſt altera in genere teſtimonii, altera in genere ſigni ſenſibilis. (Locis ſupra art. 5. adducti.)
¶ Et intellige ſufficientiam ad cauſandam certitudinem fidei, non certitudinem ſcientiæ. Manifeſtatur concluſio quo ad primam partem, primo de teſtimonio angelorum, ſecundo de teſtimonio ſcripturarum.

Vbi quo ad teſtimonium angelorum, poteſt addere, quod in die Aſcenſionis angeli teſtimonium perhibuerunt reſurrectioni Chriſti, annunciando illius locum & ſecundum aduentū: teſtimonium angelorū habemus non ſolum per mulieres, ſed ad ipſos diſcipulos immediate. Secunda autem pars concluſionis declaratur quo ad duo oſtenſa; primo quo ad ueram reſurrectionem: ſecundo quo ad gloriam illius ſatis ordinate in litera. In qua clara ſunt omnia.

### ARTICVLVS VI.

*Vtrum argumenta, quæ Chriſtus induxit, ſufficienter manifeſtauerint reſurrectionem eius.*

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quòd argumenta quæ Chriſtus induxit, non ſufficienter manifeſtauerint ueritatem reſurrectionis eius. Nihil enim oſtendit Chriſtus diſcipulis poſt reſurrectionem, quod etiam angeli hominibus apparentes, uel non oſtenderint uel oſtendere non potuerint: nam angeli frequenter in humana effigie ſe hominibus oſtenderunt, & cum eis loquebantur, & conuerſabantur, & comedebant, ac ſi eſſent homines ueri, ſicut patet Geneſ. 18. de angelis, quos Abraham ſuſcepit hoſpitio, & in libro Tobiæ, de angelo, qui eum duxit & reduxit: et tamen angeli non habent
F uera corpora naturaliter ſibi unita, quod requiritur ad reſurrectionē. non ergo ſigna quæ Chriſtus diſcipulis exhibuit, fuerunt ſufficientia ad reſurrectionē eius manifeſtādā.

¶ 2 Præt. Chriſtus reſurrexit reſurrectione glorioſa, id eſt, habens ſimul humanam naturam cum gloria: ſed quædam Chriſtus oſtendit diſcipulis, quæ uidentur eſſe contraria naturæ humanæ (ſicut quòd ab oculis eorum euanuit, & quòd
G ad eos ianuis clauſis intrauit) quædam autem uidētur eſſe contraria gloriæ: puta quòd manducauit & bibit, & quòd habuit uulnerum cicatrices. ergo uidetur quòd illa argumenta non fuerint ſufficiētia, neq; conuenientia ad fidem reſurrectionis oſtendendam.

¶ 3 Præt. Corpus Chriſti non erat tale poſt reſurrectionem, ut tangi deberet ab homine mortali, unde & ipſe dixit Magdalenæ Ioan. 20. Noli me tangere: nondū enim aſcendi ad patrem meum. non ergo fuit conueniens, quòd ad manifeſtandam ueritatem reſurrectio-
H nis ſuæ, ſeipſum diſcipulis palpandum exhiberet.

¶ 4 Præt. Inter dotes glorificati corporis, præcipua uidetur eſſe claritas, quam tamen in reſurrectione nullo argumento oſtendit. ergo uidetur quòd inſufficientia fuerint illa argumenta ad manifeſtandam qualitatem reſurrectionis Chriſti.

¶ 5 Præt.* Angeli in teſtes reſurrectionis inducti, ex iſta diſſonantia euangeliſtarum, inſufficientes uidentur. Nam apud Mat. Angelus ſuper lapidem reuolutum, apud Marcum uero, intus angelus deſcribitur uiſus a mulieribus ingreſſis monumentum. Et rurſus ab iſtis unus, a Ioanne duo ſedentes, a Luca uero duo ſtantes deſcribuntur. inconuenientia ergo uidentur teſtimonia reſurrectionis. (Argumentum ſeptimum.)

SED CONTRA eſt, quòd Chriſtus, qui eſt dei
I ſapientia, ſuauiter & conuenienter diſponit omnia, ut dicitur Sap. 8.

RESPON. Dicendum, quòd Chriſtus reſurrectionem ſuam dupliciter manifeſtauit, ſcilicet teſtimonio & argumento, ſiue ſigno. et utraque manifeſtatio in ſuo genere fuit ſufficiens. Eſt enim uſus duplici teſtimonio ad manifeſtandam ſuam reſurrectionem diſcipulis: quorum neutrum poteſt refelli. Quorum primum eſt teſtimonium angelorum, qui mulieribus reſurrectionem annuntiauerunt, ut patet per omnes euangeliſtas. Aliud autem eſt teſtimonium ſcripturarum, quas ipſe propoſuit ad oſtenſionem ſuæ reſurrectionis, ut dicitur Lucæ. ultim. Argumenta etiam fuerunt ſufficientia ad oſtendendam
K ueram reſurrectionem, & glorioſam. Quòd autem fuerit uera reſurrectio, oſtendit uno modo, ex parte corporis. Circa quod, tria oſtendit. Primo quidem, quòd eſſet corpus uerum & ſolidum, non corpus phantaſticum uel rarum, ſicut eſt aer. Et hoc oſtendit per hoc, quòd corpus ſuum palpabile præbuit: unde ipſe dicit Luc. ultim. Palpate & uidete, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me uidetis habere. ſecundo oſtendit quòd eſſet corpus humanum, oſtendendo eis ueram effigiem, quam oculis intuerentur. tertio oſtendit eis, quòd eſſet idem numero corpus, quod prius habuerat, oſtendendo eis uulnerum cicatrices: unde ut legitur Luc. ult. dixit eis Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipſe ſum. Alio modo, oſtendit eis ueritatem ſuæ reſurrectionis ex parte animæ, iterato corpori unitæ. Et hoc oſtendit per opera triplicis uitæ. Primo quidem, per opus uitæ nutritiuæ, in hoc, quòd cum diſcipulis manducauit & bibit, ut legitur Luc. ult. Secundo per opera uitæ ſenſitiuæ, in hoc ꝙ diſcipulis ad interrogata reſpondebat, & præſentes ſalutabat, in quo oſtendebat ſe & uidere, & audire. Tertio, per opera uitæ intellectiuæ, in hoc quòd eis loquebatur, & de ſcripturis diſſerebat. Et ne quid deeſſet ad perfectionem manifeſtationis, oſtendit etiam ſe habere diuinam naturam, per miraculum quod fecit in piſcibus capiendis, & ulterius per hoc ꝙ eis uidentibus aſcendit in cælum: quia ut dicitur Io. 3. Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cęlo, Filius hominis qui eſt in cælo. Gloriam etiam ſuæ reſurrectionis oſtēdit diſcipulis, per hoc ꝙ ad eos ianuis clauſis intrauit: ſecundum enim quòd Greg.* dicit in Hom. palpandam carnem Dominus præbuit, quam ianuis clauſis introduxit, ut eſſe poſt reſurrectionē oſtēderet corpus ſuum, & eiuſdem naturæ & alterius gloriæ: ſimiliter etiam ad proprietatem glorię pertinebat, quòd ſubito ab oculis eorum euanuit, ut dicitur Lucę ult. quia per hoc oſtendebatur, ꝙ in poteſtate eius erat uideri, & non uideri: quod pertinet ad conditionem corporis glorioſi, ut ſupra* dictum eſt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet ſingula argumentorum non ſufficerent ad manifeſtandā perfecte Chriſti reſurrectionem, tamen omnia ſimul accepta perfecte Chriſti reſurrectionem manifeſtant: maxime propter ſcripturæ teſtimonium et angelorum dicta, & etiam ipſius Chriſti aſſertionem miraculis cōfirmatam: angeli autem apparentes non aſſerebant ſe homines eſſe: ſicut aſſeruit Chriſtus uere ſe hominem eſſe. Et tamen aliter Chriſtus manducauit, & aliter angeli: nam quia corpora ab angelis aſſumpta, non erant corpora uiua uel animata, non erat uera comeſtio, licet eſſet uera cibi cōtritio, & traiectio in interiorē partem corporis aſſumpti: unde & angelus dixit Tobiæ 10. Cum eſſem uobiſcum, uidebar quidem uobiſcum manducare & bibere, ſed ego cibo inuiſibili utor: ſed quia corpus Chriſti vere fuit animatum, uera fuit eius comeſtio. ut enim Aug.† dicit 13. de Ciui. dei, non poteſtas, ſed egeſtas edendi, corporibus reſurgentium aufertur: unde ſicut Beda* dicit, Chriſtus māducauit poteſtate, non egeſtate.

AD 2[m] dicendum, quòd (ſicut dictum eſt) argumenta quædam inducebantur a Chriſto ad probandam ueritatem humanæ naturæ, quædam uero ad probandam gloriam reſurgentis. Conditio autem naturæ humanę, ſecundum quòd in ſe conſideratur (quantum ſcilicet ad ſtatum præſentem) contrariatur conditioni gloriæ, ſecundum illud 1. ad Corinthios. 15. Seminatur in infirmitate, ſurget in uirtute. et ideo ea quæ inducuntur ad oſtendendam conditionem gloriæ, uidentur habere contrarietatem ad naturam, non ſimpliciter, ſed ſecundum ſtatum præſentem, & econuerſo: unde Gregor.* dicit in Homil. quòd duo mira & iuxta humanam rationem ſibi ualde contraria, Dominus oſtendit, dum poſt reſurrectionem corpus ſuum, & incorruptibile, & tamen palpabile demonſtrauit.

AD 3[m] dicendum, quòd (ſicut Auguſt.* dicit ſuper Ioan.) hoc quod Dominus dixit, Noli me tangere, nōdum enim aſcendi ad Patrem meum, ſic dictum eſt ut
A in illa femina figuraretur eccleſia de gentibus, quæ in Chriſtum non credidit, niſi cum aſcendiſſet ad patrem: aut ſic in ſe credi uoluit Ieſus, hoc eſt ſic ſe ſpiritualiter tangi, quòd ipſe & pater unum ſunt. Eius quippe intimis ſenſibus quodammodo aſcendit ad patrem, qui ſic in eo profecerit, ut patri agnoſcat æqualem. Hæc autem carnaliter adhuc in eum credebat, quem ſicut hominem flebat: quòd autem Maria alibi legitur Chriſtum tetigiſſe, quando ſimul cum aliis mulieribus acceſſit, & tenuit pedes eius, quæſtionem non facit, ut Seuerianus dicit: ſiquidem
B illud de figura eſt, hoc de ſexu: illud de diuina gratia, hoc de humana natura: uel ſicut Chryſoſto.* dicit, uolebat hæc mulier adhuc cum Chriſto conuerſari, ſicut & ante paſſionem, & præ gaudio nihil magnum cogitabat: quamuis caro Chriſti multo melior facta fuerit reſurgendo. Et ideo dixit: nondum aſcendi ad patrem meum, quaſi dicat, non æſtimes me iam terrenam uitam agere: quòd enim in terris me uides, hoc eſt, quia nondum aſcendi ad patrem meum, ſed in promptu eſt quòd aſcendam: unde ſubditur, Aſcendo ad patrem meum, & patrē ueſtrū. (Hom. 85. in Io. ſuper illud, noli me tangere to. 3)

AD 4[m] dicendum, quòd ſicut Auguſt.* dicit in Dialog. ad Oroſium, Clarificata carne Dominus reſurre-
C xit: ſed noluit in ea clarificatione diſcipulis ſuis apparere, quia non poſſent oculis ſuis talem claritatem proſpicere: ſi enim antequam moreretur pro nobis, & reſurgeret, quando transfiguratus eſt in monte diſcipuli ſui eum uidere non potuerunt, quanto magis glorificata carne Domini, eum uidere non potuerunt? Eſt etiam conſiderandum, quòd poſt reſurrectionem Dominus hoc præcipue uolebat oſtendere, quòd idem ipſe eſſet, qui mortuus fuerat, quòd multum poterat impedire, ſi eis ſui corporis claritatem oſtenderet: nam immutatio quæ fit ſecundum aſpectum, maxime oſtendit diuerſitatem eius, quod uide-
D tur: quia ſenſibilia communia (inter quæ eſt unum & multa, uel idem & diuerſum) maxime diiudicat uiſus: ſed ante paſſionem, ne infirmitatem paſſionis eius diſcipuli deſpicerent, intendebat Chriſtus eis gloriam maieſtatis ſuæ oſtendere, quam maxime demonſtrat claritas corporis. Et ideo ante paſſionē, gloriam ſuam demonſtrauit diſcipulis per claritatē, poſt reſurrectionem autem per alia indicia. (In dial. 65. qu. q. 14. in prin. to. 4)

AD 5[m] dicendum, quòd ſicut Augu.† dicit in libro de Conſenſu Euang. poſſumus intelligere unum angelum uiſum a mulieribus, ſecundum Matth. & Mar. ut eas ingreſſas in monumētum accipiamus, in aliquod ſcilicet ſpatium, quod erat aliqua maceria communitum, atque ibi uidiſſe angelum * ſedentem a dextris, quod dicit Marcus. Deinde dum introſpicerent locum in quo iacuerat corpus Domini, uiſos ab
E eis alios duos angelos, primo quidem ſedentes (ut dicit Ioan.) & poſtea eos ſurrexiſſe, ut ſtantes uiderentur, ut dicit Lucas. (lib. 3. c. 24. tom. 4) (* Supra lapidem reuolutū a monumento, ſicut dicit Mar. ut hoc ſit ſedentē.)

## QVAESTIO LVI.

*De reſurrectionis Chriſti cauſalitate, in duos articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de cauſalitate reſurrectionis Chriſti.

Tertia S. Thomæ.

*¶ Super Quæſtionis quinquageſimæſextæ Articulum primum.*

TItulus clarus.
¶ In corpore una eſt concluſio: Reſurrectio Chriſti eſt cā noſtrę reſurrectionis. Probat tripliciter. Primo ratio

ne principii in quolibet genere, &c. ſecūdo auctoritate Apoſtoli: tertio ex conſonantia Verbi incarnati. Omnia clara & diſtincta ſunt in litera.

¶ In reſponſione ad tertium, aduerte ꝙ humanitas Chriſti quia eſt organum cōniunctum perſonaliter uerbo dei, eſt uelut uniuerſale inſtrumentum dei ad miracula facienda, ut ex ſuperius dictis habetur. Determinatur autem ad eſſe inſtrumētum ad hoc, uel illud opus miraculoſum, per aliquā ipſius conditionem: ita quòd ex hoc ꝙ paſſa eſt, intelligimus cōmunicatam ſibi per quandam appropriationē uirtutem remiſſiuam peccatorum, & ex hoc quòd reſurrexit, communicata ſimiliter eſt ſibi uirt⁹ reſuſcitatiua mortuorum, & ſic de aliis ſimilibus inſtrumentalibus actionibus, quæ humanitati Chriſti tribuūtur inſtrumētaliter, deo autē principaliter: ſic enim reſurrectio Chriſti dicitur cauſa noſtræ reſurrectionis: quoniam per ipſam, ut dictum eſt, Chriſt⁹ homo inſtrumentum efficax conſtitutus eſt ad reſuſcitandos homines in uitam æternam.

4.d.43.ar.2 q.1. Et 4.cō. c.78. Et ueri.q.27.ar.3 ad 7. Et op. 3.c.246. Et op.60.c.21. Et 1.co.15. lec.1.

*ca.ul. par. 3.a med.

Damaſ.lib. 4.c.28

Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primo, Vtrum reſurrectio Chriſti ſit cauſa noſtræ reſurrectionis.

¶ Secundo, Vtrum reſurrectio Chriſti ſit cauſa noſtræ iuſtificationis.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum reſurrectio Chriſti ſit cauſa reſurrectionis corporum.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd reſurrectio G Chriſti non ſit cauſa reſurrectionis corporum. Poſita enim cauſa ſufficienti, neceſſe eſt effectum poni. ſi ergo reſurrectio Chriſti eſt cauſa ſufficiens reſurrectionis corporum, ſtatim eo reſurgēte omnes mortui reſurgere debuerunt.

¶ 2 Præt. Cauſa reſurrectionis mortuorum eſt diuina iuſtitia, ut ſcilicet corpora ſimul præmientur uel puniantur cum animabus, ſicut cōmunicauerunt in merito uel peccato, ut dicit Dionyſi. ulti. cap. Cæleſt. Hier. & ēt Damaſc. dicit † in 3. H li: ſed iuſtitiam dei neceſſe eſſet impleri, etiam ſi Chriſtus non reſurrexiſſet. ergo etiam Chriſto non reſurgente, mortui reſurgerent. non ergo reſurrectio Chriſti eſt cauſa reſurrectionis corporum.

¶ 3 Præt. Si reſurrectio Chriſti ſit cauſa reſurrectionis corporum, aut eſſet cauſa exemplaris, aut cauſa effectiua, aut meritoria: ſed non eſt cauſa exemplaris: quia reſurrectionem corporum deus operabitur, ſecundum illud Ioan. 5. ſicut I pater ſuſcitat mortuos: deus autem non indiget inſpicere ad aliquod exemplar extra ſe. ſimiliter etiam non eſt cauſa effectiua: quia cauſa efficiens non agit niſi per contactum uel ſpiritualem uel corporalem: manifeſtum eſt autem quòd reſurrectio Chriſti nō habet contactum corporalem ad mortuos, qui reſurgēt, propter diſtantiam temporis & loci: ſimiliter etiā nec contactum ſpiritualem, qui eſt per fidem & charitatē, quia etiam infideles & peccatores reſurgent. neque etiam eſt cauſa meritoria: quia Chriſtus reſurgens iā non erat uiator, & ita non erat in ſtatu merendi. & ita nullo modo reſurrectio Chriſti uidetur eſt cauſa noſtræ reſurrectionis.

K ¶ 4 Præt. Cum mors ſit priuatio uitæ, nihil uidetur eſſe aliud deſtruere mortem, quàm reducere uitam, quod pertinet ad reſurrectionem: ſed Chriſtus moriendo, mortem noſtram deſtruxit. ergo mors Chriſti eſt cauſa noſtræ reſurrectionis. non ergo eius reſurrectio.

SED CONTRA eſt, quòd ſuper illud 1. ad Corin. 15. Si Chriſtus prædicatur, quòd reſurrexit a mortuis, &c. dicit Gloſſ. Qui eſt cauſa ſufficiens reſurrectionis noſtræ.

RESPON. Dicendum, quòd illud, quod eſt primum in quolibet genere, eſt cauſa omnium, quæ ſunt F poſt, ut dicitur in 2. Metaphyſi.* Primum autem in genere noſtræ reſurrectionis fuit reſurrectio Chr̄i, ſicut ex ſupradictis † patet: unde oportet quòd reſurrectio Chriſti ſit cauſa noſtræ reſurrectionis. et hoc eſt quod Apoſt. dicit 1. ad Cor. 15. Chriſtus reſurrexit a mortuis primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum: & hoc rationabiliter. nam principium humanæ uiuificationis eſt uerbū dei, de quo dicitur in Pſal. 35. Apud te eſt fons uitæ: unde & ipſe dicit Ioan. 5. ſicut pater ſuſcitat mortuos & uiuificat, ſic & Filius quos uult uiuificat. Habet autem hoc naturalis ordo rerum diuinitus inſtitutus, ut quælibet cauſa primo operetur in id, quod eſt ſibi propinquius, & per illud operetur in alia magis remota: ſicut ignis primo calefacit aerem ſibi propinquum, per quem calefacit corpora diſtātia, & ipſe deus primo illuminat ſubſtātias ſibi ꝓpinquas, per quas illuminat magis remotas, ut Dion. † dicit 15. c. Cæl. Hier. et ideo uerbum dei primo tribuit uitam immortalem corpori ſibi naturaliter unito, & per ipſum operatur reſurrectionem in omnibus aliis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd (ſicut dictum eſt*) reſurrectio Chriſti eſt cauſa noſtræ reſurrectionis per uirtutem Verbi uniti, quod quidem operatur, ſecundum uoluntatem. et ideo nō oportet, quòd ſtatim ſequatur effectus: ſed ſecundum diſpoſitionem uerbi dei, ut ſcilicet primo conformemur Chriſto patienti & morienti in hac uita paſſibili & mortali, deinde perueniamus ad* percipiendum ſimilitudinem reſurrectionis ipſius.

AD 2^m^ dicendum, quòd iuſtitia dei eſt cauſa prima reſurrectionis noſtræ: reſurrectio autem Chriſti ē cauſa ſecundaria & quaſi inſtrumentalis. Licet autem uirtus principalis agentis non determinetur ad hoc inſtrumentum determinate: tamen ex quo per hoc inſtrumentum operatur, inſtrumētum illud eſt cauſa efficiens. ſic ergo diuina iuſtitia, quantum eſt de ſe, non eſt obligata ad reſurrectionem noſtram cauſandā per reſurrectionē Chriſti: potuit enim alio modo nos deus liberare, quàm per Chriſti paſſionem & reſurrectionē ut ſupra * dictum eſt. Ex quo tamen decreuit hoc modo nos liberare, manifeſtū eſt, quòd reſurrectio Chriſti eſt cauſa noſtræ reſurrectionis.

AD 3^m^ dicendum, quòd reſurrectio Chriſti non eſt, proprie loquendo cauſa meritoria noſtræ reſurrectionis: ſed eſt cauſa efficiens & exemplaris. Efficiens quidem, inquantum humanitas Chriſti ſecundū quàm reſurrexit, eſt quodammodo inſtrumentum diuinitatis ipſius, & operatur in uirtute eius, ut ſupra dictum eſt. † Et ideo ſicut alia, quæ Chriſtus in ſua humanitate fecit, uel paſſus eſt, ex uirtute diuinitatis ei⁹ ſunt nobis ſalutaria (ut ſupra dictum eſt*) ita & reſurrectio Chriſti eſt cauſa efficiens noſtræ reſurrectionis uirtute diuina: cuius proprium eſt mortuos uiuificare: quæ quidem uirtus præſentialiter attingit omnia loca & tempora, & talis contactus uirtualis ſufficit ad rationem huius efficientiæ. Et quia (ut dictum eſt †) primordialis cauſa reſurrectionis humanæ eſt diuina iuſtitia, ex qua Chriſtus habet poteſtatem iudicium facere, inquantum filius hominis eſt, uirtus effectiua reſurrectionis eius ſe extendit, non ſolum ad bonos, ſed etiam ad malos, qui ſunt eius iudicio ſubiecti. Sicut autem reſurrectio corporis Chriſti, ex eo quòd corpus illud eſt perſonaliter Verbo unitū, eſt prima tēpore, ita etiam eſt prima dignitate & perfectione, ut dicit gloſſ. 1. ad Cor. 15. Semper autem id, quod eſt perfectiſſimum,

2.Metaphyſi. text.4

† Quæſt. 53 art. 3

Cap. 13 a multū procul a prin.

Q.48.ar.1.

In corp.

* Aliàs participandā.

Q.46.ar.1 & 3

Q.13.ar.1 & 3. *q.48.ar.6

In ſol. primi ad 1.



perfectiſſimum, eſt exemplar eius quod eſt minus perfectum ſecundum ſuum modū, et ideo reſurrectio Chriſti eſt cauſa exēplaris noſtræ reſurrectionis. Quod quidem neceſſarium eſt, non ex parte reſuſcitantis, qui nō indiget exēplari, ſed ex parte reſuſcitatorū, quos oportet illi reſurrectioni conformari, ſecundum illud Phi. 3. Reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratū corpori claritatis ſuæ. Licet autem efficientia reſurrectionis Chriſti ſe extendat ad reſurrectionem tam bonorum, quàm malorum: exemplaritas tamen eius ſe extendit proprie ſolum ad bonos, qui ſunt facti cōformes filiationis ipſius, ut dicitur Ro. 8.

AD 4^m^ dicendum, quòd ſecundum rationem efficientiæ, quæ dependet ex uirtute diuina communiter, tam mors Chriſti, quàm etiam reſurrectio, eſt cauſa tam deſtructionis mortis, quàm reparationis uitæ: ſed ſecundum rationem exemplaritatis, mors Chriſti, per quam receſſit a uita mortali, eſt cauſa deſtructionis mortis noſtræ: reſurrectio uero eius, per quam inchoauit uitam immortalem, eſt cauſa reparationis uitæ noſtræ: paſſio tamen Chriſti eſt inſuper cauſa meritoria, ut ſupra dictum eſt.*

¶ *Super Quæſtionis quinquageſimæ ſextæ Articulū ſecūdum.*

Titulus clarus ē. Intelligenti reſurrectionē aīæ eē a morte peccati: mors enim animæ peccatum eſt, & uita eius eſt gratia dei.

¶ In corpore ſunt duæ cōcluſiones, Prima eſt: Reſurrectio Chr̄i habet uirtutē inſtrumētaliter effectiuā reſpectu reſurrectionis animarū, et nō ſolū corporū. Probatur: Reſurrectio Chriſti agit in uirtute deitatis, extēdētis ſe nō ſolū ad uitam corpū, ſed aīę. ergo. ¶ Aduerte hic, ꝙ cōſequentia, ſeu rō iſta pręſupponit ſupradicta d' potētia, ſeu omnipotētia humanitatis Chriſti, ꝙ. ſ. extēdat ſe poteſtas ei⁹ inſtrumētalis ad quæcūq; mirabilia opa, exceptis his quæ ſpectāt ad primā rerum creationē, &c. ubi latius patuit. Suppoſita. n. adęquatione organi, gratia materiæ ſubiectæ tenet argumentū, uirtus deitatis principalis extendit ſe ad uitā corporū & animarū. ergo uirtus inſtrumentalis humanitatis extēdit ſe ad eadem.

¶ Secūda cōcluſio ē: Reſurrectio Chriſti ē cauſa exēplaris reſurrectionis animarū. Probat: qa Chriſto reſurgēti debem⁹ ēt ſecūdū animā cōformari. Et hoc d' clarat auctoritate apoſtoli quo ad duo ſcilicet nouitatē uitę, & quo ad uitationē ulterioris mortis.

Iñ ſupra ar. 1. ad 2.

*Tract. 23. in Euange. Ioan. ante med. 1.9

### ARTICVLVS II.

*Vtrum reſurrectio Chriſti ſit cauſa reſurrectionis animarum.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd reſurrectio Chriſti non ſit cauſa reſurrectionis animarum. Dicit enim Aug.* ſuper Ioan. quòd corpora reſurgunt per diſpēſationem humanam, ſed animæ reſurgunt per ſubſtantiam dei: ſed reſurrectio Chriſti non pertinet ad ſubſtantiam dei, ſed ad diſpenſationem humanam. ergo reſurrectio Chriſti, & ſi ſit cauſa reſurrectionis corporum, non tamen uidetur eſſe cauſa reſurrectionis animarū.

¶ 2 Præt. Corpus non agit in ſpiritum: ſed reſurrectio Chriſti pertinet ad corpus eius, quod cecidit per mortē. ergo reſurrectio Chriſti nō ē cā reſurrectionis animarū.

¶ 3 Præt. Quia reſurrectio Chriſti eſt cauſa reſurrectionis corporum omnium corpora reſurgent, ſecundum illud 1. ad Corin. 15. Omnes quidem reſurgemus: ſed non omnium animæ reſurgent: quia quidam ibunt in ſupplicium æternū, ut dicitur Matth. 25. ergo reſurrectio Chriſti non eſt cauſa reſurrectionis animarum.

¶ 4 Præter. Reſurrectio animarum fit per remiſſionem peccatorum: ſed hoc factum eſt per Chriſti paſſionem, ſecundum illud Apoc. 1. Lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. ergo reſurrectionis animarum, magis eſt cauſa Chriſti paſſio, quàm eius reſurrectio.

SED CONTRA eſt, quòd Apoſt. dicit Rom. 4. Reſurrexit propter iuſtificationem noſtram: quæ A nihil aliud ē quàm reſurrectio animarū. Et ſuper illud Pſa. 29. Ad ueſperum demorabitur fletus, dicit gloſſ. quòd reſurrectio Chriſti eſt cauſa reſurrectionis noſtræ & animæ in præſenti, & corporis in futuro.

RESPON. Dicendum, quòd (ſicut dictum eſt*) reſurrectio Chriſti agit in uirtute diuinitatis, quæ quidem ſe extendit, non ſolum ad reſurrectionem corporum, ſed etiam ad reſurrectionem animarum: a deo. n. eſt, & quòd anima uiuat per gratiam, & quòd corpus uiuat per animam. Et ideo reſurrectio Chriſti habet inſtrumentaliter uirtutem effectiuam, non ſolum reſpe- B ctu reſurrectionis corporum, ſed etiam reſpectu reſurrectionis animarum: ſimiliter etiam habet rationem exemplaritatis reſpectu reſurrectionis animarū: quia Chriſto reſurgenti debemus etiam ſecundum animā conformari, ut ſicut, ſecundum Apo. Rom. 6. Chriſtus ſurrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus, & ſicut ipſe reſurgēs ex mortuis iam nō moritur, ita et nos exiſtimemus nos mortuos eſſe peccato, ut iterum uiuamus in illo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Aug.* dicit reſurrectionem animarum fieri per dei ſubſtantiā, C quantum ad participationem: quia ſcilicet participando diuinam bonitatem, animæ fiunt bonæ & iuſtę, nō autem participando quacūq; creaturam: unde cum dixiſſet, † Animæ reſurgunt per ſubſtantiam dei, ſubdit: participatione enim dei fit anima beata, non participatione animæ ſanctæ: ſed participando gloriam corporis Chriſti, efficiuntur corpora noſtra glorioſa.

AD 2^m^ dicendum, quòd efficientia reſurrectionis Chriſti pertingit ad animas, non per propriam uirtutem ipſius corporis reſurgentis: ſed per uirtutem diuinitatis, cui perſonaliter unitur.

AD 3^m^ dicendum, quòd reſurrectio animarum pertinet ad meritum, quod eſt effectus iuſtificatoris: D ſed reſurrectio corporum ordinatur ad pœnā uel præmium, quæ ſunt effectus iudicantis. Ad Chriſtum autem non pertinet iuſtificare omnes, ſed iudicare, & ideo omnes reſuſcitat ſecundum corpus, ſed non omnes ſecundum animam.

AD 4^m^ dicendum, quòd in iuſtificatione animarum duo concurrunt, ſcilicet remiſſio culpæ, & nouitas uitæ per gratiam. Quantum ergo ad efficientiam, quæ eſt per uirtutem diuinam, tam paſſio Chriſti quàm reſurrectio eſt cauſa iuſtificationis quo ad utrumque: ſed quantum ad exemplaritatem proprie paſſio, & mors Chriſti, eſt cauſa remiſſionis culpæ, per quam morimur peccato; reſurrectio autem Chriſti, eſt cauſa nouitatis uitæ, quæ eſt per gratiam ſiue iuſtitiam. Et ideo Apoſtol. dicit Roman. 4. quòd tra- E ditus eſt, ſcilicet in mortem, propter delicta noſtra, ſcilicet tollenda, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram: ſed paſſio Chriſti eſt etiam cauſa meritoria, ut dictum eſt.*

Art. præce. ad 3.

Trac. 23. in Ioan. inter prin. & medium to.

Eodē loco nunc dicto.

*Aliàs iuſtificationis.

Art. præce. ad 3 arg.

### QVAESTIO LVII.

*De aſcenſione Chriſti, in ſex articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de aſcenſione Chriſti.

¶ *Super Quæſtionis quinquageſimæ ſeptimæ Articulum primū.*

Titulus clarus. ¶ In corpor̄ vna cōcluſio: Conueniēs fuit Chriſtū non remanere in terris, ſed aſcēdere in cęlū. Probat: Locus debet eē ꝓportionat⁹ locato, etc. clar̄ patet i litera

Et circa hoc quæruntur ſex.

¶ Primo, Vtrum fuerit conueniens Chriſtum aſcendere.
¶ Secundo, Secundum quam naturam conueniat ſibi aſcenſio.
¶ Tertio, Vtrum propria uirtute aſcenderit.
¶ Quarto, Vtrum aſcenderit ſuper omnes cælos corporeos.
¶ Quinto, Vtrum aſcenderit ſuper omnes ſpirituales creaturas.
¶ Sexto, De effectu aſcenſionis.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum fuerit conueniens, Chriſtum aſcendere.*

3.d.22.q.3. ar.1. Et op. 3.c.247. Et op. 60.c.23 princip. *li.2.cō.64. 65.66.to2.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens Chriſtum aſcendere. Dicit enim Philoſophus * in 2. de Cæl. quòd illa, quæ optimo modo ſe habent, poſſident ſuum bonum ſine motu: ſed Chriſtus optime ſe habuit: quia & ſecundum diuinam naturam eſt ſummum bonum, & ſecundum humanam naturam, eſt ſummæ glorificatus. ergo ſuum bonum habet ſine motu: ſed aſcenſio eſt quidam motus. ergo non fuit conueniens, quòd Chriſtus aſcenderet.

¶ 2 Præt. Omne quod mouetur, mouetur propter aliquid melius: ſed Chriſto non fuit melius eſſe in cælo quàm in terra: nihil enim accreuit ſibi per hoc, quòd fuit in cælo: neque quantum ad animam, neque quantum ad corpus. ergo uidetur, quòd Chriſtus nō debuerit in cęlum aſcendere.

¶ 3 Præt. Filius dei humanam naturam aſſumpſit ad noſtram ſalutem: ſed magis fuiſſet ſalutare hominibus, quòd ſemper conuerſaretur nobiſcum in terris: unde ipſe dixit diſcipulis ſuis Luc. 17. Venient dies, quando deſideretis uidere unum diem Filii hominis, & non uidebitis. uidetur ergo, quòd non fuerit cōueniens Chriſtum aſcendere in cælum.

l. 14.ca.31. a med.

¶ 4 Præt. Sicut Grego. * dicit 14. Moral. corpus Chriſti in nullo mutatum fuit poſt reſurrectionem: ſed non immediate poſt reſurrectionem aſcendit in cælū: quia ipſe dicit poſt reſurrectionem Ioā. 20. Nondum aſcēdi ad patrem meum. ergo uidetur quòd nec poſt quadraginta dies aſcendere debuerit.

SED CONTRA eſt, quòd Dominus dicit Io. 20. Aſcendo ad patrem meum, & patrem ueſtrum.

*Alias per.

RESPON. Dicendū, quòd locus debet eſſe proportionatus locato. Chriſtus autem poſt reſurrectionem, uitam immortalem & incorruptibilem inchoauit. Locus autem, in quo nos habitamus, eſt locus generationis & corruptionis: ſed locus cæleſtis eſt locus incorruptionis, & ideo non fuit conueniens, ꝙ Chriſtus poſt reſurrectionem remaneret in terris, ſed cōueniens fuit, quòd aſcenderet in cælum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illud optime ſe habens, quod ſine motu poſſidet ſuum bonum, eſt ipſe deus: quia eſt omnino immutabilis, ſecūdum illud Malach. 3. Ego deus, & non mutor. Quælibet autem creatura eſt mutabilis, aliquo modo, ut patet per Auguſtin. * 8. ſuper Geneſ. ad literam. Et quia natura aſſumpta a filio dei, remanſit creatura (ut patet ex his, quæ ſupra † dicta ſunt) non eſt inconueniens, ſi ei aliquis motus attribuatur.

l.8.c.14.t.3 †Q.2.ar.1.

F AD 2m dicendum, quòd per hoc, quòd Chriſtus aſcendit in cælum, nil ei accreuit, quantum ad ea quæ ſunt de eſſentia gloriæ, ſiue ſecundum corpus, ſiue ſecundum animam, tamen accreuit ei aliquid quantum ad loci decentiam, quod eſt ad bene eſſe gloriæ: non quòd corpus eius aliquid, aut perfectionis aut conſeruationis acquireret ex corpore cæleſti: ſed ſolummodo propter quandam decentiam: hoc autem aliquo modo pertinebat ad eius gloriam. Et de hac decentia gaudium quoddam habuit, non quidem, quòd tunc de nouo de hoc gaudere inciperet, quando in cælum aſcendit: ſed quia nouo modo de hoc gauiſus eſt, G ſicut de re impleta: unde ſuper illud Pſalm. 15. Delectationes in dextera tua uſque in finem, dicit gloſſ. Delectatio & lætitia erit mihi in conſeſſu tuo, humanis obtutibus ſubtracto.

AD 3m dicendum, quòd licet præſentia corporalis Chriſti fuerit ſubtracta fidelibus per aſcenſionem, præſentia tamen diuinitatis ipſius ſemper adeſt fidelibus, ſecundum quòd ipſe dicit Matthæ. ultimo, Ecce, ego uobiſcum ſum vſque ad conſumationem ſæculi. Qui enim aſcendit in cælos, non deſerit adoptatos, ut Leo Papa dicit: ſed ipſa aſcenſio Chriſti in cælum, qua corporalem ſuam præſentiam nobis ſubtraxit, magis fuit utilis nobis, quàm præſentia H corporalis fuiſſet. Primo quidem, propter fidei augmentum, quæ eſt de non uiſis: unde ipſe Dominus dicit diſcipulis ſuis Ioan. 16. quòd Spirituſſanctus aduenieus arguet mundum de iuſtitia, ſcilicet eorum qui credunt, ut Auguſtinus, * dicit ſuper Ioan. Ipſa quippe fidelium comparatio, infidelium eſt vituperatio: unde ſubdit, quia ad patrem uado, & iam non uidebitis me: beati enim qui non uident & credunt. Erit igitur ueſtra iuſtitia, de qua mundus arguetur, quoniam in me quem non uidebitis credetis. ſecundo, ad ſpei ſubleuationem: unde ipſe dicit Ioan. 14. Si abiero, & præparauero uobis locum, iterum ueniam & accipiam uos ad meipſum, ut ubi ego ſum, & uos ſitis. Per hoc enim, quòd Chriſtus humanam naturam aſſumptam, in cælo I collocauit, dedit nobis ſpem illuc perueniendi: quia ubi fuerit corpus, illuc congregabuntur, & aquilæ: ut dicitur Matthæ. 24. unde & Michææ. 2. dicitur, Aſcendit pandens iter ante eos. tertio ad erigendum charitatis affectum in cæleſtia: unde dicit Apoſtol. Coloſ. 3. Quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens: quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram: ut enim dicitur Matthæ. 6. Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Et quia Spirituſſanctus eſt amor, nos in cæleſtia rapiens, ideo Dominus dicit diſcipulis Ioan. 16. Expedit uobis ut ego uadam: ſi enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos: ſi autem abiero, mittam eum ad uos: quod exponens Auguſtin. * ſuper Ioan. dicit, Non po K teſtis capere Spiritum, quandiu ſecundum carnē noſſe perſiſtitis Chriſtum. Chriſto autē diſcedente corporaliter, non ſolum Spirituſſanctus, ſed & Pater, & Filius illis affuit ſpiritualiter.

Trac.95. in Io. ante medium.

Trac.94. in Io. poſt medium.

AD 4m dicendum, quòd licet Chriſto reſurgenti in uitam immortalem congrueret locus cæleſtis; tamen aſcenſionem diſtulit, ut ueritas reſurrectionis comprobaretur: unde dicitur Act. 1. quòd poſt paſſionem ſuam præbuit ſeipſum uiuum diſcipulis, in multis argumentis per dies quadraginta. Vbi dicit quædā glo.* ꝙ quia per quadraginta horas mortu* fuerat, quadraginta diebus ſe uiuere confirmat. Vel per quadraginta dies

Gloſſa interlinea.



*al. tempus

dies tempus *præſentis ſæculi, quo Chriſtus in ecclesia conuerſatur, poteſt intelligi: quia homo conſtat ex quatuor elementis, & eruditur contra tranſgreſſionem decalogi.

A tamen ei metaphorice conuenire, prout ſcilicet dicitur, in cor hominis aſcendere, quando cor hominis ſe ſubiicit, & humiliat deo. Et eodem modo metaphorice dicitur aſcendere, reſpectu cuiuſlibet creaturæ, ex eo quòd eam ſubiicit ſibi.

### ARTICVLVS II.

*Vtrum conueniat Chriſto aſcendere in cælum ſecundum diuinam naturam.*

*¶ Super Quæſtionis quinquageſimæſeptimæ Articulū ſecundum.*

TItulus, ut ſonat ſumendus eſt. ¶ In corpore ponitur una diſtinctio bimembris cum ſuis concluſionibus. Diſtinctio eſt circa ly ſecundum quòd, & cōcluſiones ſunt claræ. Vbi nota in hac materia, ꝙ ſicut ſuppoſitum diuinū paſſum eſt ſecundū naturam humanam, vt ly ſecundum, dicit conditionem patientis, ita perſona filii dei eſt ille, qui aſcendit in cælum ſecundum naturā humanam ut naturā aſcēdentem, & ſecundū naturam diuinam, ut cauſam aſcenſionis.

3.d.22.q.3. ar.1. ad 2. Et op.3.c.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd aſcendere in cælum conueniat Chriſto ſecūdum diuinam naturam. Dicitur B enim in Pſalm. 46. Aſcendit deus in iubilatione, & Deuteron. 33. Aſcenſor cæli, auxiliator tuus: ſed iſta dicuntur de deo etiam ante Chriſti incarnationē. ergo Chriſto conuenit aſcendere in cælum, ſecundum quòd deus.

¶ 2 Præter. Eiuſdem eſt aſcendere in cælum, cuius eſt deſcendere de cælo, ſecundum illud Ioan. 3. Nemo aſcendit in cælum, niſi qui de cælo deſcendit, & Ephe C ſi. 4. Qui deſcendit, ipſe eſt, & qui aſcendit: ſed Chriſtus deſcendit de cælo, non ſecundum quòd homo, ſed ſecundum quòd deus: non enim humana eius natura ante in cælo fuerat, ſed diuina. ergo uidetur quòd Chriſtus aſcenderit in cælum, ſecundum quòd deus.

¶ 3 Præt. Chriſtus ſua aſcenſione aſcendit ad Patrē: ſed ad patris æqualitatem non peruenit, ſecundum quòd homo, ſic enim dicit, pater maior me eſt, ut habetur Io. 14. ergo uř quòd Chriſtus aſcendit ſm quòd deus.

Gloſſa interlinearis.

SED CONTRA eſt, quòd Eph. 4. ſuper illud, quòd autem aſcendit, quid eſt niſi quia & deſcendit, dicit D glo.* Conſtat quòd ſecundum humanitatem Chriſtus deſcendit & aſcendit.

RESPON. Dicendum, quòd ly ſecundum, duo poteſt notare, ſcilicet conditionem aſcendentis, & cauſam aſcenſionis. Et ſi quidem deſignat conditionem aſcendentis, tunc aſcendere non poteſt conuenire Chriſto ſecundum conditionem diuinæ naturæ, tum, quia nihil eſt diuinitate altius, quo poſſit aſcendere: tum etiam, quia aſcenſio eſt motus localis, qui diuinæ naturæ non competit, quæ eſt immobilis, & inlocalis: ſed per hunc modum aſcenſio competit Chriſto ſecundum humanam naturam, quæ continetur loco, & motui ſubiici poteſt: vnde ſub hoc ſenſu poterimus dicere, quòd Chriſtus aſcendit in cælum ſecundum quòd homo, non ſecūdum quòd deus: ſi vero ly ſecundum quòd, deſignet cauſam aſcē- E ſionis, cum Chriſtus ex virtute diuinitatis in cælum aſcenderit, non autem ex virtute humanæ naturæ, dicendum eſt quòd Chriſtus aſcendit in cælum, non ſecundum quòd homo, ſed ſecundum quòd deus; vnde Auguſt. † dicit in ſermon. de Aſcenſione, De noſtro fuit, quòd filius dei pependit in cruce, ſed de ſuo, quòd aſcendit.

†ſerm. 3. & eſt 176. de tempore a med. to. 10.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd auctoritates illæ, prophetice dicuntur de deo, ſecundum quòd erat incarnandus: poteſt tamen dici, quòd aſcendere, etſi non proprie conuenit diuinæ naturæ, poteſt

AD 2m dicendum, quòd ipſe idem eſt qui aſcendit, & qui deſcendit (dicit enim Auguſt. † in lib. de Symbolo, Quis eſt qui deſcendit? Deus homo: quis eſt qui aſcendit? idem ipſe Deus homo.) deſcenſus tamen duplex attribuitur Chriſto: vnus quidem, quo dicitur deſcendiſſe de cælo, qui quidem attribuitur deo homini, ſecundum quòd deus: non enim eſt iſte deſcenſus intelligendus ſecundum motum localem, ſed ſecundum exinanitionem, qua cum in forma dei eſſet, ſerui formam ſuſcepit: ſicut enim dicitur exinanitus non ex eo, quòd ſuam plenitudinem amiſerit, ſed ex eo quòd noſtram paruitatem ſuſcepit, ita dicitur deſcendiſſe de cælo, non quòd cælum deſeruerit, ſed quia naturā terrenam aſſumpſit in vnitatem perſonæ. Alius autem eſt deſcenſus, quo deſcendit in inferiores partes terræ, vt dicitur Epheſi. 4. Qui quidem eſt deſcenſus localis, vnde competit Chriſto ſecundum conditionem humanæ naturæ.

l.4.c.7. circa prin.t.9.

AD 3m dicendum, quòd Chriſtus dicitur ad patrem aſcendere, inquantum aſcendit ad conſeſſum paternæ dexteræ: quod quidem conuenit Chriſto aliqualiter ſecundum diuinam naturam, aliqualiter autem ſecundum humanam, ſecundum quòd infra dicetur.

### ARTICVLVS III.

*Vtrum Chriſtus aſcenderit propria uirtute.*

*¶ Super Quæſtionis quinquageſimæſeptimæ Articulū tertiū.*

TItulus clarus. ¶ In corpo. ar. concluſio eſt: Chriſtus aſcendit in cælū propria uirtute: primo quidē diuina, ſecūdo aūt animę glorificatæ, mouētis corpus, ꝓut uult. Declarat̃ cōcluſio, diſtinguēdo in Chriſto naturā, diuinā. ſ. & humanā, & ſub diſtinguēdo uirtutē humanā in uirtutē naturę & uirtutē gloriæ, & excluſa virtute naturali aſſerēdo duas opiniōes de radice virtutis gloriæ. ſ. vel ex parte lucis cæleſtis, uel ex parte beatitudinis aīæ. Et ꝑtermiſſa prima opinione, q̃a beatitudo aīæ in dei participatione cōſiſtit, infertur cōcluſio quo ad oēs ſui partes clariſſima, ita ꝙ expoſitione nō eget. ¶ Aduerte hic ꝙ cū dr̃, Chriſtū ꝓpria virtute glorificatæ aīæ aſcēdiſſe in cælū, nō ītelligit̃, niſi de ipſo locali motu aſcēſionis. utrum. n. uirtute glorificatæ aīæ potuerit motu illo penetrare cęlos, alia q̃ſtio eſt inferius tractāda.

Opuſ. 3. c. 247. Et op. 60.c.23.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd Chriſtus non aſcenderit propria virtute. D Dicitur enim Marci vltim. quòd Dominus Ieſus poſtquam locutus eſt diſcipulis, aſſumptus eſt in cælum. Et Actuum 1. dicitur, Videntibus illis eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis corū: ſed illud quod aſſumitur & eleuatur, ab alio videtur moueri. ergo Chriſtus non propria virtute, ſed aliena ferebatur in cælum.

¶ 2 Præt. Corpus Chriſti fuit terrenum, ſicut & corpora noſtra: corpori autem terreno, contra naturam eſt ferri ſurſum. nullus autem motus eſt ex propria virtu- E te eius, quod contra naturam mouetur. ergo Chriſtus non aſcendit propria virtute in cælum.

¶ 3 Præt. Propria virtus Chriſti eſt virtus diuina: ſed motus ille non videtur fuiſſe ex virtute diuina: quia cum virtus diuina ſit infinita motus ille fuiſſet in inſtanti, & ſic non potuiſſet videntibus diſcipulis eleuari in cęlū, vt dicitur Act. 1. ergo videtur quòd Chriſtus non aſcenderit propria virtute.

SED CONTRA eſt, ꝙ dr̃ Iſ. 63

Hom.29.in Euang. circa med.

Iſte formoſus in ſtola ſua gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ. Et Gregor. * dicit in Homil. Aſcenſionis, Notandum eſt, quòd Helias in curru legitur aſcendiſſe, ut uidelicet aperte demonſtraretur, quia homo purus adiutorio indigebat alieno. Redemptor autem noſter non curru, non angelis ſubleuatus legitur: quia qui fecerat omnia, ſuper omnia ſua uirtute ferebatur.

R E S P O N. Dicendum, quòd in Chriſto eſt duplex natura, diuina ſcilicet & humana: unde ſecundū vtrāque naturam poteſt accipi propria uirtus eius: ſed ſecundum humanam naturam poteſt accipi duplex uirtus Chriſti. Vna quidē naturalis, quæ procedit ex principiis naturæ, & tali uirtute manifeſtum eſt, ꝙ Chriſtus in cælum non aſcendit. Alia autem uirtus in humana natura Chriſti, eſt uirtus gloriæ, ſecundum quā Chriſtus in cælum aſcendit. Cuius quidem uirtutis rationem, quidam accipiunt ex natura quintæ eſſentiæ, quæ eſt lux, ut dicunt, quam ponunt eſſe de compoſitione humani corporis, & per eam elementa contraria conciliari in unum: ita quòd in ſtatu huius mortalitatis natura elementaris in corporibus humanis dominatur: & ideo ſecundum naturam elementi prædominantis, corpus humanum naturali uirtute deorſum fertur. In ſtatu autem gloriæ prædominabitur natura cæleſtis, per cuius inclinationem & uirtutem corpus Chriſti & alia ſanctorum corpora feruntur in cælum: ſed de hac opinione & in prima parte * habitū eſt, & infra magis agetur in tractatu de reſurrectione † communi. Hac autem opinione prætermiſſa, alii aſſignant rationem prædictæ uirtutis ex parte animę glorificatæ, ex cuius redundantia glorificabitur corpus, ut Auguſt. * dicit ad Dioſc. Erit enim tanta obedientia corporis glorioſi ad animam beatam (ut ſicut Auguſtin. † dicit 22. de Ciuitat. dei) ubi uolet ſpiritus, ibi protinus erit corpus, nec uolet aliquid ſpiritus, quod nec ſpiritum poſſit decere, nec corpus. Decet autē corpus glorioſum & immortale eſſe in loco cæleſti, ſicut dictum eſt. * Et ideo ex uirtute animæ uolentis, corp⁹ Chriſti aſcendit in cælum: ſicut autem corpus efficitur glorioſum participatione animæ, ita, ut Auguſt. † dicit ſuper Ioan. participatione dei ſit anima beata: unde prima origo aſcenſionis in cælum eſt uirtus diuina. ſic igitur Chriſtus aſcendit in cęlum propria uirtute, primo quidem uirtute diuina, ſecundo uirtute animæ glorificatæ, mouentis corpus, prout vult.

1.p.qu.76. ar.7.
† Non compleuit.
Epiſt.56.ante med.to.2
†l.22.c.ult. nō remote a priu.to.5.
Art.1.
Trac.23. in Ioan. inter prin.& me. tom.9

A D P R I M V M ergo dicendum, ꝙ ſicut Chriſtus dicitur propria uirtute ſurrexiſſe, & tamen eſt ſuſcitatus a patre, eo quòd eadem eſt uirtus Patris & Filii, ita etiam Chriſtus ex propria uirtute aſcendit in cęlum, & tamen a patre eſt eleuatus & aſſumptus.

A D 2[m] dicendum, quòd ratio illa probat, quòd Chriſtus non aſcendit in cælum propria uirtute, quæ eſt naturæ humanæ naturalis: aſcendit tamen in cælum propria uirtute, quæ eſt uirtus diuina: et propria uirtute, quæ eſt animæ beatæ. Et licet aſcendere ſurſum, ſit contra naturam humani corporis ſecundum ſtatum præſentem, in quo corpus non eſt omnino ſubiectum ſpiritui: tamen non erit contra naturam, neque uiolētum corpori glorioſo, cuius tota natura eſt omnino ſubiecta ſpiritui.

A D 3[m] dicendum, quòd etſi uirtus diuina ſit infinita, & infinite operetur quantum eſt ex parte operantis, tamen effectus uirtutis eius recipitur in rebus ſecundum earum capacitatem, & ſecundum dei diſpoſitionem. Corpus autem non eſt capax, ut in inſtanti localiter moueatur: quia oportet quòd commetiatur ſe ſpatio, ſecūdum cuius diuiſionem diuiditur tempus, ut dicitur 6. * Phyſi. Et ideo non oportet, quòd corpus motum a deo, moueatur in inſtanti: ſed mouetur ea uelocitate, qua deus diſponit.

li.6.tex.78. 31.&32.

## A R T I C V L V S IIII.

### *Vtrum Chriſtus aſcenderit ſuper omnes cælos.*

A D Q V A R T V M ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus non aſcenderit ſuper omnes cælos. Dicitur enim in Pſal. 10. Dominus in templo ſancto ſuo, Dominus in cælo ſedes eius: quod autem eſt in cælo, non eſt ſupra cælū. ergo Chriſtus non aſcendit ſuper omnes cælos.

¶ 2 Præter. Super omnes cælos non eſt aliquis locus, ut ꝓbatur in primo de cælo: * ſed omne corpus oportet eſſe in loco. ergo corpus Chriſti nō aſcēdit ſuper oēs cælos.

¶ 3 Præt. Duo corpora nō poſſunt eſſe in eodem loco. Cum igitur nō ſit tranſitus de extremo in extremum, niſi per medium, uidetur ꝙ Chriſtus non potuiſſet aſcendere ſuper omnes cælos, niſi cælum diuideretur, quod eſt impoſſibile.

¶ 4 Pręt. Act. 1. dicitur, quòd nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum: ſed nubes non poſſunt eleuari ſupra cælum. ergo Chriſtus non aſcendit ſuper omnes cælos.

¶ 5 Præt. Ibi credimus Chriſtum in perpetuum permanſurū, quo aſcēdit: ſed quod contra naturam eſt, non poteſt eſſe ſempiternum: quia id, quod eſt ſecundum naturā, eſt ut in pluribus, & ut frequentius. Cum ergo contra naturā ſit corpori terreno, eſſe ſupra cælum, uidetur, quòd corpus Chriſti ſupra cælum non aſcenderit.

S E D C O N T R A eſt, quòd dicitur Eph. 3. Aſcendit ſuper omnes cælos, ut adimpleret omnia.

R E S P O N. Dicendum, quòd quanto aliqua corpora perfectius participant bonitatem diuinam, tanto ſunt ſuperiora corporali ordine, qui eſt ordo localis: unde videmus quòd corpora quę ſunt magis formalia, ſunt naturaliter ſuperiora (vt patet per Philoſophum in quarto Phyſicor. & in ſecundo * de Cælo) per formam enim vnumquodque corpus participat diuinum eſſe, ut patet in 1. Phyſic. † Plus autem participat de diuina bonitate corpus per gloriā, quàm quodcumq; corpus naturale per formam ſuæ naturæ. Et inter cætera corpora glorioſa, manifeſtū eſt, quòd corpus Chriſti maiori refulget gloria. vnde cōnuenientiſſimum eſt ſibi, quòd ſit ſupra [a] omnia corpora conſtitutum in alto. & ideo ſup illud Eph. 4. Aſcēdens in altū, dicit gl. Loco & dignitate.

A D P R I M V M ergo dicendum, quòd ſedes dei dicitur eſſe in cælo, non ſicut in continente, ſed magis ſicut in contento. unde non oportet aliquam partem cæli eo ſuperiorem eſſe, ſed ipſum eſſe ſuper [a] omnes cælos, ſicut & in Pſal. 8. dicitur, Eleuata eſt magnificentia tua, ſuper cælos, Deus.

A D 2[m] dicendum, quòd locus habet rationem continentis. vnde primum continens habet rationē primi locantis, quod eſt primum cælum. Intantum igitur corpora indigent eſſe in loco per ſe, inquantum indigent contineri a corpore cæleſti. Corpora autē glorioſa, & maxime corpus Chriſti, non indiget tali continētia: quia nihil recipit a corporibus cæleſtibus, ſed a Deo mediante anima. unde nihil prohibet, corpus Chriſti eſſe extra totam continentiam cæleſtium corporum, & non eſſe in loco continēte: nec tamē oportet, quòd extra cælum ſit vacuum, quia non eſt ibi locus. Nec eſt ibi aliqua potentia ſuſceptiua alicuius corporis: ſed potētia illuc perueniendi, eſt in Chriſto. Quod autem Ariſtoteles * probat 1. de Cælo quòd extra cælum non eſt corpus, intelligendum eſt de corporibus in ſolis naturalibus conſtitutis, vt per probationes apparet.

A D 3[m] dicendum, quòd quàmuis de natura corporis non ſit, quòd poſſit eſſe in eodem loco cum alio corpore: tamen poteſt hoc deus facere per miraculum, quod in eodem loco poſſit eſſe cum alio corpore, ſicut & fecit, vt corpus Chriſti de clauſo vtero beatæ Virginis exiret, & quòd intrauit ianuis clauſis ad diſcipulos, ſicut dicit beatus Gregorius †. Corpus ergo Chriſti ſimul poteſt eſſe cum alio corpore in eodem loco, non ex proprietate corporis: ſed per virtutem diuinam aſſiſtentem, & hoc operātem.

A D 4[m] dicendum, quòd nubes illa, non præbuit adminiculum Chriſto aſcendenti per modum vehiculi: ſed apparuit in ſignū diuinitatis, ſm ꝙ gloria dei iſrael apparebat ſuper tabernaculū in nube.

A D 5[m] dicendum, quòd corpus glorioſum non habet ex principijs ſuæ naturæ, quòd poſſit in cælo aut ſupra cælum eſſe, ſed habet hoc ex anima beata, ex qua recipit gloriam. Et ſicut motus glorioſi corporis ſurſum, nō eſt violentus, ita nec quies violenta: vnde nihil prohibet eam eſſe ſempiternam.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæſeptimæ Articulum quartū.*

T Itulus ut ſonat intelligendus eſt.

¶ In corpore una eſt concluſio. Conuenientiſſimum eſt Chriſto, quòd ſit ſuper omnia corpora conſtitutus in alto. Probatur. Quanto aliqua corpora perfectius participāt bonitatem diuinā, tanto ſunt ſuperiora localiter: ſed corpus Chriſti glorioſum perfectius participat, &c.

¶ Aduerte hic, Auctorem opinari Chriſtum ſecundum corpus eſſe ſupra cælos omnes, ſic quòd plāta pedis eius eſt ſupra ſuperficiem conuexam ſupremi cæli; hoc enim concludit, & ratio in corpore allata, ꝙ quanto corpus ē perfectius, tanto eſt ſuperius ſecundum locum, & hoc expreſſe explicatur in reſponſione ad ſecundum dicendo, Nihil prohibet corpus Chriſti eſſe extra totā continentiam cælorum corporeorum, & non eſſe in loco continēte. Et hoc ideo dictum ſit, ut ſciant dicētes corpus Chriſti ſic eſſe ſupra omnes cælos, ꝙ eſt in ſuprema parte ſupremi cæli, ꝙ non ſequuntur doctrinam Auctoris: ex hoc enim ſequitur manifeſte, quòd non eſt ſuperius ſupremo cælo. & quòd non eſt extra totam continentiam cęlorum corporeorum, quorum primum cōtrariatur corpori articuli, ſecundum autem reſponſioni ad ſecundum.

¶ Sed occurrit hic Duran. in tertio ſen tent. diſtinct. 22. articul. ultim. obiiciēs contra hanc poſitionē; quia ſequeretur quòd Chriſtus nec ſe nec alia uideret corporali uiſione, qa uiſio fit per diaphanum medium, qđ ſupra conuexū ſupremi cæli non inuenitur.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ ſicut ſupra naturæ ordinē corpus Chriſti locatur ſupra cōuexum cæli ſupremi, ita ſupra naturæ ordinem, exercetur ibi viſio corporalis abſq; diaphano medio cōtinuo vſq; ad oculum.

¶ Mirum eſt autem de ſic obiicientibus ad concludendum. Dicant quæſo, quomodo tam Chriſtus quàm alij ſancti poſt reſurrectionem ſi infra conuexum cæli continentur, auditionem incorporalem exercebunt, cū auditus fiat per medium aerem, qui ibi non eſt, nec cælum ſuplet vicem aeris: quoniam non inquantum diaphanus aer mediat in auditu, vt patet ex hoc ꝙ abſque diaphano ī actu audimus, ī tenebris conſtitutis nobis & ſonante & ſono. & ruſus cæli quaſi ære fuſi ſunt, vt non poſſint percuti, &c. Mittamus hæc ſupernaturalia futuri ſæculi, ſciētiæ futuri ſæculi.

1.d.11.q.1. ar.4.q.1.& 4. contra 87. Et qu. 6.c.9
D.329. & 330.
D.243.
li.1.tex.89. to.1
1.1.co.69. ar.1.
Hom.26. in Eua. nō procul a pri.
l.1. de cælo tex.19.
†lib.1.tex. 81.
4.d.48.q.2. ar. Et ... Et ... Et ... 1. lec.

## A R T I C V L V S V.

### *Vtrum corpus Chriſti aſcenderit ſuper omnem creaturam ſpiritualem.*

A D Q V I N T V M ſic proceditur. Videtur ꝙ corp⁹ Chriſti non aſcēderit ſuper omnem creaturam ſpiritualem. Eorum enim quæ non dicuntur ſecūdum vnā rationem, non poteſt conueniēter fieri comparatio: ſed locus non eadem ratione attribuitr corporibus, & ſpiritualibus creaturis, vt patet ex his, quæ dicta ſunt in prima parte †. ergo videtur ꝙ non poſſit dici corpus Chriſti aſcendiſſe ſuper omnem creaturam ſpiritualē.

¶ 2 Præt. Auguſt. * dicit in lib. de Vera relig. quòd omni corpori ſpiritus præfertur: ſed nobiliori rei ſublimior debetur locus. ergo videtur, quòd Chriſtus non aſcenderit ſuper omnē ſpiritualē creaturā.

¶ 3 Præte. In omni loco eſt aliquod corpus, cum nihil ſit vacuū in natura. Si ergo nullum corpus obtinet altiorem locum, quā ſpiritus in ordine naturalium corporū, nullus locus erit ſuper omnem ſpiritualem creaturam. non ergo corpus Chriſti potuit aſcendere ſuper omnem ſpiritualem creaturam.

S E D C O N T R A eſt, quòd dicitur Epheſ. 1. Conſtituit illum ſupra omnem principatum & poteſtatem, & ſupra omne nomen quod nominatur, ſiue in hoc ſęculo, ſiue in futuro.

R E S P O N. Dicendū, quòd tāto alicui rei debetur altior locus, quanto eſt nobilior, ſiue debeatur ei locus per modū contactus corporalis, ſicut corporibus, ſiue per modū contactus ſpiritualis, ſicut ſpiritualibus ſubſtātiis. Exinde.n. ſpiritualibus ſubſtantijs debetr ſm quandam congruentiam locus cęleſtis, qui eſt ſupremus locorum, quia illæ ſubſtantiæ ſunt ſupremę in ordine ſubſtantiarum. Corpus autem Chriſti, licet conſiderando conditiones naturæ corporeæ, ſit infra ſpirituales ſubſtantias, conſiderando tamē dignitatē vnionis, qua eſt perſonaliter Deo coniūctū excellit dignitatem omnium ſpiritualium ſubſtantiarum. Et ideo ſecundum prædictæ congruentiæ rationem debetur ſibi locus altior vltra [d] omnem creaturam etiā ſpiritualem. Vnde & Grego. * dicit in homil. Aſcenſionis, quòd qui fecerat omnia, ſuper omnia ſua virtute ferebatur.

A D P R I M V M ergo dicendum, quòd licet alia ratione attribuatur locus corporali & ſpirituali ſubſtātię, tamen hoc eſt in vtraque ratione commune, quòd digniori rei attribuitr ſuperior loc⁹.

A D 2[m] dicendum, quòd ra-

¶ *Super Quæſtionis quiquageſimæſeptimæ Articulum quintum.*

T Itulus intelligendus eſt cum grano ſalis, put reſpondendo apparet; hoc eſt quòd ponit ibi locatum pro loco, ita quòd per ly omnem creaturam ſpiritualem, intelligimus locum omnis creaturæ ſpiritualis Secutus eſt enī Auctor vſitatum modū loquendi, quo cōſueuimus dicere aliquē epiſcopum vel principem aſcendiſſe ſuper tales & tales, q aſcendit ad locum ſuperiorē locis taliū & talium. Vnde ſenſus tituli eſt, an locus quo aſcendit Chriſt⁹, ſit ſuperior locis, in quibus ſunt quæcūque ſpirituales creaturæ.

¶ In corpore vna concluſio: Corpori Chriſti debetur locus altior vltra omnem creaturam, etiā ſpiritualem. Probatur: Tanto altior locus rei debetur, quāto eſt nobilior: ſed corpus Chriſti ſecūdum dignitatē perſonalē excellit omnes ſubſtantias ſpirituales. ergo &c.

¶ Circa hanc comparationē dubium occurrit: quoniam vana videtur. nam ſupra cōuexum ſeu in ſuperficie cōuexa cęli empyrei non datur locus altior aut minus altus, cum ſit perfecte ſphæricum: conſtat autem illic eſſe angelos beatos, & corpus Chriſti illic eſſe, concluſum eſt ex articulo præcedenti.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ licet ſecundum longitudinem diametri a centro ad circunferētiam nulla pars cōuexæ ſuperficiei corporis pfcte ſphærici ſit altior alia, vt patet ex eo ꝙ omnes lineæ ductæ a cētro ad circunferentiam ſunt æquales: & ſecundum hunc ſenſum procedit dubium: ſi tamen eadē ſuperficies conuexa conſideretur vt ordinata ad aliquid vnum in ea agendum (verbi gratia ad exercendū actum iudicii) ſic vnus locus ſeu vna pars ei⁹ inuenitur altior altera, iuxta approximationem ad ſoliū principis: ſumitur enim pars illa ſolii vt

†Quæſt.52
Ca.55. aliquantulum a prin.to.1
D.243. Homil.29. in Euange. in med.

vt altior, & reliquæ vt iferiores ſunt. Et ſic diuina ſapientia ſuperficiem cæli empyrei, quamuis ſecũdum ſe fecerit æqualem, ſm̃ tamẽ ꝙ venit ĩ vſum habitationis creaturarũ beatarũ, diſpoſuit vnã partẽ, quaſi ſolium, & reliquas ĩ ordine ad illam, ſuperiores vel inferiores. Et ſic Chriſtus ſecundum corpus in parte illa ſolii ſtans, in ſuprema parte ſupremoque loco reſidere dr: & reliquæ creaturæ beatæ hinc & inde inferiores partes tenent.

¶ *Super Quæſtionis quinquageſimæſeptimæ Articulum ſextum.*

TItulus clarus. ¶ In corpore vna concluſio: Aſcẽſio Chriſti eſt cauſa noſtræ ſalutis, & ex parte noſtra, & ex parte ipſius. Probatur quo ad primam partem quadrupliciter, & deinde quo ad ſecundam tripliciter. Omnia clara & ordinata ſunt in litera.

¶ In reſpõſione ad tertium, aduerte propter importunos, quòd Chriſtũ corporaliter viſum fuiſſe a Paulo, non eſt vertẽdum in dubium, quoniã verba ipſius Pauli, Nouiſſime autem tamquam abortiuo &c. hoc conuincunt ad literam: ſed an iſta viſio fuerit tunc cũ dixit, Saule Saule quid me perſequeris, dubitari ab aliquibus videtur: nec vlla dubium ratio fouet, niſi quia volunt dubitare. Auctor autẽ, quia nulla alia corporalis apparitio Chriſti, ad Paulum in ſacra ſcriptura inuenitur, niſi illa, quæ fuit in ſua conuerſione, illam dicit eſſe, qua Chriſtus in proprio corpore ſibi apparuit. Conſtat autem ex Scriptura, illam fuiſſe corporalem, & rationabile eſt Scripturã ſcriptura exponere: irrationabile autẽ, appariciones pro vo- luntate multiplicare. Indiſciplinati quoque eſt quærere in omnibus certitudinem demonſtratiuam: ſed, vt Philoſophi etiã tradiderũt, iuxta ſubiectã materiã certitudo amplectenda eſt.

Ar. 1 huius quæſt. ad 3.

tio illa procedit de corpore Chriſti ſecundum cõditionem naturæ corporeæ, non autem ſecundum rationem vnionis.

Ad $3^{m}$ dicendum, quòd comparatio iſta poteſt attendi, vel ſecũdum rationem locorum, & ſic nullus locus eſt tam altus, qui excedat dignitatem ſpiritualis ſubſtãtiæ, ſecũdum quòd procedit obiectio. Vel ſecũdum dignitatem eorum, quibus attribuitur locus, & ſic corpori Chriſti debetur, vt ſit ſupra ſpirituales creaturas.

### Articulus VI.

*Vtrum aſcenſio Chriſti ſit cauſa noſtræ ſalutis.*

AD ſextum ſic proceditur. Videtur ꝙ aſcenſio Chriſti nõ ſit cauſa noſtræ ſalutis: Chriſtus enim fuit cauſa noſtrę ſalutis, inquantum ſalutem noſtram meruit: ſed per aſcenſionem nihil nobis meruit, quia aſcenſio pertinet H ad prẽmium exaltationis eius. nõ eſt autem idem meritum & præmium, ſicut nec via & terminus. ergo videtur quòd aſcenſio Chriſti non ſit cauſa noſtræ ſalutis.

¶ 2 Præt. Si aſcenſio Chriſti eſt cauſa noſtræ ſalutis, maxime hoc videtur quantum ad hoc, quòd aſcenſio eius ſit cauſa noſtrę aſcẽſionis: ſed hoc collatũ eſt nobis per eius paſſionẽ, quia, vt dicitur Hebræ. 10. habemus fiduciam in introitu ſanctorum per ſanguinem ipſius. ergo videtur quòd aſcenſio Chriſti non fuerit cauſa noſtræ ſalutis. I

¶ 3 Præt. Salus nobis per Chriſtũ collata, eſt ſempiterna, ſecundum illud Iſa. 51. Salus autem mea in ſempiternũ erit: ſed Chriſtus non aſcendit in cælum, vt ibi in ſempiternum eſſet: dicitur enim Act. 1. Quemadmodum vidiſtis eũ aſcendentem in cælum, ita veniet. Legitur etiam, multis ſanctis ſe demõſtraſſe in terris poſt ſuam aſcenſionẽ, ſicut de Paulo legitur Act. K 9. ergo videtur, quòd eius aſcenſio non ſit cauſa noſtræ ſalutis.

Sed contra eſt, quòd ipſe dicit Ioan. 16. Expedit vobis, vt ego vadam, ideſt, vt recedam a vobis per aſcenſionem.

Respon. Dicẽdum, quòd aſcẽſio Chriſti eſt cauſa noſtræ ſalutis dupliciter. Vno modo, ex parte noſtra: alio modo, ex parte ipſius. Ex parte quidem noſtra, inquantum per Chriſti aſcenſionem mens noſtra mouetur in ipſum, quia per eius aſcenſionem (ſicut ſupra* di- F ctum eſt) primo quidem datur locus fidei: ſecundo, ſpei: tertio charitati: quarto, etiam per hoc reuerẽtia noſtra augetur ad ipſum, dum iam non exiſtimamus eum ſicut hominem terrenum, ſed ſicut deum cæleſtem, ſicut & Apoſtolus dicit 2. ad Corinth. 5. Et ſi cognouimus ſecundum carnem Chriſtum, (ideſt, mortalem, per quod putauimus eum tantum hominem, vt gloſſ.* exponit) ſed nunc iam non nouimus. Ex parte autem ſua, quantum ad ea quæ ipſe fecit, aſcendens propter noſtram ſalutẽ: primo quidem viam nobis præparauit aſcendendi in G cælum, ſecundum quòd ipſe dicit Ioan. 14. Vado parare vobis locum, & Mich. 2. Aſcendit, pandens iter ante eos. Quia enim ipſe eſt caput noſtrum, oportet illuc ſequi membra, quo caput præceſſit. vnde dicitur Ioan. 14. Vt vbi ego ſum, & vos ſitis. Et in huius ſignum, animas ſanctorum, quas de inferno eduxerat, in cælum traduxit, ſecundum illud Pſalm. 67. Aſcendens Chriſtus in altum, captiuam duxit captiuitatem, quia ſcilicet eos, qui fuerant a diabolo captiuati, ſecum duxit in cælum, quaſi in locum peregrinum humanæ naturæ, bona captione captiuos, vtpote per victoriam acquiſitos. Secundo, quia ſicut pontifex in veteri teſtamento, intrabat ſanctuarium, vt aſſiſteret deo pro populo, ita & Chriſtus intrauit cælum ad interpellandum pro nobis, vt dicitur Hebræ. 7. Ipſa enim repræſentatio ſui ex natura humana, quam in cælum intulit, eſt quædam interpellatio pro nobis, vt ex quo Deus humanam naturam ſic exaltauit in Chriſto, etiam eorum miſereatur, pro quibus filius dei humanam naturã aſſumpſit. Tertio, vt in cælorum ſede quaſi deus & dominus conſtitutus, exinde diuina dona hominibus mitteret, ſecundum illud Eph. 4. Aſcendit ſuper omnes cælos, vt adimpleret omnia, ſcilicet donis ſuis, ſecundum gloſſam.

Glo. ordinaria & interlinearis ibidem.

Ad primum ergo dicendum, quòd aſcenſio Chriſti eſt cauſa noſtrę ſalutis, non per modum meriti: ſed per modum efficientiæ, ſicut ſupra* de reſurrectione dictum eſt.

Quæſt. 56 ar. 1. ar. 4.

Ad $2^{m}$ dicendum, quòd paſſio Chriſti eſt cauſa noſtrę aſcenſionis in cęlum, proprie loquendo, per remotionem peccati prohibentis, & per modum meriti: aſcenſio autem Chriſti eſt directe cauſa aſcenſionis noſtrę, quaſi inchoando ipſam in capite noſtro, cui oportet membra coniungi.

Ad $3^{m}$ dicendum, quòd Chriſtus ſemel aſcendens in cęlum, adeptus eſt ſibi & nobis in perpetuũ, ius & dignitatem manſionis cæleſtis: cui tamen dignitati non derogat, ſi ex aliqua diſpenſatione Chriſtus quandoque corporaliter ad terram deſcendat, vel vt oſtendat ſe omnibus, ſicut in iudicio, vel vt oſtendat ſe alicui ſpecialiter, ſicut Paulo, vt habetur Act. 9. Et ne quis credat hoc factum fuiſſe, non Chriſto ibi corporaliter præſente, ſed aliqualiter apparente, contrarium apparet per hoc quod ipſe Apoſtolus dicit 1. ad Corinth. 15. ad confirmandam reſurrectionis fidem, Nouiſſime omnium tamquam abortiuo viſus eſt & mihi. Quę quidem viſio veritatẽ reſurrectionis non probaret, niſi verum Chriſti corpus viſum fuiſſet ab eo.

¶ Super



¶ *Super Quæſtionis quinquageſimæ octauæ Articulum primum.*

TItulus vt ſonat. ¶ In corpore arti. diſtinguit Auctor duos ſenſus quęſiti, & reſpõdet vnica concluſione, ſcilicet, Vtroque modo Chriſto conuenit ſedere ad dexterã Patris. Diſtictio eſt explicite de ly ſedere, quod ſignificat vel quietem, vel regiam ſeu iudiciariam dignitatem. Immiſcet quoque diſtictio de ly dextera, quòd ſignificat vel beatitudinem Patris, vel iudiciariã ſeu regiam poteſtatẽ. Declaratque concluſio, & firmatur auctoritatibꝰ Auguſtini.

¶ Aduerte pro tota hac materia duo. Primum eſt, quòd tam Sedere quã dextera ſumitur nõ proprie, ſed metaphorice, vt clare patet in litera. Si tamen de poſitione Chriſti inquãtũ homo quæratur, an ſtet vel ſedeat in cęlo dicendum eſt ꝙ ſtat. Et ratio eſt: quoniam poſitiones corporis dupliciter aſſumi poſſunt, vel in ordine ad officia humana, vel in ordine ad naturam. Et licet ſecundum officia, diuerſi conueniant homini ſitus: quoniam pugnãtis eſt ſtare, iudicantis ſedere &c. ſecundum tamen naturam vnus eſt naturalis ſitus ſcilicet ſtare: ſedere enĩ, cubare, & huiuſmodi, ĩfirmitatis ſeu imbecillitatis naturæ ſunt. Vnde cum Chriſtus ad vitam impaſſibilem reſurrexit, naturali ſitu propriæ naturæ in ſua fortitudine, quæ eſt ſtare, vtitur.

¶ Secundum eſt, ꝙ ſedere metaphorice ſumptũ in propoſito ĩportat vel quieſcere ſeu habitare, vel regiam, ſeu iudiciariam non poteſtatem, ſed dignitatem. Et in hoc differt a tertia ſignificatione dexteræ metaphorice ſũptæ: dextera. n. Patris ſumitur tertio modo pro regia ſeu iudiciaria poteſtate: ſed ſedere autem pro dignitate, vt patet in ſequenti articulo. Nec obſtat ꝙ in hoc articulo dicitur, quòd ſeſsio ſecũda ſignificatione ſignificat regiam, vel iudiciariam poteſtatẽ: procedens enim Auctor naturali doctrinæ ordine de cõfuſis ad diſtincta, vſus eſt hic pñtis nomine, prout confundit in ſe dignitatẽ, explicaturus in ſequẽti articulo diſtincte dignitatem ſeorſum a poteſtate, & illam ſeſsioni, hanc dexterę attribuiturꝰ.

In 3. ſent. di. 22. q. 3. ar. 1. q. 1. Et comp. theol. c. 247. & ſup. Symbol. ar. 6. c. 9. & ſuper. ad Heb. 1. lec. 1.

## QVÆSTIO LVIII.

*De ſeſſione Chriſti ad dexterã Patris, in quatuor articulos diuiſa.*

DEinde conſiderandum eſt de ſeſſione Chriſti ad dexteram Patris.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum Chriſtus ſedeat ad dexteram Dei patris.

¶ Secundo, Vtrum hoc conueniat ſibi ſecundum diuinã naturam.

¶ Tertio, Vtrum conueniat ſibi ſecundum humanam naturam.

¶ Quarto, Vtrum hoc ſit propriũ Chriſti.

### Articulus. I.

*Vtrum Chriſto cõueniat ſedere ad dexteram Dei patris.*

AD primum ſic proceditur. Videtur quòd Chriſto non cõueniat ſedere ad dexteram dei patris. Dextera enim, & ſiniſtra ſunt differentiæ poſitionum corporalium: ſed nihil corporale conuenit Deo: quia Deus ſpiritus eſt, vt habetur Ioan. 4. ergo uidetur quòd Chriſtus non ſedeat ad dexteram Patris.

¶ 2 Præt. Si aliquis ſedet ad dexterã alicuius, ille ſedet ad ſiniſtrã eius. Si ergo Chriſtus ſedet ad dexterã patris, ſequitur quòd pater ſedeat D ad ſiniſtram Filij, quod eſt inconueniens.

¶ 3 Præt. Sedere & ſtare videntur oppoſitionem habere: ſed Stephanus dicit act. 7. Ecce video cælos apertos, & Filium hominis ſtantẽ a dextris virtutis Dei. ergo videt quòd Chriſtus non ſedeat ad dexteram Patris.

Sed contra eſt, quòd dicitur Mar. vlt. Dominus quidem Ieſus poſtquã locutus eſt eis, aſcẽdit in celũ, & ſedet a dextris Dei.

Respon. Dicendũ, quòd nomine ſeſſionis poſſumus duo intelligere, videlicet quietem, ſecundum illud Luc. vlti. Sedete hic in ciuitate: & etiam regiam vel iudiciariam poteſtatem, ſecundum illud Prouerb. 20. Rex qui ſedet ĩ ſolio iudicij, diſſipat omne malũ intuitu ſuo. Vtroque ergo modo Chriſto conuenit ſedere ad dexteram Patris. Vno quidem modo, inquantum æternaliter manet incorruptibilis ĩ beatitudine Patris, quæ eius dextera dicitur, ſecundũ A illud Pſal. 15. Delectatiões ĩ dextera tua vſque in finem. Vnde Auguſt.* dicit in lib. de Symbolo, Sedet ad dexteram Patris: Sedere, habitare intelligite, quomodo dicimus de quocũque homine, in illa patria ſedit per tres annos. Sic ergo credite Chriſtum habitare in dextera Dei patris: beatus enim eſt, & ipſius beatitudinis nomẽ eſt dextera Patris. Alio modo, dicitur Chriſtꝰ ſedere in dextera Dei patris, inquã- B tum Patri corregnat, & ab eo habet iudiciariam poteſtatem: ſicut ille qui cõſidet regi ad dextram, aſſidet ei in regnando, & iudicando. Vnde Auguſt. † dicit in alio ſermone de Symbolo, Ipſam dexteram, intellgite poteſtatem, quã accepit ille homo ſuſceptꝰ a Deo, vt veniat iudicaturus, qui priꝰ venerat iudicandus.

Li. 1. ca. 4. in prin. tom. 9.

L. 2. de Symbo. ca. 7. non longe a pri. tom. 9.

Ad primum ergo dicendũ quòd (ſicut Damaſc.* dicit ĩ 4. lib.) non localem dexteram Patris dici- C mus: qualiter enim qui incircunſcriptibilis eſt, localẽ adipiſcetur dexterã? Dextera enim & ſiniſtra eorum, quæ circunſcribũtur ſunt. Dexteram aũt Patris dicimus, gloriam & honorem diuinitatis.

Li. 4. ortho. fid. ca. 2.

Ad $2^{m}$ dicendum, quòd ratio illa procedit, ſecundum quòd ſedere ad dexteram, intelligitur corporaliter. Vnde Auguſt. † dicit in quodam ſermone de Symbolo, Si carnaliter acceperimꝰ, quòd Chriſtꝰ ſedet ad dexterã Patris, ille erit ad ſiniſtram. Ibi autem, ſcilicet in æterna beatitudine, omnis dextera eſt, quia nulla eſt ibi miſeria.

Li. 1. de ſymbo. c. 4. circa med. tom. 9.

Ad $3^{m}$ dicendum, quòd (ſicut Greg. † dicit in Homil. aſcenſionis) ſedere iudicantis eſt: ſtare vero pugnantis, vel adiuuantis. Stephanus ergo in labore certaminis poſitus, ſtantem vidit, quẽ adiutorem habuit, ſed hũc poſt aſcẽſionẽ Marc. ſedere deſcribit, quia poſt aſcenſionis ſuæ gloriam, iudex in fine videbitur.

Hom. 29 in Euang. poſt med. illius.

### Articulus II.

E *Vtrum ſedere ad dexteram Patris, conueniat Chriſto ſecundum quòd Deus.*

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd ſedere ad dexteram Patris, non conueniat Chriſto, ſecundum quòd Deus. Chriſtus enim, ſecũdum quòd eſt Deus, eſt dextera patris: ſed nõ videtur idem eſſe dextera alicuius, & ille qui ſedet ad dexteram eius. ergo Chriſtus, ſecundum quòd eſt

Heb. 1. lec. 3 & lec. 6. pri. & c. 8. lec. 7. & cap. 10. lec. 1.

¶ *Super Quæſtionis quinquageſimæ octauæ Articulum ſecundum.*

TItulus clarus. ¶ In corpore vna concluſio: Chriſtus ſecũdum quòd Deus ſedet ad dexterã Patris, Probatur. Sedere ad dexterã Patris nihil aliud eſt, quàm ſimul cum Patre gloriam deitatis, & beatitudinem & iudiciariam poteſtatem immutabiliter, & regaliter habere. ergo. Antecedens declaratur, ponendo tres ſignificationes dexteræ, & duas ſeſſionis. Cõſequentia probatur: quia totũ illud conuenit Chriſto, ſecundum quòd Deus. Et quia ponitur in concluſione illa prępoſitio Ad, dicẽdo, ad dextram: ideo Auctor ſubiungit, quòd in hac cõcluſione ly Ad, duo denotat, diſtinctionem perſonalem ſolam, & ſolum ordinem originis. Ex eo enim ꝙ ly ad, prępoſitio tranſitiua eſt: ac per hoc, acceſſum quendam vnius ad alterum in hac materia deſignat, & huiuſmodi acceſſus ſecundum rem, ſine diſtinctione & ordine nequit intelligi, & cum inter perſonas diuinas nulla ſit diſtinctio niſi perſonalis, & nullus ſit ordo, niſi originis, conſequens neceſſario fuit, vt ly ad, ſolam perſonalẽ diſtinctionem ſolũque originis, ordinem importaret.

¶ Su-

Deus, non ſedet ad dexteram Patris,

¶ 2 Præt. Mar. vlt. dicitur, quòd dominus Ieſus aſſumptus eſt in cælum, & ſedet a dextris dei, Chriſtus autem non eſt aſſumptus in cælum, ſecundum quòd deus. ergo etiam neque, ſecundum quòd deus, ſedet a dextris dei.

¶ 3 Præt. Chriſtus, ſecundum quòd deus, eſt æqualis patri & Spirituiſancto. ergo ſi Chriſtus, ſecundum quod Deus, ſedet ad dexteram Patris, pari ratione & Spiritus ſanctus ſedebit ad dexteram Patris & Filij, & ipſe Pater ad dexteram Filij & Spiritusſancti, quod nuſquam inuenitur.

Li. 4. ca. 2.

SED CONTRA eſt, quòd Damaſ. * dicit, quòd dexteram patris dicimus gloriam & honorem diuinitatis, in qua filius dei extitit ante ſecula, vt deus & patri conſubſtantialis.

Ar. præced.
Li. 4. c. 2.
L. 1. de ſymbo. c. 4. to. 9
Ar. præced.

RESPON. Dicendum, quòd vt ex prædictis † patet, nomine dexteræ tria intelligi poſſunt. Vno modo, ſecundum Dama. † gloria diuinitatis: alio modo, ſecundum Augu. * beatitudo patris: tertio modo, ſecundum eundem, iudiciaria poteſtas. Seſſio autem, vt dictum eſt †, vel habitationem, vel regiam ſeu iudiciariam dignitatem deſignat. Vnde ſedere ad dexteram Patris nihil aliud eſt, quàm ſimul cũ patre habere gloriam diuinitatis, & beatitudinem, & iudiciariam poteſtatem, & hoc immutabiliter & regaliter. Hoc autem conuenit filio dei, ſecundum quòd Deus. Vnde manifeſtum eſt, quòd Chriſtus ſecundum quòd Deus ſedet ad dexteram patris: ita tamen quòd hæc præpoſitio ad, quæ tranſitiua eſt, ſolam diſtinctionem perſonalem importat, & originis ordinem, non autem gradum naturæ, vel dignitatis, qui nullus eſt in diuinis perſonis, vt in prima parte habitum eſt †.

P. p. q. 42. ar. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd filius dei dicitur dextera patris appropriate, per modum, quo etiam dicitur virtus patris: ſed dextera patris ſecundum tres ſignificationes prædictas †, eſt aliquid commune tribus perſonis.

In corp. ar.

AD 2^m dicendum, quòd Chriſtus ſecundũ quòd homo, eſt aſſumptus ad diuinum honorẽ, qui in prædicta ſeſſione deſignatur: ſed tamen ille honor diuinus conuenit Chriſto, inquantum eſt deus, non per aliquam aſſumptionem, ſed per æternam originem.

In corp. ar.
Li. 1. de doctr. Chriſt. c. 5. circa finem tom. 1

AD 3^m dicendum, quòd nullo modo poteſt dici, quòd pater ſedeat ad dexteram Filij vel ſpiritusſancti, quia Filius & ſpiritusſanctus trahunt originem a patre, & non econuerſo: ſed ſpiritusſanctus proprie poteſt dici ſedere ad dexteram patris vel Filij, ſecundum ſenſum * prædictum: licet ſecundum quãdam appropriationem attribuatur Filio, cui appropriatur æqualitas: ſicut dicit Aug. † quòd in patre eſt vnitas, in Filio æqualitas, in Spiritusſancto vnitatis æqualitatiſque connexio.

## ARTICVLVS III.

### Vtrum ſedere ad dexteram Patris conueniat Chriſto, ſecundum quòd homo.

Li. 4. ca. 2. a med.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd ſedere ad dexteram Patris, non conueniat Chriſto ſecũdum quòd homo. Vt enim Dama. * dicit, dexteram patris dicimus gloriam & honorem diuinitatis: ſed honor & gloria diuinitatis non conuenit Chriſto, ſecũdum quòd homo. ergo videtur ꝙ Chriſtus, ſecundum quòd homo, nõ ſedeat ad dexteram patris.

¶ 2 Præt. Sedere ad dexteram regnãtis, ſubiectionem excludere videtur, quia qui ſedet ad dexteram regnantis, quodammodo illi corregnat. Chriſtus autem, ſecundum quòd homo eſt ſubiectus patri, vt dicitur 1. ad Corinth. 15. ergo videtur ꝙ Chriſtus, ſecundum ꝙ homo, non ſit ad dexteram patris.

¶ 3 Præt. Roma. 8. ſuper illud, Qui eſt ad dexteram dei, exponit gloſ. † ideſt, æqualis Patri in honore, quo Deus pater eſt, vel ad dexterã patris, ideſt, in potioribus bonis Dei. Et ſuper illud Hebr. 1. Sedet ad dexteram dei in excelſis, gloſſ. * ideſt ad æqualitatem patris, ſuper omnia, & loco, & dignitate: ſed eſſe æqualem Deo, non conuenit Chriſto, ſecundum quòd homo: nam ſecundum hoc ipſe dicit Ioan. 14. Pater moior me eſt. ergo videtur quòd ſedere ad dexteram Patris, non cõueniat Chriſto, ſecundum quòd homo.

Glo. Amb. in hoc loco tom. 5.
Glo. interl.

SED CONTRA eſt, quòd Aug. † dicit in ſermone de Symbolo, Ipſam dexteram, intelligite poteſtatem, quam accepit ille homo ſuſceptus a deo, vt veniat iudicaturus, qui prius venerat iudicandus.

L. 1. de ſymbolo, cap. non longe a prin.

RESPON. Dicendum, quòd (ſicut dictum eſt †) nomine dexteræ patris, intelligitur vel ipſa gloria deitatis ipſius, vel beatitudo æterna eius, vel poteſtas iudiciaria & regalis. Hęc autem prępoſitio ad, quendam acceſſum ad dexterã deſignat, in quo deſignatur conuenientia cum quadam diſtinctione, vt ſupra dictum eſt *. Quod quidẽ poteſt eſſe tripliciter. Vno modo, vt ſit conuenientia in natura, & diſtinctio ĩ perſona, & ſic Chriſtus, ſecundum quòd filius Dei, ſedet ad dexterã patris, quia habet eandem naturam cum patre. Vnde prædicta † conueniunt eſſentialiter Filio, ſicut & Patri, & hoc eſt eſſe in æqualitate patris. Alio modo, ſecundum gratiam vnionis, quę importat ecõuerſo diſtinctionem naturæ & vnitatem perſonæ. Et ſecundum hoc Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt filius Dei, & per conſequens ſedens ad dexteram patris, ita tamen quòd ly ſecundum quòd, non deſignet conditionem naturæ, ſed vnitatem ſuppoſiti, vt ſupra expoſitum eſt *. Tertio modo, poteſt prædictus acceſſus intelligi ſecundum gratiam habitualem, quæ abundantior eſt in Chriſto præ omnibus alijs creaturis,

Art. præc.
In illo art.
Quæſt. 8. art. 1.

¶ Super Quæſtionis quinquageſimæoctauæ Articulum tertium.

Locis ſupr. ar. 2. induct.

TItulus clarus eſt. ¶ In corpore, tria fiunt. Primo reſumitur quid importet, ſedere ad dexteram Patris põderando maxime id quod inſinuat ly ad. Secũdo fit vna diſtinctio trimembris, iuxta triplicem modum conuenientiæ, & diſtinctionis. Tertio diſtinctionem bimẽbrem, ſcilicet naturæ vel ſuppoſiti determinabilis p ly ſecundũ quòd ponens tres concluſiones, declarat.

¶ Circa primum aduerte, quòd auctor non reſumit omnia, ſed facientia ad ſuum propoſitũ: prætermittit enim ordinem, quem in reſpõſione ad tertiũ præcedentis articuli tanti fecit, vt propterea negandũ omnino dixerit, Patrẽ ſedere ad dexteram Filii.

¶ Circa ſecundum aduerte, quòd in ſecundo membro Auctor vtitur illa propoſitione: quæ tamen magis eſt neganda, quam affirmanda, iuxta doctrinam ſuperius habitam, vtitur enim propoſitione illa, Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt filius Dei: quã tamen vallauit ante & poſt, ita vt nulli errandi, occaſio præberẽt, vt patet in litera.

¶ Circa tertium aduerte, quòd prima concluſio, Chriſtus ſecundũ quòd Deus ſedet ad dexterã Patris, reſpõdet primo dictis in ſecũda parte huius corporis. Secunda autem cõcluſio, Chriſtus ſecundum quòd homo, ſedet ad dexteram Patris, prout ly homo ſtat pro natura, reſpondet tertio loco dictis in ſecũda parte corporis. Tertia vero cõcluſio, id eſt Chriſtus ſecundum quòd homo, ſedet ad dexterã Patris, vt ly homo denotat vnitatem ſuppoſiti, reſpondet ſecundo dictis in ſecunda parte corporis. Coactus eſt autem Auctor ad has diſtictiones, vt dignitatem Chriſti hominis, & auctoritates ſane intellectas ſaluaret.



turis, intantum quòd ipſa natura humana, in Chriſto, eſt beatior ceteris creaturis, & ſuper omnes alias creaturas habens regiam & iudiciariam poteſtatem. Sic igitur ſi ly ſecundum quòd, deſignet conditionẽ naturæ, Chriſtus, ſecundum quòd Deus, ſedet ad dexteram Patris, ideſt in æqualitate Patris: ſecundum autẽ ꝙ homo, ſedet ad dexteram patris. i. in bonis paternis potioribus, præ ceteris creaturis, id eſt in maiori beatitudine, & habens iudiciariam poteſtatem. Si vero ly ſecundum quòd, deſignet vnitatẽ ſuppoſiti, ſic etiã ſecũdum quòd homo, ſedet ad dexteram Patris, ſecũdum æqualitatem honoris: inquantum ſcilicet, eodẽ honore veneramur ipſum filium dei cum natura aſſumpta, vt ſupra dictum eſt.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd humanitas Chriſti ſecundum conditiones ſuæ naturæ nõ habet gloriam, vel honorem deitatis: quã tamen habet ratione perſonæ, cui vnitur. Vnde ibidẽ Damaſ. † ſubdit, In qua, ſcilicet gloria deitatis, Dei filius exiſtens ante ſęcula, vt Deus & Patri cõſubſtantialis, ſedet cõglorificata carne eius: * adoratur enim vna hypoſtaſis vna adoratione cum carne eius, ab omni creatura.

AD 2^m dicendum, quòd Chriſtus ſecundum quòd homo, ſubiectus eſt Patri, prout ly ſecundum quòd, deſignat conditionem naturæ, & ſecundum hoc non competit ei ſedere ad dexteram Patris, ſecundum rationem æqualitatis, ſecundum quòd eſt homo. Sic autem competit ei ſedere ad dexteram patris, ſecũdum quòd per hoc deſignatur excellentia beatitudinis, & iudiciaria poteſtas ſuper omnem creaturam.

AD 3^m dicẽdum, quòd eſſe in æqulitate patris, nõ pertinet ad ipſam naturam humanam Chriſti, ſed ſolum ad perſonam aſſumentem: ſed eſſe in potioribus bonis Dei, ſecundum quòd importat exceſſum aliarũ creaturarum, conuenit etiam ipſi naturę aſſumptæ.

## ARTICVLVS IIII.

### Vtrum ſedere ad dexteram Patris, ſit proprium Chriſti.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ ſedere ad dexteram patris, non ſit propriũ Chriſti. Dicit enim Apoſtolus Epheſ. 2. quòd Deus correſuſcitauit nos, & cõſcedere fecit ĩ cæleſtibus ĩ Chriſto Ieſu: ſed reſuſcitari non eſt proprium Chriſti. ergo etiam pari ratione nec ſedere, ad dexteram Dei in excelſis.

¶ 2 Præt. Sicut Auguſt. dicit in lib. * de Symbolo, Chriſtum ſedere ad dexteram patris hoc eſt habitare ĩ eius beatitudine: ſed hoc multis alijs conuenit. ergo videtur quòd ſedere ad dexteram patris, non ſit proprium Chriſti.

¶ 3 Præt. Ipſe dicit Apocal. 3. Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo, ſicut & ego vici, & ſedi cum patre meo in trono eius. Sed per hoc ſedet Chriſtus ad dexteram patris, ꝙ ſedet in throno eius. ergo etiam & alij qui vincũt, ſedent ad dexterã patris.

¶ 4 Præt. Matth. 20. Dominus dicit, Sedere ad dexterã meam vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt a patre meo: hoc autem fruſtra dicetetur, niſi eſſet aliquibus paratum. non ergo ſedere ad dexteram, conuenit ſoli Chriſto.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur ad Hebr. 1. Ad quem angelorum dixit aliquando, Sede a dextris meis, ideſt in meis bonis potioribus, vel mihi ſecundum diuinitatem æqualis? quaſi dicat, ad nullum: ſed angeli ſunt ſuperiores alijs creaturis. ergo multo magis nulli alij cõuenit ſedere ad dexterã patris ꝗ Chr̃o.

Ar. 1. 2. & 3. huius q.

RESPON. Dicendũ, quòd (ſicut dictum eſt) * Chriſtus dicitur ſedere ad dexteram patris, inquãtum ſecũdum diuinam naturam eſt in æqualitate patris, ſecũdum autem humanam naturam in excellenti poſſeſſione diuinorum bonorum præ ceteris aliis creaturis. Vtrũque autem ſoli Chriſto conuenit. unde nulli alij, nec angelo, nec homini conuenit ſedere ad dexteram patris, niſi ſoli Chriſto.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quia Chriſtus eſt caput noſtrum, illud, quod collatum eſt Chriſto, eſt etiam nobis in ipſo collatum. Et propter hoc, quia ipſe iam reſuſcitatus eſt, dicit Apoſtolus, quòd Deus nos quodãmodo ei correſuſcitauit, qui tamẽ ĩ nobipſis nondum ſumus reſuſcitati, ſed reſuſcitandi, ſecundum illud Rom. 8. Qui ſuſcitauit Ieſum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora noſtra. & ſecundũ eundem modum loquendi ſubdit Apoſtolus, quòd cõſedere nos fecit in cæleſtibus, ſcilicet in hoc ipſo, quòd caput noſtrum, quod eſt Chriſtus, ibi ſedet.

AD 2^m dicẽdum, quòd quia dextera eſt diuina beatitudo, ſedere in dextera, nõ ſignificat ſimpliciter eſſe in beatitudine, ſed habere beatitudinẽ cũ quadã dominatiua poteſtate, & quaſi propriam & naturalem, quod ſoli Chriſto cõuenit, nulli autẽ alij creaturę. Poteſt tamen dici, quòd omnis ſanctus, qui eſt in beatitudine, eſt ad dexterã Dei conſtitutus. vnde & dicitur Mat. 25. quòd ſtatuet oues a dextris.

AD 3^m dicendum, quòd per thronum ſignificatur iudiciaria poteſtas, quam Chriſtus habet a patre. & ſecundum hoc dicitur ſedere in throno patris. Alij autẽ ſancti habent eam a Chriſto, & ſecundum hoc dicuntur in throno Chriſti ſedere, ſecundum illud Mat. 19. Sedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael.

Hom. 66. in Matth. inter princ. & med. tom. 2.
Alias, ſuſpicationi.

AD 4^m dicendũ, ꝙ (ſicut Chryſ. * dicit ſuper Mat.) locus ille, ideſt conſeſſus dexteræ, inuius eſt omnibus non ſolum hominibus, ſed etiam angelis. ſicut enim præcipuum vnigeniti, ponit Paulus dicens, Ad quem autẽ angelorum dixit vmquam, ſede a dextris meis? Dominus ergo non quaſi exiſtentibus quibuſdam, qui ſeſſuri ſint, ſed condeſcendens interrogantiũ * ſupplicationi reſpondit: hoc enim vnũ ſolum quærebãt præ aliis, ſtare apud ipſum. Poteſt tamen dici, quòd petebant filij Zebedæi, excellentiam habere præ aliis in participando iudiciariam poteſtatem eius. unde non petebant quòd ſederent ad dexteram vel ſiniſtram patris, ſed ad dexteram vel ſiniſtram Chriſti.

¶ Super Quæſtionis quinquageſimæoctauæ Articulum quartum.

TItulus clarus eſt. ¶ In corpore vna concluſio: Sedere ad dexterã Patris eſt propriũ Chriſti. Probatur: Sedere ad dexteram Patris, ſecundum diuinã quidem naturam, eſt eſſe in æqualitate Patris: ſecundum autẽ humanam, eſt eſſe ĩ excellẽtiſſima poſſeſſione paternæ hæreditatis: ſed vtrũq; ſoli Chriſto conuenit. ergo. Reliqua clara ſunt in litera.

## QVAESTIO LIX.

### De iudiciaria poteſtate Chriſti, in ſex articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de iudiciaria poteſtate Chriſti.

Et circa hoc quæruntur ſex.

¶ Primo, Vtrum iudiciaria poteſtas ſit attribuenda Chriſto.

¶ Super Quæſtionis quinquageſimænonæ Articulum primum.

TItulus clarus. ¶ In corpore vna concluſio: Iudiciaria poteſtas proprie atribuitur Chriſto. Probatur: Triũ requiſitorum ad iudicium, ſcilicet poteſtatis, rectitudinis zeli, & ſapiẽtiæ, tertium

tium eſt, ſecundum quòd accipitur forma iudicij: ſed Fili⁹ eſt ſapientia genita & veritas a patre p̄cedens. ergo iudiciaria poteſtas proprie attribuitur filio Dei. Maior declarat̃ diſcurrẽdo p̄ illa tria. Et probat: quia ipſa ratio iudicii eſt lex ſapiẽtiæ & veritatis. Et confirmatur auctoritate Auguſtini.

¶Secundo, Vtrum conueniat ſibi, ſecundum quòd eſt homo.

¶Tertio, Vtrum eam fuerit ex meritis adeptus.

¶Quarto, Vtrum eius poteſtas iudiciaria, ſit vniuerſalis reſpectu omnium hominum.

¶Quinto, Vtrum præter iudicium, quod agit in hoc tempore, ſit expectandum aliud vniuerſale iudicium futurum per ipſum.

¶Sexto, Vtrum eius iudiciaria poteſtas etiam ad angelos ſe extendat.

¶De executione autem finalis iudicij* conuenientius agetur, cum conſiderabimus de his, quę pertinent ad finem mundi: nunc autem ſufficit ea ſola tangere, quæ pertinent ad Chriſti dignitatem.

Non compleuit morte præuentus.

ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum iudiciaria poteſtas ſit ſpecialiter Chriſto attribuenda.*

F AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd iudiciaria poteſtas non ſit ſpecialiter attribuenda Chriſto. Iudicium enim aliquorum videtur pertinere ad dominum. vnde dicitur Roma. 14. Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? Sed eſſe Dominum creaturarum, eſt commune toti Trinitati. non ergo ſpecialiter debet attribui Chriſto iudiciaria poteſtas.

¶2 Præt. Daniel. 7. dicitur, Antiquus dierum ſedit, & poſtea ſubditur, Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt, ſed antiquus dierum intelligitur pater, quia, vt* Hila. dicit, ĩ patre eſt æternitas. ergo iudiciaria poteſtas magis eſt attribuenda patri quàm Chriſto.

Li. 2. de Trini. paulo a prin. & li. de ſynodis, paulo poſt prin.

¶3 Præt. Eiuſdem videtur eſſe iudicare, cuius eſt arguere: ſed arguere, pertinet ad Spiritumſanctũ: dicit enim Dominus Ioan. 16. Cum autem venerit ille (ſcilicet Spiritusſanctus) arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio. ergo iudiciaria poteſtas magis debet attribui Spirituiſancto, quàm Chriſto.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur actuum 10. de Chriſto, Hic eſt, qui conſtitutus eſt a Deo, iudex viuorum & mortuorum.

RESPON. Dicendum, quòd ad iudicium faciendũ, tria requiruntur. Primo quidem, poteſtas ſubditos coercendi. vnde dicitur Eccle. 7. Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates. Secundo, requiritur rectitudinis zelus, vt ſcilicet aliquis nõ ex odio vel liuore, ſed amore iuſtitiæ iudicium proferat, ſecundum illud Prou. 2. Quem enim diligit Dominus, corripit, & quaſi pater in filio complacet ſibi. Tertio, requiritur ſapientia, ſecundum quam formatur iudicium. vnde dicitur Eccleſ. 10. Iudex ſapiens iudicabit populum ſuum. Prima autem duo, præexiguntur ad iudicium, ſed proprie tertium eſt, ſecundum quòd accipitur forma iudicij, quia ipſa ratio iudicij, eſt lex ſapientiæ vel veritatis, ſecundum quam iudicatur. Et quia Filius eſt ſapientia genita, & veritas a patre procedens, & ipſum perfecte repræſentans, ideo proprie iudiciaria poteſtas attribuitur filio Dei. Vnde Augu. † dicit in lib. de Vera religione. Hæc eſt incommutabilis illa veritas, quæ lex omnium artium recte dicitur, & ars omnipotẽtis artificis. Vt autem nos & omnes animæ rationales, ſecundum veri-

Capi. 31. in prin. tom. 1

B tatem de inferioribus recte iudicamus, ſic de nobis quando eidem cohæremus, ſola ipſa veritas iudicat: de ipſa vero nec pater: non enim minus eſt, quàm ipſe. Et ideo quæ pater iudicat, per ipſam iudicat. Et poſtea concludit, pater ergo non iudicat quemquam ſed omne iudicium dedit Filio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ex illa ratione probatur, quòd iudiciaria poteſtas ſit communis toti Trinitati, quod verum eſt: ſed tamen per quã dam appropriationem, iudiciaria poteſtas attribuitur Filio, vt dictum eſt*.

In corp.

AD 2m dicendum, quòd ſicut Augu. † dicit in 6. de Tri. Patri attribuitur æternitas propter cõmendationem principij, quod importatur in ratione æternitatis. Ibidem etiam Auguſt. * dicit, quòd Filius eſt ars patris. Sic igitur auctoritas iudicandi attribuitur patri, inquantum eſt principium Filij, ſed ipſa ratio iudicij attribuitur Filio, qui eſt ars & ſapientia patris, vt ſcilicet, ſicut pater facit omnia per Filium, inquantũ eſt ars eius, ita etiam iudicet omnia per Filium, inquã tum eſt ſapientia & veritas eius. Et hoc ſignificatur in Daniele, vbi primo dicitur, quòd antiquus dierũ ſedit, & poſtea ſubditur, quòd filius hominis peruenit vſque ad antiquum dierum, & dedit ei poteſtatẽ, & honorem, & regnum: per quod datur intelligi, ꝙ auctoritas iudicandi eſt apud Patrem, a quo Filius accepit poteſtatem iudicandi.

G

Li. 6. ca. 10. circa prin. tom. 3. Eodem dicto tom. 4.

H

AD 3m dicendum, quòd (ſicut Aug. * dicit ſuper Ioan.) ita dixit Chriſtus quòd Spiritusſanctus arguet mundum de peccato, tamquam diceret, ille diffundet in cordibus veſtris charitatem: ſic enim timore depulſo, arguendi habebitis libertatem. Sic ergo Spirituiſancto attribuitur iudicium, non quantum ad iudicij rationem, ſed quantum ad affectum iudicandi, quem homines habent.

Tra. 95. in Ioan. princip. & med. to. 4.

ARTICVLVS II.

*Vtrum iudiciaria poteſtas conueniat Chriſto ſecundum quòd eſt homo.*

I AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd iudiciaria poteſtas non conueniat Chriſto, ſecundum quòd eſt homo. Dicit enim Aug. * in lib. de Vera religione, quòd iudicium attribuitur Filio, inquãtum eſt ipſa lex primæ veritatis: ſed hoc pertinet ad Chriſtum, ſecundum quòd eſt Deus. ergo iudiciaria poteſtas non conuenit Chriſto, ſecundum quòd eſt homo, ſed ſecũdũ quòd eſt Deus.

C. 31. circa princ.

K ¶2 Præt. Ad iudiciariam poteſtatem pertinet præmiare bene agentes, ſicut & punire malos: ſed præmium bonorum operum eſt beatitudo æterna, quæ non datur niſi a Deo: dicit enim Auguſt. * ſuper Ioan. quòd participatione Dei, fit anima beata, non autem participatione animæ ſanctæ. ergo videtur, quòd iudiciaria poteſtas non conueniat Chriſto, ſecundum quòd eſt homo, ſed ſecundũ quòd eſt Deus.

¶3 Præt. Ad iudiciariã Chriſti poteſtatem pertinet iudicare occulta cordium, ſecundum illud primæ ad Corinth. 4. Nolite ante tẽpus iudicare, quo ad vſque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium: ſed hoc pertinet ad ſolam virtutem diuinam, ſecundum illud Hier. 17. Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile, quis cognoſcet illud? ego Dominus ſcrutans corda & probans renes: qui do vnicuique iuxta viam ſuam. ergo iudiciaria poteſtas non conuenit Chriſto, ſecũ dum quòd eſt homo, ſed ſecundũ quòd eſt Deus.

¶Super Quæſtionis quinquageſimæ nonæ Articulum ſecundum

TItul⁹ clar⁹ eſt. ¶In corpore tria ſunt. Primo recitatur opinio Chryſoſtomi, qui aliter punctuat textũ euãgelii, quàm nos, ipſe enĩ illa verba, Quia Filius hominis eſt, non coniungit cum præcedentibus, ſcilicet, poteſtatem dedit ei iudicium facere: ſed coniungit ea cum ſequẽtibus, ſcilicet nolite mirari hoc: ita quòd apud Chryſ. concluditur prima ſententia ibi, Poteſtatem dedit ei iudicium facere, & inchoat ſecunda ſententia ibi, Quia Filius hominis eſt, & concluditur ibi, Nolite mirari hoc. Et eſt ſenſus, quòd propterea quia Filius hominis eſt, non accipiant ad mirationem de antedicta ſententia, poteſtatẽ dedit ei iudicium facere, vt clare patet in hac litera. Secundo, reſpondet quæſito vna concluſione: Ad Chriſtũ, etiam ſecundum humanã naturam pertinet habere iudiciariam poteſtatẽ. Probatur: Iudiciaria poteſtas cõmittit a Deo hominibus reſpectu eorum, qui illorum iuriſdictioni ſubduntur, remanente apud deum primæua poteſtate iudicandi: ſed Chriſtus, vt homo, eſt caput Eccleſiæ, & omnia habet ſubiecta ſub pedib⁹ ſuis: ergo. Maior probatur auctoritate. Deute. & minor habetur ex ſupradictis. Tertio, reſpõdetur ad Chryſ. ex auctoritate Auguſt. ſoluitque obiectionem eius. Et ſolutio conſiſtit ĩ hoc, quòd cũ dicitur, quia Filius hominis eſt, non ſignificatur ſola natura Filii hominis, ſed etiam gratia, qua plen⁹ erat Filius hominis: & ſic ly quia Filius hominis eſt, concludit præcedentem ſententiam. Et vere ſic clarior apparet litera euangelii. Quarto, reddit triplicẽ rõnẽ, quare cõuenienter Chriſto ſecundum humanã naturã competit iudiciaria poteſtas. Et clare patet in litera.



SED CONTRA eſt, quòd dicitur Ioan. 5. Poteſtatẽ dedit ei iudiciũ facere, qa Filius hominis eſt.

RESPON. Dicendum, quòd Chryſoſt.* ſuper Ioan. ſentire videtur, quòd iudiciaria poteſtas non conueniat Chriſto, ſecundũ quòd eſt homo; ſed ſolum ſecundum ꝙ eſt Deus. Vnde auctoritatem Ioan. inductam, ſic exponit: Poteſtatem dedit ei iudicium facere, (& poſtea ſubdit) quia Filius hominis eſt nolite mirari hoc. nõ enim propterea ſuſcepit iudicium, quoniã homo eſt: ſed quia ineffabilis dei filius eſt propterea iudex eſt: quia vero ea quæ dicebant, erant maiora, quàm ſecundũ hominem, ideo hanc opinionem ſoluens dixit. Ne miremini, quia Fili⁹ hominis eſt: etenĩ ipſe eſt etiã filius Dei: quod quidem probat per reſurrectionis effectum. unde ſubdit, Quia venit hora, in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem filij dei. Sciendũ tamẽ, ꝙ quamuis apud deũ remaneat primæua auctoritas iudicandi, hominibus tamen committitur a deo iudiciaria poteſtas reſpectu eorum, qui eorum, iuriſdictioni ſubiiciuntur. Vnde dicitur Deute. 1. Quod iuſtum eſt iudicate. & poſtea ſubdit, Quia Dei eſt iudicium, cuius ſcilicet auctoritate vos iudicatis. dictum eſt autem ſupra * quòd Chriſtus etiam in natura humana eſt caput, totius Eccleſiæ, & quòd ſub pedibus eius Deus omnia ſubiecit. unde ad eum pertinet, etiã ſecundũ naturam humanam, habere iudiciariam poteſtatem. Propter quod Auguſt. † auctoritatem prædictã Euangelij ſic dicit eſſe intelligẽdam, Poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis eſt, non quidẽ propter conditionẽ naturæ: quia omnes homines huiuſmodi poteſtatem haberẽt (vt Chriſoſt. * obicijt) ſed hoc pertinet ad gratiam capitis, quam Chriſtus in humana natura accepit. Competit autẽ Chriſto hoc modo ſecũdum humanam naturam iudiciaria poteſtas, propter tria. Primo quidem, propter conuenientiam & affinitatem ipſius ad homines: ſicut enim Deus per cauſas medias, tamquã propinquiores effectibus operatur, ita iudicat per hominem Chriſtum homines, vt ſit ſuauius iudicium hominibus. unde Apoſtolus dici

Homil. 38. in Ioan. paulo a med. tom.

Q. 8. a. 1.

Tra. 19 in Ioan. poſt med. tom.

Tra. 19 & 23 in Ioan. paulo a princip. & ante med. tom.

A ci Heb. 4. Non habemus pontificem, qui non poſſit cõpati infirmitatibus noſtris, tẽtatum per omnia* per ſimilitudinem abſque peccato: adeamus ergo cum fiducia ad thronũ gratiæ eius. Secũdo, quia in finali iudicio (vt Auguſt. † dicit ſuper Ioã.) erit reſurrectio corporum mortuorum, quæ ſuſcitat Deus per filium hominis, ſicut per eundem Chriſtum ſuſcitat animas, inquantum eſt filius Dei. Tertio, quia, vt Aug. * dicit in lib. de verbis domini, rectum erat vt iudicandi viderent iudicem, iudicandi autem erant boni & mali; reſtabat vt in iudicio, forma ſerui & bonis, & malis oſtenderetur forma Dei ſolis bonis ſeruaretur.

Al. pro ſimilitudine.

Tract. 23. in Ioan. ante med. tomo 9.

In ſerm. 64 & eſt vltimus a medio illius, tom. 10.

B AD PRIMVM ergo dicendum, quòd iudicium pertinet ad veritatem, ſicut ad regulam iudicij: ſed ad hominem, qui eſt veritate, imbutus, pertinet ſecundum quòd eſt vnum quodammodo cum ipſa veritate quaſi quædam lex, & quædam iuſtitia animata, unde & ibidẽ Aug. * ĩtroducit qđ dicitur. 1. Cor. 2. Spiritualis iudicat omnia. Anima autem Chriſti præ ceteris creaturis magis fuit vnita veritati, & magis ea repleta, ſecundum illud Ioan. 1. Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis. & ſecundum hoc ad animam Chriſti maxime pertinet omnia iudicare.

Li. de ver. relig. c. 31. a med. to. 1.

C AD 2m dicendum, quòd ſolius dei eſt, ſui participatione animas beatas facere: ſed adducere homines ad beatitudinem, conuenit Chriſto, inquantũ eſt caput & auctor ſalutis eorum, ſecundum illud Heb. 2. Qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem ſalutis eorum per paſſionem conſumari.

AD 3m dicẽdum, quòd cognoſcere occulta cordiũ & diiudicare, per ſe quidem pertinet ad ſolum deũ, ſed ex refluentia diuinitas ad animam Chriſti, conuenit etiam ei cognoſcere & iudicare occulta cordium, vt ſupra* dictum eſt, cum de ſcientia Chriſti ageretur. & ideo dicitur Rom. 2. In die cum iudicabit deus occulta hominum per Ieſum Chriſtum.

Quæſt. 10. ar. 2.

ARTICVLVS III.

D *Vtrum Chriſtus ex meritis adeptus fuerit iudiciariam poteſtatem.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus non ex meritis fuerit adeptus iudiciariam poteſtatem. Iudiciaria enim poteſtas aſſequitur regiã dignitatẽ, ſecundũ illud Prouer. 2. Rex qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malũ intuitu ſuo: ſed regiam dignitatem Chriſtus obtinuit abſque meritis: cõpetit enim ei ex hoc ipſo, quòd eſt vnigenitus Dei. dicitur enim Luc. 1. Dabit ei. dñs deus ſedẽ Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum. ergo Chriſtus iudiciariam poteſtatẽ non obtinuit ex meritis.

4. di. 48. q. 1 arti. 1. Et 4. contr. c. 95. prin. Et op. 3. c. 249.

E ¶2 Præt. Sicut dictum eſt †, iudiciaria poteſtas competit Chriſto, inquãtum eſt caput noſtrum: ſed gratia capitis non competit Chriſto ex meritis, ſed conſequitur perſonalem vnionem diuinæ & humanæ naturæ, ſecũdum illud, Vidimus gloriam eius quaſi unigeniti a patre plenũ gratiæ &

Ar. præced.

¶Super Quæſtionis quinquageſimanonæ Articulum tertium.

TItulus clar⁹ eſt. ¶In corpore vna concluſio. Iudiciaria poteſtas homini Chriſto cõpetit, & propter diuinam perſonã, & propter capitis dignitatem, & propter gratię habitualis plenitudinem, & cum his ex merito, eam obtinuit. Probatur, & primo quo ad ſimultatẽ tot modorum: quia unum poteſt deberi alicui ex cauſis, diuerſis, quod declaratur exẽplo gloriæ corporis Chriſti. Deinde quo ad vltimam partem: quia qui pro Dei iuſtitia iudicatus pugnauit & uicit, debet eſſe iudex, &c. Et confirmatur, auctoritate Scripturæ.

tiæ & veritatis, & de plenitudine eius nos omnes accepimus, quod pertinet ad rationem capitis. ergo videtur quòd Chriſtus non habuerit ex meritis iudiciariam poteſtatem.

§ 3 Præt. Apoſtolus dicit primæ ad Corinth. 2. Spiritualis iudicat omnia: ſed homo efficitur ſpiritualis per gratiã, quæ nõ eſt ex meritis: alioquin iam non eſſet gratia, vt dicitur Rom. 11. ergo videtur quòd iudiciaria poteſtas non conueniat, nec Chriſto nec alijs ex meritis, ſed ex ſola gratia.

Sed contra eſt, quòd dicitur Iob. 36. Cauſa tua quaſi impij iudicata eſt, iudicium cauſamque recipies. & Auguſt † dicit in lib. de verbis domini, Sedebit iudex, qui ſtetit ſub iudice: damnabit vero reos, qui falſo factus eſt reus.

In ſerm. vl. aliquantuſum a med. tom. 10.

Respon. Dicendum, quòd nihil prohibet, vnum & idem deberi alicui ex cauſis diuerſis, ſicut gloria corporis reſurgẽtis, debita fuit Chriſto nõ ſolũ propter congruentiam diuinitatis, & propter gloriam animæ, ſed etiam ex merito humilitatis paſſionis. Et ſimiliter dicendum eſt, quòd iudiciaria poteſtas homini Chriſto competit, & propter diuinam perſonam, & propter capitis dignitatem, & propter plenitudinem gratiæ habitualis: & tamen etiam ex merito eam obtinuit, vt ſcilicet ſecundum dei iuſtitiã iudex eſſet, qui pro dei iuſtitia pugnauit & vicit, & iniuſte iudicatus eſt. unde ipſe dicit Apocal. 3. Ego vici, & ſedi in throno patris mei. In throno autem intelligitur iudiciaria poteſtas, ſecundum illud Pſal. 9. Sedes ſuper thronum, qui iudicas iuſtitiam.

Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de iudiciaria poteſtate, ſecundum quòd debetur Chriſto ex ipſa vnione ad verbum dei.

Ad 2^m^ dicendum, quòd ratio illa procedit ex parte gratiæ capitis.

Ad 3^m^ dicendum, quòd ratio illa procedit ex parte gratiæ habitualis, quæ eſt perfectiua animæ Chriſti: per hoc tamen, quòd his modis debetur Chriſto iudiciaria poteſtas, non excluditur quin debeatur ei ex merito.

¶ *Super Quæſtionis quinquageſimæ nonæ Articulũ quartum.*

Titulus clarus. ¶ In corpore duę ſunt concluſiones. prima eſt, Chriſto ſecundum diuinam naturam conuenit omnium iudiciũ. Probatur: quia ſicut Pater omnia facit per Verbum, ita omnia iudicat per illud. Secunda concluſio eſt: Omnes res humanæ ſubdũtur iudicio Chriſti, ſecundum humanã naturam. Probatur tripliciter: & omnia clara ſunt in litera.

Quolibet 10. ar. 2. co.

## Articvlvs IIII.

### *Vtrum Chriſto conueniat iudiciaria poteſtas, quantum ad omnes res humanas.*

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur quòd ad Chriſtum nõ pertineat iudiciaria poteſtas, quantum ad omnes res humanas. Vt enim legitur Luc. 12 cum quidam de turba Chriſto diceret, Dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem, ille reſpondit, Homo quis me conſtituit iudicem aut diuiſorem ſuper vos? nõ ergo habet iudicium ſuper omnes res humanas.

§ 2 Præt. Nullus habet iudicium, niſi ſuper ea, quæ ſunt ſibi ſubiecta: ſed Chriſto nondum videmus omnia eſſe ſubiecta, vt dicitur Hebræorum. 2. ergo videtur quòd Chriſtus, non habeat ſuper omnes res humanas iudicium.

§ 3 Præt. Auguſt. dicit 20. de Ciui. Dei,* quòd ad iudicium diuinum pertinet hoc, quòd interdum boni affligũtur in hoc mundo, & interdum proſperantur, & ſimiliter mali: ſed hoc fuit etiam ante Chriſti incarnationem. ergo non omnia iudicia dei circa res humanas pertinẽt ad iudiciariam poteſtatem Chriſti.

Li. 20. ca. 1. tom. 5.

Sed contra eſt, quòd dicitur Ioan. 5. Pater, omne iudicium dedit filio.

Respon. Dicendum, quòd ſi de Chriſto loquamur ſecundum diuinam naturam, manifeſtum eſt, quòd omne iudicium patris pertinent ad Filium: ſicut enim Pater facit omnia verbo ſuo, ita & omnia iudicat verbo ſuo. Si vero loquamur de Chriſto ſecundum naturam humanam, ſic etiam manifeſtum eſt, quòd omnes res humanæ ſubdũtur eius iudicio. Et hoc manifeſtum eſt: primo quidem, ſi conſideremus habitudinem animæ Chriſti ad verbum dei: ſi enim ſpiritualis iudicat omnia (vt dicitur primæ ad Corinth. 2.) inquãtum mens eius verbo dei inhæret, multo magis anima Chriſti, quæ eſt plena veritate Verbi dei, ſuper omnia iudicium habet.

Secundo apparet idem ex merito mortis eius: quia vt dicitur Rom. 14. ĩ hoc Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit, vt viuorum & mortuorum dominetur. Et ideo ſuper omnes habet iudicium: propter quod & Apoſtolus ibi ſubdit, quòd omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti. Et Daniel. 7. dicitur, quòd dedit ei poteſtatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus & linguæ ſeruient ei.

Tertio apparet idem ex comparatione rerum humanarum ad finẽ humanæ ſalutis: cuicumque enim cõmittitur principale, cõmittitur & acceſſoriũ. Omnes autem res humanæ, ordinantur in finem beatitudinis, quæ eſt ſalus æterna, ad quam homines admittuntur, vel etiam repelluntur iudicio Chriſti, vt patet Matth. 25. Et ideo manifeſtum eſt, quòd ad iudiciariam poteſtatem Chriſti, pertinent omnes res humanæ.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ſicut dictum eſt,* iudiciaria poteſtas conſequitur regiam dignitatem. Chriſtus autem quamuis eſſet rex conſtitutus a deo: non tamen in terris viuens, terrenum regnum temporaliter adminiſtrare voluit: vnde ipſe dicit Ioan. 18. Regnum meum non eſt de hoc mundo. Similiter etiam iudiciariam poteſtatem exercere noluit ſuper res temporales, qui venerat homines ad diuina transferre: vnde Amb. ibidem dicit,* Bene terrena declinat, qui propter diuina deſcenderat: nec iudex dignatur eſſe litium, & arbiter facultatum, viuorum habens mortuorumque iudicium, arbitriumque meritorum.

Art. præc. in arg.

Li. 7 in Lu. ſuper illis Quis me conſtituit iudicem ſuper vos.

Ad 2^m^ dicendum, quòd Chriſto ſunt omnia ſubiecta quantum ad poteſtatem, quam a Patre ſuper omnia accepit, ſecundum illud Mat. vlti. Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Nondum tamen ſunt omnia ei ſubiecta, quãtum ad executionem ſuæ poteſtatis, quod quidem erit in futuro: quando de omnibus voluntatem ſuam adimplebit, quoſdam quidem ſaluando, quoſdam autem puniendo.

Ad 3^m^ dicendum, quòd ante incarnationem huiuſmodi iudicia exercebantur per Chriſtum, inquantum dei verbum eſt, cuius poteſtatis facta eſt particeps, per incarnationem anima, ei perſonaliter vnita.

¶ Super



¶ *Super Quæſtionis quinquageſimænonæ Articulum quintum.*

Titulus clarus. ¶ In corpore vna concluſio: Vltra iudicium quod in cuiuſlibet hominis morte fit, oportet eſſe finale iudicium in nouiſſimo die. Probatur ſic: Iudicium de aliqua re mutabili, dari perfecte nõ poteſt ante eius conſumationem: ſed vita hominis licet ſit per mortem terminata ſecundum ſe, remanet tñ ſecundum q̃d mutabilitati ſubiecta vſque ad finem mundi dependens ex futuris. ergo non poteſt vita hominis, ſecũdum id, quod q̃ūolibet ad vnumquemque pertinet perfecte iudicari ante finẽ mũdi. ergo oportet eſſe finale iudicium in nouiſſimo die vltra particulare, quod fit in cuiuſque morte. Maior ꝓpoſitio manifeſtatur dupliciter: primo in actionibus: ſecũdo in hominibus, & ad hoc affertur auctoritas Apoſtoli. Minor autem propoſitio manifeſtatur in quinq; generibus reliquiarum vitæ humanæ, ſ. in memorijs, in filijs, in effectibus, in corporibus, & in amatis. Et quoniã dixiſſet fortaſſe aliquis, ꝙ reliquiæ iſtę ſunt impertinentes ad Chriſti iudiciũ: ideo ad hoc excludendum Auctor apponit rõnem, quam perficit in reſpõſione ad primũ. Eſt autem ratio integra, ꝙ hæc omnia quia clauduntur ſub genere præmij vel pœnæ, ideo cadunt ſub æſtimatione diuini iudicij, q̃d ad omnia humana p̃mia, omneſq; humanas pœnas ſe extendit. Patet autem diſcurrẽdo p ſingula enumerata, quòd nonnulla pœna, & nonnullum præmiũ eſt hominis in ſupradictis reliquijs p̃ſuppoſita immortalitate animæ & corpis poſt reſurrectionẽ, vt hic ſupponimus. ¶ Aduerte hic, ꝙ maior ꝓpoſitio eſt per ſe nota, loquendo de iudicio alicuius rei ex proprijs ipſius, vt patet. Et hoc dico ne fallaris a captioſis, obijcientibus de æterno dei iudicio, quo ſingula p̃fectiſſime iudicat antequàm fiant. Chriſtus etiã ſecundum ꝙ homo ab inſtanti conceptionis ſuæ perfectiſſime cognouit omnes has reliquias antequàm fiant: ſed hęc ſunt ex parte cognoſcentis: præſens autem ratio ex rei cognitæ ſe tenet, & per ſe notam propoſitionem aſſumit, ꝙ rei mutabilis perfectũ iudicium dari non poteſt ante illius cõſumationem. Et ſi ipſi iungas, ꝙ diuina ſapientia diſponit oĩa ſuauiter, ac per hoc, quia ſuauis diſpoſitio iudicij rei mutabilis, exigit vt diſcutiat ſecundum modum naturæ ſuæ, videbis quòd ſapientiſſime proceſſit Auctor ad concludendũ finale iudicium, ex eo ꝙ perfectum iudicium rei mutabilis non poteſt ſuauiter dari ante illius conſumationem.

¶ Et hæc dicta ſint de iudicio, quaten⁹ infra cognitiõis ſeu ſpeculationis limites conſiſtit: vt aũt extenſione fit practicum ad puniẽdum vel præmiandum, abſque diſtinctione aliqua, patet propoſitionem maiorem eſſe vniuerſaliter veriſſimam: quoniam reddere præmiũ uel pœnã perfecte, præſupponit conſumationem operis puniendi uel præmiandi. Et iuxta hũc ſenſum clare patet proceſſus literæ abſque obiectione aliqua: quia nec deus prius punit, quàm fiat quod puniendum eſt &c.

¶ Circa reliquias ſpectantes ad pęnã, uel præmiũ, ſecundum Auctoris ſententiam, aduerte ꝙ licet apud noſtra iudicia hęc uideantur per accidens & conſequenter aliena ab examinatione iudicij: apud tamen diuinum iudiciũ omnia æſtimanda eſſe ex ſacris poteſt colligi literis. Legimus .n. Nabuchodonoſor præmium a deo ob ſeruitiũ ſibi exhibitũ ſatis per accidens in oppugnatione Tyri, ut patet Ezechiel. 28. Dauid quoque punitum legimus ob effectum ſatis per accidens, quia inquit Nathã propheta, inimicos

## Articvlvs V.

### *Vtrum poſt iudicium quod agitur in præſenti tempore, reſtet aliud iudicium.*

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur quòd poſt iudicium, quod in præſenti tempore agitur, non reſtet aliud iudicium generale. Poſt vltimam enim retributionem præmiorum & pœnarum, fruſtra adhibetur iudicium: ſed in hoc præſenti tempore fit retributio præmiorum & pęnarum: dixit enim dominus latroni in cruce Luc. 23. Hodie mecum eris in paradiſo, & Luc. 16. dicitur, quòd mortuus eſt diues & ſepultus eſt in inferno. ergo fruſtra expectatur finale iudicium.

§ 2 Præt. Nahum 1. dicitur ſecundum aliam literam, Non iudicabit deus bis in idipſum: ſed in hoc tempore dei iudicium exercetur, & quantũ ad temporalia, & quantum ad ſpiritualia. ergo videtur, quòd non ſit expectandum aliud finale iudicium.

§ 3 Præt. Præmium & pœna reſpondent merito & demerito: ſed meritum & demeritum non pertinẽt ad corpus, niſi inquantum eſt animæ inſtrumentum. ergo nec præmium ſeu pœna debetur corpori, niſi propter animam. non ergo requiritur aliud iudicium in fine, ad hoc quòd homo præmietur, aut puniatur in corpore, præter illud, quo nunc puniuntur aut præmiantur animæ.

Sed contra eſt, quòd dicitur Ioan. 12. Sermo quem locutus ſum, ille iudicabit eum in nouiſſimo die. erit ergo quoddam iudicium in nouiſſimo die præter iudicium quod nunc agitur.

Respon. Dicendum, ꝙ iudicium de aliqua re mutabili, perfecte dari non poteſt ante eius conſumationem: ſicut iudiciũ de aliqua actione, qualis ſit perfecte dari non poteſt, antequàm ſit conſumata, & in ſe & in ſuis effectibus: quia multæ actiones videntur eſſe vtiles quæ ex effectibus demonſtrantur nociuæ: & ſimiliter de homine aliquo iudicium perfecte dari non poteſt, quo ad eius vita terminetur, eo quòd multipliciter poteſt mutari de bono in malum, aut econuerſo, vel de bono in melius, aut de malo in peius. vnde Apoſtolus dicit Hebr. 9. quòd hominibus ſtatutum eſt ſemel mori, poſt hoc autem iudicium. Sciendum tamen, quòd licet per mortem vita hominis temporalis terminetur ſecundum ſe, remanet tamen ex futuris, ſecundum quid dependens. Vno quidem modo, ſecundũ quòd adhuc viuit in memorijs hominum, in quibus quãdoque contra veritatem remanet bonæ famæ vel malæ. Alio modo in filijs, qui ſunt quaſi aliquid patris, ſecundum illud Eccl. 30. Mortuus eſt pater eius, & quaſi nõ eſt mortuus: ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe. & tamen multorũ bonorum ſunt mali filij, & econtrario. Tertio modo, quantum ad effectum ſuorum operum, ſicut ex deceptione Arrij & aliorum ſeductorũ, pullulat infidelitas vſq; ad finem mundi: & vſque tunc profiſcit fides ex pręædicatione apoſtolorum. Quarto modo, quantum ad corpus, quod quandoque honorifice traditur ſepulturæ, quandoq; vero relinquitur inſepultum, & tandem incineratum omnino reſoluitur. Quinto modo, quantum ad ea, in quibus homo ſuum affectum defixit, puta in quibuſcumque temporalibus rebus, quorum quędam citius finiuntur, quędam diutius durant. Omnia autem hęc ſubdũtur exiſtimationi iudicij diuini: & ideo de his omnibus perfectum & manifeſtum iudiciũ haberi non poteſt, quandiu huius temporis curſus durat: & propter hoc oportet eſſe finale iudiciũ in nouiſſimo die, in quo perfecte id quod ad vnumquemq; hominem pertinet, quocumque modo, perfecte & manifeſte iudicetur.

Ad primvm ergo dicendum, quòd opinio quorundam fuit, quòd animæ ſanctorum non præmiantur in cælo, nec animæ damnatorum puniuntur in inferno, vſque ad diem iudicij: quod quidem apparet eſſe falſum ex hoc, quòd Apoſtolus 2. ad Cor. 5. dicit, Audemus, & bonam voluntatem habemus peregrinari a corpore, & pręſentes eſſe ad dominũ, quod eſt iam non ambulare per fidem, ſed per ſpeciem, vt patet ex his quæ ſubſequuntur: hoc aũt eſt videre

deum per eſſentiam, in quo conſiſtit vita æterna, vt patet Io. 17. Vnde manifeſtum eſt, animas a corporibus ſeparatas eſſe in vita ęterna: & ideo dicendum eſt, ꝙ poſt mortem quantum ad ea quæ ſunt animæ, homo ſortitur quendam immutabilem ſtatum. & ideo quantum ad præmiũ animæ, non oportet vlterius differri iudicium: ſed quia quædam alia ſunt ad hominẽ pertinentia, quæ toto tẽporis curſu aguntur, quæ non ſunt aliena a diuino iudicio, oportet iterum in fine temporis, omnia hæc in iudicium adduci. licet enim homo ſecundum hæc non mereatur neq; demereatur, tamen pertinent ad aliquod eius pręmium vel pęnam. unde oportet hæc omnia æſtimari in finali iudicio.

Ad 2m dicendum, quòd deus non iudicabit bis in idipſum, ideſt ſecundum idem: ſed ſecundum diuerſa, non eſt inconueniens deum bis iudicare.

Ad 3m dicendum, quòd licet præmium, vel pœna corporis dependeat ex præmio vel pœna animę: tamen quia anima non eſt mutabilis niſi per accidens, propter corpus, ſtatim ſeparata a corpore, habet ſtatũ immutabilem, & accipit ſuum iudicium: ſed corpus remanet mutabilitati ſubiectum vſque ad finẽ tẽporis: & ideo oportet quòd tunc recipiat ſuum præmiũ, vel pœnam in finali iudicio.

### Articvlvs VI.

*Vtrum iudiciaria poteſtas Chriſti ſe extendat ad angelos.*

Ad sextvm ſic proceditur. Videtur ꝙ poteſtas Chriſti iudiciaria non ſe extendat ad angelos. Angeli enim tam boni, quàm mali iudicati ſunt a principio mũdi, quãdo quibuſdam cadentibus per peccatum, alij ſunt in beatitudine confirmati: ſed illi qui iudicati ſunt, non indigent iterum iudicari. ergo poteſtas iudiciaria Chriſti non ſe extendit ad angelos.

¶ 2 Præt. Non eſt eiuſdem iudicare & iudicari: ſed angeli veniẽt cum Chriſto iudicaturi, ſecũdum illud Mat. 25. Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo. ergo videtur ꝙ angeli non ſunt iudicandi a Chriſto.

¶ 3 Præt. Angeli ſunt ſuperiores alijs creaturis. ſi ergo Chriſtus eſt iudex non ſolum hominum, ſed etiam angelorum, pari ratione erit iudex omnium creaturarum, quod videtur eſſe falſum, cum hoc ſit proprium prouidẽtiæ dei. vnde dicitur Iob 34. Quem conſtituit alium ſuper terram, aut quem poſuit ſuper orbem, quem fabricatus eſt? non ergo Chriſtus eſt iudex angelorum.

Sed contra eſt, quòd Apoſtolus dicit 1. Corin. 6. An neſcitis quoniam angelos iudicabimus? ſed ſancti non iudicabunt niſi auctoritate Chriſti. ergo multo magis Chriſtus habet iudiciariam poteſtatem ſuper angelos.

Respon. Dicendum, quòd angeli ſubſunt iudiciariæ poteſtati Chriſti, non ſolum quantum ad diuinam naturam, prout eſt verbum dei, ſed etiam ratione humanæ naturæ, quod patet ex tribus. Primo quidem, ex propinquitate naturæ aſſumptæ ad deum: quia, vt dicitur Heb. 2. nuſquàm angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit: & ideo aĩa Chriſti magis eſt repleta virtute verbi dei, q̃ aliquis angelorum, vnde & angelos illuminat, ſicut Diony. dicit 7. c. cæl. hierar.* unde de eis habet iudicare. Secundo, quia per humilitatem paſſionis, humana natura in Chriſto, meruit exaltari ſup angelos: ita ſicut dicitur Philip. 2. Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorũ: & ideo Chriſtus habet iudiciariam poteſtatem, etiam ſuper omnes angelos, & bonos & malos. In cuius ſignũ dicitur Apocal. 7. quòd omnes angeli ſtabant in circuitu throni. Tertio, ratione eorum, quæ circa homines operantur, quorũ Chriſtus ſpeciali quodam modo eſt caput. vnde dicitur Hebr. 1. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi, propter eos, qui hęreditatem capiunt ſalutis. Subſunt autem iudicio Chriſti, vno quidem modo quantum ad diſpenſationem eorum, quæ per ipſos aguntur, quæ quidem diſpenſatio fit etiam per hominem Chriſtũ, cui angeli miniſtrabant, vt dicitur Matth. 4. & a quo dæmones petebant, vt in porcos mitterentur, vt dicitur Mat. 8. Secundo, quantũ ad alia accidentalia præmia bonorum angelorũ, quæ ſunt gaudia, quæ habent de ſalute hoĩum, ſecundũ illud Luc. 15. Gaudiũ erit angelis dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, & etiam quantum ad pœnas accidentales dæmonum, quibus torquentur vel hic, vel recluduntur in inferno. Et hoc ẽt pertinet ad homi-

nem

*Ca. 7. a medio.

¶ Super Quæſtionis quinquageſimænonæ Articulum ſextum.

fecisti blaſphemare nomen domini, filius qui natus eſt tibi, morietur. 2. Reg. 12. Vnde patet ad ea ẽt quæ per accidens ſunt, diuina ſe extẽdere iudicia. ¶ In reſponſione ad primũ & tertiũ, aduerte ꝙ aliud eſt, hominem poſt mortem ſortiri ſtatũ immutabilem ſecũdũ animã, & aliud eſt ſortiri ſtatũ non impedibilẽ: anima .n. per mortem peruenit ad ſtatũ immutabilem de bonitate in malitiã, aut econtra: & aut eſt confirmata in bono, aut obſtinata in malo, aut ciuis cæleſtis, aut ĩferni. Et penes hoc attenditur immutabilitas ſtatus, cum qua immutabilitate ſtat, ꝙ poſſit impediri ad tẽpus, ne ad ſuam ciuitatem perueniat. Et hmõi impedimenta pertinent ad purgatorium, quod non conſtituit tertiũ ſtatum animarũ, neq; facit mutationẽ aliquam in ſtatu animæ, quia eſt immutabilis, ſed impedimentum præſtat cõſumationi ſtatus illius. Et ſimile eſt ei, quod inuenitur in motibus naturalibus: leue .n. aſcendens ſurſum ſi impediatur in via, nõ ꝓpterea mutat ſui motus naturã, nec ceſſante impedimẽto, aſcendendo nouum acquirit principium motus: ſed remoto prohibẽte, a primæuo immutato principio aſcenſum ꝓſequitur. Sic .n. anima immutata ſecundũ ſtatum ſuum, ſoluto purgatorio tãquàm remoto prohibente, ad finem ſui immobilis ſtatus, in quo eſt cõfirmata ꝑ mortẽ, gratia duce peruenit.

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore duo fiunt. Primo, reſpõdetur quæſito vna concluſione: Angeli ſubſunt iudiciariæ poteſtati Chriſti etiam inquantũ eſt homo. Et probatur tripliciter. Secundo declaratur, quo ad qd angeli ſubſunt ſic Chriſto. Et fit diſtinctio trimembris, ſ. de miniſterio, uel præmio aut pœna accidentali, uel præmio, aut pęna eſſentiali. Et omnia clara ſunt in litera.

¶ In reſponſione ad tertium, aduerte ꝙ cum dicitur inferiora regi, per ſuperiora, non intelligitur de inferiori & ſuperiori quocumq; modo, nec de inferiori & ſuperiori quo ad beatitudinem: alioquin ſequeretur ꝙ multi angeli regerẽtur per multos ſanctos homines, quos eleuatos credimus ſupra multos angelos, & conſequenter multi ſancti homines cõcurrerent ad adminiſtrationem mundi huius inferioris: qm̃ adminiſtratio hæc minimis uidetur credita angelis. Conſequens autẽ hoc credimus eſſe falſum, quoniã ſancti hoĩes, quantumcũq; beatiores ſint angelis, non tamẽ præſunt regimini uniuerſali ſpiritualis, aut corporalis creaturę: ſed hoc officium reſeruatũ eſt angelis, quibus congruit ex natura. Vnde intelligendũ eſt ĩferiora regi per ſuperiora nõ ſecundũ quid, ſed ſimpliciter & abſolute, & ꝓpterea quia Chriſtus homo eſt ſimpliciter & abſolute ſuperior angelis: qa eſt caput totius eccleſiæ triumphãtis, animæ aũt beatorũ hominũ ſupra multos angelos, ſũt angelis ſuperiores ſolum ſecundũ quid .ſ. ſecundum beatitudinem, ideo ex dicta maxima Aug & Dio. optime concluditur, ꝙ Chriſtus eſt ſuper adminiſtratione totius creaturæ, & cũ hoc aĩæ beatorũ hominũ nõ præſunt uniuerſali regimini creaturarum.

¶ Et hæc ſufficiant de principali parte huius libri, quæ de myſterio incarnati Verbi tractauit.



nem Chriſtum. vnde Marc. 1. dicitur, quòd dæmon clamauit, quid nobis & tibi Ieſu Nazarene? veniſti ante tempus perdere nos. Tertio, quantum ad pręmium eſſentiale bonorum angelorum, quod eſt beatitudo æterna, & quantum ad pœnam eſſentialem angelorum malorum, quæ eſt damnatio æterna: ſed hoc factum eſt per Chriſtum, inquantum eſt verbum dei, a principio mundi.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de iudicio quantum ad præmium eſſentiale, & pœnam principalem.

Ad 2m dicendum, quòd ſicut dicit† Auguſt. in lib. de vera religione, licet ſpiritualis iudicet omnia; tamen iudicatur ab ipſa veritate: & ideo licet angeli, ex eo quòd ſunt ſpirituales, iudicent, iudicantur tamen a Chriſto, inquantum eſt veritas.

†Cap. 31. to. 1.

Ad 3m dicendum, quòd Chriſtus habet iudicium non ſolum ſuper angelos, ſed etiam ſuper adminiſtrationem totius creaturæ: ſi enim, vt* Auguſt. dicit in 3. de Trinita. inferiora quodam ordine reguntur a deo per ſuperiora, oportet dicere, quòd omnia regantur per animam Chriſti, quę eſt ſupra omnem creaturam: vnde & Apoſtolus dicit Hebr. 2. Non enim angelis ſubiecit deus orbem terræ futurum, ſcilicet ſubiectum ei, de quo loquimur, ideſt, Chriſto: nec tamen propter hoc alium conſtituit deus ſuper terram; quia vnus & idem eſt, & deus & homo, dominus Ieſus Chriſtus. De cuius incarnationis myſterio ad præſens dicta ſufficiant.

*Lib. 3. ca. 4. to. 3.

## Qvaestio LX.

*De ſacramentis, in octo articulos diuiſa.*

Post conſiderationem eorum, quę pertinẽt ad myſteria verbi incarnati, conſiderandum eſt de eccleſiæ ſacramentis, quę ab ipſo verbo incarnato efficaciam habent. Et prima conſideratio erit de ſacramentis in communi. Secunda de vnoquoq; ſacramentorum in ſpeciali.

Circa primum quinque conſideranda ſunt.

¶ Primo, Quid ſit ſacramentum.
¶ Secũdo, De neceſſitate ſacramentorum.
¶ Tertio, De effectibus ſacramentorum.
¶ Quarto, De cauſa eorum.
¶ Quinto, De numero.

Circa primũ quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum ſacramentum ſit in genere ſigni.
¶ Secundo, Vtrum omne ſignum rei ſacræ ſit ſacramentum.
¶ Tertio, Vtrũ ſacramentũ ſit ſignũ vnius rei tantum, vel plurium.
¶ Quarto, Vtrũ ſacramentum ſit ſignum quod eſt res ſenſibilis.
¶ Quinto, Vtrũ ad ſacramẽtũ requiratur determinata res ſenſibilis.
¶ Sexto, Vtrum ad ſacramentum requiratur ſignificatio, quæ eſt per verba.
¶ Septimo, Vtrum requirãtur determinata verba.
¶ Octauo, Vtrum illis verbis poſſit aliquid addi vel ſubtrahi.

### Articvlvs primvs.

*Vtrum ſacramentum ſit in genere ſigni.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd ſacramentum non ſit in genere ſigni. Videtur enim ſacramentum dici a ſacrando, ſicut medicamentum a medicando: ſed hoc magis videtur pertinere ad rationem cauſæ, quam ad rationem ſigni. ergo ſacramentũ magis eſt in genere cauſæ, quàm in genere ſigni.

¶ 2 Præt. Sacramentum videtur aliquid occultum ſignificare, ſecundum illud Tobiæ 12. Sacramentũ regis abſcondere bonum eſt. Et Epheſ. 3. Quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi a ſæculis in deo: ſed illud quod eſt abſconditum, videtur eſſe contra rationem ſigni. Nam ſignum eſt, quod* præter ſpeciem, quam ingerit ſenſibus, facit aliquid aliud in cognitionem venire, vt patet per Aug. † in 2. de doctr. Chriſt. ergo videtur, quòd ſacramentum non ſit in genere ſigni.

*Alias per.
†Lib. 2. ca. 1. circa prin. tom. 3.

¶ 3 Præt. Iuramentum quandoque ſacramentum nominatur: dicitur enim in † Decre. 22. q. 5. Paruuli qui ſine ætate rationabili ſunt, nõ cogantur iurare, & qui ſemel periuratus fuerit, nec teſtis ſit poſt hoc, nec ad ſacramentum, ideſt, iuramentũ accedat: ſed iuramentũ non pertinet ad rationem ſigni. ergo videtur quòd ſacramentum non ſit in genere ſigni.

†22. q. 5. ca. paruuli qui ſine ætate.

Sed contra eſt, quòd* Auguſt. dicit in 10. de ciuit. dei, ſacrificium viſibile, inuiſibilis ſacrificij ſacramentum, ideſt, ſacrum ſignum eſt.

*Lib. 10. c. 5. non procul a princ. to. 5.

Respon. Dicendum, quòd omnia quæ habent ordinem ad vnum aliquid, licet diuerſimode ab illo denominari poſſunt: ſicut a ſanitate, quæ eſt in animali, denominatur ſanum, non ſolum animal, quod eſt ſanitatis ſubiectũ, ſed dicitur, medicina ſana, inquantum eſt ſanitatis effectiua, diæta vero, inquantum eſt conſeruatiua eiuſdem, & vrina inquantum eſt ſignificatiua ipſius. ſic igitur ſacramentum poteſt aliquid dici, vel quia in ſe habet aliquam ſanctitatem occultam, & ſecundum hoc ſacramentum idem eſt, quod ſacrum ſecretum, vel quia habet aliquem ordinem ad hanc ſanctitatem, vel cauſæ, vel ſigni, vel ſecundum quamcumq; aliam habitudinem: ſpecialiter autem nunc loquimur de ſacramentis, ſecundum quòd important habitudinem ſigni, & ſecundum hoc ſacramentum ponitur in genere ſigni.

Ad primvm ergo dicendum, quòd quia medicina ſe habet, vt cauſa effectiua ſanitatis, inde eſt ꝙ omnia denominata a medicina, dicuntur per ordinem ad vnum primum agens, & propter hoc medicamentum importat cauſalitatem quandam: ſed ſanctitas, a qua denominatur ſacramentum, non ſignificatur

¶ Super Quæſtionis ſexageſimæ Articulum primum.

Poſt cõſiderationem &c. Hic incipit ſecunda pars principalis huius libri, diſtincta in partes octo, primam de ſacramentis in communi, & reliqua ſeptem, ſecundũ ſingula ſeptem ſacramenta. Prima igitur hæc pars durans vſque ad quæſtio. 66. inchoat a ſacramenti genere in 1. artic. quæſt. 60. vt clare titulus monſtrat, ita quòd in titulo huius articuli, ſacramenti nomen ſumitur ſecundum eam ſignificationẽ, qua prædicatur de ſeptẽ eccleſiæ ſacramẽtis. Et eſt intentio inquirendi, an ſecundum illam ſignificationem ſit in genere ſigni: quãuis abſque additiõe aliqua quæſtio ꝓponatur, & propterea argumenta abſolute de ſacramento arguãt. ¶ In corpore articuli vna eſt concluſio: Sacramentum, de quo eſt ſermo, eſt in genere ſigni. Probatur: Nũc loquimur de ſacramentis, ſecundum quòd important habitudinem ſigni. ergo. Antecedens manifeſtatur ex hoc, quòd ſacramenti nomẽ eſt multiplex, & dicitur tam habens, q̃ cauſa, quàm ſignũ, & reſpectu ſanctitatis occultæ. Et rurſus hoc manifeſtatur ex communi regula: quia omnia habentia ordinem ad vnum, poſſunt diuerſimode ab illo nominari, vt patet in ſanitate & ſanis. Hęc ſatis clara ſunt ex communibus regulis nominũ multiplicium ad vnum, vel in vno, vel ab vno, quæ abuſiue vocantur analoga. Vnde etiam Auctor in calce reſponſionis ad tertium, hãc abuſionem corrigẽdo, cum dixiſſet, ſcilicet analogice, ſtatim declarauit quid intendit ſubdens, ſcilicet ſecundum diuerſam habitudinem ad vnum &c.

4. diſt. 1. q. 1. art. 1. q. 1 & art. 3. ad 1. & ar. 4. q. 1. ad 1.

per modum cauſæ efficientis, ſed magis per modum cauſæ formalis vel finalis: & ideo non oportet, quòd ſacramentum ſemper importet cauſalitatem.

Ad 2ᵐ dicendum, quòd ratio illa procedit, ſecundum quòd ſacramentum idem eſt, quod ſacrum ſecretum: dicitur autem non ſolum dei ſecretum, ſed etiã regis, eſſe ſacrum & ſacramentum: quia ſecundum antiquos ſancta, vel ſacroſancta dicebantur, quæcumq; violari non licebat: ſicut etiã muri ciuitatis, & perſonæ in dignitatibus cõſtitutæ: & ideo illa ſecreta ſiue diuina, ſiue humana, quæ non licet violari, quibuſlibet publicando, dicuntur ſacra vel ſacramenta.

Ad 3ᵐ dicendum, quòd etiam iuramentum habet quandam habitudinem ad res ſacras: inquantum ſcilicet, eſt quædam conteſtatio facta per aliquod ſacrum: & ſecundum hoc dicitur iuramentum eſſe ſacramentum, non eadem ratione, qua nunc loquimur de ſacramentis: non tamen æquiuoce, ſumpto nomine ſacramenti, ſed analogice. ſ. ſecundum diuerſam habitudinem ad aliquid vnũ, quod eſt res ſacra.

## Articvlvs II.

*Vtrum omne ſignum rei ſacræ ſit ſacramentum.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd non omne ſignum rei ſacrę ſit ſacramentum. H Omnes enim creaturæ ſenſibiles, ſunt ſigna rerum ſacrarum, ſecundum illud Rom. 1. Inuiſibilia dei, per ea quæ facta ſunt intellecta, cõſpiciuntur: nec tamen omnes res ſenſibiles poſſunt dici ſacramenta. non ergo omne ſignum rei ſacræ eſt ſacramentum.

¶2 Præt. Omnia, quæ in veteri lege fiebant, Chriſtum figurabant, qui eſt ſanctus ſanctorum, ſecundum illud 1. ad Cor. 10. Omnia in figura contingebant illis. Et Coloſſ. 2. Quæ ſunt vmbra futurorũ, corpus autem Chriſti: nec tamen omnia geſta patrum veteris teſtamenti, vel etiam omnes cæremoniæ legis ſunt ſacramẽta: ſed quædam ſpecialiter, ſicut in ſecunda parte habitum eſt.† ergo videtur quòd non omne ſignum rei ſacræ ſit ſacramentum.

¶3 Præt. Etiam in nouo teſtamento multa geruntur in ſignum alicuius rei ſacrę, quæ tamen non dicuntur ſacramenta, ſicut aſperſio aquæ benedictæ, conſecratio altaris, & ſimilia. nõ ergo omne ſignũ rei ſacræ, eſt ſacramentum.

Sed contra eſt, quòd definitio conuertitur cum definito: ſed quidam definiunt ſacramentum per hoc, quòd eſt ſacræ rei ſignum, & hoc etiam videtur ex auctoritate* Auguſt. ſupra inducta. ergo videtur quòd omne ſignum rei ſacræ, ſit ſacramentum.

Respon. Dicendum, ꝙ ſigna F proprie dantur hominibus, quorum eſt, per nota ad ignota peruenire: & ideo proprie dicitur ſacramentum, qđ eſt ſignũ alicuius rei ſacræ ad homines pertinentis, vt. ſ. proprie dicatur ſacramentum, ſecundum quòd nunc de ſacramentis loquimur, quod eſt ſignũ rei ſacræ, inquantum eſt ſanctificans homines.

Ad primvm ergo dicendum, quòd creaturæ ſenſibiles ſignificant aliquid ſacrum, ſcilicet ſapientiam & bonitatem diuinam, inquantum ſunt in ſeipſis ſacra, non autem inquantum nos per ea ſanctificamur: & ideo non poſſunt dici ſacramenta, ſecundum quòd nunc loquimur de ſacramentis.

Ad 2ᵐ dicendum, quòd quædam ad vetus teſtamentum pertinentia, ſignificabant ſanctitatem Chriſti, G ſecundum ꝙ in ſe ſanctus eſt: quædã vero ſignificabant ſanctitatem eius, inquantum per ea nos ſanctificamur, ſicut immolatio agni paſchalis ſignificabat immolationem Chriſti, qua ſanctificati ſumus: et talia dicuntur proprie veteris legis ſacramenta.

Ad 3ᵐ dicendum, quòd res denominatur a fine & complemento: diſpoſitio autem non eſt finis, ſed perfectio: & ideo quæ ſignificant diſpoſitionem ad ſanctitatem, non dicuntur ſacramenta, de quibus procedit obiectio, ſed ſolum ea, quæ ſignificat perfectionem ſanctitatis humanæ.

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæ Articulum ſecundum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore Auctor accomodat definitionem hanc, ſcilicet ſignum rei ſacræ, ad hoc vt ſit conuertibilis cum ſacramẽto, vt quod ex proprietate ſignificationis non habet, ex accommodatione intelligat̃ habere. Hinc. n. duas ſubintelligi vult cõditiones rei ſacræ, ſcilicet ſanctificantis homines, quod non aliunde deducitur, quàm ex hoc, quòd ſignum proprie datur homini, cuius eſt per notũ ad ignotum diſcurrere.

¶ Et ſcito duo. Primum, quòd Auctor non ſolum pro reuerẽtia ſic definientium ſacramẽtum, ſed etiã pro firmando vſu eccleſię, quo ſacramentum dicimus, non cuiuſque rei ſacræ ſignum, ſed hominis ſanctificantis, deſcriptionem hanc in definitionem erexit. Secundum eſt, quòd ly ſanctificantis, intelligit̃ in actu exercito, hoc eſt, quòd eſt ſignum rei ſacrę, vt actualiter exercet ſanctificationẽ hominis: quia ad hoc adhibetur vt ſignũ, vt ſanctificetur homo per illius ſignificatum.

Infra q. 64. art. 2. Et 1. 2. q. 101. ar. 4. cor. & q. 102. art. 5. cor. Et 4. di. 1. q. 1. ar. 1. q. 1.

1. 2. q. 101. ar. 4.

* art. præc. In Sed cõ.

## Articvlvs III.

*Vtrum ſacramentum ſit ſignum unius rei tantum.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd ſacramentum non ſit ſignum niſi vnius rei. Id. n. quo multa ſignificantur, eſt ſignũ ambiguum, & per conſequens fallendi occaſio, ſicut patet de nominibus æquiuocis: ſed omnis fallacia debet remoueri a chriſtiana religione, ſecundum illud Coloſſ. 2. Videte, ne quis vos ſeducat p philoſophiam, & inanem fallaciam. I ergo videtur, quòd ſacramentum non ſit ſignum plurium rerum.

¶ 2 Præt. Sicut dictum eſt,† ſacramentum ſignificat rem ſacram, inquantum eſt humanæ ſanctificationis cauſa: ſed vna ſola eſt cauſa humanæ ſanctificationis, ſcilicet ſanguis Chriſti, ſecundum illud Hebr. vlt. Ieſus vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. ergo videtur, quòd ſacramentum non ſignificet plura.

K ¶3 Præt. Dictum eſt, ꝙ ſacramentum proprie ſignificat ipſum finem ſanctificationis: ſed finis ſanctificationis eſt vita æterna, ſecundum illud Ro. 6. Habetis fructum veſtrũ in ſanctificatione, finem vero vitam æternam. ergo videtur quòd ſacramentum non ſignificet niſi vnam rem, ſcilicet vitam æternam.

Sed contra eſt, quòd in ſacramento altaris eſt duplex res ſignificata, ſcilicet corpus Chriſti verum, & myſticum, vt Aug.† dicit in lib. ſentent. Proſperi.

Respon. Dicendum, quòd, ſicut dictum eſt,* ſacramentum proprie dicitur, quod ordinatur ad ſignificandã noſtram ſanctificationem. In qua tria poſſunt conſiderari, videlicet ipſa cauſa ſanctificationis noſtræ, quæ eſt paſſio Chriſti: & forma noſtræ ſanctificationis, quæ conſiſtit in gratia & virtutibus, & vltimus finis ſanctificationis noſtræ, qui eſt vita æterna. & hæc omnia, per ſacramenta ſignificantur. unde ſacramentum eſt & ſignum rememoratiuum eius quod præceſſit, ſcilicet paſſionis Chriſti, & demonſtratiuum eius quod in nobis efficitur per Chriſti paſſionem, ſcilicet gratiæ, & prognoſticum, ideſt, prænuntiatiuum futuræ gloriæ.

Ad primvm ergo dicendum, quòd tunc eſt ſignum ambiguum, præbens occaſionem fallendi, quando ſignificat multa, quorum vnum non ordinatur ad aliud: ſed quando ſignificat multa, ſecundum quòd ex eis quodam ordine efficitur vnum, tũc non eſt ſignum ambiguum, ſed certum: ſicut hoc nomen homo, ſignificat animam & corpus, prout ex eis conſtituitur humana natura. Et hoc modo ſacramentum ſignificat tria* prædicta, ſecundum quòd quodam ordine ſunt vnum.

Ad 2ᵐ dicendum, quòd ſacramentum in hoc, quòd ſignificat rem ſanctificantem, oportet quòd ſignificet effectum, qui intelligitur in ipſa cauſa ſanctificante, prout eſt ſanctificans.

Ad 3ᵐ dicendum, ꝙ ſufficit ad rationem ſacramenti, ꝙ ſignificet perfectionem, quæ eſt forma: nec oportet quòd ſolum ſignificet perfectionem, quæ eſt finis.

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæ Articulum tertium.*

Titulus clarus.

¶ In corpore vna concluſio cum vno corollario. Concluſio, Sacramentũ eſt ſignum trium rerum. Declaratur: Sacramentum eſt ſignum noſtræ ſanctificationis, in qua conſiderãtur tria, & hæc per ſacramenta ſignificantur. ergo. Corollarium eſt: Sacramẽtum eſt ſignum rememoratiuum, demonſtratiuum, & prognoſticum, Declaratur ex tribus præmiſſis.

¶ Aduerte hic, quòd Auctor gratia materiæ abſque probatione procedit, declarando quæ abſque controuerſia acceptãtur de ſacramentis in communi.

4. diſ. 1. q. 1. ar. 1. q. 1. ad 4. & art. 1. cor.

Ar. præce.

Ar. præce. ad 3.

De conſe. diſ. 2. c. hoc eſt quod dicimus.

Ar. præce.

1. art.

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæ Articulum quartum.*

Titulus clarus. Res ſenſibiles, puta, aqua, oleum, vinum, panis.

¶ In corpore vna cõcluſio: Ad ſacramẽta requiruntur res ſenſibiles. Probatur dupliciter, primo, rõne: Res ſacrę quę per ſacramenta ſignificant̃, ſunt quædam bona intelligibilia, quibus homo ſanctificatur. ergo per aliquas res ſenſibiles ſignificatio ſacramenti implenda eſt. ergo ad ſacramenta requiruntur res ſenſibiles. Prima conſequentia probatur ratione: ex parte quidẽ noſtri, quia modus naturalis cognitionis humanæ eſt, vt p ſenſibilia ad intelligibilia deueniat: ſignum autem eſt, per quod in alteri' cognitionẽ deuenimus. Ex parte vero dei: quia ſecũdum modum noſtrum deus prouidet nobis, quod in litera tripliciter manifeſtatur. Conſequens eſt igitur, quòd ſignificatio talis ſigni a deo homini dati, ſcilicet ſacramenti, p ſenſibilia impleatur. Et ſimilitudine: quia ſpiritualia in ſacra ſcriptura per ſenſibiles ſimilitudines innoteſcunt. Secũdo, probatur concluſio auctoritate Dionyſij.

## Articvlvs IIII.

*Vtrum ſacramentum ſit ſemper aliqua res ſenſibilis.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd ſacramentum non ſemper ſit aliqua res ſenſibilis: quia ſecundum Philoſophum in lib. Priorum omnis effectus, ſuæ cauſæ ſignum eſt: ſed ſicut ſunt quidam effectus ſenſibiles, ita etiam ſunt quidam effectus intelligibiles, ſicut ſcientia eſt effectus demonſtrationis. D ergo non omne ſignum eſt ſenſibile. Sufficit autem ad rationem ſacramenti, quòd ſit ſignum alicuius rei ſacrę, inquantum per eam homo ſanctificatur, vt dictum eſt.† non ergo requiritur ad ſacramentum, quòd ſit aliqua res ſenſibilis.

¶ 2 Præt. Sacramenta pertinent ad cultum, vel regnum dei: ſed res ſenſibiles non videntur pertinere ad cultum dei: dicitur enim Ioan. 4. Spiritus eſt deus, & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare: & Roma. 14. Non eſt regnum dei, eſca & potus. ergo res ſenſibiles non requiruntur ad ſacramentum.

¶ 3 Præt. Auguſt.* dicit in lib. de libero arbitrio, quòd res ſenſibiles ſunt minima bona, ſine quibus homo recte viuere poteſt: ſed ſacramenta ſunt de neceſſitate ſalutis humanę, vt infra* patebit, & ita ſine eis homo recte viuere nõ poteſt. non ergo res ſenſibiles re- A quiruntur ad ſacramenta.

Sed contra eſt, quòd Aug.† dicit ſuper Ioã. Accedit verbũ ad elementũ, & fit ſacramentũ. Et loquitur ibi de elemento ſenſili, quod eſt aqua. ergo res ſenſibiles requiruntur ad ſacramenta.

Trac. 80. in euang. Ioã. poſt mediũ tom. 9.

Respon. Dicendum, quòd ſapientia diuina vnicuique rei prouidet ſecundum ſuum modum, & propter hoc dicitur Sapien. 8. quòd ſuauiter diſponit omnia. vnde & Matth. 25. dicitur, quòd dedit vnicuique ſecundum propriam virtutem. Eſt autem homini cõnaturale, vt per ſenſibilia perueniat in cognitionem B intelligibilium. Signum autem eſt, per quod aliquis deuenit in cognitionem alterius. unde, cum res ſacrę, quæ per ſacramenta ſignificantur, ſint quædam ſpiritualia & intelligibilia bona, quibus homo ſanctificatur, conſequens eſt, vt per aliquas res ſenſibiles ſignificatio ſacramenti impleatur: ſicut etiam per ſimilitudinem ſenſibilium rerum in diuina ſcriptura, res ſpirituales nobis deſcribuntur. Et inde eſt, quòd ad ſacramenta requiruntur res ſenſibiles, vt etiam Diony. probat in 1. cap.* cæleſt. hierar.

Ca. 1. inter med. & fine.

Ad primvm ergo dicendum, quòd vnumquodque præcipue denominatur & definitur ſecũdum id, quod conuenit ei primo & per ſe, non autem ſecun- C dum id, quod conuenit ei per aliud. Effectus autem ſenſibilis, per ſe habet quòd ducat in cognitionem alterius, quaſi primo & per ſe homini innoteſcens: quia omnis noſtra cognitio a ſenſu oritur: effectus autem intelligibiles non habent quòd poſſint ducere in cognitionem alterius, niſi inquantum ſunt per aliud manifeſtati, ideſt, per aliqua ſenſibilia. Et inde eſt, quòd primo & principaliter dicuntur ſigna, quæ ſenſibus offeruntur: ſicut Auguſt. dicit in 2.* de doctrina Chriſtia. vbi dicit quòd ſignum eſt, quod præter ſpeciem quam ingerit ſenſibus, facit aliquid aliud in cognitionem venire: effectus autem intelligibiles non habent rationem ſigni, niſi ſecundum quòd ſunt manifeſtati per aliqua ſigna. Et per hunc etiam modum, quædam quæ non ſunt ſenſibilia, dicuntur quodammodo ſacramenta, inquantum ſunt ſignificata per aliqua ſenſibilia, de quibus infra agetur.*

Li. 2. de doctri. Chriſt. circa prin. lib. tom. 3.

quæſt. 63. ar. 1. ad 2.

Ad 2ᵐ dicendum, quòd res ſenſibiles, vt in ſua natura conſiderantur, non pertinent ad cultum vel ad regnum dei: ſed ſolum ſecundum quòd ſunt ſigna ſpiritualium rerum, in quibus regnum dei conſiſtit.

Ad 3ᵐ dicendum, quòd Auguſt. ibi loquitur de rebus ſenſibilibus, ſecundum quòd ſunt in ſua natura: non autem ſecundum quòd aſſumuntur ad ſignificandum ſpiritualia, quæ ſunt maxima bona.

## Articvlvs V.

*Vtrum requirantur determinatæ res ad ſacramenta.*

E AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd non requirantur determinatæ res ad ſacramenta. Res enim ſenſibiles aſſumuntur in ſacramentis ad ſignificandum, vt dictum eſt:† ſed nihil prohibet diuerſis rebus ſenſibilibus idem ſignificari: ſicut in ſacra ſcriptura deus aliquando metaphorice ſignificatur per lapidẽ, quando-

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæ Articulum quintum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore vna eſt concluſio reſponſiua quæſito: In ſacramentis nouæ legis, oportet vti rebus ex diuina inſtitutione determinatis. Probatur: Nõ pertinet ad aliquẽ determinare, quod in alterius, ſed qđ eſt in ſua poteſtate: ſed ſanctificatio eſt

Infra art. 7. cor.

Ar. 3. huius quæſt.

eſt in poteſtate dei, non hominis. ergo non pertinet ad hominē inſtituere ſanctificatiua hominis: ſed ſacramenta ſunt ſanctificatiua hominis. ergo Vltimo ſubſumpta ꝓpoſitio & probatur auctoritate Apoſtoli, & declaratur diſtinguēdo duo, quæ in ſacramentorum vſu inueniuntur, ſcilicet cult⁹ diuin⁹ & ſanctificatio hominis, & declarando horum differentiam, quia primum eſt hominis ad deū, ſecundum eſt econtra dei ad hominē. ¶Vbi uidere potes, quòd Auctor duo hæc conſiderauit in ſacramētis: ut quia ex primo poterat ratio determinandi res ad hominē ſpectare, cuius eſt colere deum, hoc uel illo modo, ex ſecundo neceſſitatē monſtraret diuinæ inſtitutionis, cuius eſt ſanctificare hominē per hæc, uel illa ſigna, & ſine his & illis, ut placet. Et quia nullum ſacramentum eſt, quod non ſanctificet hominē: ideo omnia oportet a deo determinata eſſe quo ad ſibi ſubſtantiale.

¶In reſponſione ad primum, aduerte quàm præſumptuoſa, iniurioſa ac ſacrilega ſit eorum ſolertia, qui ꝓprias aut poetarum ſimilitudines, tamquàm ſpiritualium ſimulachra interpretātur, ſcribunt aut prædicant: uſurpāt enim officium Spiritusſancti, cuius iudicio res aliquæ inſtitutæ ſunt in figuram aliorum, dicente Apoſtolo, Omnia in figuram contingebant illis: uilificantq; ſacram ſcripturam, dum ex tali fictione occaſionem dant credēdi, quòd ſimiliter humano ſpiritu ſunt in figuram ea, quæ ſunt in ſacris literis: quemadmodū hęc, quę audiunt humani dexteritate ingenij coaptata. Et ſic multum auctoritatis detrahit͛ ſacræ ſcripturæ figuris.

*als ſanctificandum.

que per leonē, quandoque per ſolem, aut aliquid aliud huiuſmodi. ergo videtur quòd diuerſę res poſſint congruere eidem ſacramento. non ergo determinatæ res in ſacramentis requiruntur.

F

¶2 Præt. Magis eſt neceſſaria ſalus animæ, quàm ſalus corporis: ſed in medicinis corporalibus, quæ ad ſalutem corporis ordinantur, poteſt vna res pro alia poni in eius defectu. ergo multo magis in ſacramentis, quæ ſunt medicinæ ſpirituales ad ſalutem animæ ordinatæ, poterit vna res aſſumi pro alia quando illa defuerit.

G

¶3 Præt. Non eſt conueniens, vt hominis ſalus arctetur per legem diuinam, & præcipue per legem Chriſti, qui venit omnes ſaluare: ſed in ſtatu legis naturę nō requirebantur in ſacramentis aliquę res determinatæ, ſed ex voto aſſumebantur, vt patet Gen. 28. vbi Iacob vouit ſe deo decimas & hoſtias pacificas oblaturum. ergo videtur ꝙ nō debuerit arctari homo, & præcipue in noua lege ad alicuius rei determinatæ vſum in ſacramētis.

H

Sed contra eſt, ꝙ dominus dicit Io. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spirituſancto, non poteſt introire in regnum dei.

Respon. Dicendum, quòd in vſu ſacramentorum duo poſſunt conſiderari, ſcilicet cultus diuinus, & ſanctificatio hominis. Quorum primum pertinet ad hominem per comparationē ad deū, ſecundum autem ecōuerſo pertinet ad deum per comparationem ad hominem: non pertinet autem ad aliquem determinare qđ eſt in poteſtate alterius, ſed ſolum id qđ eſt in ſua poteſtate. quia ergo ſanctificatio hominis eſt in poteſtate dei ſanctificantis, non pertinet ad hominem ſuo iudicio aſſumere res, quibus ſanctificetur, ſed hoc debet eſſe ex diuina inſtitutione determinatū: & ideo in ſacramentis nouæ legis, quibus homines ſanctificantur, ſecundum illud 1. ad Cor. 6. Abluti eſtis, ſanctificati eſtis, oportet vti rebus ex diuina inſtitutione determinatis.

I

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ etſi idē poteſt per diuerſa ſigna ſignificari: determinare tamē quo ſigno ſit vtēdum ad ſignificandū,* pertinet ad ſignificantem: deus autem eſt qui nobis ſignificat ſpiritualia per res ſenſibiles in ſacramentis, & per verba ſimilitudinaria in ſcripturis: & ideo ſicut iudicio Spirituſſancti determinatū eſt,

K

quibus ſimilitudinibus in certis ſcripturæ locis res ſpirituales ſignificentur, ita etiam debet eſſe diuina inſtitutione determinatum, quę res ad ſignificandum aſſumantur in hoc, vel in illo ſacramento.

Ad 2m dicendum, quòd res ſenſibiles habēt naturaliter ſibi inditas virtutes cōferentes ad corporalem ſalutem: & ideo non refert, ſi duæ earum eandem virtutem habeant, qua quis vtatur: ſed ad ſanctificationem non ordinantur ex aliqua virtute ſibi naturaliter indita, ſed ſolum ex inſtitutione diuina: & ideo oportuit diuinitus determinari, quibus rebus ſenſibilibus ſit in ſacramentis vtendum.

Ad 3m dicendum, quòd ſicut Auguſt.* dicit 19. contra Fauſtum, diuerſa ſacramenta diuerſis temporibus congruunt: ſic etiam diuerſis verbis ſignificantur diuerſa tempora, ſcilicet præſens, præteritum & futurum: & ideo ſicut in ſtatu legis naturæ, homines nulla lege exterius data, ſed ſolo interiori inſtinctu mouebantur ad deum colendum, ita etiam ex interiori inſtinctu determinabatur eis, quibus rebus ſenſibilibus ad dei cultum vterentur: poſtmodū vero neceſſe fuit etiam exterius legem dari: tum propter obſcurationem legis naturæ, ex peccatis hominum: tum etiam ad expreſſiorem ſignificationem gratiæ Chriſti, per quam humanum genus ſanctificatur: & ideo etiam neceſſe fuit res determinari, quibus homines vterentur in ſacramentis: nec propter hoc arctatur via ſalutis: quia res quarum vſus eſt neceſſarius in ſacramentis, vel communiter habentur, vel paruo ſtudio adhibito haberi poſſunt.

Lib. 11. c. & 17. ...

## Articvlvs VI.

*Vtrum in ſignificatione ſacramentorum requirantur uerba.*

AD sextvm ſic proceditur. Videtur ꝙ in ſignificatione ſacramentorū non requirantur verba: dicit enim Aug. contra Fauſtū lib. 19.* Quid ſunt aliud quæque corporalia ſacramenta, niſi quaſi quædam verba viſibilia? Et ſic videt͛ quòd addere uerba rebus ſenſibilibus in ſacramentis, ſit addere uerba uerbis: ſed hoc eſt ſuperfluū. non ergo requiruntur uerba cū rebus ſenſibilib⁹ in ſacramētis.

¶2 Præt. Sacramentum eſt aliquid unū: ex his autem quæ ſunt diuerſorum generum, non uidetur poſſe aliquid unum fieri. cum igitur res ſenſibiles & uerba ſint diuerſorum generum, quia res ſenſibiles ſunt a natura, uerba autem a ratione, uidetur quòd in ſacramentis non requirantur uerba cū rebus ſenſibilibus.

¶3 Præt. Sacramenta nouæ legis ſucceſſerunt ſacramentis ueteris legis: quia illis ablatis, iſta ſunt inſtituta, ut Auguſt. dicit 19. contra Fauſtum:* ſed in ſacramētis ueteris legis non requirebatur aliqua forma uerborum. ergo nec in ſacramentis nouæ legis.

Sed contra eſt, quòd Apoſt.

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæ Articulum ſextum.*

TItulus clarus. ¶ In corpore una concluſio: Sacramenta tripliciter conſiderantur, & quolibet modo congruunt eis uerba. Probatur, quo ad primā partem, quia ſacramēta adhibentur, ut ſigna quædā ad hominum ſanctificationem: quo ad ſecundam, ſingillatim declarando ſingula membra cum ſuis rationibus, ut clare & ordinate patet in litera.

¶Aduerte, quòd prima pars concluſionis ex aſſumpto facile deducitur: nam quia ſacramenta ad ſanctificationē adhibentur: oportet primam eorum conſiderationem ſecundum ſanctificationis cauſam fieri. Et quia ad ſanctificandos homines ſunt, ſecunda eorum cōſideratio ex parte hominis eſt. Et quia ut ſigna adhibētur, conſequens eſt, ut tertia eorum conſideratio ſecundum ſignificationē fiat.

¶In reſponſione ad ſecūdum perſpice, quod in ſacramentis res & verba coeunt in vnū ſignū: quia cōſtituūt vnū ſacramentum, qđ non niſi ſignum vnum eſt. Vnde, proprie loquendo, ablutio in aqua in baptiſmo non eſt vnū ſignū, & verba ſunt aliud ſignum, vt tāquàm ex duobus partialib⁹ ſignis fiat vnum totale ſignū: ſed ipſa applicatio aquæ, quæ indeterminata eſt, ad ſignificandam ſpiritualem ablutionem, vel ſpiritualem claritatem, aut ſimplicitatem, aut aliquid huiuſmodi, ex coniunctione ad verba abluentis, determinatur ad ſignificandum ſpiritualem ablutionē: ita quòd non ſunt duæ relationes ſigni in aqua & verbis: ſed vna tātum relatio ſigni eſt in hoc compoſito ex rebus & verbis, vt ſunt determinabile & determinatio in ratione ſignificandi vnū ſpiritualem effectum: ſunt enim hæc, vt in litera ſubtiliter traditur, & declaratur in tertia ratione in corpore articuli, velut materia & forma in genere ſigni, non quòd relatio talis ſigni, ſit compoſita ex materia & forma: ſed quia relatio talis ſigni non adeſt niſi compoſito ex talibus determinabili & determinante, quæ ſunt velut materia & forma.

Trac. 80. in Ioan. poſt medium, to. 9. — Art. 4. ad 3. — 4. di. 1. q. 1. ar. 3. & ... — Lib. 2. ca. 3. circa med. to. 3. — In corp. ar.



dicit Epheſ. 5. Chriſtus dilexit eccleſiam, & tradidit ſemetipſum pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. & Auguſt. dicit ſuper Ioan.* Accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum.

A

Respon. Dicendum, quòd ſacramenta, ſicut dictum eſt,* adhibentur ad hominum ſanctificationem, ſicut quædam ſigna. Tripliciter ergo conſiderari poſſunt, & quolibet modo congruit eis, quòd verba rebus ſenſibilibus adiūgantur. Primo enim poſſunt conſiderari, ex parte cauſæ ſanctificantis, quæ eſt verbum incarnatum, cui ſacramentum quodammodo conformatur, in hoc, quòd rei ſenſibili verbum adhibetur, ſicut in myſterio incarnationis carni ſenſibili eſt verbum dei vnitum. Secundo, poſſunt conſiderari ſacramenta ex parte hominis qui ſanctificatur, qui componitur ex anima & corpore, cui proportionatur ſacramentalis medicina, quæ per rem viſibilem corpus tangit, & per verbum ab anima creditur. vnde Auguſt.* dicit ſuper illud Ioā. 15. Iam vos mundi eſtis propter ſermonem &c. vnde eſt iſta tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, niſi faciente verbo, non quia dicitur, ſed quia creditur? Tertio, poſſunt cōſiderari ex parte ipſius ſignificationis ſacramentalis: dicit autem Auguſt.* in 2. de doct. Chriſtia. quòd verba inter homines obtinuerunt principatum ſignificandi: quia verba diuerſimode formari poſſunt ad ſignificandos diuerſos conceptus mentis, & pp hoc per verba, magis diſtincte poſſumus exprimere, quod mēte concipimus: & ideo ad perfectionem ſignificationis ſacramentalis, neceſſe fuit vt ſignificatio rerū ſenſibiliū, per aliqua verba determinaretur: aqua enim ſignificare poteſt & ablutionem propter ſuam humiditatem, & refrigerium propter ſuam frigiditatem: ſed cum dicitur, Ego te baptizo, manifeſtatur quòd aqua vtimur in baptiſmo ad ſignificandā emundationem ſpiritualem.

Ad primvm ergo dicendum, quòd res viſibiles ſacramentorum dicuntur verba, per quandam ſimilitudinem, inquantum ſcilicet participant quandam vim ſignificandi, quæ principaliter eſt in ipſis verbis, vt dictum eſt:* & ideo non eſt ſuperflua ingeminatio verborum, cum in ſacramentis, rebus viſibilibus verba adduntur: quia vnum eorum determinatur per aliud, vt dictum eſt.*

Ad 2m dicendum, quòd quàmuis verba & aliæ res ſenſibiles ſint in diuerſo genere, quantum pertinet ad naturam rei: conueniunt tamen in ratione ſignificandi, quæ perfectius eſt in verbis, quàm in alijs rebus: & ideo ex verbis & rebus fit quodāmodo vnū in ſacramentis, ſicut ex forma & materia, inquantum .ſ. per verba perficitur ſignificatio rerum, vt dictum eſt:* ſub rebus aūt comprehenduntur etiam ipſi actus ſenſibiles, puta ablutio, inunctio, & alia huiuſmodi: quia in his eſt eadem ratio ſignificandi, & in rebus.

Ad 3m dicendum, quòd, ſicut Auguſt.* dicit contra Fauſtum, alia debent eſſe ſacramenta rei præſentis, & alia rei futuræ. Sacramenta autem veteris legis, prænuntia erant Chriſti venturi: & ideo non ita expreſſe ſignificabant Chriſtum, ſicut ſacramenta nouæ legis, quæ ab ipſo Chriſto effluunt, & quandam ſimilitudinem ipſius in ſe habent, vt dictum eſt.* Vtebantur tamen in veteri lege aliquibus verbis, in his, quæ ad cultum dei pertinent, tam ſacerdotes (qui erant ſacramentorum illorum miniſtri, ſecundum illud Nume. 6. Sic benedicetis filijs Iſrael, & dicetis eis, Benedicat tibi dominus &c.) quàm etiam illi, qui illis ſacramentis vtebantur, ſecundum illud Deut. 26. Profiteor coram domino deo tuo &c.

B

Ar. 3. ad 5. — Lib. 19. c. 6. tom. 6. — In corp. ar.

## Articvlvs VII.

*Vtrum requirantur determinata uerba in ſacramentis.*

C

AD septimvm ſic proceditur. Videtur quòd non requirantur determinata verba in ſacramentis. Vt enim Philoſoph.* dicit, voces non ſunt eædem apud omnes: ſed ſalus quæ per ſacramenta quæritur, eſt eadem apud omnes. ergo non requiruntur aliqua determinata verba in ſacramentis.

¶2 Præt. Verba requiruntur in ſacramentis, inquantum ſunt principaliter ſignificatiua, ſicut dictum eſt:* ſed contingit per diuerſa verba idem ſignificari. ergo non requiruntur determinata uerba in ſacramentis.

D

¶3 Præt. Corruptio cuiuſlibet rei variat eius ſpeciem: ſed quidā corrupte uerba proferunt, nec tamen propter hoc creditur ſacramentorum effectus impediri: alioquin illiterati & balbi, qui iſtá ſacramenta cōferunt, frequenter defectum in ſacramentis inducerent. ergo uidetur quòd non requirantur in ſacramentis determinata uerba.

E

Sed contra eſt, quòd dominus determinata uerba ꝓtulit in conſecratione ſacramenti euchariſtiæ, dicens Matth. 26. Hoc eſt corpus meum: ſimiliter etiam mandauit diſcipulis, ut ſub determinata forma uerborum baptizarent, dicens Mat. ult. Eūtes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spirituſſancti.

Respon. Dicendum, quòd, ſicut dictū eſt,* in ſacramentis uerba ſe habent per modum formæ, res autem ſenſibiles per modum

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæ Articulum ſeptimum.*

TItul⁹ ut ſonat. ¶ In corpore una concluſio: In ſacramentis requiritur determinata forma uerborum. Probatur: in ſacramentis requiruntur determinatæ res ſenſibiles, q̄ ſe habēt, ut materia. ergo multo magis requiritur determinatio uerborum, quæ ſe habet ut forma. Antecedens quo ad primā partem patet ex ar. 5. quo ad ſecundam ex 6. & hic repetitur. Conſequentia probatur: quia principalius requiritur ad eſſe rei determinata forma, quàm determinata materia. Probatur, quia in omnibus compoſitis ex materia & forma, principium determinationis eſt ex parte formæ, quæ eſt finis & termin⁹ materiæ, & materia determinata requiritur, ut ſit proportionata determinatæ formæ.

¶In reſponſione ad ſecundum, aduerte quòd doctrina præſentis literæ, ſcilicet ꝙ in qualibet lingua, uox illa qua principalius & communius homines illius linguę utuntur ad illum actū ſignificādum aſſumi debet in ſacramentis, uera eſt, quantū eſt ex parte debiti vſus uerborum: quoniam ad tantū myſterium

Lib. 1. periherm. parū a prin. to. 1 — Ar. præced. — Ar. præced. ad 2.

ſterium non niſi principalia communioraque aſſumenda ſunt verba. Cum hac tamen doctrina ſtat, quòd oppoſitum fiat, vel ex accommodatione vſus, vel quia ſacramenti forma non viget ad hoc. Quantum autem valeat contra communitatem & proprietatem linguæ accommodatio vſus, teſtatur forma baptiſmi apud latinos, dum dicitur, Ego te baptizo &c. baptizare enim Latina lingua neque principaliter, neque communiter ſignificat abluere, vt patet, intantum quòd ſi quis diceret alteri baptiza hoc ſudatiolum, aut nō, aut vix intelligeretur. Et proculdubio dicere deberem, Ego te abluo in nomine patris &c. quia tamen accommodauit eccleſiæ latinæ vſus vocabulū hoc ad ſignificādū actū abluendi, qui in ſacramento fit, illo vtendum eſt. vnde etiam mulieres in vulgari baptizātes, dicunt, *Io te baptizo*. Prouidentia .n. diuina hinc eccleſiam ſuam doctam eſſe voluit, ꝙ quocūq; uerbo accōmodato ab vſu ad ſignificandum illud, vtamur (etiā ſi alterius ſit idiomatis) ſacramentum perficitur: ita quòd nec *miſtio* idiomatū in eadem numero forma ſacramenti, tollit perfectionem ſacramēti. Habes quoque hinc, ꝙ quia vſus accōmodatione, perſonas dignas alloquimur in numero *plurali, dicēdo vni*, Vos &c. ita quòd ſi diceretur illi, Tu, uideret inferri ſibi iniuria, ideo ſi quis in forma ſacramenti pœnitētię, abſoluendo epiſcopum, vel principem honoris conſueti gratia dicat, Abſoluo vos a peccatis veſtris &c. perfectum eſt ſacramentum non minus, quàm ſi in vulgari dixiſſet, *Io vi abſoluo dalli voſtri peccati*: quia perfecta eſt ſignificatio orationis ad illam perſonam ſolam, ex accommodatione vſus non minus, quàm perfecte ſunt omnes ſimiles orationes: puta, do vobis hoc munus, venite vos ad prandium mecum, & ſimilia. Et eadem ratione perfecta eſſent ſacramenta, ſi perſona recipiens ſacramentum exprimeretur in nomine honorabili abſtracto: puta ſi quis diceret: Ego abſoluo dominationem veſtram a peccatis ſuis. Pro regula enim generali habendum eſt, quòd quando oratio habet perfectam ſignificationem ex accommodatione vſus in ceteris locutionibus, ſufficit ad ſacramenti perfectionem ſimilis oratio applicata ad materiam ſacramenti. Et ratio eſt, quia operatio ſpiritualis in ſacramentis ſequitur ſignificationem perfectam orationis ſacramentalis, ac per hoc, vbi oratio habet ſuam ſignificationem perfectam, ſacramentum perficitur. Conſtat autem, quòd oratio quæ in qualibet materia communiter habet ſuam ſignificationem perfectam,

F non perdit perfectionem ſuæ ſignificationis ex hoc, quòd applicatur ad materiam ſacramentalem, igitur ſicut ſufficit oratio illa perfecta in alijs, ita & in ſacramentis. Quia autem ſacramenti forma non vrget ad principaliter & cōmuniter conſueta verba, ſi quis ex huiuſmodi libertate vteretur alijs verbis (puta dicendo, Ego te abluo in nomine patris &c. aut in ſacramento eucharistiæ. Iſtud eſt, &c.) perfecta eſſent ſacramenta: non.n. de neceſſitate ſacramenti ſunt illæ voces, quibus communiter eccleſia vtitur, ſed illæ vel alio loco illarum, idem ſignificantes, quod illæ. Sic enim intelligendum eſt determinatam exigi formam verborum ad ſacramenta. Sed ſunt voces illæ quibus eccleſia vtitur, de neceſſitate *præcepti* eccleſiæ: ideo peccaret quiſquis aduertenter vteretur alijs vocibus ab illis, quibus eccleſia ſua cōſueuit vti in ſacramentis. Vnde hæc non diximus, vt liceat cuique mutare voces in ſacramentis: ſed vt ſi acciderit, nouerint non eſſe iterāda ſacramenta propter huiuſmodi mutationes. Et confirmatur qđ dicimus, ex forma conſecrationis ſanguinis Chriſti, qua vtitur eccleſia latina: dicit .n. Hic eſt calix ſanguinis. Vbi aut metaphorice ſumitur calix, aūt ponitur cōtinens pro cōtento, ac per hoc ex vi verborum ſectando propriam ſignificationem, non ſignificatur conuerſio vini in ſanguinem, ſed in calicē, quod eſt ridiculum. Atteſtatur enim per hoc Spiritusſanct*, quòd ſufficiunt ad ſacramentorū perfectionem uerba, uel ex proprietate uel acomodatione uſus ſignificantia ueritatem ſacramenti, quæcumque ſint illa: nec eſſe de neceſſitate ſacramenti communiora in aliqua lingua uerba. In iſtamet ſolutione.

¶ In reſponſione ad tertium aduerte, quòd, ut patet de conſe. diſt.4.c.Retulerunt, Zacharias Papa determinauit fuiſſe baptizatum illum, qui ob ignorantiam baptizantis, baptizatus eſt in nomine Patria & Filia & Spiritua ſancta. Vbi vides, ꝙ corruptio fuit tanta, quòd uariata eſt ſignificatio nominum: nam patria non patrem, ſed locum natiuitatis ſignificat: ſed licet patria abſolute aliud ſignificet quàm pater: vt tamen eſt pars corrupte prolata huius orationis, Ego te baptizo in nomine Patria, & Filia &c. ſignificaſſe patrem, iudicatum eſt, & ſic oratio tota non mutauit ſignificationem. Et hoc ualde notandum eſt pro caſibus occurrentibus incorrupte prolatis uerbis, circa alia ſacramenta, uel ex feſtinatione, uel ex balbutiente lingua, uel aliquo alio accidente.

materiæ. In omnibus autem compoſitis ex materia & forma, principium determinationis eſt ex parte formæ, quæ eſt quodammodo finis & terminus materiæ: & ideo principalius requiritur ad eſſe rei determinata forma, quàm determinata materia: materia enim determinata requiritur, vt ſit proportionata determinatæ formæ. cum igitur in ſacramentis requirantur determinatæ res ſenſibiles, quæ ſe habent in ſacramentis ſicut materia, multo magis requiritur in eis determinata forma verborum.

G

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut Auguſtinus* dicit ſuper Ioan. verbum operatur in ſacramentis, non quia dicitur, ideſt, non ſecundum exteriorem ſonum vocis: ſed quia creditur, ideſt, ſecundum ſenſum verborum, qui fide tenetur. Et hic quidem ſenſus eſt idem apud omnes, licet non eædem voces ſint, quantum ad ſonum: & ideo cuiuſcumque linguæ verbis proferatur talis ſenſus, perficitur ſacramentum.

*Tract.80.a med.to.9.

H

AD 2m dicendum, quòd licet in qualibet lingua contingat diuerſis vocibus idem ſignificari, ſemper tamen aliqua illarum vocum eſt, qua principalius & communius homines illius linguæ vtuntur ad hoc ſignificandum, & talis vox aſſumi debet in ſignificatione ſacramenti: ſicut etiam inter res ſenſibiles illa aſſumitur ad ſignificationem ſacramenti, cuius vſus eſt communior ad actum, per quem ſacramenti effectus ſignificatur: ſicut aqua cōmunius vtuntur homines ad ablutionem corporalem, per quā ſpiritualis ablutio ſignificatur: & ideo aqua aſſumitur ut materia in baptiſmo.

I

AD 3m dicendum, quòd ille, qui corrupte profert verba ſacramentalia, ſi hoc ex induſtria facit, nō videtur intendere facere quod facit eccleſia, & ita non videtur perfici ſacramētum: ſi autem hoc faciat ex errore vel lapſu linguæ, ſi ſit tanta corruptio, quæ omnino auferat ſenſum locutionis, nō videtur perfici ſacramentū. Et hoc præcipue cōtingit, quando fit corruptio ex parte principij dictionis, puta ſi loco eius, quod eſt in nomine Patris, dicat, in nomine matris: ſi vero non totaliter auferatur ſenſus locutionis per huiuſmodi corruptelam, nihilominus perficitur ſacramentū. Et hoc præcipue contingit, quando fit corruptio ex parte finis, puta ſi aliquis dicat in nomine patrias & filias: quàmuis enim huiuſmodi verba corrupte prolata, nihil ſignificent ex virtute impoſitionis: accipiuntur tamen vt ſignificantia ex accommodatione vſus: & ideo licet mutetur ſonus ſenſibilis, remanet tamen idem ſenſus: quod autem dictum eſt,* de differentia corruptionis, circa principium vel finem dictionis, rationem habet: quia apud nos variatio dictionis ex parte principij, mutat ſignificationem: variatio autem ex parte finis dictionis, vt plurimum mutat conſignificationem: quæ tamen apud grecos variatur etiam ſecundum principium dictionis in declinationibus verborum: magis tamen videtur attendenda quantitas corruptionis: quia ex vtraque parte poteſt eſſe tam parua, quod non aufert ſenſum verborum: & tam magna, quòd aufert: ſed vnū horū facilius accidit ex parte principij, & aliud ex parte finis.

K

¶Super



¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæ Articulum octauum.*

TItulus clarus. ¶ In corpore tria fiunt, primo ponuntur duæ communiſſimæ regulæ circa huiuſmodi varietates, ſecundo deſcenditur ſpecialiter ad diminutionē & additionem, tertio mouetur quædam difficultas circa additionem, & ſoluitur. Prima regula ſe tenet ex parte intentionis miniſtrantis ſacramentum, ſecunda vero, ſe tenet ex parte ſignificationis verborum, quod intelligerum non ſecundum ſe, ſed in ordine ad totam orationē: oportet enim mutari ſenſum ipſius orationis, qui eſt forma ſacramenti, ad hoc vt ſacramentū ſit nullum, vt prædictum eſt. De diminutione autem aut additione in ſpeciali in ſingulis ſacramentis, ſermo erit in proprijs locis, hic in cōmuni eſt ſermo.

¶ Vbi nota pro ſolutione difficultatis motæ, quòd additio ad formam vltra duos modos, qui in litera ponuntur (ſcilicet vel tamquam aliquid intrinſecū ad formam, vel tāquam extrinſecum) tertius inuenitur omnino per accidens, quando ſcilicet interponitur aliquod verbum, non vt ſit aliquid intrinſecū, vel adiacēs formæ, ſed impertinēs omnino īterpoſitio ad aliud propoſitum dicitur verbum, vt ſi inter baptizandū poſtquam dixit, ego te baptizo, dicat alicui, Recede hinc, ſeu aliquid eiuſmodi, & proſequatur, In nomine Patris & Filij, &c. Hoc enī non eſt proprie addere ad verba formæ: ſed interponere verba interrumpendo formam: poteſt ſiquidem interruptio, de qua in reſponſione ad tertium eſt ſermo, dupliciter fieri, vel ſine interpoſitiōe verborum, vel cum interpoſitione verborum. Vtraque autē interruptio non debet eſſe tanta, quòd iuxta communem morem hominum, continuitas ſoluatur orationis: ſi enī poſtquam miniſter dixit, Ego te baptizo, iret pranſum, & poſtea ſubderet, In nomine Patris & Filij, &c. ſiue interim tacuiſſet, ſiue non: ſoluta eſſet orationis vnitas.

## ARTICVLVS VIII.

### *Vtrum liceat aliquid addere uerbis, in quibus conſiſtit forma ſacramentorum.*

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur, quòd nihil liceat addere verbis, in quibus conſiſtit forma ſacramentorum. non enim minoris ſunt neceſſitatis huiuſmodi verba ſacramentalia, quàm verba ſacræ ſcripturæ: ſed verbis ſacrę ſcripturæ, nihil licet addere vel minuere: dicitur enim Deut.4. Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ab eo. Et Apoc. vltim. Conteſtor omni audienti verba prophetiæ libri huius: ſi quis appoſuerit ad hæc, apponet ſuper eum deus plagas ſcriptas in libro iſto, & ſi quis diminuerit, auferet deus partē eius de libro vitæ. ergo videtur, quòd neque in formis ſacramentorum liceat aliquid addere, vel minuere.

¶ 2 Præt. Verba ſe habent in ſacramentis per modum formæ, vt dictum eſt.* ſed in formis quælibet additio vel ſubtractio variat ſpeciem, ſicut & in numeris, vt dicitur 8. Met.* ergo videtur quòd ſi aliquid addatur vel ſubtrahatur a forma ſacramenti, non erit idem ſacramentum.

¶ 3 Præt. Sicut ad formam ſacramenti requiritur determinatus numerus dictionum, ita etiam requiritur determinatus ordo verborū, & etiam orationis continuitas. ſi ergo additio, vel ſubtractio nō aufert ſacramenti veritatem, videtur quòd pari ratione nec trāſpoſitio verborum, aut etiam interpolatio pronuntiationis.

SED CONTRA eſt, quòd in formis ſacramētorum, quædam apponuntur a quibuſdam, quæ ab alijs non apponuntur, ſicut latini baptizant ſub hac forma, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti. Græci autē ſub iſta, baptizetur ſeruus Chriſti N. in nomine Patris. &c. Et tamen vtrique verum conferunt ſacramentum. ergo in formis ſacramentorum licet aliquid addere vel minuere.

RESPON. Dicendum, ꝙ circa omnes iſtas mutationes, quæ poſſunt in formis ſacramentorum contingere, duo videntur eſſe conſideranda. Vnum quidem, ex parte eius, qui profert verba, cuius intētio requiritur ad ſacramentum, vt infra dicetur.* et ideo ſi intendat per huiuſmodi additionem, vel diminutionem alium ritum inducere, qui non ſic ab eccleſia receptus, non videtur perfici ſacramentum; quia non videtur, quòd intendat facere id, quod facit eccleſia. Aliud autem eſt conſiderandum, ex parte ſignificationis verborum. Cum.n. verba operentur in ſacramentis, quantum ad ſenſum, quem faciūt (vt ſupra dictum eſt*) oportet conſiderare, vtrum per talem mutationem tollatur debitus ſenſus verborum; quia ſic manifeſtum eſt, ꝙ tollitur veritas ſacramenti. Manifeſtum eſt autem, quòd ſi diminuatur aliquid eorum, quæ ſunt de ſubſtantia formæ ſacramētalis, tollitur debitus ſenſus verborum: & ideo non perficitur ſacramentum. vnde Didymus* dicit in lib. de Spiritusſancto: Si quis ita baptizare conetur, vt vnum de prædictis nominibus prætermittat (ſcilicet Patris, & Filij, & Spiritusſancti) ſine perfectione baptizabit. Si autem ſubtrahatur aliquid, quod non ſit de ſubſtantia formæ, talis diminutio non tollit debitum ſenſum verborum, & per conſequens nec ſacramenti perfectionem: ſicut in forma euchariſtiæ, quæ eſt, Hoc eſt enim corpus meum, ly enim ſublatum, nō tollit debitum ſenſum verborum: & ideo non impedit perfectionem ſacramenti: quamuis poſſit contingere, quòd ille qui prætermittit, peccet ex negligentia vel contemptu. Circa additionem etiam contingit aliquid apponi, quod eſt corruptiuum debiti ſenſus: puta ſi aliquis dicat, Ego te baptizo in nomine Patris maioris, & Filij minoris, ſicut Arriani baptizabant: & ideo talis additio tollit veritatem ſacramenti. Si vero ſit talis additio, quæ non auferat debitum ſenſum, non tollitur ſacramenti veritas. Nec refert vtrum talis additio fiat in principio, medio, vel in fine: vt ſi aliquis dicat, Ego te baptizo in nomine dei Patris omnipotentis, & Filij eius vnigeniti, & Spiritusſancti paracleti, erit verum baptiſma. Et ſimiliter ſi quis dicat, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti, & beata Virgo te adiuuet, erit verum baptiſma. Forte autem ſi diceret, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti, & beatæ virginis Mariæ, non eſſet baptiſmus: quia dicitur 1. ad Corint.1. Numquid Paulus pro vobis crucifixus eſt? aut in nomine Pauli baptizati eſtis? Sed hoc verum eſt, ſi ſic intelligatur in nomine beatæ Virg. baptizari, ſicut in nomine Trinitatis, quo baptiſmus conſecratur: talis.n. ſenſus eſſet contrarius verę fidei, & per conſequens tolleret veritatem ſacramenti. Si vero ſic intelligatur quod additur, & in nomine beatæ Virginis, nō quaſi nomen beatæ Virginis aliquid operetur in baptiſmo, ſed vt eius interceſſio proſit baptizato ad conſeruandam gratiā baptiſmalem, non tollitur perfectio ſacri.

* art. præced. ad 1. & ad 3.

* lib. 2. de Spiritusſancto, paulo a princip. Habetur hic liber in fine operum S. Hierony.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ad verba ſacræ ſcripturæ non licet aliquid apponere, quantum ad ſenſum, ſed quantum ad expoſitionem ſacræ ſcripturæ, multa eis verba a doctoribus apponuntur. nō tamen licet etiam verba ſacræ ſcripturæ apponere, ita quòd dicātur eſſe de integritate ſacræ ſcripturę, quia hoc eſſet vitium falſitatis. Et ſimiliter ſiquis diceret aliquid eſſe de neceſſitate formæ, quod non eſt.

AD 2m dicendū, ꝙ verba pertinent ad formā ſacri rōne ſenſus ſignificati: et ideo q̄cūq; fiat additio vel ſubtractio verborum, quę non addat aliquid aut ſubtrahat debito ſenſui, non tollitur ſpecies ſacramenti.

AD

Ad 3^m^ dicendum, quòd ſi ſit tanta interruptio verborum, quòd intercipiatur intentio pronuntiantis, tollitur ſenſus ſacramenti, & per conſequens veritas eius: non autem tollitur quando eſt parua interruptio, quæ intentionem proferentis, & intellectum verborũ non aufert. Et idem eſt etiam dicendum de tranſpoſitione verborum: quia ſi tollit ſenſum locutionis, non perficitur ſacramentum, ſicut patet de negatione præpoſita, vel poſtpoſita ſigno: ſi autem ſit talis tranſpoſitio, quæ ſenſum locutionis non variet, non tollitur veritas ſacramenti: quia, ſecundum quòd Philoſophus * dicit, nomina & verba tranſpoſita idem ſignificant.

*lib. 2. Periherm. ca. 1. parum añ finem. to. 1.

¶ *Super Quæſtioni ſexageſimæ primæ Articulum primum.*

Titulus clarus. ¶ In corpore vna concluſio: Sacramenta ſunt neceſſaria ad humanã ſalutem. Et probatur tripliciter.

¶ Vbi nota duo. Primum, quòd non eſt hic ſermo de neceſſario ad humanã ſalutem, ſine quo non potuiſſet homo ſaluari: ſed de neceſſario, ſine quo non conuenienter humana ſalus fuiſſet. In cuius ſignũ Auctor, tam in prima, quàm ſecunda ratione conuenientiam infert ſacramentorum.

¶ Secũdo, nota differentiam inter Auctorem & Magiſtrũ ſent. in prima diſ. 4. circa has tres rationes, ex eruditione, humiliatiõe, & exercitatione. Nam altius tractantur ab Auctore, vt patet conferendo.

4. di. 1. q. 1. arti. 2. q. 1. Et 3. cõtra ca. 110. Et lib. 4. c. 55. fin. & c. 56.

## QVAESTIO. LXI.

*De neceſſitate ſacramentorum, in quatuor articulos diuiſa.*

Deinde conſiderãdum eſt de neceſſitate ſacramentorum.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum ſacramenta ſint neceſſaria ad ſalutem humanã.

¶ Secundo, Vtrum fuerint neceſſaria in ſtatu ante peccatum.

¶ Tertio, Vtrum fuerint neceſſaria in ſtatu poſt peccatum ante Chriſtum.

¶ Quarto, Vtrum fuerint neceſſaria poſt Chriſti aduentum.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum ſacramenta ſint neceſſaria ad humanam ſalutem.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd ſacramenta nõ ſint neceſſaria ad humanam ſalutem. Dicit enim Apoſtolus 1. ad Timoth. 4. Corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt: ſed vſus ſacramentorum pertinet ad corporalem exercitationem, eo quòd ſacramenta perficiuntur in ſignificatione ſenſibilium rerum & verborum, vt dictum eſt.* ergo ſacramenta nõ ſunt neceſſaria ad humanam ſalutem.

*Q. p̃ced. art. 6. ad 2.

¶ 2 Præt. Secũdæ ad Corinth. 12. Apoſtolo dicitur, Sufficit tibi gratia mea: non autem ſufficeret, ſi ſacramenta eſſent neceſſaria ad ſalutem. non ſunt ergo ſacramenta ſaluti humanæ neceſſaria.

¶ 3 Præt. Poſita cauſa ſufficienti, nihil aliud videtur eſſe neceſſarium ad effectũ: ſed paſſio Chriſti eſt ſufficiens cauſa noſtræ ſalutis: dicit enim Apoſtolus ad Rom. 5. Si cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus deo per mortem Filij eius, multo magis reconciliati ſalui erimus in vita ipſius. non ergo requiruntur ſacramenta ad ſalutem humanam.

Sed contra eſt, ꝙ Aug. dicit 19. contra Fauſtum: In nullum nomen religionis, ſeu verum ſeu falſum, coadunari homines poſſunt, niſi aliquo ſignaculorum ſeu ſacramentorum viſibilium conſortio colligentur: ſed neceſſarium eſt ad humanam ſalutem homines adunari in vnum veræ religionis nomen. ergo ſacramenta ſunt neceſſaria ad humanam ſalutem.

*Lib. 19. c. 11, in fine

F Respon. Dicendum, quòd ſacramenta ſunt neceſſaria ad humanam ſalutem triplici ratiõe: quarum prima ſumenda eſt, ex conditione humanæ naturæ: cuius proprium eſt, vt per corporalia & ſenſibilia, in ſpiritualia & intelligibilia deducatur. Pertinet autem ad diuinam prouidẽtiam, vt vnicuique rei prouideat, ſecundum modum ſuæ conditionis: & ideo conuenienter diuina ſapientia homini auxilia ſalutis confert ſub quibuſdam corporalibus & ſenſibilibus ſignis, quæ ſacramenta dicuntur. Secunda ratio ſumenda eſt, ex ſtatu hominis, qui peccando ſe ſubdidit per affectum corporalibus rebus: ibi autem debet medicinale remedium homini adhiberi, vbi patitur morbũ: G & ideo conueniens fuit, vt deus per quædam corporalia ſigna, homini ſpiritualem medicinam adhiberet: nam ſi ſpiritualia nuda ei proponerentur, eius animus applicari non poſſet, corporalibus deditus. Tertia autem ratio ſumenda eſt, ex ſtudio actionis humanæ, quæ præcipue circa corporalia verſatur. ne ergo eſſet homini durum, ſi totaliter a corporalib⁹ actibus abſtraheretur, propoſita ſunt ei corporalia exercitia in ſacramentis, quibus ſalubriter exerceatur ad euitanda ſuperſtitioſa exercitia, quæ conſiſtunt in cultu dæmonum, vel qualitercumque noxia, quæ conſiſtũt in actibus peccatorum. Sic igitur per ſacramentorum inſtitutionem, homo conuenienter ſuæ naturæ eruditur per ſenſibilia: humiliatur, ſe corporalibus ſubiectum H cognoſcens, dum ſibi per corporalia ſubuenitur: præſeruatur etiam a noxijs actionibus, per ſalubria exercitia ſacramentorum.

Ad primvm ergo dicendum, quòd corporalis exercitatio, inquantum eſt corporalis, nõ multum vtilis eſt: ſed exercitatio per vſum ſacramentorũ, non eſt pure corporalis, ſed quodammodo eſt ſpiritualis, ſcilicet per ſignificationem & cauſalitatem.

Ad 2^m^ dicendum, quòd gratia dei, eſt ſufficiens cauſa humanę ſalutis: ſed deus dat hominibus gratiam ſ̃m modum eis cõuenientem: & ideo neceſſaria ſunt hominibus [d] ſacramenta ad gr̃am conſequendã. D. ſ[illegible]

Ad 3^m^ dicendum, quòd paſſio Chriſti eſt ſuffi- I ciens cauſa humanæ ſalutis: nec propter hoc ſequitur, quòd ſacramenta non ſint neceſſaria ad humanam ſalutem: quia operantur in virtute paſſionis Chriſti, & paſſio Chriſti quodammodo applicatur hominibus per ſacramenta, ſecundum illud Rom. 6. Quicumque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus.

### ARTICVLVS II.

*Vtrum etiam ante peccatum fuerint homini neceſſaria ſacramenta.*

K Ad secvndvm ſic procedit. Videtur quòd etiam ante peccatum fuerint homini neceſſaria ſacramẽta: quia ſicut dictum eſt,* ſacramenta ſunt neceſſaria homini ad gratiam conſequendam: ſed etiam in ſtatu innocentiæ homo indigebat gratia: ſicut in Prima parte habitum eſt.* ergo etiam in ſtatu illo erant neceſſaria ſacr̃a.

*art. p̃ced. ad 2. *P. p. q. 95. art. 4. ad 1.

¶ 2 Præt. Sacramenta ſunt neceſſaria homini, ſecundum conditionem humanæ naturæ, ſicut dictum eſt.* ſed eadem eſt natura hominis ante peccatum & poſt peccatum. ergo videtur quòd etiam ante peccatum homo indiguerit ſacramentis.

*art. p̃ced.

¶ 3 Præt. Matrimoniũ eſt quoddam ſacramentum, ſecundum illud Epheſ. 5. Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto & eccleſia: ſed matrimonium fuit inſtitutum ante peccatum, vt dicitur Gen. 2. ergo ſacramenta erant neceſſaria homini ante peccatum.

Sed contra eſt, quòd medicina non eſt neceſſaria niſi ægroto, ſecundum illud Matth. 9. non eſt opus ſanis medicus: ſed ſacramenta ſunt quædam ſpirituales medicinæ, quæ adhibentur cõtra vulnera peccati. ergo non fuerunt neceſſaria ante peccatum.

Respon. Dicendum, quòd in ſtatu innocẽtiæ ante peccatum ſacramenta neceſſaria non fuerũt. Cuius ratio accipi poteſt ex rectitudine ſtatus illius, in quo ſuperiora inferioribus dominabantur, & nullo modo dependebant ab eis: ſicut enim mens ſuberat deo, ita menti ſuberant inferiores animæ vires, & ipſi animæ corpus. Contra hũc autem ordinem eſſet, ſi anima perficeretur, vel quãtum ad ſcientiam, vel quantum ad gratiam, per aliquid corporale, quod fit in ſacramentis: et ideo in ſtatu innocentiæ homo ſacramentis nõ indigebat, non ſolum inquantum ſacramenta ordinantur ad remedium peccati, ſed etiam inquantum ipſa ordinantur [d] ad animæ perfectionem.

D. 710.

Ad primvm ergo dicendum, quòd homo in ſtatu innocentiæ gratia [d] indigebat: non tamen vt eam conſequeretur per aliqua ſenſibilia ſigna, ſed ſpiritualiter & inuiſibiliter.

D. 74.

Ad 2^m^ dicendum, quòd eadem eſt natura hominis ante peccatum & poſt peccatum, non tamen eſt idem naturę ſtatus. Nam poſt peccatum, anima etiam quantum ad ſuperiorem partem, indiget accipere aliquid a corporalibus rebus ad ſui perfectionem, quod in illo [d] ſtatu homini neceſſe non erat.

D. 3. & 190

Ad 3^m^ dicendum, quòd matrimonium fuit inſtitutum in ſtatu innocentiæ, non ſecundum ꝙ eſt ſacramentum, ſed ſecundum ꝙ eſt in officium naturæ: ex conſequenti tamen aliquid ſignificabat futurum circa Chriſtum & eccleſiam, ſicut & omnia alia in figura Chriſti præceſſerunt.

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæprimæ Articulum ſecundum.*

Titulus clarus. ¶ In corpore vna concluſio: In ſtatu innocẽtiæ homo ſacramentis nõ indigebat, nec pro remedio peccati, nec pro perfectione animæ. Probatur: In ſtatu illo ſuperiora inferioribus dominabantur, & nullo modo dependebant ab eis: ſed contra hunc ordinem eſſet, ſi anima a corporalibus ſacramentis perficeretur, ſiue quo ad ſcientiam, ſiue quo ad gratiam. ergo. Maior declaratur: quia ſicut mẽs ſub deo, ita &c.

4. di. 1. q. 1. art. 2. q. 4.

¶ Circa hanc doctrinam ſimul cum ea, quæ exprimitur in reſponſione ad ſecundum, dubium occurrit, an hæc dicta, ſcilicet quòd in ſtatu innocentię ſuperiora nullo modo dependebant ab inferioribus, & ſimiliter ꝙ anima quantum ad ſuperiorem partem non indiguiſſet accipere aliquid a corporalibus rebus ad ſui perfectionem, intelligenda ſint de ipſo ſtatu innocentię communi primo homini & filijs, qui fuiſſent innocentes, an de primo homine ſolum, qui ſolus fuit ante peccatum. Et eſt ratio dubij: quia in ſtatu innocentiæ filij Adæ acquiſiuiſſent ſcientiam ex ſenſibilibus (vt Auctor dicit in prima parte q. 101.) ac per hoc, ſuperiora aliquo modo dependebant ab inferiorib⁹, & ſuperior pars animę indigebat ad ſui perfectionem accipere a corporalibus rebus: cuius oppoſitum hic dicitur. & propterea hæc verba non pertinẽt ad ſtatum innocentiæ cõmunem patri & filijs. Sed nec de ipſo Adam verificantur: quia animæ primi hominis competebat modus intelligendi per conuerſionem ad phantaſmata, vt Auctor dixit in prima parte, q. 94. art. 2. intellectio enim per conuerſionem ad phantaſmata dependet a phantaſmatibus: ac per hoc ſuperiora dependebãt aliquo modo ab inferioribus, cui⁹ oppoſitũ hic dicitur.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ præſens doctrina intelligenda eſt de ſtatu innocentiæ, vt fuit in Adam; tum quia ĩ ipſo ſolo fuit ſine dependentia ſuperiorum ab inferioribus, quo ad ſcientiam: tum quia Auctor non quærit abſolute de ſtatu innocentiæ, ſed de homine ante peccatũ, vt per ly ante peccatum, determinet ꝙ de homine ſecundum tempus illud, quo fuit antequam peccaret quærit, & non ſimpliciter de homine, ſi perſeueraſſet cum poſteritate in innocentia.

¶ Ad obiectionem autem in oppoſitũ dicitur, ꝙ intellectio Adæ, quia ex ſpeciebus non acquiſitis ex ſenſib⁹, ſed infuſis a Deo, p̃cedebat, nõ depẽdebat a phantaſmatibus: ſed vtebatur phantaſmatibus vt inferioribus: ſicut anima vtebatur corpore ſubdito.

¶ Et ſi quæratur qd reſpondendum ſ̃m Auctoris doctrinã ſit quærenti, an filij innocẽtes indiguiſſent ſacramẽtis, dicitur quòd nõ fuiſſent eis neceſſaria ſacramenta: quia principalis perfectio hoĩs per ſacr̃a, eſt per gratiam: homines autẽ fuiſsẽt geniti cũ gratia (vt ĩ prima parte q. 10. artic. 1. Auctor dixit) non indiguiſſent igitur ex conditione ſui ſtatus ſacramentis perfectiuis hominis quantum ad gratiam. Et quia gratiam comitantur dona intellectus p̃fectiua, cõſequens eſt, vt nec quo ad perfectionẽ ſciẽtiæ de ſupernaturalibus, indiguiſſet ſacramentis: eodem enim modo diuina ſapientia prouidet de principali & acceſſorio, vt patet ex oppoſito noſtro ſtatu, in quo p̃fectionem ſcientiæ ſupernaturalis ex ſacramentis accipimus: quia per illa tantum gratiam a deo habemus.



### ARTICVLVS III.

*Vtrum poſt peccatum ante Chriſtum, Sacramenta eſſe debuerint.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd poſt peccatum ante Chriſtum ſacramenta non debuerint eſſe. Dictum* eſt enim, ꝙ per ſacramenta paſſio Chriſti hominibus applicatur: & ſic paſſio Chriſti comparatur ad ſacramenta, ſicut cauſa ad effectum: ſed effe- B ctus non præcedit cauſam. ergo ſacramenta non debuerunt eſſe ante Chriſti aduentum.

4 di. 1. q. 1. art. 2. q. 4. *art. 1. huius q. ad 3.

¶ 2 Præt. Sacramẽta debent eſſe conuenientia ſtatui humani generis, vt patet per † Auguſt. 19. contra Fauſtum: ſed ſtatus humani generis non fuit mutatus poſt peccatum, vſque ad reparationem factam per Chriſtum. ergo neque ſacramenta debuerunt immutari, vt præter ſacramenta legis naturę, alia ſtatuerentur in lege Moyſi.

† lib. 19. c. 16. & 17. tom. 6.

C ¶ 3 Præt. Quanto aliquid eſt magis propinquum perfecto, tanto magis debet ei aſſimilari: ſed perfectio ſalutis humanæ per Chriſtum facta eſt, cui propinquiora fuerunt ſacramenta veteris legis, quàm ea, quæ fuerunt ante legem. ergo debuerunt eſſe ſimiliora ſacramẽtis Chriſti: cuius tamen cõtrarium apparet, ex eo, quòd ſacerdotium Chriſti prædicitur eſſe futurum, ſecundum ordinem Melchiſedech, & non ſecundum ordi- D nem Aaron, vt habetur Hebræ. 7. non ergo conuenienter fuerunt diſpoſita ante Chriſtũ ſacramẽta.

Sed contra eſt, quòd* Auguſt. dicit 19. contra Fauſtum, quòd prima ſacramenta, quæ celebrabantur & obſeruabantur ex lege, prænuntia erant Chriſti venturi: ſed neceſſarium erat ad humanam ſalutem, vt aduentus Chriſti prænuntiaretur. ergo neceſſarium erat ante Chriſtum ſacramenta quædam diſponi.

*li. 19. c. 13 in princ. tom. 6.

E Respon. Dicendum, quòd ſacramenta neceſſaria ſunt ad humanam ſalutem, inquantum ſunt quædam ſenſibilia ſigna inuiſibilium rerum, quibus homo ſanctificatur. Nullus autem ſanctificari poteſt poſt peccatum, niſi p Chriſtum, quem propoſuit deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitię ſuæ, vt ſit ipſe iuſtus & iuſtificans eũ, qui ex fide eſt Ieſu Chriſti: et ideo

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæprimæ Articulum tertium.*

Titulus clarus. ¶ In corpore vna concluſio: Ante Chriſti aduẽtum poſt peccatum, neceſſe fuit quædam ſacramẽta inſtitui. Probatur: Sacramẽta ſũt neceſſaria ad humanam

humanam salutē, vt ſigna ſenſibilia inuiſibilium rerū, quibus homo poſt peccatum ſanctificatur. ergo añ Chriſti aduentum poſt peccatum oportuit eſſe quædam ſenſibilia ſigna, quibus fidem ſuā de Chriſto futuro, homo ꝓteſtaret. ergo oportuit tunc eſſe ſacramenta quædam. Prima conſequentia ꝓbatur: quia nullus poſt peccatum ſanctificatur, niſi per Chriſtum, &c. Secūda conſequentia ꝓbatur: quia huiuſmodi ſigna dicuntur eſſe ſacraméta.

F oportebat ante Chriſti aduentum eſſe quædam ſigna viſibilia, quibus homo fidem ſuam proteſtaretur de futuro ſaluatoris aduentu. Et huiuſmodi ſigna dicuntur ſacramenta. Et ſic patet, quòd ante Chriſti aduētum, neceſſe fuit quædam ſacramenta inſtitui.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ paſſio Chriſti eſt cauſa finalis veterum ſacramentorum: quæ ſcilicet ad ipſam ſignificādam ſunt inſtituta. Cauſa autem finalis non præcedit tempore, ſed ſolum in intentione agentis. et ideo non eſt inconueniens aliqua ſacramenta ante Chriſti paſſionem fuiſſe.

Ad 2[m] dicendum, ꝙ ſtatus humani generis poſt peccatum & ante Chriſtum, dupliciter poteſt cōſiderari. Vno modo, ſecundum fidei rationem: & ſic ſemper vnus & idem permanſit: quia ſcilicet iuſtificabantur homines per fidem futuri Chriſti aduentus. Alio modo, poteſt conſiderari ſecundum intēſionem & remiſſionem peccati, & expreſſæ cognitionis de Chriſto. Nam per incrementa temporum, & peccatū cœpit in homine magis dominari, intantum quòd ratione hominis per peccatum obtenebrata, non ſufficerent homini ad recte viuendum præcepta legis naturæ, ſed neceſſe fuit determinari præcepta in lege ſcripta, & cum his quædam fidei ſacramenta. Oportebat etiam, quòd per incrementa temporum magis explicaretur cognitio fidei: quia vt Gregor.† dicit, Per incrementa temporum creuit diuinæ cognitionis augmentum. Et ideo etiam neceſſe fuit, quòd in veteri lege quædam ſacramenta fidei, quam habebant de Chriſto venturo, determinarentur: quæ quidem comparantur ad ſacramenta, quæ fuerunt ante legem, ſicut determinatum ad indeterminatum: quia ſcilicet ante legem non fuit determinate præfixum homini, quibus ſacramentis vteretur, ſicut fuit per legem, quod erat neceſſarium, & propter obtenebrationem legis naturalis, & vt eſſet determinatior fidei ſignificatio.

† hom. 16. in Ezech. a med.

Ad 3[m] dicendum, quòd ſacramentum Melchiſedech, quod fuit ante legem, magis aſſimilatur ſacramento nouæ legis in materia, inquantum ſcilicet obtulit panem & vinum (vt habetur Geneſ. 14.) ſicut etiam ſacrificium nouæ legis oblatione panis & vini perficitur. Sacramenta tamen legis Moſaicæ magis aſſimilantur rei ſignificatæ per ſacramentum, ſcilicet paſſioni Chriſti, vt patet de agno paſchali, & alijs huiuſmodi: & hoc ideo, ne propter continuitatem temporis, ſi permaneret eadem ſacramentorum ſpecies, videretur ſacramenti eiuſdem eſſe continuatio.

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæprimæ Articulum quartum.*

4. diſt. 1. q. 1. arti. 2. q. 5. cor. di. 2. a. 4. q. 1. Et 4. cōtra c. 57.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna cōcluſio: Oporret in noua lege eſſe quædam alia ſacramenta. Probatur: Sacramēta ſunt ſigna proteſtantia fidem, qua homo iuſtificatur: ergo oportet eſſe alia ſacramenta, quibus præterita credita ſignificētur. Conſequentia quo ad id, quod ſupponit, ſcilicet diuerſitatem ſignificabilium, ꝓbatur quia antiqui ſaluabantur per fidem Chriſti naſcituri: nos ꝑ fidem Chriſti nati. Et quo ad ipſa ſigna probatur: quia alijs ſignis oportet, ſignificari præterita & futura. Probatur hoc auctoritate Auguſtini, & ex ipſis verbis præteriti, & futuri temporis.

## Articvlvs IIII.

### *Vtrum poſt Chriſtum debuerint eſſe aliqua ſacramenta.*

Ad qvartvm ſic ꝓceditur. Videtur ꝙ poſt Chriſtum nō debuerint eſſe aliqua ſacramenta. Veniente enim veritate, debet ceſſare figura: ſed gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, vt dicitur Ioan. 1. cum igitur ſacramenta ſint veritatis ſigna, ſiue figuræ, videtur quòd poſt Chriſti paſſionē, ſacramenta eſſe non debuerint.

¶ 2 Præt. Sacramēta in quibuſdam elementis conſiſtunt, vt ex ſupra dictis patet: † ſed Apoſtolus dicit Galat. 4. Cum eſſemus paruuli, ſub elementis mundi eramus ſeruientes: nunc autem temporis plenitudine veniente, iam non ſumus paruuli. ergo videtur quòd non debeamus deo ſeruire ſub ele- G mentis huius mūdi, corporalibus ſacramentis vtendo.

† q. præced. art. 4.

¶ 3 Præt. Apud deum non eſt trāſmutatio, nec viciſſitudinis obūbratio, vt dicitur Iacobi. 1. ſed hoc videtur ad quandam mutationem diuinæ voluntatis pertinere, quòd alia ſacramenta nunc hominibus exhibeat ad ſanctificationem tempore gratiæ, & alia ante Chriſtum. ergo videtur quòd poſt Chriſtum nō debuerint alia ſacramenta inſtitui.

Sed contra eſt, quòd* Aug. dicit contra Fauſtum 19. quòd ſacramenta veteris legis ſunt ablata, quia impleta, & alia ſunt inſtituta, virtute maiora, H vtilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora.

* li. 19. ca. 13. tom. 6.

Respon. Dicendum, quòd ſicut antiqui patres ſaluati ſunt per fidem Chriſti venturi, ita & nos ſaluamur per fidem Chriſti iam nati & paſſi. Sunt autem ſacramenta, quædam ſigna proteſtantia fidem, qua homo iuſtificatur. Oportet autem alijs ſignis ſignificari futura, præterita, ſeu præſentia. ut enim† Auguſt. dicit 19. contra Fauſtum, eadem res aliter annuntiatur facienda, aliter facta: ſicut ipſa verba, paſſurus & paſſus, non ſimiliter ſonant: et ideo oportet quædam alia ſacramenta eſſe in noua lege, quibus ſignificentur ea, quę præceſſerunt in Chriſto, pręter ſacramenta veteris legis, quibus pręnuntiabantur futura.

† lib. 19. ca. 16. to. 6.

I Ad primvm ergo dicendum, quòd ſicut* Diony. dicit in 5. cap. eccle. hierar. ſtatus nouę legis, medius eſt inter ſtatum veteris legis, cuius figuræ implētur in noua lege, & inter ſtatum gloriæ, in qua omnis, unde & perfecte manifeſtabitur veritas: et ideo tunc nulla erunt ſacramenta. Nunc autem quamdiu per ſpeculum, & in ænigmate cognoſcimus, (vt dicitur 1. ad Corin. 13.) oportet nos per aliqua ſenſibilia ſigna, in ſpiritualia deuenire: quod pertinet ad rationem ſacramentorum.

* ca. 5. eccl. hierar. par. 1. circa med.

Ad 2[m] dicendum, quòd ſacramenta veteris legis Apoſtolus vocat egena & infirma elementa, quia gratiam nec continebant, nec cauſabant. et ideo vtentes K illis ſacramentis, dicit Apoſtolus ſub elementis mundi deo ſeruiſſe: quia ſcilicet nihil aliud erant, quàm elementa huius mundi. Noſtra autem ſacramenta gratiam continent & cauſant: & ideo non eſt de eis ſimilis ratio.

Ad 3[m] dicendum, quòd ſicut paterfamilias non ex hoc habere monſtratur mutabilem voluntatem, quòd diuerſa præcepta familiæ ſuę proponit pro temporum varietate, non eadem præcipiens hyeme & æſtate, ita non oſtenditur aliqua mutatio eſſe circa deū, ex hoc quòd alia ſacramenta inſtituit poſt Chriſti aduentum, & alia tempore legis: quia illa fuerunt congrua gratię præfigurandæ, hæc autem ſunt congrua gratiæ præſentialiter demonſtrandæ.

¶ Super



¶ *Super Quæſtionis ſexageſimeſecundæ Articulum primum.*

In titulo nota terminos. Non enim quæritur, an ſacramenta dicātur cauſa, ſed an ſint cauſa. Et hoc ideo, quia non ſatisfit quæſtioni vocando cauſam id, quod vera non eſt cauſa. De gratia autem in præſenti titulo ſermo ē indiſtincte: reſeruatur enim ſequenti articulo, quæ ſit illa gratia, quæ per ſacramenta cōfertur. Vnde nō ſpectat ad præſentem quæſtionem diſcutere ī ſpeciali de gratia, quæ cauſatur. Rurſus ſi principium non articuli huius, ſed introductæ quæſtionis huius perſpexeris (vbi hæc qō 62. a quæſtione ſexageſimatertia diſtinguitur, dicendo: & primo de effectu eius principali, qui ē gratia: ſecundo, de effectu ſecundario, qui eſt character) videbis, quòd ſub gratiæ nomine hoc in loco non comprehenditur character, cum diſtinguatur cōtra characterem: ſed communiter ſumitur, prout a ſanctis dicitur, quòd ſacramenta conferūt gratiam. Et hoc mā da memoriæ: & reminiſcere, cum poſtea dicetur, ſacramenta cauſare inſtrumentaliter gratiam, vt non recurras ad characterem, volens fugere ꝙ baptiſmus non cauſet gratiam gratum facientem, quia creator & creatura non poteſt etiam inſtrumentaliter creare. Hic enim de effectu principali ſacramētorum, qui eſt gratia diſtincta contra characterem, tractando quæritur, an ſacramentum ſit cauſa gratiæ, & in ſequenti articulo quid addat hæc gr̃a ſupra gratiā gratum facientē diſcutit.

¶ In corpore articuli tria fiunt. Primo ponitur id, in quo oportet omnes conuenire. Secundo, recitatur quorundam opinio. Tertio, reſpondetur quæſito ſecundum propriam opinionem.

¶ Quo ad primum concluſio eſt, Neceſſe eſt dicere ſacramenta nouæ legis aliquo modo cauſare gratiam. Probatur: Per ſacramenta homo Chriſto incorporatur. ergo acquirit gratiam. antecedens eſt Apoſtoli: conſequentia patet: quia non fit homo membrum Chriſti, niſi per gratiam.

¶ Quo ad ſecundum, primo ponitur opinio, quòd ſacramenta cauſant non operando ad gratiam, ſed quia deus aſſiſtit, cum exemplis & auctoritate Bernardi. Secundo, exponitur quid importet hæc opinio, ſcilicet quòd non ponit ſacramenta ſupra genera ſignorum, & declaratur exemplis. Tertio, improbatur hæc opinio auctoritate ſanctorum, addentium ſigno cauſam.

¶ Quo ad tertium ponitur primo diſtinctio bimembris de cauſa agente, ſcilicet principali & inſtrumentali. Secundo, ponitur cauſæ principalis conditio: qua diſtinguitur ab inſtrumentali. ſ. principalis cauſa eſt, quæ agit virtute ſuæ formę, cui aſſimilatur effectus. Et iuxta hoc membrum ponitur vna concluſio: ſolus deus eſt cauſa principalis gratiæ. Probatur: ſolus deꝰ eſt, cuius eſt participata ſimilitudo, gratia. ergo ſolus deus eſt gratiæ cauſa principalis. Antecedens eſt Petri apoſtoli. Conſe- A quentia patet ex conditione cauſæ principalis. Tertio, ponitur conditio cauſæ inſtrumentalis. Et iuxta hoc membrum ponitur alia concluſio, ſcilicet, Sacramenta ſunt cauſæ agentes inſtrumentaliter ad gratiam. Probatur: cauſa inſtrumentalis eſt, quæ non agit virtute ſuæ formæ: ſed per ſolum motum quo ab agente principali mouetur: ſed ſacramēta deus adhibet, vt per ea cauſet gratiā. ergo ſūt cauſæ inſtrumentales. Maior patet ex ſigno: quia effectus non aſſimilatur inſtrumento, & ex exemplo de lectulo reſpectu ſerræ & artis. Minor probatur auctoritate Auguſtini, & Apoſtoli, & modi loquendi: quia hoc vocatur inſtrumentum, per quod principale agēs operari dicitur.

¶ Hoc in loco aduertēdum eſt, quòd Scotus in 4. ſen. diſtin. 1. quæſtio. 4. & 5. etſi videatur tertiam ponere opinionem, ſecundum tamē rem poſitio ſua incidit in opinionē prærecitatam ac improbatam in litera: ſolis enim verbis ab illa differt. Ponit enim tria in ſacro. Primo, effectū quem ſenſibile ſignum habet a deo, puta ꝙ adhibetur ex inſtitutione diuina, tale vt a nobis ſuſci, iat vt ſacramentum. Secundum, quòd eſt neceſſitas neceſſitate infallibilitatis reſpectu effectus ſignificati per ſacramentū. Tertium, quòd habet rationem diſpoſitionis pro quāto ſuſcipiens ſacramentum, ex ipſa iuſceptione diſponitur ad ſuſcipiendum effectum ſignificatum per ſacramentum, a deo immediate cauſante illum.

† li. 12. c. 16 in medio to. 3.

* Tract. 80. a med. to. 9

¶ Ex quorum trium concurſu, infert quòd ſacramentum licet non ſit ſecundum rem cauſa gratiæ, poteſt tamen appellari cā inſtrumentalis gratiæ, vt ſic ſaluētur auctoritates ſanctorum.

¶ Declarat autem hoc, ſcilicet quòd ſine vera cauſalitate poſſit dici cauſa inſtrumentalis: tum quia meritum dicitur cauſa E præmij, & tamen non efficit illud: tum quia motus dicitur cauſa termini: & tamen non efficit illum, tum quia ve e dicimus, quòd per motum acquiritur terminus, & per meritum acquiritur pręmium, & tamen neutrum eſt cauſa vere inſtrumentalis, & hoc directe militat contra rationem literæ ſumptam ex modo loquendi cum illa propoſitione Per.

¶ Arguit præterea contra concluſionem principalem huius literæ, ſcilicet, Sacramentū eſt vere cauſa inſtrumentaliter agens ad gratiam. Et argumentum ſuum eſt ex parte effectus. Aut ſacramentum attingit inſtrumentaliter agendo, ipſam gratiam gratum facientem, aut aliquam diſpoſitionem præuiam: non poteſt dici primum: quia gratia creatur, & nulla creatura poteſt etiam inſtrumentaliter creare: nec poteſt dici ſecundum, tum quia diſpoſitio illa cum ſit forma ſupernaturalis, eſt æque creabilis ſicut gratia, tum quia ſubiectum eſt æque in potentia obedientiali ad illam diſpoſitionem, tum quia diſpoſitio illa producitur in inſtanti, ſacra aūt non poſſunt agere in inſtanti. Et ſi ponatur produci in tp̄e, deum agere in tēpore incōuenit.

¶ Arguit

# *QVAESTIO LXII.*

### *De principali effectu ſacramentorum, qui eſt gratia, in ſex articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandum eſt, de effectu Sacramentorum. Et primo de effectu eorum principali, qui eſt gratia. Secūdo de effectu ſecundario, qui eſt character.

Circa primū quæruntur ſex.

¶ Primo, Vtrum Sacramenta nouę legis ſint cauſa gratiæ.

¶ Secundo, Vtrum gratia ſacramētalis aliquid addat ſuper gratiā virtutum & donorum.

¶ Tertio, Vtrum ſacramenta contineant gratiam.

¶ Quarto, Vtrum ſit in eis aliqua virtus ad cauſandum gratiam.

¶ Quinto, Vtrum talis virtus in ſacramentis deriuetur a paſſione Chriſti.

¶ Sexto, Vtrum ſacramenta veteris legis, gratiam cauſarent.

## Articvlvs primvs.

### *Vtrum ſacramenta ſint cauſa gratiæ.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd ſacramenta non ſint cauſa gratiæ. Non enim idem videtur eſſe ſignum & cauſa, eo quòd ratio ſigni videtur magis effectui competere: ſed ſacramentum eſt ſignum gratiæ. non igitur eſt cauſa eius.

¶ 2 Præt. Nullum corporale agere poteſt in rem ſpiritualem, eo quòd agens honorabilius eſt patiente, vt † Auguſtinus dicit 12. ſup Geneſi m ad literā: ſed ſubiectū B gratiæ eſt mens hominis, quæ eſt res ſpiritualis. non ergo ſacramenta poſſunt gratiam cauſare.

¶ 3 Præt. Illud, quod eſt propriū dei, non debet alicui creaturæ attribui: ſed cauſare gratiam, eſt proprium dei, ſecundū illud Pſal. 84. Gratiam & gloriam dabit dominus. Cum ergo ſacramenta conſiſtāt in quibuſdam verbis & rebus creatis, non videtur quòd poſſint gratiam cauſare.

Sed contra eſt, quòd* C Aug. dicit ſupra Ioan. quòd aqua baptiſmalis corpus tangit, & cor abluit: ſed cor non abluitur, niſi per gratiam. ergo cauſat gratiam, & pari ratione alia eccleſiæ ſacra.

Respon. Dicendum, quòd neceſſe eſt dicere ſacramenta nouæ legis, per aliquem modum gratiā cauſare. Manifeſtum eſt enim, quòd per ſacramenta nouę legis, homo Chriſto incorporatur, ſicut de baptiſmo dicit Apoſtolus ad D Galat. 3. Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis: non autem efficitur homo membrum Chriſti, niſi per gratiam: quidam tamen dicunt, quòd non ſunt cauſa gratiæ aliquid operando; ſed quia deus ſacramentis adhibitis, in anima gratiam operatur. Et ponunt exemplum de illo,

qui afferẽs denarium plumbeum, accipit centum libras ex regis ordinatione, non quòd denarius ille aliquid operetur ad habendum prædictæ pecuniæ quantitatem: ſed hoc operatur ſola voluntas regis. vnde & † Bernard. dicit in quodam ſermone de cœna domini, ſicut inueſtitur canonicus per librum, abbas per baculum, epiſcopus per anulum, ſic diuiſiones gratiarum diuerſæ ſunt traditæ ſacramentis. Sed ſiquis rectè conſideret, iſte modus non tranſcendit rationem ſigni. Nam denarius plumbeus, nõ eſt niſi quoddam ſignum regiæ ordinationis de hoc, quòd pecunia recipiatur ab iſto. Similiter liber eſt quoddam ſignum, quo deſignatur traditio canonicatus. Secundum hoc igitur, ſacramenta nouæ legis nihil plus eſſent, quàm ſigna gratiæ: cum tamen ex multis ſanctorum auctoritatibus habeatur, quòd ſacramenta nouæ legis non ſolum ſignificant, ſed cauſant gratiam. Et ideo aliter dicendum, quòd duplex eſt cauſa agens, principalis & inſtrumentalis. Principalis quidem operatur per virtutem ſuæ formæ, cui aſſimilatur effectus, ſicut ignis ſuo calore calefacit. Et hoc modo[d] non poteſt cauſare gratiam, niſi deus: quia gratia nihil eſt aliud quàm quædam participata ſimilitudo diuinæ naturæ, ſecundum illud 2. Petr. 1. Magna nobis & pretioſa promiſſa donauit, vt diuinæ ſimus conſortes naturæ. Cauſa vero inſtrumentalis nõ agit per virtutem ſuæ formæ, ſed ſolum per motum, quo mouetur a principali agente. vnde effectus non aſſimilatur inſtrumento, ſed principali agenti: ſicut lectus non aſſimilatur ſecuri, ſed arti, quæ eſt in mente artificis. Et hoc modo ſacramenta nouæ legis gratiam cauſant,

G Adhibentur enim ex diuina ordinatione hominibus, ad gratiam in eis cauſandam. vnde † Auguſtinus dicit 19. contra Fauſtum. Hæc omnia, ſcilicet ſacramentalia, fiunt & tranſeunt: virtus tamẽ, ſcilicet dei, quæ per iſta operatur, iugiter manet. Hoc autem propriè dicitur inſtrumentum, per quod aliquis operatur. Vnde & Tit. 3. dicitur, Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cauſa principalis non propriè poteſt dici ſignũ effectus, licet occulti, etiam ſi ipſa ſit ſenſi-

H bilis & manifeſta: ſed cauſa inſtrumentalis ſi ſit manifeſta, poteſt dici ſignũ effectus occulti: eo quòd non ſolum eſt cã, ſed quodãmodo effectus, inquantũ mouetur a principali agente. Et ſecundum hoc, ſacramenta nouæ legis, ſimul ſunt cauſæ & ſigna, & inde eſt, ꝙ ſicut communiter dicitur, efficiũt quod figurent. Ex quo etiam patet, quòd habent perfectè rationem ſacra-

I menti, inquantum ordinantur ad aliquid ſacrum, non ſolum per modum ſigni, ſed etiam per modum cauſæ.

AD 2[m] dicendum, quòd in-

¶ Arguit præterea contra idem, deſcendendo ſpecialiter ad ſacramentum euchariſtiæ: quia tranſubſtantiatio fit ſola infinita virtute non minus quàm creatio: nec poteſt fingi in pane diſpoſitio neceſſitans ad tranſubſtantiationem, quoniã diſpoſitio neceſſitans eſt in eodem inſtanti cum termino.

¶ Præterea, In alijs ſacramentis oporteret aſſignare, quę ſit iſta diſpoſitio, quæ inſtrumẽtaliter cauſatur a ſacramẽtis.

¶ Demum arguit, quòd ſuperflue ponitur iſta cauſalitas in ſacramẽtis: quia ſine ipſa ex aſſiſtentia diuina eccleſiæ reuelata, in operationibus ſacramentalibus omnia ſaluantur ad ſacramẽta, & eorum effect⁹ requiſita.

† Bernard⁹ in ſerm. de cœna ante med. illius.

¶ Ad primũ obiecta Scoti, breuiter reſpondẽdo, dicitur, quòd cum ipſe non ſaluet ſacramẽtum cauſam eſſe, ſed cauſam dici, & in veritate nõ niſi ſignum infallibile præceptũ ſuſcipi ponatur ad effectum ſacramenti, non ſatisfit auctoritatibus ſanctorum, dicentibus ſacramentum eſſe ſignũ, & cauſam efficientem ſignatum, vt patet in 4. ſent.

¶ Cum ergo obiicitur primo, quòd ſacramentum habet rationem diſpoſitionis, reſpondetur ꝙ nõ eſſet diſpoſitio, niſi ratione obediẽtiæ, qua præceptum ſuſcipitur ſignum, & propterea falſum eſt, quòd ipſum ſacramentum ſeu illius ſuſceptio ſecũdum ſe eſſet diſpoſitio in eſſe reali, niſi ponatur realiter cã.

D. tho.

¶ Ad ſecundum vero de merito dicitur, ꝙ licet meritum ſit cã vt ratio, qua operanti eſt debitum præmium, & propterea dicitur cauſa præmij, conſtat tamen meritum non efficere præmium, quoniam aliunde eſt mereri, & aliunde præmiare. Et propterea non obſtat hoc propoſito, vbi de cauſa efficiente ſecundum rem eſt quæſtio.

¶ Ad tertium de motu, dicitur, quòd quia motus poteſt ſumi actiue vel paſſiue, vel abſolute, & per motionem actiuam proculdubio effectiue ſit terminus, per motum autem ſimpliciter vel paſſiue, non effectiue, ſed tãquam per viam acquiritur terminus, ideo argumentum non obſtat propoſitioni, qua vtitur Auctor in hoc propoſito, ſcilicet illud propriè dicitur inſtrumentum, per quod agens effectiue operatur.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad vltimum contra rationem de modo loquendi, quoniam non ſumit argumentum Auctor, ex ly per abſolute, ſed applicato ad id per qđ efficiẽs operatur.

¶ Ad argumenta ſecundo loco inducta contra concluſionem principalem dicitur, quòd ſacramentum inſtrumentaliter attingit gratiam ſacramentalem, & non oportet recurrere ad diſpoſitionem præuiam ad gratiam. Quicquid enim ſecundum aliorum opinionem, vt probabiliorem dixerit Auctor in 4. ſentent. hoc in loco ſecundum propriam ſententiam longe altius ſenſit, expreſſe ponens gratiam gratum facientem (qua ſcilicet homo fit membrum Chriſti, & qua ſumus diuinæ naturæ conſortes) a deo principaliter, & a ſacro inſtrumẽtaliter effici,

F ¶ Et confirmatur clare hanc eſſe ſuam intentionem ex titulo quæſtionis, vbi diſtinguit hanc quæſtionem a ſequenti, per hoc, quòd nunc quæritur de ſacramenti effectu principali, qui eſt gratia: tunc autem quæretur de effectu ſecundario, qui eſt character, de quo & ornatu ſimile dicitur eſſe iudicium in 4. ſententia, quo ad præſentem quæſtionem. Et confirmatur hoc idem ex ſequẽti articulo huius quæſtionis, vbi gratia ſacramentalis non ponitur diſpoſitio: ſed vt patebit, nullum habituale donum addit ſupra gratiam gratũ facientem,

¶ Ad obiectionem autem, quòd nulla creatura poteſt etiã inſtrumẽtaliter creare, reſpondetur hoc concedendo: ſed negando, quòd gratia propriè creetur, qđ patet ex eo, quòd cum deſinit eſſe, nõ annihilatur, nam ſi crearetur (quia creatio eſt ex nihilo) cũ deſineret conſeruari, oporteret quòd eius deſitio eſſet annihilatio: deum autem credimus nũquam aliquid annihilare.

† Contra Fauſtum.

¶ Et licet hoc ſufficiat argumento: ꝓ reuerentia tamen communis dicti, ſane intelligendi, de creatione gratię, diſtinguere potes, ꝙ cauſatio grãe dupliciter ſumi poteſt: uel quatenus eſt mutatio animæ de nõ grata in gratam deo, & ſic attingitur inſtrumentaliter a ſacramento: uel quatenus creatio ibi aliquo modo immiſcetur, & ſic fit gratia immediate a deo. Probatur autem conuenienter ſic dici: quia Chriſtus caput eccleſiæ vt homo (alioquin non eſſet eiuſdem naturæ cum membris) influit vitam proculdubio gratiæ gratum facientis membris ſuis: conſtat autem humanitatem Chriſti infra latitudinem contineri creaturarum. non inconuenit ergo deum per humanitatem Chriſti, vt inſtrumentum coniunctũ, & per ſacramentum vt inſtrumentum ſeparatum, gratiam gra-

K tum facientem in homine cauſare, vt clare habes hic in reſpõſione ad tertium bene perſpecta, ac collata cum argumẽto & corpore articuli, ad quod ſe remittit.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta reliqua contra diſpoſitiones præuias cauſabiles per ſacramenta in ſpeciali. De ſingulorum enim proprijs effectibus, in tractatu ſingulorum patere poterit: nunc enim ſat eſt propoſito de effectu, qui eſt gratia ſacramentalis, tractare, quam diximus & manifeſtabimus nõ oportere eſſe diſpoſitionem aliquam præuiam ad gratiam. Quare falſum eſt ſacramentum non poſſe cauſare in inſtanti: quoniam in termino temporis prolationis verborum ſacramẽtum cauſare effectum ſuum poteſt. Nec etiam inconuenit deũ voluntarie vtendo motu creaturæ, agere in tempore: cum nullus adeo deſipiat, qui neget deum poſſe localiter mouere, quod eſt agere in tempore.

¶ Ad demum obiecta, quòd ſuperflue ponitur iſta cauſalitas in ſacramentis, reſpondetur quòd non ſuperflue, ſed neceſſario ponitur, tum neceſſitate reuerentiæ ad auctoritates ſanctorum;



ctorum; quas ipſemet Scotus volens ſaluare gloſſat, cauſa, id eſt ſignum infallibile, vbi patet manifeſtus error in gloſſando: tum neceſſitate dignitatis ſacramentorum nouæ legis: longe enim digniora ſunt ſi locantur in genere cauſæ, quàm ſi infra latitudinem ſignorum concludantur, vt ſacramenta veteris legis. Fateri enĩ oportet ſacramenta nouæ legis digniora eſſe ſacramentis veteris legis, & excedere vetera in hoc, ꝙ noua efficiũt quod figurant, vetera autem non, vt patet in 4. ſentent. diſt. 1.

¶ A gloſſante autem Scoto, aut quocumque altero in extraneum ſẽſum, quærẽdum eſt quibus verbis, aut quibus articulis, aut quo ſermone ſancti, aut quicumque alij, debuiſſent aut potuiſſent explicare hoc, ſcilicet quòd ſacramẽta ſint cauſa effectiua gratiæ, ſi non explicatur per iſta, efficiunt quod figurant, & rurſus per iſta, ita vt imaginem gerat, & cauſa exiſtat: quæ omnia explicantur in 4. ſenten. Doceãt nos quæſo, quibus vocabulis explicandum fuerat, & ſic cognoſcant ſe, vel non ſequi doctrinam ſanctorum in hac parte, collectã a Magiſtro ſententiarum. Et ſcito, quòd hodie minus libera apparet opinio hæc, quoniam in concilio Florentino ſub Eugenio IIII. legimus differentiam inter ſacramenta veteris & nouæ legis in hoc, quòd illa non cauſabant gratiam: iſta vero continent gratiam & conferunt eam. Hæc ibi.

¶ In reſponſione ad ſecundum aduerte, Scotum vbi ſupra, nec exempla præterire: vnde contra exemplum de efficientia inſtrumentorum artificum arguit, probando ſerram non eſſe effectiuam cauſam inſtrumentalem: tum quia nec figura, nec quantitas, nec motus localis eſt forma actiua: tũ quia ſicut albedo expellit ab eodem nigredinem non effectiue, ſed formaliter, ita corpus expellit corpus ab eodem loco non effectiue, ſed quaſi formaliter.

¶ Ad hæc facile eſt & reſpondere, & monſtrare inopinabilem hanc Scoti nouam phantaſiam eſſe falſam: cum enim mouens proximum & motum oporteat eſſe ſimul, & conſtet ligni partes, quæ ſecando mouent localiter, non eſſe ſimul cum artifice (non enim oportet ſe tangi artificem & lignum quod ſecatur) conſequens eſt, quòd mouens proximum partes illas, oportet quòd ſit ſerra, quæ eſt corpus mouens motum. Et confirmatur auctoritate Ariſto. ſecundo de Anima, ponentis nautam mouere nauem & manu & temone: altera, vt inſtrumento coniuncto, altero vt inſtrumento ſeparato. Conſtat autem effectiue eſſe huiuſmodi mouere. Ad primam ergo obiectionem dicitur, quòd licet motus localis abſolute non ſit forma actiua aut actio, mouere tamen localiter eſt agere, vt patet. Et ſic, ſicut artifex mouendo ſerram, agit, ita ſerra mouendo partes ligni, agit.

¶ Ad ſecundam dicitur, quòd aliud eſt loqui de modo quo corpus expellit corpus ab eodem loco, & aliud eſt loqui de modo quo corpus mouens motum, expellit aliud corpus a ſuo loco, ſicut aliud eſt loqui quomodo calor expellit frigus, & aliud quomodo corpus calefaciens calefactum expellit frigus. Ad propoſitum ſiquidem quæſtionis huius non ſpectat primum, ſed ſecundum: quoniam inſtrumentum artificis eſt mouens motum. Ex quo patet, quòd exemplum Auctoris deſeruit propo-

ſtrumentum habet duas actiones. Vnam inſtrumentalem, ſecundum quam operatur non in virtute propria, ſed in virtute principalis agẽtis. Aliam autem habet actionem propriam, quæ competit ſibi ſecundum propriam formam: ſicut ſecuri competit ſcindere ratione ſuæ acuitatis, facere autem lectum, inquantum eſt inſtrumentum artis: non autem perficit inſtrumentalem actionem, niſi exercendo actionem propriam: ſcindendo enim facit lectum. Et ſimiliter ſacramenta corporalia, per propriam operationem, quam exercent circa corpus, quod tangunt, efficiunt operationem inſtrumentalem ex virtute diuina circa animam: ſicut aqua baptiſmi abluendo corpus, ſecundum propriam virtutem abluit animam, inquantum eſt inſtrumentum virtutis diuinæ: nam ex anima & corpore vnum fit. & hoc eſt quod † Auguſtinus dicit, quòd corpus tangit, & cor abluit.

AD 3[m] dicendum, quòd ratio illa procedit de eo, quod eſt cauſa gratiæ per modum principalis agẽtis: hoc enim eſt proprium dei, vt dictum eſt. *

† Auguſt. tract. 80. in Ioan.

A ſito, dum ſacramentum ponitur inſtrumentum diuinæ miſericordiæ, motum a deo ad mouẽdam animam in ſanctitatẽ ſui.

¶ Super Quæſtionis ſexageſimæſecundæ Articulum ſecundum.

ARTICVLVS II.

*Vtrum gratia ſacramentalis aliquid addat ſuper gratiam uirtutum & donorum.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd gratia ſacramentalis non addat aliquid ſu-

B per gratiam virtutum & donorũ. Per gratiam enim virtutum, & donorum perficitur anima ſufficienter, & quantum ad eſſentiam animæ, & quantum ad potẽtias eius, vt patet ex his, quæ in * ſecunda parte dicta ſunt: ſed gratia ordinatur ad animæ perfectionem. ergo gratia ſacramentalis, nõ poteſt aliquid addere ſuper gratiam virtutum & donorum.

¶ 2 Præt. Defectus animæ ex peccatis cauſantur: ſed omnia pecca-

C ta ſufficienter excluduntur per gratiam virtutum & donorum: quia nullum eſt peccatum, quod non contrarietur alicui virtuti. gratia ergo ſacramentalis, cum ordinetur ad defectus animæ tollendos, non poteſt aliquid addere ſuper gratiam virtutum & donorum.

¶ 3 Præt. Omnis additio vel ſubtractio in formis, variat ſpeciem, vt dicitur 8. † Metaphyſi. Si ergo

IN titulo per gratiam virtutum & donorum intellige habitus gratiæ gratum facientis, & virtutum tam theologalium quàm moralium & donorum Spiritusſancti.

¶ In corpore vnica eſt concluſio: Gratia ſacramẽtalis addit ſuper gratiam virtutum & donorum. Et probatur concluſio hæc ex diuerſitate effectuũ: quia ſcilicet alius eſt effectus gratiæ ſacramentalis, & alius eſt effect⁹ gratiæ virtutum & donorum. Et quia in concluſione & titulo, nõ de ſola diſtinctione, ſed de diſtinctione per modum addentis fit mẽtio: ideo probatio vtrũque includit, ſcilicet diſtinctionẽ & additionem. Aſſumens non ſolum effectus gratiæ virtutum & donorum ex vna parte, & effectus gratiæ ſacramentalis ex altera parte: ſed etiam proportionem virtutum & donorum ad gratiam, ac per hoc implicite proportionem gratiæ ſacramentalis, ſeu ipſius effectus ad gratiam. Eſt ergo probatio iſta, Gratia abſolute per-

D ficit eſſentiam animæ, & ſicut ab eſſentia fluunt potentiæ, ita a gratia fluunt perfectiones potentiarum, dona ſcilicet & virtutes: ſacramenta autem ordinantur ad quoſdam ſpeciales effectus neceſſarios in vita Chriſtiana præter actus potentiarum animæ. ergo ſicut virtutes & dona addunt ſuper gratiam communiter dictam perfectionem ordinatam ad actus potentiarum, ita gratia ſacramentalis addit ſuper gratiam communiter dictam & virtutes & dona, quoddam diuinum auxilium ad conſequendum finem. ergo gratia ſacramentalis addit ſuper gratiam donorum & virtutum. Antecedens quo ad primam partem declaratur, gratia eſt ſimilitudo diuini eſſe: ſeu quia anima inquantum participat quandam ſimilitudinem diuini eſſe, perficitur a gratia: quantum vero ad ſecundam partem declaratur quo ad hoc, quòd potentiæ perficiuntur per dona & virtutes in ordine ad actus ipſarum potentiarum. Quo ad tertiam vero partem declaratur, ex effectu baptiſmali,

E qui eſt ſpiritualis regeneratio non qualitercumque: ſed ita vt homo moriatur vitijs, membrumq; Chriſti fiat.

¶ Vbi ſcito, quòd effectus baptiſmi proprius non eſt gratia gratum faciens abſolute: ſed ſic renaſci ſecundum gratiam in membrum Chriſti, ac ſi ipſe paſſus fuiſſet patiente Chriſto, & hoc importat remiſſionem omnis culpæ, & omnis pœnæ. Conſtat enim hoc effectum quendam eſſe neceſſarium in vita Chriſtiana vltra bonam diſpoſitionem actuum potentiarum animæ. Et quod dicitur de baptiſmo, idem intelligi vult Auctor de effectibus aliorum ſacramentorum. Quòd ſi præueniẽdo intelligere cupis, vide inferius articulum primum quæſtionis ſexageſimæquintæ: ibi enim inuenies proprium cuiuſque ſacramenti effectum, tam quo ad bonum datum, quàm quo ad defectum expulſum. Conſequentia autem, vt conſona rationi relinquitur: quoniam vtrçque, ſcilicet perfectiones potentiarum & gratiæ ſacramentalis, de genere ſpiritualium ſunt, & dependentium a gratia, & neceſſariorum in vita

Infra q.72. art.7. ad ſecũdum. Et 4. di. 7. q. 2. artic. 2. q. 3. Et diſt. 17. q. 1. art. 4. q. 5.

P. 2. q. 110. art. 3. & 4.

* lib. 8. tex. 10. to. 3.

In vita Chriſtiana, &c.

¶ Circa hanc doctrinam aduerte, dupliciter poſſe intelligi gratiam ſacramentalem addere ſuper gratiam donorum & virtutum. Primo, vt addat donum aliquod habituale. Et hic ſenſus licet forte multis placeat, & ab Auctore ſumptus credatur, quia ponit differentiam ſpecificam inter gratias ſacramẽtales, & gratiam donorum & virtutũ, tam hic in reſponſione ad vltimum, quàm in quæſtionibus de veri. quæſt. 27. articul. 5. ad 12. mihi tamen etiam ſi alibi (hoc eſt in libris ſententiarum, aut queſtionibus diſputatis) Auctor expreſſiſſet oppoſitũ, aliter ſentiendum, videtur ex hoc loco. Et eſt ſecundus ſenſus, vt gratia ſacramentalis addat ſupra gratiam donorum & virtutũ, non habituale aliquod donum, ſed actuale diuinum auxilium extenſiuum gratiæ virtutum & donorum ad effectum proprium ſacramenti. Moueor autem ad hoc: quoniam in prima ſecundæ Auctor diuidendo gratiam, diſtinxit contra habituale donum gratiæ, gratuitum diuinum auxilium: ac per hoc ſub genere gratiæ communiter dictæ, locauit duo genera ſeu ſpecies gratiarum, ſcilicet gratiam habitualis doni, & gratiam diuini auxilij. Et propterea cum hoc in loco expreſſe dicat gratiam ſacramentalem addere diuinum auxilium, nõ eſt ad aliud genus gratiæ e regione poſitum, ſcilicet donum habituale diuertendum: ſed planum literæ ſenſum ſectando ſentiendũ eſt, quòd gratia ſacramentalis diſtinguitur ſpecie a gratia virtutum & donorum, non ſicut habitus ab habitu, ſed ſicut gratuitum diuinum auxilium a gratuito habituali dono: & per hoc eſſe ſpeciem gratiæ communiter dictæ (vt in reſponſione ad tertium dicitur) & diuidi in plures ſpecies iuxta ſpecificam pluralitatem effectuum, vt infe-

†P. 2. q. 110. art. 3. & 4.

D. 677.

F rius quæſtio. 72. articul. 7. ad tertium dicitur. Et confirmatur hoc ex nunc allegato loco: vbi Auctor gratiam in ſacramento confirmationis collatam, ad hic dicta ſe referens, nõ dicit diuerſam eſſe gratiam gratum facientem, & ſacramentalem baptiſmi & confirmationis: ſed dicit gratiam vtrobique collatam, habere aliquid commune, & aliquid proprium. Et quo ad commune (quod eſt gratia gratum faciens) eſſe vnius ſpeciei. Si vero cõſideretur quo ad propria ſuperaddita, ſic diuerſarum ſunt rationum collata in baptiſmo & confirmatione. Ex hoc enim, quòd ad diuerſum modum conſiderandi gratiam ſe reſoluit, inſinuat non eſſe ibi diuerſos habitus: ſed (vt diximus) eſſe vnum habitum relatum ſeu extenſum ex nouo diuino auxilio per ſacramentum exhibito, ad diuerſos ſecundum ſpeciem effectus. Et confirmatur hic ſenſus: quia hoc ſufficit ad ſaluandum, & dignitatem ſacramentorum in cauſando, & gratias ſacramentales: & effectus earum, nec multiplicantur tot habitus in anima.

4. diſt. 1. ar. 4. q. 4. Et veri. q. 27. articu. 7.

¶ In reſponſionib[us] ad primum & ſecundum, ſi vis in ſpeciali videre differentiam vtriuſque effectus (ſcilicet perfectionis, ad quam ordinatur ſacramẽtum, & de qua tractatur in reſponſione ad primum. & ſimiliter defectus, cõtra quem ordinatur ſacramentum: de quo in reſponſione ad ſecundum tractatur) lege dictum articulum primum q. 65. inferius.

Lib. 4. tex. 41. tom. 2.

gratia ſacramentalis addat aliquid ſuper gratiam virtutum & donorum, ſequitur quod æquiuoce dicatur gratia: et ſic nihil certum nobis oſtenditur, ex hoc quòd ſacramenta dicuntur gratiam cauſare.

Sed contra eſt, quòd ſi gratia ſacramentalis non addit aliquid ſuper gratiam donorum & virtutum, fruſtra ſacramenta habentibus, & dona & virtutes conferrentur. In operibus autem dei nihil eſt fruſtra. ergo videtur quòd gratia ſacramentalis aliquid addat ſuper gratiam virtutũ & donorũ.

Respon. Dicendum, quòd (ſicut in ſecũda parte dictum eſt†) gratia ſecundum ſe conſiderata, perficit eſſentiam animæ, inquantum participat quandam ſimilitudinem diuini eſſe. Et ſicut ab eſſentia animæ fluunt eius potentiæ, ita a gratia fluunt quædam perfectiones ad potentias animæ, quæ dicuntur virtutes & dona, quibus potentiæ perficiuntur in ordine ad ſuos actus. Ordinantur autem ſacramenta ad quoſdam ſpeciales effectus neceſſarios in vita Chriſtiana, ſicut baptiſmus ordinatur ad quandam ſpiritualem regenerationem, qua homo moritur vitijs, & fit membrum Chriſti, qui quidem effectus eſt aliquid ſpeciale præter actus potentiarum animæ. & eadem ratio eſt in alijs ſacramentis. Sicut igitur virtutes & dona addunt[d] ſuper gratiam communiter dictam, quandam perfectionem determinate ordinatam ad proprios actus potentiarum: ita gratia ſacramentalis, addit ſuper gratiam communiter dictam, & ſuper virtutes & dona, quoddam diuinum auxilium ad conſequendum ſacramenti finem. Et per hunc modum gratia ſacramentalis addit ſuper gratiam virtutum & donorum.

Ad primum ergo dicendum, quòd gratia virtutum & donorum ſufficienter perficit eſſentiam & potentias animæ, quãtum ad generalem ordinationem actuũ animæ: ſed quantum ad quoſdam effectus ſpeciales, qui requiruntur in vita Chriſtiana, requiritur ſacramentalis gratia.

Ad 2[m] dicendum, quòd per virtutes & dona excluduntur ſufficienter vitia & peccata, quãtum ad præſens & futurum, inquantum ſcilicet impeditur homo per virtutes & dona a peccando: ſed quãtum ad præterita peccata, quæ tranſeunt actu, & permanent reatu, adhibetur homini remedium ſpecialiter per ſacramenta.

G Ad 3[m] dicendum, quòd ratio ſacramentalis gratię ſe habet ad gratiam communiter dictam, ſicut ratio ſpeciei ad genus. vnde ſicut non æquiuoce dicitur animal communiter dictum, & pro homine ſumptum, ita non æquiuoce dicitur gratia communiter ſumpta, & gratia ſacramentalis.

## Articvlvs III.

*Vtrum ſacramenta nouæ legis contineant gratiam.*

H Ad tertium ſic proceditur. Videtur quòd ſacramenta nouæ legis non contineant gratiam. contentum enim videtur eſſe in continente: ſed gratia non eſt in ſacramento, neque ſicut in ſubiecto (quia ſubiectum gratiæ non eſt corpus, ſed ſpiritus) neque ſicut in vaſe: quia vas eſt locus mobilis, vt dicitur in 4. †Phyſicorum: eſſe autem in loco, non conuenit accidenti. ergo videtur quòd ſacramenta nouæ legis non contineant gratiam.

I ¶ 2 Præt. Sacramenta ordinantur ad hoc, quòd homines per ea gratiam conſequantur: ſed gratia cum ſit accidens, non poteſt tranſire de ſubiecto in ſubiectum. ergo pro nihilo eſſet gratia in ſacris.

¶ 3 Præt. Spirituale non continetur a corporali, etiam ſi in eo ſit, non enim anima continetur a corpore, ſed potius continet corpus. ergo videtur quòd gratia, cum ſit quiddam ſpirituale, non contineatur in ſacramento corporali.

K Sed contra eſt, quòd* Hugo de ſancto Victore dicit, quod ſacramentum ex ſanctificatione inuiſibilem gratiam continet.

Respon. Dicendum, quòd multipliciter aliquid dicitur eſſe in alio, inter quos duplici modo gratia eſt in ſacramentis. Vno modo ſicut in ſigno, nam ſacramentum eſt ſignum gratiæ: alio modo ſicut in cauſa: nam ſicut dictum eſt, † ſacramentum nouæ legis eſt inſtrumentalis gratiæ cauſa. vnde gratia eſt in ſacramento nouæ legis, non quidem ſecundum ſimilitudinem ſpeciei, ſicut effectus eſt in cauſa vniuoca: neque etiam ſecundum aliquam formam propriam, & permanentem proportionatam ad talem effectum, ſicut ſunt effectus in cauſis non vniuocis, puta, res generatæ in ſole, ſed ſecundum quandam inſtrumentalem virtutem, quæ eſt fluens & incompleta in eſſe naturæ, vt infra dicetur †.

Ad primvm ergo dicẽdum, quòd gratia non dicitur eſſe in ſacramento ſicut in ſubiecto, neque ſicut in vaſe, prout vas eſt locus quidam, ſed prout vas dicitur inſtrumentum alicuius operis faciendi, ſecundum quòd dicit Ezech. 9. Vnuſquiſq; vas interfectionis habet in manu ſua.

Ad 2[m] dicẽdum, quòd quàmuis accidens non tranſeat a ſubiecto in ſubiectum, tranſit tamen a cauſa per inſtrumentum aliqualiter in ſubiectum, non vt eodem modo ſit in eis, ſed in vnoquoq; ſecundum propriam rationem.

Ad 3[m] dicendum, quòd ſpirituale exiſtẽs perfecte in aliquo, continet ipſum, & non continetur ab eo: ſed gratia eſt in ſacramento ſecundum eſſe fluens & incompletum, & ideo non inconuenienter ſacramentum dicitur continere gratiam.

¶ Super Quæſtionis ſexageſimæ ſecũdæ Articulum tertium.

Titulus accipiẽdus eſt, vt ſonat.

*lib. de ſacra. p. 9. cap. 1.

¶ In corpore ſunt duæ concluſiones. Altera eſt: gratia eſt in ſacramẽtis, ſicut in ſignis. Et probatur: quia ſacramentum eſt ſignum gratiæ. Altera eſt: gratia eſt in ſacramentis, ſicut in cauſa non vniuoca nec æquiuoca, ſed inſtrumentali. Et probatur quo ad ſecundam partem, quia non eſt ſecundum ſimilitudinem ſpeciei, ſicut homo genitus erat in homine generante. Quo ad tertiam vero, quia non eſt ſecundũ aliquam formam propriam, & permanentem, proportionatam ad talem effectum: ſicut res generatæ ſunt in ſole. Quo ad quartam demum partẽ: quia eſt ſecundum quandam virtutem fluentem, & incompletam in ipſa natura.

Art. præc.



¶ Super Quæſtionis ſexageſimæ ſecundæ Articulũ quartum.

Titulus vt ſonat, ſumendus eſt, de virtute cauſatiua effectiue.

¶ In corpore referuntur duæ viæ. Altera ponentium ſacramenta non cauſare gratiam niſi cõcomitanter. Et ſecundum hanc reſpõdetur quæſtioni negatiue, quia ſola virtus diuina aſſiſtens eſt quæ cauſat gratiam.

In ſequen

¶ Altera (quam ſequitur Auctor) ponẽtium, quòd ſacramentum eſt inſtrumentalis cauſa gratiæ. Et ſecundum hanc reſpondetur quæſito, dicendo duo. Primo, neceſſe eſt ſimul ponere, quòd in ſacramẽto ſit quædam virtus inſtrumẽtalis ad inducendum ſacramẽtalem effectũ. Secũdo, qualis eſt iſta virtus, & dicitur, hæc virtus proportionatur inſtrumento. Et probatur, Virt[us] hæc ſe habet ad alicuius rei perfectionem & virtutem abſolute, ſicut inſtrumentum ſe habet, ad agens principale: ſed inſtrumentum nõ operatur, niſi inquantum eſt motũ a principali agente: principale autem agens operatur per ſe, & propterea virt[us] principalis habet completum, & permanens eſſe in natura, virtus autem inſtrumentalis incompletum, & tranſiens. ergo virtus hæc proportionatur inſtrumento. Et probatur hoc vltimum, quia motus eſt, actus imperfectus ab agente in patiens.

q. 78. ar. 4. ... ar. 3. ... 12.

¶ Aduerte hic, maximam hoc in loco difficultatem inueniri: eo quòd vno ſenſu intellecta communiter videntur, tam a ſequacibus, quàm ab aduerſariis verba Auctoris, cum tamen dupliciter poſsint intelligi. Primo, vt ſit ſenſus, quòd in ſacramentis nouæ legis eſt aliqua virtus ſuperaddita, non ſolum propriæ operationi ſenſibilis elementi, ſed etiam ſuperaddita motui, quo mouetur a principali agente, & hæc virtus eſt quædã qualitas habens eſſe fluens per modum motus, & eſt ſpiritualis, immo eſt ipſa gratia ſecundum eſſe fluens & incompletum, vt in

A calce præcedentis articuli, hoc vltimum Auctor expreſſit. Et hic eſt ſenſus communis, contra quem Scotus vbi ſupra & Durandus & Aureolus arguunt.

¶ Sed quoniam hic ſenſus non eſt intentus ab Auctore, nec verus (ut nunc conabor oſtendere) ideo argumentationibus iſtorum omiſſis ad ſecundum uenio ſenſum, ut ſcilicet uirtus iſta nihil aliud ſit quàm motus, quo inſtrumentum a principali agente mouetur ad propriũ principalis agentis effectum inducendum. Moueor autem ad hoc ex communibus, & ex propriis. Apertiſſime enim, Auctor in hac litera ex communibus omni inſtrumentali cauſæ procedit, dicens: ſed ponendo quòd ſacramentum eſt inſtrumentalis cauſa gratiæ, neceſſe eſt ſimul ponere, quòd in ſacramento, ſit quædam virtus, &c. Vbi patet quòd ſecundum eum ſimile eſt iudicium de ſacramento, & de aliis cauſis inſtrumentalibus, quantum ad virtutem inſtrumentalem, per modum tranſeuntis &c. Sed de cauſa inſtrumentali expreſsit Auctor in primo huius quæſtionis articulo hæc uerba, cauſa uero inſtrumẽtalis nõ agit per uirtutem ſuæ formæ, ſed ſolum per motũ quo mouetur a principali agente. Vbi dictio excluſiua manifeſtat, quòd ab inſtrumento, excludit Auctor omnem agendi rationem ſuperadditam motui, quo mouetur a principali agẽte. Et hoc ipſum in ſpeciali de ſacramentis loquendo in calce reſponſionis ad primum, huius articuli replicat, dicens, Et hoc modo, uis ſpiritualis

E eſt in ſacramentis, inquantum ordinantur a deo ad effectum ſpiritualem. Vbi uides uim ſpiritualem conſiſtere in hoc, quòd ſacramenta ordinantur a deo ad effectum ſpiritualem. Et confirmatur hic ſenſus ex eo, quòd ſecundum Auctorem ſacramentum baptiſmi uirtutem hanc inchoatiue accepit in ſui inſtitutione, ſcilicet quando Chriſtus eſt baptizatus: tũc enim aqua ſanctificata eſt, accipiendo inchoatiue uim regeneratiuam, ſed conſtat nihil tunc aquam accepiſſe, niſi habilitatem ut ſit materia baptiſmi: factum eſt enim tunc, ut non oleum, non uinum &c. ſed aqua idonea eſſet ad regenerandum. Et ſi his adiungas, quòd uis quælibet eiuſdem rationis eſt in ſui inchoatione, & perfectione, opinaberis quòd uis regeneratiua, quæ in aqua inchoatiue poſita, contenta eſt

Aug. tract. 80. in Ioan. poſt mediũ tom. 9.

In ho. Euã. quod canit in oct. epiphan. id habetur in homiliario totius anni inuenies.

## Articvlvs IIII.

*Vtrum in ſacramentis ſit aliqua uirtus gratiæ cauſatiua.*

Ad qvartvm ſic proceditur. Vr quod in ſacramẽtis nõ ſit aliqua virtus, gratiæ cauſatiua. Virtus enim gratiæ cauſatiua, eſt virtus ſpiritualis: ſed in corpore non eſt virtus ſpiritualis, neque ita quòd ſit propria ei (quia virtus fluit ab eſſentia rei, & ita non poteſt eam tranſcendere) neque ita quòd recipiat eã ab alio, quia quod recipitur ab aliquo, eſt in eo per modum recipientis. ergo in ſacramentis non poteſt eſſe aliqua virtus gratiæ cauſatiua.

B ¶ 2 Præt. Omne quod eſt, reducitur ad aliquod genus entis, & ad aliquem gradum boni: ſed nõ eſt dare in quo genere entis ſit talis virtus (vt patet diſcurrenti per ſingula) nec etiam poteſt reduci ad aliquem gradum bonorum: neque enim eſt inter minima bona, quia ſacramenta ſunt de neceſſitate ſalutis: neq; etiam inter media bona, cuiuſmodi ſunt potentiæ animæ, quæ ſunt quædam potentiæ naturales: neque etiam inter maxima bona, quia nec eſt gratia nec virtus mentis. ergo videtur quòd in ſacramentis nulla ſit virtus, gratiæ cauſatiua.

C ¶ 3 Præt. Si talis virtus eſt in ſacramentis, non cauſatur in eis, niſi per creationem a deo: ſed inconueniens videtur, quòd tam nobilis creatura, ſtatim eſſe deſinat ſacramento perfecto. ergo videtur, quòd nulla virtus ſit in ſacramentis ad gratiam cauſandam.

D ¶ 4 Præt. Idem non poteſt eſſe in diuerſis: ſed ad ſacramenta concurrunt diuerſa, ſcilicet, verba, & res: unius autem ſacramenti, non poteſt eſſe niſi virtus vna. ergo videtur quòd in ſacramentis nulla ſit virtus.

Sed contra eſt, quòd † Aug. dicit ſuper Ioan. Vnde tanta vis aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat? Et Beda* dicit, quòd Dominus tactu ſuæ mundiſſimæ carnis vim regeneratiuam, contulit aquis.



ſola

ſola idoneitate in ablutione ſacramentali, conſua te poſita contenta eſt ſolo uſu, quo deus actualiter ablutione illa utitur ad regenerandum. Vſus ſiquidem ſeu motus ille quo Deus mouet illam, ſeu vtitur actione noſtra ſenſibili, ſacramentum conſtituit in eſſe effectiuo gratiæ ſacramentalis, quia eſt quo eſt mouēs motū a principali agente, & eſt vis ſpiritualis: quia eſt quo reſpectu effect⁹ ſpiritualis, & eſt ipſa gratia ſecundū eſſe incōpletum, & tranſiens, quia eſt mediatio & motio quædam ad gratiā. Et multa alia poſſent hic dici, niſi diffuſe de hac virtute inſtrumentali ſcripſiſſem ſuperius in articulo 2. quæſtio. 13. Et confirmātur hæc omnia, quia ſic abſque multiplicatione entium ſaluātur cauſalitates effectiuæ inſtrumentorum, & dicta auctoris. Ait enim in reſponſione ad primum, quòd in ipſa voce ſenſibili eſt vis quædam ſpiritualis ad excitandum intellectum hominis, inquātum procedit a conceptione mentis: nihil eſt enim in voce ſenſibili inquātum procedit a mente, præter ſignificationem, niſi vſus quo mens illa vtitur ſignificatiua voce ad excitandā mētem auditoris. Et propterea non mouetur græcus a latino, quia ſignificatiua vox, qua loquēs vtitur, non peruenit ad intellectum græci: & hoc ſubdit modo Auctor, Vis ſpiritualis eſt in ſacramentis. Nec te moueat, quòd Auctor iūgit motui inſtrumenti virtutem ſeu vim, ex ipſa adiūctione inſinuans differentiam, inter inſtrumenti motum, & virtutem, de qua eſt quæſtio: quoniam ſermo Auctoris eſt formalis, tam de virtute quàm de motu: quod vt melius intelligas, diſtingue motum, quo poteſt inſtrumentum moueri, in motum ſimplicem, & motum virtuoſum. Eſt ſiquidem inſtrumenti ſimplex motus ille, ad quem ex parte mouētis ſufficit potentia motiua, ex parte vero termini, naturalis effectus inſtrumenti: motus autem virtuoſus eſt ille, qui ex parte mouentis vltra potentiam motiuam exigit artem ſeu aliquid proportionale arti: ex parte vero termini, ducit ad effectum principalis agentis, puta, artis, ſeu alicuius proportionaliter ſe habentis, ſicut ars ſe habet ad inſtrumenta ſua. Exemplum vtriuſque motus perſpice in cithara, cuius fides ſi moueantur a non muſico, ſonabunt tantum: ſi vero moueantur a muſico, efficient non ſolum ſonum, ſed ſonum muſicum, qui eſt effectus proprius artis muſicæ. Vbi patet, quòd ſimplex motus fidium citharæ, non ducit niſi ad naturalem effectum percuſſionis illarum: motus vero qui ab arte procedit, ad effectum artis ducit, vtpote vim artis in ſe habens; & propterea motus virtuoſus appellatur. Tria ergo cum hic conſiderentur (ſcilicet motus, & vis ſeu virtus, & motus virtuoſus) ratione diuerſitatis, quæ

F eſt inter motum & vim ſeu virtutem, diſpares valde conditiones aſſignantur vtriuſque, puta, quòd vis ſeu virtus eſt de genere qualitatis, reductiue tamen, quòd habet eſſe intentionale, quòd eſt ſpiritualis &c. quæ non conueniunt motui. Ratione vero coincidentię ſeu identitatis motus, & virtutis in tertio, hoc eſt in motu virtuoſo inſtrumenti, ut dictum eſt, quòd inſtrumētum agit per ſolum motum, quo mouetur a principali agente. Ratione autem ſolius formalis diſtinctionis inuentæ inter motum, & virtutem, in motu virtuoſo inſtrumenti, apponitur motui inſtrumenti vis ſeu virtus: & non ad denotandū quòd ſint duæ res, ſed ꝙ hæc duo coeuntia, in inſtrumento, inueniuntur cōſtituētia illius motū uirtuoſum. Et hic eſt, quem ſacramentalia ſigna a deo ſortiuntur, cum ſacramenta conferuntur. Nam ſi quis aliquē ablueret aqua &c. non animo faciendi quod facit Eccleſia, tunc ſacramentalia ſigna, & verba mouerētur ſimplici motu tantum, vtpote à ſolo homine, & nihil aliud efficerent, niſi corporalem ablutionem. Cum vero quis hominem abluit ſeruatis ſeruandis, iuxta inſtitutionem Chriſti, mouentur tunc ſacramentalia ſigna motu virtuoſo, vtpote, a Ieſu Chriſto (ipſe eſt enim qui baptizat) & corpus tangendo abluunt cor, vt Auguſt. dicit.

¶Ex quibus omnibus habere potes diligens lector, vnde & quomodo vana ſeu diſſona, vt apparet, dicta de inſtrumentorum motu & virtute, ſane intelligere potes.

¶In reſponſione ad vltimū, perſpice, q̄ bene definita ſit vis ſacramentalis, & vniuerſaliter inſtrumentalis. Nam ſicut diuerſa inſtrumenta nihil aliud habent ab arte vna, niſi ſuos motus virtuoſos ad effectum artis, & omnes illi motus, quia ſunt motus partiales, ſunt vnus motus totalis, ac per hoc vna vis principalis agentis, inuenta inſtrumentaliter in diuerſis inſtrumentis, ita in miniſtro, verbis & elemento ſunt paſſiui motus virtuoſi partiales multi: nam & miniſtri operatione, puta, ablutione, & verbis & aqua vtitur Chriſtus mouendo ſingula, vt agens principale. Et ſicut ex omnibus non conſurgit niſi vnum numero ſacramentum, ita ex omnibus partialibus motibus virtuoſis, hoc eſt paſſiue, & actiue ſumptis, non conſtat niſi vna numero vis ſacramentalis, quemadmodum omnes motus ſingulorum trahentium nauem, non ſunt niſi vnus numero tractus, vna numero totalis actio, unam inferens paſſionem, unumque effectum. Nec oportet laborare ad inueniendum, quomodo ex diuerſis formis intentionalibus fit una forma ſimplex aut compoſita, uel per aggregationem, ut contra tenentes huiuſmodi uirtutes intentionales, arguitur.

¶Super

Ar.1. hui⁹ quæſt.

RESPON. Dicendum, quòd illi, qui ponunt quòd ſacramenta non cauſant gratiam niſi per quādam concomitantiam, ponunt ꝙ in ſacramento non ſit aliqua virtus, quæ operetur ad ſacramenti effectum, eſt tamen virtus diuina ſacramento aſſiſtens, quæ ſacramē-G talem effectum operatur: ſed ponendo quòd ſacramentum eſt inſtrumentalis cauſa gratiæ, neceſſe eſt ſimul ponere, quòd in ſacramēto ſit quædam virtus inſtrumentalis ad inducendum ſacramentalē effectum: & hæc quidem virtus proportionatur inſtrumento: unde comparatur ad virtutem abſolutam & perfectam alicuius rei, ſicut comparatur inſtrumētum ad agens principale. Inſtrumentum enim (vt dictum eſt*) non operatur, niſi inquantum eſt motum a principali agente quod per ſe operatur. & ideo virtus principalis agentis habet permanens & completum eſſe in natura: virtus autē inſtrumentalis habet eſſe tranſiēs ex vno in aliud, & incompletum: ſicut & motus eſt actus imperfectus, ab agente in patiens.

AD PRIMVM ergo dicēdū, quòd virtus ſpiritualis non poteſt eſſe in re corporea per modū virtutis permanentis & completæ, ſicut ratio probat. Nihil tamen prohibet in corpore eſſe virtutem ſpiritualem inſtrumentaliter, inquātum ſcilicet corpus poteſt moueri ab aliqua ſubſtantia ſpirituali, ad aliquem effectum ſpiritualem inducendum: ſicut & in ipſa voce ſenſibili eſt quædam vis ſpiritualis ad excitandum intellectum hominis, inquantum procedit a conceptione mētis. Et hoc modo vis ſpiritualis eſt in ſacramentis, inquantum ordinantur a deo ad effectum ſpiritualem.

AD 2^m^ dicendum, quòd ſicut G motus, eo quòd eſt actus imperfectus, non proprie eſt in aliquo genere, ſed reducitur ad genus actus perfecti (ſicut alteratio ad qualitatem) ita virtus inſtrumentalis nō eſt, proprie loquendo, in aliquo genere, ſed reducitur ad genus & ſpeciem virtutis perfectæ.

AD 3^m^ dicēdum, quòd ſicut virtus inſtrumentalis acquiritur inſtrumento, ex hoc ipſo quòd mouetur ab agente principali, ita & ſacramentum conſequitur ſpiri-H tualem virtutem ex [d] benedictione Chriſti, & applicatione miniſtri ad vſum ſacramenti. unde Auguſt. dicit in quodam ſermone de epiphania: Nec mirum ꝙ aquam, hoc eſt ſubſtantiam corporalem, ad purificādum animam dicimus peruenire: peruenit plane & penetrat conſcientię vniuerſa latibula: quàmuis enim ſit ſubtilis, & tenuis, benedictione tamen Chriſti facta ſubtilior, occultans vitæ cauſās, ad ſecreta mentis ſubtili ro-I re pertranſit.

AD 4^m^ dicēdū, ꝙ ſicut eadē vis principalis agentis, inſtrumentaliter inuenitur in omnibus inſtrumentis ordinatis ad effectū, prout ſunt quodam ordine unum, ita etiā eadē vis ſacramentalis inuenitur ī verbis & rebus, prout ex verbis & rebus perficitur vnū ſacrm̄.

D.693.



## ARTICVLVS V.

*Vtrum Sacramenta nouæ legis habeant uirtutem ex paſſione Chriſti.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd ſacramenta nouæ legis non habeant virtutem ex paſſione Chriſti. Virtus enim ſacramentorum eſt ad gratiam cauſandam in anima, per quam ſpiritualiter viuit: ſed ſi-B cut † Auguſtin. dicit ſuper Ioan. verbum prout erat in principio apud Deum, viuificat animas, ſecundum autem quòd eſt caro factum, viuificat corpora. cum igitur paſſio Chriſti, pertineat ad verbum ſecundum quòd eſt caro factum, videtur quòd non poſſit cauſare virtutem ſacramentorum.

¶2 Præt. Virtus ſacramentorum videtur ex fide depēdere, quia ſicut C dicit* Auguſtin. ſuper Ioan. Verbum Dei perficit ſacramentum, non quia dicitur, ſed quia creditur: ſed fides noſtra non ſolum reſpicit paſſionem Chriſti, ſed etiā alia myſteria humanitatis ipſius, & principalius etiam diuinitatē eius. ergo videtur quòd ſacramenta non habeant ſpecialiter uirtutem a paſſione Chriſti.

¶3 Præt. Sacramenta ordinantur ad hominum iuſtificationem, ſecundum illud 1. ad Corinth. 6. Abluti eſtis, & iuſtificati eſtis: D ſed iuſtificatio attribuitur reſurrectioni, ſecundum illud Roman. 4. reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. ergo uidetur, quòd ſacramenta magis habeant virtutem a reſurrectione Chriſti, quàm ab eius paſſione.

SED CONTRA eſt, quòd ſuper illud Rom. 5. In ſimilitudinem præuaricationis Adæ*, &c. dicit glo. ex latere Chriſti dormientis in cruce fluxerunt ſacramenta, per quæ ſaluata eſt eccleſia. Sic ergo ſacramenta videntur habere virtutem ex paſſione Chriſti.

RESPON. Dicēdum, quòd (ſicut dictum eſt*) ſacramentum operatur ad gratiam cauſandam per modum inſtrumenti. Eſt autem duplex inſtrumentum: vnum quidem ſeparatum, vt baculus: aliud aūt coniunctum, vt manus. Per inſtrumentum autem coniunctum mouetur inſtrumentum ſeparatum, ſicut baculus per manū. A Principalis autem cauſa [d] efficiens gratiæ, eſt ipſe deus ad quem comparatur humanitas Chriſti, ſicut inſtrumentum coniunctum: ſacramentum autem ſicut inſtrumentum ſeparatum. & ideo oportet quòd virtus ſalutifera, a diuinitate Chriſti, per eius humanitatem, in ipſa ſacramenta deriuetur. Gratia autem ſacramentalis ad duo præcipue ordinari videtur, videlicet ad tollendos defectus præteri-B torum peccatorum, inquantum tranſeunt actu, & remanēt reatu, & iterum ad perficiendam animam in his, quæ pertinent ad cultum Dei, ſecundum religionem vitæ Chriſtianæ. Manifeſtum eſt autem ex his, quæ ſupra dicta ſunt*, quòd Chriſtus liberauit nos a peccatis noſtris, præcipue per ſuam paſſionem: non ſolum efficienter & meritorie, ſed etiam ſatisfactorie. Similiter etiam per ſuam paſſionem initiauit ritum Chriſtianæ religionis, offerens ſeipſum oblationem & hoſtiam deo, vt dicitur. Epheſ. 5. unde manifeſtum C eſt, quòd ſacramenta eccleſiæ, ſpecialiter habent virtutem ex paſſione Chriſti, cuius virtus quodammodo nobis copulatur per ſuſceptionem [d] ſacramentorum: in cuius ſignum de latere Chriſti pendentis in cruce, fluxerunt aqua & ſanguis, quorum vnum pertinet ad baptiſmum, aliud ad Euchariſtā, quæ ſunt potiſſima ſacramenta.

AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd verbum prout erat in principio apud deum viuificat animas, ſicut agens principale: caro tamen eius, & myſteria in ea perpetrata, operantur inſtrumentaliter ad animæ vitam. Ad vitam autem corporis non ſolum inſtrumentaliter: ſed etiam per quandam exemplaritatem, vt ſupra dictum eſt*.

AD 2^m^ dicendum, quòd per fidem Chriſtus habitat in nobis (vt dicitur Epheſ. 3.) & ideo virtus Chriſti copulatur nobis per fidem. Virtus autē remiſſiua peccatorum, ſpeciali quodam modo pertinet ad paſſionem ipſius Chriſti: & ideo per fidē paſſionis eius, ſpecialiter homines liberantur a peccatis, ſecundum illud Roma. 3. Quem propoſuit deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius. & ideo virtus ſacramentorum, quæ ordinatur ad tollenda peccata, præcipue eſt ex fide paſſionis Chriſti.

AD 3^m^ dicendum, quòd iuſtificatio attribuitur reſurrectioni ratione termini ad quem, qui eſt nouitas vitæ per gratiam: attribuitur tamen paſſioni ratione termini a quo, ſcilicet, quantum ad dimiſſionem culpç. E

¶*Super Quæſtionis ſexageſimæſecundæ Articulū quintum.*

Titulus vt ſonat,

¶In corpore vna concluſio: Sacramenta eccleſię ſpecialiter habent virtutem ex paſſione Chriſti. Probatur tripliciter. Primo ex communibus: quia humanitas Chriſti eſt inſtrumentū coniunctum deitatis: ſacramentum autem inſtrumentum ſeparatum. Et formatur ratio: Agens principale per coniūctum inſtrumentum mouet ſeparatum: ſed Deus eſt agēs principale gratiæ & humanitas Chriſti inſtrumentum coniūctum, & ſacramentum inſtrumentum ſeparatum. ergo. Et quia hæc ratio non concludit de paſſione Chriſti, ſed de humanitate Chriſti (in qua Chriſt⁹ myſteria multa conſumauit, puta natiuitatem, prædicationem, paſſionē reſurrectionem aſcenſionem, &c.) ideo ſecunda ſubiungitur ratio, per quā probetur ſpecialiter ꝙ a paſſione Chriſti virtus ſit ſacramentorum. Et procedit ratio ex effectu proprio gratiæ ſacramentalis: quia ſcilicet vterque talis proprius effectus appropriatur paſſioni Chriſti. Et formatur ratio, Tam liberatio a peccatis noſtris, quàm initium ritus Chriſtianę religionis eſt præcipue a paſſione Chriſti: ſed vtrūque ſit præcipue per gratiā ſacramentalem. ergo gratia ſacramentalis, ſeu (quod in idem redit) ergo virtus ſacramētalis gratiæ eſt a paſſione Chriſti. Maior declaratur, ex dictis.

¶Quoad primā partē quidē, quia Chriſtus liberauit nos per paſſionem a peccatis, non ſolum efficienter & meritorie (quod conuenit aliis eius myſteriis) ſed etiam ſatisfactorie qđ appropriatᷣ paſſioni. Quo ad ſecundam vero, quia per paſſionem offerēdo ſeipſum, initiauit ritum Chriſtianæ religionis. Minor autē clara ex hoc tractatu. Tertio probatur concluſio, ex ſigno fluxus ſanguinis, & aquæ de latere Chriſti: per quod præcipua ſacramēta monſtrantur, quod copulantia ſunt nobis virtutem paſſionis Chriſti.

…q.64. …4.d. …q.1.art.4. …& di.5. …4.q.

Tract.19. a med. & 23. ante mediū …

Tract.80. in euang. Ioā. ad mediū …

…ordin. …illud, …fact⁹ …futu …culi.

…1. huius quæſt.

D.680.

Quæſt. 49. & 48.

D.982.

Q.56. ar.1.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum ſacramenta ueteris legis gratiam cauſarent.*

AD SEXTVM ſic procediur. Videtur quòd etiam ſacramenta veteris legis, gratiam cauſarent: quia (ſicut dictum eſt*) ſacramenta nouæ legis habent efficaciam ex fide paſſionis Chriſti: ſed fides paſſionis Chriſti,

¶*Super Quæſtionis ſexageſimæſecundæ Articulum ſextum.*

Titulus clarus,

¶In corpore ſunt duæ concluſiones negatiuæ. Prima eſt: Sacramenta veteris legis non cōferebāt gratiam virtute propria. Probat auctoritate Apoſtoli. Altera eſt Sacra-

1.2. q. 103. arti.2. & q. 107. ar.1. ad 3. Et 4. di.1 q.1. ar.5. q.1.

Ar. præced.

menta veteris legis, non conferebant gratiam virtute in eis habita a paſſione Chriſti. Probatur ex communi differentia coniunctionis alicuius cauſæ ad cauſandũ: vel per vſum exteriorum rerum, vel per actum animæ: quia prima eſt cauſæ effectiuæ, ac per hoc prioris ſecundum eſſe: ſecunda autem eſt cauſæ finalis, ac per hoc poteſt eſſe poſterioris ſecundum eſſe. Sub hac enim differentia, communi ſubſumitur in ſpeciali differentia inter paſsionem Chriſti coniungi per ſacramenta vel per fidem: ita quòd per ſacramenta coniunctio continetur ſub coniunctione, per vſum exteriorum rerum, & coniunctio per fidem cõtinetur ſub coniunctione, per actum animę. Et ſub hoc procedendo deſcẽditur, & quòd paſsio Chriſti eſt prior ſecundum eſſe ſacramentis noſtris, & poſterior ſacramẽtis veteris legis. Ac per hoc noſtris quidem ſacramentis paſſio Chriſti coniungi poteſt, vt cauſa actiua operans per illa: priſcis autem non poteſt coniungi vt cauſa actiua operans per illa quod eſt intentum, cõcluſionis, Et quòd paſſio Chriſti vt finalis cauſa coniungitur per fidem, tam nobis quàm antiquis: & propterea vtrique ſaluamur per fidem paſſionis Chriſti: ſed non vtrique per ſacramenta virtuoſa ex paſſione Chriſti. Nõ tamen ſuperſtitioſus erat vſus illorum ſacramentorũ: quia adhibebantur etſi non vt virtuoſa, tamen vt ſigna fidei virtuoſæ. ¶ Sta igitur lector in formali differentia inter coniunctionem per fidem ſeu actum animæ vt ſic, & per ſacramenta ſeu vſum exteriorũ rerum vt ſic: & vide bis differentiam in litera ſubtiliter poſitam, inferre ſacramẽ

Inter principiũ & medium illius in homiliario toti⁹ anni eam inuenies.

Gloſ. ordinaria ibid.

Ar. præced.

D. 982.

fuit in veteri lege, ſicut & in noua: habemus enim eundem Spiritum fidei, vt habetur 2. ad Corin. 4. Sicut ergo ſacramenta nouæ legis conferunt gratiam, ita etiam ſacramenta veteris legis gratiam conferebant.

¶ 2 Præt. Sanctificatio non fit niſi per gratiam: ſed per ſacramenta veteris legis, homines ſanctificabantur: dicitur enim Leuitici. 8. G Cumque ſanctificaſſet Moyſes Aaron, & filios eius in veſtitu ſuo &c. ergo videtur quòd ſacramenta veteris legis gratiã conferebãt.

¶ 3 Præt. Sicut Beda* dicit in homilia circuncisionis, Idem ſalutiferæ curationis auxilium, circunciſio in lege contra originalis peccati vulnus agebat, quod baptiſmus agere reuelatæ tempore gratiæ conſueuit: ſed baptiſmus nunc confert gratiam. ergo circunciſio gratiam conferebat, et pari ratione alia ſacramenta legalia: quia ſicut baptiſmus eſt ianua ſacramentorum nouæ legis, ita & circunciſio erat ianua ſacramentorum veteris legis. Propter quod & Apoſtolus dicit Galat. 6. Teſtificor omni homini circuncidenti ſe: quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ.

Sed contra eſt, quòd Galat. 4. dicitur, Conuertimini iterum ad infirma & egena elemẽta. gloſſ.* I ideſt ad legem, quæ dicitur infirma, quia perfecte non iuſtificat: ſed gratia perfecte iuſtificat. ergo ſacramẽta veteris legis gratiam non conferebant.

Respon. Dicendum, quòd non poteſt dici, quòd ſacramenta veteris legis conferrent gratiã iuſtificantem per ſeipſa, ideſt, propria virtute, quia ſic non fuiſſet neceſſaria paſſio Chriſti, ſecundũ illud Gala. 2. Si ex lege eſt iuſtitia, Chriſtus gratis mortuus eſt: ſed nec poteſt dici, quòd ex paſſione Chriſti virtutem haberet conferẽdi gratiam iuſtificandi: ſicut enim ex prædictis patet*, virtus paſſio- K nis Chriſti copulatur nobis per fidem & [d] ſacramenta, differẽter tamen, Nam cõtinuatio, quæ eſt per fidem, fit per actum animæ: continuatio autem quæ eſt per ſacramenta fit per vſum exteriorum rerum. Nihil autem prohibet id, quod eſt poſterius tempore, antequam ſit mouere ſecundum quòd præcedit in actu animæ. ſicut finis qui eſt poſterior tempore, mouet agentem, ſecundum quòd eſt apprehenſus & deſide- F ratus ab ipſo. Sed illud, quod nondum eſt in rerum natura, non mouet ſecundũ vſum exteriorũ rerũ. unde causa efficiens [d] non poteſt eſſe poſterior in eſſe, ordine durationis, ſicut cauſa finalis. Sic ergo manifeſtũ eſt, quòd a paſſione Chriſti, quæ eſt cauſa humanæ iuſtificationis conuenienter * deriuatur virtus iuſtificatiua ad ſacramenta nouæ legis, G non autem ad ſacramenta veteris legis, & tamen per fidem paſſionis Chriſti iuſtificabantur antiqui patres, ſicut & nos. Sacramenta autem veteris legis, erant quædam illius fidei proteſtationes, inquantum ſignificabant paſſionem Chriſti, & effectus eius. Sic ergo patet, quòd ſactamenta veteris legis, non habebant in ſe aliquam virtutem, qua operarentur ad conferendam gratiam iuſtificantem, ſed ſolum ſignificabant fidem, per quam iuſtificabantur.

Ad primvm ergo dicendum, quòd antiqui patres habebant fidem de paſſione Chriſti futura, quæ ſecundum quòd erat in apprehenſione animæ, poterat iuſtificare, ſed nos habemus fidem de paſſione Chriſti præcedenti, quæ poteſt iuſtificare etiam H ſm realem vſum ſacramentalium rerũ, vt dictũ † eſt.

Ad 2[m] dicendum, quòd illa ſanctificatio erat figuralis: per hoc enim ſanctificari dicebantur, quòd applicabantur cultui diuino ſecundum ritum veteris legis, qui totus ordinabatur ad figurandum paſſionem Chriſti.

Ad 3[m] dicendum, quòd de circunciſione multiplex fuit opinio: quidam enim dixerunt quòd per circunciſionem non conferebatur gratia, ſed ſolum auferebatur peccatum, ſed hoc non poteſt eſſe, quia homo non iuſtificatur a peccato, niſi per gratiam, ſecundum illud Roma. 3. Iuſtificati gratis per gratiam I ipſius. Et ideo alij dixerunt, quòd per circunciſionẽ conferebatur gratia, quantum ad effectus remotiuos culpæ, ſed non quantum ad effectus poſitiuos gratiæ. Sed hoc etiam videtur eſſe falſum: quia per circunciſionem dabatur pueris facultas perueniendi ad gloriã, quæ eſt vltimus effectus poſitiuus [d] gratiæ. Et præterea, ſecundum ordinem cauſæ formalis, priores ſunt naturaliter effectus poſitiui quàm priuatiu[i], licet ſecundum ordinem cauſæ materialis ſit econuerſo: forma enim non excludit priuationem, niſi informando ſubiectum. & ideo alij dicunt quòd circunciſio conferebat gratiam, etiam quantum ad aliquem effectum poſitiuum, qui eſt facere dignum vita æterna: non tamẽ quantũ ad hoc qđ eſt reprimere concupiſcentiam impellentem ad peccandum: quod & aliquando mihi viſum eſt: ſed diligentius conſideranti, K apparet hoc etiam non eſſe verum: quia minima [a] gratia poteſt reſiſtere cuilibet concupiſcentiæ & mereri vitam æternam. & ideo melius dicendum videtur, quòd circunciſio, ſicut & alia ſacramenta veteris legis, erat ſolum ſignum fidei iuſtificantis. unde Apoſtolus dicit Roman. 4. quòd Abraham accepit ſignũ circunciſionis, ſignaculum iuſtitię fidei. & ideo in circũciſione [d] cõferebatur gratia, inquãtũ erat ſignũ [d] paſſionis Chriſti futuræ, vt infra* patebit.

ta noſtra eſſe virtuoſa, & antiqua non. Et memẽto nouitie, quòd de coniunctione cauſali (ſeu cauſæ vt ſic) eſt ſermo, vt nõ fallaris ab importunitate digredientium ad ea, quæ ſunt per accidens.

¶ Super

D. 311.

Alias conſequenter.

In corp. ar.

D. 314.

D. 614.

D. 824.

D. 315.

Quæſt. 70. ar. 4.



¶ Super Quæſtionis ſexageſimæ tertiæ Articulum primũ.

Titulus vt ſonat de ſacramẽto indefinite, nõ vniuerſaliter, aut particulariter explicite. Quęretur enim explicite de particulari in articu. 6.

¶ In corpore vna cõcluſio: Fideles per ſacramenta aliquo ſpirituali charactere inſigniuntur. Probatur. Quicumque ad aliquod certum deputatur, conſueuit conſignari: ſed homines per ſacramenta deputantur ad ſpirituale aliquod ſpectans ad Dei cultum. ergo fideles per ſacramẽta aliquo ſpirituali charactere inſigniũtur. Probatur maior exemplo militum. Minor vero, quia ſacramenta ad duo ordinantur, hoc eſt ad remedium contra peccatum & ad perficiẽdum hominem in his quæ ad cultũ diuinũ ſunt. Et confirmatur, tota ratio cum concluſione, auctoritate Auguſt. vnde Auctor ſumpſit.

¶ Aduerte hic ꝙ Auctor perſuaſibilẽ hanc veritatem eccleſiaſticam reddere ſtuduit, ex ratione proportionalis ſimilitudinis inter homines deputatos ab homine ad militiã corporalem, & deputatos a Deo ad cultum chriſtianæ religionis (quæ vtique eſt militia illius, qui eſt dominus fortis, & potens in prælio ad debellendas aereas poteſtates vincendumque mũdum) ſectatus Auguſtini veſtigia. Rationabile ſiquidem eſt, vt homines qui a principibus mundi huius, conſueuerunt ad corporalia corporali nota inſigniri, cum a Deo ad perennem ſpiritualem cultum ſecũdum animam deputentur, ſpirituali ſigno ſignẽtur in anima: ſic enim diuinã prouidentiam diſponere homines ſuauiter inuenitur, vt ſcilicet proportionaliter inſigniantur ſecundum animam a Deo: ſicut ſecundum corpus conſueuerunt, a principe humano.

¶ In reſpõſione ad ſecundum vide nouitie, quòd iuxta primam ibidem reſponſionem, character non ſecundum ſe, ſed ſecũdum ſuã cauſam (hoc eſt non ſolitarie ſumptus, ſed vt ex ſuą cã ſenſibili, q̃ eſt ſacramentum) habet rationẽ ſigni. Et quia hæc reſponſio multis nõ facit ſatis, appoſita eſt ab Auctore altera reſponſio de ipſo charactere in ſeipſo, ita quòd prima de charactere cauſaliter, ſecunda de eodem formaliter eſt.

4. di. 4. q. 1. ar. 1. c.

3. p. q. 23. ar. 5.

Li. 2. circa medium, to. 3.

# Qvaestio LXIII.

*De effectu ſacramentorum, qui eſt character, in ſex articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandũ eſt de alio effectu ſacramẽtorũ, qui eſt character.

Et circa hoc quæruntur ſex.

¶ Primo, Vtrum ex ſacramentis cauſetur character aliquis in anima.

¶ Secundo, Quid ſit ille character.

¶ Tertio, Cuius ſit character.

¶ Quarto, In quo ſit ſicut in ſubiecto.

¶ Quinto, Vtrũ indelebiliter.

¶ Sexto, Vtrũ omnia ſacramenta imprimant characterem.

## Articvlvs I.

*Vtrum ſacramentum imprimat aliquẽ characterem in anima.*

Ad primvm ſic proceditur. C Videtur quòd ſacramentum non imprimat aliquem charactere in anima. Character enim ſignificare videtur quoddã ſignũ diſtinctiuum: ſed diſtinctio membrorũ Chriſti ab alijs, fit per æternam prædeſtinationem, quæ non ponit aliquid in prædeſtinato, ſed ſolum in deo prædeſtinante, vt in prima parte habitum eſt. Dicitur enim 2. Tim. 2. Firmũ fundamẽtũ Dei ſtat, habẽs ſignaculũ hoc: nouit Dñs qui ſunt eius. ergo ſacramẽta nõ ĩprimũt characterẽ in aĩa. D

¶ 2 Præt. Character ſignum eſt diſtinctiuum. Signum autem (vt Augu. dicit in 2.* de doctri. chriſt.) eſt quod præter ſpeciem, quam ingerit ſenſibus, facit aliquid aliud in cognitionem venire. Nihil autem eſt in anima, quod aliquam ſpeciẽ ſenſibus ingerat. ergo videtur ꝙ in anima non imprimatur aliquis character per ſacramenta.

¶ 3 Præt. Sicut per ſacramenta nouæ legis diſtinguitur fidelis ab infideli, ita etiam per ſacramenta veteris legis: E ſed ſacramenta veteris legis, non imprimebant aliquem characterem in anima, vnde & dicuntur iuſtitiæ carnis, ſecundum Apoſt. ad Hebr. 9. ergo videtur ꝙ neque ſacramenta nouæ legis.

Sed contra eſt, ꝙ Apoſt. dicit 2. ad Corin. 1. Qui vnxit nos Deus eſt, & qui ſignauit nos, & dedit pignus Spiritus ĩ cordibus noſtris: ſed nihil aliud importat character q̃ quãdam ſignationem. ergo videtur quòd deus p ſacramenta nobis ſuũ characterẽ imprimat.

Respon. Dicẽdum, ꝙ ſicut ex prædictis* patet, ſacramenta nouę legis, ad duo ordinątur, videlicet ad remediũ contra peccata, & ad perficiendum animam in his, quæ pertinent ad cultum dei ſm ritũ chriſtianę vitæ. Quicũq; autem ad aliquid certum deputatur, conſueuit ad illud conſignari, ſicut milites qui aſcribebantur ad militiam antiquitus, ſolebant quibuſdam B characteribus corporalibus inſigniri: eo ꝙ deputabant' ad aliquid corporale. & ideo cum homines per ſacramenta deputentur ad aliquid ſpirituale pertinens ad cultum dei, conſequens eſt quòd per ea fideles aliquo ſpirituali charactere inſigniantur. unde Aug.† dicit in 2. contra Parmenianum. Si militiæ characterẽ in corpore ſuo non militans pauidus exhorruerit, & ad clementiam Imperatoris confugerit ac prece fuſa, & venia C impetrata militare iam cœperit, numquid homine liberato atque correcto, character ille repetitur, ac nõ potius agnitus approbatur? an forte minus hærent ſacramẽta chriſtiana, q̃ corporalis hæc nota?

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ fideles Chriſti ad pręmiũ quidem futuræ glorię deputant' ſignaculo prædeſtinationis diuinæ: ſed ad act⁹ cõuenientes pſenti eccleſiæ deputant' quodã ſpũali ſignaculo eis ĩſignito, q character nũcupat'.

D Ad 2[m] dicẽdũ, ꝙ character animæ impreſſus, habet rõnẽ ſigni in quãtũ p ſenſibile ſacramẽtũ imprimitur: per hoc. n. ſcitur aliquis eſſe baptiſmali charactere inſignitus, ꝙ eſt ablutus aqua ſenſibili. Nihilominus tamẽ character uel ſignaculum dici poteſt per quandã ſimilitudinẽ, omne quod configurat alicui, vel diſtinguit ab alio, ẽt ſi nõ ſit ſenſibile: ſicut Chriſtus dicitur figura vel character paternæ ſubſtantiæ, ſm Apoſto. Heb. 1.

E Ad 3[m] dicẽdũ, ꝙ ſicut ſupra dictũ eſt,* ſacramẽta veteris legis nõ habebant in ſe ſpiritualẽ virtutẽ, ad aliquẽ ſpiritualẽ effectũ operantẽ. & ideo in illis ſacramentis non requirebatur aliquis ſpiritualis character: ſed ſufficiebat ibi corporalis circunciſio, quam Apoſtolus ſignaculum nominat Rom. 4.

## Articvlvs II.

*Vtrũ character ſit ſpiritualis poteſtas.*

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur ꝙ character non

¶ Super Quæſtionis ſexageſimæ tertiæ Articulum ſecundũ.

Titulus de quidditate characteris manifeſte quęrit, in quo ſcilicet genere ſit, an poteſtatis, an relationis &c.

¶ In corpe ſunt tres concluſiones. Prima eſt: Character ſacramentalis, eſt ſpiritualis poteſtas ad ea quæ ſunt diuini cultus. Probatur, Character imprimitur a ſacramentis, inquantum per illa homo deputat' ad ea, quæ ſunt chriſtiani cultus, conſiſtentis in recipiendo aliqua, vel tradẽdo aliis. ergo character ſacramentalis eſt quædã ſpiritualis poteſtas ad ea, quæ ſunt diuini cultus. Antecedens quo ad primã partem probatur auctoritate Diony. in illis verbis, perficiẽs eum diuinũ, & communicatorem diuinorum. Conſequentia vero probatur, quia ad vtrumque horum, requiritur potentia aliqua, ad recipiendum quidem paſſiua, ad tradendum, vero actiua.

Quæſt. 62. ar. 5.

Li. 2. ca. 13. parũ a medio tom. 7.

Quæſt. 62. ar. 6.

4. di. 4. q. 1. ar. 1.

ſit ſpiritualis poteſtas. Character enim idem videtur eſſe, quòd figura: unde Heb. 1. vbi dicitur, Figura ſubſtantiæ eius, in Græco habetur loco figuræ, character: ſed figura eſt, in quarta ſpecie qualitatis, & ita differt a poteſtate, quæ eſt in ſecunda ſpecie qualitatis. character ergo non eſt ſpiritualis poteſtas.

§ 2 Præt. Dionyſ.* dicit 2. cap. Eccleſ. hier. quòd diuina beatitudo accedétem ad beatitudinem in ſui participationem recipit, & proprio ſuo lumine, quaſi quodam ſigno, ipſi tradit ſuam participationẽ. & ſic videtur quòd character ſit quoddam lumen: ſed lumen ad tertiam ſpeciem qualitatis videtur pertinere. non ergo character eſt poteſtas, quæ videtur, ad ſecundam ſpeciem qualitatis pertinere.

Cap. 2. eccle. hierar. part. 3. parũ ante mediũ

§ 3 Præt. A quibuſdam character ſic definitur. Character eſt ſignum ſanctum cõmunionis fidei, & ſanctæ ordinationis, datum a hierarcha. Signum autem eſt in genere relationis, nõ autem in genere poteſtatis. non ergo character eſt ſpiritualis poteſtas.

§ 4 Præter. Poteſtas habet rationem cauſæ & principij, vt patet 5. Metaphy. * ſed ſignum, quod ponitur in definitione characteris, magis pertinet ad rationem effectus. character ergo non eſt ſpiritualis poteſtas.

Lib. 5. metap. tex. 17. to. 3.

Sed contra eſt, quòd * Philoſophus dicit in 2. Ethico. Tria ſunt in anima, potentia, habitus, & paſſio: ſed character non eſt paſſio, quia paſſio cito tranſit, character autem indelebilis eſt, vt infra dicetur. * Similiter etiam non eſt habitus: quia nullus habitus eſt, qui ſe poſſit ad bene, & male habere: character autem ad vtrumque ſe habet: vtuntur enim eo, quidam bene: alij vero male, quod in habititus nõ contingit. nam habitu virtutis, nullus vtitur male: & habitu malitiæ nullus bene. ergo relinquitur, quòd character ſit potentia.

Li. 2. ethic. c. 5. in prin. tom. 5.

Art. 5. huius quæſt.

¶ Circa deductionem concluſionis huius dubium occurrit: nã inualida apparet conſequentia, Character ſacramentalis eſt deputatiuus hominis ad cultum conſiſtentem in recipiendo & tradendo. ergo eſt potentia: tum quia ſimilis conſequentia nihil valet, Character militaris eſt deputatiuus hominis ad militiam, conſiſtentem in percutiendo, & ad percutiendum requiritur potentia percuſſiua. ergo character militaris eſt potentia ad percutiẽdum. Et ſi inſtetur, quòd non eſt ſimile, quia potentia percuſſiua præſupponitur, vtpote naturalis, potẽtia autem ad cultũ, nõ eſt naturalis, ſed ſuperaddita, hæc in quam inſtantia nihil obſtat argumento, quia ad militarẽ percuſſionem vltra naturalem viriũ potentiam requiritur potentia militaris: ſicut ad ſanandum requiritur in medico potentia medicatiua: ſtat ergo obiectio.

¶ Et eleuatur inſtãtia ad uniuerſalem rationem, unde ſcilicet licet a communiſsimis inferre determinate ſpeciale, hoc eſt a deputatione ad cultum Chriſtianæ religionis, ad potentiam reſpectu eiuſdem cultus deſcendere. Deputatio ſiquidem ad cultum multipliciter fieri poteſt, ſcilicet ſigno, profeſſione, officio, ſcientia, voluntate. potentia, vt patet inductiue in militia, & alijs cultibus & artibus. Vnde inferre, characterem eſſe potentiam, quia eſt deputatiuus hominis ad cultum chriſtianæ religionis, fallacia conſequentis videtur.

¶ Ad hoc dicitur, quòd Auctor procedit ex determinatis in præcedenti articulo. Et propterea nõ procedit ex hoc ſolo, quòd character eſt deputatiuus ad cultum &c. ſed ex hoc, quòd character ſacramentalis eſt ſpiritualis perfectio animæ ad cultum diuinum, ſecundum ritum chriſtianum: ita quòd non ex quacumque deputatione, ſed ex tali deputatiuo, ſcilicet, vt perfectiuo animæ ad talem cultum impreſſo a Deo procedit litera, vt ipſamet litera de ſe ipſa teſtimonium perhibet, auctoritatem afferẽs Dionyſii hoc teſtantem: ex huiuſmodi autem aſſumpto concludi licuit intentum, ſi perſpicaciter intuiti fuerimus cultum chriſtianæ religionis formaliter, vt Auctor cõtemplatus eſt. Ex hoc enim quòd character eſt perfectiuus animæ ad cultum chriſtianæ religionis, & cultus chriſtianæ religionis formaliter conſiſtit in recipere vel dare, formaliter ſequitur, ergo character perficit animam ad recipiendum vel dandum. Sed cõſtat liquido, quòd proprium & per ſe primo perfectiuum ad recipere ſeu dare, eſt poſſe recipere aut dare. ergo character eſt ſpiritualis potentia, qua homo ſecũdum animam poteſt recipere vel tradere ea, quę ſunt chriſtianæ religioni propria: Et cõfirmatur hæc ratio, quia potẽtia ſola eſt, qua ſubtracta actus nullus redditur apud Deũ, & ſimiliter qua poſita, actus efficax eſt, quantumcumque ab homine prohibitus. Nam ſubtracta charitate, aut ſcientia, aut fide, ſi potentia remanet, actus non eſt nullus, ſed econtra ſola potentia deficiente, alia non ſunt efficacia. Sic aũt cõſtat eſſe in propoſito, ꝙ ſubtracto charactere, vane omnia recipiuntur: & ſimiliter ſubtracto charactere ordinis vane omnia tradunt, quæ propria ordinis ſunt. eſt ergo character in genere potentiæ.

¶ Ad inſtantiam autem de militari charactere, patet reſponſio, quia non ſpectat ad animam.

¶ Ad obiectionem autem vniuerſalem patet etiam reſponſio, quòd falſum aſſumit, ſcilicet literam ex ſola deputatione procedere, cum procedat ex tali deputatione, ſcilicet vt perfectiuo hominis ſpiritualiter ſecundum animam ad cultum ſpiritualem, conſiſtentem in recipere & tradere: manifeſtatum quippe eſt, quòd formaliter procedendo, optime abſque ſophiſmatis aliqua ſpecie, illatio tenet.

¶ Secunda concluſio eſt: Hæc ſpiritualis potentia, eſt inſtrumentalis. Declaratur a ſimili, ſicut virtus quæ eſt in ſacramentis. Et probatur ex ſubiecto, quia eſt potentia miniſtri, ergo inſtrumenti. Antecedens probatur, quia character conuenit miniſtris Chriſti, vt ſic. Cõſequentia probatur, quia miniſter vt ſic, habet rationem inſtrumenti.

¶ Tertia cõcluſio ẽ. Character non eſt per ſe in genere: ſed reductiue in ſecunda ſpecie qualitatis. Prima pars probatur a ſimili: ſcilicet ex virtute in ſacramentis, adiuncta ratione cõmuni, quia eſt quiddam fluens & incompletum. Secunda vero pars relinquitur, vt euidens.

¶ Occurrũt autem hic multa dubia. Primum eſt de genere generaliſsimo, ſub quo ponitur character, quod circa tertiam concluſionẽ verſatur. Secundum de ſpecie, & ſpectat ad eandem concluſionem. Tertiũ eſt, circa reſponſionem ad tertium, quantum valeat ratio literæ, Si relatio characteris fundaretur immediate ſuper eſſentia animæ, conueniret naturaliter omni animæ. Quartum eſt, quantum valeat ratio literæ, probans quòd character non eſt habitus, quia omnis habitus eſt bonus, vel malus, vt habes in litera argumento ad oppoſitum. Propter connexionem tamen materiæ tractabitur tertium dubium, ſimul cum primo, & ſecundum ſimul cum quarto.

¶ Circa primum dubium in quo genere ſit character ſacramentalis, ſcito primo, quòd Durandus in 4. ſent. diſt. 4. q. 1. putauit characterem eſſe relationem rationis, per quam aliquis ex inſtitutione diuina deputatur ad ſacras operationes: ſicut nummus ſortitur rationem precii. Et eius ratio eſt, quia ea, quæ ſunt fidei clarificanda ſunt, & non obſcuriora reddenda. per characterem autem ſi ponitur relatio rationis, omnia clara ſunt: ſi vero ponitur res realis, obſcuriora introducuntur.

¶ Sed poſitio hæc ſeipſam leuem monſtrat, dum ex communibus tantum, & extraneis procedit. Eiuſque falſitas patet ex auctoritate eccleſiæ, extra de baptiſmo & eius effectu, in ca. maiores. in fine. Vbi dicitur quòd ſacramentalis operatio, imprimit characterem: certum eſt enim, quòd relatio rationis non imprimitur. Et confirmatur ex concilio florentino, ſub Eugenio quarto, ubi dicitur, Tria ſacramenta characterem, ideſt, ſpirituale quoddam ſignum a ceteris diſtinctiuum, imprimunt in anima indelebile, vnde in eãdem perſonam non reiterantur. Hæc ibi.

¶ Scito ſecundo, quòd Scotus in 4. diſtin. 6. q. 10. ad vtramque partem diſputat concludens vtrumque poſſe probabiliter ſuſtineri, & quòd character ſacramentalis ſit res abſoluta in genere qualitatis, & quòd ſit relatio extrinſecus adueniens. Et hanc vltimam opinionem ipſe tenet: minus tamen probabilis monſtratur iſta via, diſcutiendo tertium dubium. Vbi ſcito conſequentiam factam in litera deſtrui ex Scotica opinione, diſtinguente de relatione, vel intrinſece adueniente vel extrinſece. Et vocat relationem intrinſecus aduenientem illam, quæ conſequitur fundamentum poſito termino: illam autem quæ poſitis fundamento & termino non neceſſario ponitur, vocat relationem extrinſecus aduenientem. Exemplum primi, vt duplum, ſimile, æquale. Exemplũ ſecundi, vt relatio agentis ad patiens, relatio locati ad locum, & huiuſmodi. Ad primum genus dicit non eſſe motum, ſed ad ſecundum, ac per hoc poſſe a deo de nouo imprimi in animam relationem characteris abſque aliquo abſoluto nouo fundante illam. Et propterea non ſequitur, ſi relatio characteris poneretur immediate in anima, conueniret naturaliter oĩ aĩæ.



Respon. Dicendum, quòd ſicut dictum eſt*, ſacramenta nouæ legis, characterem imprimunt, inquantum per ea deputantur homines ad cultum dei, ſecundum ritum Chriſtianæ religionis. Vnde Dionyſ. *in 2. cap. Eccleſia. hier. cum dixiſſet, quòd deus in quodam ſigno tradit ſui participationem accedenti ad baptiſmum, ſubiungit, Perficiens cum diuinũ, & communicatorem diuinorum. Diuinus autem cultus conſiſtit, vel in recipiendo aliqua diuina, vel in tradendo alijs: ad vtrũque aũt horũ requiritur q̃dã potẽtia. nam ad tradendum aliquid alijs, requiritur potentia actiua: ad recipiendum autem requiritur potentia paſſiua. Et ideo character importat quandam potentiam ſpiritualem ordinatã ad ea quę ſunt diuini cultus. Sciẽdum tamen, quòd hæc ſpiritualis potẽtia eſt inſtrumẽtalis: ſicut etiã ſupra dictũ * eſt de virtute, quæ eſt in ſacramentis. Habere enim ſacramẽti characterem competit miniſtris dei, miniſter autem habet ſe per modum inſtrumenti, vt Philoſophus* dicit in 1. Politic. Et ideo ſicut virtus, quæ eſt in ſacramentis, non eſt in genere per ſe, ſed per reductionẽ eo quòd eſt quiddam fluens & incompletum, ita etiam character non proprie eſt in genere vel ſpecie, ſed reducitur ad ſecundam ſpeciem qualitatis.

Ad primum ergo dicẽdum, quòd figura eſt quædam terminatio quantitatis. vnde proprie loquendo, non eſt niſi in rebus corporeis: in ſpiritualibus autem dicitur metaphorice. Non autem ponitur aliquid in genere vel ſpecie, niſi per id quod de eo proprie prædicatur. Et ideo character non poteſt eſſe in quarta ſpecie qualitatis, licet hoc quidam poſuerint.

Ad 2m dicendum, quòd in tertia ſpecie qualitatis non ſunt niſi ſenſibiles paſſiones: vel ſenſibiles qualitates. Character autem non eſt lumen ſenſibile: ideo non eſt in tertia ſpecie qualitatis, vt quidam dixerunt.

Ad 3m dicendum, quòd relatio quæ importatur in nomine ſigni, oportet quòd ſuper aliquid fundetur: relatio autem huius ſigni quod eſt character, non poteſt fundari immediate ſuper eſſentiã animæ: quia ſic conueniret omni animę naturaliter. Et ideo oportet

¶ Tu autem patienter ſuſtineto pertrãſeuntem me de reſpectibus his in cõmuni, quia theologiam practicã tracto, non metaphyſicam. Nec videtur digrediendum hoc in loco, q; equid ſit de reſpectibus iſtis extrinſecis, qui forte non ſunt intelligibiles, quoniam omnis reſpectus formaliter ſumptus hoc ipſum qđ eſt, eſt ad aliud ſe habere, & ſi eſt ad aliud ſe habere, eſt in genere ad aliquid, quod eſt quartum prędicamentũ. Et rurſus, ſi eſt ad aliud ſe habere, neceſſe eſt vt cõſequatur fundamẽtum ex ſola noua poſitione alterius: alioquin nõ eſſet ad aliud, & ppea ſi eſt ad aliud ſe habere, ad illud nõ eſt motus, vt ex hac ratione probatur 5. Phyſicorũ, ab Ariſt. Et ſuper hoc, ſcilicet ſuper ipſa relatione formaliter, inquantum relatio eſt, fundauit auctor hic rationem ſuã, relatio enim formaliter ſumpta, qa hoc ipſum quod eſt, eſt ad aliud: ſi realis eſt naſcitur cũ fundamento non ſimpliciter in actu, ſed ſic quòd ex ſola appoſitione termini ſit actu. ſimilitudo enim naſcitur cum albo ſic, quòd poſito coalbo, ſtatim ſimilitudo in primo albo cõſurgit, & ſic de aliis. Ac per hoc ſi relatio characteris immediate fundaretur in anima, naſceretur ſimul cum anima, ſic quòd poſito illius termino, ſtatim in anima conſurgeret relatio characteris, & ſi ſic cõnaſceretur cum anima, clare patet quòd naturaliter conueniret omni animæ. Quocirca aut character nõ eſt ĩ genere ad aliquid niſi æquiuoce, & tunc ſi eſt reſpectus, quæratur illius genus, nec erit facile fingere aliud genus, cum ponatur res ſpiritualis, & & non ſit formaliter paſſio: aut ſi eſt in genere ad aliquid definitio poſita ab Ariſto. non eſt communis ſuo generi & excluſio motus ab ad aliquid cum illius ratione, 5. Phyſi. non eſt vniuerſalis de ipſo genere ad aliquid, ſed particularis, hoc eſt de aliqua ſpecie relationis, ſcilicet intrinſece: quoniam Ariſto. probando ad relationem non eſſe motum, attulit relationem, quæ ſecundũ Scotum vocatur extrinſecus adueniens, ſcilicet dextri & ſiniſtri. Nam relatio dextri inter me & columnam nõ ſequitur fundamentum poſito termino, loquendo vt Sco. loquitur. Nam poſito animali habente dextrum, & poſita columna, non ſequitur relatio dextri inter ipſa: poteſt enim columna poni neutra. Et accidit huiuſmodi phantaſia, quia non conſideratur fundamentum vt fundamẽtum, & terminus vt terminus, ſed remote. Verbi gratia, relatio agentis ad patiens, nõ habet pro extremis ignẽ & aquam, ſed ignem calefacientem, & aquam patientem a calefaciente, & ſic de aliis. Vnde non remote, ſed propinque ſumẽdo fundamentum & terminum (hoc eſt, ſecundum eas diſpoſitiones, ſecundum quas hoc fundat, & illud terminat) nulla eſt relatio realis, quæ non conſurgat in fundamento, poſito termino. Sed hæc pertranſeundo ſunt dicta pro claritate literæ, quæ de relatione loquitur formaliter, ſicut & Philoſo. 5. Phyſico.

¶ Circa ſecundum dubium, ſcito Scotum in 4. diſt. 6. q. 10. diſputare ad omnem partem, & tenendo quòd character eſt eſſentialiter reſpectus, ſuſtinet ipſum habere rationem potentiæ, & actiuæ & paſſiuæ, pro quanto deus ordinauit aſsiſtendo agere habenti talem reſpectum, puta ſacerdoti, & ſimiliter imprimere in patiens habens talem reſpectum, puta, characterẽ baptiſmi, ita ꝙ reſpectus reddit baptizatum capacem paſſionis a deo ſic ſtatuente, & ſimiliter operationem ſacerdotis efficacem. Et concurrunt hi reſpectus tamquã diſpoſitiones in ordine ad agens voluntarium. Tenendo autem quòd character eſt forma abſoluta, ſuſtinet & quòd poteſt poni in prima ſpecie qualitatis, & quòd poteſt poni in ſecunda reſpõdetq; ad rationem literæ, quæ in quarto dubio propoſita eſt. primo, ꝙ non oportet omnem habitũ eſſe bonum vel malum, ſed poteſt aliquis habitus eſſe indifferens. Quod probat dupliciter, tum quia ex actibus indifferentibus frequẽtatis cauſatur habitus indifferens, tum quia frequentans cõſiderationem alicuius cõcluſionis geometricæ, habet habitum indifferentem. Secundo, quia character põt poni habitus ſupernaturalis bon* remote, ita quod non proxime ſeu ſufficienter poteſt eſſe principium actus boni, ſed remote, ſicut fides, ſpes, charitas infuſa nõ eſt ſufficiẽs principium boni actus, ſed inclinat ad bonum actum cõcurrentibus alijs requiſitis: multo autem remotius character poteſt diſponere ad bonum actum.

¶ Ad horum clariorem notitiam aduertẽdum eſt, quòd niſi formaliter conſideremus, locemuſq; res in ſuis generibus, vagari multipliciter cõtinget. Quocirca cũ character ſacramentalis ſit formaliter potentia (eſt.n. baptiſmalis character, quo per ſe primo homo põt recipere ſacramenta reliqua, vt patet, & ſimiliter character ordinis, quo primo miniſter eccleſiæ, puta, ſacerdos, põt cõficere Euchariſtiã &c.) & ſit ſupernaturale accidẽs ĩpreſſum aĩæ, cõſequens eſt, vt ſub illo genere accidentiũ formaliter locetur, qđ potẽtias actiuas, vel paſſiuas cõtinet, quod cõſtat ſolũ qualitatis genus eſſe, & vnã illius ſpeciẽ, ſecundã. ſ. Nec obſtat ꝙ nõ ſit naturalis potentia, qm̃ ſicut ſub habitus ſpecie continentur non ſolũ naturales, ſed ſupernaturales habitus, ita ſub potentiæ accidentalis ſpecie continentur non ſolum naturales, ſed ſupernaturales potentiæ, & in hoc debet quieſcere intellectus bene diſpoſitus.

¶ Ad diſtractionem autem Scoticam, trahentem relationem ad rationem potentiæ, patet reſponſio ex hoc ipſo quòd diſtractio abuſiua rerum, ac rationum formalium eſt.

¶ Ad id vero qđ primo dicit de habitu indifferenter, dicẽdũ eſt ꝙ nullus eſt actus humanus ſingularis indifferens moraliter, qa ſit vel qñ, vbi, ſicut propter &c. debet, & ſic eſt bonus moraliter: vel nõ qñ, aut vbi, aut, ſicut, aut propter, aut &c. debet, & ſic eſt malus moraliter. Nec eſt inter iſta duo medium in actu exercito, quia diſtinguuntur penes affirmationem, & negationem, ac per hoc nullus poteſt eſſe habitus indifferens ex hoc capite.

¶ Ad id vero quod de conſideratione frequenti cõcluſionis geometricę ſubditur, diciturꝙ ſi conſideratio eſt ſcientifica, generatur habitus bonus. ſ. ſcientiæ, quæ eſt virtus, ac per hoc boni tãtum, puta veri: ſi vero conſideratio eſt non ſcientifica, generabitur habitus opinatiuus, qui etiam non eſt indifferens, ſed declinat ad bonum vel malum, prout declinat ad verum vel falſum.

Et quia character eſt forma ſupernaturalis, a Deo pro munere impreſſa: ac per hoc ſi eſſet habitus, non poſſet poni indifferens, ideo Scotus ad vltimam reſponſionem confugit, quæ falſum in primis affert, dum charitatem, fidem, ac ſpem infuſam a ſufficiētibus proximiſq; principiis elicitiuis bonorum actuum aufert. Eſt enim infuſa charitas & ſufficientiſſimum, & proximū elicitiuum principiū dilectionis Dei ſuper omnia: ſed ꝙ iſte puer baptizatus nō actu diligat, prouenit ex conditione ipſius habentis charitatem, quia ſcilicet habet organa impedientia &c. & nō ex inſufficiētia aut elongatione habitus. Et ſimile eſt de dormiēte, aut ebrio: non enim ex parte habitus infuſi, aut acquiſiti prouenit, quòd dormiens aut ebrius non conſiderat geometricas demonſtrationes, aut non credit ſeu ſperat, ſed ex impedimento habentis habitum.

In corp. ar. & ar. præc.

4. diſt. 4. q. 1. arti. 2. & ar. 3. q. 5.

¶ Male deinde locat characterem in ſpecie, dum ex his, ad quę remote ſe habet, locat ipſum. Debet ſiquidem iudicari res ſecundum ea, quæ ſibi proxime cōueniunt, & non ſecundum remota, ac per hoc, non debet character poni ſub ſpecie habitus boni, quia valde remote diſponit ad actū bonum. Sed hæc accidunt Scoto, quia difficile eſt operire falſum. Quo circa videto omnia conſonare vero, & abſque difficultate vlla characterem poni, non habitum, ſed potentiā, quæ ex propria ratione indifferens eſt ad bonum & malū (character enim eſt potentia, qua poteſt quis dare vel recipere, & non eſt, quo poteſt bene vel male dare vel recipere) vt ſic perſpicias diuinam ſapientiam diſponentē omnia ſuauiter, donando nobis ſupernaturales potētias, dare eas ſuauiter, hoc eſt, ſeruata conditione potentiarum, vt ſcilicet ſint quibus poſſumus, & non quibus bene vel male poſſumus.

Li. 18. c. 18. in prin. tomo. 3.

¶ Argumenta Petri Aureoli apud Capreolum in 4. diſtin. 4. contra hoc quòd character ſit potentia, quia ad ſpecialia deſcendūt de poteſtate effectiua trāſubſtātiationis in euchariſtia &c. omittenda cenſui, quoniam ſuo loco quælibet ſeruanda eſt quæſtio.

aliquid poni in anima, ſuper quod fundetur talis relatio, & hoc eſt eſſentia characteris. unde non oportebit quòd ſit in genere relationis, ſicut quidam poſuerunt.

Ad 4^m^ dicendum, quòd character habet rationem ſigni per cōparationem ad ſacramentum ſenſibile, a quo imprimitur: ſed ſecūdum ſe cōſideratus, habet rationē principij, per modum iam dictū*.

## Articvlvs III.

*Vtrum character ſacramentalis ſit character Chriſti.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd character ſacramentalis non ſit character Chriſti. Dicitur. n. Epheſ. 4. Nolite contriſtare Spiritumſanctū Dei, in quo ſignati eſtis: ſed conſignatio importatur in ratione characteris. ergo character ſacramentalis, magis debet attribui Spirituiſancto quàm Chriſto.

¶ 2 Præt. Character habet rationē ſigni: eſt autem ſignum gratię, quę per ſacramentū confertur: gratia autē infunditur animæ a tota Trinitate. unde dicitur ī Pſal. 83. Gratiam & gloriam dabit Dominus. ergo videtur quòd character ſacramentalis non debeat ſpecialiter attribui Chriſto.

¶ 3 Præt. Ad hoc aliquis characterem accipit, vt eo a ceteris diſtinguatur: ſed diſtinctio ſanctorū ab alijs, fit per charitatem, quæ ſola diſtinguit inter filios regni, & filios perditionis, vt Auguſt.* dicit 15. de Trin. vnde & ipſi pditionis filij characterē beſtiæ habere dicūtur, vt patet Apoc. 13. Charitas autem non attribuitur Chriſto, ſed magis Spirituiſancto, ſecundum illud Roma. 5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritumſanctū, qui datus eſt nobis. uel etiam patri, ſecūdum illud 2. ad Corinth. vlt. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas dei. ergo videtur ꝙ character ſacramētalis, non ſit attribuendus Chriſto.

Sed contra eſt, ꝙ quidam ſic definiunt characterē. Character eſt diſtinctio, a charactere æterno impreſſa animæ rationali, ſecundum imaginem conſignans trinitatem creatam Trinitati creāti & recreanti, & diſtinguēs a nō configuratis ſecundum ſtatum fidei: ſed character æternus eſt ipſe Chriſtus, ſecundum illud Heb. 1. Qui cum ſit ſplendor gloriæ & figura, vel character ſubſtātię eius. ergo videtur, quòd character ſit proprie attribuendus Chriſto.

Respon. Dicendum, quòd (ſicut ex ſupradictis patet*) character proprie eſt ſignaculum quoddam, quo aliquid inſignitur, vt ordinatum in aliquem finem: ſicut charactere īſignitur denarius ad vſum commutationum, & milites charactere inſigniuntur, quaſi ad militiam deputati. Homo autem fidelis ad duo deputatur. Primo quidem, & principaliter, ad fruitionem gloriæ. & ad hoc inſignitur ſignaculo gratiæ, ſecundum illud Ezec. 9. Signa Thau ſuper frontes virorum gementium, & dolentium. & Apocalip. 7. Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoadusq; ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorū. Secundo autem, deputatur quiſq; fidelis ad recipiendum vel tradendum alijs ea, quæ pertinent ad cultum Dei, & ad hoc proprie deputatur character ſacramentalis. Totus autem ritus chriſtianæ religionis deriuatur a ſacerdotio Chriſti. & ideo manifeſtum eſt, quòd character ſacramētalis ſpecialiter eſt character Chriſti, cuius ſacerdotio configurantur fideles ſecundū ſacramentales characteres: qui nihil aliud ſunt quàm quædam participationes ſacerdotij Chriſti, ab ipſo Chriſto deriuatæ.

Ad primvm ergo dicēdum, quòd Apoſtolus ibi loquitur de configuratione, ſecundum quam aliquis deputatur ad futuram gloriam, quæ fit per gratiam: quæ ſpiritui ſancto attribuitur, in quātum ex amore procedit, quòd deus nobis aliquid gratis largiat͛, quod ad rationē gratiæ pertinet. Spiritus autem ſanctus amor eſt:

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimætertiæ Articulum tertium.*

Titulus de Chriſto loquitur, vt eſt verbum incarnatum, vt diſtinguitur a patre & Spirituſancto, ac ipſa Trinitate. Denotat autem obliquus caſus, auctoritatem in ipſo Chriſto: ita ꝙ ſenſus eſt, an character ſacramētalis ſit character, Chriſto vt principi configurans, ſeu conſignans characterem ipſum ſuſcipientes: ſicut character Romanus cōſignat milites Cęſari, & Gallicus regi Francorum &c.

¶ In corpore, tria ſiunt. Primo, diſtinguitur character fidelium in duo genera: ſecundo, reſpondetur quæſito: tertio, ponitur vnum corollarium.

Ar. 1. huius quæſt.

¶ Quo ad primum diſtinguitur character fidelium in characterem ad cæleſtē beatitudinē, & characterem ad militantis Eccleſię cultum. Ille eſt charitas ſeu gratia: hic eſt ſacramentalis, de quo eſt ſermo. Communio iſtorum ex communi ratione characteris declaratur. Diuerſitas autē ex diuerſitate finium ac actuum manifeſtatur in litera. Prælibauit autem auctor diſtinctionem hāc, vt clara fieret doctrina ſacræ ſcripturæ, quæ in argumentis diſcutitur, & ne nouitium ambiguum relinqueret, aut ſuſpenſum.

¶ Quo ad ſecundū, concluſio reſponſiua quæſito eſt, Character ſacramentatalis, eſt character Chriſti. Probatur, Character ſacramētalis eſt ad recipiendum & dandum ea, quæ ſunt cult⁹ chriſtiani. ergo eſt ſpecialiter, character Chriſti. Probatur cōſequentia, quia totus ritus chriſtianæ religionis deriuatur a Chriſti ſacerdotio, cui configurantur fideles.

¶ Nota hic, quàm formalis ſit doctrina Auctoris, dum de cultu chriſtianæ religionis tractans, in Chriſtum caput, non ſecundum quācumque illius conditionem, ſed ſecundum ſacerdotium reducit characterem chriſtiani cultus; ſacerdotis enim eſt principatus cuiuſque religionis tam veræ quàm falſæ.

¶ Quo ad tertium, corollarium eſt: Characteres ſacramentales ſunt participationes quædā ſacerdotii Chriſti: ex eo enim quòd character ſacramentalis eſt Chriſti ſacerdotis character, conſequens eſt, ut ſit quædam diminuta imitatio ordinata ad act⁹ ſpectantes ad Chriſti ſacerdotium: quod eſt eſſe participationem ſacerdotii Chriſti. Baptiſmali ſiquidem charactere a Chriſti ſacerdotio habet homo formaliter & eſſe membrū Chriſtianæ religionis, & eſſe capacē reliquorum ſacramentorum a Chriſti ſacerdotio deriuatorū. Et ſimile proportionaliter eſt de aliorū ſacramentorum characteribus.



unde & 1. ad Corinth. 12. dicit͛, Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem Spiritus.

Ad 2^m^ dicendum, quòd character ſacramentalis eſt res reſpectu ſacramenti exterioris, & eſt ſacramentum reſpectu ultimi effectus. et ideo dupliciter poteſt aliquid characteri attribui. Vno modo, ſecundum rationem ſacramenti, & hoc modo eſt ſignū inuiſibilis gratiæ, quæ in ſacramento confertur. Alio modo, ſecundum propriā rationem characteris: & hoc modo eſt ſignum configuratiuum alicui principali, apud quem reſidet auctoritas eius, ad quod aliquis deputatur: ſicut milites qui deputātur ad pugnam, inſigniuntur ſigno ducis, quo quodammodo ei configurantur. Et hoc modo illi, qui deputantur ad cultum Chriſtianum, cuius auctor eſt Chriſtus, characterē accipiunt, quo Chriſto configurantur: unde proprie eſt character Chriſti.

Ad 3^m^ dicendum, quòd charactere diſtinguitur aliquis ab alio per comparationem ad aliquē finē in quem ordinatur, qui characterem accipit: ſicut dictū eſt* de charactere militari, quo in ordine ad pugnam diſtinguitur miles regis a milite hoſtis. Et ſimiliter character fidelium, eſt quo diſtinguuntur fideles Chriſti a ſeruis diaboli, uel in ordine ad uitam æternā, uel in ordine ad cultum præſentis Eccleſiæ: quorum primū fit per charitatem & gratiam ut obiectio procedit, ſecundum autem fit per characterem ſacramentalem: unde & character beſtię intelligi poteſt per oppoſitum, uel obſtinata malitia, qua aliqui deputantur ad pœnam æternā, uel profeſſio illiciti cultus.

## Articvlvs IIII.

*Vtrum character ſit in potētijs animæ ſicut in ſubiecto.*

Ad qvartvm ſic procedit͛. Videtur quòd character non ſit in potentiis animæ ſicut in ſubiecto. Character enim dicitur eſſe diſpoſitio ad gratiam; ſed gratia eſt in eſſentia animæ, ſicut ī ſubiecto, ut in ſecunda parte dictum eſt.* ergo uidetur quòd character ſit in eſſentia animæ, non autem in potentiis.

P. 2. q. 110. ar. 4

¶ 2 Præt. Potentia animæ non uidetur eſſe ſubiectum alicuius, niſi habitus uel diſpoſitionis: ſed character (ut dictum eſt*) non eſt habitus uel diſpoſitio, ſed magis potentia, cuius ſubiectum nō eſt niſi eſſentia animæ. ergo uidetur quòd character non ſit, ſicut in ſubiecto in potentia animæ, ſed magis in eſſentia ipſius.

Art. 2. hui⁹ quæſt.

¶ 3 Præt. Potentiæ animæ rationalis diſtinguūtur per cognitiuas, et appetitiuas: ſed non poteſt dici ꝙ character ſit tantum in potētia cognitiua, neque etiam tātum in potentia appetitiua (quia non ordinatur, neque ad cognoſcendum tantum, neque ad appetendum) ſimiliter etiam non poteſt dici, quòd ſit in utraque, quia idem accidens nō poteſt eſſe in diuerſis ſubiectis. ergo uidetur quòd character non ſit in potētia animæ ſicut in ſubiecto, ſed magis in eſſentia.

Sed contra eſt, quòd (ſicut in præmiſſa definitione* characteris continetur) character imprimitur animæ rationali ſecundū imaginem: ſed imago Trinitatis in anima, attenditur ſecundum potentias. ergo character in potentiis animæ exiſtit.

Arti. præc. in argu. ſed contra.

Respon. Dicendum, quòd (ſicut dictum eſt*) character eſt quoddam ſignaculum, quo anima inſignitur ad ſuſcipiendum, uel aliis tradendum ea quæ ſunt diuini cultus. Diuinus autem cultus in quibuſdam actibus conſiſtit. Ad actus autem proprie ordinantur potentiæ animæ, ſicut eſſentia ordinatur ad eſſe. Et ideo character non eſt ſicut in ſubiecto in eſſentia animæ, ſed in eius potentia.

Art. præc.

Ad primvm ergo dicen-

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimætertiæ Articulum quartum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore una concluſio. Character eſt ſubiectiue in potentia animæ. Probatur: Character ē ſignaculū, quo anima inſignitur ad recipiendum uel tradēdū ea, quę ſunt cult⁹ Chriſtiani. ergo ordinatur ad actus. ergo eſt in potētia animę. Prima conſequentia (quę nō niſi implicite in litera habetur) probatur ex eo, quòd cultus diuinus ī actibus conſiſtit. Secūda autem, quia potentia animæ ordinatur ad operari, ſicut eſſentia ad eſſe.

¶ In reſponſione ad primum aduerte diſtinctionem in litera poſitā, de eo ad quod diſponit character, ſ. uel propinque uel remote, & quòd proxime diſponit ad actus Chriſtianæ religionis: remote autem diſponit ad gratiā. Et hoc probatur in litera: quia ad hoc diſponit ex conſequēti. Et tu potes addere, quia diſponere ad gratiā eſt cōmunis conditio ſibi & multis aliis: multa enim alia diſponunt ad gratiam (ut patet) & non eſt de numero propriorum ſibi.

¶ Et hæc ſi retinueris, uidebis uanum eſſe laborē Scoti in ul. q. diſtin. 6. 4. ſen procedentis ex eo, quòd diſpoſitio ad formā, numquàm eſt in poſteriori naturaliter ſuſceptiuo: hoc enim falſum eſſe conſtat de diſpoſitione, nō proxime ſed remote. Poteſt enim res quæ non niſi remote, & ex conſequenti eſt diſpoſitio ad gratiam (quæ in eſſentia animæ ponenda eſt) poni in quacumq; potentia animæ: immo etiā in membris exterioribus, huiuſmodi enim diſpoſitiones (ut in litera dicitur) non uendicant ſibi ſubiectū ex eo, ad quod remote diſpònunt, ſed ex eo ad quod proxime diſponunt.

¶ Caue hic, ne dicta de charactere intelligas dicta de ſacramētis characterē imprimentibus, & incidas in foueam, putans quòd ſacramenta huiuſmodi conferant gratiam ex conſequenti, ſintq; principaliter cauſæ characterum, & ex conſequenti gratiæ: quia character, ut in litera dicitur, non proxime, ſed ex conſequēti diſpoſitio eſt ad gratiam. Recolito ſuperius habitæ doctrinę, quòd ſcilicet gratia eſt principalis ſacramētorum effectus, & character eſt effectus ſecundarius, & perſpice non licere attribuere ſacramento conditionem characteris: cū hoc enim quòd character eſt remote & ex conſequēti diſpoſitio ad gratiam, ſtat quòd gratia ſit principalis effectus ſacramenti: tunc. n. gratia non eſſet principalis effectus ſacramenti, ſi ſolum daretur per ſacramentum, ut ſequela ad characterē: quæ phantaſia procul ſit a te: baptiſm⁹ namque eſt principaliter lauacrum regenerationis in filios dei, in membra Chriſti: & ſecundario impreſſiuus characteris, & confert gratiā ex primo principaliter, & præter hoc habet unde cōferat gratiam ex conſequēti, ſcilicet propter characterem, ita ꝙ character naturali ordine eſt effectus gratiæ, ꝑ quā aliquis fit Chriſtianus formatus: prius enim natura ē eſſe, quod ſpectat ad gratiam, quàm poſſe, quod eſt characteris: & cum hoc eſt diſpoſitio ex conſequēti ad gratiam, pro quanto ad poſſe donatum a deo, comitatur antecedēter, vel conſequenter largitio bene poſſe.

¶ Et bene nota, quòd character non ponitur diſpoſitio ad gratiam abſolute: ſed character ſecundum rationem ſuæ cauſæ, ſcilicet diuinæ largitatis, ponitur diſpoſitio ad gratiam. Diuinæ ſiquidem largitatis ratio habet, ut cui dat poſſe, de bene poſſe: hac enim ratione character ponitur diſpoſitio ad gratiam, ut patet in hac litera. Et cū hæc ſeruaueris, Durandi obiectiones in 4. diſ. 4. q. 1. ſpernes.

¶ In reſponſione ad tertium, dubium ex Scot occurrit in prædicta ultima quæſtione, ponente characterem in uoluntate: tum, quia eſt diſpoſitio ad gratiam, quæ eſt in uoluntate, quia gratia eſt idem quod charitas: tum quia ſi character eſt ſignum uel fundamentum obligationis animæ ad deū, rationabile eſt quod ponatur in illa potentia, cuius primo eſt obligare, uel eſſe rationem obligandi: talis autem eſt uoluntas, quia præciſe per actum eius aliquis ſe obligat principaliter: reliqua enim cōcurrētia ad obligationem, non ſunt niſi quædam præambula aut ſigna.

¶ Ad

¶ Ad hoc dicitur, quòd Auctor & inferius in ſequenti articulo in reſponſione ad ſecundum, probat characterem non eſſe in uoluntate: quia character eſt uis inſtrumentalis: ac per hoc conſiſtit in moueri ab alio: uoluntatis uero, eſt mouere ſeipſam ad operandum. diſſonat igitur conditio characteris a conditione uoluntatis. Et hic probat characterem eſſe in intellectu: quia act⁹ ad quos proxime diſponit, ſcilicet recipere uel tradere ea, quæ ſunt Chriſtiani cultus, ſunt quædā fidei proteſtationes. Vnde ad primā Scoti obiectionem non oportet aliter reſpōdere: quia iam dictum eſt, quòd characteri non aſſignatur ſubiectum, ex eo quòd eſt diſpoſitio ad gratiam: quia remote ad eam diſponit.

¶ Ad ſecundum autem dicitur primo, quòd conditionalis aſſumpta eſt falſa: quia non eſt neceſſaria, quia cum ueritate antecedentis ſtat quòd character ſit ī illa potentia cuius ſunt primo act⁹ operationis, ad quas character obligat, & nō in potentia, quæ eſt primo obligatiua. Dicitur ſecundo, quòd antecedēs poteſt dupliciter intelligi, quòd character ſit obligatiuus uel proxime, uel ex conſequenti. Et quòd character per ſe & proxime, non eſt quid obligatiuū, ſed profeſſiuū Chriſtiani cultus & fidei, & propter huiuſmodi profeſſionē obligat, quod eſt ex conſequenti obligare: character enim in anima monſtrat animam Chriſtianæ religionis, ac per hoc obligatam Chriſto, & non econtra: ſicut character militaris monſtrat militem romanum, & ideo obligatum Cæſari. Argumentum autē utitur antecedente in primo ſenſu. in quo etiam, ut prima teſtatur reſponſio, falſam conſtituit conditionalem.

¶ Circa eandem reſponſionem dubium aliud occurrit, de ratione aſſignata in litera, ſcilicet quia diuinus cultus eſt quædā fidei proteſtatio per exteriora ſigna, ideo character eſt in intellectu, in quo eſt fides. Si enim characteri aſſignandum eſt ſubiectum ex cultu diuino, ad quem proxime diſponit, conſequens eſt ut ſubiectum eius ſit illudmet quod eſt ſubiectum proprii & proximi principii ipſius cultus, magis quàm illud quod eſt ſubiectū principii communis & remoti eiuſdem cultus: ſed proprium proximumque cultus dei principium eſt religionis uirtus, quæ eſt in uoluntate. ergo character, qui potentia eſt ad recipiendum, uel tradendum ea quæ ſunt cultus, eſt in uoluntate, & non in intellectu, in quo eſt fides, quæ remotum eſt principium cultus, quia mediante religione, & commune, quia fides operatur mediate ea quæ ſunt multarum uirtutū: puta ſpei, charitatis, religionis, &c.

¶ Ad hoc dicitur, quòd characterem conuenire in ſubiecto cum fide magis quam cum religione, ex duobus ſumi poteſt. Primo ex eo, quòd tam fides quàm character inter principia religionis computatur: uniuerſa namque religio filia eſt fidei, & quædam fidei proteſtatio: ex religione namque profitetur quilibet fidem ſuam. Character quoq; cum potentia ſit actiua uel paſſiua actuū religionis, principii rationem habet. ſecundo ex eo, quòd tam fides quàm character reſpicit diuinum cultum, ſecūdum id quod eſt: religio autem reſpicit diuinum cultum ſecundum rationem boni. eſt enim religio uirtus moralis cuius eſt reddere hominem bonum, & eius opus bonum efficere: fide enim & charactere homo poteſt in actus religionis: religione autem homo bene ſe habet ad illos. Et hinc fit, ut character reſpiciat Chriſtianū cultū, ut profeſſio quædam fidei eſt, & non ut bene uel male fit, & propterea ad fidei ſubiectum accedit, & non ſpectat ad ſubiectum religionis.

¶ Ad obiectionem autem in oppoſitū, dicitur, quòd propoſitio illa: ſi characteri debetur ſubiectū ratione cultus, debet potius poni in ſubiecto principii proximi ipſius cultus, quàm principii remoti eiuſdem, uera forte eſt ceteris paribus: ſed hic non ſunt cetera paria, quia cultus reſpicitur a principio proximo, prout bene uel male fit, a qua ratione lōge eſt character, a principio uero remoto reſpicitur ſecundum id quod eſt, in qua ratione cōuenit character cum fide, quæ eſt principium remotum, & cōmune. Et propterea nō ſequitur, characterem eſſe in uoluntate, in qua eſt religio: ſed cōcluditur oppoſitum, ſcilicet eſſe in intellectu, in quo eſt fides.

¶ Circa eādem reſponſionem dubium ex Durādo in 4. ſen. diſt. 4. q. 1. occurrit, de ſubiecto characteris, quòd ſit potentia exequutiua: quia uirtus perficiens nō ad cognoſcendū nec ad appetendum, ſed ad exequendum, debet poni nec in intellectu, nec in uoluntate, ſed in potentia exequutiua: character autem eſt huiuſmodi, ut patet. ergo.

¶ Ad hoc dicitur, quòd characterem eſſe in alia potentia quàm intellectus uel uoluntatis, eſt impoſſibile: quia quælibet alia potentia eſt in compoſito: character autem eſt in anima intellectiua: quod ex eo patet, quòd eſt perpetuus, remanens in anima ſeparata: in cuius ſignum ſi baptizatus aut ordinatus reſurgeret, non rebaptizaretur aut reordinaretur.

¶ Ad obiectionem autem dicitur, quòd licet maior ſit uera de uirtute ſeu habitu, non tamen eſt uera de potentia: character autē non eſt uirtus aut habitus, ſed potentia. licet enim habitus in parte intellectiua ſit ad cognoſcendum uel appetendum: potentia tamen oppoſita ad neutrum eſſe poteſt, immo debet: quoniam intellectus ipſe ſufficit pro potentia ad intelligendum & uoluntas pro potentia ad appetendum, Quocirca cum character ſit potentia in parte ſuperiori animæ ad recipiendum, uel tradendum cultum proteſtantem fidem, rationabiliter ponitur in ſubiecto fidei, ut in litera dicitur.

dum, quòd ſubiectum alicui accidenti attribuitur ſecundum rationem eius ad quod propinque diſponit: non autem ſecundum rationem eius, ad quod diſponit remote uel indirecte. Character autem directe quidem, & propinque diſponit animam ad ea, quæ ſunt diuini cultus exequenda, & quia hæc idonee non fiunt ſine auxilio gratiæ (quia ut dicitur Ioan. 4. Eos qui adorant deum, in ſpiritu & ueritate adorare oportet) ex conſequenti diuina largitas recipientibus characterem, largitur gratiam, per quā digne impleant ea, ad quæ deputantur. Et ideo characteri magis eſt attribuendum ſubiectum, ſecundum rationem actuum ad diuinum cultum pertinentium, quàm ſecundum rationem gratiæ.

Ad 2^m dicendum, quòd eſſentia animæ eſt ſubiectum potentiæ naturalis, quæ ex principijs eſſentiæ procedit, talis autem potētia non eſt character: ſed eſt quædam ſpiritualis potentia, ab extrinſeco adueniens: unde ſicut eſſentia animæ, per quam eſt naturalis uita hominis, perficitur per gratiam, qua anima ſpiritualiter uiuit: ita potentia naturalis animæ perficitur per ſpiritualem potētiam, quæ eſt character. Habitus enim & diſpoſitio pertinent ad potentiam animæ: eo quòd ordinantur ad actus, quorū potentiæ ſunt principia. Et eadem ratione omne quod ad actum ordinatur, eſt potentiæ tribuendum.

Ad 3^m dicendum, quòd (ſicut dictum eſt*) character ordinatur ad ea, quæ ſunt diuini cultus. Qui quidem eſt quædam fidei proteſtatio per exteriora ſigna. Et ideo oportet, quòd character ſit in cognitiua potentia animæ, in qua eſt fides.

## Articvlvs V.

*Vtrum character inſit animæ indelebiliter.*

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur quòd character nō inſit animę indelebiliter. Quanto enim aliquod accidens eſt perfectius, tanto firmius inhæret: ſed gratia eſt perfectior quàm character: quia character ordinatur ad gratiā, ſicut ad ulteriorem finem: gratia autem amittitur per peccatum. ergo multo magis character.

¶ 2 Præte. Per characterem aliquis deputatur diuino cultui, ſicut dictum eſt.* ſed aliqui a cultu diuino tranſeunt ad contrarium cultū, per apoſtaſiam a fide. ergo uidetur, quòd tales amittant characterem ſacramentalem.

¶ 3 Præt. Ceſſante fine, ceſſare debet & id quod eſt ad finem, alioquin fruſtra remaneret: ſicut poſt reſurrectionem non erit matrimonium, quia ceſſabit generatio, ad quam ordinatur matrimoniū. Cultus autem exterior, ad quem character ordinatur, non remanebit in patria, in qua nihil agetur in figura, ſed totum in nuda ueritate. ergo character ſacramentalis nō manet in perpetuum in anima, & ita non ineſt indelebiliter.

Sed contra eſt, quòd Auguſt.* dicit in ſecundo contra Parmeniacum: non minus hærent ſacramenta chriſtiana quàm corporalis nota militię: ſed character militaris non repetitur, ſed agnitus approbatur in eo qui ueniam meretur ab imperatore poſt culpam. ergo nec character ſacramentalis deleri poteſt.

Respon. Dicendum, quòd (ſicut dictum eſt†) character ſacramentalis, eſt quædam participatio ſacerdotii Chriſti in fidelibus eius: ut ſcilicet ſicut Chriſtus habet plenam ſpiritualis ſacerdotii poteſtatem, ita fideles eius ei cōfigurentur in hoc, quòd participāt aliquam ſpiritualem poteſtatem reſpectu ſacramentorum, & eorum quæ pertinent ad diuinum cultū: & propter hoc etiam Chriſto non competit habere characterem, ſed poteſtas ſacerdotii eius comparatur ad characterem, ſicut id, quod eſt plenum & perfectum ad aliquā ſui participationem. Sacerdotium autem Chriſti eſt æternum, ſecundū illud pſal. 109. Tu es ſacerdos ī æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. Et inde eſt, quòd omnis ſanctificatio, quæ fit per ſacerdotium eius, eſt perpetua, re conſecrata manente, quod patet etiam ī rebus inanimatis: nam eccleſiæ, uel altaris manet conſecratio ſemper, niſi deſtruatur, cum igitur anima ſit ſubiectum characteris ſecūdum intellectiuam partem, in qua eſt fides, (ut dictum eſt*) manifeſtum eſt, quòd ſicut intellectus perpetuus eſt, & incorruptibilis, ita character indelebiliter manet in anima.

Ad primvm ergo dicendum, quòd aliter eſt in anima gratia, & aliter character. Nam gratia eſt in anima ſicut quædam forma habens eſſe completum in ea: character autem eſt in anima, ſicut quædam uirtus inſtrumentalis, ut ſupra † dictum eſt. Forma autem completa eſt in ſubiecto, ſecūdum conditionem ſubiecti, & quia anima eſt mutabilis ſecundum liberū arbitrium, quādiu eſt in ſtatu uiæ, conſequens eſt quòd gratia inſit animæ mutabiliter: ſed uirtus inſtrumentalis magis attenditur ſecundum conditionem principalis agentis, & ideo character indelebiliter ineſt animæ, non propter ſui perfectionem, ſed propter perfectionem ſacerdotii Chriſti, a quo deriuatur character, ſicut quædam inſtrumentalis uirtus.

Ad 2^m dicendum, quòd ſicut* Auguſtinus dicit ibidem, nec ipſos apoſtatas uidemus carere baptiſmate: quibus utique per pœnitentiam redeuntibus non reſtituitur, & ideo amitti non poſſe iudicatur. et huius ratio eſt: quia character eſt uirtus inſtrumentalis, ut † dictum eſt. Ratio autem inſtrumenti cōſiſtit in hoc, quòd ab alio moueatur: non autē in hoc quòd ipſum ſe moueat, quod pertinet ad uoluntatem. Et ideo, quantumcumque uoluntas moueatur in cōtrarium, character non remouetur propter immobilitatem principalis mouentis.

Ad 3^m dicendum, quòd quamuis poſt hanc uitam non remaneat exterior cultus: remanet tamen finis illius cultus, & ideo poſt hanc uitam remanet character, & in bonis ad eorum gloriam, & in malis ad eorum ignominiam: ſicut etiā militaris character remanet in militibus poſt adeptam uictoriam, & in his, qui uicerunt, ad gloriam, & in his qui ſunt uicti, ad pœnam.

## Articvlvs VI.

*Vtrum per omnia ſacramenta nouæ legis imprimatur character.*

Ad sextvm ſic proceditur. Videtur, quòd per omnia ſacramenta nouæ legis imprimatur character. Per omnia enim ſacramenta nouæ legis, fit aliquis particeps ſacerdotii Chriſti: ſed character ſacramentalis nihil eſt aliud

¶ Super Quæſtionis ſexageſimætertiæ Articulum quintum.

In titulo aduerte, quod ly indelebiliter pōt dupliciter accipi, uel per negationem omnis potentiæ etiam logicæ, ad deletionem, & ſic eſſet ſenſus, an character inſit indelebiliter, ita quòd implicet contradictionem ipſum deleri, et ſic ſenſus procul eſt ab intento: poteſt enim a deo deleri, deſinendo conſeruare ipſum: uel per negationem propriæ ſeu proximæ naturalis potentiæ ad deletionem, & hic ſenſus eſt intentus: non enim quærimus quid poſſit deus facere, ſed quid ſuapte natura conueniat characteri.

¶ In corpore eſt una concluſio: Character indelebiliter manet in anima. Probatur: Omnis ſanctificatio, quæ fit per ſacerdotiū Chriſti, eſt perpetua re conſecrata manente: ſed character ſacramentalis eſt quædam participatio ſacerdotii Chriſti æterni, in eius fidelibus ſecundum animæ partē incorruptibilē. ergo character īdelebiliter manet in anima. Maior & probatur & declaratur. Probatur quidem: quia ſacerdotium Chriſti eſt ęternum, ut patet auctoritate ſcripturæ. Declaratur uero ex eo, quòd res inanimatæ conſecratæ a miniſtris ſacerdotii Chriſti, retinent conſecrationē, quamdiu ſūt, ut patet in Eccleſiis, calicibus, &c. Minor uero quoad primam partem, declaratur ex duobus. Primo, ex proportionalitate Chriſti ſecundum plenā ſacerdotii poteſtatem, & fideliū eius ſecundum aliquam poteſtatem reſpectu ſacramentorum, & cultus, &c. Secundo, ex hoc, quòd Chriſto non conuenit habere characterem. Quoad ſecundam autem partem, ſcilicet æterni, non oportet aliter probari. Quo ad tertiā uero probatur ex eo, quòd anima eſt ſubiectum characteris ſecundū intellectum.

¶ Aduerte hic, quòd in minori propoſitione appoſuimus ly æterni, propterea quia character habet rationē uis inſtrumentalis. Conſtat n. quòd niſi principale agens ſit æternū, impoſſibile eſt ponere inſtrumētalem eius uirtutem perpetuam.

¶ Aduerte ſecūdo ly re conſecrata manēte: quoniā inde apparet reſponſio ad Scotum, in 4. ſent. diſt. 6 qu. 9. obiicientem ex indelebilitate characteris negationē uirtutis ſupernaturalis in ſacramentis: quia uirtus illa numquā poſſet corrumpi eodem modo, quo characterem indelebilē Thomas ponit. Reſpondemus ſiquidē, quòd uirtus in ſacramentis exiſtens manet quamdiu ſacramētum manet, ſicut & character durat, quamdiu anima durat: durante ſiquidē ſacramento durat & uirtus illa. Et ſicut ſi ceſſaret eſſe anima, deſineret & eius character, ita ceſſante ſacramento, ceſſat uirtus in illo. Et quoniam conſtat, ſacramenta omnia paululū durare, utpote habentia uerba pro formis, ideo mirū non eſt ſi ſpirituales uirtutes eorum crebro eſſe deſinunt.

¶ In reſponſione ad primum, aduerte rationem Auctoris, ex philoſophia non ſolum principia, ſed teſtimonium ad ſenſum habere. Videmus enim motum cæleſtem durationem ex parte motus ſortiri: tantiq; ſit huiuſmodi rerum (quarum eſſe conſiſtit in fieri) duratio ex parte agentis, ut negantes cōſeruari permanētes res manu Creatoris, concedant huiuſmodi res imperfectas poſſe perpetuari ab agente perpetuo, ut Auer. in 12. Metaph. teſtatur. Et habes in hac litera aliā rationem radicalem huius differentiæ, inter formam habentē eſſe completū & formam, quæ eſt uis inſtrumentalis, quia. ſ. illa quaſi fixa in ſubiecto, ſequitur conditionē ſubiecti: iſta uero quaſi defluxus quidam agentis illius ſequitur conditionem.

¶ Super quæſtionis ſexageſimætertiæ Articulum ſextum.

Titulus clar⁹ eſt. ¶ In corpore una concluſio: Per tria ſacramenta tantum imprimitur character. Hæc cōcluſio quo ad exponentem negatiuam implicite ponitur in litera. Et ſecundum ſe totam in litera implicite probatur, præſupponendo ſupradicta de charactere. ſ. quod ē potentia ad recipiendū uel tradendū ea, quę ſunt diuini cultus. Ex hoc enim ſuppoſito principio procedit Auctor, quaſi ſubſumendo, quædā ſacramenta nō ſpectare directe ad nouum cultū diuinū, aut non ordinare ad recipiendum uel tradendum: ac per hoc in his non imprimi characterē: unde diſtinguit ī primis Auctor duos ſacramentorum fines. ſ. remedium peccati, & diuinū cultum. Et in primo omnia dicit conuenire: in ſecundo autem non, quod probat de ſacramento pœnitentiæ: ſub diſtinguit deinde in tria mēbra ſacramēta ordinata ad ſecundū finē, & excluſo uno eorū. ſ. Euchariſtiæ, cōcludit, reliqua duo genera imprimere characterem. Et clare patet proceſſus in litera.

¶ Aduerte hic, quòd circa euchariſtię ſacramentum poſſunt duo conſide-

In corp. ar.

4 di. 4. q. 1. ar. 3. q. 4. ad Ro. 7.

Art. 1. & 2. huius q.

Ar. 2

Lib. 1. contra Donat. parū a princ. to. 7.

In ſolutione præc.

Infra q. 72. arti. 5. Et 4. d. 4. q. 1. ar. 4. q. 2. & 3. Et q. 3. ar. 2 q. 3. Et d. 7. q. 2. ar. 1. q. 1. & q. 3. ar. 3. q. 3. Et di. 23. q. 1. ar. 2. q. 3

*Ar.3.& 5. huius q.

conſiderari, ſcilicet ipſum ſacramẽtum (quod nihil aliud ẽ quàm actio ſacramẽtalis conſiſtens in cõſecratione materiæ) & poteſt conſiderari uſus ſacramẽti, quo Euchariſtia percipitur a nobis. Et de primo quidem, an imprimat characterem, ſub quæſtione cadere non poteſt: quia actio illa nihil ponit in animabus noſtris: ſed ad materiam exteriorem terminatur. De ſecũdo autem Auctor loquitur, reddens rationẽ quare non imprimit nobis characterem, & cum hoc magnificans ipſum, quod cõtinet Chriſtum, in quo eſt fons omniũ characterum.

Quæſt. præced. ar. 1.

quàm participatio ſacerdotii Chriſti, * ut dictum eſt. ergo uidetur ꝙ per omnia ſacramenta nouæ legis imprimatur character.

¶ 2 Præt. Character ſe habet ad animam in qua eſt, ſicut conſecratio ad res conſecratas: ſed per quodlibet ſacramẽtum nouæ legis homo recipit gratiam ſanctificantem, † ut ſupra dictum eſt. ergo uidetur quòd per quodlibet ſacramentum nouę legis, imprimatur character.

¶ 3 Præt. Character eſt res & ſacramentum. In quolibet autem ſacramento nouę legis eſt aliquid quod eſt res tantum, & aliquid quod eſt ſacramentum tantum, & aliquid quod eſt res & ſacramentum. ergo per quodlibet ſacramentum nouæ legis imprimitur character.

Sed contra eſt, ꝙ ſacramẽta in quibus imprimitur character non reiterãtur, eo quòd character eſt indelebilis, † ut dictum eſt: quędam autem ſacramenta iterantur, ſicut patet de pœnitentia & matrimonio. ergo non omnia ſacramenta imprimunt characterem.

Quæſt. 62. art. 1. & 5

Respon. dicendũ, ꝙ (* ſicut ſupra dictum eſt) ſacramenta nouæ legis ad duo ordinantur: ſcilicet in remedium peccati, & ad cultum diuinum. Eſt autem omnibus ſacramentis commune, quòd per ea exhibetur aliquod remedium contra peccatum, per hoc quòd gratiam conferunt: non autem omnia ſacramenta ordinantur directe ad diuinum cultum: ſicut patet de pœnitentia, per quam homo liberatur a peccato: non autem per hoc ſacramentum, exhibetur homini aliquid de nouo, pertinẽs ad diuinum cultum, ſed reſtituitur in ſtatum priſtinum. Pertinet autem aliquod ſacramẽtum ad diuinum cultum tripliciter: uno modo, per modum ipſius actionis: alio modo, per modum agentis: tertio modo, per modum recipientis. Per modum quidem ipſius actionis pertinet ad diuinum cultũ euchariſtia, in qua principaliter diuinus cultus conſiſtit, inquantum eſt eccleſiæ ſacrificium: & per hoc idẽ ſacramentum nõ imprimitur homini character: quia per hoc ſacramentum nõ ordinatur homo ad aliquid aliud ulterius agendum, uel recipiendum in ſacramẽtis, cum potius ſit finis & conſumatio omnium ſacramentorum, ut † Diony. dicit 3. c. Eccleſ. hierar: continet tamen in ſe ipſum Chriſtum, in quo non eſt character: ſed tota ſacerdotii plenitudo. Sed ad agentes in ſacramentis, pertinet ſacramentum ordinis: quia per hoc ſacramentum deputantur homines ad ſacramenta aliis tradenda: ſed ad recipientes pertinet ſacramentum baptiſmi: quia per ipſum homo accipit poteſtatẽ recipiendi alia eccleſiæ ſacramenta. unde baptiſmus dicitur eſſe ianua omnium ſacramentorum. Ad idem etiam ordinatur quodammodo confirmatio, ut infra ſuo loco dicetur. † & ideo per hæc tria ſacramẽta character imprimitur, ſcilicet per baptiſmum, confirmationem, & ordinem.

Cap. 3. eccl. hierar. circa prin. illius.

Q. 72. ar. 5.

Ad primvm ergo dicendum, quòd per omnia ſacramenta fit homo particeps ſacerdotii Chriſti, utpote percipiens aliquem effectum eius: non tamen per omnia ſacramenta aliquis deputatur ad agendum aliquid uel recipiendum, quod pertineat ad cultum ſa-

F cerdotij Chriſti: quod quidem exigitur ad hoc, quòd ſacramentum characterem imprimat.

Ad 2m dicendum, quòd per omnia ſacramenta ſanctificatur homo, ſecundum quòd ſanctitas importat munditiam a peccato, quæ fit per gratiam: ſed ſpecialiter per quædam ſacramenta, quæ characterem imprimunt, homo ſanctificatur quadam conſecratione, utpote deputatus ad diuinum cultum: ſicut etiam res inanimatæ ſanctificari dicuntur, inquantum diuino cultui deputantur.

Ad 3m dicendum, quòd licet character ſit res & ſacramentum, nõ tamen oportet omne id, quod eſt res & ſacramentum, eſſe characterem: quid autem ſit res & ſacramentum, in aliis ſacramentis infra* dicetur.

G

## QVAESTIO LXIIII.

*De cauſa ſacramentorum, in decem articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandum eſt de cauſa ſacramentorum, ſiue per auctoritatem, ſiue per miniſterium.

H Et circa hoc quæruntur decẽ.

¶ Primo, Vtrum ſolus deus interius operetur in ſacramentis.
¶ Secundo, Vtrum inſtitutio ſacramentorum ſit ſolum a deo.
¶ Tertio, De poteſtate, quam Chriſtus habuit in ſacramentis.
¶ Quarto, Vtrum illam poteſtatem potuerit aliis communicare.
¶ Quinto, Vtrum poteſtas miniſterii in ſacramentis, conueniat malis.
I ¶ Sexto, Vtrum mali peccent diſpenſando ſacramenta.
¶ Septimo, Vtrum angeli poſſint eſſe miniſtri ſacramentorum.
¶ Octauo, Vtrum intentio miniſtri requiratur in ſacramentis.
¶ Nono, Vtrum requiratur ibi recta fides: ita ſcilicet, quòd infidelis non poſſit tradere ſacramenta.
¶ Decimo, Vtrum requiratur ibi recta intentio.

K

### Articvlvs I.

*Vtrum ſolus deus operetur interius ad effectum ſacramenti.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd non ſolus deus, ſed etiam miniſter interius operetur ad effectum ſacramenti. Interior enim ſacramenti effectus, eſt ut homo purgetur a peccatis, & illuminetur per gratiam: ſed ad

*¶ Super Quæſtionis ſexageſimæquartæ Articulũ primum.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore una ponitur diſtinctio bimembris cum duabus concluſionibus ſingulis, iuxta ſingula membra. diſtinctio eſt: Operari effectum contingit uel per modũ principalis agentis, uel per modum inſtrumenti. Prima concluſio eſt, ſolus deus primo modo operatur effectum interiorem ſacramenti. Et probatur dupliciter, ut patet clare in litera. Secunda uero concluſio eſt: Homo poteſt operari ad interiorem effectum ſacramenti ſecundo modo. Et probatur: quia miniſter habet rationem inſtrumenti, &c.

¶ Aduerte hic, quòd cum in litera dicitur, Solus deus eſt cauſa gratiæ, intelligas de cauſa principali: quoniam de illa eſt ſermo in prima concluſione, pro qua hoc dicitur, & ſuperius determinatum eſt ſacramenta cauſare inſtrumentaliter gratiam. Et hic in ſecunda concluſione dicitur, hominem miniſterialiter cauſare interiorem effectum ſacramenti eadem ratione, qua ſacramentũ eſt cauſa gratiæ: quoniam miniſtro utitur deus, ſicut & ſacramentali locutione, ut inſtrumento ad cauſandum interiorem effectum ſacramenti. Immo una eademque uis inſtrumẽtalis perfecta eſt in ſacramento & miniſtro: ſicut in uerbis & rebus, ea ratione: quia miniſter nõ niſi ut neceſſario requiſitus ad perfectionem ſacramenti cõcurrit. Omnibus autẽ requiſitis ad perfectionem ſacramenti, utitur principale agens (quod eſt deus) ut partialibus concurrentibus ad perficiendum ſacramentum unũ: quod eſt uti eis ut partialibus concurrẽtibus ad perfectionem inſtrumenti unius: in uno uero inſtrumento, quotcumque requirat partialia, una eademque perfecta uirtus inſtrumentalis ponenda eſt.

¶ In reſponſione ad ſecundum, dubium occurrit, an gratiæ intenſior gradus cõprehendatur ſub annexis, quæ per deuotionem miniſtri impetrari poſſunt recipienti ſacramentũ. Et eſt ratio dubii: quia ſi comprehenditur ſub annexis, ſequitur præcedentia uerba literæ (ſcilicet effectus ſacramenti non datur melior per meliorẽ miniſtrum) eſſe falſa: quoniam ſi ex deuotione miniſtri, intenſior gratia daretur baptizato, uel abſoluto, conſtat ꝙ melior effectus daretur per meliorem miniſtrum, cum gratia ipſa ſit effectus ſacramenti. In oppoſitũ autem eſt, quòd nulla ratio apparet, quare alia dona dei poſſunt habere rationem annexi impetrabilis per deuotionem miniſtri, & maioritas gratiæ non poſſit habere rationem annexi huiuſmodi. Poteſt enim deuotus miniſter hoc ſicut & alia, a diuinæ miſericordiæ largitate impetrare.

¶ Ad hoc dicitur, quòd cum miniſter ſacramenti non fit deterioris conditionis miniſtrando ſacramentum, quàm ſi non miniſtraret, et ſimiliter recipiens non fit ex receptione deterioris conditiõis, nec diuina largitas ex hoc quòd impendit ſacramentum arctetur, conſequens eſt, ut poſſit miniſter impetrare maiorem gratiam recipienti ſacramentum, quàm ſit illa quæ regulariter per ſacramentum datur, aut quæ illi ſecluſa miniſtri deuotione daretur, ſicut poſſet eandem maiorem gratiam extra miniſteriũ ſacramẽti impetrare, ac per hoc maioritas gratiæ poteſt habere rationem annexi impetrabilis ex miniſtri deuotione. Nec propterea ſequitur, quòd maior ſeu melior effectus ſacramẽti detur per meliorẽ miniſtrum: quoniã maioritas illa impetrata non haberet rationem effectus ſacramenti, ſed rationem annexi effectui ſacramenti, & eſſet effectus a ſolo deo concomitanter ad ſacramentum, impetratus ex deuotione miniſtri.

In materia cuiuſq. in ſpeciali.



miniſtros eccleſiæ pertinet purgare, illuminare & perficere, ut patet per Dionyſi.* in 5. c. Cæle. hierar. ergo uidetur quòd non ſolus deus, ſed etiam miniſtri eccleſiæ interius operentur ad ſacramenti effectum,

¶ 2 Præt. In collatione ſacramentorum, quædam orationum ſuffragia proponuntur: ſed orationes iuſtorum ſunt magis apud deum exaudibiles, quàm quorumcumque, ſecundum illud Ioan. 9. Si quis dei cultor eſt, & uoluntatem eius facit, hunc deus exaudit. ergo uidetur quòd maiorem effectum ſacramenti conſequatur ille, qui recipit ipſum a bono miniſtro. ſic ergo & miniſter aliquid operatur ad interiorem effectum, & non ſolus deus.

¶ 3 Præt. Dignior eſt homo, quàm res inanimata: ſed res inanimata aliquid operatur ad interiorem effectum: nam aqua corpus tangit, & cor abluit, ut Auguſt.* dicit ſuper Io. ergo homo aliquid operatur ad interiorem effectum ſacramenti, & non ſolus deus.

Sed contra eſt, quòd dicitur Roma. 8. deus eſt qui iuſtificat. Cum ergo interior effectus omnium ſacramentorum ſit iuſtificatio, uidetur quòd ſolus deus operetur interiorẽm effectũ ſacramẽti.

Respon. Dicendum, quòd operari aliquem effectum, contingit dupliciter, uno modo per modum principalis agentis: alio modo per modum inſtrumenti. Primo igitur modo, ſolus deus operatur interiorem effectum ſacramenti: tum, quia ſolus deus illabitur animæ, in qua ſacramenti effectus exiſtit, ubi non eſt: tum, quia gratia quæ eſt interior ſacramenti effectus, [d] eſt a ſolo deo, ut in ſecunda parte dictum eſt.* Character etiã, qui eſt interior quorundam ſacramentorum effectus, eſt uirtus inſtrumentalis, quæ manat a principali agente, quod eſt deus: ſecundo autem modo, homo poteſt operari ad interiorem effectum ſacramenti, inquantum operatur per modum miniſtri. nam eadem ratio eſt miniſtri et inſtrumẽti: utriuſque enim actio exterius adhibetur: ſed ſortitur effectum interiorem ex uirtute principalis agentis, quod eſt deus.

Ad primvm ergo dicendum, quòd purgatio, ſecundum quòd attribuitur miniſtris eccleſię non eſt a peccato: ſed dicũtur diaconi purgare, inquantum uel im-

A mundos eiiciunt a cœtu fidelium: uel eos ſacris admonitionibus diſponunt ad ſacramentorum receptionem. Similiter etiam ſacerdotes illuminare dicuntur ſacrum populum: non quidem gratiam infundendo, ſed ſacramenta gratiæ tradendo, ut patet per Dionyſius.* ibidem.

Ad 2m dicendum, quòd orationes quæ dicuntur in ſacramentorũ collatione proponuntur deo, non ex parte ſingularis perſonæ, ſeu ex parte totius eccleſiæ, cuius B preces ſunt apud deum exaudibiles, ſecundum illud Matth. 18. ſi duo ex uobis cõſenſerint ſuper terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis a patre meo. Nihil tamen prohibet, quin deuotio uiri iuſti, ad hoc aliquid operetur: illud tamen quod eſt ſacramenti effectus, non impetratur oratione eccleſiæ uel miniſtri, ſed ex merito paſſionis Chriſti, cuius uirtus operatur in ſacramentis, ut dictũ eſt.* unde effectus ſacramenti non datur melior per meliorem miniſtrũ. C Aliquid tamen annexum impetrari poteſt recipienti ſacramentum, per deuotionem miniſtri: nec tamẽ miniſter illud operatur, ſed impetrat operandum a deo.

Ad 3m dicendum, quòd res inanimatæ non operantur aliquid ad interiorem effectum, niſi inſtrumẽtaliter, ut dictum eſt.* Et ſimiliter homines non operantur ad ſacramentorum effectum, niſi per modum miniſterii, ut dictum eſt.

D

### Articvlvs II.

*Vtrum ſacramenta ſint ſolum ex inſtitutione diuina.*

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur quòd ſacramenta non ſint ſolum ex inſtitutione diuina. Ea enim quæ ſunt diuinitus inſtituta, traduntur nobis in ſacra ſcriptura: ſed quædam aguntur in ſacramentis; de quibus nulla fit mentio in ſacra ſcriptura, puta de criſmate quo homines confirmantur, & de E oleo, quo ſacerdotes inunguntur, et de multis aliis tam uerbis quàm factis, quibus utimur in ſacramentis. non ergo ſacramenta ſunt ſolũ ex inſtitutione diuina.

¶ 3 Præt. Sacramenta ſunt quædam ſigna: res autem ſenſibiles naturaliter quædam ſignificant, nec poteſt dici ꝙ deus quibuſdã ſignificationibus delectetur, & non aliis: quia ipſe omnia quæ fecit approbat.

Loco citato in arg.

Q. 62. ar. 4.

*¶ Super Quæſtionis ſexageſimæquartæ Articulum ſecundum.*

Titulus clarus eſt. — In corp. ar. Ibid.

¶ In corpore una concluſio: ſolus deus eſt ſacramentorum inſtitutor. Probatur: Virtus ſacramenti eſt ab inſtitutore ſacramenti: ſed uirtus ſacramẽti eſt a ſolo deo. ergo ſolus deus eſt ſacramẽtorũ inſtitutor. Maior probatur: Inſtrumentum habet uirtutem a principali agente: ſacramentũ eſt inſtrumentum ad ſpirituales effectus, & principale agens reſpectu ſacramenti, non eſt utens tãtum ſacramento, ſed inſtituens ipſum. ergo uirtus ſacramẽti eſt ab inſtituente ipſo. Proceſſus totus eſt clarus. Et ſecunda pars minoris iſtius proſyllogiſmi declaratur in litera, diſtinguendo duplex agẽs reſpectu ſacramenti, & ex excluſione unius membri. ſ. agẽtis per modum utentis infertur reliquũ, ſcilicet

4. diſ. 3. q. 1. artic. 2. q. 2. cor. Et diſ. 5. q. 1. ar. 1

ſcilicet agens inſtituẽdo, eſſe agẽs principale: ac per hoc a quo eſt uirtus ſacramenti.

Lib. 21. c. 6. parum ante med. to. 5

¶ Nota hic, quòd hæc ratio directe, & formaliter licet non æſtimetur a negantibus uirtutes in ſacramentis: æquiualenter tamen hæc ratio omnes conuincit, confitentes ſacramenta conferre gratiam ſiue per uirtutem in eis, ſiue per diuinam aſſiſtentiã ſolam: quoniã par eſt ratio de uirtute inſtrumẽti, ſi ponat̃ uis aliqua in eo, & ſi ponat̃ abſq; hmõi ui efficax: quia efficacia inſtrumenti ad huiuſmodi ſpiritualem effectũ non niſi a deo, non niſi ab inſtituente ſignum illud eſſe poteſt: quãdoquidem a miniſtro utente ſolum, conſtat eſſe non poſſe: quia miniſter tantum eſt, ut in litera dicitur.

Art. præ. Et q. 62. art. 1. & 5.

Art. præce.

Hoc autem proprium uidetur eſſe dæmonum, ut quibuſdam ſignis ad aliquid alliciantur: dicit enim Auguſt.* 21. de Ciuitat. dei: illiciuntur dæmones p creaturas, quas non ipſi, ſed deus condidit, delectabilibꝰ pro ſua diuerſitate diuerſis, non ut animalia cibis, ſed ut ſpiritus ſignis. non ergo uidetur quòd ſacramenta indigeant eſſe ex inſtitutione diuina.

¶ 3 Præt. Apoſtoli uicem dei geſſerunt in terris: unde Apoſtolus dicit ſecundæ ad Corinthios. 2. nã & ego quod donaui, ſi quid donaui propter uos in perſona Chriſti, ideſt ac ſi ipſe Chriſtus donaſſet. ſic ergo uidetur quòd Apoſtoli & eorum ſucceſſores poſſint noua ſacramenta inſtituere.

Sed contra eſt, quòd ille inſtituit aliquid, qui dat ei robur & uirtutem, ſicut patet de inſtitutoribus legum: ſed uirtus ſacramẽti eſt a ſolo deo, ut patet † ex prędictis. ergo ſolus deus poteſt inſtituere ſacramentum.

Respon. Dicendum, quòd (ſicut ex ſupra dictis patet†) ſacramenta inſtrumentaliter operantur ad ſpirituales effectus: inſtrumentum autem habet uirtutem a principali agente. Agens autem reſpectu ſacramenti eſt duplex, ſcilicet inſtituens ſacramentũ, & utens ſacramento inſtituto, applicando ſcilicet ipſum ad inducendum effectum. Virtus autem ſacramenti non poteſt eſſe ab eo, qui utitur ſacramento: quia non operatur niſi per modum miniſterii: unde relinquitur, quòd uirtus ſacramenti ſit ab eo, qui inſtituit ſacramentum. cum igitur uirtus ſacramenti ſit a ſolo deo, conſequens eſt quòd ſolus deus ſit ſacramẽtorum inſtitutor.

Ad primum ergo dicendum, quòd illa, quæ aguntur in ſacramentis per homines inſtituta, non ſunt de neceſſitate ſacramenti: ſed ad quandam ſolennitatem, quæ adhibetur ſacramentis, ad excitandam deuotionem & reuerentiam in his, qui ſacramenta ſuſcipiunt. Ea uero, quæ ſunt de neceſſitate ſacramenti, ab ipſo Chriſto inſtituta ſunt, qui eſt deus & homo. et licet non ſint omnia tradita in ſcripturis, habet tamen ea eccleſia ex familiari Apoſtolorum traditione: ſicut apoſtolus dicit primæ ad Cor. 11. Cetera cum uenero, diſponam.

Ad 2^m dicendum, quòd res ſenſibiles aptitudinem quandam habent ad ſignificandũ ſpirituales effectus ex ſui natura: ſed iſta aptitudo determinatur ad ſpecialem ſignificationem ex inſtitutione diuina. et hoc eſt quod Hugo,* de ſancto Vic. dicit, quòd ſacramentũ ex inſtitutione ſignificat. Præelegit tamen deus quaſdam res aliis ad ſignificationes ſacramentales, nõ quia ad eas contrahatur eius* effectus, ſed ut ſit conuenientior ſignificatio.

Lib. 1. de ſacra. p. 9. c. 2.

* Alias affectus.

Ad 3^m dicendum, quòd apoſtoli, & eorum ſucceſſores, ſunt uicarii dei, quantum ad regimen eccleſiæ, conſtitutæ per fidem & fidei ſacramenta: unde ſicut non licet eis conſtituere aliam eccleſiam, ita non licet eis tradere aliam fidem, neque inſtituere alia

F ſacramenta: ſed per ſacramenta, quæ de latere Chriſti pendentis in cruce fluxerunt, dicitur eſſe fabricata eccleſia Chriſti.

## Articvlvs III.

*Vtrum Chriſtus, ſecundum quòd homo, habuerit poteſtatem operandi interiorem effectum ſacramentorum.*

G Ad tertium ſic procedit̃. Videtur quòd Chriſtus, ſecundũ quòd homo, habuerit poteſtatem operandi interiorem effectum ſacramentorum. Dicit enim Ioan. Baptiſta, ut habetur Ioan. 1. Qui me miſit baptizare in aqua, ille mihi dixit: ſuper quem uideris Spiritum deſcendentem & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spirituſancto: ſed baptizare in Spirituſancto eſt interius gratiam Spirituſſancti conferre.

H Spirituſſanctus autem deſcẽdit ſuper Chriſtum, inquantum homo, non inquantum deus: quia ſic ipſe dat Spiritumſanctum. ergo uidetur quòd Chriſtus ſecũdum quòd homo, habuerit poteſtatem, interiorem effectum ſacramentorum cauſandi.

¶ 2 Præt. Matth. 9. Dominus dicit, Sciatis quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata: ſed remiſſio peccatorum eſt interior effectus ſacramenti. ergo uidetur quòd Chriſtus, ſecundum quòd homo, in-

I teriorem effectum ſacramentorum operetur.

¶ 3 Præter. Inſtitutio ſacramentorum pertinet ad eum, qui tamquam principale agens operatur ad interiorem ſacramẽti effectum: manifeſtum eſt autem, quòd Chriſtus ſacramenta inſtituit. ergo ipſe eſt, qui interius operatur ſacramentorum effectum.

¶ 4 Præter. Nullus poteſt ſine ſacramento effectum ſacramenti cõferre, niſi propria uirtute ſacramenti effectum operetur: ſed Chri-

K ſtus ſine ſacramento contulit ſacramenti effectum, ut patet in Magdalena, cui dixit, Dimittuntur tibi peccata. ergo uidetur quòd Chriſtus, ſecundum quòd homo, operetur interiorem ſacramenti effectum.

¶ 5 Præt. Illud, in cuius uirtute ſacramentum operatur, eſt principale agens ad interiorem effectum: ſed ſacramenta habent uirtutem ex paſſione Chriſti & inuocatione nominis eius, ſecundum illud primæ ad Corin. 1.

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæquartæ Articulum tertium.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore una ẽ concluſio, habens tres partes: Chriſtus, inquantum deus, habet poteſtatem auctoritatis in ſacramentis: inquantum uero homo, habet poteſtatem miniſterii principalis, ſiue poteſtatem excellentiæ, conſiſtentem in quatuor. Concluſio hæc, quia de poteſtate loquitur (de qua quæſitum eſt in titulo) & potentia per actum cognoſcitur: ideo ab operatione in litera manifeſtatur. Et quo ad primam quidem partem, quia deus auctoritatiue operatur: quo ad ſecundã uero, quia Chriſtus, ſecundũ quòd homo, operatur in ſacramentis meritorie & efficienter: quod probatur: quia paſſio Chriſti eſt cauſa iuſtificationis noſtrę meritorie & effectiue. Et hoc ultimum declaratur, quòd non effectiue principaliter, ſed per modum inſtrumenti, non cuiuſcumque, ſed coniuncti diuinitati in perſona, & propterea principalitatem & cauſalitatem obtinentis reſpectu extrinſecorum, puta miniſtrorum eccleſiæ & ſacramentorum. Tertia autem pars concluſionis probatur manifeſtando illa quatuor (quæ ſunt meritum, nomen, inſtitutio, & independentia) & probando ſingula propriis rationibus, excepto primo, quod tractatum fuit in quinto articulo q. 62.

Infra ar. 4. Et 4. diſt. ... q. 1. ar. 1. ... q. 2. art. ... q. 1.

Numquid



Numquid Paulus pro uobis crucifixus eſt, aut in nomine Pauli baptizati eſtis? ergo Chriſtus inquantum homo, operatur interiorem effectum ſacramenti.

Sed contra eſt, quòd Aug.* dicit, quòd in ſacramẽtis diuina uirtus ſecretius operatur ſalutem. Diuina autem uirtus eſt Chriſti, ſecũdum quòd eſt deus, non autem ſecundum quòd eſt homo. ergo Chriſtus non operatur interiorem ſacramenti effectum, ſecundum quòd eſt homo, ſed ſecundum quòd eſt deus.

Respon. Dicendum, quòd interiorem ſacramentorum effectum operatur Chriſtus, & ſecundum quòd eſt deus, & ſecundum quòd eſt homo: aliter tamen & aliter. Nam ſecũdum quòd eſt deus, operatur in ſacramẽtis per auctoritatem: ſecundum autẽ quòd eſt homo, operatur ad interiores effectus ſacramẽtorum meritorie & efficienter, ſed inſtrumentaliter. Dictum eſt* enim, quòd paſſio Chriſti, quæ competit ei ſecundum humanam naturam, cauſa eſt noſtræ iuſtificationis, & meritorie & effectiue, non quidẽ per modum principalis agẽtis, ſiue per auctoritatem, ſed per modum inſtrumenti, inquantum humanitas eſt inſtrumentum diuinitatis eius, ut ſupra dictum eſt.* Sed tamen quia eſt inſtrumentum coniunctum diuinitati in perſona, habet quandam principalitatem & cauſalitatẽ reſpectu inſtrumentorũ extrinſecorum, qui ſunt miniſtri eccleſiæ, ut ex ſupradictis patet. † Et ideo ſicut Chriſtus inquantum deus, habet poteſtatem auctoritatis in ſacramentis, ita inquantum homo, habet poteſtatem miniſterij principalis, ſiue poteſtatem excellentiæ; quę quidem conſiſtit in quatuor. Primo quidẽ in hoc, quòd meritum & uirtus paſſionis eius operatur in ſacramentis, ut ſupra dictum eſt.† Et quia uirtus paſſionis copulatur nobis per fidem (ſecundum illud Roma. 3. Quem propoſuit deus propitiatorẽ per fidem in ſanguine ipſius) quam fidem per inuocationem nominis Chriſti proteſtamur, ideo ſecũdo ad poteſtatem excellentiæ, quam Chriſtus habet in ſacramẽtis, pertinet quòd in eius nomine ſacramenta ſanctificantur. Et quia ex eius inſtitutione ſacramenta uirtutẽ obtinent, inde eſt quòd tertio ad excellentiam poteſtatis Chriſti pertinet, quòd ipſe qui dedit uirtutem ſacramentis, potuit inſtituere ſacramenta. Et quia cauſa non dependet ab effectu, ſed potius e cõuerſo, quarto ad excellentiam poteſtatis Chriſti pertinet, quòd ipſe potuit effectum ſacramentorum ſine exteriori ſacramento conferre. Et per hoc patet reſpõſio ad obiecta: utraq; enim pars obiectionum, ſecundum aliquid uera eſt, ut dictum eſt.†

## Articvlvs IIII.

*Vtrum Chriſtus poteſtatem ſuam, quã habuit in ſacramentis, potuerit miniſtris communicare.*

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus poteſtatem ſuam quam habuit in ſacramentis, non potuerit miniſtris communicare: ut enim argumentatur Aug.* contra Max. Si potuit & non uoluit, inuidus fuit: ſed inuidia longe fuit a Chriſto, in quo fuit ſumma plenitudo charitatis. ergo cum Chriſtus non communicauerit ſuam poteſtatem mi-

A niſtris, uidetur quòd non potuerit communicare.

¶ 2 Præt. Super illud Ioan. 14. Maiora horum faciet; dicit Auguſti.† Prorſus maius hoc eſſe dixerim, ſcilicet ut ex impio iuſtus fiat, quàm creare cælum & terram: ſed Chriſtus non potuit communicare diſcipulis*, quòd crearent cælum, & terram. ergo neque quòd iuſtificarent impium: cum igitur iuſtificatio impii fiat per poteſtatẽ Chri-

B ſti, quam habet in ſacramentis, uidetur quòd poteſtatem ſuam, quã in ſacramentis habuit, non potuerit miniſtris communicare.

¶ 3 Præter. Chriſto, inquantũ eſt caput eccleſiæ, competit ut ab ipſo gratia deriuetur ad alios, ſecundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus; ſed hoc non fuit aliis communicabile: quia ſic eccleſia eſſet monſtruoſa, multa capita habens. ergo uidetur, quòd Chriſtus poteſtatem

C ſuam non potuerit miniſtris communicare.

Sed contra eſt, quòd ſuper illud Ioan.* 1. Ego neſciebam eum, dicit Auguſt. quòd non nouerat poteſtatem baptiſmi, ipſum dominum habiturum, & ſibi retẽturum: hoc autem non ignoraſſet Ioannes, ſi talis poteſtas communicabilis non eſſet. potuit ergo ſuam poteſtatem Chriſtus miniſtris communicare.

Respon. Dicendum, quòd

D ſicut dictum eſt, † Chriſtus in ſacramentis habuit duplicem poteſtatem: unam auctoritatis, quæ competit ei ſecundum quòd deus, & talis poteſtas nulli creaturæ potuit communicari, ſicut nec diuina eſſentia. Aliam poteſtatem habuit excellentiæ; quæ competit ei ſecundum quòd homo: et talem poteſtatem potuit miniſtris communicare, dando ſcilicet eis tantam gratiæ plenitudinem, ut eorum meritum operaretur ad ſacramentorũ effectus, ut ad inuocationem nominum ipſorum, ſanctificarentur ſacramenta, & ut ipſi poſſent ſacramenta inſtituere, & ſine ritu ſacramentorum effectum ſa-

E cramentorum conferre ſolo imperio: poteſt enim inſtrumentum coniunctum, quanto fuerit fortius, tanto magis uirtutem ſuam inſtrumento ſeparato tribuere, ſicut manus baculo.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Chriſtus non ex inuidia prætermiſit poteſtatem excellentiæ, eccleſiæ miniſtris communicare: ſed propter fideliũ utilitatem, ne in homine ſpem ponerent, & ne eſſent diuerſa ſacramẽta. Ex quibus diuiſio in eccleſia oriretur: ſicut apud illos, qui dicebant, ego ſum Pauli, ego autem Apollo, ego uero Cephæ, ut dicitur primæ ad Corinth. 1.

Ad 2^m dicendum, quòd obiectio illa procedit de

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæquartæ Articulum quartum.*

Titulus ex dictis in præcedentibus articulis clarus eſt.

¶ In corpore una diſtinctio bimembris de duplici poteſtate auctoritatis ſcilicet, & excellentiæ, eſt cum duabus concluſionibus. Quarum prima eſt negatiua, ſcilicet, Chriſtus poteſtatem auctoritatis nulli potuit communicare. Probatur: quia eſt incommunicabilis, ut diuina eſſentia. Secunda eſt: Chriſtus poteſtatem excellentiæ potuit communicare. Declarat̃ & probatur. Declaratur quidem numerando ſingula, in quibus conſiſtit poteſtas excellentiæ. Probatur autem: quia inſtrumentum coniunctũ, quanto uirtuoſius eſt, tanto plus poteſt imprimere in inſtrumentum ſeparatum: quod manifeſtatur ĩ manu & baculo.

¶ Aduerte hic primo, ꝙ Auctor hoc in loco ſoluit quæſtionem motã a Magiſt. ꝑ ſentent. in 5. diſtinc. quarti, & ab eodem minus ſolutã melioriq; iudicio reſeruatam.

¶ Aduerte ſecũdo, Auctorem formaliter de Chriſto habẽte poteſtatem excellentiæ loqui, & propterea non ex poteſtate diuina, ſed ex poteſtate inſtrumenti coniuncti potẽtiã communicandi probauit.

¶ Aduerte tertio, auctorẽ expreſſe hic dicere, quòd Chriſtus potuit communicare homini puro, ut ſacramentorum effectum conferret ſolo imperio: habes enim hic, ꝙ poteſtas conferendi gratiam communicabilis eſt homini: principalis. n. & cõmunis ſacramẽtorũ effectꝰ ẽ gratia: ut ſuperius patet, & idem apparet hic in reſpõſione ad tertiũ, ſi recte conferatur cum argumento.

Trac. 72. in Io. poſt me. to 9.

* Alias miniſtris.

Tracta. 5 in Euang. Ioã. non multũ ante med. to. 9.

Art. præc.

de poteſtate auctoritatis, quæ cõuenit Chriſto ſecũdũ quòd eſt deus: licet & poteſtas excellentiæ, poſſit auctoritas nominari per comparationem ad alios miniſtros: unde ſuper illud 1. ad Cor. 1. Diuiſus eſt Chriſtus, dicit gl.† quòd potuit eis dare auctoritatẽ baptiſmi, quibus contulit miniſterium.

Gl. ord. ibi.

Ad 3^m dicendum, quòd ad hoc inconueniens euitandũ, ne ſcilicet multa capita in eccleſia eſſent, Chriſtus noluit poteſtatem ſuæ excellentiæ miniſtris communicare: ſi tamen cõmunicaſſet, ipſe eſſet caput principaliter, alii uero ſecundario.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum per malos miniſtros ſacramenta conferri poſſint.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd per malos miniſtros ſacramenta conferri non poſſint. Sacramenta enim nouæ legis, ordinantur ad emundationem culpæ, & collationem gratiæ: ſed mali, cum ſint immundi, non poſſunt alios a peccato mundare (ſecundum illud eccle. 34. Ab immundo quis mundabitur?) & etiam cum gratiam non habeant, non uidetur quòd gratiam conferre poſſint: quia nullus dat quod non habet. non ergo uidetur quòd ꝑ malos ſacramẽta cõferri poſſint.

¶ 2 Præt. Tota uirtus ſacramentorum deriuatur a Chriſto, ut dictũ eſt.† ſed mali ſunt præciſi a Chriſto: quia non habent charitatem, per quam membra capiti uniũtur, ſecundum illud primæ Ioã. 4. Qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. ergo uidetur quòd per malos ſacramenta conferri nõ poſſint.

¶ 3 Præter. Si deſit aliquid horum, quæ debitum eſt eſſe in ſacramentis, non perficitur ſacramentum: ſicut ſi deſit debita forma, uel debita materia: ſed debitus miniſter ſacramenti eſt ille, qui caret macula peccati, ſecundum illud Leui. 21. Homo de ſemine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes deo ſuo, nec accedet ad miniſterium eius. ergo uidetur ꝙ ſi miniſter ſit malus, nihil efficiatur in ſacramento.

SED CONTRA eſt, quòd Auguſt.* dicit ſuper illud Ioan. 1. ſuper quem videris ſpiritũ, etc. Quid non nouerat Ioãnes? poteſtatem baptiſmi, ipſum Dominum habiturũ & ſibi retenturum, ſed miniſteriũ plane tranſiturum in bonos & malos. quid tibi facit malus miniſter, ubi bonus eſt dominus?

Tract. 5. in Ioan. circa med. to. 9.

RESPON. Dicendũ, quòd ſicut dictum eſt,† miniſtri eccleſiæ inſtrumentaliter operantur in ſacramentis, eo quòd quodammodo eadem ratio eſt miniſtri et inſtrumenti: ſicut autem ſupra dictum eſt †.* inſtrumentum non agit ſecundũ propriam formam aut uirtutem, ſed ſecundum uirtutem eius, a quo mouetur. Et ideo accidit inſtrumẽto, inquantum eſt inſtrumentũ, qualẽcumque formam, uel uirtutem habeat, pręter id, quod exigitur ad rationem inſtrumẽti, ſicut quòd corpus medici (quod eſt inſtrumentũ animæ habentis artem) ſit ſanum uel infirmum, & ſicut quòd fiſtula per quam tranſit aqua, ſit argentea uel plumbea: unde miniſtri eccleſiæ poſſunt ſacramenta conferre, etiam ſi ſint mali.

Art. 1. & 3. huius quæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod miniſtri eccleſię neque a peccatis mundant homines ad ſacramenta accedentes, neq; gratiã conferunt ſua uirtute: ſed hoc facit Chriſtus ſua poteſtate per eos, ſicut per quædam inſtrumenta. & ideo effectus conſequitur, in ſuſcipientibus ſacramenta, non ſecundum ſimilitudinem miniſtrorum, ſed ſ'm configurationẽ ad Chriſtũ.

AD 2^m dicendum, ꝙ per charitatem mẽbra Chriſti uniuntur ſuo capiti, ut ab eo uitã recipiant: quia ut dicitur primæ Ioan. 3. Qui non diligit, manet in morte: poteſt aũt aliquis operari per inſtrumentum carens uita, & a ſe ſeparatum, quãtum ad corporis unionem, dummodo ſit coniunctum per quandã motionẽ: aliter enim operatur artifex per manũ, & aliter per ſecurim. ſic igitur Chriſtus operatur ĩ ſacramẽtis & per bonos, tãquã per mẽbra uiuentia, & per malos, tamquã per inſtrumenta carentia uita.

AD 3^m dicendum, quòd aliquid eſt debitũ eſſe in ſacramento dupliciter: uno modo, ſicut exiſtẽs de neceſſitate ſacramenti, quod quidem ſi deſit, non perficitur ſacramẽtũ: ſicut, ſi deſit debita forma, uel debita materia. Alio modo, eſt aliquid debitum eſſe in ſacramento ſecundum quandã decentiã, & hoc modo debitum eſt, ut miniſtri ſacramentorum ſint boni.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum mali miniſtrantes ſacramenta, peccent.*

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quòd mali miniſtrantes ſacramenta, non peccent. Sicut enim miniſtratur deo in ſacramentis, ita per opera charitatis,

¶ Super Quæſtionis ſexageſimæquartæ Articulum quintum.

TItulus clarus. ¶ In corpore vna ẽ cõcluſio: Miniſtri Eccleſiæ poſſunt ſacra conferre, etiam ſi ſint mali. Probatur: Miniſtri eccleſiæ inſtrumentaliter operantur in ſacramentis. ergo poſſunt ſacramenta conferre ẽt ſi ſint mali. Antecedens probatur, ex eo quòd eadem eſt ratio miniſtri & inſtrumenti. Conſequencia vero probatur, ex eo quòd inſtrumentum non propria uirtute: ſed virtute principalis agentis operatur: quod probatur ab effectu: quia hinc eſt, quòd inſtrumẽto accidit oĩs forma præter id, quod exigitur ad inſtrumenti rationem, qđ duplici exẽplo ĩ litera manifeſtat'. ¶ Circa hanc conſequentiam ſeu rationem dubium occurrit: quoniam implicite petit principiũ. Oportet enim ad integrandum proceſſum hunc, ſubſumere quòd bonitas vel malitia miniſtri eſt accidens: & non ex a[...] ad rationem inſtrumẽti miniſtrantis ſacramenta. Hoc autem ſupponere, perinde eſt ac ſi ſupponeretur concluſio: eiuſdem enim rationis eſt, quòd bonitas vel malitia accidat inſtrumento ſeu miniſtro ſacramentorum, & quòd cum malitia poſſit miniſter conferre ſacramẽtum: quoniam accidentia, ſiue adſint, ſiue abſint, non variant poteſtatem. ¶ Ad hoc dicitur, quòd ſtudium Auctoris fuit ad reddendum rationem concluſionis, potius quam ad ipſam concluſionem. Omnis enim quæſtio eſt medii, vt dicitur in ſecundo Poſter. & præcipue quando concluſionis veritas habetur pro euidente, vt eſt ĩ propoſito. Et propterea in litera neglexit Auctor ſubſumere de bonitate vel malitia, & aſcendit ad vniuerſalem rationem inſtrumenti: vt hac habita ſummaria notitia propter qđ mali miniſtri poſſunt conferre ſacramenta, haberetur. Et eſt in promptu conſequentiæ ratio ad præſentem materiam, quoniã bonitas vel malitia moralis hac ratiõe ad miniſtrum ſacramentorum neceſſaria creditur, ſi neceſſaria eet, quia nemo dat quod nõ habet. Quæ ratio in litera in primo argumẽto aſſertur: & dicitur fuiſſe Cypriani martyris. Ex hoc enim quod miniſter inſtrumentaliter operatur, & inſtrumentũ non propria, ſed principalis agentis virtute efficit, conſequens eſt manifeſte, quòd ad efficacem collationem ſacramenti non exigitur in miniſtro bonitas, qua ſacramentũ efficax conferat: idẽ eſt, n. malitiã miniſtri impedire ſacramẽti effectũ & miniſtrum agere propria virtute, quæ per malitiã tolleretur. nulla eſt ergo petitio principii: ſed claritas materiæ breuiorẽ effecit proceſſum literæ, in qua Auctor, quia rõ ipſa a ſacris doctoribus poſita fuerat, vt patet ĩ 4. d. 4. ſeu vacauit ꝓbationi ipſius rationis. ſ. vniuerſali rõni inſtrũ, vt antiquæ traditiõis rõ hret.

Infra art. 9. cor Et 4. d. 5. q. 2. art. 2. Et d. 7. q. 2. ar. 1. q. 1. 2. Et di 24. q. 3. art. 3. q. 5. ad 3. Et 4. contra c. 76

Art. 3. huius quæſt.

¶ Super Quæſtionis ſexageſimæquartæ Articulũ quintũ.

TItulus, vt ſonat ſumẽd' ẽ.



vnde dicitur Hebr. vltim. beneficentiæ & communionis nolite obliuiſci, talibus enim hoſtijs promeretur deus: ſed mali non peccant ſi miniſtrent deo in operibus charitatis, quinimmo hoc eſt eis conſulendum, ſecundum illud Daniel. 4. Conſilium meum tibi placeat, peccata tua eleemoſynis redime. ergo videtur, quòd mali non peccent in ſacramentis miniſtrando.

¶ 2 Præt. Quicumque communicat alicui in peccato, etiam ipſe eſt reus peccati, ſecundum illud Roman. 1. Digni ſunt morte, non ſolum qui peccata faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus: ſed ſi mali miniſtri peccent, ſacramenta miniſtrando, illi qui ab eis ſacramenta recipiunt, eis in peccato communicant. ergo etiam ipſi peccarent, quod videtur inconueniens.

¶ 3 Præt. Nullus videtur eſſe perplexus: quia ſic homo cogeretur deſperare, quaſi non potens peccatum euadere: ſed ſi mali peccarent, ſacramenta tradendo, eſſent perplexi: quia etiam quandoque peccarent, ſi ſacramenta non traderent: puta cum eis ex officio incumbit neceſſitas (dicitur enim primæ Corinth. 9. Væ mihi ſi non euangelizauero, neceſſitas enim mihi incumbit) quãdoque etiam propter periculum: ſicut ſi puer in periculo mortis exiſtens, offeratur alicui peccatori baptizandus. ergo videtur ꝙ mali non peccent, ſacramenta miniſtrando.

SED CONTRA eſt, quòd Dionyſ. dicit. 1. ca. Eccleſiaſt. Hierarch.* quòd malis non eſt fas, nec tangere ſymbola, ideſt ſacramentalia ſigna. Et in epiſtola ad Demophilum* dicit, Talis, ſcilicet peccator, audax videtur, ſacerdotalibus manum apponens, & non timet neque verecundatur, diuina præter diuinitatem exequens, & deum putans ignorare, quę ipſe in ſemetipſo cognouit, & decipere æſtimat falſo nomine patrẽ ab ipſo appellatũ, & audet immũdas infamias (nõ dicam orõnes) ſuper diuina ſigna Chri formiter enũtiare.

*cap. 1. eccleſ. hierar. declinãdo ad fin.

* Incipit hæc epiſtola: Hebræorum hiſtoriæ tradũt. parum ante med.

RESPON. Dicendum, quòd aliquis in agendo peccat, ex hoc quòd operatur, non ſecundum ꝙ oportet, vt patet per Philoſophum

¶ In corpore duæ concluſiones ſunt. Prima eſt: Mali exhibentes ſe miniſtros dei, & eccleſiæ in diſpenſatione ſacramentorũ, peccant. Secunda eſt quòd hoc peccatũ eſt ex ſuo genere mortale. Prima probatur: *Quicumque operatur, non ſecundum* quòd oportet, peccat in operando: ſed miniſter malus ſacramenti operatur, non ſecundum ꝙ oportet. Probatur: quia miniſtri ſacramentorum debent eſſe iuſti: quia miniſtri debent conformari domino, vt teſtantur auctoritates ſcripturæ. Secunda vero concluſio probatur: quia hoc peccatum pertinet ad irreuerentiam dei, & cõtaminationem ſacramentorum. Quę particula declaratur, quòd intelligitur non ex parte ipſorum ſacramentorum (quoniam ipſa ſunt incontaminabilia) ſed ex parte ipſius peccatoris, ſacrilegium committentis. ¶ Circa fundamentum huius proceſſus, dubium occurrit, ex eo quòd bonitas requiritur ad miniſtrum ſacramẽtorum, ſecundum quandam decentiã & conuenientiam, vt in præcedenti articulo ad tertium, & hic dicitur. Non eſt autem rationabile, quòd negatio conditionis requiſitæ ſecundum decentiam conſtituat peccatum mortale, cum videamus conditiones requiſitas ad bene eſſe actuum moralium, nec etiam veniale conſtituere peccatum. Et hoc etiam teſtatur maxima ex morali philoſophia adducta in litera de circũſtantijs actionum humanarum. Non enim dicit peccatum eſſe, ſiquis operatur, non ſecundum quòd melius, aut quando melius, aut ſicut melius, &c. ſed non ſecundum quòd oportet, aut quando oportet, aut ſicut oportet, &c. Nam ly oportet neceſſitatem denotat, vt per hoc intelligamus, peccatum tunc interuenire, quando neceſſariæ conditiones omittuntur & nõ ſi conditiones ad bene eſſe omittantur, aut earum contrariæ immiſceantur. Et ſi dicatur, ꝙ bonitas non eſt conditio ad bene eſſe miniſtri ſacramenti, ſed eſt conditio debiti (vt in præcedenti articulo litera explicauit) debitum autem extra neceſſaria non eſt, & propterea cuiuſcũq; debiti omiſſio peccatum cõſtituit, adhuc militat ratio, quòd nõ ſit peccatum mortale, qm̃ debitum actui humano non ſ'm neceſſitatem, ſed ſ'm quãdam decentiã, etſi poſſit ſua abſentia cõſtituere pc̃m̃ non tñ tantæ vis ẽ, vt poſſit cõſtituere pc̃m̃ mortale ea rõne, quia ſola indecẽtia nõ habet rõnẽ peccati mortalis. Nec obſtat, ꝙ indecentia huiuſmodi ad irreuerentiã dei, & contaminationem ſacramentorum ſpectat, tum quia non quodlibet ſpectãs ad hæc, eſt peccatum mortale, vt patet de multis irreuerentijs erga deum & ſacramẽta, quas negamus eſſe peccata mortalia, vt patet de comedentibus in eccleſia, aut iocoſum aliquid dicentibus audiẽdo Miſſam, & huiuſmodi, tum quia huiuſmodi indecentia, nõ niſi reductiue ad irreuerentiam dei, & contaminationem ſacramentorum ſpectat: directe enim ipſius hominis malam diſpoſitionem ponere videtur. Eſt enim diſpoſitio quædã ipſius operantis magis, quàm operationis, videturq; magis peccatũ conſtituere præſumptionis, quàm ſacrilegij.

¶ Ad hoc dicitur, quòd actio ſacramentalis poteſt ſumi dupliciter: vel ſecundum rationem operis operati, & ſic non exigit bonitatem vel malitiam miniſtri, niſi ſecundum quandam decentiam; & propterea ſiue bonus, ſiue malus ſit miniſter, ſacramentum verũ & efficax eſt: vel ſecundum rationem operis operantis. Et ſic exigit neceſſario bonitatẽ in miniſtro ad hoc, vt recta ſit, & ratio aſſignata eſt in litera, & magis aſſignabitur cogens ratio in litera in reſponſione ad primum. Oportet. n. actionem ſacramentalem, ſi non ſolum in ſe recta eſſe debet, ſed etiam ſecundũ quòd exit a miniſtro, vt ſit conſona ſecundum rectam rationem, & deo cuius eſt miniſter, & ſacramentis quę miniſtrat. Et ex parte quidem conformitatis ad deum, poſita eſt ratio in hoc corpore articuli. Ex parte vero conformitatis ad ſacramẽta, ponitur ratio in reſponſione ad primum, & hinc patet ruere primam obiectionem. ¶ Ad ea vero, quæ obiiciuntur directe contra rationẽ peccati mortalis in hoc actu, dicitur quòd debitum ſecũdum decentiam ad opus operatum, eſt debitum ſecundum neceſſitatem ad opus operantis miniſtri, & propterea non eſt mirum ſi eius abſentia peccatum mortale conſtituat. ¶ Et cum adhuc obiicitur ex eo, quòd non quælibet irreuerentia ſacramentorum eſt mortalis, reſpondetur hoc verum eſſe propter imperfectionem aliquorum actuum irreuerentialium. In quolibet namque genere mortalis peccati, imperfectio actus excuſat a mortali: miniſtrare autem ſacramenta indigne non eſt actus imperfectus in genere ſacrilegij: nec, vt vltima infert obiectio, reductiue tantum ad ſacrilegium ſpectat: ſed directe ad contaminationem ſacramentorum pertinet. poſſunt. n. ſacramenta ſecundum ſe incontaminabilia, dupliciter contaminari, ſcilicet vel vt egrediuntur a miniſtro, vel vt applicantur ad aliquid. Et hoc ſecundo modo ſacrilegium eſt, vti ſacramento ad aliũ finem, vt ſortilegi faciunt. Primo autẽ modo ſacrilegus eſt malus miniſter, a quo exit ſacramentalis actio indigne, quantum enim eſt ex parte ipſius miniſtri mali, maculatur actio illa, qm̃ tractatur vt prophana, ſeu nõ ſancta: hæc enim eſt ratio in hac litera aſſignata: quam ſi vis plenius intelligere, perſpice vigorem eius ex auctoritate Apoſtoli dicentis de euchariſtia, Qui manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini. Vbi rationem peccati mortalis aſſignauit, ex hoc quòd manducans, non diiudicat corpus domini: hoc eſt non diſcernit corpus domini ab alijs cibis, ſed ſumit ipſum vt cibum prophanum, quoniam ſumit ipſum indiſpoſitus ad illum, vtpote indigne. Idem enim accidit in malo miniſtro: nam miniſtrans indigne ſacramentum, non diiudicat ſacramentum, dum non diſcernit illud, vt a ſe egreditur a prophanis, ſed ſe habet ad ſacramentalem actionem, vt prophanam, dum indigne illam exercet. hoc enim eſt contaminare ſacramenta ex parte ipſius miniſtrantis, ſeu recipientis, & præſumptio miniſtri mali non eſt qualiſcumque, ſed ſacrilega præſumptio, ſicut & præſumptio audientis indigne recipere ſacramenta, ſacrilega eſt.

¶ Circa vtraque concluſionem, aduerte diligenter & caute cõditiones in eis appoſitas in litera. Quarum prima eſt, quòd miniſtrans exhibeat ſe miniſtrum dei & eccleſiæ. ſecũda eſt, quòd miniſtret ſacramentum. tertia eſt, quòd tale peccatum eſt mortale, non quomodolibet, ſed ex ſuo genere. Docet enim per hæc Auctor requiri ad hoc, quòd huiuſmodi pc̃m̃ ſit mortale

dno. primo, quòd exhibeat ſe miniſtrum: ſecundo, quòd tale miniſterium ſit actio ſacramentalis: ita quòd ſi alterum horum defuerit, non habes hinc mortale peccatum in miniſterijs ſacris. Docet rurſus, quòd ſi aliqua adminiſtratio ſacramenti a malo miniſtro exercitata imperfectionem actus compatitur, non erit peccatum mortale: licet mali miniſtri adminiſtratio ſacramētalis habeat ex ſuo genere peccatum mortale.

¶ Aduerte ſecundo, quòd duabus exiſtentibus rationibus peccati in huiuſmodi miniſterio (ſcilicet ex parte diſformitatis miniſtri ad deum, cuius eſt miniſter, & ex parte contaminationis ſacramentorum, quæ adminiſtrātur) Auctor in hoc corpore articuli ex prima ratione probauit miniſterium mali miniſtri eſſe peccatū: ex ſecunda autem ratione probauit illud eſſe peccatum mortale. Tantam autem differentiam inter has rationes inſinuauit, quòd ſecunda vſus eſt in reſponſione ad primum, vt cauſa propria: primam autē rationem non tanti fecit. De vtraque autem diffuſior erit ſermo, & ambarum efficaciæ magis patebunt.

¶ In reſponſione ad primum, aduerte & percipe Auctorem vti regula illa poſterioriſtica, ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, negatio eſt cauſa negationis, dum ex hoc, quòd ſacramenta ſunt opera conſecrationis ſanctificata, infert in miniſtro præexigi ſanctitatem iuſtitiæ, & ex hoc quòd opera charitatis non ſunt aliqua conſecratione ſanctificata, infert in dei miniſtro reſpectu eorum nō exigi ſanctitatem iuſtitiæ: manifeſte enim ex hoc ſignificat, hanc eſſe propriam cauſam mortalis peccati, vel non mortalis peccati in adminiſtrationibus ſacris, quoniam regula illa ī ſolis proprijs cauſis tenet: ita quòd cum quæſtio aliqua de peccato mortali in operationibus ſacris contingit ex parte malitiæ miniſtri, intuendum eſt, an illa operatio, ad quam quis malus exhibet ſe miniſtrum, ſit aliqua conſecratione ſanctificata (quales ſunt omnes actus ſacrorū ordinum) an non ſit conſecrata. Et ſi eſt de numero conſecratarum, concluditur hinc mortale peccatum in malo miniſtro, & ſi non eſt de numero conſecratarum, excuſatur hinc miniſter malus a mortali peccato. Et eſt ſemper ſermo de miniſtro malo, malitia peccati mortalis in ſe exiſtentis.

¶ Hanc doctrinam, quia diffuſe tractaui in quolibetis, ne eadem repetantur, modo pertranſeo: vnum tantum adijciens, K quòd videtur mihi modo actum prædicandi eſſe de numero actuum conſecratorum: quia eſt actus, ad quem miniſter conſecratur: nam eius miniſter ex officio eſt epiſcopus primo, & ſecundario ſacerdos. Nec obſtat, actum iſtum ex inſtitutione eccleſiæ appropriatum eſſe ſacro ordini, quoniam inſtitutio eccleſiæ vel diuina ad differentiam originis ſpectat, & non ad differentiam formalem: extrahere ſiquidem hominem ab eccleſia, ſacrilegium formaliter eſt: licet ex inſtitutione eccleſiæ actus iſte ſubſtratus ſit ſacrilegio. Et ſimiliter comedere ſemel in die (vt fit in Quadrageſima) abſtinentia formaliter eſt, quamuis ex eccleſiæ ſtatuto ſub abſtinentiæ ſpecie poſitum ſit. Et ſimiliter in propoſito licet prædicatio ex auctoritate eccleſiæ facta, ſit actus ordinis, ſub ſpecie tamen actuum ordinis formaliter comprehenditur: ac per hoc inter opera conſecrata computanda eſt, ea ratione: quia ad ipſam ſicut & ad alios F actus ordinis conſecrari oportet miniſtrum. Et propterea ſecundum doctrinam hinc habitam miniſter malus prædicans, mortaliter peccat, ſicut qui indigne adminiſtrat alios actus ſacrorum ordinum.

¶ In reſponſione ad ſecundum, aduerte quòd non loquitur litera de inducēte indignum miniſtrum ad ſacramenti exhibitionem: ſed de accipiente ſacramentum ab indigno miniſtro: quod ideo dixerim, quia alia quæſtio eſt, an liceat accipere ſacramentum ab indigno miniſtro, & alia quæſtio eſt, an liceat inducere ad adminiſtrationem ſacramēti miniſtrum indignum. Prima quæſtio hic ſoluitur, de ſecunda nihil dicitur: ſed facile ſolui poteſt ſecunda, dicēdo quòd licet, nū quàm liceat inducere hominem ad peccandum, vti tamen licet iniquitate alterius. Et propterea in duobus caſibus licet inducere indignum miniſtrum ad exhibitionem ſacramenti. Primus eſt, ſi miniſter tenetur ad huiuſmodi exhibitionē: quia nemo peccat petendo actum ſibi debitum a ſuo debitore. Et hac ratione excuſantur, qui a ſuo curato tenente cōcubinam, ſacramenta petunt. Secundus eſt articulus neceſſitatis, ex parte petentis cum diſpoſitione præparationis ex parte miniſtri: hoc eſt quòd miniſter ſit paratus miniſtrare ſacramentū, & hō egeat illo: eadem ſiquidem ratione, quia licitum eſt indigenti petere mutuum ab vſuraro, licitum quoque eſt indigenti petere ſacramentum ab indigno parato ad miniſtrandum.

¶ In eadem reſponſione circa acceptionem ſacramenti a miniſtro excommunicato, &c. nota primo, quòd hæc doctrina intelligitur ceſſante extrema neceſſitate baptiſmi. Excipit. n. ipſe Auctor in 4. ſent. diſt. 4. caſum neceſſitatis, quo. ſ. poſſet quis a iudæo vel pagano baptiſmum recipere. Secundo, quòd hodie ex indulto concilij Cōſtantienſis ſub Martino quinto, licitum eſt ab excommunicatis miniſtris recipere ſacramenta, niſi in duobus caſibus, hoc eſt ſi nominatim denuntiatus fuerit excommunicatus aut ſuſpenſus, &c. vel ſi propter iniectionem manus violentæ in clericum notorie cōſtiterit in excommunicationē incidiſſe, vt refert dominus Antoninus archiepiſcop. Florent. in ſuæ ſummæ parte tertia titu. 26. cap. 3.

¶ In reſponſione ad tertium, circa illud, In articulo tñ neceſſitatis non peccaret baptizando, &c. dubium primo occurrit, propter relatas a Durando rationes ad oppoſitum in 4. ſent. diſt. 5. art. 2. Et prima eſt, contra excuſationem ex articulo neceſſitatis: quia caſus euitabilis ſolo voluntatis proprie arbitrio non conſtituit articulum neceſſitatis: ſed ſic eſt in propoſito, quia indignus miniſter poteſt ſtatim conteri, ſi vult, & tranſire de malo in bonum: ac per hoc non eſt caſus neceſſitans miniſtrū, cum indignitate ad baptizandum. Secunda vero ratio contra excuſationem ex perſona non miniſtri tendit: quia quicumq; baptizat ſiue vetula, ſiue paganus, baptizat vt miniſter principalis agentis, qui eſt Chriſtus: eſt enim miniſter de neceſſitate ſacrī baptiſmi, ſicut & forma & materia. Falſum eſt ergo, quòd baptizans in neceſſitate non exhibeat ſe miniſtrum eccleſiæ: ac per hoc, non inde excuſatur ſi indignus baptizat.

¶ Dubium ſecundo eſt, an Auctor in litera intendat excuſare ſacerdotem indignum in articulo neceſſitatis baptizantem, tam

in lib. Ethic.† Dictum eſt autem conueniens eſſe, vt ſacramentorum miniſtri ſint iuſti, quia miniſtri debent domino conformari, ſecundum illud Leuitic. 19. Sancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum, & eccleſiaſtici 10. Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius: G et ideo non eſt dubium, quin mali exhibentes ſe miniſtros dei, & eccleſiæ in diſpenſatione ſacramentorum, peccent.[d] Et quia hoc peccatum pertinet ad irreuerentiam dei, & contaminationem ſacramentorum, quantum eſt ex parte ipſius peccatoris (licet ſacramenta ſecundum ſeipſa incōtaminabilia ſint) conſequens eſt, q tale peccatum ex genere ſuo ſit mortale.

Ad primum ergo dicendum, quòd opera charitatis non ſunt aliqua conſecratione ſanctificata, niſi ſicut quędam iuſtitiæ partes: * & ideo homo qui ſe exhibet deo miniſtrum in operibus charitatis, ſi ſit iuſtus, amplius ſanctificatur: ſi vero ſit peccator, per hoc ad ſanctitatem diſponitur: ſed ſacramenta in ſeipſis ſanctificationem quandam habent per myſticam conſecrationem: & ideo pręexigitur in miniſtro ſanctitas iuſtitiæ, vt congruat ſuo miniſterio: et ideo incongrue agit & peccat, ſi in peccato exiſtens ad tale miniſterium accedat.

Ad 2m dicendum, quòd ille qui ad ſacramentum accedit, ſuſcipit ſacramenta a miniſtro eccleſiæ, non inquantum eſt talis perſona, ſed inquantum eſt miniſter eccleſiæ: et ideo quamdiu ab eccleſia toleratur in miniſterio, ille qui ab eo ſuſcipit ſacramentum, non communicat peccato eius, ſed communicat eccleſiæ, quæ eum tanquam miniſtrum exhibet. Si vero ab eccleſia non toleretur (puta cum degradatur, vel excommunicatur vel ſuſpenditur) peccat, qui ab eo accipit ſacramentum: quia communicat peccato ipſius.

Ad 3m dicendum, quòd ille, H qui eſt in peccato mortali, non eſt perplexus ſimpliciter, ſi ex officio ei incumbat ſacramenta diſpenſare: quia poteſt pœnitere de peccato, & licite miniſtrare. Non eſt autem inconueniens, quòd ſit perplexus ſuppoſito quodam, ſcilicet quòd velit remanere in peccato. In articulo tamen neceſſitatis non peccaret baptizādo in caſu in[d] quo

† Ex lib. 2. ethic. ca. 3. & 6. haberi pōt. Et li. 3 c. 7. to. 5. art. præced. ad 3.

D. 892.

*Al. ſed ipſa pertinēt ad iuſtitiæ ſanctitatē, ſicut quædam iuſtitiæ partes.

D. 167.



tam ſi baptizet cum ſolennitate quàm ſi ſine ſolennitate, vel A intendat ſolum excuſare baptizantem ſine ſolennitate. Et eſt ratio dubij: quia in litera hac nulla ſit mentio de ſolennitate, & conſequenter videtur excuſari, vtroque modo baptizans, dummodo baptizet vt ſubueniat neceſſitatem patienti in caſu, in quo laicus poſſet: ſic enim in litera dicitur. In oppoſitum autem eſt quod ab Auctore dicitur in 4. ſentent. de baptizante cum ſolennitate.

¶ Dubium tertio occurrit, quo pacto poteſt ſtare doctrina hæc cum ſuperius dictis, ſ. miniſtratio ſacramēti eſt ex ſuo gñe peccatum mortale, ſi miniſter ſit indignus. Nam ſi ſic eſt, ſiue miniſtrās illud miniſtret ex offō, ſiue ex caſu neceſſitatis, ſiue quauis alia ratione, ſemper ſequitur, quòd actum exercet, qui ex ſuo genere ē peccatum mortale: puta contaminare ſacramenta, quātum ex ipſo eſt. Conſtat enim, quòd in ceteris actibus, qui de ſuo genere ſunt peccata mortalia, varia ta conditio agentis non excuſat a mortali, vt patet đ adulterio, furto, & alijs. Aut igitur hoc non eſt mortale ex gñe: aut qlibet indigne miniſtrans, peccat mortaliter.

¶ Ad euidentiam horum, ſciendum eſt, quòd præſentis doctrinæ ſenſus eſt in articulo neceſſitatis, quo laico licet baptizare, ſi ſacerdos baptizet (proculdubio ſine ſolennitate) non peccat: quamuis in peccato mortali ſit. Et ratio aſſignatur: quia tunc non gerit perſonam miniſtri ex officio, quem probatum eſt oportere eſſe iuſtum: ſed gerit perſonam miniſterialiter ſubuenientis neceſſitatem patienti. Vnde ad rationem primam in primo dubio allatam, dicitur quòd neceſſitas excuſās malum miniſtrum, non eſt neceſſitas impoſſibilis contritionis, vt argumentum intelligit: quoniam in inſtanti poteſt quis contritionem habere de infinitis peccatis: ſed eſt neceſſitas cogens hominem baptizaturum ad exhibendum ſe, nō vt miniſtrum ex officio. ex hoc namque quòd miniſter ibi concurrit, non vt miniſter ex officio neceſſitate hoc exigente, a peccato excuſatur. Et per hoc patet ſolutio ſecundæ rationis: diſtinctū ſiquidem eſt de miniſtro vel ex officio, vel ex articulo neceſſitatis. Et licet quicumque baptizet, ſit miniſter Chriſti & eccleſiæ altero modo, non tamen ſemper eſt miniſter ex officio, de quo ſolo probatum eſt, quòd oportet eſſe iuſtum.

¶ Et per hoc patet ſolutio ſecundi dubij: nam ſi articulus neceſſitatis pateretur miniſtrum, cum ſolennitate baptizare, nō eſſemus in caſu, in quo laicus poſſet baptizare. Et rurſus, ſi cū ſolennitate baptizaret, manifeſte conſtat, quòd exhiberet ſe, vt miniſtrum ex officio. Ex vtroque ergo capite, hoc eſt ex caſu, in quo laicus poſſet baptizare, & ex hoc quod dicitur, quòd non exhiberet ſe vt miniſtrum ex officio, manifeſte patet, quòd Auctor non intēdit excuſare huiuſmodi ſacerdotem, niſi in caſu, in quo cogitur ſine ſolennitate baptizare.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quòd quia baptizans in articulo neceſſitatis deficit a perfecta ratione miniſterij (quoniam non miniſtrat ex officio) ideo operatio ſua imperfectum quid eſt in genere adminiſtrationis ſacramentorum non ex parte obiecti (hoc eſt ſacramenti) ſed ex parte agentis, hoc eſt miniſtri: non enim exit operatio tunc a miniſtro ex officio, ſed a nudum miniſterium præbētę: ex huiuſmodi autem imperfectione actus excuſatur a mortali, quoniam adminiſtratio exiens ab indigno, habet rationem mortalis, pro quanto exit ab agente, & non aliter, vt in litera patet. Ex hoc enim fit, vt quia adminiſtratio huiuſmodi non exit ab agente proprio (hoc eſt miniſtro ex officio) non exeat etiam cum culpa mortali. Et propterea dicendum ē, quòd adminiſtratio ſacramenti ab indigno miniſtro ex officio, eſt mortale ex ſuo genere, ſi ex claritate verborum excludendæ ſunt obiectiones; ſi tamen abſolute dicatur, q indigni adminiſtratio eſt peccatū mortale ex ſuo genere: verum dicitur, quoniam ſubintelligitur a proprio miniſtro.

¶ Nec obſtat obiectio de adulterio & huiuſmodi, quoniā conditio agentis in hoc ſacrilegio concurrit, vt pars integratiua rationis formalis peccati mortalis ex ſuo genere: ita quòd ſicut ad rationē furti nō ſufficit, quòd ſit acceptio rei alienæ, ſed oportet, quòd ſit inuito domino, ita ad tale ſacrilegium non ſufficit, quòd ſit adminiſtratio ab homine malo, ſed exigitur quòd ſit etiam a miniſtro ex officio, vt ſic. Et ratio eſt aſſignata in litera: quia ſanctis miniſterijs, non niD ſi ſanctus conuenit miniſtret, qui, per ſe loquendo, non eſt niſi miniſter ex officio.

etiam poſſet laicus baptizare: ſic enim patet, quòd non exhiberet ſe miniſtrum eccleſiæ, ſed ſubueniret neceſſitatem patienti: ſecus eſt autem in alijs ſacramentis, quæ nō ſunt tātæ neceſſitatis, ſicut baptiſmus, vt infra patebit.

## Articvlvs VII.

### *Vtrum angeli poſſint ſacramenta miniſtrare.*

Ad ſeptimvm ſic proceditur. Videtur quòd angeli poſſint ſacramenta miniſtrare. Quicquid enim poteſt miniſter inferior, poteſt & ſuperior: ſicut quicquid poteſt diaconus, poteſt ſacerdos, ſed non conuertitur: ſed angeli ſunt ſuperiores miniſtri in ordine hierarchico, quàm etiam quicumque homines, vt patet per Diony. C in lib. Cæle. hierar. ergo cum homines poſſint miniſtrare in ſacramētis, vr̄ quòd multo magis angeli.

¶ 2 Præt. Homines ſancti aſſimilantur angelis in cælo, vt dicitur Matth. 22. ſed aliqui ſancti in cælo exiſtentes, poſſent miniſtrare in ſacramentis: quia character ſacramentalis eſt indelebilis, vt dictum eſt.† ergo videtur, quòd etiam angeli poſſint in ſacris miniſtrare.

¶ 3 Præt. Sicut ſupra dictum eſt,* diabolus eſt caput malorum, & mali ſunt mēbra eius: ſed per malos poſſunt miniſtrari ſacramenta. ergo videtur quòd etiam per dæmones.

B Sed contra eſt, quòd dicitur Heb. 5. Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his, quæ ſunt ad deum: ſed angeli boni vel mali non ſunt ex hominibus. ergo ipſi non conſtituuntur miniſtri in his, quæ ſunt ad deū. i. in ſacramentis.

Respon. Dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt *) tota virtus ſacramentorū a paſſione Chriſti deriuatur, quæ eſt Chriſti, ſecundum quòd eſt homo: cui in natura conformantur homines, non autem angeli, ſed potius ſecundum paſſionem dicitur modico ab angelis minoratus, vt patet Heb. 2. et ideo ad homines pertinet diſpenſare ſacramenta, & in eis miniſtrare, non autem ad angelos: ſciendū tamen, quòd ſicut deus virtutem ſuam non alligauit ſacramentis, quin poſſit ſine ſacramentis effectum ſacramentorum conferre, ita etiam virtutem ſuam non alligauit

*q. 8. ar. 7.

*q. præſenti art. 3.

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæquartæ Articulum ſeptimum.*

In titulo eſt ſermo de angelis quo ad naturam, ſiue boni, ſiue mali ſint. Et rurſus eſt ſermo de poteſtate ordinaria, hoc eſt, an ſecundum communem curſum ordinis inſtituti a deo, angeli poſſint miniſtrare ſacramenta.

¶ In corpore articuli, quatuor fiunt. Primo reſpondetur quæſito. deinde ad bonitatem doctrinæ, tractatur de poteſtate delegabili ipſis angelis: vbi tria dicuntur, vt patebit.

¶ Quo ad primum, concluſio eſt: angeli non poſſunt miniſtrare ſacramenta. Probatur: Tota virtus ſacramentorum deriuatur a Chriſto patiente. ergo ad homines & non ad angelos pertinet miniſtrare ſacramenta. Conſequentia probatur ex duo- E bus. Primo, ex diſſimilitudine naturæ: quia ſcilicet Chriſto homines non angeli aſſimilantur in natura. Secundo, quia Chriſtus patiens inquantum patiens, fuit minor angelis: miniſter autem non debet eſſe maior principali agente, vt contingeret in propoſito, ſi ſancti angeli eſſent ordinarie miniſtri Chriſti patientis. Secunda concluſio eſt, quòd poteſt conferri angelis quod adminiſtrent ſacramenta. Probatur, quia deus non alligauit virtutem ſuam miniſtris eccleſiæ, ſicut nec ſacramentis. Tertia concluſio eſt de exercitio adminiſtrationis ſacramentorum a bonis angelis: Si adminiſtrarent ſancti angeli ſacramentum aliquod, deberet haberi pro vero ſacramento. Probatur: quia ſancti angeli ſunt nuntij veritatis. Quarta eſt: Si dæmones aliquid huiuſmodi facerent, habendum eſſet pro falſo: quia ſunt ſpiritus mendacij.

¶ Aduerte hoc in loco, quòd circa primam concluſionem Scotus in 4 ſenten. diſt. 6. q. 1. opinatur oppoſitum, tenens, q omne ſuppoſitum intellectualis naturæ poteſt ſacramentū aliquod cōferre, ſalrē baptiſma. Et ratio ſua eſt: quia pōt abluere

aqua hominem proferendo verba debita, & habere intentionē faciendi quod facit eccleſia: hæc enim tria requiruntur & ſufficiunt ad miniſtrum, & hæc omnia poteſt angelus in aſſumpto corpore exercere.
¶ Rationabilior autem Auctoris poſitio, ex allatis in litera inuenitur: fundata.n. eſt ſuper auctoritate Apoſtoli ad Hebræos 5. vbi pontificem omnem hominem declarat. vnde magnum argumentum aſſumitur ad propoſitum, ꝙ ſi maximum miniſterium eccleſiæ ſoli homini cōuenit, ita quòd angelis denegatur (quale eſt pontificatus) multo magis minima miniſteria eccleſiæ, angelis denegātūr. Fundatur & ſuper ratione, qua miniſtri debent aſſimilari principali agenti. Ratio autem Scoti deficit in hoc manifeſte, quòd ęquiuoce vtitur locutione. Locutio enim requiſita ad miniſtrum ſacramēti, eſt actus vitalis loquentis: locutio autem angeli in corpore aſſumpto, eſt motus corporis non viuentis, vt patet. Poteſt quoque dici, quòd deficit in alio, ſcilicet quòd applicatio ſacramenti debet fieri per inſtrumentum coniūctum primo, & mediante illo per inſtrumentum ſeparatum, quod hic nō haberet locum. Et quāuis hoc non multum vrgeat, primus tamen defectus cogit. Et quia primus defectus inuenitur ī omni ſuppoſito rationali extra humanam ſpeciem, ideo oportet hominem eſſe, qui miniſtret ſacramenta. Et ſic patet ꝙ minor Scoti eſt falſa, vniuoce ſumendo rationem verborum: aut maior eſt falſa, ſi prolationē verborū ſumat quouis modo ꝑter principalē defectū pri^9 dictū, ſ. quòd oportet baptizantem eſſe Chriſti miniſtrū, ac ꝑ hoc Chrō hoīe non maiorē, ſed cōformem in natura.

Sup. q.60. arti.8. cor. Et 4. diſt.6. q.1. art.2. q.1. & di.7. q.1. artic.1. q.1. ad 3. Et diſt.8. q.2. artic.4. q.3. ad 1. & diſ. 30. q.1. art. 3. ad 3.

*¶ Super Quæſtionis ſexageſimæquartæ Articulum octauū.*

Titulus clar^9 eſt.

eccleſiæ miniſtris, quin etiam angelis poſſit virtutem tribuere miniſtrandi in ſacramentis. Et quia boni angeli ſunt nuntij veritatis, ſi aliquod ſacramentale miniſterium a bonis angelis perficeretur, eſſet ratum habendum: quia deberet conſtare hoc fieri voluntate diuina, ſicut quædam templa dicuntur angelico miniſterio conſecrata. G Si uero dæmones, qui ſunt ſpiritus mendacii, aliquod ſacramentale miniſterium exhiberent, non eſſet ratum habendum.

Ad primvm ergo dicendum, quòd illud, quod faciunt homines inferiori modo, ſcilicet per ſenſibilia ſacramēta, quæ ſunt proportionata naturæ ipſorum, faciūt angeli tamquam ſuperiores miniſtri ſuperiori modo, ſcilicet inuiſibiliter purgando, illuminando, & perficiendo.

H Ad 2^m dicendum, quòd ſancti, qui ſunt in cælo, ſunt ſimiles angelis, quantum ad participationem gloriæ, non autem quantum ad cōditionem naturæ, & per conſequens neque quantum ad ſacramenta.

Ad 3^m dicendum, quòd mali homines non habent, quòd poſſint miniſtrare in ſacramentis, ex hoc, quòd per malitiam ſunt mébra diaboli: & ideo non ſequitur quòd diabolus, qui eſt eorum caput, magis hoc poſſit.

## Articvlvs viii.

*Vtrum intentio miniſtri requiratur ad perfectionem ſacramenti.*

Ad octavvm ſic proceditur. Videtur quòd intentio miniſtri non requiratur ad perfectionem ſacramenti. Miniſter enim in ſacramento inſtrumentaliter operatur: ſed actio non perficitur ſecundum intentionem inſtrumenti, ſed ſecūdum intentionem principalis agentis. ergo intentio miniſtri non requiritur ad perfectionem ſacramenti.

¶ 2 Præt. Non poteſt homini eſſe nota intentio alterius. Si igitur intētio miniſtri requiratur ad perfectionem ſacramenti, non poſſet homini ad ſacramentum accedenti eſſe notum, quòd ſacramentum ſuſcepiſſet: & ita non poſſet habere certitudinem ſalutis, præcipue cum quædā ſacramenta ſint de neceſſitate ſalutis, vt infra dicetur*.

¶ 3 Præt. Intentio hominis non poteſt eſſe ad id, circa quod non eſt attētus: ſed aliquando illi, qui in ſacramentis miniſtrant, non attendunt ad ea, quæ dicunt vel faciunt, alia cogitantes. ergo ſecundum hoc non perficeretur ſacramentum, propter intentionis defectum.

Sed contra eſt, quòd ea quæ ſunt præter intentionem, ſunt caſualia: quod non eſt dicendum de operatione ſacramentorum. ergo ſacramenta requirunt intentionem miniſtri.

Respon. Dicendum, quòd quando aliquid ſe habet ad multa, oportet quòd per aliquid determinetur ad vnum, ſi illud effici debeat. Ea vero quæ in ſacramentis aguntur, poſſunt diuerſimode agi, ſicut ablutio aquæ, quæ fit in baptiſmo, poteſt ordinari & ad munditiam corporalem, & ad ſanitatem corporalem, & ad ludum, & ad multa alia huiuſmodi: & ideo oportet quòd determinetur ad vnum, id eſt ad ſacramentalem effectum per intentionem abluētis. Et hæc intentio exprimitur per verba, quæ in ſacramentis dicuntur, puta cum dicit, Ego te baptizo in nomine Patris, &c.

Ad primvm ergo dicendum, quòd inſtrumentum inanimatum non habet aliquam intentionem reſpectu effectus, ſed loco intentionis eſt motus, quo mouetur a principali agente: ſed inſtrumentum animatum (ſicut eſt miniſter) non ſolum mouetur, ſed etiā quodammodo mouet ſeipſum, inquantum, ſua uoluntate mouet membra ad operandum: & ideo requiritur eius intētio, qua ſe ſubiiciat principali agenti, vt ſcilicet intendat facere, quod facit Chriſtus & eccleſia.

Ad 2^m dicendum, quòd circa hoc eſt duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd requiritur mentalis intentio in miniſtro, quæ ſi deſit, non perficitur ſacramentū: ſed hunc defectū in pueris (qui nō habēt intentionē accedendi ad ſacramentū) ſupplet Chriſtus qui interius baptizat, ī adultis aūt, q̄ in-

¶ In corpore vnica concluſio: Intentio miniſtri exigitur ad perfectionem ſacramenti. Probatur: quando aliquid ſe habet ad multa, oportet ꝙ determinetur ad vnum, vt illud fiat: ſed ea quæ aguntur in ſacramentis, ſe habent ad multa, niſi per intentionem miniſtri determinentur ad vnum. ergo &c. Proceſſus totus clare patet in litera. Et confirmat: quia verba ſacramētalia exprimūt miniſtri intentionem.
¶ In reſponſione ad ſecundum nota primo nouitie pro claritate literæ, Auctorem referendo primam opinionē, narrare ipſam, primo quo ad hoc, quòd requiritur mentalis intentio, ita ꝙ ſi deſit, non perficitur ſacramentum: ſecūdo, quo ad hoc, ꝙ ſtante caſu quo huiuſmodi imperfectio ſacramenti accideret (ſiue adultus ſiue puer eſſet, qui ſacr̄m ſic defectuoſum ſuſciperet) ſupplementum aliūde ſortiretur, & puer quidem a Chriſto, adultus autem ex propria fide & deuotione. Poſtea reprehendit Auctor hāc opinionem: quia non poteſt ſaluare ſupplementum characteris.
¶ Aduerte ſecundo, quòd altera opinio ibidem ſubiūcta & approbata, non eſt intelligenda, vt verba ſonant: puta ꝙ nō requiritur in miniſtro intentio propria mentalis, ſed ſufficit intentio eccleſiæ per verba expreſſa, quicquid intendat ipſe miniſter interius: hic n. ſenſus ꝯdicit expreſſe doctrinæ Auctoris ī vltimo huius q̄ōis articulo dicentis, ꝙ ſi miniſter non intendat ſacr̄m conferre talis ꝑuerſitas tollit veritatē ſacr̄i, & inferius in q.68. art.7. ad ſecundum dicētis, Si in adulto deeſſet intentio ſuſcipiendi ſacr̄m, eſſet rebaptizandus, ſed ſenſus huius lr̄ę ex ꝑpoſito, ad q̄d loquit̄ Auctor ſumēdus eſt. Aduertēdū eſt. n. quòd hæc oīa dicūtur hic ꝑ ſolōne difficultatis motę in arg. ſ. ſi mentalis intētio miniſtri exigeret̄ nullus eſſet certus ſe eſſe vere baptizatum: ad hanc. n. certitudinē noſtram



noſtram de ſuſceptis ſacramentis intelligēdum eſt ſufficere intentionē eccleſiæ per verba miniſtri expreſſam, niſi per miniſtrū aut ſuſcipientem contrarium exprimat: ita quòd non intendit Auctor, ꝙ hæc ſufficiant ad perfectionem ſacramenti ſimpliciter, ſed ad perfectionē eius, ſecundum humanam certitudinem: per hoc enim euitatur inconueniens, quòd quilibet incertus poſſet dici de ſuſceptis ſacramētis.
¶ In reſponſione ad tertium, aduerte ꝙ Auctor communicans (vt puto) in vocabulis communi illius temporis vſui (quæ intentionem quidem, ſed non actualem habitualem vocabat) dixit hic intentionem habitualem, & ſtatim ſubiungit, ſenſum intentum: puta, cum ſacerdos accedit. &c.
¶ Et hæc propterea dixerim, vt ſcias nō latuiſſe Auctorem differentiam inter habere aliquid in actu, vel in habitu, vel in virtute, & ꝙ intentio requiſita ad ſacramenta non ſufficit quòd ſit ſecundum habitum, ſed oportet, quòd ſit ſecundum virtutem: quod vt meli^9 intelligas, accipe exemplum. habens habitum iuſtitiæ, tunc actualiter intendit iuſtum. quādo actualiter attendit ad ius reddendum. tunc vero habitualiter intendit iuſtum, cum retinet habitum iuſtitiæ, etiam ſi dormiat: tunc autem virtualiter intendit iuſtum, dum vacat quidem reddendo iuri (puta quia ſedet ad tribunal, vt faciat ſicut conſueuit, ſeu iudicis officium) & nihil de iure cogitat, ſed mens eius euagat̄ ad impertinētia: ita quòd etiam ſi non haberet habitum iuſtitiæ, ex ſolo hoc ꝙ accedit ad iudicis offīm faciendum in oībus: q̄ exercet iudicijs, quātūcūque euagetur, ſemper intēdit iuſtum virtualiter, ea rōne, quia ſemper perſeuerat, vis primæ intentionis, qua primo propoſuit facere iudicis offīm. Et huiuſmodi intentio non irrationabiliter vocatur habitualis: q̄a per modum habit^9 perſeuerat, nam & dormiente, & diſtracto hoīe, pſeuerat.
¶ Et hæc eſt, quæ ſufficere dr̄ ad ſacramēta, & vere ſic eſt: ſufficit. n. ad conſectionē euchariſtiæ, quòd ſacerdos vadat ad altare, vt dicat Miſſam, etiam ſi per totam Miſſam euagetur mēs eius.
¶ Aduerte ſecundo documentum Auctoris, ſcilicet quòd ſtudioſe debet miniſter operam dare vt etiam actualiter intendat &c, non eſſe intelligendum in actu ſignato, ſed in actu exercito. Non enim ſtudendum eſt, vt habeamus hoc in mente actualiter ego intendo conficere, ſed ſtudendum vt actualiter mens noſtra ad ea quæ ſunt conſecrationis, attendat, puta ad prolationē diſtinctā formę, ad reuerentē contrectationē materiæ, ad futurā tunc ineffabilem ꝑſentiam diuinæ gratiæ in ſacramento, vel etiam ipſius Chriſti, quo ad euchariſtiā: hoc eſt. n. conſecrare cū actuali intentione in actu exercito.

tendunt ſacramentum ſuſcipere, A ſupplet illum defectum fides & deuotio: ſed hoc ſatis poſſet dici, quantum ad vltimum effectum, q̄ eſt iuſtificatio a peccatis, ſed quātum ad effectum, qui eſt res & ſacramentum, ſcilicet quantum ad characterem, non videtur quòd per deuotionem accedentis poſſit ſuppleri: quia character nūquam imprimitur, niſi per ſacramētum. et ideo alij melius dicunt, quòd miniſter ſacramenti agit in perſona totius eccleſiæ, cuius eſt miniſter. B In verbis autem quæ profert, exprimitur intentio eccleſiæ, quæ ſufficit ad perfectionem ſacramenti, niſi contrarium exterius exprimatur ex parte miniſtri, vel recipientis ſacramentum.

Ad 3^m dicendum, quòd licet ille, qui aliud cogitat, non habeat actualem intentionem, habet tamen intentionem habitualem,* quæ ſufficit ad perfectionem ſacramenti; puta cum ſacerdos accedens ad baptizandum, intendit C facere circa baptizandū, quod facit eccleſia. vnde ſi poſtea in ipſo exercitio actus, cogitatio eius ad alia rapiatur, ex virtute primæ intentionis, perficitur ſacramētum: quamuis ſtudioſe curare debeat ſacramenti miniſter, vt etiam actualem intētionem adhibeat: ſed hoc non eſt totaliter poſitum in hominis poteſtate: quia præter intentionem, cum homo vult multum intendere, incipit alia cogitare, ſecundum illud Pſalm. 139. Cor D meum dereliquit me.

## Articvlvs. ix.

*Vtrum fides miniſtri ſit de neceſſitate ſacramenti.*

Ad nonvm ſic proceditur. Videtur quòd fides miniſtri ſit de neceſſitate ſacramenti. Sicut enim dictum eſt, * intentio miniſtri eſt neceſſaria ad ſacramēti perfectionem: ſed fides intentionem E dirigit, vt Auguſt.† dicit contra Iulianum. ergo ſi deſit vera fides in miniſtro, non perficitur ſacr̄m.

¶ 2 Præt. Si miniſter eccleſiæ veram fidem non habeat, videtur eſſe hæreticus: ſed hæretici, vt videtur, non poſſunt ſacramenta conferre: dicit enim Cyprianus in epiſtola* contra hæreticos, Omnia quæcumque faciunt hæretici, carnalia ſunt, & inania, & falſa: ita vt nihil eorum quæ illi geſſerint, a nobis probari debeat, & Leo A papa dicit in epiſtola † ad Leonem Auguſtum, manifeſtum eſt per crudeliſſimam & inſaniſſimam veſaniam, in alexandrina ſede omnium cæleſtium ſacramentorum lumen extinctum, intercepta eſt ſacrificij oblatio, defecit chriſmatis ſanctificatio, & parricidialibus manibus impiorum, omnia ſeſe ſubtraxere myſteria. ergo vera fides miniſtri eſt de neceſſitate ſacramenti.

¶ 3 Præt. Illi, qui non habent ve- B ram fidem, videntur eſſe per excommunicationem ab eccleſia ſeparati: dicitur enim in ſecunda canonica Ioannis. Siquis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domum, nec Aue dixeritis ei. & ad Tit. 3. Hæreticum hominem poſt primam & ſecundam correctionem deuita: ſed excommunicatus non videtur poſſe conferre eccleſiæ ſacramentum, cum ab eccleſia ſit ſeparatus, ad cuius mini- C ſterium pertinet ſacramentorum diſpenſatio. ergo videtur quòd vera fides miniſtri, ſit de neceſſitate ſacramenti.

Sed contra eſt, quòd Auguſt.* dicit contra Petilianum donatiſtam: Mementote, ſacramentis dei nihil obeſſe mores malorum hominum, quòd illa vel nō ſint, vel minus ſancta ſint.

Respon. Dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt, † quia miniſter in ſacramentis inſtrumen- D taliter operatur, non agit in virtute propria, ſed in virtute Chriſti. Sicut autem pertinet ad propriam virtutem hominis charitas, ita & fides. vnde ſicut non requiritur ad perfectionem ſacramenti, quòd miniſter ſit in charitate, ſed poſſunt etiam peccatores ſacramenta conferre, vt ſupra dictum eſt,* ita non requiritur ad perfectionem ſacramenti fides eius: ſed infidelis poteſt verum ſacramentū præbere, dummodo cetera adſint, E quæ ſunt de neceſſitate ſacramēti.

Ad primvm ergo dicendum, quòd poteſt cōtingere quòd aliquis patiatur defectum fidei circa aliquid, & non circa veritatem ſacramenti, quod exhibet: puta ſi aliquis credat iuramētum eſſe in omni caſu illicitum: & tamen credat baptiſmum efficaciā habere ad ſalutē, & ſic talis infidelitas, non impedit intentionem conferendi ſacramentum. Si vero patiatur fidei defectum circa ipſum ſacramentū quod exhibet, licet cre-

*¶ Super Quæſtionis ſexageſimæquartæ Articulum nonum.*

Titulus clar^9 eſt.
¶ In corpore vna eſt concl'o cum vno corollario. Cōcluſio eſt: Ad perfectionem ſacr̄i, non exigitur fides miniſtri. Probatur: Miniſter in ſacr̄is operatur non propria ſed Chriſti virtute. ergo ſicut nō requiritur ad perfectionē ſacr̄i miniſtri charitas, ita nec eius fides. Conſequentia ꝑbat̄: q̄a fides pertinet ad ꝑfectionem miniſtri, ſicut & charitas.

† Leo ī epi. quæ incipit: Literas clementiæ tuę, a med.

*lib. 1. c.47 circa finem tom.7.

*art. 5. huius quæſt. & q.62. artic.1. & 2.

* art. 5. & 6. huius q̄ſt.

Quam non requiri probatur ex eo, ꝙ mali homines poſſunt miniſtrare ſacramenta. Corollarium eſt: Infidelis poteſt eſſe miniſter ſacramenti.

¶ In reſponſionibus argumentorũ, memento eorum, quæ diximus in artic. 6. de ſuſcipientibus ſacramẽta ab indignis quãdo peccant. Et iuxta illã intellige quæ hic dicuntur, addendo ꝙ præciſi manifeſte ab eccleſia ſi in articulo neceſſitatis ſacramentum baptiſmi conferrent, non peccarent, immo tenentur in tali caſu baptiſmum conferre, abſque ſolennitate tamen. Nec propterea ſacerdotes efficerentur irregulares ratione ſuperius dicta: quia non miniſtri ex officio perſonam agerent, ſed miniſterialiter ſubuenientis neceſſitatem patienti.

†Art. 8. huius quæſt.

¶ In reſpõſione ad ſecundum, aduerte incidẽter quòd purgatio Cypriani martyris, de qua Aug. loquitur, non niſi venialis pcti fuit, tum, quia cũ charitate ſtabat error ille, vt Auguſtini verba ſonãt: tum, quia tempore illo non erat per eccleſiam determinata efficacia ſacramentorum per miniſtros extra eccleſiam.

*c. 36. vſq; ad mediũ, to. 3.

†epiſt. 65. a med. illius.

dat per id, quod agitur exterius, nullum ſequi interiorem effectũ, non tamen ignorat quòd eccleſia catholica intendit per huiuſmodi quæ exterius aguntur, præbere ſacramentum. vnde non obſtãte infidelitate, poteſt intendere facere id quod facit eccleſia, licet æſtimet id nihil eſſe. Et talis intentio ſufficit ad ſacramentum: quia ſicut ſupra dictum eſt,† miniſter ſacramenti agit in perſona totius eccleſiæ, ex cuius fide ſuppletur id, qđ deeſt fidei miniſtri.

G Ad 2m dicendum, quòd hæreticorum quidam in collatione ſacramentorum, formam eccleſiæ non ſeruant, & tales neque ſacramentum conferunt, neque rem ſacramenti: quidam vero ſeruant eccleſiæ formam, & tales conferũt quidem ſacramentum, ſed non conferunt rem ſacramenti: et hoc dico, ſi ſunt manifeſte ab eccleſia præciſi: quia ex hoc ipſo quòd aliquis accipit ſacramẽta ab eis, peccat, & per hoc impeditur ne effectum ſacramenti conſequatur. vnde Aug.* dicit in lib. de fide ad Petrum: Firmiſſime tene & nullatenus dubites, extra eccleſiam baptizatis, ſi ad eccleſiam nõ redierint, baptiſmo cumulari perniciem. Et per hũc modum dicit Leo papa,† in ſede alexandrina ſacramentorum lumen eſſe extinctum, ſcilicet quantum ad rem ſacramenti, non autem quantum ad ipſum ſacramẽtum. Cyprianus autem nullo modo ſacramentum conferre hæreticos poſſe, credebat: ſed in hoc eius ſententia non tenetur. vnde Auguſt. dicit martyrem Cyprianum, qui apud hæreticos vel ſchiſmaticos datum baptiſmum nolebat cognoſcere, tanta merita vſque ad triumphum martyrij ſecuta ſunt, vt charitatis, qua excellebat luce, obumbratio illa fugaretur, & ſi quid purgandum erat, paſſionis falce tolleretur.

Ad 3m dicendum, quòd poteſtas miniſtrandi ſacramẽta pertinet ad ſpiritualem characterem, qui indelebilis eſt, vt ex ſupradictis patet,* et ideo per hoc, quòd aliquis ab eccleſia ſuſpenditur, vel excommunicatur, vel etiam degradatur, non amittit poteſtatem conferendi ſacramentum, ſed licentiam vtẽdi hac poteſtate: et ideo ſacramentum quidem confert, ſed tamen peccat conferendo: & ſimiliter ille, qui ab eo accipit ſacramentum. et ſic non percipit rem ſacramenti, niſi forte per ignorantiam excuſetur.

* quæſt. præced. art. 5.

Infra q. 74. art. 2. ad 2. Et 4. diſt. 6. q. 1. artic. 2. q. 2. & diſt. 11. q. 2. ar. q. 1 3 ad 1. & diſt. 10. q. 1. art. 3. ad 3.

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæquartæ Articulum decimum.*

Titulus clarus. ¶ In corpore articuli eſt diſtinctio bimembris in ſingulis concluſionibus. Diſtinctio eſt: Intentio miniſtri poteſt peruerti dupliciter: vel reſpectu ſacramenti, vel reſpectu alicuius alterius. Prima concluſio iuxta primum membrum eſt: Peruerſa intentio reſpectu ſacramenti, tollit veritatẽ ſacramenti. Hanc concluſionem Auctor non probat in litera: ſed vt manifeſtam relinquit ex præmiſſis, ſcilicet ꝙ intentio miniſtri requiritur ad ſacramẽtum: huiuſmodi .n. peruerſitas tollit intentionem miniſtri. Secunda concluſio, iuxta ſecũdum mẽbrum eſt: Peruerſa intẽtio miniſtri circa conſequentia, nõ tollit veritatem ſacramenti. Probatur: quia prius non dependet a poſteriori.

¶ In reſponſione ad ſecundum, aduerte ꝙ intentio ludicra ſeu iocoſa in collatione ſacramẽti, poteſt inueniri dupliciter, vel relata ad ipſum ſacramentũ, vel relata ad finem, aut motiuũ; quod adminiſtret ſacramẽtum. Exemplum primi, ſi quis nõ intendendo facere qđ facit eccleſia, ſed facere actum exteriorem ſimilem actui, quem facit eccleſia: vel deriſorie vel delectationis ſocialis grã aliquos baptizaret: huiuſmodi .n. iocoſa intẽtio tollit veritatẽ ſacri: quia tollit intentionem miniſtri, et đ tali loquitur Auctor in litera. Exemplum ſecundi: Si quis ſocialis delectatiõis gratia aliquos baptizaret, intendens tamẽ facere quod facit eccleſia: ſicut econtra, ſi quis delectationis gratia pmitteret ſe baptizari. Huiuſmodi enim intentio iocoſa non tollit veritatem ſacramenti: ſicut nec ſi fuiſſet intentio auara: puta ſi propter pecuniam conferret aut ſuſciperet quis baptiſma. Et ratio eſt: quia iocoſitas talis non tollit intentionem miniſtri reſpectu ſacramenti.

## Articvlvs X.

*Vtrum intentio recta miniſtri requiratur ad perfectionem ſacramenti.*

Ad decimvm ſic proceditur. Videtur, quòd intentio recta miniſtri requiratur ad perfectionem ſacramenti. Intentio enim miniſtri debet conformari intentioni eccleſiæ, vt ex dictis patet.* ſed intentio eccleſiæ ſemper eſt recta. ergo de neceſſitate ad ſacramenti perfectionem requiritur intentio recta miniſtri.

*artic. 8.

§ 2 Præt. Peruerſa intentio deterior eſſe videtur, quàm intentio iocoſa: ſed intentio iocoſa tollit ſacramentum: puta ſi aliquis non ſerio, ſed ludo aliquem baptizaret. ergo multo magis peruerſa intentio aufert ſacramentũ: puta ſi aliquis aliquẽ baptizaret, vt poſtmodum eũ occideret.

§ 3 Præt. Peruerſa intentio facit totum opus vitioſum, ſecundum illud Luc. 12. Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuũ tenebroſum erit: ſed ſacramenta Chriſti non poſſunt inquinari per malos homines, ſicut Auguſt. dicit contra Petilianum. ergo videtur, quòd ſi ſit peruerſa intentio miniſtri, non ſit ibi verum ſacramentum.

H Sed contra eſt, quòd peruerſa intentio pertinet ad malitiam miniſtri: ſed malitia miniſtri non tollit ſacramentum. ergo nec peruerſa intentio.

Respon. Dicendum, ꝙ intentio miniſtri poteſt peruerti dupliciter. vno modo reſpectu ipſius ſacramenti: puta cum aliquis non intendit ſacramentum conferre, ſed deriſorie aliquid agere. I et talis peruerſitas tollit veritatem ſacramenti, præcipue quando ſuam intentionem exterius manifeſtat. Alio modo poteſt peruerti intentio miniſtri quantum ad id, quod ſequitur ſacramentum: puta ſi ſacerdos intendat aliquam feminam baptizare, vt abutatur ea: vel ſi intendat conficere corpus Chriſti, vt eo ad veneficia vtatur: et quia prius non dependet a poſteriori, inde eſt quòd talis K intentionis peruerſitas veritatem ſacramenti non tollit, ſed ipſe miniſter ex tali intentione grauiter peccat.

Ad primvm ergo dicendum, quòd eccleſiæ intentio recta eſt, & quantum ad ſacramenti perfectionem, & quantum ad ſacramenti vſum: ſed prima rectitudo perficit ſacramentum, ſecunda operatur ad meritum. et ideo miniſter qui conformat intentionem ſuam eccleſiæ, quãtum ad primam rectitudinem, non autem quantum ad ſecundam, perficit quidem ſacramentum, ſed non eſt ſibi ad meritum.



Ad 2m dicendum, quòd intentio ludicra vel iocoſa, excludit primam rectitudinem intentionis, per quam perficitur ſacramentum: & ideo non eſt ſimilis ratio.

Ad 3m dicendum, quòd peruerſa intentio peruertit opus intendentis, non autem opus alterius: et ideo ex peruerſa intentione miniſtri, peruertitur id, quod agit in ſacramentis, inquantum eſt opus eius, non inquantum eſt opus Chriſti, cuius eſt miniſter. Et eſt ſimile, ſi miniſter alicuius hominis, praua intentione deferret pauperibus eleemoſynam, quam dominus recta intentione mandaret.

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæquintæ Articulum primum.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore vna concluſio: Conuenienter ponuntur ſacramenta eccleſiæ ſeptem. Manifeſtatur hæc concluſio dupliciter, primo ſecundum propriam doctrinam, ſecundo, iuxta aliorum traditionem.

¶ Quo ad primum, diſtinguit duos fines ſacramẽtorum, vnus eſt perfectio hominis ĩ his, quæ Chriſtiani ſunt cultus: alter eſt remedium peccatorum. Et probat ſic concluſionem: ſacramẽta eccleſiæ ad vtrũque dictum finem conuenienter ponuntur in numero ſeptenario. ergo &c. Antecedens manifeſtatur primo reſpectu primi finis (diſcuſſo progreſſu) numerando ſeptẽ perfectiones opportunas cultui Chriſtiano, quæ ſunt, vita, robur, conſeruatio, curatio, reſtitutio, poteſtas, & ppagatio, & aſſignando ſingulorum rationem, vt in litera clare patet. Deinde declaratur antecedẽs reſpectu ſecundi finis, aſſignando ſeptem defectus, qui clare patent in lra.

¶ Quo ad ſecundum, clare apparet recitata poſitio abſque alia expoſitiõe.

## Qvaestio. LXV.

*De numero ſacramentorum, in quatuor articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandum eſt de numero ſacramentorum.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

§ Primo, Vtrum ſint ſeptem ſacramenta.

§ Secundo, De ordine eorum ad inuicem.

§ Tertio, De comparatione eorũ.

§ Quarto, Vtrum omnia ſint de neceſſitate ſalutis.

## Articvlvs primvs.

*Vtrum debeant eſſe ſeptem ſacramenta eccleſiæ.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd non debeant eſſe ſeptem ſacramenta. Sacramenta enim efficaciam habent ex virtute diuina, & ex virtute paſſionis Chriſti: ſed vna eſt virtus diuina, & vna Chriſti paſſio: vna enim oblatione conſumauit in ſempiternum ſanctificatos, vt dicitur Hebr. 10. ergo non debuit eſſe, niſi vnum ſacramẽtum.

+diſt. 1. q. 1. ar. 1. Et 2. c. 58. & 1. cor. ...

§ 2 Præt. Sacramentum ordinatur cõtra defectum peccati: hic autem eſt duplex, ſcilicet pœna & culpa. ergo ſufficeret eẽ duo ſacrã.

§ 3 Præt. Sacramenta pertinent ad actiones eccleſiaſticæ hierarchiæ, vt per Diony.† patet: ſed, ſicut ipſe dicit, tres ſunt actiones hierarchicæ, ſcilicet purgatio, illuminatio, & perfectio. ergo non debent eſſe, niſi tria ſacramenta.

†1. eccl. hierar. p. 3.

§ 4 Præt. Auguſt. dicit 19. contra Fauſtum, ſacramenta nouæ legis ſunt numero pauciora, q̃ ſacramenta veteris legis: ſed in veteri lege nõ erat aliquod ſacramentum, quod reſponderet confirmationi & extremæ vnctioni. ergo neque hæc debent numerari inter ſacramenta nouæ legis.

c. 13. ... to. 6

§ 5 Præt. Luxuria non eſt grauius inter cetera peccata, vt patet ex his, quæ in ſecunda parte dicta ſunt:† A ſed contra alia peccata non inſtituitur aliquod ſacramentum. ergo neque contra luxuriam debuit inſtitui ſacramentum matrimonij.

†2. 2. q. 154. ...

6 Sed contra videtur, quòd ſint plura ſacramenta. Sacramenta enim dicuntur quaſi quædam ſacra ſigna: ſed multæ aliæ ſanctificationes fiunt in eccleſia, ſecundum ſenſibilia ſigna, ſicut aqua benedicta, cõſecratio altaris, & alia huiuſmodi. ergo ſunt plura ſacramenta quàm ſeptem.

§ 7 Præt. Hug.* de ſancto Victore dicit, quòd ſacramenta veteris legis fuerunt oblationes, decimæ, & ſa B crificia: ſed ſacrificium eccleſiæ eſt vnum ſacramentum, quod dicitur euchariſtia. ergo etiam oblationes & decimæ debent dici ſacramenta.

*li. 1. de ſacra. par. 12. cap. 10

§ 8 Præt. Tria ſunt genera peccatorum, originale, mortale, & veniale: ſed contra originale peccatum ordinatur baptiſmus, contra mortale autem, pœnitentia. ergo deberet eſſe aliud præter ſeptem, quod ordinetur contra veniale.

Respon. Dicendum, quòd (ſicut ſupra* dictum eſt) ſacramenta eccleſiæ ordinantur ad duo, ſcilicet ad perficiendum hominem, in his, quæ pertinent ad cultum dei, ſecundum religionem Chriſtianæ vitæ, & etiam in remedium contra defectum peccati. Vtroq; C autem modo conuenienter ponuntur ſeptem ſacramenta: vita enim ſpiritualis conformitatem aliquam habet ad vitam corporalem, ſicut & cetera corporalia conformitatem quandam ſpiritualium habent. In vita autem corporali, dupliciter aliquis perficitur. Vno modo, quantum ad perſonam propriam, alio modo per reſpectum ad totam communitatem ſocietatis, in qua viuit: quia homo naturaliter eſt animal ſociale. Reſpectu autem ſuiipſius perficitur homo in vita corporali dupliciter. Vno modo per ſe, acquirendo .ſ. aliquam vitæ perfectionem: alio modo per accidens, ſ. remouendo impedimenta vitæ, puta ægritudines, vel aliquid huiuſmodi. Per ſe autem perficitur D corporalis vita, tripliciter. Primo quidem per generationem, per quam homo incipit eſſe & viuere: & loco huius in ſpirituali vita eſt baptiſmus, qui eſt ſpiritualis regeneratio, ſecundum illud ad Tit. 3. Per lauacrum regenerationis, &c. Secundo, per augmentum, quo aliquis perducitur ad perfectam quantitatem & virtutem: & loco huius in ſpirituali vita, eſt confirmatio, in qua datur Spiritusſanctus ad robur. vnde dicitur diſcipulis iam baptizatis Luc. vlt. Sedete in ciuitate, quoaduſque induamini virtute ex alto. Tertio, per nutritionem, qua conſeruatur in homine vita & virtus. Et loco huius, in vita ſpirituali eſt euchariſtia: vnde dicitur Ioan. 6. Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. et hoc quidem ſufficeret homi- E ni, ſi haberet & corporaliter & ſpiritualiter impaſſibilem vitam: ſed quia homo incurrit interdũ & corporalem infirmitatem & ſpiritualem, ſcilicet peccatũ, ideo neceſſaria eſt homini curatio ab infirmitate: quæ quidem eſt duplex. vna quidem, eſt ſanatio, quæ ſanitatem reſtituit, & loco huius in ſpirituali vita eſt pœnitentia, ſecũdum illud Pſal. 40. Sana animam meã, quia peccaui tibi. Alia autem eſt reſtitutio valetudinis priſtinæ per conueniẽtem diætam & exercitium, & loco huius in ſpirituali vita eſt extrema vnctio, q̃ remouet peccatorum reliquias, & hominem paratũ reddit ad finalem gloriam: vnde dicitur Iac. 5. Et ſi in peccatis ſit, dimittentur ei. Perficitur autem homo in ordine ad totam cõmunitatem dupliciter. vno modo

*q. 62. ar. 5. & q. 63. artic. 1.

per hoc, quòd accipit poteſtatem regendi multitudinem, & exercendi actus publicos. Et loco huius in ſpirituali vita eſt ſacramentum ordinis, ſecundum illud Hebr. 7. quòd ſacerdotes hoſtias offerunt non ſolum pro ſe, ſed etiam pro populo. Secundo, quantum ad naturalem propagationem, quod fit per matrimoniũ tam in corporali quàm in ſpirituali vita, eo quòd eſt non ſolum ſacramentum, ſed naturæ officium. Ex his etiam patet ſacramentorum numerus, ſecundũ quòd ordinantur contra defectum peccati. nam baptiſmus ordinatur contra carentiam vitæ ſpiritualis: confirmatio contra infirmitatem animi, quæ in nuper natis inuenitur: euchariſtia contra labilitatem animi ad peccandum: pœnitentia contra actuale peccatum, poſt G baptiſmum commiſſum: extrema vnctio contra reliquias peccatorum, quæ ſcilicet non ſunt ſufficienter per pœnitentiã ſublatæ, aut ex negligentia, aut ex ignorantia: ordo contra diſſolutionem multitudinis: matrimonium in remedium contra concupiſcentiã perſonalem, & contra defectum multitudinis, qui per mortem accidit. quidam vero accipiunt numerum ſacramentorum per quandam adaptationem ad virtutes, & ad defectus culparum & pœnalitatum, dicentes, quòd fidei reſpondet baptiſmus, & ordinatur cõtra culpam originalem: ſpei extrema vnctio, & ordinatur contra culpam venialem: charitati euchariſtia, & ordinatur contra pœnalitatem malitiæ: prudentiæ H ordo, & ordinatur contra ignorantiam: iuſtitiæ pœnitentia, & ordinatur contra peccatum mortale: temperantiæ matrimonium, & ordinatur contra concupiſcentiam: fortitudini confirmatio, & ordinatur contra infirmitatem.

Ad primum ergo dicendum, quòd idem agẽs principale vtitur diuerſis inſtrumentis ad diuerſos effectus, ſecundum congruentiam operũ. Et ſimiliter virtus diuina & paſſio Chriſti operatur in nobis per diuerſa ſacramenta, quaſi per diuerſa inſtrumenta.

Ad 2^m dicendum, quòd culpa & pœna diuerſitatem habent, & ſecundum ſpeciem, inquantum ſunt diuerſæ ſpecies culparum & pœnarum, & ſecundum diuerſos hominum ſtatus & habitudines. Et ſecundum hoc, oportuit multiplicari ſacramenta, vt ex dictis * patet.

*In corp. art.

Ad 3^m dicendum, quòd in actionibus hierarchicis conſiderantur, & agentes, & recipientes, & actiones. Agentes autem ſunt miniſtri eccleſiæ, ad quos pertinet ordinis ſacramentum. Recipientes autem ſunt illi, qui ad ſacramentum accedunt, qui producuntur per matrimonium. Actiones autem ſunt purgatio, illuminatio & perfectio: ſed ſola purgatio non poteſt eſſe ſacramentum nouæ legis, quod gratiam confert: ſed pertinet ad quędam ſacramentalia, quæ ſunt catechiſmus & exorciſmus. Purgatio autem & illuminatio ſimul, ſecundum Diony. * pertinent ad baptiſmum, & propter recidiuum ſecundario pertinent ad pœnitentiam, & extremam vnctionem. Perfectio autem quantum ad virtutem quidem (quæ eſt quaſi perfectio formalis) pertinet ad confirmationem, quantum autem ad conſecutionem finis, pertinet ad euchariſtiam.

*c.3. par.1. circa fin.

Ad 4^m dicendum, quòd in ſacramento confirmationis datur plenitudo Spiritusſancti ad robur: in extrema autem vnctione præparatur homo, vt recipiat immediate gloriam: quorum neutrum competit veteri teſtamento. & ideo nihil potuit his ſacramentis in veteri lege reſpondere: nihilominus tamen ſacra- F menta in veteri lege plura fuerunt numero, propter diuerſitatem ſacrificiorum & cæremoniarum.

Ad 5^m dicendum, quòd contra concupiſcentiam venereorum, oportuit ſpecialiter remedium adhiberi per aliquod ſacramentum: primo quidem, quia per huiuſmodi concupiſcentiam non ſolum vitiatur perſona, ſed etiam natura: ſecundo, propter vehementiã eius, quæ rationem abſorbet.

Ad 6^m dicendum, ꝙ aqua benedicta, & aliæ conſecrationes non dicuntur ſacramenta: quia non perducunt ad ſacramenti effectum, qui eſt gratiæ conſecutio: ſed ſunt diſpoſitiones quædam ad ſacramenta, vel remouendo prohibens, ſicut aqua benedicta ordinatur contra inſidias dæmonum, & cõtra peccata venialia, vel etiam idoneitatem quandam faciendo ad ſacramenti perfectionem, & perceptionem, ſicut conſecratur altare & vaſa, propter reuerentiam euchariſtiæ.

Ad 7^m dicendum, ꝙ oblationes & decimæ erant tam in lege naturæ, quàm in lege Moyſi ordinatę, non ſolum in ſubſidium miniſtrorum & pauperum, ſed etiam in figuram: & ideo erant ſacramenta: nunc autem non remanſerunt inquantum ſunt figuralia: & ideo non ſunt ſacramenta.

Ad 8^m dicendum, ꝙ ad deletionem venialis peccati non requiritur infuſio gratiæ. vnde cum in quolibet ſacramento nouæ legis gratia infundatur, nullum ſacramentum nouæ legis inſtituitur directe contra veniale, quod tollitur per quædam ſacramentalia: puta per aquam benedictam, & alia huiuſmodi: quidam tamen dicunt extremam vnctionem contra veniale peccatum ordinari: ſed de hoc ſuo loco * dicetur.

*Non compleuit morte præuentus.

## Articvlvs II.

*Vtrum ſacramenta conuenienter ordinentur ſecundum modum prædictum.*

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur quòd inconuenienter ſacramenta ordinentur ſecundum modum prædictum. † Vt I enim Apoſtolus dicit primæ Corinth. 15. Prius eſt quod eſt animale, deinde quod ſpirituale: ſed per matrimonium generatur homo prima generatione, quæ eſt animalis: per baptiſmum autem regeneratur homo ſecunda generatione, quę eſt ſpiritualis. ergo matrimonium debet præcedere baptiſmum.

¶ 2 Præt. Per ſacramentum ordinis aliquis accipit poteſtatem K agendi actiones ſacramentales: ſed agens eſt prior ſua actione. ergo ordo debet præcedere & baptiſmum, & alia ſacramenta.

¶ 3 Præt. Euchariſtia eſt ſpirituale nutrimentum, confirmatio autem comparatur augmento. Nutrimẽtum autem eſt cauſa augmenti, & per conſequens prius eo. ergo euchariſtia eſt prior confirmatione.

¶ 4 Præt. Pœnitentia præparat hominem ad euchariſtiam: ſed



diſpoſitio præcedit perfectionem. ergo pœnitentia debet præcedere euchariſtiam.

¶ 5 Præt. Quod eſt propinquius fini vltimo, eſt poſterius: ſed extrema vnctio inter omnia ſacramenta propinquior eſt vltimo fini beatitudinis. ergo debet habere vltimum locum inter ſacramenta.

In contrarivm eſt, ꝙ communiter ordinantur ab omnibus ſacramẽta, ſicut prius dictum eſt. *

*In præced.

Respon. Dicendum, quòd ratio ordinis ſacramentorum apparet ex his, quę ſupra † dicta ſunt. Nam ſicut vnum eſt prius, quàm multitudo, ita ſacramenta quæ ordinantur ad perfectionem vnius perſonæ naturaliter, præcedunt ea quæ ordinantur ad perfectionem multitudinis: & ideo vltimo inter C ſacramenta ponuntur ordo & matrimoniũ, quæ ordinantur ad multitudinis perfectionem: matrimoniũ tamen poſt ordinem, eo quòd minus participat de ratione ſpiritualis vitæ, ad quam ordinantur ſacramenta. Inter ea vero, quæ ordinantur ad perfectionem vnius perſonæ, naturaliter ſunt priora illa, quæ per ſe ordinantur ad perfectionem ſpiritualis vitæ, quàm illa quæ ordinantur per accidens, ſcilicet ad remouendum accidens nociuum ſuperueniens: cuiuſmodi ſunt pœnitentia & extrema vnctio. Poſterior tamen eſt naturaliter extrema vnctio, quæ conſeruat ſanationem, ꝗ pœnitẽtia, quæ inchoat. Inter alia vero tria manifeſtum eſt, quòd baptiſmus, qui eſt ſpiritualis regeneratio, eſt prius: & deinde confirmatio, quæ ordinatur ad formalem perfectionem virtutis, & poſtmodum euchariſtia, quæ ordinatur ad perfectionem * finis.

*In præced.

Ad primvm ergo dicendum, quòd matrimonium, ſecundum ꝙ ordinatur ad animalem vitam, eſt naturę officium: ſed ſecundum quòd habet aliquid ſpiritualitatis, eſt ſacramentum: & quia minimũ habet de ſpiritualitate, vltimo ponitur inter ſacramenta.

Ad 2^m dicendum, quòd ad hoc quòd aliquid ſit agens, præſupponitur ꝙ ſit in ſe perfectum: & ideo priora ſunt ſacramẽta, quibus aliquis in ſeipſo perficitur, quàm ſacramentum ordinis, quo aliquis conſtituitur perfector aliorum.

Ad 3^m dicendum, quòd nutrimentum & præcedit augmentũ, B ſicut cauſa eius, & ſubſequitur augmentum, ſicut conſeruans hominem in perfecta quantitate & virtute: & ideo poteſt euchariſtia prę̨mitti confirmationi, vt Diony. facit in lib. de cæleſt. hierar. & poteſt poſtponi, ſicut Magiſter facit in 4. ſententiarum.

Ad 4^m dicendum, quòd ratio illa recte procederet, ſi pœnitentia ex neceſſitate requireretur, vt præparatoria ad euchariſtiam: ſed hoc non eſt verum: nam ſi aliquis C eſſet ſine peccato mortali, non indigeret pœnitẽtia ad ſumptionem euchariſtiæ. Et ſic patet, quòd per accidens pœnitentia præparat ad euchariſtiã, ſcilicet ſuppoſito peccato: vnde dicitur 2. Paral. vlt. Tu domine iuſtorum, non poſuiſti pœnitentiam iuſtis.

Ad 5^m dicendum, quòd extrema vnctio propter rationem inductam, * eſt vltimũ inter ſacramenta, quæ ordinantur ad perfectio- D nem vnius perſonæ.

## Articvlvs III.

*Vtrum ſacramentum euchariſtiæ ſit potiſſimum inter ſacramenta.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd ſacramentum euchariſtię non ſit potiſſimum inter ſacramenta. Bonum enim commune potius eſt, quàm bonum vnius, vt dicit 1. Ethic. * ſed matrimoniũ ordinatur ad bonum com- E mune ſpeciei humanæ, per viã generationis: ſacramentum autem euchariſtiæ ordinatur ad bonum proprium ſumentis: ergo non eſt potiſſimum ſacramentorum.

*lib. 1. ethi. cap. 2. in fi. tom. 5.

¶ 2 Præt. Digniora ſacramenta eſſe videntur, quæ per maiorem miniſtrũ conferuntur: ſed ſacramentum confirmationis & ſacramentum ordinis non conferuntur, niſi

---

¶ Super Quæſtionis ſexageſimæquintæ Articulum ſecundum.

In titulo intellige per ordinem, ſecundum modum prædictum ordinẽ, quo numerata ſunt ſacramenta in præcedenti articulo, videlicet baptiſma, confirmatio, euchariſtia, pœnitentia, extrema vnctio, ordo, & matrimoniũ. Quæritur enim an ſic conuenienter ordinentur.

4. diſt. 1. q. 1. art. 4. Et diſt. 7. q. 1. art. 1. q. 1. Et Ephe. fin. Art. præced.

¶ In corpore prima concluſio eſt: Inter ſacramenta vltimo ponuntur ordo & matrimonium, matrimonium tamen poſt ordinem. Probatur concluſio, quo ad primam partem: quia ſicut vnũ eſt prius multitudine, ita ſacramenta quæ ordinantur ad perfectionem vnius perſonæ, ſunt naturaliter priora his, quæ ordinantur ad perfectionem multitudinis: ſed reliqua ſacramenta ſunt vnius perſonę, hæc autem duo reſpiciunt multitudinem. ergo. Quo ad ſecundam autem partem probatur: quia matrimonium minus participat de ſpirituali vita quàm ordo.

¶ Secunda concluſio eſt: Pœnitentia & extrema vnctio poſteriora ſunt baptiſmo, confirmatione & euchariſtia, poſterior tamen eſt extrema vnctio, pœnitẽtia. Probatur hęc concluſio quo ad primam partẽ: quia priora ſunt quæ per ſe ordinantur ad ſpiritualem perfectionẽ vnius, quàm illa quæ ordinantur per accidens: ſed, &c. Quo ad ſecundam autem partem: quia prior naturaliter eſt inchoatio ſanationis, quæ fit per pœnitẽtiam, cõſumatione illius, quam facit extrema vnctio.

¶ Tertia concluſio eſt: Inter tria prima ſacramenta, baptiſmus primum, confirmatio ſecũdum, euchariſtia tertium obtinet locum. Probatur: quia prius eſt ſpiritualis generatio: deinde forma le robur, demũ conſecutio finis.

¶ In reſponſione ad quartum, dubium occurrit, an iuſtus, ideſt, ſine peccato mortali exiſtens, teneatur ſemel in anno confiteri. Et eſt rõ dubij: quia hinc apparet quòd non, cum dicitur quòd talis non indigeret pœnitentia ad ſacramentum euchariſtiæ. In oppoſitum autem eſt, quia præceptum eccleſiæ eſt ad omnes vtriuſq; ſex' in annis diſcretionis conſtitutos.

¶ Ad hoc eſt dicendum, quòd homo ſine peccato mortali exiſtens, non tenetur ad confitendum ſemel in anno: quia non comprehenditur ſub his quos præceptum illud eccleſiæ aſtringit: quoniam præceptũ eccleſiæ de confeſſione ſemel in anno, non eſt niſi determinatio pręcepti diuini de confeſſione: ita quòd deus præcepit confeſſionem, Eccleſia autẽ determinat præceptum illud ad tale tempus, ad totiens &c. puta ſemel in anno &c. Sed præceptum diuinũ non obligat ad confeſſionem hominem ſine mortali peccato. ergo determinatio illius præcepti, per eccleſiam non obligat talem hominem. Et ſtat vis rationis in hoc, ꝙ nullus comprehenditur ſub præcepto eccleſiæ, qui non comprehenditur ſub præcepto A diuino, quod per ſe notũ eſt eſſe veriſſimum ex eo, ꝙ pręceptũ eccleſiæ ſe habet ad diuinum præceptum, vt contractio & limitatio quædam: quòd autem diuinum præceptum de confeſſione, obliget ſolos homines in peccato mortali, probatur, & ex hac litera fulta auctoritate ſacræ ſcripturæ, & ex calce præcedentis articuli, vbi dictum eſt, nullum ſacramentum directe ordinari contra peccatum veniale: & quicquid ſit de extrema vnctione, conſtat hoc verum eſſe de ſacramento pœnitentiæ, & ex communi theologorum doctrina inter conditiones confeſſionis ponente, ꝙ ſit integra, quòd nõ niſi de mortalibus intelligi poteſt. Et confirmatur: quia canon ipſe expreſſe dicit, quòd quilibet confiteatur, peccata ſua omnia, quod eſt impoſſibile intelligi, niſi de mortalibus. Ipſa ergo verba canonis teſtantur, quòd ad ſolos exiſtentes in peccato mortali dirigũtur.

D.574. In art. con. ſcilicet ...

¶ Super Quæſtionis ſexageſimæquintæ Articulum tertiũ.

Titulus clarus. ¶ In corpore duo fiunt. Primo, reſpondetur quæſito vna concluſione: Sacramentum euchariſtiæ eſt potiſſimũ inter omnia ſacramenta. Probatur tripliciter, vt patet in litera. Secũdo, comparantur reliqua ſacramenta inter ſe, & multa dicuntur ſatis clare.

In argum.

¶ Dubium tamen vnum reſtat in hac litera, circa id quod dicitur, quòd extrema vnctio præparat ad euchariſtiam: oppoſitum enim apparet ex eo, quòd extrema vnctio datur poſt viaticum.

4. di. 7. q. 1. art. 1. q. 3. co. Et di. 8. q. 1. ar. 1. q. 1. Et 4. cõ. cap. 74. Et veri. q. 27. ar. 4 cor. fi.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ Auctor loquitur de effectu extremæ vnctionis ſecũdum ſe: cum ſit enim ſanatio quædã, ſecundũ ſe ordinatur ad perfectam cũ Chriſto coniunctionem animæ, quæ per euchariſtiam fit. Vſus autem poſtponendi extremam vnctionem, aliunde ſumitur, de quo infra.

¶ In reſponſione ad ſecundum, dubium quoque occurrit, quomodo fideles per confirmationem deputentur ad ſpeciale officium, ſpectans ad officium principis, cum dictum ſit, confirmationem conferre robur, quod conſtat non eſſe officium ſpectans

ctãs ad principem. ¶Ad hoc dicitur, ꝙ quia cõfirmatio datur in robur confitendi fidem Chriſti crucifixi, qui eſt gẽtibus ſtultitia, & iudæis ſcandalũ, confirmatio eſt velut conſtitutio militis. Nã militares actus pugilum fidei in robuſta cõfeſſione cõſiſtunt. vnde quia officiũ militare eſt officium ſpectans ad principem (eius eſt enim cõdere milites, atque ipſos ducere) ideo in litera dicitur, quòd confirmatio eſt in officiũ ſpectans ad principem.

per epiſcopum, qui eſt maior miniſter, q̃ ſimplex ſacerdos, per quẽ confertur euchariſtiæ ſacramentũ. ergo illa ſacramenta ſunt potiora.

¶3 Præt. Sacramenta tanto ſunt potiora, quãto maiorem virtutem habent: ſed quædam ſacramenta imprimunt characterem, ſcilicet baptiſmus, confirmatio & ordo, quod non facit euchariſtia. ergo illa ſacramenta ſunt potiora.

¶4 Præt. Illud videtur eſſe potius, ex quo alia dependent, & nõ econuerſo: ſed ex baptiſmo dependet euchariſtia: non enim poteſt aliquis euchariſtiam accipere, niſi fuerit baptizatus. ergo baptiſmus eſt potior euchariſtia.

Ca. 3. eccl. hierar. non remote a princ.

SED CONTRA eſt, ꝙ Dion.* dicit 3. cap. eccleſ. hierar. quòd non cõtingit aliquem perfici perfectione hierarchica, niſi per diuiniſſimam euchariſtiam. ergo hoc ſacramentum eſt potiſſimum omnium aliorum.

RESPON. Dicendum, quòd ſimpliciter loquendo, ſacramentum euchariſtiæ eſt potiſſimũ inter alia ſacramenta: quod quidem tripliciter apparet. Primo quidem, ex eo quòd continetur in ſacramentis: nam in ſacramento euchariſtiæ continetur ipſe Chriſtus ſubſtantialiter, in alijs autem ſacramentis continetur quædam virtus inſtrumentalis participata a Chriſto, vt ex ſupra dictis patet:* ſemper autem quod eſt per eſſentiam, potius eſt eo, quod eſt per participationẽ. Secundo, hoc apparet ex ordine ſacramentorum adinuicem: nam omnia alia ſacramenta ordinari videntur ad hoc ſacramentum, ſicut ad finem. Manifeſtum eſt enim, quòd ſacramentum ordinis ordinatur ad euchariſtiæ conſecrationem: ſacramentum vero baptiſmi ordinatur ad euchariſtiæ receptionem. In quo etiam perficitur aliquis per confirmationem, vt non vereatur ſe ſubtrahere a tali ſacramento: per pœnitentiam etiam & extremam vnctionem præparatur homo ad digne ſumendum corpus Chriſti. Matrimoniũ etiam ſaltem ſua ſignificatione attingit hoc ſacramentum, inquantum ſignificat coniunctionem Chriſti & eccleſiæ: cuius vnitas per ſacramentum euchariſtię figuratur: vnde & Apoſtolus dicit Epheſ. 5. Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & in eccleſia. Tertio, hoc apparet ex ritu ſacramentorũ. Nam fere omnia ſacramenta in euchariſtia conſumantur, vt Diony.† dicit 3. eccleſ. hierar. ſicut patet, quòd ordinati cõmunicant, & etiam baptizati, ſi ſint adulti. Aliorũ autem ſacramentorum comparatio adinuicem, poteſt eſſe multiplex. Nam in via neceſſitatis, baptiſmus eſt potiſſimum ſacramentorum: in via autem perfectionis ſacramentũ ordinis: medio autem modo, ſe habet ſacramentum confirmationis. Sacramentum vero pœnitentiæ & extremæ vnctionis ſunt inferioris gradus a prædictis ſacramentis: quia ſicut dictum eſt,* ordinantur ad vitam Chriſtianã, non per ſe, ſed quaſi per accidens, ſcilicet in remedium ſuperuenientis defectus: quę tamen extrema vnctio cõparatur ad pœnitentiam, ſicut confirmatio ad baptiſmum, ita ſcilicet quòd pœnitentia eſt maioris neceſſitatis, ſed extrema vnctio eſt maioris perfectionis.

quæſt. 62. ar. 4. ad 3.

Ca. 3. eccl. hierar. circa princ.

Ar. 2. huius quæſt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd matrimonium ordinatur ad cõmune bonum corporaliter: ſed

F bonum commune ſpirituale totius eccleſiæ continetur ſubſtantialiter in ipſo euchariſtiæ ſacramento.

AD 2m dicendum, quòd per ordinem & confirmationem deputantur fideles Chriſti ad aliqua ſpecialia officia, quæ pertinent ad officium principis: & ideo tradere huiuſmodi ſacramenta, pertinet ad ſolum epiſcopum, qui eſt quaſi princeps in eccleſia. Per ſacramentum vero euchariſtiæ nõ deputatur homo ad aliquod officium, ſed magis hoc ſacramentum eſt finis omnium officiorum, vt dictum eſt.* In corp. ar.

AD 3m dicendum, quòd character ſacramentalis, ſicut ſupra dictum eſt,† eſt quædam participatio ſacerdotij Chriſti. vnde ſacramentum quod ipſum Chriſtum cõiungit homini, eſt dignius ſacramento, quod imprimit Chriſti characterem. q. 63. ar. 3.

G

AD 4m dicendum, quòd ratio illa procedit ex parte neceſſitatis: ſic. n. baptiſmus, cum ſit maxime neceſſitatis, eſt potiſſimum ſacramentorum: ſicut ordo & confirmatio habent quandam excellentiam ratione miniſterij, & matrimonium ratione ſignificationis: nihil enim prohibet aliquid eſſe ſecundum quid dignius, quod tamen non eſt dignius ſimpliciter.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum omnia ſacramenta ſint de neceſſitate ſalutis.*

H

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd omnia ſacramenta ſint de neceſſitate ſalutis. Illud enim quod non eſt neceſſarium, videtur eſſe ſuperfluum: ſed nullum ſacramẽtum eſt ſuperfluum: quia deus nihil facit fruſtra. ergo omnia ſacramenta ſunt de neceſſitate ſalutis.

¶2 Præt. Sicut de baptiſmo dicitur, Niſi quis renatus fuerit ex

I aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum dei, ita de euchariſtia dicitur Ioan. 6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. ergo ſicut baptiſmus eſt ſacramentũ neceſſitatis, & ita euchariſtia.

¶3 Præt. Sine ſacramento baptiſmi poteſt aliquis ſaluus fieri, dum modo nõ contemptus religionis, ſed neceſſitas ſacramentum excludat, vt infra dicetur:* ſed in quo-

K libet ſacramento contemptus religionis impedit hominis ſalutem. ergo pari ratione omnia ſacramenta ſunt de neceſſitate ſalutis.

SED CONTRA eſt, quòd pueri ſaluantur* per ſolum baptiſmũ, ſine alijs ſacramentis.

RESPON. Dicendum, quòd neceſſarium reſpectu finis, de quo nũc loquimur, dicitur aliquid dupliciter. Vno modo, ſine quo non poteſt haberi finis: ſicut cibus eſt neceſſarius vitæ humanæ. Et hoc, eſt ſimpliciter neceſſarium ad finem. Alio modo, dicitur eſſe neceſſarium id, ſine quo non habetur finis ita

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæquintæ Articulum quartum.*

TItulus clarus. ¶ In corpore ponitur vna diſtinctio bimembris de neceſſario ad finẽ, cum ſingulis conclusionibus. Diſtinctio eſt: Neceſſariũ ad finem eſt, vel ſimpliciter, vel vt commodius. Prima concluſio eſt primo modo neceſſitatis. Tria ſacramenta ſunt neceſſaria ad ſalutem, ſcilicet baptiſmus abſolute, pœnitentia ſuppoſito peccato mortali poſt baptiſmum, & ordo reſpectu eccleſiæ. Secunda cõcluſio eſt, Reliqua ſacramenta ſunt neceſſaria, ſecundo modo.

4. di. 7. q. 1. ar. 1. q. 1. & q. 3. ar. 1. q. 1.

¶ Aduerte hic, quòd cum ordo ponitur neceſſarius ſimpliciter ad ſalutem eccleſiæ eſt ſermo de eccleſia ſimpliciter & abſolute, & non de parte aliqua eccleſiæ, quæ eccleſiæ nomen & rationẽ non niſi defectiue haberet, puta de collegio monialium, aut monachorum ſeu eremitarum ſine clericis: hæc enim ſui defectum manifeſtant eo ipſo, quòd ſine ſacramentorum miniſtro ſunt.

q. 68. ar. 2. & 1.

D. 4.



conuenienter, ſicut equus neceſſarius eſt ad iter: hoc

A autem non eſt ſimpliciter neceſſarium ad finem. Primo igitur modo neceſſitatis, ſunt tria ſacramenta neceſſaria: duo quidem perſonæ ſingulari: baptiſmus quidem ſimpliciter & abſolute, pœnitentia autem ſuppoſito peccato mortali poſt baptiſmum: ſacramentum autem ordinis eſt neceſſarium eccleſię: quia vbi non eſt gubernator, populus corruet, vt dicitur Prouerbiorum 11. Sed ſecundo modo ſunt neceſſaria alia ſacramenta: nam confirmatio quodammodo perficit baptiſmum, extrema vnctio pœnitentiam: matrimonium vero, eccleſiæ multitudinem per propagationem conſeruat.

B

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ad hoc; quòd aliquid non ſit ſuperfluum, ſufficit quòd ſit neceſſarium primo vel ſecundo modo. et ſic ſunt neceſſaria omnia ſacramenta, ſicut dictum eſt.* In corp. ar.

AD 2m dicendum, quòd illud verbum domini eſt intelligendum de ſpirituali manducatione, & non de ſola ſacramentali, vt Aug.* exponit ſuper Ioan. Tract. 26. & 27.

AD 3m dicendum, quòd licet omnium ſacramentorum contemptus ſit ſaluti contrarius: non tamen eſt contemptus ſacramenti, ex hoc quòd aliquis non curat accipere ſacramentum, quod non eſt de neceſſitate ſalutis: alioquin omnes qui non accipiunt ordinem, & qui non contrahunt matrimonium, contemnerent huiuſmodi ſacramenta.

C

## QVAESTIO LXVI.

*De pertinentibus ad ſacramentum baptiſmi, in duodecim articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt, de ſingulis ſacramentis in ſpeciali. Et primo, de baptiſmo. Secundo, de confirmatione. Tertio, de euchariſtia. Quarto, de pœnitentia. Quinto, de extrema vnctione. Sexto, de ordine. Septimo, de matrimonio.

D

Circa primum occurrit duplex conſideratio. Prima, de ipſo baptiſmo. Secunda, de præparatorijs ad baptiſmum.

Circa primum quatuor conſideranda occurrunt. Primo, de his quę pertinent ad ſacramentum baptiſmi. Secundo, de miniſtro huius ſacramenti. Tertio, de recipientibus hoc ſacramentum. Quarto, de effectu huius ſacramenti.

E

### Circa primum quæruntur duodecim.

¶Primo, Quid ſit baptiſmus, vtrũ ſcilicet ſit ablutio.

¶Secundo, De inſtitutione huius ſacramenti.

¶Tertio, Vtrum aqua ſit propria materia huius ſacramenti.

¶Quarto, Vtrum requiratur aqua ſimplex.

¶Quinto, Vtrũ hæc ſit conueniens forma huius ſacramenti, Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritusſancti.

¶Sexto, Vtrum ſub hac forma poſſit aliquis baptizari, Ego te baptizo in nomine Chriſti.

¶Septimo, Vtrum immerſio ſit de neceſſitate baptiſmi.

¶Octauo, Vtrum requiratur trina immerſio.

¶Nono, Vtrum baptiſmus poſſit iterari.

¶Decimo, De ritu baptiſmi.

¶Vndecimo, De diſtinctione baptiſmatum.

¶Duodecimo, De comparatione baptiſmatum.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum baptiſmus ſit ipſa ablutio.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd baptiſmus non ſit ipſa ablutio. Ablutio enim corporalis tranſit: baptiſmus autẽ

C permanet. ergo baptiſmus non eſt ipſa ablutio, ſed potius regeneratio & ſigillũ, & cuſtodia, & illuminatio, vt Damaſ.* dicit in 4. lib.

¶2 Præt. Hugo de ſancto Vict.† dicit, ꝙ baptiſmus eſt aqua diluendis criminibus ſanctificata p verbum dei: aqua autem non eſt ipſa ablutio, ſed ablutio eſt quidam vſus aquæ. ergo &c.

¶3 Præt. Auguſt. dicit* ſuper Ioan. Accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum: elementum autem eſt ipſa aqua in ſacramento

D baptiſmi. ergo baptiſmus eſt ipſa aqua, non autem ablutio.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur eccleſ. 34. Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio eius? videtur ergo quòd baptiſmus ſit ipſa ablutio ſiue lauatio.

RESPON. Dicendum, quòd in ſacramento baptiſmi eſt tria cõſiderare, aliquid ſcilicet quod eſt ſacramentum tantum, aliquid autem quod eſt res & ſacramentum, aliquid vero quod eſt res tantum.

E Sacramentum tantum eſt aliquid viſibile exterius exiſtens, quod ſcilicet eſt ſignũ interioris effectus: hoc enim pertinet ad rationem ſacramenti: exterius autem ſuppoſitum ſenſui, eſt & ipſa aqua, & eius vſus, qui eſt ablutio. quidam ergo exiſtimauerunt, quòd ipſa aqua ſit ſacramentum, quod quidem ſonare videntur verba Hugo.* de ſancto Victore. Nam ipſe in communi definitione ſacramenti dicit, ꝙ

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæſextæ Articulum primum.*

TItulus vt ſonat ſumendus eſt.

¶ In corpore duo fiunt. Primo diſtinguuntur tria conſiderabilia in baptiſmo, deinde ſingula ſingillatim manifeſtantur aperiendo eorum quodlibet. Et primũ quidem clare patet in litera. De ſecundo autem duo vltima, ſcilicet res & ſacramẽtum, & res tantũ, in calce corporis articuli patent. Primum vero, ſcilicet, ſacramẽtum tantum habet aliquid manifeſtũ, ſcilicet quod eſt exterius quoddã ſenſibile ſignũ interioris effectus: qđ etiã probatur, quia hæc eſt ratio ſacramẽti. Habet autem aliquid ambiguum, an ſcilicet hoc exterius ſenſibile ſit ipſa aqua, an ablutio. Et eſt ratio dubij, quia ambo hæc ſenſibilia inueniuntur materialiter cõcurrere & neceſſario exigi ad baptiſmum, nam neque aqua ſine ablutione, neque ablutio ſine aqua ad baptiſmum ſufficeret ex parte materiæ. Et propterea refert Auctor primo opinionẽ quæ videtur Hugonis, ꝙ eſt aqua, & reprehendit ipſam, tali rõne: Vbi perficitur ſanctificatio, ibi perficitur ſacramentũ: ſed in aqua non perficitur ſanctificatio. ergo in aqua non perficitur ſacramentum. Maior probatur: quia ſacramenta nouę legis ſanctificationẽ operantur. Deinde approbat opinionẽ Magiſtri ſententiarum, ſcilicet quòd baptiſmus eſt ablutio, quam ſic probat. In aqua baptiſmali eſt quãdã ſanctificationis virtus inſtrumentalis, nõ permanẽs, ſed fluẽs in hominem, qui eſt veræ ſanctificationis ſubiectum. ergo ſacramentum perficitur in applicatione aquæ ad hominẽ, quæ eſt ablutio.

4. diſt. 3. ar. 1. Et 4. cõt. cap. 60.

¶ Circa hanc partẽ dubium occurrit de vigore ac veritate huius proceſſus ſeu rationis: quia ſi maior illa eſt vera, ſcilicet, ibi perficitur ſacramentũ, vbi perficitur ſanctificatio, & propterea infertur, in aqua non perficitur ſacramentum: quia in illa nõ perficitur ſanctificatio (non enim aqua per baptiſmum ſanctificatur) eadem ratione poteſt inferri, quòd ablutio non eſt ſacramentum, quia in ea non perficitur ſanctificatio: ablutio enim non ſanctificatur per baptiſmum, ſed homo qui abluitur.

*lib. 4. c. 10. circa med. †Hugo li. 2. de ſacra. in par. 6. ca. 2. in princ.

Trac. 80. in Ioan. poſt med. to. 9.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ maior quidẽ eſt vera: ſed diuerſa ratio ſubſumptorum, ſcilicet aquæ & ablutionis, facit, vt recte inferatur, aquã non eſſe ſacramentum, & non teneat illatio de ablutione: aqua enim & ablutio differunt in hoc, quòd aqua eſt res permanens, ablutio vero eſt res ſucceſſiua. Et quia vnumquodq; eſt in aliquo ſecundum modum recipientis, ideo conſequenter differũt in modo

Poſita in argu. 2. & loco ibi citato.

Modo ſanctificationis. Nam ſi in aqua perficeretur ſanctificatio, ſequeretur φ aqua eſſet ſancta: quia eſt in ſe quoddam permanens, ac per hoc pro ſeipſa ſanctificaret. *Si vero ponitur* quòd in ablutione perficitur ſanctificatio, nõ ſequitur quòd ipſa ablutio fiat ex huiuſmodi ſanctificatione ſancta: quia ablutio non eſt ſui ipſius, ſed abluti: nec eſt in ſeipſa, ſed in abluto, ac ꝑ hoc, non ea ratione ſanctificationem ſortitur, vt ſuiipſius ſit, ſed vt abluti ſit: hoc eſt, vt ablutus ſanctificetur per ipſam deferentem ſanctificationem in ablutum. Et (vt vno verbo dicatur) qa ablutio importat terminum, qui abluitur, perfici ſanctificationem in ablutione intelligitur ſecundum ſuum terminum, ſeu in incluſo termino: quod de aqua non poteſt intelligi: quia ſignificat rem permanentem, & non rẽ tranſeuntem in alium, ſicut eſt ablutio. Vnde & in litera probatur, ablutionem & non aquam eſſe ſacramentum: quia virtus inſtrumentalis ibi exiſtens eſt quædam ſanctitas fluẽs in hominem, qui baptizatꝰ: fluens autem nõ eſt aqua, ſed ablutio.

Lib. 4. di. 3. in princ.

q. 63. art. 5.

† loco citato in arg. 3.

eſt materiale elementum, & in definitione baptiſmi dicit, quòd eſt aqua: ſed hoc non videtur eſſe verum: cum enim ſacramenta nouæ legis ſanctificationem quandam operentur, ibi perficitur ſacramentum, vbi perficitur ſanctificatio. In aqua autem perficitur ſanctificatio, ſed eſt ibi quædam ſanctificationis virtus inſtrumentalis, nõ permanens, ſed fluens in hominẽ, qui eſt veræ ſanctificationis ſubiectum: & ideo ſacramentum non perficitur in ipſa aqua, ſed in applicatione aquæ ad hominẽ, quæ eſt ablutio: & ideo Magiſter* in 3. diſt. 4. ſentent. dicit, quòd baptiſmus eſt ablutio corporis exterior, facta ſub forma præſcripta verborum. Res autem & ſacramentũ, eſt character baptiſmalis, qui eſt res ſignificata per exteriorem ablutionem, & eſt ſignum ſacramentale interioris iuſtificationis, quæ eſt res tantum huius ſacramenti, ſcilicet ſignificata & non ſignificans.

Ad primvm ergo dicendum, quòd id, quod eſt ſacramentũ tantum in baptiſmo, tranſit: permanet autem & id, quod eſt ſacramẽtum & res, ſcilicet character & id, quod eſt res tantum, ſcilicet interior iuſtificatio: ſed character permanet indelebiliter, vt ſupra dictũ eſt,* iuſtificatio aũt permanet, ſed amiſſibiliter. † Damaſ. ergo baptiſmũ definiuit, nõ quantũ ad id, qđ exterius agitur, quod eſt ſacramentum tantum: ſed quantum ad id, qđ eſt interius. vnde poſuit duo pertinentia ad characterem, ſcilicet ſigillum & cuſtodiam, inquantum ipſe character, qui ſigillum dicitur, quantum eſt de ſe, cuſtodit animam in bono: duo etiam poſuit pertinentia ad vltimam rem ſacramenti, ſcilicet regenerationem, quæ ad hoc pertinet, quòd per baptiſmum homo inchoat nouam vitam iuſtitiæ, & illuminationem, quæ pertinet ſpecialiter ad fidem, per quam homo ſpiritualem vitam accepit, ſecundũ illud Abac. 2. Iuſtus ex fide viuit. Baptiſmus autem eſt quædam fidei proteſtatio: vnde dicitur fidei ſacramentum: & ſimiliter Dion. baptiſmum definiuit per ordinem ad alia ſacramenta, dicens 2. c. eccleſ. † hierar. quòd eſt quoddam principium ſanctiſſimorum mandatorum ſacræ actionis, ad eorum ſuſceptiuam opportunitatem, formans noſtros animales habitus. Et iterum* in ordine ad cæleſtem gloriam, quæ eſt vltimus finis ſacramentorum, cum ſubdit, ad ſupercæleſtis quietis anagogen, noſtrum iter faciens. & iterũ quantũ ad principiũ ſpiritualis vitæ, per hoc qđ ſubdit, † ſacrę & diuiniſſimę noſtrę regeneratiõis traditio.

Cap. 2. eccl. hierar non procul a princip.

* eodẽ loco nũc dicto.

† eod. c. prædicto, parũ a princ.

In corp. ar.

Ad 2m dicẽdum, quòd ſicut dictum eſt,* opinionẽ Hugonis de ſancto Victore, in hac parte ſequi non oportet: poteſt tamen verificari, vt baptiſmus dicatur eſſe aqua: quia aqua eſt materiale baptiſmi principium, & ſic erit prædicatio per cauſam.

Ad 3m dicendum, quòd accedente verbo ad elementum, fit ſacramentũ, non quidem in ipſo elemento, ſed in homine, cui adhibetur elementũ per vſum ablutionis: & hoc etiam ſignat verbũ, quod accedit ad elementum, cum dicitur, Ego te baptizo &c.

## Articvlvs II.

### *Vtrum baptiſmus fuerit inſtitutus poſt Chriſti paſſionem.*

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæſextæ Articulum ſecundum.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore ponitur vna diſtinctio bimembris: Inſtitutio baptiſmi poteſt ĩtelligi quo ad duo, vel quo ad ipſum ſacramẽtum, vel quo ad obligationem accipiendi ipſum ſacramentum. Et ponũntur ſingulæ cõcluſiones iuxta ſingula membra. Prima cõcluſio eſt. Baptiſmus inſtitutus eſt, quo ad ipſum ſacramentum, quando Chriſtus eſt baptizatus. Probatur: quia nunc habuit vim regeneratiuã. Secunda concluſio eſt. Baptiſmꝰ inſtitutus fuit quo ad neceſſitatem vtendi illo, poſt Chriſti paſſionem & reſurrectionem. Probatur dupliciter, vt claro patet in litera.

4. diſt. 3. ar. 5. Et diſt. 1. q. 1. ar. 3. q. 3. ad 2.

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur quòd baptiſmus fuerit inſtitutus poſt Chriſti paſſionem. Cauſa enim præcedit effectum: ſed paſſio Chriſti operatur in ſacramentis nouæ legis. ergo paſſio Chriſti præcedit inſtitutionem ſacramentorum nouæ legis, & præcipue intentionem baptiſmi, cum Apoſtolus dicat Roma. 6. Quicumque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus &c.

¶ 2 Præt. Sacramenta nouæ legis efficaciã habent ex mandato Chriſti: ſed Chriſtus mandatum baptizandi dedit diſcipulis poſt paſſionem & reſurrectionem ſuam, dicens, Euntes docete omnes gẽtes, baptizantes eos in nomine patris, &c. vt habetur Matth. vlt. ergo videtur quòd poſt paſſionem Chriſti, baptiſmus fuerit inſtitutus.

¶ 3 Præt. Baptiſmus eſt ſacramentum neceſſitatis, vt ſupra *dictum eſt, & ita videtur, quod ex quo baptiſmus inſtitutus fuit, hoĩes obligarentur ad baptiſmũ: ſed ante paſſionem Chriſti, homines nõ obligabantur ad baptiſmũ: quia adhuc circuncĩſio ſuam virtutem habebat, in cuius locum ſucceſſit baptiſmus. ergo videtur quòd baptiſmus non fuerit inſtitutus ante paſſionem Chriſti.

Quæſt. præced. ar. 4.

Sed contra eſt, quòd Aug.* dicit in quodam ſermone de epiphania, Ex quo Chriſtus in aqua mergitur, ex eo omniũ peccata abluit aqua: ſed hoc fuit ante Chriſti paſſionẽ. ergo videtur quòd baptiſmus ante Chriſti paſſionem fuerit inſtitutus.

In ſer. 1. de domini. infra oct. epipha. a med. to. 10.

Respon. Dicendum, quòd, ſicut dictum eſt ſupra,* ſacramenta ex ſui inſtitutione habent, φ conferant gratiam: vnde tunc videtur aliquod ſacramentũ inſtitui, quando accipit virtutem producendi ſuum effectum. Hanc autem virtutem accepit baptiſmus, quando Chriſtus eſt baptizatus: vnde tunc vere baptiſmus inſtitutus fuit, quantum ad ipſum ſacramentum: ſed neceſſitas vtendi hoc ſacramento, indicta fuit hominibus poſt paſſionẽ & reſurrectionem: tũ, quia in paſſione Chriſti terminata ſunt figuralia ſacramenta, quibus ſuccedit baptiſmus & alia ſacramenta nouæ legis: tum etiam, quia per baptiſmum configuratꝰ homo paſſioni & reſurrectioni Chriſti, inquantũ moritur peccato, & incipit nouam iuſtitiæ vitam: & ideo oportuit Chriſtũ prius pati & reſurgere, quàm hominibus indiceretur neceſſitas ſe cõfigurandi morti & reſurrectioni eius.

q. 61. art. 1. D. 68.

Ad primvm ergo dicendum, quòd etiam ante paſſionem Chriſti baptiſmus habebat efficaciam a Chriſti paſſione, inquantum eam præfigurabat: aliter tamen q̃ ſacramenta veteris legis. nam illa erant figuræ tantum, baptiſmus autem ab ipſo Chriſto virtutem habebat iuſtificandi, per cuius virtutem ipſa etiam paſſio ſalutifera fuit.



Ad 2m dicendum, quòd homines non debebant multiplicibus figuris arctari* per Chriſtum, qui venerat ſua veritate figuras impletas auferre: & ideo ante paſſionem ſuam baptiſmum inſtitutum non poſuit ſub præcepto, ſed voluit ad eius exercitium homines aſſuefieri, & præcipue in populo Iudæorum, apud quẽ oĩa facta figuralia erant, vt Aug.* dicit cõtra Fauſtũ. Poſt paſſionẽ vero & reſurrectionẽ, non ſolum iudæis, ſed ẽt gentilibus ſub præcepto neceſſitatẽ baptiſmi impoſuit, dicens, Euntes docete omnes gentes.

al. aggraua

Lib. 4 ca. 2. circa med. præcipue, tom. 6.

Ad 3m dicendum, quòd ſacramenta non ſunt obligatoria, niſi quando ſub præcepto ponuntur: quod quidem nõ fuit ante paſſionem, vt dictum eſt:* quod enim dominus ante paſſionem Nicodemo dixit Io. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spirituſancto, non poteſt introire in regnum dei, magis videtur ad futurum reſpicere, quàm ad præſens tempus.

In corp. ar.

## Articvlvs III.

### *Vtrum aqua ſit propria materia baptiſmi.*

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæſextæ Articulum tertium.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore vna cõcluſio: Aqua eſt ꝓpria materia baptiſmi. Quæ concluſio abſolute probatur ex inſtitutione diuina. Quo ad cõgruẽtiam vero probatur in litera quadrupliciter, in qua omnia clara ſunt.

4. di. 3. ar. 3 ... Et diſt. ... Et 4. ... c. 59. Et ... art. ... in cor. Et ... Dam. lib. 4. ca. 10. circa med.

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur φ aqua non ſit propria materia baptiſmi. Baptiſmus enim ſecundum Dion. & Damaſ.* habet vim illuminatiuam: ſed illuminatio maxime competit igni. ergo baptiſmus magis debet fieri in igne quàm in aqua; pręſertim cum Ioan. Baptiſta prænuntians Chriſti baptiſmum, dicat, Ille vos baptizabit in Spirituſancto & igni.

¶ 2 Præt. In baptiſmo ſignificatur ablutio peccatorũ: ſed multa alia ſunt ablutiua, q̃ aqua: ſicut vinũ, & oleũ, & hmõi alia. ergo etiam in his poteſt fieri baptiſmus. non ergo aqua eſt propria materia baptiſmi.

¶ 3 Præt. Sacramenta eccleſiæ fluxerunt de latere Chriſti pendentis in cruce, vt ſupra dictum eſt:* ſed inde fluxit non ſolum aqua, ſed etiam ſanguis. ergo videtur quòd etiã in ſanguine poſſit fieri baptiſmus: qui etiam videtur magis conuenire cum cauſa & effectu baptiſmi: quia dicitur Apoc. 1. Lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

Quæſt. 62. ar. 5.

¶ 4 Præt. Sicut Auguſt. & Beda dicunt, Chriſtus tactu ſuę mundiſſimę carnis vim regeneratiuam & purgatiuam contulit aquis: ſed non omnis aqua continuatur cum aqua Iordanis, quam Chriſtus tetigit ſua carne. ergo videtur quòd non in omni aqua poſſit fieri baptiſmus, & ita aqua, inquantum huiuſmodi, non eſt propria materia baptiſmi.

¶ 5 Præt. Si aqua ſecundum ſe eſſet propria baptiſmi materia, non oporteret aliquid aliud fieri circa aquã, ad hoc, quòd in ea baptiſmus fieret: ſed in ſolenni baptiſmo aqua, in qua debet celebrari baptiſmus, exorcizatur & benedicitur. ergo videtur quòd aqua ſecundum ſe non ſit propria baptiſmi materia.

Sed contra eſt, quòd dominus dicit Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spirituſancto, nõ poteſt introire in regnum dei.

Respon. Dicendum, quòd ex inſtitutione diuina, aqua eſt propria materia baptiſmi: & hoc conuenienter. Primo quidem, quantũ ad ipſam rationem baptiſmi, qui eſt regeneratio in ſpiritualem vitã, qđ maxime congruit aquæ. unde & ſemina, ex quibus generantur omnia viuentia. ſ. plantæ & animalia, humida ſunt, & ad aquam pertinent. Propter quod, quidã philoſophi poſuerunt aquam omnium rerum principiũ. Secundo, quantum ad effectus baptiſmi, quibus competunt aquæ proprietates, quæ ſua humiditate lauat, ex quo cõueniens eſt ad ſignificandam & cauſandam ablutionem peccatorum: ſua frigiditate etiam temperat ſuperfluitatem caloris, & ex hoc competit ad mitigandam concupiſcentiam fomitis: ſua diaphanitate eſt luminis ſuſceptiua: vnde cõpetit baptiſmo inquantũ eſt fidei ſacramentũ. Tertio, quia conuenit ad reprę́ſentãdum myſteria Chriſti, quibus iuſtificamur. Vt. n. dicit Chryſ.* ſuper illud Ioã. 3. Niſi quis renatus fuerit &c. ſicut in quodam ſepulcro, in aqua ſubmergentibus nobis capita, vetus homo ſepelitur, & ſubmerſus deorſum occultatur, & deinde nouus rurſus aſcendit. Quarto, quia ratione ſuæ communitatis & abundantiæ eſt conueniens materia neceſſitati huius ſacramenti: poteſt enim vbique de facili haberi.

Homil. 24. in Ioan. a med. to. 3.

Ad primvm ergo dicendum, quòd illuminatio pertinet ad ignem actiue. Ille autẽ qui baptizatur, non efficitur illuminans, ſed illuminatus per fidem, quæ eſt ex auditu, vt dicitur Ro. 10. Et ideo magis cõpetit aqua baptiſmo, quàm ignis: quod autẽ dicitur, baptizabit vos in Spirituſancto & igni, poteſt ꝑ ignẽ, vt Hier. † dicit, intelligi Spirituſſanctus, qui ſuper diſcipulos in igneis linguis apparuit, vt dicitur Act. 2. Vel per ignem poteſt intelligi tribulatio, vt Chryſ.* dicit ſuper Mat. quia tribulatio peccata purgat, & concupiſcentiam diminuit. Vel quia, vt Hilar. † dicit ſuper Matth. baptizatis in Spirituſancto, reliquum eſt conſumari igne iudicij.

Sup iſtud verbũ Mat. 3. tom. 9.

*hom. 3. in opere imperf. to. 2.

† Hila. ca. 2. in Mat. poſt med. illius.

Ad 2m dicendum, quòd vinum & oleum non communiter aſſumuntur ad vſum ablutionis, ſicut aqua. Nec etiam ita perfecte abluunt: quia ex eorum ablutione remanet aliqua infectio, quantum ad odorem, quod non contingit de aqua. Illa etiam non ita communiter & abundanter habentur, ſicut aqua.

Ad 3m dicendũ, quòd ex latere Chriſti fluxit aqua ad abluendum: ſanguis autem ad redimendum: & ideo ſanguis competit ſacramento euchariſtiæ: aqua autẽ ſacramento baptiſmi, qui tamen habet vim ablutiuam ex virtute ſanguinis Chriſti.

Ad 4m dicendum, quòd virtus Chriſti deriuata eſt ad omnem aquam, non propter continuitatem loci: ſed propter ſimilitudinẽ ſpeciei. vnde dicit Aug.* in quodam ſermone epiphaniæ Quæ de ſaluatoris baptiſmate benedictio fluxit, tamquàm fluuius ſpiritalis, omnium gurgitum tractus, vniuerſorum fontium venas impleuit.

In ſer. 1. domini ę. inf. oct. Epiph. a med. to. 10.

Ad 5m dicendum, quòd illa benedictio quæ adhibetur aquæ, non eſt de neceſſitate baptiſmi: ſed pertinet ad quandam ſolennitatem, per quam excitatur deuotio fidelium, & impeditur aſtutia dæmonis, ne impediat baptiſmi effectum.

## Articvlvs IIII.

### *Vtrum ad baptiſmum requiratur aqua ſimplex.*

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæſextæ Articulum quartum.*

In titulo ſimplex ſumitur, vt diſtinguitur contra admiſtum, compoſitum, & quo-

4. diſt. 3. ar. 3. q. 2. Et 4. cap. 58.

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur quòd ad baptiſ-

& quomodolibet adiunctum.

¶ In corpore tria ſiunt. Primo, diſtinguuntur modi, quibus aqua amittere poteſt ſimplicitatē. Secundo, reſpondetur quęſito de aqua tranſmutata per artē. Et tertio, reſpondetur quæſito de aqua trāſmutata per naturam. Et clare patent omnia in litera.

Lib.2. cap. 3. tom. 2.

mum non requiratur aqua ſimplex. Aqua enim, quæ apud nos eſt, non eſt aqua pura, quod præcipue apparet de aqua maris, in qua plurimum admiſcetur de terreſtri, vt patet per Philoſophum in lib. Meteor. † & tamen in tali aqua poteſt fieri baptiſmus. ergo non requiritur aqua ſimplex, & pura ad baptiſmum.

¶ 2 Præt. In ſolenni celebratione baptiſmi, aquæ infunditur chriſma: ſed hoc videtur impedire puritatem & ſimplicitatem aquę. ergo aqua pura & ſimplex non requiritur ad baptiſmū.

¶ 3 Præt. Aqua fluens de latere Chriſti pendentis in cruce, fuit ſignum baptiſmi, vt dictum eſt: *ſed aqua illa non videtur fuiſſe aqua pura, eo quòd in corpore miſto, cuiuſmodi fuit corpus Chriſti, non ſunt elementa in actu. ergo videtur quòd nō requiratur aqua pura, vel ſimplex ad baptiſmum. (Ar. præced.)

¶ 4 Præt. Lixiuium non videtur eſſe aqua pura: habet enim contrarias proprietates aquæ, ſcilicet calefaciendi & deſiccandi: & tamen in lixiuio videtur poſſe fieri baptiſmus: ſicut & in aquis balneorum, quæ trāſeunt per venas ſulphureas, ſicut & lixiuium colatur per cineres. ergo videtur quòd aqua ſimplex non requiratur ad baptiſmum.

¶ 5 Præt. Aqua roſacea fit per ſubtiliationem a roſis, ſicut etiam aquæ alchimicæ generantur per ſublimationem ab aliquibus corporibus: ſed in his aquis, vt videtur, poteſt fieri baptiſmus, ſicut & in aquis pluuialibus, quæ per ſublimationem vaporum generantur. cum igitur huiuſmodi aquæ non ſint puræ & ſimplices, videtur quòd aqua pura & ſimplex non requiratur ad baptiſmum.

SED CONTRA eſt, quòd propria materia baptiſmi eſt aqua, vt dictum eſt: † ſed ſpeciem aquæ non habet niſi aqua ſimplex. ergo aqua pura & ſimplex de neceſſitate requiritur ad baptiſmum. (Ar. præced.)

RESPON. Dicendum, quòd aqua ſuam puritatem & ſimplicitatem poteſt amittere dupliciter. Vno modo, per miſtionem alterius corporis, alio modo per alterationem: vtrumque autem horum contingit fieri dupliciter, ſcilicet per artem & per naturam: ars autem deficit ab operatione naturæ: quia natura dat formam ſubſtantialem, quod ars facere non poteſt: ſed omnes formæ artificiales ſunt accidentales, niſi [d] forte apponendo proprium agens ad propriam materiam: ſicut ignem combuſtibili, per quem modum a quibuſdam quædam animalia per putrefactionem generātur. (D.240.) Quæcumque igitur tranſmutatio circa aquam facta eſt per artem, ſiue commiſcendo, ſiue alterando, non tranſmutatur ſpecies aquæ: vnde [K] in tali aqua poteſt fieri baptiſmus, niſi forte admiſceatur per artem in tam parua quantitate alicui corpori, quòd compoſitum magis ſit aliud quàm aqua: ſicut lutum magis eſt terra quàm aqua, & vinum lymphatum magis eſt vinum quàm aqua: ſed tranſmutatio, quæ fit a natura, quandoque quidem ſpeciem aquæ ſoluit, & hoc fit quando aqua efficitur per naturam de ſubſtātia alicuius corporis miſti: ſicut aqua conuerſa in liquorem vuæ, eſt vinum, vnde non habet ſpeciem aquæ. Aliquando autem fit per naturam tranſmutatio aquæ ſine ſolutione ſpeciei, & hoc tam per alterationem, ſicut patet de aqua calefacta a ſole, [F] quàm etiam per miſtionem: ſicut patet de aqua fluminis turbida ex permiſtione terreſtrium partium. ſic ergo dicendum eſt, quòd in qualibet aqua qualitercumque tranſmutata, dummodo nō ſoluatur ſpecies aquæ, poteſt fieri baptiſmus: ſi vero ſoluatur ſpecies aquæ, non poteſt fieri baptiſmus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd tranſmutatio facta in aqua maris, & etiam in alijs aquis, quæ penes nos ſunt, nō eſt tanta, quòd ſoluat ſpeciem aquæ: & ideo in huiuſmodi aquis poteſt fieri baptiſmus.

AD $2^{m}$ dicendum, quòd admiſtio chriſmatis, non ſoluit ſpeciem aquæ: ſicut nec etiam aqua decoctionis carnium, aut aliorum huiuſmodi: niſi forte ſit facta tāta reſolutio corporum lixatorum in aqua, quòd [G] liquor plus habeat de aliena ſubſtantia, quàm de aqua, quod ex ſpiſſitudine perſpici poteſt. Si tamen ex liquore ſic inſpiſſato exprimatur aqua ſubtilis, poteſt in ea fieri baptiſmus: ſicut & in aqua, quæ exprimitur ex luto, licet in luto baptiſmus fieri non poſſit.

AD $3^{m}$ dicendum, quòd aqua fluens de latere Chriſti pendentis in cruce, nō fuit humor phlegmaticus, vt quidam dixerunt: in tali enim humore non poſſet fieri baptiſmus: ſicut nec in ſanguine animalis, aut in vino, aut quocumque liquore alicuius plantæ. Fuit autem aqua [d] pura, miraculoſe egrediens a corpore mortuo, ſicut & ſanguis, ad comprobandam veritatem dominici corporis, contra manichæorum errorem, (D.235.) [H] vt ſcilicet per aquam, quæ eſt vnum quatuor elementorū, oſtēderetur corpus Chriſti vere fuiſſe compoſitum ex quatuor elementis, per ſanguinem vero oſtenderetur eſſe compoſitū ex quatuor humoribus.

AD $5^{m}$ dicendum, quòd in lixiuio, & in aquis ſulphureorum balneorum, poteſt fieri baptiſmus: quia tales aquæ non incorporantur per artem, vel naturam aliquibus corporibus miſtis, ſed ſolum alterationem quandam recipiunt, ex hoc, quòd tranſeunt per aliqua corpora.

AD $5^{m}$ dicendum, quòd aqua roſacea eſt liquor roſæ reſolutus. vnde in ea non poteſt fieri baptiſmus, & eadem ratione nec in aquis alchimicis, ſicut nec in [I] vino. Nec eſt eadem ratio de aquis pluuialibus, quæ generātur ex maiori parte ex ſublimatione vaporum reſolutorū ex aquis: minimū autem eſt ibi, de liquoribus corporum miſtorum: qui tamen per huiuſmodi ſublimationem, virtute naturæ, quæ eſt fortior arte, reſoluuntur in veram aquam, quod ars facere non poteſt. vnde aqua pluuialis nullam proprietatem retinet alicuius corporis miſti, quod de aquis roſaceis, & aquis alchimicis dici non poteſt.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum hæc ſit conueniens forma baptiſmi, Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spirituſſancti.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd hæc nō ſit conueniens forma baptiſmi: Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spirituſſancti. Actus enim magis debet attribui principali agenti, quàm miniſtro: ſed in ſacramento miniſter agit, vt in inſtrumentum, vt ſupra dictum eſt, † principale autem agens in baptiſmo eſt Chriſtus, ſecundum illud Ioan. 1. Super [A] quem videris ſpiritum deſcendentem & manentem, hic eſt qui baptizat. inconuenienter ergo miniſter dicit, Ego te baptizo: præſertim quia in hoc quòd dicitur baptizo, intelligitur ego, & ſic videtur ſuperflue apponi.

¶ 2 Præt. Non oportet quòd ille qui aliquem actū exercet, de actu exercito faciat mentionem: ſicut ille qui docet, non oportet quòd dicat, Ego vos doceo. Dominus autem ſimul tradidit præceptum [B] baptizandi & docendi, dicens, Matth. vlt. Euntes docete omnes gentes &c. ergo nō oportet quòd in forma baptiſmi fiat mentio de actu baptiſmi.

¶ 3 Præt. Ille, qui baptizatur, quandoque non intelligit verba, puta ſi ſit ſurdus aut puer: fruſtra autē ad talem ſermo dirigitur, ſecundum illud eccleſ. 32. Vbi non eſt auditus, non effundas ſermonem. ergo inconuenienter dicitur, Ego [C] te baptizo, ſermone directo ad eum, qui baptizaretur.

¶ 4 Præt. Contingit ſimul plures baptizari & a pluribus: ſicut Apoſtoli baptizauerūt vna die tria millia, & alia die quinque millia, vt dicitur Act. 2. & 4. non ergo debet forma baptiſmi determinari in ſingulari numero, vt dicatur, Ego te baptizo: ſed poteſt dici, nos vos baptizamus.

¶ 5 Præt. Baptiſmus virtutem habet a paſſione Chriſti: ſed per for- [D] mam baptiſmus ſanctificatur. ergo videtur quòd in forma baptiſmi debeat fieri mentio de paſſione Chriſti.

¶ 6 Præt. Nomen deſignat proprietatem rei: ſed tres ſunt proprietates perſonales diuinarū perſonarum, vt in prima parte dictū eſt. † non ergo debet dici, in nomine Patris & Filij & Spirituſſancti, ſed, in nominibus.

¶ 7 Præt. Perſona patris non ſolum ſignificatur nomine patris, [E] ſed etiam nomine innaſcibilis & genitoris: filius autem ſignificatur nomine verbi & imaginis & geniti: Spiritus etiam ſanctus poteſt ſignificari nomine doni & amoris procedentis. ergo videtur quòd etiam his nominibus vtendo, perficiatur baptiſmus.

SED CONTRA eſt, ꝙ dominus dicit, Mat. vlt. Eūtes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spirituſſancti.

RESPON. Dicendum, quòd baptiſmus per ſuam formam conſecratur, ſecundum illud epheſ. 5. Mundans eā lauacro aquæ in verbo vitæ, & Auguſt. * dicit in lib. de vnico baptiſmo, quòd baptiſmus verbis euangelicis conſecratur: & ideo oportet, quòd in forma baptiſmi exprimatur cauſa baptiſmi: eſt autem eius duplex cauſa. vna quidem principalis, a qua virtutem habet, quæ eſt ſancta Trinitas: alia autem inſtrumentalis, ſcilicet miniſter, qui tradidit exterius ſacramentum: & ideo oportet, in forma baptiſmi, de vtraque fieri mentionem. Miniſter autem tangitur, cum dicitur, Ego te baptizo: cauſa autem principalis, cum dicitur, In nomine Patris & Filij & Spirituſſancti. vnde hęc eſt conneniens forma baptiſmi, Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spirituſſancti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd actio attribuitur inſtrumento, ſicut immediate agenti: attribuitur autē huiuſmodi actio principali agenti, ſicut in cujus virtute inſtrumentum agit: & ideo in forma baptiſmi conuenienter ſignificatur miniſter, vt exercens actum baptiſmi, per hoc quòd dicitur, Ego te baptizo: ſicut & ipſe dominus baptizandi actum attribuit miniſtris, dicens, Baptizantes eos &c. Cauſa autem principalis ſignificatur, vt in cuius virtute ſacramētum agitur, per hoc quod dicitur, In nomine Patris & Filij & Spirituſſancti: non enim Chriſtus baptizat ſine Patre & Spiritu ſancto. Græci autē non attribuunt actum baptiſmi miniſtris, ad euitandum antiquorum errorem, qui virtutem baptiſmi baptizantibus attribuebant, dicentes, Ego ſum Pauli, & ego Cephæ: & ideo dicunt, Baptizetur ſeruus Chriſti, talis, in nomine Patris &c. Et quia exprimitur actus exercitus per miniſtrum cum inuocatione Trinitatis, verum perficitur ſacramentum. quod autem additur, Ego, in forma noſtra non eſt de ſubſtantia formæ, ſed ponitur ad maiorem expreſſionem intentionis.

AD $2^{m}$ dicendum, quòd quia ablutio hominis in aqua, propter multa fieri poteſt, oportet quòd determinetur in verbis formæ ad quid fiat; quod quidem nō fit per hoc, quòd dicitur, In nomine Patris & Filij & Spirituſſancti; quia omnia in tali nomine facere debemus, vt habetur Coloſſ. 3. & ideo, ſi non exprimatur actus baptiſmi vel per modum noſtrum, vel per

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimaſextæ Articulum quintum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore vna concluſio: Hæc eſt conueniens forma baptiſmi, Ego te baptizo &c. Probatur: Baptiſmus p ſuam formam conſecratur. ergo oportet quòd in forma baptiſmi exprimatur illius cauſa. ergo oportet in forma baptiſmi de duplici, ſcilicet principali & inſtrumentali, cauſa fieri mentionem. ergo hæc eſt conueniens forma, Ego te baptizo &c. Antecedens probatur auctoritatibus Apoſtoli & Auguſt. præſupponendo ſupradicta, ſcilicet ꝙ verba ſint formæ ſacramentorum. Prima cōſequentia nō aliter probatur in litera, ea forte ratione, quia cōſecratio per formam, hoc eſt verba, manifeſte dependet a cauſa efficaciam ſanctificatiuam dante verbis. Secunda vero conſequētia probatur: quia baptiſmus duplicem habet cauſam.

Infra q.84. ar.3. cor. Et 4. di.3. ar.1. q.1. Et 1. Cor.1. le.2.

†quæſt.64. ar.1.

¶ Et nota, quòd hęc conſequentia cum ſua probatione quoad cauſam inſtrumentalem, non niſi de congruo tenet: quoniam efficacia verborum non eſt a miniſtro, ſed a ſancta Trinitate, quæ eſt cauſa principalis, vnde & Græci in forma baptiſmi nō exprimunt cauſam inſtrumētalem, hoc eſt miniſtrum.

¶ In reſponſione ad quartum tractanda eſſet quæſtio de pluralitate baptizantium, niſi ad ſextū articulum ſequentis quæſtionis reſeruaretur: vbi ex propoſito Auctor articulum hunc mouebit: hic enim incidenter tractatur ꝓpter illa verba formæ, Ego te &c.

¶ In reſponſione ad ſeptimum, dubium magnum occurrit circa vltima verba, Nec in alijs nominibus perficitur ſacramentum, an vera ſint, vt ſonant. Et eſt ratio dubij: quoniā ſuperius in art. 7. quęſt. 60. diximus oppoſitum. Et Auctor met dixit, ꝙ licet verba corrupte prolata nihil ſignificent ex virtute impoſitionis, accipiuntur tamē ſignificantia ex accomodatione vſus: & ideo nō tollitur veritas ſacramenti.

¶ Ad hoc dicitur, quòd licet hæc verba Auctoris ſonent non eſſe verum baptiſma, ſi dicatur, Ego te baptizo In nomine genitoris & geniti, & procedentis ab vtroq;, & hoc idem ſentiant Scotus & Durandus in 3. diſt. 4. ſent. quia tamen hoc ex ſacræ ſcripturæ auctoritate dependet, & durū videtur, ideo rationes eorum diſcutiendæ ſunt. Maxima igitur ratio eorum eſt: quia Chriſt⁹ ſic inſtituit Mat. vlt. Baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spirituſſancti: ex hoc enim infertur, vt in qualibet lingua nominibus ſignificantibus Patrem, Filium & Spiritum ſanctum. Et notāter dicitur, ſignificantibus, & nō, cōnotantibus, aut implicite inſinuantibus. Et ratio ſpecialis horum nominum aſſignatur: quia ſignificant ipſas perſonas diuinas, alia vero nomina ſignificant proprietates, aut actus aliquos earum. Reliqua vero omnia, qa vt probabilia videntur, afferre ommittimus, vbi neceſſaria perſcrutamur.

Libr. 6. de bapt. cōtra Donatiſ. c. 25. to. 7. Et lib. 4. c. 15. refertur de conſec. diſ. 4. cap. ſatis oſtēdimus.

¶ Ad euidentiam difficultatis huius ſciendum eſt, quòd propoſitio illa maxima, Mutatio nominum quoad ſignificatum tollit veritatem ſacramenti, poteſt, quantū ad propoſitum ſpectat, intelligi dupliciter, vel quoad ſignificatū ex vi nominis, vel quoad ſignificatum ex accommodatione vſus. Et ſi primo modo fiat mutatio, poteſt fieri vel quoad ſignificatum formale, vel quoad ſignificatū materiale, vel quoad vtrumque. Verbi gratia, Pater purā paternitatē ſignificat formaliter, vt docet Ariſtotel. materialiter vero ſignificat ſubiectum habens paternitatem, quod tamen ſecundum Auicen. principaliter dicitur ſignificari patris nomine, & comprehendendo vtrumque, pater ſignificat habentem paternitatem. Vnde ſi loco patris

modum græcorum, non perficitur ſacramentum, ſecũdum illam dec. Alexan. 3. † Si quis puerum ter in aqua immerſerit in nomine Patris & Filij & Spirituſſancti, amẽ, & nõ dixerit, Ego te baptizo in noĩe Patris & Filij & Spũſſancti amen, non eſt puer baptizatus.

De baptiſmo & eius effectu c. 1.

G Ad 3m dicendum, quòd verba quæ proferuntur in formis ſacramentorum, non pronuntiantur ſolum cauſa ſignificãdi, ſed etiam cauſa efficiendi, inquantum habent efficaciam ab illo verbo, per quod facta ſunt omnia: & ideo conuenienter diriguntur non ſolũ ad homines, non intelligentes, ſed ẽt ad creaturas inſenſibiles, vt cum dr̃, Exorcizo te creatura ſalis.

H Ad 4m dicendum, quòd plures ſimul non poſſunt vnum baptizare: quia actus multiplicatur ſecundum multiplicationem agẽtium, ſi perfecte ab vnoquoque agatur. Et ſic, ſi conuenirent duo, quorum vnus eſſet mutus, qui non poſſet proferre verba, & alius carens manibus, qui non poſſet exercere actũ, non põt ambo ſimul baptizare, vno dicente verba, & alio exercente actum. Poſſunt aũt, ſi neceſſitas exigit, plures ſimul baptizari: quia nullus eorum reciperet, niſi vnũ baptiſmum: ſed tunc oportebit dicere, Ego baptizo vos: nec I erit mutatio formæ: quia vos nihil aliud eſt, quàm te, & te: quod autem dicitur, nos, non eſt idem dicere, quod ego & ego, ſed ego & tu, & ſic iam mutaretur forma. Similiter autem mutaretur, ſi diceretur, Ego baptizo me: & ideo nullus poteſt baptizare ſeipſum: propter quod & Chriſtus a Ioãne voluit baptizari, vt dicitur extra de baptiſmo † & eius effectu, cap. debitum.

Ad 5m dicendum, quòd paſſio Chriſti, etſi ſit principalis cauſa reſpectu miniſtri: eſt tamẽ cauſa inſtrumentalis reſpectu S. Trinitatis: & ideo potius commemoratur Trinitas, quàm paſſio Chriſti.

Ad 6m dicendum, quòd etſi ſint tria nomina perſonalia trium perſonarum: eſt tamen nomẽ vnũ eſſentiale: virtus autẽ diuina quæ operatur in baptiſmo, ad eſſentiã pertinet: & ideo dicitur, in nomine, & non in nominibus.

Ad 7m dicendum, quòd ſicut aqua ſumitur ad baptiſmum: quia eius vſus eſt communior ad abluendum, ita ad ſignificandum tres perſonas, in forma baptiſmi aſſumuntur illa nomina, quibus communius conſueuerunt nominari perſonæ in illa lingua: nec in alijs nominibus perficitur ſacramentum.

patris ponatur genitor, erit mutatio quo ad formale ſignificatum: quia genitor ſignificat actum generandi, pater autem relationem, ſed non erit mutatio quo ad ſignificatum materiale: quia vnus atque idem eſt generans & pater. Si vero loco patris poneretur paternitas, non mutaretur ſignificatum formale, ſed abſtraheretur a materiali: ſi autem loco patris poneretur mater, eſſet mutatio quo ad vtrumque ſignificatum. Dicitur itaque ſecundum dictorum opinionem doctorum, quòd mutatio nominum quo ad ſignificatum ex vi nominis, ſiue formale tantum, ſiue materiale tantum, ſiue vtrumque, tollit veritatem baptiſmi. Ego autem conſiderans priſcorum patrũ dicta, ab his diſſentio motus ea ratione, quòd identitas nominũ quo ad ſignificatum ſecundo modo accipienda eſt in propoſito, vt. ſ. tunc ſolum ſit variatio nominum quo ad ſignificatum, quãdo variatur ſignificatũ ad quod ex accommodatione vſus in forma ſacramẽti applicantur. Exempli cauſa. Cum dicitur in forma baptiſmi, In nomine Patris & Filij & Spirituſſancti, Pater ex accommodatione vſus, applicatur ad ſignificandum primã perſonam Trinitatis, & ſimiliter filius ad ſignificandum perſonam, quæ ſecunda eſt in Trinitate, & ſimile eſt de nomine Spirituſſancti. Nam ex vi nominum, nec omnia ſimul ſignificant illas tres perſonas diuinas, nec aliquod eorum ſignificat aliquam perſonam diuinam: quodlibet enim eorum ex vi nominis commune eſt multis, vt de ſe patet. Ex hoc itaque & in hoc pendet tota quæſtio, penes quid attendatur vnitas, vel diuerſitas ſignificati per nomen ſacramentale. Attendentes. n. ad communem rationem eiuſdem, vel diuerſæ ſignificationis nominum, oportet conſequenter dicere diuerſum eſſe ſignificatum, quando formale ſeu principale ſignificatum ex vi nominis eſt diuerſum. Perſpicientes vero ad ſpecialem vſum nominum ſacramentalium, conſequenter dicimus, tunc ſolum variari ſignificatum, quando nõ ſignificatur illud ad quod ex accommodatione vſus ſignificandum applicatum eſt. Et propterea, ſi loco patris ponatur genitor, & loco filij ponatur genitus, quia eædem perſonæ ſignificantur, non variatur ſignificatio, quantumcumq; ſub alia & alia ratione ſignificentur perſonæ, per hæc & illa nomina. Probatur autem ſic debere accipi in propoſito idem vel diuerſum ſignificatum, primo, auctoritate ſedis apoſtolicæ, de conſec. diſt. 4. c. a quodam. ubi Nicolaus Papa reddens rationẽ, quare baptiſmus præceptus in nomine Patris & Filij & Spirituſſancti, valet in nomine Chriſti, dicit, quia vnum & idem eſt proculdubio ſignificatũ: Ex quo loco manifeſte patet, identitatem ſignificati per formam baptiſmi, non attendi ſecundum communem nominum ſignificationem, ſed ſecundum id, ad qđ ſignificandum accommodata ſunt nomina. Ad hoc enim aſpiciendo, idem ſignificatur per Chriſtum implicite, quod per Patrem & Filium & Spiritũſanctum, explicite. Secundo, auctoritate Ambroſij in 1. lib. de Spiritusſancto, c. 3. Vbi de forma baptiſmi loquens, loco filij ponit Chriſtum, loco patris ponit, a quo vnctus eſt Chriſtus, & loco F Spirituſſancti ponit, quo vnctus eſt Chriſtus. Ex qua doctrina clare habes, q; ſufficit perſonas diuinas ſignificare ſecundum Ambroſium ex actione, puta vnctione. multo ergo magis ſufficiet ſignificare illas ex generatione. Tertio, ex auctoritate generalis concilij florentini ſub Eugenio IIII. vbi inſtitutionem dñi de forma baptiſmi, interpretati ſũt patres inuocationẽ Trinitatis, & non limitauerũt ſe ad inuocationem Trinitatis per hęc preciſe nomina, Pater & Filius & Spirituſſanctus: legimus. n. ibi ſic de forma baptiſmi, Si exprimitur act⁹, qui per ipſum exercetur miniſtrũ, cũ S. Trinitatis inuocatiõe, perficitur ſacramentũ. Quarto, ex cõi eccleſiæ cõfeſſione. Fatemur. n. omnes S. Trinitatem nos inuocare, laudare, confiteri etiã in iudicio, non ſolum dictis nominibus vtendo, ſed ẽt vtendo æquipollentibus, puta genitore, omnipotente, genitoq; ab ipſo, & ꝓcedẽte ab vtroq; dono: aut ſimilib⁹. Quinto, ex acceptatis caſibus. Nam ſi quis diceret, Ego te baptizo in nomine Patris, Ieſu Chriſti, & Spirituſſancti, ꝓculdubio omniũ ſapientũ iudicio perfectum eſſet ſacramentum ita q; non eſſet locus reiterationi: & tñ conſtat, q; variatur ſignificatum ex vi nominis. ſimiliter ſi quis diceret, In nomine Patris & Filij & Spiritus paracleti, proculdubio eorundem iudicio, verum eſſet baptiſma: & tamen conſtat variari ex vi nominis ſignificatum: vnde ſaluator inſtituens formam baptiſmi, in nomine Patris & Filij & Spirituſſancti, non eſt intelligendus arctaſſe virtutem formæ ad formalia ſignificata ex ui nominum per hæc nomina: ſed ad ſignificata illa, ad quæ ſignificanda hæc nomina accommodata ſunt.

¶ Ad rationem autem allatam in oppoſitum: quia pater ſignificat perſonam, genitor uero actum notionalem, facile reſpondetur ſatisfaciendo, primo falſum eſſe, q; pater ex ui nominis ſignificet perſonam plus q̃ genitor: quoniã pater ſignificat puram paternitatem in concreto: & ſimiliter genitor puram generationem actiue in concreto: concretũ aũt utrobiq; eſt perſona patris, de Trinitate loquendo: quæ realiter & formaliter K ex parte rei idẽptificatur, & relationi paternitatis & generationi actiuę. Dicit ſecundo, q; manifeſte conſtat Spirituſſancti nomen, nec proprietatem perſonalem, nec actum notionalẽ, nec perſonam ex ui nominis ſignificare, ut patet, ex eo q; tam Spiritus, quàm ſanctus, quàm totum coniunctum, ex ui nominis dicitur de eſſentia diuina: Spiritus enim eſt deus &c. Auctoris ergo uerba, ut ad literam redeamus, quantum ex ratione literæ apparet, intelligenda ſunt, quo ad perfectionem præcepti, & nõ quo ad perfectionem ſacramenti abſolute, ut ſit ſenſus, quòd in ſolis nominibus quæ ſunt in communiori uſu, perficere tenemur ſacramenta: ita quòd in alijs ſacramentum eſt imperfectum, non per defectum alicuius neceſſarii ad ſacramentum: ſed neceſſarij ad præceptum ſacramenti: hoc enim inſinuat ratio literæ de communiori uſu: communior enim & minus communis uſus non uariat ſignificationem nominis, ut de ſe patet. Si quis autem putat intelligenda hæc uerba, ut ſonant, dicat, ut ſibi placet.

¶ Super



# Articvlvs VI.

## Vtrum in nomine Chriſti poſſit dari baptiſmus.

A Ad sextvm ſic proceditur. Videtur quòd in nomine Chriſti poſſit dari baptiſmus. Sicut. n. una eſt fides, ita eſt unum baptiſma, ut dicitur Ephe. 4. ſed Act. 8. dicitur, quòd in nomine Chriſti baptizabantur uiri & mulieres. ergo etiam nunc poteſt dari baptiſmus in nomine Chriſti.

¶ 2 Præter. Ambroſi.* dicit, ſi Chriſtum dicas, & Patrem, a quo unctus eſt, & ipſum, qui unctus eſt Filium, & Spiritumſanctum, quo unctus eſt, deſignaſti: ſed in nomine trinitatis poteſt fieri baptiſm⁹. ergo & in nomine Chriſti.

¶ 3 Præt. Nicolaus Papa* ad conſulta Bulgarorum reſpondens, dicit, qui in nomine ſanctę trinitatis, vel tantum in nomine Chriſti (ſicut in Act. apoſtolorũ legitur) baptizati C ſunt (unum quippe idemq; eſt, ut ſanctus ait Amb.) † rebaptizari nõ debent. Rebaptizarentur autem, ſi in hac forma baptizati, ſacramentum baptiſmi non reciperent. ergo poteſt conferri baptiſmus in nomine Chriſti ſub hac forma, ego te baptizo in nomine Chriſti.

In decret. lib. 3. tit. c. Debitũ.

Sed contra eſt, quod Pelagius Papa* ſcribit Gaudentio epiſcopo, ſi hi qui in locis dilectionis tuæ uicinis commorari dicuntur, ſe ſolummodo in nomine domini baptizatos fuiſſe cõfitentur, D ſine cuiuſcumq; dubitationis ambiguo, eos ad fidem catholicam uenientes, in ſanctæ trinitatis nomine baptizabis. Didimus etiam dicit* in lib. de Spirituſancto, licet quis poſſit exiſtere mentis alienæ, qui ita baptizare conetur, ut unũ de prædictis nominibus (ſcilicet trium perſonarũ) prætermittat, tamen ſine perfectione baptizabit.

Respon. Dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt*) ſacramenta E habent efficaciã ab inſtitutione Chriſti. Et ideo ſi prætermittatur aliquid eorum, quæ Chriſtus inſtituit circa aliquod ſacramentũ, efficacia caret, niſi ex ſpeciali diſpenſatione eius, qui uirtutem ſuam ſacramentis non alligauit. Chriſtus autem inſtituit ſacramentũ baptiſmi dari cum inuocatione trinitatis. Et ideo quicquid deſit ad plenã ĩuocationem Trinitatis, tollit integritatem baptiſmi. Nec obſtat q; in nomine unius perſonę intelligitur alia (ſicut in nomine Patris intelligitur Filius) aut quod ille qui nominat unam ſolam perſonam, poteſt habere rectã fidem de tribus, quia ſicut ad ſacramentum requiritur materia ſenſibilis, ita & forma ſenſibilis: unde non ſufficit intellectus uel fides trinitatis ad pfectionem ſacramenti, niſi ſenſibilibus uerbis trinitas exprimatur: vnde et in baptiſmo Chriſti (ubi fuit origo ſanctificationis noſtri baptiſmi) af B fuit trinitas in ſenſibilibus ſignis, ſcilicet Pater in uoce, Filius in humana natura, Spirituſſanctus in columba.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ex ſpeciali Chriſti reuelatione Apoſtoli, in primitiua eccleſia in nomine Chriſti baptizabant: ut nomen Chriſti (quod erat odioſum iudæis & gentilibus) honorabile redderetur per hoc, quòd ad eius inuocationem Spirituſſanctus dabatur in baptiſmo.

Ad 2m dicendum, quòd Ambroſi. aſſignat rationem, quare conuenienter talis diſpenſatio, fieri potuit in primitiua eccleſia: quia ſcilicet ĩ nomine Chriſti tota trinitas intelligitur. Et ideo ſeruabatur ad minus integritate intelligibili, forma, quàm Chriſtus tradidit in euangelio.

Ad 3m dicendum, quòd Nicolaus Papa dictum ſuũ confirmat ex duobus præmiſſis. Et ideo eius reſpõſio patet, ex primis duabus ſolutionibus.

¶ Super Queſtionis ſexageſimæſextæ Articulum ſextum.

Titulus clarus. ¶ In corpore unica eſt concluſio: Quicquid deeſt ad inuocationem plenam Trinitatis, tollit integritatem baptiſmi. Probatur. Sacramentũ habet efficaciam ab inſtitutione Chriſti. ergo ſi prætermittatur aliquid eorũ, quę Chriſtus inſtituit circa ſacramentum, tollitur efficacia eius. ergo ſi prætermittatur plena inuocatio trinitatis in baptiſmo, tollitur integritas baptiſmi. Et probatur hæc ultima conſequentia: quia Chriſtus inſtituit baptiſmum in nomine Patris & Filii & Spirituſſancti. Deinde excludit Auctor reſpõſionem dicentem, q; ſufficit inuocare trinitatẽ implicite, uel quia in inuocatione unius pſonæ ĩcluditur alia: uel quia recta fide interiori ĩuocantur omnes perſonæ, quãuis totaliter non explicẽtur oẽs. Contra hanc reſpõſionẽ arguit Auctor, qa ſacramẽtũ ſicut conſtat ex materia ſẽſibili, ita debet cõſtare ex forma ſẽſibili, ac per hoc nec intellectus cointelligẽs ĩ una pſona aliã, nec fides recta de oĩbus perſonis ſupplet defectũ formæ ſenſibilis. Et cõfirmaẽ ex baptiſmo Chr̃i: qm̃ ibi tres perſonæ in forma ſenſibili apparuerunt.

¶ Aduerte hic, hæc Auctoris uerba directe excludere reſpõſiones ſumptas ex 3. cap. lib primi Ambroſii de Spirituſancto, ſlata a Magiſtro ſententiarũ 3 diſt. 4. ¶ Aduerte ſecundo, tractari hic duas q̃ſtiones tãquàm unã: altera ſiquidẽ quæſtio eſt, an baptiſm⁹, in quo omittitur inuocatio alicuius ꝑſonæ trinitatis, ſit uerus. Altera uero quęſtio eſt, an baptiſmus celebrat⁹ in nomine Chriſti, ſit uerus. Et Magiſter ſiquidẽ ſententiarũ ſeparatim eas tractat. Auctor uero cõiunctim, ut hic patet, ille nõ idẽ de utraque quæſtione iudicium habet, iſte idem ſentit de utraq; eadem ratione: puta qa Chriſtus nomen unius ꝑſonæ eſt, & propterea non directe in litera reſpondit quęſito, puta baptiſmus in nomine Chriſti non poteſt dari, ſed uniuerſalem negatiuam pro reſponſione dedit, ſcilicet nõ poteſt baptiſmus dari omiſſo quocumq; ad plenam inuocationem trinitatis requiſito.

# Articvlvs VII.

## Vtrum immerſio in aqua, ſit de neceſſitate baptiſmi.

Ad septimvm ſic proceditur. Videẽ quòd immerſio in aqua ſit de neceſſitate baptiſmi: ut enim dicitur Epheſ. 4. una fides, unum baptiſma: ſed apud multos communis modus baptizandi eſt per immerſionem. ergo uidetur quòd non poſſit eſſe baptiſmus ſine immerſione.

4. di. 3. ar. 4. q. 1

¶ 2 Præter. Apoſtolus dicit Romano. 6. Quicumque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus, conſepulti enim E ſumus cum illo per baptiſmum in mortem: ſed hoc fit per immerſionem: dicit enim Chryſoſt.* ſuper illud Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpirituſancto, &c. Sicut in quodam ſepulcro in aqua ſubmergentibus nobis capita uetus homo ſepelitur, & ſubmerſus deorſum occultatur, deinde nou⁹ rurſus aſcẽdit. ergo uidetur quòd immerſio ſit de neceſſitate baptiſmi.

Hom. 24. in Ioannem, poſt mediũ to. 3

¶ 3 Præt. Si ſine immerſione totius corporis poſſet fieri baptiſmus, ſequereẽ q; pari ratione ſufficeret, quãlibet partẽ aqua perfundi: ſed hoc uĩ incõueniẽs: quia originale peccatum, contra quòd præcipue dat baptiſmus, nõ eſt in una tantum corporis parte. ergo uideẽ

¶ Super Queſtionis ſexageſimæſextæ Articulum ſeptimum.

In titulo ſumitur immerſio, ut diſtĩguitur cõtra aſpſionem & effuſionem. ¶ In corpore una cõcluſio eſt. Immerſio nõ eſt de neceſſitate baptiſmi. Probatur: Ablutio corporis fieri põt per aquã, non ſolum per modũ immerſionis, ſed ẽt per modũ aſperſiõis uel effuſionis. ergo immerſio nõ eſt de neceſſitate baptiſmi. Probatur conſequẽtia: quia ĩ baptiſmo aſſumitur aqua ad abluendum corpus, quod probatur: qa ſignificat ſic ablutionem interiorẽ a peccatis. Proceſſum cũ multis auctoritatib⁹ & adiunctis ad bonitatem doctrinę, quia ſatis patet in litera, pertranſeo.

quod requiratur immerſio ad baptiſmum, & non ſufficiat ſola aſperſio.

Sed contra eſt, quòd Heb. 10. dicitur, Accedamus cum uero corde in plenitudine fidei, aſperſi corda a cõſcientia mala, & abluti corpus aqua mũda.

Respon. Dicendum, quòd aqua aſſumitur in ſacramento baptiſmi, ad uſum ablutionis corporalis, per quam ſignificatur interior ablutio peccatorum. Ablutio autem fieri poteſt per aquam, non ſolum per modum immerſionis, ſed ẽt per modum aſperſionis uel effuſionis. Et ideo quamuis tutius ſit baptizare p modũ immerſionis (quia hoc habet cõmunior uſus) poteſt tamẽ fieri baptiſmus per modũ aſperſionis, uel etiam per modum effuſionis, ſecundum illud Ezec. 36 effundam ſuper uos aquam mundã: ſicut beatus Laurentius legitur baptizaſſe: & hoc præcipue propter neceſſitatem: uel quia eſt magna multitudo baptizãdorum, ut patet Act. 2. & 4. ubi dicitur, quòd crediderũt una die tria millia, & alia 5. millia. Quandoque autem põt imminere neceſſitas propter paucitatem aquæ: uel propter debilitatem miniſtri, qui non poteſt ſuſtẽtare baptizandum: uel propter debilitatem baptizandi, cui poſſet imminere periculum mortis ex immerſione. et ideo dicendum eſt, quòd immerſio non eſt de neceſſitate baptiſmi.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ea quæ ſunt per accidens, non uariant ſubſtantiam rei. Per ſe autem requiritur ad baptiſmum corporalis ablutio p aquam: unde & baptiſmus lauacrũ nominatur, ſ'm illud Eph. 5. Mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitę. Sed ꝙ fiat ablutio hoc uel illo modo, accidit baptiſmo: et ideo talis diuerſitas nõ tollit unitatẽ baptiſmi.

Ad 2^m^ dicendum, quòd in immerſione expreſſius repræſentatur figura ſepulturæ Chriſti, & ideo hic modus baptizandi eſt communior, & laudabilior: ſed in alijs modis baptizandi repræſentatur aliquo modo, licet non ita expreſſe: nam quocumque modo fiat ablutio, corpus hominis, uel aliqua pars eius, aquæ ſupponitur, ſicut corpus Chriſti ſub terra fuit poſitum.

Ad 3^m^ dicendum, quòd principalis pars corporis, præcipue quantum ad exteriora mẽbra, eſt caput in quo uigent omnes ſenſus, & interiores & exteriores. Et ideo, ſi totum corpus aqua non poſſit perfundi propter aquæ paucitatem, uel propter aliquam aliam cauſam, oportet caput perfundere: in quo manifeſtatur principium animalis uitę. Et licet per membra, quæ generationi deſeruiunt, peccatum originale traducatur, non tamen ſunt membra illa potius aſpergẽda, quàm caput, quia per baptiſmũ non tollitur trãſmiſſio originalis in prolem per actum generationis, ſed liberatur anima a macula, & reatu peccati, quod incurrit. Et ideo debet præcipue lauari illa pars corporis, in qua manifeſtantur opera animæ. In ueteri autẽ lege remedium contra originale peccatum, inſtitutũ erat in membro generationis: quia adhuc ille, per quem originale erat amouendum, naſciturus erat ex ſemine Abrahæ, cuius fidem circuncifio ſignificabat, ut dicitur Rom. 4.

*¶ Super Quæſtionis ſexageſimæſextæ Articulum octauum.*

4. d. 3. ar. 4. q. 2. & 3. Et diſt. 23. q. 1. artic. 1. q. 2. cor.

Titulus clarus ẽ. ¶ In corpore articuli duo fiunt: primo, reſpondet quæſito, quantum ad neceſſitatem ſacramenti: ſecundo reſpõdet quæſito, quantum ad neceſſitatem mandati eccleſiaſtici.

### Articvlvs VIII.

*Vtrum trina immerſio ſit de neceſſitate baptiſmi.*

Ad octavvm ſic procedit. Videtur quòd trina immerſio ſit de neceſſitate baptiſmi. Dicit enim Auguſtinus in quodam ſermone de Symbolo ad baptizatos, Recte tertio merſi eſtis: quia accepiſtis baptiſmum in nomine ſanctæ Trinitatis: recte tertio merſi eſtis: quia accepiſtis baptiſmum in nomine Ieſu Chriſti, qui tertia die reſurrexit a mortuis: illa enim tertio repetita immerſio, typum dominicæ exprimit ſepulturæ, per quam Chriſto conſepulti eſtis in baptiſmo: ſed utrumque uidetur ad neceſſitatem baptiſmi pertinere, ſcilicet & quòd ſignificetur in baptiſmo Trinitas perſonarum, & quòd fiat configuratio ad ſepulturam Chriſti. ergo uidetur quòd trina immerſio ſit de neceſſitate baptiſmi.

¶ 2 Præter. Sacramenta ex mandato Chriſti efficaciam habent: ſed trina immerſio eſt ex mãdato Chriſti: ſcribit enim Pelagius Papa * Gaudentio epiſcopo, euangelicum præceptũ ipſo Domino deo, & ſaluator nostro Ieſu Chriſto tradente, nos admonet, in nomine Trinitatis trina immerſione ſanctum baptiſmum unicuiq; tribuere. ergo ſicut baptizare in nomine Trinitatis, eſt de neceſſitate baptiſmi, ita etiam baptizare trina immerſione, uidetur eſſe de neceſſitate baptiſmi.

De conſecr. d. 4. c. Multi ſunt.

¶ 3 Præter. Si trina immerſio non ſit de neceſſitate baptiſmi. ergo ad primam immerſionem aliquis baptiſmi conſequitur ſacramentum. Si ergo addatur ſecunda uel tertia, uidetur, quòd ſecundo uel tertio baptizetur, quod eſt inconueniens. non ergo una immerſio ſufficit ad ſacramentum baptiſmi, ſed trina immerſio uidetur eſſe de neceſſitate ipſius.

Sed contra eſt, quòd Gregor. † dicit ſcribens * Leandro epiſcopo, Reprehenſibile eſſe nullatenus poteſt, infantem in baptiſmate uel tertio, uel ſemel immergere, quoniam & in tribus immerſionibus perſonarum Trinitas, & una poteſt diuinitatis ſingularitas deſignari.

Lib. 1. ep. 41. a med. Alias Leonardo.

Respon. Dicendũ, quòd (ſicut prius dictum*) ad baptiſmũ per ſe requirit̃ ablutio aquæ, quę ẽ de neceſſitate ſacramẽti, modus aũt ablutionis p accidens ſe habet ad ſacramẽtũ. Et ideo, ſicut ex p̃dicta auctoritate Greg.* patet, quãtũ ẽ d̃ ſe, utrũque licite fieri põt. ſ. & ſemel et ter immergere: quia unica immerſiõe ſignificat̃ unitas mortis Chr̃i et unitas deitatis: p trinã aũt immerſionẽ ſignificatur triduũ ſepulturæ Chriſti, & etiam trinitas perſonarum: ſed diuerſis ex cauſis ſecundum ordinationem eccleſiæ, quandoque inſtitutus eſt unus modus, quandoque alius: quia enim a principio naſcentis eccleſiæ, quidam de Trinitate male ſentiebãt, Chriſtum purum hominem eſſe æſtimãtes, nec dici filium dei & deũ niſi propter meritum eius, quod præcipue fuit in morte, ideo non baptizabant in nomine Trinitatis, ſed in commemoratione mortis Chriſti, & una immerſione: quod reprobatum fuit in primitiua eccleſia. unde in canonibus apoſtolorum * legitur, ſi quis presbyter aut epiſcopus non trinam immerſionem unius miniſterij, ſed ſemel mergat in baptiſmate, quod dari a quibuſdam dicitur in morte Domini, deponatur: non enim nobis dixit Dominus, in morte mea baptizate, ſed in nomine Patris & Filii & Spiritusſancti. Poſtmodum uero inoleuit quorundã ſchiſmaticorum & hæreticorũ error, homines rebaptizantium: ſicut de Donatiſtis Auguſtin. * narrat ſuper Ioan. Et ideo in deteſtationem erroris eorum, fuit ſtatutũ † in Concilio Toletano, quòd fieret una ſola immerſio: ubi ſic legitur, Propter uitandum ſchiſmatis ſcandalum, uel hæretici dogmatis uſum, ſimplam teneamus baptiſmi immerſionem: ſed ceſſante tali cauſa communiter obſeruatur in baptiſmo trina immerſio. Et ideo grauiter peccaret aliter baptizans, quaſi ritum eccleſiæ non obſeruans, nihilominus tamen eſſet baptiſmus.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ Trinitas eſt ſicut agens principale in baptiſmo: ſimilitudo autem agentis peruenit ad effectum ſecundum formam, & non ſecundum materiam. et ideo ſignificatio Trinitatis fit i baptiſmo per uerba formæ: nec eſt de neceſſitate, quòd ſignificetur Trinitas per uſum materiæ: ſed hoc fit ad maiorem expreſſionem: ſimiliter etiam mors Chriſti figuratur ſufficienter in unica immerſione. Triduum autem ſepulturæ non eſt de neceſſitate ſalutis noſtræ: quia etiam ſi una die fuiſſet ſepultus uel mortuus, ſuffeciſſet ad perficiendam noſtram redemptionem: ſed triduum illud ordinatur ad manifeſtandum ueritatem mortis, ut ſupra * dictum eſt. et ideo patet, quòd trina immerſio, nec ex parte Trinitatis, nec ex parte paſſionis Chriſti, eſt de neceſſitate ſacramenti.

Ad 2^m^ dicendum, quòd Pelagius Papa † intelligit trinam immerſionem eſſe de mandato Chriſti in ſuo ſimili: in hoc ſcilicet ꝙ Chriſtus præcepit baptizari in nomine Patris & Filij & Spiritusſancti: non tamen eſt ſimilis ratio de forma, & de uſu materiæ, ut dictum eſt. *

Ad 3^m^ dicendum, quòd (ſicut ſupra † dictum eſt) intentio requiritur ad baptiſmum, & ideo ex intentione miniſtri eccleſiæ, qui intẽdit unum baptiſmum dare trina immerſione, efficitur unum baptiſma: unde Hieronym. dicit * ſuper epiſtolam ad Philipp. Licet ter baptizetur, id eſt immergatur, propter myſterium Trinitatis, tamen unum baptiſma reputatur: ſi uero intenderet, ad unamquamque immerſionem unum baptiſma dare, ad ſingulas immerſiones repetens uerba formæ, peccaret, quantum in ſe eſt, pluries baptizans.

Probatur tripliciter. Primo ratione: Ad baptiſmum per ſe requiritur ablutio, per accidens autem modus ablutiõis. ergo. ſecundo auctoritate Greg. tertio ex ſignificatione, tam unicæ quàm trinæ immerſionis.

¶ Quo ad primũ unica concluſio eſt: utrũque licite fieri poteſt, ſcilicet & ſemel & ter immergere.

Referatur hoc i Decr. & de conſ. d. 4. c. Poſtquam.

¶ Quo ad ſecundũ, uariata ponitur & mutata eccleſię inſtitutio diuerſis tẽporibus diuerſis ex cauſis, & tandem infert grauius peccare, qui nunc non ſeruãt trinã immerſionẽ. ubi ſcito, quòd licet hodie qui baptizantur in fontibus immergãtur, & forte ter: hi tñ qui baptizãtur in domibus, per modũ effuſionis baptizantur. Et ꝓpterea nullũ peccatũ cõmittere uidentur, quia ter non immergũt, cum nec ſemel immergãt abſque peccato.

¶ In reſponſione ad tertium, dubium occurrit, an trina immerſione inchoata a miniſtro, ſi aliqua omittatur, ſit uerus baptiſmus. Et eſt ratio dubii: quoniam ſi trina immerſio intẽdatur baptiſmus non perficitur in prima immerſione, ut Auctor explicat in ar. 4. tertiæ diſtinctio. quarti ſentent. Huius autem oppoſitum uidetur ex eo, quòd huiuſmodi intentio miniſtri non addit neceſſitatem nouæ immerſionis poſt primam.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ quia intentio miniſtri fundatur ſup ritu eccleſiæ, eadẽ eſt intentio miniſtri intẽdentis exercer̃ trinã immerſionem, & eccleſię inſtituentis illã. cõſtat aũt ꝙ eccleſia inſtituit trinam immerſionem, nõ ut ſubſtantiale ſacramenti, ſed ut cęremoniale eiuſdẽ: qm̃ nõ niſi ad ſignificãdũ uel Trinitatem perſonarũ, uel triduum ſepulturæ, illam inſtituit. intentio ergo miniſtri ad trinam immerſionẽ fertur, non ut ad rẽ neceſſariam ſacramento, ſed ut ad cæremoniam eiuſdem, omiſſio autem cæremoniæ non tollit ueritatem baptiſmi. Et propterea ſi ex incuria aut caſu alio miniſter intendens trinam immerſionem, perficiat proferre uerba formæ ante ſecundam aut tertiam immerſionem, baptiſmus perfectus eſt, & quæ non eſt facta immerſio durantibus uerbis ſupflue poſt uerba adderet̃, quoniam non eſſet amplius baptiſmi pars.

Ar. præced. ad 1.

In arg. ſed contra.

¶ Ad obiectionẽ autem inductam, dicitur quòd intelligũtur uerba Auctoris de unica immerſiõe ſub ratione partis In caſu autem noſtro, ſ. quo uerba præuenirent ſecundã immerſionẽ, unica immerſio ex ipſa ſeparatione ab aliis immerſionibus, haberet rationẽ totius. quod ut melius intelligas, aduerte ablutionẽ eſſe quoddam totum ſucceſſiuum, & integrari ex partibus ſucceſſiuis & cõtinuis: ſucceſſiuis quidem omnibus: continuis uero quandoq; omnibus, quandoque quibuſdam. Nã quælibet ablutio per immerſionẽ in tẽpore fit, & per partes ſucceſſiuas ac cõtinuas immerſiones, & rurſus quælibet triũ immerſionum inter ſe diſcretarum, pars eſt unius ablutionis, quam baptiſmum uocamus. Quo fit, ut quia totum ſucceſſiuũ ex qualibet ſui parte infertur (ẽ enim dies, quæcumque hora diei ſit: & ſimiliter mouetur aliquis, in quacumq; motus parte inueniatur) ex quacumque immerſione, immo ex quacũq; immerſiõis parte ſufficiẽte, ad abluẽdũ, ablutio infertur, ac per hoc baptiſmus, ſi in toti⁹ rõnẽ trãſeat: hĩc. n. unius immerſionis partes, & ſingulę immerſiones partiũ rõnem, dũ in ſuo toto ſumuntur, & ſola ſeparatio ab aliis partibus, illi uel illis rationẽ toti⁹ largitur, ut accidit in diuiſione cõtinui permanẽtis. Miniſtro ergo intendẽte trinã immerſionẽ, quãdiu immerſiones ſeu earũ partes habẽt rõnem partiũ baptiſmi ex parte materiæ, hoc eſt ablutionis, nõ perficitur baptiſmus: ſed ſi pars aliqua ſortiretur rõnem totius ex hoc, ꝙ in ea finiret̃ prolatio formæ, undecũq; hoc accidat, ablutio baptiſmalis perfecta eſt. Peccat tamẽ miniſter, præueniẽs ſecundã aut tertiã immerſionem prolatione uerborũ integra: tãquã omittẽs al q̃ immerſionẽ.

Loco citato in argum.

In ſol. præ.

Quæſt. 64. art. 8

In com. [illegible] ad Epiſ. [illegible] illud: unus [illegible] des, [illegible] baptiſma, [illegible] refertur de conſecr. d. 4. c. Eodẽ modo.

*¶ Super Quæſtionis ſexageſimæſextæ Articulum nonum.*

In titulo tã huius, quàm triũ ſequentium articulorum, & ſimiliter in omnibus his, quæ in illis continentur, nihil aliud ſcribendum occurrit, niſi quòd Scotus in 4. ſentent. diſtinct. 6. duas rationes in litera noni articuli, ſcilicet ſecundam & tertiam arguit. Secundam quidem: quia in morte Chriſti baptizati ſumus, dicit non concludere: quia pœnitentia uirtutem quoque habet a paſſione Chriſti, & tamẽ eſt iterabilis. Tertiã uero, quia imprimit characterem indelebilẽ, dicit probare p immanifeſtius: quoniã a principio inſtitutionis baptiſmi manifeſtum fuit, ꝙ non licuit iterare ipſum, & character erat occultus.

4. diſt 6 q. 2. ar. 1. q. 1. Et 4 cõ [illegible] a. 59. ſi. Et ca. 70. & 71. Et Ioan. 3. Et Epheſ 4 lec. 2.

¶ Ad primũ horum dr̃, ꝙ uis rationis cõſiſtit in repræſentatione (quia. ſ. i baptiſmo r̃præſentat̃ mors Chriſti) & non in efficacia uirtutis a paſſione Chriſti, ut arguens refert: unde argumentum nihil obſtat: quoniam pœnitentia non aſſimilat hominem Chriſto mortuo: ſed baptiſmus cõſepeliẽs Chriſto mortuo hominẽ, qui baptizatur.

In conc. 1. Nicæ. can. 9

### Articvlvs IX.

*Vtrum baptiſmus poſſit iterari.*

Ad nonvm ſic proceditur. Videtur, quòd baptiſmus poſſit iterari. Baptiſmus enim uidetur inſtitutus ad ablutionem peccatorum: ſed peccata iterantur. ergo multo magis baptiſmus debet iterari: quia miſericordia Chriſti tranſcendit hominis culpã.

¶ 2 Præter. Ioannes Baptiſta præcipue fuit a Chriſto commendatus, cum de eo dictum ſit Matthæ. 11. Inter natos mulierũ non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta: ſed baptizati a Ioanne, iterum baptizabantur, ut habetur Actuum 19. ubi dicitur, quòd Paulus baptizabat eos, qui erant baptizati baptiſmo Ioannis. ergo multo fortius illi, qui ſunt baptizati ab hæreticis uel peccatoribus, ſunt rebaptizandi.

¶ 3 Præter. In Niceno Concilio ſtatutum eſt, ſi quis confugerit ad eccleſiam catholicam de Pauliniſtis & Cataphrygis, rebaptizari eos omnino debere: uidetur autem eſſe eadem ratio de alijs hæreticis. ergo baptizati ab hæreticis, debent rebaptizari.

¶ 4 Præt. Baptiſmus eſt neceſſarius ad ſalutem: ſed de quibuſdam baptizatis aliquando dubitatur, an ſint baptizati. ergo uidetur quòd debeant iterum baptizari.

Q.præc.ar. 3.

¶ Ad ſecundum dicitur, quòd ſi Auctor reprehendendus eſt, oportet quoq; reprehendere ſynodũ florentinã ſub Eugenio IIII. dicentẽ, Tria ſunt, baptiſmus, confirmatio, & ordo, quę characterẽ, ideſt, ſpirituale ſignũ, imprimunt in anima indelebile: unde in eadẽ perſona non reiterãtur. Licet ergo ex poſterius manifeſtis rationem reddere eorum, quę prius tempore nota fuerint: de multis enim concluſionibus notis apud priſcos, poſteriores adinuenerunt propter quid.

¶ 5 Præte. Euchariſtia eſt perfectius ſacramentum quàm baptiſmus, ut ſupra dictum eſt: ſed ſacramentũ euchariſtiæ iteratur. ergo uidetur quòd multo magis baptiſmus poſſit iterari.

Sed contra eſt, quòd dicitur Epheſ. 4. Vna fides, unum baptiſma.

Respon. Dicendum, quòd baptiſmus iterari non poteſt. Primo quidem, quia baptiſmus eſt quædam ſpiritualis regeneratio: prout ſcilicet aliquis moritur ueteri uitæ, & incipit nouam uitã agere: unde dicitur Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spirituſancto, nõ poteſt introire in regnũ dei: unius autem non eſt niſi una regeneratio, & ideo non poteſt baptiſmus iterari, ſicut nec carnalis generatio: unde Auguſt.* dicit ſuper illud Ioan. 3. Numquid poteſt in uẽtrem matris ſuæ iterato introire, & renaſci. Sic tu, inquit intellige natiuitatẽ ſpũs, quomodo intellexit Nicodemus natiuitatem carnis: quomodo enim uterus non poteſt repeti, ſic nec baptiſmus: ſecundo, quia in morte Chriſti baptizamur, per quam morimur peccato, & reſurgimus in nouitatem uitæ. Chriſtus autem ſemel tantum mortuus eſt, & ideo baptiſmus iterari non debet: propter quod Hebr. 6. contra quoſdam rebaptizari uolentes dicitur, Rurſus crucifigentes ſibimetipſis filiũ dei, ubi glo. dicit,* una Chriſti mors, vnũ baptiſma cõſecrauit: tertio, quia baptiſmus imprimit characterem, qui eſt indelebilis, & cum quadam conſecratione datur: unde ſicut aliæ conſecrationes non iterantur in eccleſia, ita nec baptiſmus. Et hoc eſt quod Auguſt.† dicit in 2. contra epiſtolam Parmeniani, quòd character militaris non reperitur, & quòd non minus hæret ſacramentum Chriſti, quàm corporalis hæc nota, cum uideamus nec apoſtatas carere baptiſmare, quibus utique per pœnitentiam redeuntibus, non reſtituitur. quarto, quia baptiſmus principaliter datur contra originale peccatum: & ideo ſicut originale peccatum non iteratur, ita etiam nec baptiſmus iteratur: quia, ut dicitur Roman. 5. Sicut per unius delictum, in omnes homines in condemnationem, ſic per unius iuſtitiam, in omnes homines in iuſtificationem uitæ.

Tract. 11. in Euan. Ioã. ante med. t. 9.

Gl. ord. ſup illud, Renouari rurſus ad pœnitentiam.

Lib. 2. c. 13. a med. t. 7.

Ad primvm ergo dicendum, quòd baptiſmus operatur in uirtute paſſionis Chriſti, ſicut ſupra dictum eſt.* Et ideo ſicut peccata ſequentia uirtutem paſſionis Chriſti non auferunt, ita etiam non auferũt baptiſmum, ut neceſſe ſit ipſum iterari: ſed pœnitentia ſuperueniẽte tollitur peccatum, quod impediebat effectum baptiſmi.

Ar. 2. huius quæſt.

Ad 2m dicendum, quòd ſicut Auguſt. † dicit ſuper illud Ioan. primo, Sed ego neſciebam eum, Ecce poſt Ioannem baptizatum eſt, poſt homicidam non eſt baptizatum: quia Ioan. dedit baptiſmum ſuum, homicida dedit baptiſmum Chriſti: quod ſacramentum tam ſanctum eſt, ut nec homicida miniſtrante polluatur.

Tract. 5. de clinãdo ad fi. to. 9

Ad 3m dicendum, quòd Pauliani, & Cataphrygæ non baptizabant in nomine Trinitatis: unde Greg* dicit ſcribens,* Quirino epiſcopo, Hi hæretici qui in Trinitatis nomine minime baptizabant, ſicut

In epiſt. li. 9 epiſt. 61. paulo a pri. *Alias Quidio ſeu Quirito.

F ſunt Bonoſiani & Cataphrygæ (qui ſcilicet idem ſentiebant cum Paulianis: quia & illi Chriſtum deum nõ credunt, exiſtimantes, ipſum ſcilicet eſſe purũ hominem, & iſti ſcilicet Cataphrygę, Spiritumſanctum peruerſo ſenſu eſſe purum hominem Montanũ ſcilicet credunt) tales cum ad ſanctam eccleſiam ueniunt, baptizentur, quia baptiſma non fuit, quod in errore poſiti, ſanctæ Trinitatis nomine minime perceperunt: ſed (ſicut in regulis eccleſiaſticis † dicitur) ſi qui apud illos hæreticos baptizati ſunt, qui in ſanctæ Trinitatis confeſſione baptizabant, & ueniunt ad catholicã fidem, recipiantur ut baptizati.

De eccleſi. dogm. c. 52. to. 3 in Au.

Ad 4m dicendum, quòd ſicut dicit Decret. Alexandri † III. De quibus dubium eſt an baptizati fuerint G baptizentur d his uerbis præmiſſis, Si baptizatus es, ego non te baptizo: ſed ſi nondum baptizatus es, ego te baptizo, & cet. non enim uidetur iterari quod neſcitur eſſe factum.

De Bapt. & eius effe. c. De quib. eſt c. 2 D. 265 & 183

Ad 5m dicendum, quòd utrumque ſacramentũ, ſcilicet baptiſmi & euchariſtiæ eſt repræſentatiuũ dominicæ mortis & paſſionis: aliter tamen & aliter. Nã in baptiſmo commemoratur mors Chriſti, inquãtum homo Chriſto commoritur & in nouam uitam regeneratur: ſed in ſacramento euchariſtiæ commemoratur mors Chriſti, inquantum ipſe Chriſtus paſſus exhibetur nobis, quaſi paſchale conuiuium, ſecundum H illud 1. Corin. 5. Paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus, itaq; epulemur. Et quia homo ſemel naſcitur, multotiens autem cibatur: ſemel tantum datur baptiſmus, multotiens autem euchariſtia.

## Articvlvs x.

*Vtrum ritus, quo eccleſia in baptizando utitur, ſit conueniens.*

Ad decimvm ſic proceditur. Videtur quòd non ſit conueniens ritus, quo eccleſia utitur in baptizando. Vt enim dicit Chryſ. numquã aquę baptiſmi purgare peccata credentium poſſent, niſi tactu dominici corporis ſanctificatæ fuiſſent. Hoc autẽ I factum fuit in baptiſmo Chriſti, qui celebratur in feſto epiphaniæ. ergo magis deberet celebrari ſolennis baptiſmus in feſto Epiphaniæ, quàm in uigilia Paſchę & in uigilia Pentecoſtes.

4. diſ. 2 q. 1 art. 3 ad ſe primum. Et d. 6. q. 2. ar. 1. q. 3 Refertur de cõſecr. d. 4. c. Nũquam.

¶ 2 Præt. Ad idem ſacramentum non uidetur pertinere diuerſarum materiarum uſus: ſed ad baptiſmũ pertinet ablutio aquæ. Inconuenienter igitur ille qui baptizatur, bis inungitur oleo ſancto, primum in pectore, deinde inter ſcapulas, & tertio chriſmate ĩ uertice.

¶ 3 Præt. In Chriſto Ieſu non eſt maſculus & femina, barbarus & ſcytha, & eadem ratione nec aliquæ aliæ huiuſmodi differentiæ. Multo igitur minus diuerſitas ueſtium aliquid operatur in fide Chriſti. inconuenienter igitur baptizatis traditur candida ueſtis. K

¶ 4 Præt. Sine huiuſmodi obſeruantiis poteſt baptiſm' celebrari. Hæc igitur quæ dicta ſunt, uidentur eſſe ſuperflua, & ita inconuenienter ab eccleſia inſtituta eſſe in ritu baptiſmi.

Sed contra eſt, quòd eccleſia regitur Spiritu ſancto, qui nihil inordinatum operatur.

Respon. Dicẽdum, quòd in ſacramento baptiſmi aliquid agitur, quod eſt de neceſſitate ſacramenti, & aliquid eſt, quod ad quandam ſolennitatẽ ſacramenti pertinet. De neceſſitate quidem ſacramenti eſt forma, quæ deſignat principalem cauſam ſacramenti, et miniſter, qui ẽ cauſa inſtrumẽtalis, & uſus materiæ, ſcilicet ablutio in aqua, quæ deſignat principalem ſacramenti A effectum. Cetera uero omnia, quæ in ritu baptizandi obſeruat eccleſia, magis pertinent ad quandam ſolennitatem ſacramenti. Quæ quidem adhibetur ſacramẽto propter tria: Primo quidem ad excitandam deuotionem fidelium, & reuerentiam ad ſacramentum. Si enim ſimpliciter fieret ablutio in aqua, abſque ſolẽnitate, de facili ab aliquibus æſtimaretur, quaſi quædam communis ablutio. Secundo ad fidelium inſtructionem. Simplices enim, qui literis non erudiũtur, oportet erudire per aliqua ſenſibilia ſigna: puta per picturas, & aliqua huiuſmodi. Et per hunc modum per ea, quæ in ſacramentis aguntur, uel inſtruuntur uel ſolicitantur ad quærendum de his, quæ per ſenſibilia ſigna B ſignificantur. Et ideo quia præter principalem ſacramenti effectum, oportet quędam alia ſcire circa baptiſmum, conueniens fuit, ut etiam quibuſdam exterioribus ſignis repræſentaretur. Tertio, quia per orationes & benedictiones & alia huiuſmodi, cohibetur uis dæmonis ab impedimento ſacramentalis effectus.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Chriſtus in Epiphania baptizatus eſt baptiſmo Ioannis, ut ſupra dictum eſt:* quo quidem baptiſmo non baptizantur fideles: ſed potius baptiſmo Chriſti. Qui quidem habet efficaciam ex paſſione Chriſti (ſecundum illud Roman. 6. Quicumque baptizati ſumus in Chriſto Ie- C ſu, in morte ipſius baptizati ſumus) & ex ſpirituſancto, ſecundum illud Ioannis 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpirituſancto, & cet. & ideo ſolennis baptiſmus agitur in eccleſia, & in uigilia Paſchæ, quando fit commemoratio dominicæ ſepulturæ, & reſurrectionis eiuſdem (propter quod & Dominus poſt reſurrectionem, præceptum die baptiſmo diſcipulis dedit, ut habetur Matthæ. ultimo,) & in uigilia Pentecoſtes quando incipit celebrari ſolennitas ſpiritus ſancti, unde & apoſtoli leguntur ipſo de Pentecoſtes, quo ſpiritum ſanctum receperant, tria millia hominum baptizaſſe.

Ad 2m dicendum, quòd uſus aquę adhibetur in D baptiſmo quaſi pertinens ad ſubſtantiam ſacramenti: ſed uſus olei uel chriſmatis adhibetur ad quandam ſolennitatem, nam primo baptizandus iungitur oleo ſancto, & in pectore & in ſcapulis, quaſi athleta dei, ut Ambroſi.* dicit in lib. de ſacramentis: ſicut pugiles inungi conſueuerunt: uel ſicut Innocent. dicit in quadam Decret. † de ſacra unctione, baptizandus in pectore inungitur, ut per ſpirituſſancti donum errorem abiiciat & ignorantiam: & fidem rectam ſuſcipiat, quia iuſtus ex fide uiuit. Inter ſcapulas autem inunguntur, ut per ſpirituſſancti gratiam excutiãt negligentiam, & torporem, & bonam operationẽ exerceat: quia fides ſine operibus mortua eſt, ut per fidei ſacramentum, ſit munditia cogitationum in pectore, E & fortitudo laborum in ſcapulis: poſt baptiſmum uero (ut Rabanus* dicit) ſtatim ſignatur in cerebro a pſbytero cum ſacro chriſmate, ſequente ſimul & oratione, ut Chriſti regni particeps fiat, & a Chriſto Chriſtianus poſſit uocari. uel ſicut Ambroſi. † dicit, unguentum ſuper caput effunditur: quia ſapientis ſenſus in capite eius, ut ſcilicet ſit paratus omni petenti, de fide reddere rationem.

Ad 3m dicendum, quòd ueſtis illa candida traditur baptizato, non quidem ea ratione quòd non liceat ei aliis ueſtibus uti: ſed in ſignum gloriæ* reſurrectionis, ad quam homines per baptiſmum regenerantur, & ad ſignificandam puritatem uitæ, quam debet poſt baptiſmum obſeruare, ſecundum illud Roman. 6. In nouitate uitæ ambulemus.

Ad 4m dicendum, quòd ea pertinent ad ſolennitatem ſacramenti, & ſi non ſint de neceſſitate ſacramenti: non tamen ſunt ſuperflua, quia ſunt ad bene eſſe ſacramenti, ut dictum eſt.*

In corp. ar.

## Articvlvs xi.

*Vtrum conuenienter deſcribantur tria baptiſmata.*

Ad vndecimvm ſic proceditur. Videtur quòd inconuenienter deſcribãtur tria baptiſmata, ſcilicet aquæ, ſanguinis, & flaminis, ſcilicet ſpirituſſancti: quia apoſtolus dicit Ephe. 4. Vna fides, unũ baptiſma: ſed non eſt niſi una fides. ergo non debent poni tria baptiſmata.

4. di. 4. q. 3. articu. 3. Et quol. 6. ar. 4 Et Io. 3. lec. 1. fi. & Heb. 6. co. 3. fi.

¶ 2 Præt. Baptiſmus eſt quoddam ſacramentum, ut ex ſupra dictis patet:* ſed ſolus baptiſmus aquæ, ẽ ſacramentum. ergo non debent poni alia duo baptiſmata.

Q. 65. ar. 1.

¶ 3 Præt. Damaſce. † in 4. lib. determinat plura alia genera baptiſmatum. non ergo debent poni ſolum tria baptiſmata.

Lib. 4. orth. fidei ca. 10. poſt med.

Sed contra eſt, quòd ſuper illud Heb. 6. Baptiſmatum doctrinæ, dicit gl.* Pluraliter dicit: quia eſt baptiſmus aquæ, pœnitentiæ, & ſanguinis.

Glo. ordin. ibid.

Respon. Dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt*) baptiſmus aquę efficaciam habet a paſſione Chriſti (cui aliquis configuratur per baptiſmũ) & ulterius ſicut a prima cauſa a ſpirituſancto. Licet autẽ effectus dependeat a prima cauſa, cauſa tamen ſuperexcedit effectum, nec dependet ab effectu. Et ideo præter baptiſmum aquæ, poteſt aliquis conſequi ſacramenti effectũ ex paſſione Chriſti, inquantum quis ei conformatur, pro Chriſto patiendo: unde dicitur Apoca. 7. Hi ſunt qui uenerunt ex magna tribulatione, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine agni. Eadem etiam ratione aliquis per uirtutem ſpirituſſancti cõſequitur effectum baptiſmi, non ſolum ſine baptiſmo aquæ, ſed etiam ſine baptiſmo ſanguinis, inquantum ſcilicet alicuius cor per ſpiritumſanctum mouetur ad credendum, & diligendum deum, & pœnitendum de peccatis: unde etiam dicitur baptiſmus pœnitẽtiæ. Et de hoc dicitur Iſ. 4. Si abluerit Dominus ſordes filiarũ Sion, et ſanguinẽ Hieruſalem lauerit de medio eius, in ſpiritu iudicii, & ſpiritu ardoris. ſic igitur utrũque aliorum baptiſmatum nominatur baptiſmus, inquantum ſupplet uicem baptiſmi aquæ: unde dicit Augu.* in 4. lib. de Vnico baptiſmo paruulorum: Baptiſmi uicem aliquãdo implere paſſionem, de latrone illo, cui non baptizato dictum eſt, Hodie mecum eris in paradiſo, beatus Cyprianus non leue documentũ aſſumit, quod etiam atque etiam conſiderans, inuenio non tantum paſſionem pro nomine Chriſti id, quod baptiſmo deerat poſſe ſupplere: ſed etiam fidem, confeſſionẽq; cordis, ſi forte ad celebrandum myſterium baptiſmi, in anguſtijs temporum ſuccurri non poteſt.

Q. 62. ar. 5. Et q. 66. ar. 2.

Li. 4. de Bapti. contra Donatiſtas c. 22. in pri.

Ad primvm ergo dicendum, quòd alia duo baptiſmata includuntur in baptiſmo aquæ, qui efficaciã habet & ex paſſione Chriſti & ex Spirituſancto, & ideo per hoc non tollitur unitas baptiſmatis.

Ad 2m dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt*) ſacramentum habet rationem ſigni; alia uero duo conueniunt cum baptiſmo aquæ, non quidem quantũ ad rationem ſigni, ſed quãtum ad effectum baptiſmatis: & ideo non ſunt ſacramenta.

Q. 60. ar. 1

Li.4.ortho. ſi.cap.10. a med.

Ad 3m dicendum, quòd Damaſcen.* ponit quædã baptiſmata figuralia: ſicut diluuium, quod fuit ſignũ noſtri baptiſmi, quantum ad ſaluationem fidelium in eccleſia, ſicut tunc paucæ animæ ſaluæ factæ ſunt in arca, ut dicitur 1. Petri. 3. ponit etiam tranſitum maris Rubri: qui ſignificat noſtrum baptiſma, quantum ad liberationem a ſeruitute peccati: unde & apoſtolus dicit 1. Corinthio. 10. quòd omnes baptizati ſunt in nube & in mari: ponit etiam ablutiones diuerſas, quę fiebant in ueteri lege præfigurantes noſtrum baptiſma, quantum ad purgationem peccatorum: ponit etiam baptiſmum Ioannis, qui fuit præparatorius ad noſtrum baptiſma.

### Articvlvs XII.

*Vtrum baptiſmus ſanguinis ſit potiſſimus inter alia baptiſmata.*

4.diſ.4.q.3. ar.3.q.4.Et Heb.6.co.3 fin.

AD dvodecimvm ſic procéditur. Videtur quòd baptiſmus ſanguinis nõ ſit potiſſimus inter tria prædicta baptiſmata. Baptiſmus enim aquæ imprimit characterem: quod quidem baptiſmus ſanguinis non facit. ergo baptiſmus ſanguinis non eſt potior, quàm baptiſmus aquæ.

¶ 2 Præter. Baptiſmus ſanguinis non ualet ſine baptiſmo flaminis, qui eſt per charitatem: dicitur enim 1.ad Cor. 13. ſi tradidero corpus meum ita, ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt: ſed baptiſmus flaminis valet ſine baptiſmo ſanguinis. non enim ſoli martyres ſaluantur. ergo baptiſmus ſanguinis non eſt potiſſimus.

¶ 3 Præt. Sicut baptiſmus aquæ, habet efficaciam a paſſione Chriſti (cui ſecundum prædicta reſpondet baptiſmus ſanguinis) ita paſſio Chriſti efficaciam habet a Spirituſancto, ſecundum illud Hebr. 9. Sanguis Chriſti, qui per Spiritumſanctum obtulit ſemetipſum pro nobis, emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, & cet. ergo baptiſmus flaminis potior eſt, quàm baptiſmus ſanguinis. non ergo baptiſmus ſanguinis eſt potiſſimus.

Habetur in lib. de eccl. dogm. c.74. tom. 3

Sed contra eſt, quòd Auguſt.* ad Fortunatum, loquens de comparatione baptiſmum, dicit, baptizatus confitetur fidem ſuam coram ſacerdote, martyr coram perſecutore: ille poſt confeſſionem aſpergitur aqua, hic ſanguine: ille per impoſitionem manus pontificis, recipit Spiritumſanctum: hic templum efficitur Spiritusſancti.

Ar. præced.

Respon. Dicendum, quòd (ſicut dictum eſt*) effuſio ſanguinis pro Chriſto, & operatio interior Spirituſſancti, dicuntur baptiſmata, inquantum efficiũt effectum baptiſmi aquæ. Baptiſmus autem aquę efficaciam habet a paſſione Chriſti, & a Spirituſancto, ut dictum eſt:* quæ quidem duæ cauſæ operantur in quolibet horum trium baptiſmatum: excellentiſſime tamen in baptiſmo ſanguinis: nam paſſio Chriſti, operatur quidem in baptiſmo aquæ, per quandam figuralem repræſentationem: in baptiſmo autem flaminis uel pœnitentiæ, per quandam affectionem: ſed in baptiſmo ſanguinis, per imitationem operis: ſimiliter etiã uirtus Spirituſſancti operatur in baptiſmo aquæ, per quandam uirtutem latentem: in baptiſmo autem pœnitentiæ, per cordis commotionem: ſed in baptiſmo ſanguinis, per potiſſimum dilectionis ſecundum illud Ioannis 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm ut animam ſuam ponat

Ar. præced.

F quis pro amicis ſuis.

Ad primvm ergo dicendum, quòd character eſt res, & ſacramentum: non autem dicimus quòd baptiſmus ſanguinis, præeminentiam habeat ſecundum rationem ſacramenti: ſed quantum ad ſacramenti effectum.

Ad 2m dicendum, quòd effuſio ſanguinis non habet rationem baptiſmi, ſi ſit ſine charitate. ex quo patet, quòd baptiſmus ſanguinis includit baptiſmum flaminis, & non econuerſo: unde* ex hoc ipſo probatur perfectior.

Ad 3m dicendum, quòd baptiſmus ſanguinis præ-
G eminentiam habet, non ſolum ex parte paſſionis Chriſti, ſed etiam ex parte Spirituſſancti, ut dictum eſt.*

In corp. ar.

## QVAESTIO LXVII.

*De miniſtris, per quos traditur baptiſmi ſacramentum in octo articulos diuiſa.*

DEinde conſiderandum eſt de miniſtris, per quos traditur ſacramentum baptiſmi.

H

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum ad diaconũ pertineat baptizare.

¶ Secundo, Vtrũ pertineat ad preſbyterũ, uel ſolum ad epiſcopũ.

¶ Tertio, Vtrum laicus poſſit ſacramentum baptiſmi conferre.

¶ Quarto, Vtrum hoc poſſit facere mulier.

¶ Quinto, Vtrum non baptizatus poſſit batizare.

¶ Sexto, Vtrum plures poſſint ſimul baptizare unum & eundẽ.

I ¶ Septimo, Vtrũ neceſſe ſit aliquẽ eſſe, qui baptizatũ de ſacro fonte recipiat.

¶ Octauo, Vtrum ſuſcipiẽs aliquẽ de ſacro fonte, obligetur ad eius inſtructionem.

### Articvlvs I.

*Vtrum ad officium diaconi pertineat baptizare.*

AD primvm ſic proceditur. Videtur quòd ad officiũ diaconi ptineat baptizare: ſimul.n.
K iniungitur a Domino officiũ prędicandi euangeliũ & baptizãdi, ſm illud Mat. ult. Eũtes docete oẽs gẽtes, baptizantes eos, &c. ſed ad officiũ diaconi pertinet euãgelizare. ergo uidetur quòd etiam ad officiũ diaconi pertineat baptizare.

¶ 2 Præ. Secũdũ Dion.† 5.c.eccl.hie. purgare ptinet ad officiũ diacõi: ſed purgatio a peccatis maxime fit per baptiſmũ, ſecundũ illud Eph. 5. Mũdãs eã lauacro aquæ in uerbo uitæ. ergo uidetur quòd baptizare pertineat ad diaconum.

¶ 3 Præt. De beato Laurentio legitur, quòd cum ipſe eſſet diaconus, plurimos baptizabat. ergo uidetur ꝙ ad diaconos pertineat baptizare.

Sed contra eſt, quòd Gelaſ.* Papa dixit, & habetur in decret. 93. diſtinct.† Diacones propriam conſtituimus obſeruare mẽſuram. & infra, Abſque epiſcopo uel presbytero baptizare non audeant, niſi prædictis ordinibus longius conſtitutis, ne B
neceſſitas extrema compellat.

Respon. Dicendum, quòd ſicut cæleſtium ordinum proprietates & eorum officia ex eorum nominibus accipiuntur (ut Dionyſi.* dicit 7.cap.cæleſt.hierat.) ita etiam ex nominibus eccleſiaſticorum ordinũ accipi poteſt, quid ad unumquemque pertineat ordinem. Dicuntur autem diaconi, quaſi miniſtri: quia uidelicet ad diacones non pertinet aliquod ſacramentum principaliter, & quaſi ex proprio officio præbere: ſed adhibere miniſterium aliis maioribus, in ſacramentorum exhibitione. Et ſic ad diaconem non pertinet, quaſi ex proprio officio, tradere ſacramẽtum baptiſmi: ſed in collatione huius ſacramenti, & alio- C
rum, aſſiſtere & miniſtrare maioribus: unde Iſidor.† dicit, ad diaconum pertinet aſſiſtere, & miniſtrare ſacerdotibus, in omnibus quæ aguntur in ſacramentis Chriſti, in baptiſmo ſcilicet, in chriſmate, in patena & calice.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ad diaconum pertinet recitare euangelium in eccleſia, et prędicare ipſum per modum catechizantis: unde & Dionyſi.* dicit, quòd diaconi habent officium ſuper immundos: inter quos ponit catechumenos: ſed docere, id eſt, exponere euangelium, pertinet proprie ad epiſcopum, cuius actus eſt perficere, ſecundum Dionyſi.† 5. cap. eccleſiaſt. hier. Perficere autem idem eſt D
quod docere: unde non ſequitur, quòd ad diacones pertineat officium baptizandi.

Ad 2m dicendum, quòd ſicut Dionyſi.* dicit in 2. c.eccleſ.hier. baptiſmus non ſolum habet purgatiuã, ſed etiam illuminatiuam uirtutem, & ideo excedit officium diaconi, ad quem pertinet ſolum purgare, ſcilicet uel repellendo immundos, uel diſponendo eos ad ſacramenti ſuſceptionem.

Ad 3m dicendum, quòd quia baptiſmus eſt ſacramentum neceſſitatis, permittitur diaconibus neceſſitate urgente in abſentia maiorum baptizare: ſicut patet ex auctoritate Gelaſii* ſupra inducta. Et hoc modo beatus Laurentius diaconus exiſtens, baptizauit.

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæſeptimæ Articulum primum.*

TItulus clarus ẽ. ¶ In corpore omnia clara sũt: Dubiũ tamen unum reſtat, quo pacto uerum ſit, diaconis nõ cõuenire prædicãdi & baptizãdi officiũ, cum in diaconorũ ordinatione expreſſe dicatur Diaconũ oportet miniſtrare ad altare, baptizare & prædicare: ex quo loco habetur argumentũ, & cõtra rationem Auctoris, & cõtra cõcluſionẽ. Contra rationem quidẽ: quia dum hic exponit, miniſteriũ diaconi reſpicere altarẽ, apparet diaconos non niſi ut miniſtros ſe habere ad altare: ſed reſpectu aliorum actuũ (puta prædicãdi & baptizandi) nõ põt inferri quòd miniſterialiter tantũ deſeruiant. Contra concluſionem autẽ, quia expreſſe attribuitur ſibi & baptizare, & prædicare. ¶ Ad hoc dicitur, ꝙ utrumque uerum eſt diuerſimode intelligendo. Nam ad diaconos ſpectat & baptizare, & prædicare ex impoſitione, hoc ẽ ſi ab epiſcopo, ſeu presbytero ſibi imponatur, ut Pelagius dicit de conſecratione diſt. 4. cap. diacones. Non ſpectat autẽ ad diaconos prædicare, aut baptizare ex officio, ut in cap. conſtat de conſecra. diſtinct. 4. dicitur. Ratio quoque literæ ſolida conſiſtit, fundata ſuper officio diaconi abſolute: ex quo.n. officiũ eius eſt miniſtrare, infertur rationabiliter, ꝙ ſi actibus ſuperiorum ſe immiſcet, non niſi miniſterialiter ad eos ſe habet, & ppterea recte iſfertur, non competere ſibi ex officio prædicare, aut baptizare: cum quo tamen ſtat, ut dictum eſt, quòd utrumque poteſt ei competere ex impoſitione: hoc enim oſtẽdit miniſtrum ipſum eſſe officialium eorum, qui ex officio hæc poſſunt.

4.di.5.q.1. ar.1.q.2.Et d.7.q.3.ar. 1.qu.1.cor. Et d.13.q.1. artic.5.q.1. cor.

Ca.3.eccle. hier.p.1.& 3.

Cap.5.in p. 1.a med.

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæſeptimæ Articulum ſecundum.*

IN articulis ſecundo & tertio hoc ſolum pro nouitiis notandum eſt, quòd cum in calce ſecundi articuli dicitur, Effectus baptiſmi per nihil aliud ſuppleri poteſt, intelligẽdum eſt de integro effectu baptiſmi. Integer ſiquidẽ effectus baptiſmi claudit in ſe characterem. Et propterea licet gratia cũ remiſſione toti⁹ culpæ & pœnæ, poſſit ſine baptiſmo ſuppleri, ut patet in Latrone, character tamẽ ſuppleri non poteſt, & hoc loquendo de potentia ordinata ſub diuinæ diſpoſitionis prouidentia.

### Articvlvs II.

*Vtrum baptizare pertineat ad officium præsbyterorum.*

AD secvndvm ſic proceditur. Videť quòd baptizare nõ pertineat ad officium præsbyterorũ, ſed ſolum epiſcoporum: quia (ſicut dictum eſt*) ſub eodem præcepto iniungitur Matth. ultim. officium docendi & baptizandi: ſed docere quod eſt perficere, pertinet
A ad officium epiſcopi, ut patet per Dionyſi.† 5. & 6. cap. eccleſ. hier. ergo & baptizare pertinet tantum ad officium epiſcopi.

Cap.5.in p. 1.a medio.

¶ 2 Præt. Per baptiſmum annumeratur aliquis populo Chriſtiano, quod quidem uidetur ad officium ſolius principis pertinere: ſed principatum in eccleſia tenent epiſcopi: qui, ut dicitur in gloſſ.* Luc. 10 tenent locum apoſtolorũ, de quibus dicitur in pſal. 44. Conſtitues eos principes ſuper omnem terrã. ergo uidetur, quòd baptizare pertineat ſolum ad officium epiſcopi.

Eſt gl. Bedę Luc. 10. ſup illud: Deſignauit Ies⁹ 72. dic.t.2.

¶ 3 Præt. Iſidor.† dicit, quòd ad epiſcopum pertinet baſilicarum conſecratio, unctio altaris, et cõfectio chriſmatis, ipſe ordines eccleſiaſticos diſtribuit, & ſacras uirgines benedicit: ſed his omnibus maius eſt ſacramẽtum baptiſmi. ergo uidetur quòd multo magis ad officium ſolius epiſcopi pertineat baptizare.

Habetur in decr. diſ. 25 c. Perlectis et dicitur eſſe in epiſto. ad Ludifredum.

Sed contra eſt, quod Iſidor.* dicit in libro de officiis: conſtat baptiſma ſolis ſacerdotibus eſſe traditum.

Lib.2.c.24. non multũ remote ante finem.

Respon. Dicendum, quòd ſacerdotes ad hoc conſecrantur, ut ſacramentum corporis Chriſti conficiãt, ſicut ſupra dictum eſt.* Illud autem eſt ſacramentum eccleſiaſticæ unitatis, ſecundum illud Apoſtoli 1. Corinth. 10. Vnus panis & unum corpus multi ſumus, omnes qui de uno pane & de uno calice participam⁹. Per baptiſmum autem aliquis fit particeps eccleſiaſticæ unitatis, unde & accipit ius ad menſam Domini accedendi. & ideo ſicut ad ſacerdotem pertinet conſecrare euchariſtiam (ad quod principaliter ſacerdotium ordinatur) ita ad proprium officium ſacerdotis pertinet baptizare: eiuſdem enim uidetur eſſe operari totum, & partem in toto diſponere.

Q.63.ar.1. 2.& 6.

Ad primvm ergo dicendum, quòd utrumq; officium. ſ. docendi & baptizandi, Dominus apoſtolis in-
D iunxit, quorum uicem gerunt epiſcopi: aliter tamẽ & aliter. Nam officium docẽdi commiſit eis Chriſtus, ut ipſi per ſe illud exercerent, tamquam principaliſſimũ. unde & ipſi apoſtoli dixerunt Act. 6. Non eſt æquum nos relinquere uerbum dei, & miniſtrare menſis. Officium autem baptizandi cõmiſit apoſtolis, ut per alios exercendum: unde & apoſtolus dicit 1. Corinth. 1. Nõ miſit me Chriſtus baptizare, ſed euangelizare. et hoc ideo, quia in baptizando nihil operatur meritum et ſapientia miniſtri, ſicut in docendo, ut patet ex ſupradictis.* in cuius etiam ſignũ nec ipſe Dominus baptizauit, ſed diſcipuli eius, ut dicitur Ioan. 4. Nec tamẽ per hoc excluditur, quin epiſcopi poſſint baptizare: quia quod poteſt poteſtas inferior, poteſt & ſuperior: unde
E & apoſtolus ibidem dicit ſe quoſdam baptizaſſe.

Q.64.ar.5 6.& 9

Ad 2m dicendum, quòd in qualibet republica, ea quæ ſunt minora, pertinent ad minora officia, maiora uero maioribus reſeruantur, ſecundum illud, Exod. 18. Quicquid maius fuerit, referant ad te, & ipſi tantũmodo minora iudicent. Et ideo ad minores ciuitatis principes pertinet diſponere de infimo populo: ad ſummos autem principes pertinet diſponere ea, quæ pertinent ad maiores ciuitatis. Per baptiſmum autem non adipiſcitur aliquis, niſi infimum gradum in populo Chriſtiano. et ideo baptizare pertinet ad minores principes eccleſiæ, id eſt, ad presbyteros, qui tenent locum ſeptuaginta duorum diſcipulorum Chriſti, ut dicit gloſſ.* Lucæ 10.

Eſt gl. Bedę loco citato in arg.

† q.65.ar.3. ad 4.

AD 3m dicendum, quòd ( ſicut ſupra dictum eſt †) ſacramentum baptiſmi eſt potiſſimum neceſſitate: ſed quantum ad perfectionem, ſunt quædam alia potiora, quæ epiſcopis reſeruantur.

ARTICVLVS III.

*Vtrum laicus poſſit baptizare.*

2.2.q.100. ar.2.ad primũ. Et 4.d. 5.q.2.ar.1. q.1.& 3.Et d.6.q.1.ar. 3.q.2.& 3. Ar.præced.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd laicus baptizare non poſſit. Baptizare enim ( ſicut dictum eſt*) proprie pertinet ad ordinem ſacerdotalem: ſed ea quę ſunt ordinis, non poſſunt committi non habenti ordinem. ergo uidetur quòd laicus, qui non habet ordinem, baptizare non poſſit.

¶ 2 Præt. Maius eſt baptizare, quàm alia ſacramentalia baptiſmi perficere: ſicut catechizare, & exorcizare, & aquã baptiſmalem benedicere: ſed hæc non poſſunt fieri a laicis, ſed ſolum a ſacerdotibus. ergo videtur, quòd multo minus laici poſſint baptizare.

¶ 3 Præ. Sicut baptiſmus eſt ſacramentum neceſſitatis, ita & pœnitentia: ſed laicus nõ poteſt abſoluere in foro pœnitentiali. ergo neque poteſt baptizare.

In locis citatis artic. præ. in utroque argum. Sed contra.

SED CONTRA eſt, ꝙ Gelaſius Papa & Iſidor.* dicũt, quod baptizare neceſſitate imminente, laicis Chriſtianis plerumque conceditur.

RESPON. dicendum, quòd ad miſericordiam eius, qui uult omnes homines ſaluos fieri, pertinet, ut in his quæ ſunt de neceſſitate ſalutis, homo de facili remedium inueniat. Inter omnia autem ſacramenta maxime neceſſitatis eſt baptiſmus, qui eſt regeneratio hominis in uitam ſpiritualem: quia pueris aliter omnino ſubueniri non poteſt, & adulti non poſſunt aliter quàm per baptiſmum plenam remiſſionem conſequi, & quantum ad culpam, & quãtum ad pœnam. Et ideo ut homo circa remedium tam neceſſarium defectum pati non poſſit, inſtitutum eſt, ut & materia baptiſmi ſit cõmuuis* ſcilicet aqua, quæ a quolibet de facili haberi poteſt, & miniſter baptiſmi etiam ſit quicumque non ordinatus, ne propter defectum baptiſmi, homo ſalutis ſuæ diſpendium patiatur.

*Alias, communiſſima.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd baptizare pertinet ad ordinem ſacerdotalem, ſecundum quandam conuenientiam & ſolennitatem: non autem hoc eſt de neceſſitate ſacramenti. unde etiam ſi extra neceſſitatis articulum laicus baptizet, peccat quidem: tamẽ ſacramentum baptiſmi confert: nec eſt rebaptizandus ille, qui ſic eſt baptizatus.

AD 2m dicendum, quòd illa ſacramentalia baptiſmi pertinent ad ſolennitatem: non autem ad neceſſitatem baptiſmi. Et ideo fieri non debent nec poſſunt a laico, [d] ſed ſolum a ſacerdote, cuius eſt ſolenniter baptizare.

D.320.& 591.

AD 3m dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt*) pœnitentia non eſt tantæ neceſſitatis ſicut baptiſmus: poteſt enim per contritionem ſuppleri defectus ſacerdotalis abſolutionis, quæ non liberat a tota pœna: nec etiam pueris adhibetur. et ideo non eſt ſimile de baptiſmo, cuius effectus per nihil aliud ſuppleri poteſt.

q.95.art.3.& 4

ARTICVLVS IIII.

*Vtrum mulier poſſit baptizare.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd mulier non poſ F ſit baptizare. Legitur enim in Carthaginenſi concilio, quòd mulier, quamuis docta & ſancta, uiros in conuentu docere uel aliquos baptizare non præſumat: ſed nullo modo licet mulieri docere in conuentu, ſecundum illud 1.Corinth. 14. Turpe eſt mulieri, in eccleſia loqui. ergo uidetur quòd nec etiam aliquo modo mulieri liceat baptizare.

*In Conc. Carth. can. 99.

¶ 2 Præt. Baptizare pertinet ad officium prælationis, unde a ſacerdotibus habentibus curam animarũ G debet accipi baptiſmus: ſed hoc nõ poteſt competere mulieri, ſecundũ illud 1.Timo.2. Docere mulieri nõ permitto, nec dominari in uirum, ſed ſubditam eſſe. ergo mulier baptizare non poteſt.

¶ 3 Præter. In ſpirituali regeneratione uidetur aqua habere locum materni uteri (ut Auguſt.* dicit ſuper illud Ioan. 3. Numquid homo poteſt in uentrem matris ſuæ iterato introire, & renaſci?) ille autem H qui baptizat, uidetur magis habere patris officium: ſed hoc non cõpetit mulieri. ergo mulier baptizare non poteſt.

*Tract. 12. paulo ante med. to. 9 Et de cõſe. d.4. ca. mulier.

SED CONTRA eſt, ꝙ Vrbanus Papa dicit,* & habetur in Decretis † 30. q. 3. Super quibus cõſuluit nos tua dilectio, hoc uidetur nobis hac ſententia reſpondendum, ut baptiſmus ſit, ſi inſtante neceſſitate femina puerum in nomine ſãctæ Trinitatis baptizauerit.

*Vrb. Viuili pſbytero Brixieñ. habens.
†30.q.3.c. Sup quib.

RESPON. Dicẽdum, ꝙ Chriſtus eſt qui principaliter baptizat, ſecũdum illud Ioã. 1. I Super quẽ uideris Spiritum deſcendentem & manentẽ, hic eſt qui baptizat. Dicitur autem Col. 3. ꝙ in Chriſto non eſt maſculus & femina. et ideo ſicut maſculus laicꝰ poteſt baptizare quaſi miniſter Chriſti, ita etiã & femina. Quia tamen caput mulieris eſt uir, & caput uiri eſt Chriſtus (ut dicit 1.Cor.11.) non debet mulier baptizare, ſi adſit copia uiri: ſicut nec laicus præſente clerico, nec clericꝰ p̃ſente ſacerdote, K qui tamẽ poteſt baptizare pręſente epiſcopo, eo quòd hoc pertinet ad officiũ ſacerdotis.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſicut mulieri non permittitur publice docere, poteſt tñ priuata doctrina uel mõitione, aliquẽ inſtruere, ita nõ permittitur ei publice & ſolenniter baptizare, ſed tamẽ põt baptizare in neceſſitatis articulo.

AD 2m dicendũ, ꝙ qñ baptiſmus ſolenniter & ordinarie celebratur, debet aliquis ſacramentum baptiſmi ſuſcipere a presbytero curã ani-



marum habente, vel ab aliquo vice eius: hoc tamen non requiritur in articulo neceſſitatis, in quo poteſt mulier baptizare.

AD 3m dicendum, quòd in generatione carnali maſculus & femina operantur ſecundum virtutem propriæ naturæ, & ideo femina non poteſt eſſe principium generationis [d] actiuum, ſed paſſiuum tantum: ſed in generatione ſpirituali neuter operatur in virtute propria, ſed inſtrumentaliter tantum per virtutem Chriſti, & ideo eodem modo poteſt vir, & mulier in caſu neceſſitatis baptizare. Si tamen mulier etiam extra caſum neceſſitatis baptizaret, nõ eſſet rebaptizandus: ſicut & de laico dictũ eſt:* peccaret tamen ipſa baptizãs, & alij qui ad hoc cooperarentur, vel baptiſmum ab ea ſuſcipiendo, vel ei baptizandum aliquem offerendo.

Ar.præced.

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæſeptimæ Articulum quartum & quintum.*

IN articulis quarto & quinto dubium occurrit commune multis articulis, An ptizare extra neceſſitatis caſũ eo modo, quo in neceſſitatis caſu licet, ſit peccatũ mortale. Verbi gratia, ſi laicus extra caſum neceſſitatis baptizaret: aut ſi unus baptizaret duo ſimul dicẽdo, ego baptizo uos (quod in caſu neceſſitatis licitum dicitur) & ſic de aliis ſimilibus eccleſiæ ordinationibus erga baptiſmũ non ſeruatis. Et ẽ ratio dubii, quia Auctor hoc tractans in calce corporis articul. 5. dicit, ꝙ grauiter peccaret uterque, ſcilicet baptizans & baptizatus, & per hoc impediretur baptiſmi effectus, licet nõ tolleretur ſacramentũ. Vbi apparet ipſum ſentire, quod eſt peccatũ mortale: qm̃ baptiſmi effectus nõ impeditur niſi per peccatum mortale.

¶ Ad huius euidẽtiã, ſcito Scotũ in 4. ſent. diſ. 6. ſonare, ꝙ baptizans plures ſimul extra articulum neceſſitatis, dicendo, ego baptizo uos, peccat mortaliter, quia non ſeruat formam impoſitam ſibi ab eccleſia: ſi tamen diligenter perſpectum fuerit, & diſtinctum, peccatum mortale dupliciter hic inueniri poſſe, aut ſecundum ſe (hoc eſt ex ſuo genere) aut ex eccleſiæ præcepto, cũ mutationes, aut omiſſiones huiuſmodi nõ conſtituãt actũ ſacrilegum ſecundũ ſe (quod ex eo patet, quòd ſi actus eſſet ſecundũ ſe ſacrilegus, in nulla neceſſitate eſſet licitus) reſtat ut aliunde peccatũ hoc ſit mortale, ſi mortale eſt. Ex triplici aũt capite hoc dici poſſet: uel ex inobedientia, & ſic ad hoc quòd eſſet mortale, exigeretur contemptus: uel ex præſumptione: puta quia laicus præſumit actum ſacerdotis: uel ex modo inſtitutionis eccleſiaſticæ: puta quia ritus talis ſeruat & quaſi neceſſariꝰ: ſicut ſacrę ueſtes exigũtur ĩ cõſecratiõe euchariſtię. Ex quibus apparet, quòd ſolẽniter baptizans tenetur ſub peccato mortali ſeruare ritũ eccleſiæ: quod non ita intelligas, vt cuiuslibet cæremoniæ omiſſio ſit peccatum mortale. Similiter ſi laicus ſolẽniter baptizare p̃ſumeret, a mortali non excuſaret: ſed vbi abſq; ſolẽnitate baptizaret, & cõtẽptus atque præſumptio deeſſent extra neceſſitatis articulum (puta quia credunt ſe bene facere) mortale peccatum non video: imo Innocẽtiꝰ III. a veniali etiã peccato excuſat eũ qui credens ſe bene facere, baptizauit ſeipſum. Dicit enim (in ca. debitũ. extra de baptiſmo & eius effectu, de Iudæo in mortis articulo baptizante ſeipſum, ſi talis cõtinuo deceſſiſſet ad patriam protinus euolaſſet.

¶ Ex quo loco argumentum ſumitur magnum, quòd ſi error commiſſus circa baptiſmum tantus ac talis, vt tollat baptiſmum, qualis eſt error baptizantis ſe ipſum, excuſatur nõ ſolum a mortali, ſed etiam a veniali propter conditionem perſonæ, alioquin non eſſet verum, ꝙ ſtatim ad patriam euolaſſet: multo magis opinio ignorantis ſe benefacere, excluſabit a mortali baptizantem ſeruatis ſubſtantialibus, & errantem ſolum in hoc, quòd neceſſitatis articulo non arctatur.

¶ Nec verba Auctoris hic docent oppoſitum: quoniam baptiſmi effectus plenus ĩpeditur ex peccato veniali. Peccans enim venialiter dum baptizatur, nec omnis pœnæ, nec omnis culpæ remiſſionem adipiſcitur: quamuis gratiam conſequatur.

Poſſet quoque dici, quòd Auctor de præſumentibus, & non de ſimpliciter facientibus intelligitur.

D. 661.
In eod. art.3. libris ibi in notatis.
Iſidor. lib.1. ca. Si quis ignorãter. Et de conſ. di.4. Romanus.
Lib.2.ca.13. paulo poſt med. tom.7.
Lib. conſi. 4.

ARTICVLVS V.

*Vtrum non baptizatus, poſſit ſacramentum baptiſmi conferre.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd ille qui non eſt baptizatus, non poſſit ſacramentum baptiſmi conferre. Nullus enim dat quod nõ habet: ſed non baptizatus non habet ſacramentum baptiſmi. ergo non poteſt ipſum conferre.

¶ 2 Præt. Sacramentum baptiſmi confert aliquis, inquantum eſt miniſter eccleſiæ: ſed ille qui non eſt baptizatus, nullo modo pertinet ad eccleſiã, ſcilicet nec re, nec ſacramento. ergo non poteſt ſacramentum baptiſmi conferre.

¶ 3 Præt. Maius eſt ſacramentum conferre, q̃ ſuſcipere: ſed non baptizatus nõ poteſt alia ſacramẽta ſuſcipere. ergo multo minus põt aliquod ſacramentum conferre.

SED CONTRA eſt, quòd Iſidor.* dicit, Romanus põtifex nõ hominem iudicat, qui baptizat, ſed ſpiritũ Dei ſubminiſtrare gratiam baptiſmi, licet paganus ſit qui baptizat: ſed ille qui eſt baptizatus, non dicitur paganus. ergo etiam non baptizatus poteſt conferre ſacramentum baptiſmi.

RESPON. Dicendum, quòd hanc quæſtionem Aug.* indeterminatam reliquit. Dicit enim in 2. contra epiſtolam Parmeniani: Hæc quidem alia quæſtio eſt, vtrũ & ab his, qui numquam fuerunt chriſtiani, poſsit baptiſmus dari: nec aliquid temere inde affirmandum eſt, ſine auctoritate tanti concilij*, quan- A tum tantæ rei ſufficit. Poſtmodum vero per eccleſiã determinatum eſt, quòd non baptizati, ſiue ſint iudęi ſiue pagani, poſſunt ſacramentum baptiſmi conferre, dummodo in forma eccleſiæ baptizent. unde Nicolaus Papa reſpondet, de conſr. diſt. 4. ad conſulta Bulgar. c. 3. A quodam iudæo neſcitis, vtrum chriſtiano an pagano, multos ĩ patria veſtra aſſeritis baptizatos, & quid inde ſit agendum, conſulitis. Hi profecto ſi in nomine Trinitatis baptizati ſunt, rebaptizari non debent: ſi autem forma Eccleſiæ non fuerit obſeruata, ſacramentum baptiſmi non confertur. et ſic intelligẽdũ eſt quod Greg.* ſecundo ſcribit Bonifacio epiſcopo, Quos a paganis baptizatos eſſe aſſeruiſti. ſ. eccle- B ſiæ forma non ſeruata, vt de nouo baptizes in nomine Trinitatis, mandamus. Et huius ratio eſt, quia ſicut ex parte materiæ, quantum ad neceſſitatem ſacramenti, ſufficit quęcumque aqua, ita etiam ſufficit ex parte miniſtri quicumque homo. et ideo etiam nõ baptizatus, in articulo neceſſitatis baptizare poteſt: vt ſic duo non baptizati ſeinuicem baptizẽt, dum prius vnus baptizaret aliũ; & poſtea baptizaret ab eodẽ, & conſequeretur vterq; non ſolum ſacramentum, ſed etiam rem ſacramenti. Si vero extra articulm̃ neceſſitatis hoc fieret, vterque grauiter peccaret, ſcilicet C baptizans & baptizatus, & per hoc ĩpediretur baptiſmi effectus, licet nõ tolleretur ipſum ſacramentum.

De conſec. di.4. cap. A quędam iudęo.
Habetur de conſe. di.4. ca. Quos. paganis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo baptizans adhibet tantummodo miniſterium exterius: ſed Chriſtus eſt qui interius baptizat, qui poteſt vti omnibus hominibus ad quodcumque voluerit. et ideo non baptizati poſſunt baptizare: quia, vt Nicolaus papa dicit, baptiſmus nõ eſt illorum, ſcilicet baptizantium, ſed eius, ſcilicet Chriſti.

De conſec. d.4.c.1. quodam iudęo in fine.

AD 2m dicendum, quòd ille qui non eſt baptizatus quamuis non pertineat ad eccleſiam re vel ſacramento, poteſt tamen ad eam pertinere intentione & ſimilitudine actus, inquantum ſcilicet intendit fa D cere quod facit eccleſia, & formam eccleſiæ ſeruat in baptizãdo, et ſic operatur vt miniſter Chriſti, qui virtutem ſuam non alligauit baptizatis, ſicut nec etiam ſacramentis.

AD 3m dicendum, quòd alia ſacramenta non ſunt tantæ neceſſitatis, ſicut baptiſmus. Et ideo magis conceditur quòd non baptizatus poſſit baptizare, quàm quòd poſſit alia ſacramenta ſuſcipere.

ARTICVLVS VI.

*Vtrum plures poſſint ſimul unum baptizare.*

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quòd plures poſſint E ſimul vnum baptizare. In multitudine enim continetur vnum, ſed non conuertitur. unde videtur quòd quicquid poteſt facere vnus poſſint facere multi, & non econuerſo: ſicut multi trahunt nauem, quam vnus trahere non poſſet: ſed vnus homo poteſt baptizare. ergo & plures poſſunt ſimul vnum baptizare.

¶ 2 Præt. Difficilius eſt quòd vnũ agens agat in plura, quàm quòd plures agentes agãt ſimul in vnũ: ſed vnus homo poteſt ſimul plu-

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæſeptimæ Articulum ſextum.*

TItulus vt ſonat. ¶ In corpore articuli eſt vna diſtinctio de forma, qua plures ſimul baptizãtes poſſent vti. Altera eſt: Nos te baptizamus. Altera eſt, vt vterque diceret, Ego te baptizo. Et primo examinatur, & reſpondetur quæſito iuxta primam formam: ſecundo iuxta ſecundam. Quo ad primam recitatur opinio vna, dicentium non valere baptiſmum: ſi plures dicãt, Nos te baptizamus: quia non ſeruatur

4.di.3.ar.1 q.2. ad primum & 2. di.6.q.2.ar. 1.q.1.ad 3.

ſeruatur forma Eccleſiæ, quæ habet quòd in ſingulari perſona miniſtri exprimatur, dicendo, Ego te baptizo.

¶ Deinde contra hanc rationem Auctor arguit, immo eā excludit ex multo maiori receſſu formę græcorū a forma noſtra. Et ſtat ratio in hoc, quòd ad tollendam veritatem baptiſmi, nō ſufficit receſſus ab iſta forma, Ego te baptizo, quia ſi receſſus ſufficeret, apud græcos non eſſet baptiſmus, quoniā forma eorū, multo magis recedit ab hac noſtra, quàm recedat iſta, Nos te baptizamus, cum hic nō mutetur niſi ſingulare in plurale, ibi vero omnino omittit perſona miniſtri, & in tertia perſona, exprimit actus, dicendo, Baptizetur &c.

res baptizare. ergo multo magis plures poſſunt ſimul vnum baptizare.

¶ 3 Præt. Baptiſmus eſt ſacramentum maxime neceſſitatis: ſed in aliquo caſu videtur eē neceſſariū, quòd plures ſimul vnū baptizēt: puta ſi aliquis paruulus eſſet in articulo mortis, & adeſſent duo, quorum, alter eſſet mutus, & alter manibus, & brachijs careret: tunc enim oporteret ꝙ mutilatus verba proferret, & mutus actum baptiſmi exerceret. ergo videtur quòd plures poſsint ſimul vnum baptizare.

¶ Demum aliā rōnem reddit Auctor ex parte intentionis explicitæ, ſcilicet quia hac forma, Nos te baptizamus, explicatur intentio miniſtrorum quo ad hoc, quòd plures conueniunt, ad vnum baptiſmum conferendum. Ex quo formatur talis ratio: Homo non baptizat, niſi ut miniſter Chriſti. ergo oportet miniſtrum eſſe unum, ut Chriſti unitatem repræſentet: ſed in dicta forma explicatur contrarium, quia explicatur pluralitas miniſtrorum. ergo dicta forma uidetur tollere baptiſmum. Et confirmatur huiuſmodi unitas, auctoritate apoſtoli Pauli.

¶ Quo ad ſecundum, ponuntur duo modi, quibus hoc contingere poſſet, ſcilicet uel altero præueniente reliquum, & ſic dicitur quòd ſolus præueniens baptizaret, uel utroque ſimul concurrente, & ſic dicitur, quòd Chriſtus per utrumque unum baptiſmum conferret.

¶ Circa ea quæ hic dicuntur, aduerte primo, dupliciter contingere duos ſimul baptizare, uel utroque totum faciente & dicente, uel altero dicente, & altero faciente. Auctor ſecundum modum reſeruat tractandum hic in reſponſione ad vltimum. De primo autem modo, tantum loquitur in hoc corpore articuli.

¶ Aduerte ſecundo rationem literæ ad concludendum irritam eſſe formam illam, Nos te baptizamus, non afferri ab Auctore aſſertiue; ſed opinatiue, vt ſua monſtrant verba etiam replicata, dum dicit: quod quidem videtur eſſe contra rationem miniſtri, & poſtea ſubdit, Ideo contraria intentio videtur excludere ſacramentum.

¶ Aduerte tertio Auctorem ſuperius, quæſtio. 66. ar. 5. ad quartum afferre duas alias rationes ad excludendam eandem formā ſcilicet, Nos te baptizamus. Prima ratio eſt, quia actus multiplicatur ſecundum multiplicationem agentium, ſi perfecte ab vnoquoque agatur: ſed baptiſmus eſt actus ab vnoquoque baptizante perfectus. ergo vnus baptiſmus non eſt a duobus. Secunda ratio eſt, quia mutaretur forma baptiſmi, dicendo, Nos baptizamus, quia dicere, nos, non eſt idem dicere quòd, ego & ego, ſed ego & iſte. Quæ ideo repetita hic ſunt a me, quia ſuperius ad hunc locum me remiſi.

¶ Circa hanc doctrinam, dubium primo occurrit ex Durando in 4. ſent. diſt. 3. quæſt. 3 arti. 2. Primo enim, contra omnes dictas rationes Auctoris procedit. Et primam quidem rationem, Actus multiplicatur &c. dicit non concludere in agentibus per voluntatem, & eam militare contra Auctorem, ponentem plures ſacerdotes poſſe ſimul conſecrare eandem hoſtiam: par enim eſt vtrobique iudicium, quo ad multiplicationem actus ab agēte. Secundam vero rationem de mutatione formæ, dicit non cogere: quia mutatio formæ, quantum ad illud, quod non eſt de neceſsitate formæ, non tollit ſacramentum, ſic autem eſt in propoſito: tum, quia expreſsio miniſtri non eſt de neceſsitate formæ baptiſmalis, vt patet de forma græcorum, ergo multo minus eſt de neceſſitate eius expreſſio miniſtri in ſingulari numero: tum, quia hæc forma, Nos te baptizamus, prolata ab vtroque, ex parte cuiuſlibet dicentis, reſoluitur in iſtam, Ego baptizo te, vbi nulla apparet mutatio ſecundum ſenſum a forma Romanæ Eccleſiæ. Et Petrus de Palude in 4. ſentent. diſtin. 3. q. 2. ar. 3. approbans hæc Durandi, adiungit, quòd ſicut forma illa vt profertur ab iſto, reſoluitur in hanc, Ego te baptizo, & hic baptizat, ſic econuerſo vt profertur ab altero, reſoluitur in hanc, Ego baptizo & hic baptizat: ac per hoc ſerua-

F tur forma eccleſiæ romanæ, quo ad ſenſum, quia vterque dicit ſecundum ſenſum, Ego baptizo te &c.

¶ Contra tertiam autem rationem de expreſſione plurium miniſtrorum, arguit Durandus tripliciter. Primo, Vnitas miniſtri vel exigitur ad baptiſmum ſecundum rem, aut ſecūdum expreſsionem, puta, ꝙ quilibet miniſter exprimat ſe vt vnum. Non poteſt dici primum, quia tumet dicis, quòd duo ſimul poſsūt baptizare eūdem, ſi vterque dicat, Ego te baptizo. Secundum autē nō eſt rationabile: tum, quia expreſſio miniſtri non eſt de neceſſitate ſacramenti: tum, quia ſi oportet miniſtrum exprimi ſecundum congruentiam ad principale agens, vt tu aſſumis, cum principale agens ſit Trinitas, congruentius exprimi deberet miniſter in numero pluralitatum, quia modus exprimendi miniſtrum nihil videtur facere ad ſacramentum: ſufficit enim principale agens, & actum exprimere.

Sed contra eſt, quòd unius agentis eſt una actio. Si ergo plures unū baptizarēt, videretur ſequi, ꝙ eēnt plures baptiſmi: qđ eſt contra id quod dicitur Ephe. 4. Vna fides, unum baptiſma.

Respon. Dicendum, quòd ſacramentum baptiſmi præcipue habet uirtutem ex forma, quam G Apoſtolus nominat uerbum uitæ Epheſ. 5. Et ideo conſiderare oportet, ſi plures ſimul unum baptizarent, qua forma uterētur. Si enim dicerent, Nos te baptizamus in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, dicunt quidam, quòd non con

¶ Contra concluſionem dictam, ſcilicet ſi baptiſmus a pluribus datur, dicentibus, Nos te baptizamus, non valet baptiſmus, arguit Petrus de Palude ibidem.

H ¶ Tum quia quando plures vxores poterant ſimul nubere vni viro, non referebat, an quælibet diceret, Accipio te in virum, an nos accipimus te in virum, ſecundum illud Iſaiæ 4. Inuocetur nomen tuum ſuper nos &c.

¶ Tum, quia dicendo, Baptizamus te, magis exprimitur vnitas baptiſmi, quàm vtroque dicente vni, Ego te baptizo: apparet enim ſingulos ſeorſum baptizare, ac per hoc diſtinctos duos baptiſmos conferre: dicendo autem, baptizamus, apparet conuenire in vnum baptiſma: & confirmatur, quia ſicut de eſſentia eſt expreſſio actus, ita ſaltem de congruentia eſt expreſſio vnitatis vel pluralitatis actus.

¶ Tum, quia duobus exiſtentibus officialibus inſolidum, & ambobus volentibus idem facere ſimul, congruentius eſt, vt dicant, Mandamus aut pronuntiamus, quàm vt quilibet per ſe dicat, mando aut pronuntio.

¶ Tum, quia plurale non eſt niſi geminatum ſingulare: idem enim ſenſus eſt dicere, Sortes & Plato currunt, & dicere, Sortes I currit & Plato currit: & pari ratione, idem eſt in prima perſona. Et quia verba ſacramentalia efficiunt quod ſignificant: quæ ęquipollent in ſignificando, æquipollent etiam in efficiendo. Tenentque propterea Durandus, & Petrus oppoſitam concluſionem, quàmuis timor reuerentialis Petrum cohibeat.

¶ Circa Auctoris proceſſum, dubium occurrit de ſufficientia: uidetur enim inſufficienter tractare quæſtionem hanc, dum diſcutiendo formas quibus vti poſſent plures ſimul baptizantes vnum, non diſcurrit niſi per formas ſeu formam, ſecundum ritū Romanę Eccleſiæ: debuiſſet enim diſcutere eandem quæſtionem ſecundum formam, qua vtitur Eccleſia græca, & determinare, an ſm illam formā poſſent multi ſimul baptizare vnū.

¶ Circa ſecundum modum conceſſum communiter, quo plures poſſunt ſimul baptizare vnum: ſcilicet quolibet baptizante dicente, ego te baptizo, dubium reſtat: quomodo fieri aut intelligi poteſt, duo agentia totalia, quàmuis inſtrumentalia eiuſ K dem rationis, producere efficaciter ſimul vnum effectum non intenſum aut perfectum magis, quàm ſi ab vno eorum tantum produceretur, & hoc in ſubiecto capaci perfectioris ſeu intenſioris effectus, quale eſt anima noſtra, & de effectu, ſuſcipiente magis, & minus, qualis eſt gratia: uidetur enim, non intelligibile.

¶ Circa principale quæſitum, dubium adhuc reſtat, an baptiſmus de neceſsitate ſacramenti exigat unitatem miniſtri: ex hac enim litera non habetur reſponſio ſimpliciter & abſolute: ſed tantum habetur, quòd ſecundum unam formam poſſunt plures conferre unum baptiſma, & ſecundum aliam formam, non. Scotus autem dicit in 6. diſt. 4. ſent. quòd unitas miniſtri eſt ab inſtitutione Chriſti, Durandus uero aſſerit oppoſitum. Petrus autē dicit, quòd unitas miniſtri non eſt de ſubſtantia ſacramenti, vt dicunt communiter omnes. Ex quibus apparere poteſt, quæſtionem hanc remanere dubiam.

¶ Ad



¶ Ad has dubitationes ſic reſpondendum eſt, vt primo dicatur A ad ultimam, tamquam eam, ex cuius claritate reliquarum ſolutio facilius percipietur.

¶ Ad euidentiam autem quæſtionis vltimæ, dicendum primo eſt, quid eſt hic manifeſtum, & quid occultum. Duobus igitur modis intelligi poteſt vnitas miniſtri: uel quòd vnitas miniſtri non poſſit itegrari ex pluribꝰ pſonis: ita ꝙ nō poſſit contingere in miniſtro, quòd vnus totalis miniſter conſurgat ex multis partialibus perſonis cōminiſtrantibus, puta ſicut perfectus tractor nauis integratur ex multis ſimul trahētibus, uel ſicut perfectus fabricator integratur ex multis partialibus miniſteriis. Et ſic ī hoc cōmuniter doctores cōueniunt, tenēdo partē negatiuā, ſ. ꝙ vnitas miniſtri baptiſmi nō poteſt cōſurgere ex pluribus perſonis partialiter cōcurrētibus: propterea. n. dicūt quòd ſi vnus abluit & alter profert verba, baptiſmus nullus eſt: oppoſitum enim eſſet ſi miniſter baptiſmi ex duabus perſonis partialiter concur- C rentibus integrari poſſet. Alio autem modo, vnitas miniſtri poteſt intelligi per excluſionem plurium totalium miniſtrorum: puta an baptiſmus, ita exigat vnū totalem miniſtrum, quòd ſi duo totales miniſtri ſimul concurrant, baptiſmus nullus ſit. Et in hoc quoque ſenſu conueniunt cōmuniter doctores tenentes partem negatiuam, ſcilicet quòd non requirit baptiſmus talem vnitatē miniſtri: propterea enim dicunt, quòd ſi duo ſimul proferant ſinguli verba, & abluant eundem, baptiſmus verus eſt: quia neuter alterius factum irritat. Hæc duo ſunt, quæ pro manifeſtis habentur.

ferretur ſacramentum baptiſmi, eo quòd non ſeruaretur forma eccleſiæ, quæ ſic habet, Ego te baptizo in nomine patris & Filij & Spiritusſancti: ſed hoc excluditur per formam baptizandi, qua utitur eccleſia græcorum: poſſent enim dicere, Baptizetur ſeruus Chriſti B N. in nomine patris & Filij & Spiritusſancti &c. ſub qua forma græci baptiſmum ſuſcipiunt, quæ tamen forma multo magis diſsimilis eſt formæ, qua nos utimur, q̃ ſi dicatur, Nos te baptizamus. ſed conſiderandum eſt, quòd ex tali forma, Nos te baptizamus, exprimitur talis intentio, quòd plures conueniant ad unum baptiſmum conferendum: quod quidem uidetur eſſe contra rationem miniſterij: homo enim non baptizat, niſi ut miniſter Chriſti, & uicem ejus gerens. unde ſicut unus eſt Chriſtus, ita oportet eſſe unū miniſtrum, qui Chriſtum repræſentet: propter quod ſignanter Apoſtolus dicit, Epheſ. 4. Vnus Dominus, una fides, unum baptiſma. & ideo contraria intentio uidetur excludere baptiſmi ſacramentum. Si uero uterque diceret, ego te baptizo, in nomine patris & Filij, &

¶ Latet autem, an abſolute loquendo, vnitas & pluralitas miniſtri per accidens ſe habeant, vel per ſe ad ſacramentum baptiſmi. Durandus enim tenet, quod per accidens, Auctor autem tenet quòd per ſe. Et hoc eſt verum: quod ex eo euidenter patet, quòd manifeſte per accidens etiam extraneum contingit vnum baptiſmum eſſe a duobus miniſtris: nulla enim ratio id requirit, quamuis permittat. Amplius, quando baptiſmus eſt a pluribus miniſtris, non eſt omnino vnus, quoniam ſunt tunc duæ for- D mæ numero, duæ materiæ & actiones numero: ac per hoc duo baptiſmi ſacramenta actiue, & ſolus interior baptiſmus animæ vnus eſt. Patet autem hoc: quia ſacramentum baptiſmi integratur ex rebus & verbis a miniſtro, &c. ſed in caſu propoſito ſunt duo numero integrata ex rebus & verbis &c. ergo ſunt duo ſacramenta actiue. vnum ergo numero baptiſmi ſacramentum vnum miniſtrum exigit. Et hoc eſt quod Auctoris prima ratio concludit, quòd ſcilicet actus multiplicatur a multiplicatione agentium totalium: ſeu (quod idem eſt) ſi perfecte ab vno quoque fiat. Vnde cohibenda eſt lingua dicentium accidere ſacramento, vnitatem vel pluritatem miniſtrorum: quoniam pluralitas miniſtrorum: partialium cōmuniter excluditur: pluralitas vero miniſtrorum totalium, pluralitatem numeralem exterioris ſacramenti infert: & omnino per accidens inuenitur ad vnum numero effectum ſacramenti. Mirabile autem eſt, non E aduertiſſe ad propriam vocem. Nam ſi ſubtiliter perſpectum fuerit apparebit, quòd impoſſibile eſt vnum & idem ſacramentū baptiſmi eſſe a duobus totalibus miniſtris, q̃uis ponatur vnū & eūdē effectum eſſe ab vtriſque: quanta enim differentia eſt inter baptiſmum & eius effectum, tanta differentia eſt inter affirmationem vnius vel plurium baptiſmatum, & unius uel plurium effectuum baptiſmi. Et propterea cum baptiſmi ſacramentum non ſit niſi exterius integratum ex rebus, & verbis, puta, ex ablutione in qua, & forma verborum a miniſtro cum debita intentione, & hic ſint omnia exteriora actiue & paſſiue duplicata: ſunt enim duo perfecti miniſtri cum duabus intentionibus baptizandi, ſunt duæ formæ, ſunt duæ ablutiones actiuæ & duæ paſſiuæ: vt patet ſi aſpergatur qui baptizatur ſecundum diuerſas ſui partes. breuiter, nihil deeſt ad pluralitatem totalem niſi pluralitas baptizati. Cuius vnitas vnitatem effectui baptiſmi dare poteſt: pluralitatem autem exterio-

A ris ſacramenti non tollit. Notanter autem dixi, pluralitatem totalem: quia qui baptizatur, licet ſecūdum partem abluatur, ipſum tamen ſuppoſitum eſt, quod primo abluitur: baptizatur, enim hic homo, & non caput eius: ac per hoc licet ſecundum exteriores partes ſint duæ ablutiones paſſiuæ: ſecundum tamen ſubiectum qđ abluitur, non eſt niſi vna ablutio paſſiua, quia non eſt niſi vnus ablutus. Et propterea dicitur, quòd nō eſt niſi vnꝰ baptiſmus paſſiue in eo, qui baptizatur a duobus modo dicto. Ex quibus omnibus habetur, quòd vnitas per ſe baptiſmi vnitatem exigit miniſtri perfecti.

¶ Sed qua ratione, aut auctoritate cogente unitas miniſtri excludit pluralitatem partialiū comminiſtrantium, uidendum reſtat. Auctor ſiquidem, ex duobus capitibus conatur hoc monſtrare, ſcilicet ex parte formæ, ut patet in ſecunda ratione, & ex parte unitatis principalis agentis, ſcilicet Chriſti, ut patet in tertia ratione. Auctoritas uero duplex inducitur: altera ex decretis diſt. 23. cap. quorundam. ubi ordo ſacer datus ab epiſcopo operante & presbitero legente irritatur. Altera ex Euangelio, eo quòd Dominus baptizanti commiſit inuocationem Trinitatis. In oppoſitam autē partem affertur ratio, quia omnes ſumus unum corpus in Chriſto: ſinguli autem alter alterius membra: ac per hoc multi partialiter concurrentes, concurrūt ut unum: īmo concurrunt, ut multa inſtrumenta unius ſcilicet Chriſti. Et hoc præcipue habet locū in propoſito: ubi conſtat quòd Chriſtus eſt qui baptizat, & homo nō niſi miniſterialiter ut Chriſti inſtrumentum concurrit.

¶ Et confirmatur, quia ſi Chriſtus utitur totalibus miniſtris ad unum baptiſma contra omnem rationem, multo magis credendum eſt, quòd utitur pluribus miniſtris partialibus ad unum baptiſmum neceſſitatis, aut ratione ita exigente.

¶ Suffragatur & Euangelii auctoritas: quoniam Dominus dixit pluraliter, baptizantes eos, inſinuans per pluralem numerū plures poſſe ſimul baptizare.

¶ Nec deeſt auctoritas Apoſtolorum: quoniā de Petro & Ioanne legitur, quòd imponebant manus ſuper illos & accipiebant Spiritumſanctum: eadem enim ratione, qua plures ſimul conferebant ſacramentum confirmationis, partialiter proculdubio cōcurrentes, quia nihil inordinatum faciebant, poteſt & nunc a pluribus ſimul partialiter baptiſmus dari.

¶ In hac difficultate neutram audeo partem aſſerere: intellectui autem meo magis apparet uerum eſſe, quòd perfectus miniſter baptiſmi poteſt ex duabus perſonis partialiter concurrentibus integrari, ea ratione: quia ad Chriſtū principaliter baptizātem non refert pluribus partialibus inſtrumentis ſimul uti ad unum baptiſma, dummodo, forma, materia & intentio debite ſeruentur.

¶ Et ad obiecta ex rationibus Auctoris patebit in ipſarum diſcuſſione ac declaratione.

¶ Ad auctoritatē autē ex decretis dicitur primo, quòd ibi non irritatur ordo ſuſceptus, immo potius inſinuatur oppoſitum: dum dicitur, gradum ſacerdotii, uel Leuitici ordinis quem peruerſe adepti ſunt, amittant.

¶ Dicitur ſecundo, dato quòd irritetur, quod duobus commiſſis in illa ordinatione erroribus ibi recitatis, ſcilicet quòd epiſcopus imponebat manus, & alius benedictionem dabat ſeu legebat, & quòd iſtorum duorum unus erat epiſcopus, & alter presbyter, litera non explicat pro cauſa damnationis magis primum errorē quàm ſecundum: deberet enim miniſter ordinis ſacri, ſi ex duabus integratur perſonis, conſurgere ex duobus epiſcopis, & non ex epiſcopo & presbytero, quoniam ſoli epiſcopo conuenit ſacrum ordinem conferre.

¶ Ad auctoritatem uero ex Euangelio, dicitur quòd ex Domini uerbis non habetur inuocationem Trinitatis proferri debere ab abluente, ſed quòd abluens abluat in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, prolatis a ſe uel a ſocio. Propter quod ſignāter dixit

ter dixit in plurali, Baptizantes in nomine Patris & Filii & Spiritusſancti: ex co,n.ꝙ nō exprimitur prolatis a ſe, ſufficit ꝙ proferantur ſuper ablutione: modo ſaluetur veritas formæ, vt in reſponſione ad vltimum explicabitur. Scito tamen, quòd ad ſupra allatas dubitationes reſpondebitur, tenendo cōmunē viā de vnitate miniſtri.

¶Ad primum ergo dubium ex Durando, dicitur quòd ratio auctoris prima, Actus multiplicatur, a multiplicatione agentis perfecti, eſt vera & ſolida per ſe loquendo. Impoſſibile eſt enim a pluribus perfectis agentibus eiuſdem rationis non prouenire diuerſos actus: intantum quòd infra limites naturalis rationis loquendo, ſi duo talia agentia æque approximarentur eidem omnino patienti, nulla omnino inferretur per ſe paſſio: quia multiplicarētur duo ſimul cōtradictoria. Inſtantia autem Durandi de agentibus voluntariis, ſeipſam interimit, ponēdo neutrum eorum concurrere, ut agens perfectum. Patia enim ſunt quo ad propoſitum, eſſe agentia imperfecta, ſeu partialia, & concurrere, ut agentia partialia.

¶Ad obiectionem vero contra idem, ex eo quòd duo ſacerdotes eandem poſſunt hoſtiam conſecrare, dicitur quòd in tali caſu eſſent duæ conſecrationes quantum in ſe eſt, ſicut etiam quando duo perfecte vnum baptizarent, vterque quantum in ſe eſt, conferret diuerſum baptiſma ſed per accidens (ſcilicet unitatē hoſtiæ, ſeu hominis qui baptizatur) unum fit ſacramentum, propter excellentiā principalis agēris, ſcilicet Chriſti, qui ſolus poteſt duobus totalibus inſtrumentis eiuſdem rationis ſimul uti, ut uno. Habes ergo ex prima Auctoris ratione, plures ut totales miniſtros, non poſſe ſimul unum omnino baptiſmum conferre.

¶Ad obiecta contra ſecundam rationem de mutatione formæ reſpondetur, quòd eſſet ibi mutatio formę contra ſubſtantialia.

¶Et ad impugnationē huius, dicitur quod licet expreſſio miniſtri non ſit de neceſſitate formæ: eſt tamen de neceſſitate formæ; quòd ſi exprimitur miniſter, exprimitur ſine contrarietate ad ueritatem ſacramenti: & hoc per illam uniuerſalem regulam, In formis ſacramentorum nihil debet poni contrarium. Pluralitas autem miniſtri contrariatur unitati requiſitæ ad unitatem miniſtri, & propterea ſi exprimatur talis pluralitas expreſſe in forma, tollit ueritatem ſacramenti. Falſa eſt ergo illa conditionalis, ſi expreſſio miniſtri non eſt de neceſſitate, pluralitas miniſtri explicata per accidens ſe habet: habet enim ſe contrarie. Et cum ſubiungitur, quòd iſta, Nos te baptizamus, reſoluitur in iſtas, Ego baptizo, & iſte baptizat, reſpondetur, quòd hoc poteſt dupliciter accipi. Primo, vt ſecunda exponens accidentaliter intendatur, ac ſi diceret, ego baptizo: & iſte currit. Alio modo, ut per ſe intendatur, tamquam dicens quòd ambo ſimul miniſtramus ſacramentum bapt ſmi. Et ſi in primo ſenſu acciperetur, idem uidetur iudicium de hac forma, & de forma in qua ponitur aliquid impertinens: puta ſi quis diceret ego te baptizo, & omnes aſtantes ad hoc conſentiunt: in nomine Patris & Filii & Spiritusſancti. Et ſenſus iſte licet uideatur extraneus, in propoſito tamen poſſet accidere, duobus ex condicto uolentibus ſimul unū baptizare, & utroq; alterū uolente reuereri, per hoc ꝙ uterque alterius meminit: ad huiuſmodi.n. reuerentiā exprimēdam uideretur eis, quòd deberet uterque uti numero plurali. Sed infra proprium ſenſum ſtādo exprimitur per has duas exponentes pluralitas contraria unitati miniſtri: & propterea ambæ ſimul deſtruunt veritatem primæ. Significant enim, ꝙ duo ſimul, & non quòd vnus baptizet, duos autem ſimul eſſe vnum ſacramenti miniſtrum, ſupponitur impoſſibile, & contrariari veritati miniſtri.

¶Ad argumenta Durandi contra tertiam rationem, ſcilicet, quia miniſter exprimitur vt plures, reſpondendo, dicitur ad

Spiritusſancti, uterq; exprimeret ſuam intentionem, quaſi ipſe ſingulariter baptiſmum cōferret: quod poſſet contingere in eo caſu, in quo contentioſe vterque aliquem baptizare conaretur. Et tunc manifeſtum eſt, quòd ille, qui prius verba proferret, daret baptiſmi ſacramentum: alius vero quantumcumque ius * baptizandi haberet, nihil faceret: etſi verba pronuntiare præſumeret, eſſet puniendus tamquam rebaptizator. Si autem omnino ſimul ambo verba proferrent, & hominem immergerent aut aſpergerent, eſſent puniendi de inordinato modo baptizandi, & non de iteratione baptiſmi, quia vterque intenderet non baptizatū baptizare: & vterque quantum eſt in ſe baptizaret. Nec traderent aliud, & aliud ſacramentum, ſed Chriſtus qui eſt vnus, interius baptizans, vnum ſacramentum per vtrumque conferret.

* Alias intētionem.

G Ad primvm ergo dicendum, quòd ratio illa locum habet in his, quæ agunt propria virtute: ſed homines non baptizant propria virtute, ſed virtute Chriſti, qui cum ſit vnus, per vnum miniſtrum perficit ſuum opus.

Ad 2m dicendum, quòd in caſu neceſſitatis: vnus poſſet ſimul plures baptizare ſub hac forma, Ego vos baptizo, puta ſi immineret ruina, aut gladius, aut

F vtramque partem diſiunctiuæ, quòd vtraque ſane intellecta eſt vera. Ad baptiſmum enim vnum omnino, ſeu vnum ſecundum formam, exigitur vnitas miniſtri ſecundum rem. Nec oppoſitum dixit Auctor, quoniam duobus ſimul baptizantibus, vtroque totum dicente & faciente, non eſt baptiſmus vnus ſecundum fo mam, ſed ſecundum effectum: quem etiam non haberet, niſi poteſtas Chriſti ſuppleret, vtēs duobus totalibus inſtrumētis, vt vno quemadmodum prius dictū eſt. Altera quoque pars diſiunctiuæ uera eſt negatiue, oportet enī exprimi miniſtrum ut unū ad hunc ſenſum, hoc eſt non exprimi, vt plures, quia pluralitas miniſtri expreſſa, contrariatur ueritati miniſtri. Vnde ad primam obiectionem de non neceſſaria expreſſione miniſtri, iam patet reſponſio.

H ¶Ad ſecundum autem de congruentia ad principale agens, reſpondetur, quòd ratio de vnitate miniſtri propter vnitatem Chriſti in litera allatā, non ut neceſſaria, ſed ut probabilis inducta eſt, vt uerba literæ ſonant. Rationabilis autem eſt congruentia miniſtri ad Chriſtum magis quàm ad Trinitatem perſonarum: quia in euangelio inuenimus attributum baptiſma tamquam baptizanti, non Trinitati, ſed Chriſto, de quo ſcriptum eſt Ioan. 1. Hic eſt qui baptizat in Spiritusſancto: miniſter autem baptizantis perſonam induere ſe fatetur, dicendo, Ego te baptizo.

¶Ad tertiam autem de impertinentia modi exprimendi miniſtri conceditur uerum eſſe, ſi modus exprimendi non implicat aliquid contrarium veritati alicuius requiſiti ad ſacramentum: tunc enim ſuffi it exprimere cauſam principalem & actū miniſtri, quando nihil contrariū ueritati ſacramēti exprimitur.

I ¶Ad dubium contra concluſionem, propter obiecta a Petro de Palude, reſpondendo dicitur ad primam obiectionem, quòd non eſt ſimile de ſacramento matrimonii & ſacramento baptiſmi: quia ſacramētum matrimonii fundatur ſuper matrimonio, vt eſt officium naturæ, & propterea quæcumque ſufficiunt ad efficiendum coniugium verum, vt eſt in officium naturæ, ſufficienter etiam ſe habent ad ſuſcipiendam ſacramentalitatem cōiugii. Et quoniam non refert ad coniugium, vt eſt naturæ officiū pluraliter vel ſingulariter dicere, immo ſiue verbis, ſiue ſolis nutibus conſenſum exprimere, ideo ſacramentum matrimonii vere ſuſciperetur, ſi pluraliter dicerent, Accipimus te in virum noſtrum, ſuppoſita pluralitate vxorum: ſicut etiam vere contrahitur ſine verbis. Secus autem eſſe de baptiſmo ratio cogit, quia baptiſmus non poteſt diſtingui in officium naturæ & in ſacramentum, ſed eſt tantummodo ſacramentum. Et hinc eſt etiam, quòd non poteſt nominatio Trinitatis ſuppleri per nutus baptizando. Ex eo enim, quòd purum ſacramentum eſt, oportet ſeruare ea, quæ pro ſacramento ſunt inſtituta ab ipſo Chriſto, ſcilicet aquam, & voces ſignificatiuas Trinitatis.

K ¶Ad ſecundam vero obiectionem, conceditur, quòd magis explicaretur vnitas baptiſmi, dicendo, Nos te baptizamus, niſi implicaretur pluralitas contraria veritati miniſtri.

¶Et ad confirmationem dicitur, quòd a duobus dicētibus, Ego te baptizo, exprimitur vnitas actus vniuſcuiuſque eorum, ex hoc ipſo, quòd quilibet diceret ſingulariter, baptizo: hoc enim vnitatem actus importat.

¶Ad tertium dicitur, quòd duo Officiales inſolidum in poteſtate ſua habēt quòd poſſint ad unum actum cōcurrere: & ideo poſſunt dicere, Nos facimus uno pro utroque loquente: ſed miniſtri ſacramentorum non habent hoc in poteſtate ſua, ut poſſint ad unum omnino actum baptiſmi concurrere: quod ex eo conuincitur, quòd non poſſunt ad unam & eandem numero formam concurrere: ſed oportet utrumque ſuam formam exprimere, ſiue dicendo, Nos te baptizamus: ſiue Ego te baptizo, ut ipſi aduerſarii fatentur.

¶Ad



¶Ad quartam demum obiectionem dicitur, quòd ex hoc quòd plurale non eſt niſi ſingulare geminatum, non euaditur, quin dicendo, nos ſignificetur pluralitas perſonarum: quæ (ut dictū eſt) cōtrariatur ueritati miniſtri. Nā dicendo, Nos baptizamus ſenſus eſt, non quòd bis ego, ſed quòd duo ego, hoc eſt perſona mea, & perſona collegæ mei: ambo enī demoſtramur in prima perſona per ly nos. Et uera expoſitio exercens ly nos, eſt demoſtratio utriuſque in prima perſona, puta ego, & alter ego, monſtrato collega. Vel adamuſſim dicendo, ego: & collega ſubiungeret, & ego; ſic enim exerceremus ſignificatum per ly nos. Sicut dicendo in nominatiuo plurali, uos, non ſignificatur bis tu, ſed ſignificantur duo tu: ſignificantur enim demonſtratis duobus, tu & tu. Et hoc eſt plurale eſſe ſingulare geminatum. Ex quibus omnibus apparet manifeſte, quòd huiuſmodi geminatio ſingularis in plurali ponit multitudinem perſonarum, quæ excluditur per vnitatē ſingularis. Et propterea in nullo adiuuat arguentem: ſed Auctorem dicentem, quòd per hoc variatur forma, & exprimitur pluralitas contraria veritati, & vnitati miniſtri.

¶Cum his omnibus tamen ſcito, quòd ſi quis proprie deferens dignitati etiam in ſacramentis, volens numero plurali ſe ſuoſq; actus ſignificare, dixerit, Nos te baptizamus in nomine Patris, & Filii & Spiritusſancti, perfectum eſſet ſacramētum baptiſmi, quoniam ex accommodatione vſus perſonæ excellentes vtuntur plurali pro ſingulari: ac per hoc ex huiuſmodi vſus accommodatione huiuſmodi nomina & verba in plurali numero ſignificant ſingulares perſonas, & ſingulares actus excellentium perſonarum, quàmuis hoc non ſignificent ex propriæ ſignificationis impoſitione.

¶Ad dubium de inſufficientia proceſſus literæ, reſpondetur non eſſe Auctorē diminutum, ſed in ſuo proceſſu comprehendiſſe etiam quid dicendum ſit ſecundum formam græcorum. Et hoc in ſuo ſimili: declarando enim, quòd nō mutata forma, plures ſimul totum dicendo & faciendo poſſunt vnum baptizare, ſufficienter declarauit, quòd etiam ſecundum formam græcorum hoc fieri poteſt vtroque miniſtro abluente & dicente, Baptizetur ſeruus Chriſti &c.

¶Ad penultimam demum quæſtionem magis phyſicam quàm theologicam, dicitur quòd vnitas effectus ſequitur vnitatē virtutis a qua cauſatur. Et propterea diſtinguendum eſt de cauſis eiuſdem rationis ſimul cōcurrentibus, aut agunt virtutibus propriis, aut agunt uirtute tertii: & dicendum, quòd ſi ſunt cauſæ agentes uirtutibus propriis, impoſsibile eſt a duabus eiuſdem rationis totalibus cauſis omnino unum, & eundem per ſe prouenire effectum, quoniam effectus ille eſſet per ſe ab utraq; & a neutra. Si uero agunt uirtute tertii, poteſt unus, & idem omnino effectus ab utraque prouenire, uel rectius loquēdo, per utramque a tertio prouenire. Et quia ſacramenta non agunt virtutibus propriis, ſed uirtute Chriſti, qui per illa operatur, ideo quotcumque inſtrumentales cauſæ eiuſdem rationis perfectæ ſeu totales concurrere inueniantur, ſimul in unum operatum, unica uirtus Chriſti per illa unum operatur effectum, quàmuis illæ inſtrumentales cauſæ quantum in ſe eſt, duos ſortirentur effectus. Et propterea diximus, & dicimus, quòd Chriſtus ex ſuæ poteſtatis excellentia poteſt ſimul uti duobus inſtrumentis totalibus ut uno, & de facto ſic uteretur in caſu propoſito. Nec obſtat huic reſponſioni doctrina ſuperius habita de uirtute exiſtente in ſacramentis: oportet enim eſſe memorem, uirtutem illam nihil aliud eſſe quàm uſum uerborum & rerum ſacramentalium ad producendum ſacramenti effectum. Vſum autem dico, non cuiuſcumque utentis, ſed Chriſti, ut ſuperius declaratum eſt. Quomodo autem ſoluenda eſſet quæſtio hæc a ponentibus in ſacramento ſuperadditam qualitatis uirtutem, ipſi uiderint: immo hinc perpendant ſe a ueritate procul eſſe, ſi non poterunt intellectui ſatisfacere in hac quæſtione abſque miraculis.

aliquid huiuſmodi, quod omnino moram non pateretur, vt ſingillatim omnes baptizarentur. Nec per hoc diuerſificaretur forma eccleſiæ, quia plurale non eſt niſi ſingulare geminatum, præſertim cum pluraliter dicatur, Mat. vltim. Baptizantes eos &c. Nec B eſt ſimile de baptizante, & baptizato, quia Chriſtus qui principaliter baptizat, eſt vnus, ſed multi, per baptiſmum efficiuntur vnum in Chriſto.

16,11,3 Ad 3m dicendum, quòd, ſicut ſupra dictum eſt *, integritas baptiſmi conſiſtit in forma verborum, & in vſu materiæ. Et ideo, neque ille qui tantum verba profert baptizat, neque ille, qui immergit. Et ideo ſi vnus verba proferat, & alius immergat, nulla forma verborum, poterit eſſe conueniens: neque enim poterit dici, Ego te baptizo, cum ipſe non immergat, & per conſequens non baptizet, neque etiam poterit dici, Nos te baptizamus, cum neuter baptizet: ſi enim duo ſint, quorum vnus, vnam partem libri ſcribat, & alius aliā, non erit propria locutio, Nos ſcripſimus librum iſtum, ſed ſynecdochica, inquantum totum ponitur pro parte.

A ¶In reſponſione ad ſecundum aduerte, quòd ſi batizando plures, non intercederet alia mutatio, quam dicere, Baptizo vos, non videretur magna ad hoc neceſsitas exigi: quoniam ex ſolo concurſu multorum videmus Romanam Eccleſiam mutare formam de ſingulari in pluralem, quando ordinantur diaconi plures ſimul, dicit enim tunc Epiſcopus, Accipite poteſtatem &c. Sed quoniam baptizatio ſimul plurium nō fit communiter per immerſionem, ſed per aſperſionē, ideo ad tot mutationes faciendas magna exigitur neceſſitas.

¶In reſpōſione ad tertiū, aduerte tria hic ad ſenſum literæ. Primum eſt: ꝙ baptizare ſumitur ſecundum plures ſignificationes: quandoque enim ſumitur ſecundum propriā ſignificationē, & tunc ſignificat abluere: quandoq; vero ſumitur extenſa ſignificatione pro integro ſacramento, C quaſi idem ſit baptizare, quod ſacramentum conferre. Et iuxta hunc ſenſum dicitur in hac litera, quòd neuter baptizaret. Secundum eſt, quòd Auctor loquitur hic de baptiſmi forma apud latinam Eccleſiam, cum dicit, Nulla forma uerborum &c. Tertium eſt, quòd locutio pluralis in prima perſona poteſt dupliciter exponi per duas ſingulares, uel per modum copulatiuæ vel copulatim. Et quando exponitur per modum copulatiuæ, habet utramque ſingularem ſeorſum ueram. Verbi gratia, dicendo, nos trahimus nauem, habet ex ore cuiuſlibet demonſtrati per ly nos, ſuam ſingularem ueram, puta, ego traho nauem, & ego traho nauem, & ſic de aliis trahentibus. Et iuxta hunc ſenſum procedit litera, dicendo, quòd neuter baptizaret: hoc eſt, neuter poſſet vere dicere, ego te baptizo, & ſimiliter neuter ſcribentium partem libri, poſſet uere dicere, ego ſcripſi hunc librum. Quando uero copulatim exponitur, non exigitur quòd aliqua ſingularis ſit uera: immo ſtat utramque ſingularem fore falſam. Verbi gratia. Si D iudices delegati ſimul, ita quòd ambo ſimul, & neuter ſine altero poſsit iudicare, proferendo ſententiam, uere dicerent, Nos iudicamus. Et uerum eſſet, quòd ego, & alter ego coniunctim, iudicamus: falſa tamen eſſet utraque ſingularis, puta, ego iudico, quia in ueritate ego iudicandi poteſtate careo. Et iuxta hunc ſenſum poſſet dici, Nos te baptizamus, in caſu poſito, quia de utraq; ſimul coniunctim uerificaretur quòd couferunt ſacramentum baptiſmi, quàmuis neuter conferret illud. Et certe quantum eſt ex ueritate formæ, poſſet unus in articulo neceſsitatis baptizari a duobus, quorum alter eſſet mutus, & alter eſſet mancus, muto abluente, & manco proferente uerba, ad euitandos omnes ſcrupulos, ſecundum formam græcorum, & dicente, Baptizetur ſeruus Chriſti &c. tunc enim nullum penitus apparet inconueniens ex parte formæ in miniſtrorū pluralitate, Auctor autem, quia tenet, plures perſonas nō poſſe integrare miniſtrum baptiſmi unius, ideo dicto tranſcurſu fuit contentus. Videtur autem, quòd in tali caſu potius pro baptiſmo E iudicandum eſſet, quàmuis difficile ſit, quin mancus poſſet etiā abluere: poſſet enim ſuper caput habere modicū aquæ, quam inclinādo caput effunderet ſuper baptizādo, & ſimul proferret uerba, & in hoc poſſet mutus adiuuare, ſuſtinendo uas in capite māci, ne caderet, cū ille inclinaret caput: immo & manus muti plenæ aqua poſitæ ſuper caput manci, ſupplere uicē uaſis: ita tamē quòd motus capitis manci eſſet effuſiuus aquæ.

¶Et hæc ſufficiant etiam pro duobus ſequentibus articulis.

AD

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum in baptiſmo requiratur aliquis, qui baptizatum leuet de ſacro fonte.*

Infr. art. 8. ad 1.

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Videtur quòd in baptiſmo non requiratur aliquis, qui baptizatum de ſacro fonte leuet. Baptiſmus enim noſter per baptiſmum Chriſti conſecratur, & ei conformatur: ſed Chriſtus baptizatus non eſt ab aliquo de fonte ſuſceptus, ſed ſicut dicitur Matthæ. 3. Baptizatus Ieſus confeſtim aſcendit de aqua. ergo videtur quòd nec in aliorum baptiſmo requiratur aliquis, qui baptizatum de ſacro fonte ſuſcipiat.

Ar. 3. huius quæſt. — In ſerm. 1. Dominicæ infra octa. epipha. to. mo. 10.

¶ 2 Præt. Baptiſmus eſt ſpiritualis regeneratio, vt dictum eſt*: ſed in carnali generatione non requiritur niſi principium actiuum, quod eſt pater, & principium paſsiuum, quod eſt mater. igitur cum in baptiſmo locum patris obtineat ille, qui baptizat, locum autem matris, ipſa aqua baptiſmi (vt Augu*. dicit in quodam ſermone epiphaniæ) videtur quòd nõ requiratur aliquis alius, qui baptizatum de ſacro fonte leuet.

¶ 3 Præt. In ſacramentis Eccleſiæ, nihil deriſorium fieri debet: ſed hoc deriſorium videtur, quòd adulti baptizati, qui ſeipſos ſuſtentare poſſunt, & de ſacro fonte exire, ab alio ſuſcipiantur. ergo videtur quòd non requiratur aliquis, præcipue in baptiſmo adultorum, qui baptizatum de ſacro fonte leuet.

Cap. 2. par. 2. declin. ad fin.

SED CONTRA eſt, quòd Diony*. dicit 2. c. Cęl. hier. quòd ſacerdotes aſſumentes baptizatum, tradũt eum adductionis ſuſceptori & duci.

RESPON. Dicendum, quòd ſpiritualis regeneratio, quæ fit per baptiſmum, aſſimilatur quodãmodo generationi carnali. vnde dicitur primæ Petri ſecundo, Sicut modo geniti infantes rationabiles & ſine dolo, lac concupiſcite. In generatione autem carnali paruulus nuper natus, indiget nutrice & pedagogo. Vnde & in ſpirituali generatione baptiſmi requiritur aliquis, qui fungat vice nutricis & pedagogi, informando & inſtruendo eum, quaſi nouitium in fide de his, quæ pertineat ad fidem & vitam Chriſtianam: ad quod prælati eccleſiæ vacare non poſſunt circa communem curam populi occupati: paruuli enim & nouitij indigent ſpeciali cura præter communem. & ideo requiritur quòd aliquis ſuſcipiat baptizatum de ſacro fonte, quaſi in ſuam inſtructionem & tutelam. & hoc eſt quod Dionyſ.*dicit vlti. ca. Cæleſt. hierar. Diuinis noſtris ducibus (ideſt Apoſtolis) ad mentem venit, & viſum eſt ſuſcipere infantes ſecũdum iſtum ſanctum modũ, quòd naturales pueri parentes, traderent puerum cuidam docto in diuinis pedagogo, & reliquum ſub ipſo puer ageret, ſicut ſub diuino patre & ſaluationis ſanctæ ſuſceptore.

Ca. 7. eccl. hierar non multũ procul a fine.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Chriſtus non eſt baptizatus, vt ipſe regeneraretur, ſed vt alios regeneraret. & ideo poſt baptiſmum non indiguit pedagogo tamquam paruulus.

AD 2^m dicendum, quòd in generatione carnali non requiritur ex neceſsitate, niſi pater & mater: ſed ad facilem partum, & educationem pueri conuenientem, requiritur obſtetrix & nutrix, & pedagogus, quorum vicem implet in baptiſmo ille, qui puerum de ſacro fonte leuat. unde non eſt de neceſsitate ſacramenti: ſed vnus ſolus poteſt in aqua baptizare, neceſſitate imminente.

AD 3^m dicendum, quòd baptizatus non ſuſcipitur a patrino de ſacro fonte propter imbecillitatem corporalem: ſed propter imbecillitatem ſpiritualem, vt dictum eſt*.

In corp. ar.

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrum ille, qui aliquem leuat de ſacro fonte, teneatur ad eius inſtructionem.*

Infr. q. 71. art. 1. ad 3. Et 4. di. 6. q. 1. ar. 2. q. 3. cor. & ad 3.

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur quòd ille qui ſuſcipit alliquem de ſacro fonte, nõ obligetur ad eius inſtructionem: quia nullus poteſt inſtruere niſi inſtructus: ſed etiam quidam nõ inſtructi ſed ſimplices admittuntur leuare aliquẽ de ſacro fonte. ergo ille qui ſuſcipit baptizatum, non obligatur ad eius inſtructionem.

Li 8. Ethi. ca. 12. circa medium. & ca. 11. non lõge a pri. 30. q. 1. ca. Peruenit, & ca. dictũ eſt. Art. præce.

¶ 2 Præt. Filius magis poteſt a patre inſtrui, quàm ab alio extraneo: nã filius habet a patre eſſe, & nutrimentum & diſciplinam, vt Philo.* dicit in 8. ethi. ſi ergo ille qui ſuſcipit baptizatum, teneretur eum inſtruere magis eſſet cõueniens, quòd pater carnalis filiũ ſuum de baptiſmo ſuſciperet, quàm aliquis alius: quod tamen videtur eſſe prohibitum, vt habetur in Decret*. 30. q. 1. peruenit. & dictum eſt†.

¶ 3 Prę t. Plures magis poſſunt inſtruere quàm vnus ſolus. Si ergo ille qui ſuſcipit aliquem baptizatum, teneretur eũ inſtruere, magis deberent plures ſuſcipere quàm vnus ſolus: cuius cõtrariũ habetur ex Decret.* Leonis Papæ. Non plures, inquit, ad ſuſcipiendũ de baptiſmo iſantẽ, quã vnᵒ accedãt, ſiue vir ſiue mulier.

Loco citato in arg. 2.

SED CONTRA eſt, quòd Aug. † dicit in quodã ſermone paſchali, Vos ante omnia tam viros quàm mulieres, qui filios in baptiſmate ſuſcepiſtis, moneo, vt vos cognoſcatis fideiuſſores apud deum extitiſſe pro illis, quos viſi eſtis de ſacro fonte ſuſcipere.

Hoc dict. Aug. cenſetur de conſe. di. 4. ca. Vos ante omnia.

RESPON. Dicendum, quòd vnuſquiſque obligatur ad exequendum officium, quod accepit.* Dictũ eſt autem, quòd ille qui ſuſcipit aliquem de ſacro fonte, aſſumit ſibi officium pedagogi: & ideo obligatur ad habendam curam de ipſo, ſi neceſsitas immineret: ſicut eo tẽpore & loco, in quo baptizati inter infideles nutriuntur: ſed vbi nutriuntur inter catholicos Chriſtianos, ſatis poſſunt ab hac cura excuſari, præſumendo, quòd a ſuis parentibus diligenter inſtruantur. Si tamen quocumque modo ſentirent contrarium, tenerẽtur ſecundũ ſuum modum, ſaluti ſpiritualium filiorum curam impendere.

Ar. præced.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ vbi immineret periculum, oporteret eſſe aliquem doctum in diuinis, ſicut Diony. * dicit, qui baptizatum de ſacro fonte ſuſciperet: ſed vbi hoc periculum nõ imminet propter hoc, quod pueri nutriũtur inter catholicos, admittitur quicumque ad hoc officium: quia ea quæ pertinent ad Chriſtianam vitam, & fidem, publice omnibus nota ſunt & tamen ille, qui non eſt baptizatus, non poteſt ſuſcipere baptizatum (vt eſt daclaratũ in concilio maguntino*) licet non baptizatus poſsit baptizare, quia perſona baptizantis eſt de neceſsitate ſacramenti, non autem perſona ſuſcipientis, ſicut dictum eſt*.

Ca. 7. Eccl. hierar. non multũ procul a fine. Refert de conſecr. di. 4. ca. in baptiſmate. Ar. præced.

AD 2^m dicendum, quòd ſicut eſt alia generatio ſpiritualis a carnali, ita etiam debet eſſe alia diſciplina, ſecundum illud Hebræ. 12. Patres quidem carnis noſtræ habuimus eruditores, & reuerebamur eos, non multo magis obtemperabimus Patri ſpirituũ, & viuemus? & ideo alius debet eſſe pater ſpiritualis a patre carnali, niſi neceſsitas contrarium exigat.

AD 3^m dicendum, quòd confuſio eſſet diſciplinæ, niſi eſſet vnus principalis inſtructor. & ideo in baptiſmo vnus debet eſſe principalis ſuſceptor: alij tamẽ poſſunt admitti, quaſi coadiutores.



# QVAESTIO LXVIII.

*De ſuſcipientibus baptiſmum, in duodecim articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de ſuſcipientibus baptiſmum.

Et circa hoc quæruntur duodecim.

¶ Primo, Vtrum omnes teneantur ad ſuſcipiendum baptiſmum.
¶ Secundo, Vtrũ aliquis poſsit ſaluari ſine baptiſmo.
¶ Tertio, Vtrum baptiſmus ſit differendus.
¶ Quarto, Vtrum peccatores ſint baptizandi.
¶ Quinto, Vtrum peccatoribus baptizatis ſint imponenda opera ſatisfactoria.
¶ Sexto, Vtrum requiratur confeſsio peccatorum.
¶ Septimo, Vtrũ requirat intentio ex parte baptizati.
¶ Octauo, Vtrum requiratur fides.
¶ Nono, Vtrum pueri ſint baptizandi.
¶ Decimo, Vtrum pueri Iudæorum ſunt baptizandi, inuitis parentibus.
¶ Vndecimo, Vtrum aliqui ſint baptizandi in maternis vteris exiſtentes.
¶ Duodecimo, Vtrũ furioſi & amẽtes ſint baptizandi.

## ARTICVLVS I.

*Vtrum omnes teneantur ad ſuſceptionem baptiſmi.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd nõ teneantur omnes ad ſuſceptionẽ baptiſmi. Per Chriſtum enim nõ eſt hominibus arctata via ſalutis: ſed ante Chriſti aduentum poterant homines ſaluari ſine baptiſmo. ergo & poſt Chriſti aduentum.

¶ 2 Præt. Baptiſmus maxime uidetur eſſe inſtitutus in remedium peccati originalis: ſed ille qui eſt baptizatus, cum non habeat originale peccatum, non uidetur quòd poſſit illud transfundere in prolem. ergo filij baptizatorum nõn uidentur eſſe baptizandi

¶ 3 Præ. Baptiſmus datur ad hoc, quòd aliquis per gratiam a peccato mũdetur: ſed hoc cõſequũtur illi, qui ſunt ſanctificati in utero, ſine baptiſmo. ergo non tenentur ad ſuſcipiendum baptiſmum.

SED CONTRA eſt quòd dicitur Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spirituſancto, nõ põt introire in regnũ Dei, & in li. de Eccle. † dogmatibus dicitur, Baptizatis tantum iter ſalutis eſſe credimus.

RESPON. Dicendũ, ꝙ ad illud homines tenentur, ſine quo ſalutem conſequi non poſſunt. Manifeſtũ eſt autem, quòd nullus poteſt ſalutem conſequi, niſi per Chriſtũ. vnde & Apoſt. dicit Rom. 5. Sicut per vnius delictũ in omnes hoĩes in cõdẽnationẽ, ſic & ꝑ vnius iuſtitiã, in omnes hoĩes in iuſtificationẽ vitæ. Ad hoc aũt datur baptiſmus, vt aliquis per ipſum regeneratus, incorporetur Chriſto factus membrum ipſius. Vnde dicitur Gal. 3. Quicũque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. unde manifeſtum eſt, quòd omnes ad baptiſmum tenentur, & ſine eo non poteſt eſſe ſalus hominibus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd numquam homines potuerunt ſaluari etiam ante Chriſti aduẽtum, niſi fierent membra Chriſti: quia, vt dicitur Act. 4. non eſt aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri: ſed ante aduentum Chriſti, homines Chriſto incorporabantur, per fidem futuri aduentus: cuius fidei ſignaculum erat circuncidio, vt Apoſt. dicit Rom. 4. ante vero quàm circuncidio inſtitueretur, ſola fide (vt Gregor.* dicit) cum ſacrificiorum oblatione, quibus ſuam fidem antiqui partes profitebãtur, homines Chriſto incorporabantur. Poſt aduentum etiã Chriſti, homines per fidẽ Chriſto incorporantur, ſecundũ illud Ephe. 3. Habitare Chriſtum per fidẽ in cordibus veſtris: ſed alio ſigno manifeſtatur fides rei iam præſentis, quàm demonſtraretur, quando erat futura: ſicut etiam aliis verbis ſignificatur præſens, præteritum, & futurum. Et ideo licet ipſum ſacramentum baptiſmi non ſemper fuerit neceſſarium ad ſalutem: fides tamen cuius baptiſmus ſacramentum eſt, ſemper neceſſaria fuit.

Li. 4. Mora. cap. 2. circa med.

AD 2^m dicendum, quòd (ſicut in 2. parte dictum eſt*) illi qui baptizantur, renouantur per baptiſmũ ſecundum ſpiritum, corpus tamen remanet ſubiectũ vetuſtati peccati, ſecundum illud Rom. 8. Corpus quidem mortuum eſt propter peccatum, ſpiritus vero viuit propter iuſtificationem. Vnde & Aug. * probat in lib. contra Iulianum, quòd non baptizatur in homine, quicquid in eo eſt. Manifeſtum eſt autem, ꝙ homo non generat generatione carnali ſecundũ ſpiritum, ſed ſecundum carnem. & ideo filij baptizatorum, cum peccato originali naſcuntur: vnde indigent baptizari.

P. 2. q. 81. a. 3. ad 2. Li. 6. c. 6. a medio ad fin. tom. 7.

AD 3^m dicendum, quòd illi, qui ſunt ſanctificati in vtero, conſequuntur quidẽ gratiam emundantem a peccato originali: non tamen ex hoc ipſo cõſequũtur characterem, quo Chriſto configurentur. & propterhoc, ſi aliqui nunc ſanctificarentur in vtero, neceſſe eſſet eos baptizari, vt per ſuſceptionem characteris, alijs membris Chriſti conformarentur.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum ſine baptiſmo aliquis poſſit ſaluari.*

1. 2. q. 113. art. 3. ad 1. Et 4. d. 4. q. 3. ar. 3. q. 2. co. & ad 3. Et 4. con. c. 72. Et quo. 2. Et quol. 3. art. 4. Et Io. 6. lec. 7. Ca. 74. to. 3

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd ſine baptiſmo nullus poſſit ſaluari. Dicit enim Dominus Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spirituſancto, non poteſt introire in regnum dei: ſed illi ſoli ſaluantur, qui regnum dei intrant. ergo nullus poteſt ſaluari ſine baptiſmo, quo aliquis regeneratur ex aqua & Spirituſancto.

¶ 2 Præ. In lib.* de Eccleſiaſticis dogmatibus dicitur, Nullũ catechumenum, quamuis in bonis operibus defunctum, vitam æternam habere credimus excepto martyrio, vbi totum ſacramentum baptiſmi cõpletur: ſed ſi aliquis, ſine baptiſmo poſſet ſaluari, maxime hoc haberet locum in catechumenis bona opera habentibus, qui videntur habere fidem per dilectionem operantem. uidetur ergo quòd ſine baptiſmo nullus poſſit ſaluari.

Q. 65. ar. 3. & 4. L. 5. Meta. tex. 6. to. 3.

¶ 3 Præt. Sicut ſupra dictum eſt †, ſacramentum baptiſmi eſt de neceſſitate ſalutis. Neceſſarium autem eſt, ſine quo non poteſt aliquid eſſe, vt dicitur 5. Met. *. ergo vĩ ꝙ ſine baptiſmo nullᵒ poſſit cõſequi ſalutẽ.

In lib. q in Leui. q. 84. a med. to. 4

SED CONTRA eſt, quòd Augſt. † dicit ſuper Leuiticum, Inuiſibilem ſantificationem quibuſdam affuiſſe & profuiſſe, ſine viſibilibus ſacramentis: viſibilẽ vero ſanctificationẽ (quæ fit ſacramẽto uiſibili) ſine

ſine iuiſibili poſſe adeſſe, ſed nõ poſſe prodeſſe. Cum igitur ſacramẽtũ baptiſmi ad viſibilẽ ſanctificationẽ pertineat, videt᷑ ꝙ ſine ſacramẽto baptiſmi, aliquis poſſit ſalutẽ conſequi per inuiſibilẽ ſanctificationem.

Respon. Dicendum, quòd ſacramentum baptiſmi, dupliciter poteſt alicui deeſſe. Vno modo & re & voto, quod cõtingit illis, qui nec baptizantur, nec baptizari volunt: quod manifeſte ad contemptũ ſacramenti pertinet, quantũ ad illos, qui habẽt vſum liberi arbitrij. & ideo hi quibus hoc modo deeſt baptiſmus, ſalutem conſequi non poſſunt: quia nec ſacramentaliter nec mentaliter Chriſto incorporantur, per quem ſolum eſt ſalus. Alio modo, poteſt ſacramẽtum baptiſmi alicui deeſſe re, ſed nõ voto: ſicut cum aliquis baptizari deſiderat, ſed aliquo caſu præuenit᷑ morte, antequam baptiſmum ſuſcipiat. & talis ſine baptiſmo actuali, ſalutem conſequi poteſt, propter deſiderium baptiſmi, quod procedit ex fide per dilectionem operantem: per quam Deus interius hominem ſanctificat, cuius potẽtia ſacramẽtis viſibilibus non alligatur. unde Ambr.* dicit de Valẽtiniano, qui catechumenus mortuus fuit, Quẽ regeneraturus erã, amiſi: verũtamẽ ille gratiã, quã popoſcit, nõ amiſit.

*In li. de obitu Valent. paulò ante med. Habetur l. 5. epi. 5. epi. immediate poſt epi. 33 tom. 3.*

Ad primvm ergo dicendum, quòd ſicut dicitur, 1. Reg. 16. Homines vident quæ parent, Dominus autem intuetur cor. Ille autem qui deſiderat per baptiſmum regenerari ex aqua & Spiritu ſancto, corde quidem regeneratus eſt, licet non corpore: ſicut & Apoſt. dicit Rom. 2. ꝙ circunciſio cordis eſt in Spiritu, nõ ĩ litera, cuius laus nõ ex hoĩb[9], ſed ex Deo eſt.

Ad 2[m] dicendum, quod nullus peruenit ad vitã æternam, niſi abſolutus ab omni culpa & reatu pęnę. Quæ quidem vniuerſalis abſolutio fit in[d] perceptione baptiſmi & in martyrio: propter qđ dicitur quòd in martyrio omnia ſacramenta baptiſmi complentur ſcilicet quantum ad plenam liberationem a culpa & pœna. Si quis ergo catechumenus ſit habens [d] deſiderium baptiſmi (quia aliter in bonis operibus nõ moreretur, quæ non poſſunt eſſe ſine fide per dilectionem operantẽ) talis decẽdẽns nõn ſtatim peruenit ad vitam æternam, ſed patietur pœnam pro peccatis præteritis: ipſe tamen ſaluus erit ſic quaſi per ignem, vt dicitur 1. ad Corinth. 3.

*D. 269.* *D. 1202.*

Ad 3[m] dicendum, quòd pro tanto dicitur ſacramentum baptiſmi eſſe de neceſſitate ſalutis: quia nõ poteſt eſſe hominis ſalus, niſi ſaltem in voluntate habeatur, quæ apud deum reputatur pro facto.

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæoctauæ Articulum tertiũ.*

IN arti. 3. circa dilationem baptiſmi vſq; ad aliquod certum tempus, aduertendum eſt, certitudinem temporis poſſe dupliciter intelligi. Primò; determinate, puta, octo menſes. Alio modo, vage, puta expedito tali negotio, ne ſciendo quantum tẽporis intercedet.

*4. di. 4. q. 3. ar. 1. q. 2. & di. 17. q. 3. a. 1. q. 4. co Et ma. q. 4. ar. 1.* *habetur de conſec. di. 4 c. Duo tempora. Et ſumit᷑ ex epiſto. eius 4. c. 5.*

¶ Conſiderandum rurſus eſt, tempus baptiſmi determinari, vel ex diuino iure, vel ab eccleſia. Quãtum igitur ex diuino iure apparet, dilatio baptiſmi adultorum non habet tempus determinatũ primo modo. Nulla enim ratio cogit adultũ ad ſuſcipiendum baptiſma, ita hodie, quòd ſi hic dies prætereat abſque baptiſmo, peccatum incurratur. Confirmaturq; hoc ex geſtis ſanctorum. Nã Martinus octo annis cathecumenus fuit, Ambroſius longo quoque tempore catechumenis annumeratus videtur. Conſtantinus Magnus in vltimo vitæ ſuæ baptizatus eſt, vt Ambroſius dicit ĩ orõne de obitu Theodoſii.

*†In concil. Agat. c. 25.*

¶ Debet autem determinari tẽpus dilati baptiſmi ſecundo modo, quod dupliciter monſtratur. Primo, ex natura præcepti affirmatiui, obligantis pro loco & tempore. Præcepta enim affirmatiua, licet quantum eſt ex parte temporis, non obligent, niſi tempus neceſſitatis articulũ adducat (ut Auctor ĩ 4 ſent. di. 17. q. 3. arc. 1. q. 1. dixit) ex parte tamẽ motiui ad differẽdũ rõnẽ requirũt: nã ſi ſine rectæ rõnis arbitrio dilatio voluntaria fit, peccatũ incurrit. Põt ergo tandiu differre quis ꝓpriũ baptiſmum, q̃diu rationabiliter ad differendum mouetur: quod diuerſis hominibus diuerſimode accidere poteſt, & propterea diuerſa inuenitur diuerſorum dilatio.

¶ Et quàmuis tam incertam temporis menſurã dilatio baptiſmi habeat: dilatio tamen vſque ad mortis articulum licita, non eſt (vt patet de conſecr. diſt. 4. ca. quando quis) arguuntur enim negligentiæ huiuſmodi dilatores. Nec Cõſtãtinum credimus diſtuliſſe ex propoſito vſque ad mortẽ baptiſma, ſed cum differret illud vſque ad tempus optatũ, interim in vltimis conſtitutus differẽdum nõ cenſuit.

## Articvlvs III.

*Vtrum baptiſmus ſit differendus.*

AD tertivm ſic proceditur. Videtur, quòd baptiſmus ſit differendus. Dicit enim Leo* Papa, Duo tempora, ideſt, paſcha & pentecoſte ad baptizandum a Romano Pontifice legitime præfixa ſunt: vnde dilectionem veſtram monem[9], vt nullos alios dies huic obſeruationi miſceatis. Videtur ergo quòd oporteat non ſtatim aliquem baptizari, ſed vſque ad prædicta tempora baptiſmũ differri.

¶ 2. Præt. In concilio Agathenſi† legitur, Iudæi, quorũ perfidia frequenter ad vomitum redit, ſi ad leges catholicas venire voluerint: octo menſes inter catechumenos eccleſiæ limen introeant: & ſi pura fide venire noſcantur, tunc demum baptiſmi gratiam mereantur. non ergo ſtatim ſunt homines baptizandi, ſed vſque ad certũ tempus eſt differendum baptiſma.

¶ 3 Præt. Sicut dicitur Iſa. 27. Iſte eſt omnis fructus vt auferatur peccatum: ſed magis videtur auferri peccatum vel etiam diminui, ſi baptiſmus diu differatur. primo quidem, quia peccantes poſt baptiſmum, grauius peccant, ſecundum illud Hebr. 10. Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, ſcilicet per baptiſmum? Secũdo, quia baptiſmus tollit peccata præterita, non aũt futura: vñ quanto magis baptiſmus differt᷑, tãto plura peccata tollit. vr̃ ergo ꝙ baptiſmus debeat diu differri.

Sed contra eſt, quòd dicitur Eccleſi. 5. Non tardes cõuerti ad dominum, & ne differas de die in diem: ſed perfecta cõuerſio ad deũ, eſt eorũ, qui regenerãtur in Chriſto p baptiſmũ. nõ ergo debet baptiſmus differri de die in diem.

Respon. Dicendum, quòd circa hoc diſtinguendum eſt, vtrũ ſint baptizãdi pueri vel adulti. Si .n. pueri ſint baptizãdi nõ eſt differẽdũ baptiſma. primo quidẽ, quia nõ expectat᷑ in eis maior ĩſtructio, aut etiam plenior conuerſio. ſecũdo, propter periculũ mortis: quia non poteſt eis alio remedio ſubueniri, niſi per ſacramentum baptiſmi. Adultis vero ſubueniri poteſt per ſolum baptiſmi deſiderium, vt ſupra dictum eſt*. & ideo adultis non ſtatim, cum conuertũtur, eſt ſacramentum baptiſmi conferendum: ſed oportet differre vſq; ad aliquod certum tempus. Primo quidem, propter cautelam eccleſiæ, ne decipiatur, ſacramentum ficte accedentibus conferens, ſecũdum illud 1. Ioan. 4. Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex deo ſint: quæ quidem probatio ſumitur de accedẽtibus ad baptiſmũ, quando per aliquod ſpatiũ, eorũ fides & mores examinant᷑. Secũdo, hoc eſt neceſſariũ ad vtilitatẽ eorũ, qui baptizãtur: quia aliquo tẽporis ſpatio indigent, ad hoc quòd plene inſtruantur de fide, & exercitentur in his, quæ pertinẽt ad vitã chriſtianã. Tertio, hoc eſt neceſſariũ ad quandã reuerẽtiã ſacramẽti, dum in ſolennitatibus præcipuis, ſ. paſchæ & pẽtecoſtes, homines ad baptiſmum admittũtur, & ita deuotius ſacramentum ſuſcipiunt: hæc tamen dilatio eſt prætermittenda duplici ratione. Primo quidẽ, quando illi qui ſunt baptizandi, apparent perfecte inſtructi in fide, & ad baptiſmũ idonei: ſicut Philippus ſtatim baptizauit Eunuchum, vt habetur Act. 8. & Petrus Corneliũ, & eos qui cũ eo erant, vt habetur Act. 10. Secundo pp infirmitatem, aut aliquod periculum mortis: vnde Leo Papa* dicit, Hi qui neceſſitate mortis, ęgritudinis, obſidionis, perſecutionis, & naufragij, vrgentur, omni tempore debent baptizari: ſi tñ aliquis morte præueniatur, articulo neceſſitatis ſacramentum excludente, dum expectat tempus ab eccleſia inſtitutum, ſaluatur, licet per ignem, vt ſupra dictum eſt.† Peccat autem ſi vltra tempus inſtitutum ab eccleſia, differat accipere baptiſmum, niſi ex cauſa neceſſaria & licentia prælatorum eccleſiæ: ſed tamen & hoc peccatum cum alijs deleri poteſt per ſuccedentem contritionẽ, quæ ſupplet vicem baptiſmi, vt ſupra dictum eſt.*

Ad primvm ergo dicendum, quòd illud mandatum Leonis papæ de obſeruandis duobus temporibus in baptiſmo, intelligendum eſt de adultis, excepto tamen periculo mortis, quod ſemper in pueris eſt timendum, vt dictum eſt.†

Ad 2[m] dicendum, ꝙ illud de iudæis, eſt inſtitutum ad eccleſię cautelam, ne ſimpliciũ fidem corrumpant, ſi non fuerint plene conuerſi: & tamen, vt ibidẽ ſubditur, ſi infra tempus præſcriptum aliquod periculũ infirmitatis incurrerint, debent baptizari.

Ad 3[m] dicendum, quòd baptiſmus per gratiam quam confert, non ſolum remouet peccata præterita, ſed etiam impedit peccata futura ne fiant: hoc autem præcipue deſiderandum eſt, vt homines non peccent: ſecundario autem, vt leuius peccent, vel etiam vt eorum peccata mundentur, ſecundum illud 1. Ioan. 2. Filioli mei, hæc ſcribo vobis, vt non peccetis: ſed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris.

*Ar. præced.*

¶ Ex iure autem poſitiuo ſcripto, ſi tempus aliquod præfixũ eſt, quod fateor me non inuenire, & geſta dictorũ ſanctorum teſtantur, non eſſet differendus vltra tempus præfixum.

*[Habet᷑] de [con]ſec. diſ. [4] c. Si quis [ne]ceſſitate. [Sum]itur ex [ep]iſt. eius 4. [c.] 6. [Ar.] præced.* *[Su]ra corp. ar. [ha]ut præc.* *[Su]pra corp. ar.*

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæoctauæ Articulum quartum.*

IN 4. artic. hoc ſolum notandũ occurrit, quòd ſermo literæ de pctõ mortali intelligitur: exiſtentibus .n. cum voluntate peccandi venialiter, poteſt baptiſmus dari monẽdo ipſos, quòd niſi voluntatẽ mutent, gratiam quidem filiorum dei recipiẽt: ſed non ſecundum plenitudinẽ baptiſmalem, & ſuo eos deinde arbitrio relinquere, vt ipſi viderint.

## Articvlvs IIII.

*Vtrum peccatores ſint baptizandi.*

AD qvartvm ſic proceditur. Videtur quòd peccatores ſint baptizandi. Dicitur .n. Zacha. 13. In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hieruſalẽ, in ablutionem peccatoris & menſtruatę: quod quidẽ intelligitur de fonte baptiſmali. ergo videtur, ꝙ ſacramẽtum baptiſmi ſit etiam peccatoribus exhibendum.

¶ 2 Præt. Dominus dicit Matth. 9. Nõ eſt opus valentibus medicus, ſed male habentibus: male autem habentes, ſunt peccatores. Cum igitur ſpiritualis medici, ſcilicet Chriſti, medicina ſit baptiſmus, videtur quòd peccatoribus ſit ſacramentum baptiſmi exhibendum.

¶ 3 Præt. Nullum ſubſidium debet peccatoribus ſubtrahi: ſed peccatores baptizati, ex ipſo charactere baptiſmali ſpiritualiter adiuuantur, cum ſit quædam diſpoſitio ad gratiam. ergo videtur quòd ſacramentum baptiſmi ſit peccatoribus exhibendum.

Sed contra eſt,* quòd Auguſt.† dicit, Qui creauit te ſine te, non iuſtificabit te ſine te: ſed peccator cum habeat voluntatem non diſpoſitam, nõ cooperatur deo. ergo fruſtra adhiberetur ſibi baptiſmus ad iuſtificationem.

*Alias, quia Aug. ad Bonifaciũ dicit, In baptiſmo aliquis membrũ Chriſti efficit᷑: ſed nullus peccator perſiſtens in volũtate peccandi põt fieri mẽbrũ Chr̃i, qđ eſt incorporari Chriſto. ergo hmõi peccator non eſt baptizandus: qa fruſtra baptizaret᷑.* *† colligitur ex trac. 72. in Io. to. 9.* ** Lib. de medicina pęn. c. 2. nõ procul a prin. tom. 9.*

Respon. Dicendum, quòd aliquis poteſt dici peccator dupliciter. Vno modo, propter maculam & reatum præteritum: & ſic peccatoribus eſt ſacramentum baptiſmi conferendum: quia eſt ad hoc ſpecialiter inſtitutum, vt per ipſum peccatorum ſordes mundentur, ſecundum illud epheſ. 5. Mundans eam, ſcilicet eccleſiam, lauacro aquæ in verbo vitæ. alio modo poteſt dici aliquis peccator ex voluntate peccandi, & propoſito perſiſtendi in peccato: & ſic peccatoribus non eſt ſacramentum baptiſmi conferendum. Primo quidem, quia per baptiſmum homines Chriſto incorporantur, ſecundum illud Gal. 3. Quicumq; in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis: quandiu autem aliquis habet voluntatem peccandi, non poteſt eſſe Chriſto coniunctus, ſecundũ illud 2. Cor. 6. Quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate? Vnde & Aug.* dicit in lib. de pœnitentia, quòd nullus ſuæ voluntatis arbiter conſtitutus, poteſt nouam vitam inchoare, niſi eum veteris vitæ pœniteat. Secundo, quia in operibus Chriſti & eccleſię nihil debet fieri fruſtra: fruſtra autem eſt, quod non pertingit ad finem ad quem eſt ordinatum: nullus autem habẽs voluntatem peccandi, ſimul poteſt a peccato mundari, ad quod ordinatur baptiſmus: quia hoc eſſet ponere contradictoria eſſe ſimul. Tertio, quia in ſacramentalibus ſignis non debet eſſe aliqua falſitas: eſt autem ſignum falſum, cui res ſignificata non reſpondet: ex hoc autem, ꝙ aliquis lauandum ſe prębet per baptiſmum, ſignificatur quòd ſe diſponat ad interiorẽ ablutionem: quod non contingit de eo, qui habet propoſitum perſiſtendi in peccato: vnde manifeſtum eſt, quòd talibus ſacramentum baptiſmi non eſt conferendum.

Ad primvm ergo dicendum, quòd illud verbum eſt intelligendum de peccatoribus, qui habent voluntatem recedendi a peccato.

Ad 2[m] dicendum, quòd ſpiritualis medicus, ſcilicet Chriſtus, operatur dupliciter: vno modo interius per ſeipſum, & ſic præparat voluntatem hominis, vt bonum velit, & malum odiat: alio modo operatur, per miniſtros, exterius adhibendo ſacramenta, & ſic operatur perficiendo exterius id, quod eſt interius inchoatum: & ideo ſacramentum baptiſmi non eſt exhibendum, niſi ei, in quo interioris conuerſionis aliquod ſignum apparet: ſicut nec medicina corporalis adhibetur infirmo, niſi in eo aliquis motus vitalis naturæ appareat.

Ad 3[m] dicendum, quòd baptiſmus eſt fidei ſacramentum: fides autem informis[d] non ſufficit ad ſalutem, nec ipſa eſt fundamentum: ſed ſola fides formata, quæ per dilectionem operatur, vt Auguſt.* dicit in lib. de fide & operibus: vnde nec ſacramentum baptiſmi ſalutem conferre poteſt cum voluntate peccandi, quæ fidei formam excludit: non eſt autem per impreſſionem characteris baptiſmalis aliquis diſponendus ad gratiam, quandiu in eo apparet voluntas peccandi: quia deus neminem ad virtutem compellit, ſicut Damaſ.* dicit.

*D. 611.* *Cap. 16. to. 4.* *Lib. 2. Orth. fid. c. 30. circa prin.*

¶ *Super Quæstionis ſexageſimæoctauæ Articulum quintum.*

IN art. 5. & 6. hoc ſolū occurrit ſuggerēdum, ut ex deuotione ſua peccata confitente ante baptiſmum non abſoluātur: quoniam non ſunt capaces ſacramēti pœnitentiæ ante baptiſmū: nec eorum confeſſio talis, eſſet ſacramentalis, niſi forte per reductionem.

Sup. q. 49. a. 3. ad 2. Et inf. ar 6. c. Et 2. di. 6. q. 1. ar. 1. q. 1. cor. Et 3. d. 19. ar. 3 q. 2 ad 1. Et 4. di. 6. q. 1. ar. 1. q. 1. cor. Et 4. cont. c. 58. Et Roma. 11. le. 4

## ARTICVLVS V.

*Vtrū peccatoribus baptizatis ſint imponenda opera ſatisfactoria.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd peccatoribus baptizatis, ſint opera ſatisfactoria imponenda. Hoc enim ad iuſtitiam dei pertinere videtur, vt pro quolibet peccato aliquis puniatur, ſecundum illud Eccleſ. vlt. Cuncta quę fiunt, adducet deus in iudicium: ſed opera ſatisfactoria imponuntur peccatoribus in pœnam præteritorum peccatorum. ergo videtur quòd peccatoribus baptizatis, ſint opera ſatisfactoria imponenda.

¶ 2 Præt. Per opera ſatisfactoria exercitantur peccatores de nouo conuerſi ad iuſtitiā, & ſubtrahuntur occaſiones peccandi: nam ſatisfacere eſt peccatorū cauſas excidere, & peccatis aditū nō indulgere: ſed hoc maxime eſt neceſſarium nuper baptizatis. ergo videtur ꝙ baptizatis ſint opera ſatisfactoria iniungenda.

¶ 3 Præt. Non minus debitum eſt, vt homo deo ſatisfaciat, quàm proximo: ſed nuper baptizatis iniungendum eſt, vt ſatisfaciant proximis, ſi eos læſerint. ergo etiam eſt eis iniungendum, vt deo ſatisfaciant per opera pœnitentiæ.

SED CONTRA eſt, quòd Ambro.* ſuper illud Rom. 11. Sine pœnitentia ſunt dona & vocatio dei, dicit, Gratia dei in baptiſmo non requirit gemitum neque planctum, vel etiam opus aliquod: ſed ſolam fidem, & omnia gratis condonat.

Eſt glo. d. Amb. in illum locum tom. 5.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut Apoſt. dicit Roma. 6. Quicumq; baptizati ſumus in Chriſto, in morte ipſius baptizati ſumus: conſepulti enim ſumus ei per baptiſmum in mortem, ita ſcilicet quòd homo per baptiſmum incorporatur ipſi morti Chriſti: manifeſtum eſt autem ex ſupradictis,* quòd mors Chriſti ſatisfactoria fuit ſufficienter pro peccatis, non ſolum noſtris, ſed etiam totius mundi, vt dicitur 1. Io. 2. & ideo ei, qui baptizatur, pro quibuſcumque peccatis, non eſt aliqua ſatisfactio iniungenda: hoc enim eſſet iniuriam facere paſſioni & morti Chriſti, quaſi ipſa non eſſet ſufficiens ad plenariam ſatisfactionem pro peccatis baptizatorum.

q. 49. & 48.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut Aug.† dicit in lib. de baptiſmo paruulorum, ad hoc baptiſmus valet, vt baptizati Chriſto incorporentur, vt mēbra eius. vnde ipſa pœna Chriſti fuit ſatisfactoria pro peccatis baptizatorum, ſicut & pœna vnius membri poteſt eſſe ſatisfactoria pro peccato alterius membri. vnde Iſa. 53. dicitur: vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit.

L. 1. de bap. paruul. ca. 26. a med. tom. 7.

AD 2ᵐ dicendum, quòd nuper baptizati exercitandi ſunt ad iuſtitiam, non per opera pœnalia, ſed per opera facilia, vt quaſi quodam lacte facilis exercitij, promoueantur ad perfectiora, vt gl.* dicit ſuper illud Pſalm. 130. Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua: vnde & dominus diſcipulos ſuos de nouo conuerſos, a ieiunio excuſauit, ut patet Mat. 9. Et hoc eſt, quòd dicitur 1. Pet 2. Sicut modo geniti infantes, lac cōcupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem.

Glo. ordin. ibid.

AD 3ᵐ dicendum, quòd reſtituere male ablata proximis, & ſatisfacere eis de iniurijs illatis, eſt ceſſare a F peccando: quia hoc ipſum, quod eſt detinere aliena, & proximum læſum non placare, eſt peccatum: & ideo peccatoribus baptizatis iniungendum eſt, quòd ſatisfaciant proximis: ſicut & quòd deſiſtant a peccato: non eſt autem eis iniungendum, quòd pro peccatis præteritis aliquam pœnam patiantur.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum peccatores ad baptiſmum accedentes, teneantur ſua peccata confiteri.*

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quòd pec- G catores ad baptiſmum accedentes, teneantur ſua peccata confiteri. Dicitur enim Matth. 3. quòd baptizabantur multi a Ioanne in Iordane, confitentes peccata ſua: ſed baptiſmus Chriſti eſt perfectior, quàm baptiſmus Ioannis. ergo videtur quòd multo magis illi, qui ſunt baptizandi baptiſmo Chriſto, debeant ſua peccata confiteri.

3. d. 19. ar. 3. q. 2. ad 1. Et 4. cont. c. 58. Et Roma. 11. le. 4

¶ 2 Præt. Prouerb. 28. dicitur, Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur. ergo baptizandi debent ſua peccata confiteri.

¶ 3 Præt. Pœnitentia requiritur ante baptiſmum, ſecundum illud Act. 2. Agite pœnitentiam, & baptize- H tur vnuſquiſque veſtrum: ſed confeſſio eſt pars pœnitentiæ. ergo videtur, quòd confeſſio peccatorum requiratur ante baptiſmum.

SED CONTRA eſt, quòd confeſſio peccatorum debet eſſe cum fletu: dicit enim Aug.* in lib. de pœnitentia, Omnis iſta varietas conſideranda eſt & deflenda: ſed ſicut Ambr.† dicit, gratia dei in baptiſmo non requirit gemitum neque planctum. ergo a baptizandis, non eſt requirenda confeſſio peccatorum.

Aug. ī li. de vera & fal. pœni. c. 1. nō procul a prin. to. 4 †Ambr. ad Ro. 11. ſup illud, Sine pœni. ſunt dona dei, tom. 5.

RESPON. Dicendum, quòd duplex eſt peccatorum confeſſio: vna quidem interior, quæ fit deo: & talis confeſſio peccatorum requiritur ante baptiſmū, vt ſcilicet homo ſua peccata recogitans, de eis doleat; I non enim poteſt inchoare nouam vitam, niſi pœniteat eum veteris vitæ, vt dicit Auguſt.* in lib. de pœnitentia: alia vero eſt confeſſio peccatorum exterior, quæ fit ſacerdoti: & talis confeſſio non requiritur ante baptiſmum. Primo quidem, quia talis confeſſio cū reſpiciat perſonam miniſtri, pertinet ad pœnitentiæ ſacramentum, quod non requiritur ante baptiſmum; quia eſt ianua omnium ſacramentorum. Secundo, quia confeſſio exterior, quæ fit ſacerdoti, ordinatur ad hoc, quòd ſacerdos confitentem abſoluat a peccatis, & liget ad opera ſatisfactoria, quæ baptizatis non ſunt imponenda, vt ſupra dictum eſt:* nec etiam baptizati indigent remiſſione peccatorum per claues K eccleſiæ, quibus omnia remittuntur per baptiſmum. Tertio, quia ipſa particularis confeſſio homini facta, eſt pœnoſa propter verecundiam confitentis: baptizato autem nulla exterior pœna imponitur: & ideo a baptizatis non requiritur ſpecialis cōfeſſio peccatorum: ſed ſufficit generalis, quam faciunt, cum ſecundum ritum eccleſiæ abrenuntiant ſatanæ & omnibus pompis eius: & hoc modo, dicit quædam glo.* Mat. 3. quòd in baptiſmo Ioannis, exemplum dabatur baptizandis confitendi peccata, & promittendi meliora: ſi qui tamen baptizandi, ex deuotione ſua peccata confiteri vellent, eſſet eorum confeſſio audienda, non ad hoc, quòd eis ſatisfactio imponeretur: ſed ad hoc, quòd contra peccata conſueta eis ſpiritualis informatio vitæ traderetur.

In li. de me dic. pœnit. c. 2. nō procul a prin. tom. 9.

Ar. præced.

In glo. ord. ſuper illud, Exibant vt baptizarentur ab eo.

¶ Super



AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in baptiſmo Ioannis non remittebantur peccata: ſed erat baptiſmus pœnitentiæ: & ideo conuenienter accedentes ad illud baptiſma, confitebantur peccata, vt ſecundum qualitatem peccatorū, eis pœnitētia determinaretur: ſed baptiſmus Chriſti eſt, ſine exteriori pœnitentia, vt Ambroſ.* dicit. unde non eſt ſimilis ratio.

AD 2ᵐ dicendum, quòd baptizatis ſufficit cōfeſſio interior deo facta, & etiam exterior generalis, ad hoc, quòd dirigantur & miſericordiam conſequantur: nec requiritur confeſſio ſpecialis exterior, ſicut dictum eſt.*

AD 3ᵐ dicendum, quòd confeſſio eſt pars pœnitētiæ ſacramentalis, quæ non requiritur ante baptiſmum, vt dictum eſt:* ſed requiritur interioris pœnitentię virtus.

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum ex parte baptizati requiratur intentio ſuſcipiendi ſacramentum baptiſmi.*

AD SEPTIMVM ſic ꝓceditur. Videtur ꝙ ex parte baptizati non requiratur intentio ſuſcipiendi ſacramentum baptiſmi. Baptizatus enim ſe habet ſicut patiens in ſacramento: intentio autem nō requiritur ex parte patientis, ſed ex parte agentis. ergo videtur ꝙ ex parte baptizati, nō requiratur intentio ſuſcipiendi baptiſmum.

¶ 2 Præt. Si prætermittatur id, qđ B requiritur ad baptiſmū, homo eſt denuo baptizandus: ſicut cū prætermittitur inuocatio Trinitatis, vt ſupra dictū eſt:* ſed ex hoc non videtur aliquis eſſe denuo baptizandus, ꝙ intentionem non habebat ſuſcipiendi baptiſmum: alioquin cum de intentione baptizati nō conſtet, quilibet poſſet petere ſe denuo baptizari propter intentionis defectum. nō videtur ergo ꝙ intentio requiratur ex parte baptizati, vt ſuſcipiat ſacramentum.

q. 66. ar. 6.

C ¶ 3 Præt. Baptiſmus contra peccatum originale datur: ſed originale peccatum contrahitur, ſine intentione naſcentis. ergo baptiſmus, vt videtur, intentionem non requirit ex parte baptizati.

SED CONTRA eſt, ꝙ ſecundū ritum eccleſiæ, baptizādi profitentur ſe petere ab eccleſia baptiſmū, per quod profitentur ſuam intentionem de ſuſceptione ſacramēti.

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæoctauæ Articulum ſeptimum.*

TItulus vt ſonat ſumendus eſt.

¶ In corpore iuncto reſponſione ad ſecundum, vbi dicitur ſi in adulto deeſſet intentio ſuſcipiendi ſacramentum, eſſet rebaptizādus, dubiū occurrit magnum, an ex parte baptizati, ita neceſſaria ſit intentio ſuſcipiendi ſacramentum baptiſmi, vt ſi illa deſit, baptiſmus nullus ſit.

¶ Et eſt ratio dubij varietas opinionū: quidam. n. (de quorū numero eſt Durand. in 4. ſent. diſt. 4. q. 2.) tenent vniuerſaliter, hoc eſt tam in adultis, quàm in paruulis requiri cōſenſum ex parte baptizati. Alij vero, de quorū numero eſt Auctor in 4. ſenten. diſt. 6. q. 1. art. 2. q. 3. tenent totaliter oppoſitum, ſcilicet ꝙ nec in paruulis nec in adulto, per ſe loquendo, exigitur voluntas propria. Dico autem per ſe loquēdo, quia in adultis exigitur voluntas propria per accidens, hoc eſt, vt remouēs prohibens, puta peccatum vel contrariam voluntatem. Quidam autem, de quorum numero eſt Scotus in 4. ſent diſt. 4. q. 2. diſtinguendū putant, inter adultum & puerum, tenentes quòd in adulto requiritur voluntas: in paruulo autem, non.

¶ Et quoniam quæſtio eſt difficilis, videndum eſt, quid roboris habeant rationes opinionum: & deinde rationabilior dicendi modus eligendus eſt.

¶ Prima igitur opinio tenens vniuerſaliter requiri conſenſum ex parte baptizati fundatur, primo ſuper ritu eccleſiæ petentis a baptizando, Vis baptizari? Secundo ſuper hoc, quòd baptizari eſt paſſio voluntaria.

¶ Tertio procedit Durandus ſic: Quicquid eſt de neceſſitate ſacramenti in vno, eſt de neceſſitate ſacramenti in omnibus, in ſimilibus quidem ſimiliter, & in proportionalibus proportionaliter: ſed voluntas recipiendi baptiſmū eſt de neceſſitate ſacramenti in adultis. ergo eſt etiam de neceſſitate ſacramenti in paruulis: proportionaliter tamen, hoc eſt voluntate interpretatiua quo ad paruulos, ſicut propria quo ad adultos. Probatur minor: Adultus ſimili modo debet ſe habere ad fidem, & ad fidei ſacramentum: ſed credere non poteſt niſi volens. ergo nec baptizari poteſt niſi volens.

¶ Et confirmatur ex mandato domini, Docete omnes gentes, baptizantes eos &c. vbi Hier. dicit, Non poteſt ſuſcipi ſacramentum, niſi anima fidei ſuſceperit veritatem.

¶ Afferē quarto rō ex litera huius art. ſ. oportet inchoantē nouam vitā, velle illā, ac per hoc eius principiū qđ eſt baptiſma.

¶ Oppoſitæ autem opinionis, ſcilicet ꝙ non per ſe requiritur velle ex parte baptizati, fundamentum eſt, ꝙ tota efficacia ſacramenti baptiſmi eſt, ex parte ipſius ſacramenti: nec requirit ex parte patientis, niſi capacitatem abſque contrarietate. Probaturque hoc ex eo, ꝙ de facto videmus paruulū omnem baptizatū non eſſe rebaptizandum. Et hinc ſumitur ratio: Quicquid non eſt de neceſſitate ſacramenti in vno, non eſt de neceſſitate ſacramenti in reliquis: ſed conſenſus non eſt de neceſſitate ſacramenti in paruulis. ergo nec in adultis.

¶ Tertiæ autem opinionis ratio eſt: quia ſi adultus caret conſenſu, videtur quòd contemnat; oportet enim adultū aliquam A habere deuotionem ad ſacramentum, aut contemnere ipſum, ſaltem interpretatiue.

¶ Et vt ab hac vltima incipiamus, reſponſio ſeu ratio iſta fugit quæſtionem, quaſi impoſſibile ſit inueniri adultum neutrū reſpectu baptiſmi, ſed oporteret in alteram partem declinare, hoc eſt, velle, aut nolle baptizari. Quō autem eſt de veritate cōditionalis, nō curando de poſſibilitate antecedentis: vertitur. n. in quæſtionem, ſi adultus neuter ſecundū voluntatem ad baptiſmum baptizaretur dormiens, an eſſet poſtea baptizādus, hoc eſt, an ſuſciperet characterem vel nō: cui quæſtioni, vt patet, non ſatiſfit per hanc opinionem declinātem ad alterum extremū.

¶ Primę autem opinionis fundamentum primum de ritu eccleſiæ, non cogit: quoniam eodē eccleſiæ ritu petitur etiam a baptizando, ſi credit in deum patrem omnipotentem &c. & tamen conſtat nō exigi ad neceſſitatem ſacramenti fidē ſiue ſuam, ſiue patrini, ex parte baptizati. Secundum quoque fundamētum, petit principium. Tertiū vero, ambiguum aſſumit, ſcilicet ī adulto requiri ꝑ ſe propriam voluntatem: hoc eſt enim, de quo eſt quæſtio.

D ¶ Et ad probationem dici facile poteſt, ſimilitudinem non tenere, ſcilicet quòd adultus, ita ſe debeat habere ad ſacramentum fidei, ſicut ſe habet ad credere: quoniam credere conſiſtit manifeſte in actione voluntaria, ſacramentū autem fidei manifeſte cōſiſtit ī pati ſeu ſuſcipere, & propterea non eſt ſimile. Auctoritas autem Hiero. non eſt ad propoſitum: quia de fide loquitur, quæſtio autem eſt de velle.

¶ Secundæ demum opinionis ratio reijci poteſt eodem modo, ſcilicet quòd aſſumit probandum: hoc enim eſt, quod vertitur in dubium, an patiens in baptiſmo, exigat velle vt neceſſariā diſpoſitionem ad receptionem ſacramenti: hoc enim eſt totum in quo conſiſtit quæſtio.

¶ Quod autem additur, quòd nullus puer baptizatus eſt rebaptizandus, licet negetur a tenentibus primam opinionem, magnam tamen ſecundum rationem vim habere videtur.

¶ His excurſis, dicendum mihi videtur cum ſecunda opinio- E ne, ꝙ per ſe loquendo non exigitur intentio ſeu voluntas ex parte baptizandi de neceſſitate ſacramenti: ſed ſufficit in ipſo non inueniri obicem voluntatis contrariæ. Probaturque hoc, dupliciter. Primo, auctoritate Innoc. III. extra de baptiſmo, & eius effectu in c. maiores cauſas: ibi. n. mota quæſtione de ſuſcipientibus characterem, & relata opinione quorundā dicentium characterem imprimi etiam inuitis, refutata deinde hac opinione quo ad totaliter inuitos, concludit hæc verba in calce, Tunc ergo characterem, ſacramentalis imprimit operatio, cū obicem voluntatis contrariæ non inuenit obſiſtentem. ubi manifeſte patet intenta concluſio determinata ab Apoſtolica ſede. Secundo, probatur utendo iam dicta ratione: quod non eſt de neceſſitate ſacramenti in uno recipiente baptiſmū, non eſt de neceſſitate ſacramenti, per ſe loquendo, in quocūq; recipiente baptiſmum: ſed in paruulis uoluntas etiam interpretatiua non exigitur, ut propria diſpoſitio ad recipiendum baptiſmum. ergo in nullo baptizando requiritur, per ſe loquendo, conſenſus ad recipiendum baptiſma. Et probatur minor: quia

Reſpon. Dicendum, quòd per baptiſmū aliquis moritur veteri vitæ peccati, & incipit quandam vitæ nouitatem, ſecundum illud Ro. 6. Conſepulti ſumus Chriſto per baptiſmum in mortem, vt quomodo Chriſtus ſurrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus: & ideo ſicut ad hoc, quòd homo moriatur veteri vitæ, requiritur ſecūdum Aug.* in habente vſum libe. arb. voluntas, qua eum veteris vitæ pœniteat, ita requiritur voluntas, qua intendat vitæ nouitatem: cuius principiū eſt ipſa ſuſceptio ſacramenti: & ideo ex parte baptizati requiritur voluntas, ſiue intentio ſuſcipiendi ſacramentum. G

In li. de medic. pœnit. c. non longe a princ. tom. 9.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ in iuſtificatione, quæ fit per baptiſmū, nō eſt paſſio coacta, ſed voluntaria: & ideo requiritur intentio recipiendi id, quod ei datur. H

Ad 2[m] dicendum, quòd ſi in adulto deeſſet intentio ſuſcipiendi ſacramentum, eſſet rebaptizandus: ſi tamen hoc non conſtaret, eſſet dicendum, Si non[d] es baptizatus, ego te baptizo.

Ad 3[m] dicendum, quòd baptiſmus ordinatur non ſolum contra originale peccatum, ſed etiam cōtra actualia, quæ per voluntatem & intentionem cauſantur.

## Articvlvs VIII. I

*Vtrum fides requiratur ex parte baptizati.*

Ad octavvm ſic proceditur. Videtur quòd fides requiratur ex parte baptizati. Sacramētum enim baptiſmi a Chriſto eſt inſtitutum: ſed Chriſtus formam baptiſmi tradens, fidem baptiſmo præmittit, dicens Marc. vltimo, Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit. ergo videtur quòd niſi ſit fides, non poſſit eſſe ſacramentum baptiſmi. K

¶ 2 Præt. Nihil fruſtra in ſacramentis eccleſiæ agitur: ſed ſecundum ritum eccleſiæ, ille qui accedit ad baptiſmum, de fide interrogatur, cum dicitur, Credis in deum patrem &c. ergo videtur quòd fides ad baptiſmum requiratur.

¶ 3 Præt. Ad baptiſmum requiritur intentio ſuſcipiendi ſacramentum: ſed hoc non poteſt eſſe ſine recta fide, cum baptiſmus ſit rectæ fidei ſacramentum: per eum enim incorporantur homines Chriſto, vt Aug. *dicit in lib. de baptiſmo paruulorum: hoc autem non poteſt eſſe ſine recta fide, ſecundum illud epheſ. 3. Habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris. ergo videtur quòd ille, qui non habet rectam fidem, non poſſit ſuſcipere ſacramentum baptiſmi. G

Li. 1. de pecca. meri. & remi. c. 26. a med. to. 7.

¶ 4 Præt. Infidelitas eſt grauiſſimū peccatū, vt in ſecunda parte habitum eſt: *ſed permanentes in peccato, non ſunt baptizandi. ergo ēt nec permanentes in infidelitate.

2. 2. q. 10. art. 3.

Sed contra eſt, quòd Greg.* ſcribens † Quirico epiſcopo dicit, Ab antiqua patrum inſtitutione didicimus, vt qui apud hæreſim, in Trinitatis nomine baptizātur, cū ad ſanctam eccleſiam redeunt, aut vnctione chriſmatis, aut impoſitione manus, aut ſola profeſſione fidei, ad ſinum matris eccleſiæ reuocentur: hoc autem non eſſet, ſi recta fides eſſet de neceſſitate baptiſmi. non ergo recta fides ex neceſſitate requiritur ad ſuſceptionem baptiſmi. H

*in regiſtro l. 9. epiſt. 61. non longe a princ. † Alias, Quirino.

Reſpon. Dicendum, quòd ſicut* ex dictis patet, duo efficiuntur in anima per baptiſmum, ſcilicet character & gratia. dupliciter ergo, aliquid ex neceſſitate requiritur ad baptiſmum. Vno modo, ſine quo gratia haberi non poteſt, quæ eſt vltimus effectus ſacramenti: & hoc modo, recta fides ex neceſſitate requiritur ad baptiſmū: quia ſicut dicitur Rom. 3. Iuſtitia dei eſt per fidem Ieſu Chriſti. Alio modo, requiritur aliquid ex neceſſitate ad baptiſmum, ſine quo character baptiſmatis imprimi nō poteſt: & ſic recta fides baptizati nō requiritur ex neceſſitate ad baptiſmum, ſicut nec recta fides baptizantis, dūmodo adſint cetera, quæ ſunt de neceſſitate ſacramenti: nō .n. ſacramentū perficitur per iuſtitiā hominis dantis, vel ſuſcipiētis baptiſmum, ſed per virtutem dei. I K

q. 66. art. 9.

Ad primvm ergo dicendum, quòd dominus loquitur ibi de baptiſmo, ſecūdum ꝙ perducit homines ad ſalutem per gratiam iuſtificantem: quod quidem ſine recta fide eſſe non poteſt: & ideo ſignanter dicit, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit.

Ad

quia voluntas parentū nō eſt diſpoſitio aliqua, ſed ſola appropinquatio patientis ad agens, puta miniſtrū conferentē ſacramentū: conſtat. n. approximantē paſſiuū actiuo non eſſe neceſſariū ex parte patientis: tū, qm̄ aliunde pōt ſuppleri, puta ex approximatione agentis ad patiens, vel ex remouente obſtaculū: tū, qm̄ extrinſecū hoc eſt, patet vero voluntatē parentis ſolūmodo approximare paſſiuū actiuo, offerendo infantē baptiſmo, ex eo ꝙ ſi iudæus faceret filiū baptizari, non vt nutriretur Chriſtianus, ſed totaliter nutriēdū in iudēū, ob ſolāq; corporis ſanitatē īfantē vellet baptizari, & hoc ipſum diceret, ac cōpelleret miniſtrū ad baptizandū, vel ipſemet baptizaret, i veritate infans eſſet baptizat[9]: & tn̄ tūc paterna volūtas nec ex charitate, nec ex ſpe, nec ex fide, nec ex eccleſiæ volūtate ibi cooperaret: qm̄ eccleſia ſi ſciret, reſiſteret tali oblationi. Nihil ergo facit oblatio pueri, niſi ꝙ approximat paſſum agenti: iniuriāq; paternæ tollit auctoritatis, quæ illi irrogaret, ſi infans patre inuito baptizaret. ſufficit ergo ī baptizando, nō inueniri obicem voluntatis contrariæ ad hoc, vt characterem ſuſcipiat ex baptiſmo.

F. 583.

¶ Sed cōtra hæc inſtant dupliciter. primo vtēdo argumento allato ī dicta decretali, q. ſ. ſequeretur ex hoc, ꝙ aliqs adultus numquàm conſentiens baptiſmo, pertineret rōne ſacramenti ad iuriſdictionē eccleſiaſticā, ac per hoc a ſeruanda regula Chriſtianæ religionis rōnabiliter cōpellendus, qd eſt abſurdū.

4. di. 6. q. 1. ... Et ... q. ... 2.

¶ Obijcit quoque a Duran. probante ꝙ voluntas adulti baptizandi requiritur per ſe: nā ſi velle ſuſcipere baptiſmū, non ſit in adulto diſpoſitio neceſſaria ad baptiſmū ſcdm ſe, ſequitur ꝙ nolle ſeu renuere vel negligere ſuſcipere ipſum, nō erit impedimētū: qa nō īpedit niſi velle oppoſitū.

¶ Ad primum hoc ū dicitur, ꝙ ratio procedit ex extrinſecis accidētibus, quale eſt iuriſdictio eccleſiaſtica, & propterea parum roboris habet. F Veruntamen dupliciter ſolui poteſt. Primo, ꝙ caſus iſte, aut impoſſibilis, aut pluſquā rariſſimus eſt, ſcilicet vt adultus neuter baptizetur: regulæ autem de iuriſdictionis actibus, puta de compellendo & ſimilibus, dantur ſecundum ſe, quæ communiter eueniunt. Secundo, ꝙ vno inconuenienti dato, multa inconuenientia ſequi poſſunt: & ideo dato hoc inconuenienti, quòd miniſter temere baptizaret adultū neutrū, nō eſt mirum ſequi aliud incōueniens, ſcilicet quòd talis eſſet de iuriſdictione eccleſiæ ratione ſacramenti, & non eſſet compellēdus ad Chriſtianitatem ſeruandam: quia numquā cōſēſit, ſed dormiēs baptizat[9] eſt.

¶ Ad obiectionem uero Duran. reſpondetur, quòd ſequela nihil ualet. Et probatio nullius etiam apparentię eſt: quoniam nolle baptiſmum, ſecundum ſe aduerſatur ſuſceptioni baptiſmi: & iō impedit ipſum, & non quia tollit ſuum contrarium, puta uelle baptiſmū. Nec putes Auctorem hoc in loco alterius fuiſſe opinionis, ut patet ex eo ꝙ inferius dicit pueros infidelium, ſi inuitis parentibus baptizarentur, fore baptizatos: qđ autē hic dixit, intelligendum eſt, ſecūdū id, quod ſemper de facto inuenit in adultis, ſ. ꝙ non inuenitur neuter, ſed aut habet uelle, aut nolle reſpectu baptiſmi implicite, uel explicite &c. Et ꝓpterea uerificatur, ꝙ ſi in adulto deeſſet intētio ſuſcipiēdi ſacramentum, eſſet rebaptizandus: d. ſectus .n. intentionis contrariam haberet annexam intentionē.

*¶ Super Quæſtionis ſexageſimæoctauæ Articulū octauū.*

In art. 8. aduerte uerba Auctoris intelligi de adultis: qm̄ rectā fidē neceſſario requiri ad ultimū effectū baptiſmi ſonant. Et hoc dico ꝓp paruulos, in quibus nec intētio nec fides ex parte baptizati requiritur.



Ad 2[m] dicendum, quòd eccleſia intendit homines baptizare, vt emundentur a peccato, ſecundum illud Iſa. 27. Hic eſt omnis fructus, vt auferatur peccatum: & ideo quantum eſt de ſe, non intendit dare baptiſmum niſi habentibus rectam fidem, ſine qua non eſt remiſſio peccatorum: & propter hoc interrogat accedentes ad baptiſmum, an credant: ſi tamen ſine recta fide aliquis baptiſmum ſuſcipiat extra eccleſiam, non percipit illud ad ſuam ſalutem. unde Auguſt.* dicit, eccleſia paradiſo comparata indicat nobis, poſſe quidem baptiſmum eius, homines etiam foris accipere, ſed ſalutem beatitudinis extra eam neminem percipere vel tenere. A

... de ... contra ... in ... to. 7.

Ad 3[m] dicendum, quòd etiam non habens rectam fidē circa alios articulos, poteſt[d] habere rectam fidem circa ſacramentū baptiſmi, & ita non impeditur quin poſſit habere intentionem ſuſcipiendi ſacramentum baptiſmi: ſi tamen etiam circa hoc ſacramentum non recte ſentiat, ſufficit ad perceptionem ſacramenti generalis intentio, qua intendit ſuſcipere baptiſmum, ſicut Chriſtus inſtituit, & ſicut eccleſia tradit. B

Ad 4[m] dicendum, quòd ſicut ſacramentum baptiſmi non eſt conferendum ei, qui non vult ab alijs peccatis recedere, ita etiam nec ei, qui non vult infidelitatem deſerere: vterq; tamen ſuſcipit ſacramentum, ſi ei non conferatur, licet non ad ſalutem. C

## Articvlvs IX.

*Vtrum pueri ſint baptizandi.*

Ad nonvm ſic proceditur. Videtur quòd pueri non ſint baptizandi. In eo enim qui baptizatur, requiritur intētio ſuſcipiendi ſacramentum, vt ſupra dictum eſt: *huiuſmodi autem intentionē non poſſunt pueri habere, cū non habeant vſum liberi arbitrij. ergo videtur quòd non poſſint ſuſcipere ſacramentum baptiſmi. D

¶ 2 Præt. Baptiſmus eſt fidei ſacramentum, vt ſupra dictum eſt: †ſed pueri non habent fidem, quæ conſiſtit in credentium voluntate, vt Aug.* dicit ſuper Ioan. Nec etiam poteſt dici, quòd ſaluentur in fide parentum: quia quandoque parentes ſunt infideles, & ſic magis per eorum infidelitatem damnarentur. ergo videtur, quòd pueri non poſſint baptizari.

¶ 3 Præt. 1. Pet. 3. dicitur, quòd homines ſaluos facit baptiſma, non carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in deum: ſed pueri neque conſcientiam habēt bonā vel malam, cum non habeant vſum rationis, neq; etiam conuenienter ipſi interrogantur, cum non intelligant. non ergo pueri debent baptizari. E

Sed contra eſt, quòd Dionyſ.* dicit vltimo cap. eccleſ. hierarch. Diuini noſtri duces, ſcilicet apoſtoli, probauerunt infantes recipi ad baptiſmum.

Reſpon. Dicendum, quòd ſicut Apoſtolus dicit Roma. 5. Si vnius delicto, mors regnauit per vnum, ſcilicet per Adam, multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iuſtitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum: pueri autem ex peccato Adæ, peccatum originale cōtrahunt: quod patet ex hoc, quòd ſunt mortalitati ſubiecti, quæ per peccatum primi hominis in omnes pertranſijt, vt Apoſtolus ibidem dicit. vnde multo magis pueri poſſunt per Chriſtum gratiam accipere, vt regnent in vita æterna: ipſe autem dominus dicit Ioan. 3. quòd niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spirituſancto, non poteſt introire in regnum dei. unde neceſſarium fuit pueros baptizari, vt ſicut per Adam damnationem incurrerunt naſcendo, ita per Chriſtum ſalutem conſequantur renaſcendo. Fuit etiam cōueniens pueros baptizari, vt a pueritia nutriti in his, quę ſunt Chriſtianæ vitæ, firmius in ea perſeuerent, ſecundum illud Prouerb. 22. Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit non recedet ab ea. & hanc rationem aſſignat Diony.† vlt. cap. eccl. hierar. A B

Cap. 7. eccl. hierar. non procul a fi.

Ad primvm ergo dicendum, quòd regeneratio ſpiritualis, quæ fit per baptiſmum, eſt quodammodo ſimilis natiuitati carnali, quantum ad hoc, quòd ſicut pueri in maternis vteris conſtituti, non per ſeipſos nutrimentum accipiunt, ſed ex nutrimento matris ſuſtentantur, ita etiam pueri nondum habentes vſum rationis, quaſi in vtero matris eccleſiæ conſtituti, non per ſeipſos, ſed per actum eccleſiæ ſalutem ſuſcipiunt. Vnde Auguſtinus † dicit in lib. de peccatorum meritis & remiſſione. * Mater eccleſia os maternum paruulis præbet, vt ſacris myſterijs imbuantur: quia nondum poſſunt corde proprio credere ad iuſtitiam, nec ore proprio confiteri ad ſalutem: †ſi autem propterea recte fideles vocātur, quoniam fidem per verba geſtantium quodammodo profitentur, cur etiam nō pœnitentes habeantur, cum per eorundem verba geſtantium, diabolo & huic ſæculo abrenuntiare monſtrentur? Et eadem ratione poſſunt dici intendentes non per actum proprię intentionis, cum ipſi quandoque contranitantur & plorent: ſed per actū eorum a quibus offeruntur. C D

†lib. 1. c. 25 circa fi. t. 7. * Alias, de meritis & remiſſione peccatorū. †eod. li. c 19 circa fi. t. 7.

Ad 2[m] dicendum, quòd ſicut Aug.* ſcribens Bonifacio dicit, in eccleſia ſaluatoris paruuli per alios credunt, ſicut ex alijs, quæ in baptiſmo remittuntur peccata traxerunt. Nec impeditur eorum ſalus, ſi parentes ſint infideles: quia ſicut †Auguſt. dicit, eidem Bonifacio ſcribens, offeruntur paruuli ad percipiendam ſpiritualem gratiam, non tam ab eis, quorum geſtantur manibus, quàmuis & ab ipſis, ſi & ipſi boni fideles ſunt, quàm ab vniuerſa ſocietate ſanctorū, atque fidelium. Ab omnibus namque offerri recte intelliguntur, quibus placet quòd offeruntur, & quorum charitate ad communionem ſancti ſpiritus adiunguntur: infidelitas autem propriorum parentum, etiam ſi eos poſt baptiſmum dæmoniorum ſacrificijs imbuere conentur, pueris non nocet: quia vt Aug.* ibidem dicit, puer ſemel generatus per aliorū voluntatē, deinceps non poteſt vinculo alienæ iniquitatis obſtringi, vbi nulla ſua voluntate conſentit, ſm̄ illud Ezech. 18. Sicut anima patris mea eſt, ita & anima filij. anima quæ peccauerit, ipſa morietur: ſed ideo, ex Adam traxit, ꝙ ſacramenti illius gratia ſolueretur, quia nondū erat anima ſeparatim viuens. Fides autem E

Epiſtol 23. tom. 2.

In ead. epi. 23. in med. tom. 2.

*¶ Super Quæſtionis ſexageſimæoctauæ Articulum nonū.*

In artic. 9. in reſponſione ad primum & ſecundum intellige accommodationem eſſe quandam in hoc, quòd eccleſia ꝓ paruulis credit, intendit, renantiat &c. Ad literam enim, quia ſimilitudo ex proprio deriuatur, cum inſtitutus eſſet ritus baptiſmi pro adultis, accommodatus eſt idem ritus ad paruulos, vt qđ proprie fit ab adultis, ſecundum quādam ſimilitudinem fieret a paruulo, nō proprio ſed eccleſiæ ore. Et quoniam ad ſolennitatē baptiſmi hæc ſpectāt, ideo ſine his baptiſmus factus valet.

¶ In reſponſione ad ſecundum, non ſic intelligas eccleſiæ fidem prodeſſe infanti, qui baptizatur, quaſi meritum fidei exiſtens in eccleſia, ſaluet infantem quoniam infans nō per fidem, ſed per fidei ſacramentum regulariter ſaluatur: ſed intellige eccleſię merita prodeſſe infanti, & iuxta articulum communionis ſanctorum & particulariter: tū orando pro infante, tum applicando eundem ſacramento ex corde puro & charitate plena.

vnius, immo tot ius eccleſiæ paruulo prodeſt per operationem Spiritu ſſancti, qui vnit eccleſiam, & bona vnius alteri comm unicat.

Ad 3[m] dicendum, quòd ſicut puer cum baptizatur non per ſeipſum, ſed per alios credit, ita non per ſeipſum, ſed per alios interrogatur, & interrogati cōfitentur fidem eccleſiæ in perſona pueri, qui huic fidei aggregatur per fidei ſacramentum. Conſcientiam autem bonam conſequitur puer etiam in ſeipſo: non quidem actu, ſed habitu per gratiam iuſtificantem.

### Articvlvs x.

*Vtrum pueri iudæorum uel aliorū infidelium ſint inuitis parentibus baptizandi.*

Ad decimvm ſic proceditur. Videtur quòd pueri iudæorū, vel aliorum infidelium ſint baptizandi, etiam inuitis parentibus. Magis enim debet homini ſubueniri contra periculum mortis ęternæ, q̃ contra periculū mortis temporalis: ſed in puero in periculo mortis temporalis exiſtēti eſt ſubueniendum, etiam ſi parentes per malitiam contraniterentur. ergo multo magis eſt ſubueniendū pueris infidelium filijs, per baptiſmū contra periculum mortis æternæ, etiam inuitis parentibus.

§ 2 Præt. Filij ſeruorum ſunt ſerui, & in poteſtate dominorum: ſed iudæi ſunt ſerui regum & principum, & quicumque etiam alij infideles. ergo abſque omni iniuria poſſunt principes filios iudæorum, vel aliorum ſeruorum infidelium facere baptizari.

§ 3 Præt. Quilibet homo eſt magis dei, a quo habet animam, quàm patris carnalis, a quo habet corpus. non eſt ergo iniuſtum, ſi pueri infidelium filij parentibus carnalibus auferantur, & deo per baptiſmum conſecrentur.

Sed contra eſt, ꝙ in decr.* diſt. 45. ex concilio Toletano ſic dicitur de iudęis, præcepit ſancta ſynodus nemini deinceps ad credendum vim inferre: non enim tales inuiti ſaluandi ſunt, ſed volentes, vt integra ſit forma iuſtitiæ.

diſ. 45. c. de iudæis. Ex Concil. Tolet. 4. c. 55.

Respon. Dicendum, ꝙ pueri infidelium filij, aut habēt vſum rationis, aut non habent: ſi autem habent, iam quantum ad ea, quæ ſunt iuris diuini vel naturalis, incipiunt ſuæ poteſtatis eſſe: & ideo propria voluntate inuitis parentibus poſſunt baptiſmū ſuſcipere, ſicut & matrimonium cōtrahere: & iō tales licite moneri poſſunt & induci ad ſuſcipiendū baptiſmū: ſi vero nondum habent vſum liberi arbitrij, ſecundum ius naturale ſunt ſub cura parentum, quandiu ipſi ſibi prouidere nō poſſunt. vnde etiam & de pueris antiquorū dicitur, ꝙ ſaluabantur in fide parentum: & ideo contra iuſtitiā naturalem eſſet, ſi tales pueri inuitis parentibus baptizarentur: ſicut ēt ſi aliquis habens vſum rōnis baptizaretur inuitus. eſſet ēt periculoſum taliter filios infidelium baptizare: quia de facili ad infidelitatē redirent, pp naturalē affectū ad parentes. & ideo nō habet hoc eccleſiæ conſuetudo, ꝙ filij infidelium inuitis parentibus baptizentur.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ a morte corporali nō eſt aliquis eripiendus contra ordinem iuris ciuilis, puta ſi aliquis a ſuo iudice condemnetur ad mortem, nullus debet eum violenter a morte eripere. vnde nec aliquis debet irrūpere ordinem iuris naturæ, quo filius eſt ſub cura patris, vt eum liberet a periculo mortis æternæ.

Ad 2[m] dicendum, quòd iudæi ſunt ſerui principum ſeruitute ciuili, quæ non excludit ordinem iuris naturalis vel diuini.

Ad 3[m] dicendum, quòd homo ordinatur ad deum per rationem, per quam deū cognoſcere poteſt: vnde puer antequàm vſum rationis habeat, naturali ordine ordinatur in deū per rationem parentum, quorū curæ naturaliter ſubiacet, & ſecūdū eorū diſpoſitionem ſunt circa ipſum diuina agenda.

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæoctauæ Articulūm decimum.*

2. 2. q. 10. ar. 12. Et quol. 2. art. 7. Et quol. 2. art. 7. & 11. cor.

In art. 10. in corpore articuli aduerte Auctorem ſentire, immo ſupponere filios infidelium fore vere baptizatos, ſi inuitis parentibus baptizarētur. Hoc. n. ſupponit ratio dicens eſſe periculoſum taliter filios infidelium baptizare: quia de facili ad infidelitatem redirent propter naturalem affectū ad parentes.

¶ Nec opus eſſe arbitror, diſputare hic cum Dur. & Petro de Pal. quoniam ex ſupradictis in ar. 7. ſatis apparet irrationabilem eſſe opinionem, dicentium voluntatem extrinſecam requiri ex parte baptizati infantis de neceſſitate ſacramenti.

¶ In eodem aduerte Auctorem, non facere differentiam quo ad propoſitum, inter filios iudæorum vel aliorum infidelium: difficultas tamen ſpecialis de iudęis ratione ſeruitutis non eſt omiſſa, ſed in reſponſione ad ſcđm ſoluta eſt.

¶ Vbi ſcito propter moleſtiam inſtātiū, & obijcientiū, quia filij ſeruorum poſſunt ab eis auferri, & ablati poſſunt baptizari, ut teſtatur eccleſiæ cōſuetudo de filijs æthiopū, qui Chriſtianis venduntur. ergo ſine ablatiōe media poſſent etiam ſeruorū infidelium filij inuitis parentibus baptizari: ipſa namq; ablatio non eſt medium neceſſariū ad licitum baptiſmū. Scito inquam diſtinguere inter id, quod fit per ſe, & quod fit per accidens: nam ꝑ ſe loquēdo, quantumcumque dominus poſſit auferre filium a ſeruo: nō tamen poteſt ea ratione auferre, ut baptizet illum: quia baptiſmus & ablatio ſunt diuerſorum iurium: quoniam baptiſmus iuris eſt diuini, ac per hoc ad patris ius ſpectans: ablatio uero ciuilis eſt iuris, ac per hoc ad domini ius ſpectat. Et propterea falſum eſt, quòd liceat ablatum filium a ſeruo, baptizare inuitis parentibus: ablatio enim ciuilis non tollit ius paternum erga diuina. Nec eccleſię conſuetudo habet, ut baptizentur infantes æthiopum prætentium: ſed illos tantum pueros, qui ut parentibus deſtituti habentur, baptizat, præſupponens huiuſmodi pueros uenales, tamquàm ſine parentibus eſſent. Et rationabiliter quidem: quoniā chaos magnum experimur interpoſitū, ita ut nulli umquam cōparuerint parentes pro filijs: nec filij poſtmodū reuerſi ſunt ad parentes: ſed nutriuntur totaliter Chriſtiani, & ſic perſeuerant.

¶ Multa hic omittimus circa pręſentis articuli materiam: quia in alijs Commentarijs meminimus nos ſcripſiſſe diffuſe.

4. diſ. 6. q. 1. ar. 1. q. 1. Et diſ. 23. q. 2. ar. 1. q. 1. 2. & 3.

### Articvlvs xi.

*Vtrum pueri in maternis uteris poſiti, ſint baptizandi.*

Ad vndecimvm ſic proceditur. Videtur quòd pueri in maternis vteris exiſtentes poſſint baptizari. Efficacius enim eſt donum Chriſti ad ſalutem, quàm peccatum Adæ ad damnationem, vt Apoſt. dicit Rom. 5. ſed pueri in maternis vteris damnantur propter peccatum Adæ. ergo multo magis ſaluari poſſunt per donum Chriſti: quod quidem fit per baptiſmum. ergo pueri in maternis vteris exiſtentes poſſunt baptizari.

§ 2 Præt. Puer in vtero matris exiſtens, aliquid matris eſſe videtur: ſed baptizata matre, baptizatur quicquid eſt eius intra ipſam exiſtens. ergo videtur ꝙ baptizata matre, baptizetur puer in vtero eius exiſtens.

§ 3 Præt. Mors æterna peior eſt, quàm mors corporalis: ſed de duobus malis minus malum eſt eligendū. ſi ergo puer in vtero matris exiſtens baptizari non poteſt, melius eſſet quòd mater aperiretur, & puer vi eductus baptizaretur, quàm quòd puer æternaliter damnaretur abſque baptiſmo decedens.

§ 4 Præt. Contingit quandoque, ꝙ aliqua pars pueri prius egreditur: ſicut legitur Gen. 38. ꝙ pariente Thamar, in ipſa effuſione infantium, vnus protulit manum,



in qua obſtetrix ligauit coccinum dicens, iſte egredietur prior, illo vero manum retrahente, egreſſus eſt alter: quandoque autem in tali caſu imminēt periculum mortis. ergo videtur quòd illa pars debeat baptizari, puero adhuc in materno vtero exiſtente.

Sed contra eſt, ꝙ Aug.* dicit in epiſt. ad Dardanū, Nemo renaſcitur niſi primo naſcitur: ſed baptiſmus eſt quædam ſpiritualis regeneratio. non ergo debet aliquis baptizari priuſquàm ex vtero naſcatur.

Epiſt. 57. in med. & tom. 2.

Respon. Dicendum, ꝙ de neceſſitate baptiſmi eſt, ꝙ corpus baptizādi, aliquo modo aqua abluatur, cum baptiſmus ſit quædam ablutio, vt ſupra dictum eſt:* corpus autem infantis antequàm naſcatur ex vtero, non poteſt aliquo modo ablui aqua, niſi forte dicatur, ꝙ ablutio baptiſmalis, qua corpus matris lauatur, ad filium in ventre exiſtentem perueniat: ſed hoc eſſe non poteſt: tum, quia anima pueri, ad cuius ſanctificationē ordinatur baptiſmus, diſtincta eſt ab anima matris: tum, quia corpus puerperij animati, iam eſt formatum, & per conſequens a corpore matris diſtinctū: & ideo baptiſmus quo mater baptizatur, non redundat in prolem, in vtero matris exiſtentem. vnde Aug.* dicit contra Iulianum, Si ad matris corpus id, quod in ea concipitur, pertinet, ita vt eius pars imputetur, non baptizaretur infans, cuius mater baptizata eſt aliquo mortis vrgente periculo, cum eū geſtaret in vtero: nunc vero cum ipſe etiam. ſ. infans baptizetur, non vtique ad maternum corpus, cum eſſet in vtero, pertinebat: & ita relinquitur quòd nullo modo infantes in maternis vteris exiſtentes, baptizari poſſunt.

...ar. 1.

...6. c. 5. ... longe ... med. ... 7.

Ad primvm ergo dicendum, quòd pueri in maternis vteris exiſtentes, nondum prodierunt in lucem, vt cum alijs hominibus vitam ducant: vnde nō poſſunt ſubijci actioni humanæ, vt per eorum miniſterium ſacramenta recipiant ad ſalutem: poſſunt tamen ſubijci operationi dei, apud quē viuunt, vt quodam priuilegio gratiæ ſanctificationem conſequantur, ſicut patet de ſanctificatis in vtero.

Ad 2[m] dicendum, ꝙ membrum interius matris eſt aliquid eius per continuationē & vnionē naturalem partis ad totum: puer autem in vtero matris exiſtens, eſt aliquid eius per quandam colligationem corporū diſtinctorum: vnde non eſt ſimilis ratio.

Ad 3[m] dicendum, quòd non ſunt facienda mala, vt veniant bona, vt dicitur Rom. 3. & ideo non debet homo occidere matrem, vt baptizet puerum: ſi tamen mater mortua fuerit viuente prole in vtero, debet aperiri, vt puer baptizetur.

Ad 4[m] dicendum, ꝙ expectanda eſt totalis egreſſio pueri ex vtero ad baptiſmum, niſi mors immineat: ſi tamen primo caput egrediatur, in quo fundantur omnes ſenſus, debet baptizari periculo imminente, & non eſt poſtea rebaptizandus, ſi cū perfecte naſci contigerit. Et videtur idem faciendum quæcumque alia pars egrediatur, periculo imminente: quia tamen in nulla exteriorum partium integritas vitæ, ita conſiſtit ſicut in capite, videtur quibuſdam quòd propter dubium, quacumq; alia parte corporis abluta, puer poſt perfectam natiuitatem ſit[d] baptizandus ſub hac forma, Si[d] non es baptizatus, ego te baptizo.

D. 165. D. 183.

### Articvlvs xii.

*Vtrum furioſi & amentes debeant baptizari.*

...4. q. 3. ...q. 3. Et ...18. q. 1. ...4. q. 1. ... Et ver. ...3. art. 3. ...4.

Ad dvodecimvm ſic proceditur. Videtur ꝙ furioſi & amentes non debeant baptizari. Ad ſuſceptionem enim baptiſmi requiritur intentio in eo, qui baptizatur, vt ſupra dictum eſt:* ſed furioſi & amentes, cum careant vſu rationis, non poſſunt habere ordinatam intentionem. ergo non debent baptizari.

*Art. 7. huius quæſt.

§ 2 Præt. Homo bruta animalia ſuperexcedit in hoc, quòd habet rationem: ſed furioſi & amentes non habent vſum rationis: & quandoque etiam in eis non expectatur, ſicut expectatur in pueris. ergo videtur ꝙ ſicut bruta animalia non baptizantur, ita nec tales furioſi & amentes debeant baptizari.

§ 3 Præt. Magis eſt ligatus vſus rationis in furioſis, vel amentibus, quàm in dormiētibus: ſed baptiſmus non conſueuit dari dormientibus. ergo non debet dari amentibus & furioſis.

Sed contra eſt, ꝙ Aug.* dicit 4. confeſ. de amico ſuo, qui cum deſperaretur baptizatus eſt neſciens: & tamen baptiſmus in eo efficaciā habuit. ergo carentibus vſu rationis, aliquando baptiſmus dari debet.

Lib. 4. c. 4. parū ante med. to. 1.

Respon. Dicendum, ꝙ circa amentes & furioſos eſt diſtinguendum: quidam enim ſunt a natiuitate tales, nulla habentes lucida interualla: in quibus etiā nullus vſus rationis apparet: & de talibus quantum ad baptiſmi ſuſceptionem, videtur eſſe idem iudicium & de pueris, qui baptizantur in fide eccleſiæ, vt ſupra dictum eſt.* Alij vero ſunt amentes, qui ex ſana mente, quam habuerunt prius, in amentiam inciderunt. Et tales ſunt iudicādi ſecundum voluntatem quam habuerūt, dum ſanæ mentis exiſterent: & ideo ſi tunc apparuit in eis volūtas ſuſcipiendi baptiſmū, debet eis exhiberi in furia & amentia conſtitutis, ēt ſi tunc actu contradicant: alioquin ſi nulla voluntas ſuſcipiendi baptiſmū in eis apparuit, dum ſanæ mentis eſſent, nō ſunt baptizandi: quidam vero ſunt, qui etſi a natiuitate fuerint furioſi vel amentes, habent tamen aliqua lucida interualla, in quibus recta ratione vti poſſunt: vnde ſi tunc baptizari voluerint, baptizari poſſunt etiā in amentia conſtituti Et debet eis tunc ſacramentum conferri ſi periculū timeatur: alioquin melius eſt, vt tēpus expectetur in quo ſint ſanæ mentis, ad hoc, quòd deuotius ſuſcipiant ſacramentum: ſi autem tempore lucidi interualli nō appareat in eis voluntas ſuſcipiendi baptiſmum, baptizari non debent in amentia cōſtituti. quidam vero ſunt, qui etſi non omnino ſanæ mentis exiſtant, intantum tamen ratione vtuntur, quòd poſſunt de ſua ſalute cogitare, & intelligere ſacramenti virtutem. Et de talibus idem eſt iudicium, ſicut de his, qui ſanæ mentis exiſtunt, qui baptizantur volentes, non autem inuiti.

Ar. 9. huius quæſt.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ amentes qui numquā habuerūt, nec habent vſum rationis, baptizantur ex intentione eccleſiæ, ſicut & ex actu* eccleſię credūt & pœnitent, ſicut ſupra de pueris dictū eſt.† illi vero qui aliquo tempore habuerunt, vel habent vſum rationis, ſecundum propriam intentionem baptizātur, quam habent vel habuerunt tempore ſanæ mentis.

Alias, ritu. † art. 9. huius quæſt.

Ad 2[m] dicendum, quòd furioſi, vel amentes carent vſu rationis per accidēs, ſcilicet propter aliquod impedimentum organi corporalis: non autem propter defectum animę rationalis, ſicut bruta animalia. vnde non eſt de his ſimilis ratio.

Ad 3[m] dicendū, ꝙ dormientes non ſunt baptizandi, niſi periculū mortis immineat, in quo caſu baptizari debent, ſi prius in eis volūtas apparuit ſuſcipiendi baptiſmum, ſicut & de amentibus dictum eſt:* ſicut Aug.† narrat in 4. lib. confeſ. de amico ſuo, qui baptizatus eſt neſciens, propter periculum mortis.

In corp. ar. † lib. 4. c. 4. parū ante med. to. 1.

## QVAESTIO LXIX.

*De effectibus baptiſmi, in decem articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt, de effectibus baptiſmi.

Et circa hoc quæruntur decem.

¶Primo, Vtrum per baptiſmũ auferantur oĩa peccata.
¶Secundo, Vtrum per baptiſmum liberetur homo ab omni pœna.
¶Tertio, Vtrum baptiſmus auferat pœnalitates huius vitæ.
¶Quarto, Vtrum per baptiſmum conferantur homini gratiæ & virtutes.
¶Quinto, De effectibus virtutum, qui per baptiſmum conferuntur.
¶Sexto, Vtrum etiam paruuli in baptiſmo gratias & virtutes accipiant.
¶Septimo, Vtrum per baptiſmum aperiatur baptizatis ianua regni cæleſtis.
¶Octauo, Vtrum baptiſmus æqualem effectũ habeat in omnibus baptizatis.
¶Nono, Vtrum fictio impediat effectum baptiſmi.
¶Decimo, Vtrum recedente fictione, baptiſmus obtineat ſuum effectum.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum per baptiſmum tollantur omnia peccata.*

[2. di. 32. q. 1 art. 1. & 4. di. 4. q. 2. ar. 1. q. 1. & di. 17. q. 3. ar. 5 q. 1. Et 4. con. c. 59. & 72. Heb. 6. fi.]

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd per baptiſmum non tollantur omnĩa peccata. Baptiſmus. n. eſt quædã ſpiritualis regeneratio, quæ cõtraponitur generationi carnali: ſed per generationẽ carnalem homo contrahit ſolum originale peccatum. ergo per baptiſmum ſoluitur ſolum originale peccatum.

¶ 2 Præt. Pœnitentia eſt ſufficiens cauſa remiſſionis actualium peccatorum: ſed ante baptiſmum in adultis requiritur pœnitentia, ſecundum illud Act. 2. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum. ergo baptiſmus nihil operatur circa remiſſionem actualium peccatorum.

¶ 3 Præt. Diuerſorum morborum diuerſæ ſunt medicinæ: quia ſicut Hieronym.* dicit, non ſanat oculum, quod ſanat calcaneum: ſed peccatum originale, quod per baptiſmum tollitur, eſt aliud genus peccati a peccato actuali. ergo non omnia peccata remittuntur per baptiſmum.

[Mat. 9. ſup illud verb. Hoc genus dæmoniorũ non eiicitur, niſi &c. to. 9.]

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Ezech. 36. Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut Apoſtolus dicit Roma. 6. Quicumque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Et poſtea concludit, Ita & vos exiſtimate mortuos quidem eſſe peccato, viuentes autem deo in Chriſto Ieſu domino noſtro. Ex quo patet, quòd per baptiſmum homo moritur vetuſtati peccati, & incipit viuere nouitati gratiæ: omne autem peccatum ad priſtinam vetuſtatem pertinet. vnde conſequens eſt, quòd omne peccatum per baptiſmum tollatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut Apoſtolus dicit Roma. 5. Peccatum Adæ non tantum poteſt, quantum poteſt donum Chriſti, quod in baptiſmo percipitur. Nam iudicium ex vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem. vnde & Auguſt.* dicit in lib. de baptiſmo paruulorum, quòd generante carne tantũmodo trahitur peccatum originale: regenerante autem ſpiritu, non ſolum originalium, ſed etiam voluntariorum fit remiſſio peccatorum.

[Li. 1. de pec. cat. merit. & remiſ. c. 15. in fi. to. 7.]

AD 2^m dicendum, quòd nullius peccati remiſſio fieri poteſt, niſi per virtutem paſſionis Chriſti: vnde & Apoſtolus dicit Hebr. 9. quòd ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio. vnde motus humanæ voluntatis, qui eſt in pœnitente, non ſufficeret ad remiſſionem culpæ, niſi adeſſet fides paſſionis Chriſti, & propoſitum participandi ipſam, vel ſuſcipiendo baptiſmum, vel ſubijciendo ſe clauibus eccleſiæ: & ideo G quando aliquis adultus pœnitens ad baptiſmum accedit, cõſequitur quidem remiſſionem omnium peccatorum ex propoſito baptiſmi: perfectius autem ex reali ſuſceptione baptiſmi.

AD 3^m dicendum, quòd ratio illa procedit de particularibus medicinis: baptiſmus autem operatur in virtute paſſionis Chriſti, quæ eſt vniuerſalis medicina omnium peccatorum: & ideo per baptiſmum omnia peccata tolluntur.

### ARTICVLVS II.

*Vtrum per baptiſmum liberetur homo ab omni reatu peccati.*

[Sup. q. 68. art. 5. & 3. di. 19. q. 1. ar. 4 di. 4 q. 1. ar. 1. q. 2 & ar. 3. q. 1. Et di. 7 q. 1. ar. 1. q. 1. Et 4. cõ. c. 58. 59. & 72. Et R. 11. 1 & 4. Et Hebr. 6. fin.]

H AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd per baptiſmum nõ liberetur homo ab omni reatu peccati. Dicit enim Apoſt. Ro. 13. Quæ a deo ſunt, ordinata ſunt: ſed culpa non ordinatur, niſi per pœnam, vt Aug.* dicit. ergo per baptiſmum non tollitur reatus pœnæ præcedentium peccatorum.

¶2 Præt. Effectus ſacramenti aliquã ſimilitudinem habet cum ipſo ſacramento: quia ſacramenta nouę legis efficiunt quod figurant, vt ſupra* dictum eſt: ſed ablutio baptiſmalis habet quidẽ aliquam ſimilitudinem cum ablutione maculæ: nullam autem ſimilitudinem I habere videtur cum ſubtractione reatus pœnæ. non ergo per baptiſmum tollitur reatus pœnæ.

[*li. 1. retrac. c. 9. & l. 3. de lib. arb. c. 18 to. 1. †q. 62. ar. 3.]

¶3 Præt. Sublato reatu pœnæ, aliquis non remanet dignus pœna, & ita iniuſtum eſſet eum puniri. ſi igitur per baptiſmum tollitur reatus pœnæ, iniuſtum eſſet, poſt baptiſmum ſuſpendere latronem, qui ante homicidium commiſit, & ita per baptiſmum tolleretur rigor humanæ diſciplinæ, quod eſt inconueniens. nõn ergo per baptiſmum tollitur reatus pœnæ.

SED CONTRA eſt, q Ambr.* dicit ſuper illud Ro. 11. Sine pœnitentia ſunt dona & vocatio dei, Gratia, inquit, dei in baptiſmo gratis omnia condonat.

[*Sup. illud ad Ro. 11. tom. 5.]

RESPON. Dicendum, q, ſicut ſupra* dictum eſt, K per baptiſmum aliquis incorporatur paſſioni & morti Chriſti, ſecundum illud Rom. 6. Si mortui ſumus cum Chriſto, credimus, quia ſimul etiam viuemus cũ eo. ex quo patet, quòd omni baptizato communicatur paſſio Chriſti ad remediũ, acſi ipſe paſſus & mortuus eſſet. Paſſio autem Chriſti, ſicut dictum eſt,* eſt ſufficiens ſatisfactio pro omnibus peccatis omnium hominum: & ideo ille, qui baptizatur, liberatur a reatu totius pœnæ, ſibi debitæ pro peccatis, acſi ipſe ſufficienter ſatisfeciſſet pro omnibus peccatis ſuis.

[Ar. præced. & q. 62. ar. 5. ad 1. & articu. 2.]

[q. 68. ar. 5.]

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia pœna paſſionis Chriſti cõmunicatur baptizato, inquantum fit membrum Chriſti, acſi ipſe pœnam illam ſuſtinuiſſet, ideo eius peccata remanent ordinata per pœnam paſſionis Chriſti.



AD 2^m dicendum, quòd aqua non ſolum abluit, ſed etiam refrigerat. et ita ſuo refrigerio ſignificat ſubtractionem reatus pœnæ, ſicut ſua ablutione ſignificat emundationem a culpa.

AD 3^m dicendum, quòd in pœnis, quæ iudicio humano inferuntur, non ſolum attenditur qua pœna ſit homo dignus quo ad deum, ſed etiam in quo ſit obligatus quo ad homines, qui læſi & ſcandalizati ſunt per peccatum alicuius. et ideo licet homicida per baptiſmum liberetur a reatu pœnæ quo ad deum, remanet tñ obligatus adhuc quo ad hoĩes, quos iuſtũ eſt ædificari de pœna, ſicut ſunt ſcandalizati de culpa: pie tamen talibus princeps poſſet pœnã indulgere.

### ARTICVLVS III.

*Vtrum per baptiſmum debeant auferri pœnalitates præſentis uitæ.*

[D. 68.]

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd per baptiſmum debeant auferri pœnalitates præſentis vitæ. Vt enim Apoſt. dicit Ro. 5. Donum Chriſti potentius eſt, quàm peccatum Adæ: ſed per peccatum Adæ (vt ibidem Apoſtolus dicit) mors in hunc mundum intrauit, & per conſequens omnes aliæ pœnalitates præſentis vitæ. ergo multo magis per donũ Chriſti, quod in baptiſmo percipitur, homo a pœnalitatibus præſentis vitæ debet liberari.

¶ 2 Præt. Baptiſmus aufert & culpam originalem & actualem, ſicut ſupra dictum eſt:* ſic autem aufert actualem culpam, quòd liberat ab omni reatu pœnæ conſequente actualem culpam. ergo etiam liberat a pœnalitatibus præſentis vitæ, quæ ſunt pœna originalis peccati.

¶ 3 Præt. Remota cauſa, remouetur effectus: ſed cauſa harum pœnalitatum eſt peccatum originale, quod tollitur per baptiſmum. ergo non debent huiuſmodi pœnalitates remanere.

SED CONTRA eſt, quòd ſuper illud Rom. 6. Deſtruatur corpus peccati, dicit gl.* Per baptiſmum id agitur, vt vetus homo crucifigatur, & corpus peccati deſtruatur, non ita vt in ipſo viuente carnis concupiſcentia reſperſa & innata, repente abſumatur, & nõ ſit: ſed ne obſit mortuo, quæ inerat nato. ergo pari ratione, nec aliæ pœnalitates per baptiſmũ tolluntur.

RESPON. Dicendum, quòd baptiſmus habet virtutem auferendi pœnalitates præſentis vitæ, non tamen eas aufert in præſenti vita: ſed eius virtute auferentur a iuſtis in reſurrectione, quando mortale hoc induet ĩmortalitatem, vt dicitur primæ Cor. 15. Et hoc rationabiliter, primo quidem: quia per baptiſmum homo incorporatur Chriſto, & efficitur membrum eius, vt ſupra dictum eſt.* et ideo conueniens eſt, vt id agatur in membro incorporato, quòd eſt actum in capite. Chriſtus autem a principio ſuæ conceptionis fuit plenus gratia & veritate: habuit tamẽ corpus paſſibile, quod poſt paſſionem & mortem eſt ad vitam glorioſam reſuſcitatum. vnde & Chriſtianus in baptiſmo gratiam conſequitur, quantum ad animam: habet tamen corpus paſſibile, in quo pro Chriſto poſſit pati, ſed tandem reſuſcitabitur ad impaſſibilem vitam. vnde Apoſtolus dicit Rom. 8. Qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra propter inhabitantem ſpiritum eius in vobis. & infra eodem, hæredes quidem dei, cohæredes autem Chriſti: ſi tamen compatimur, A vt & ſimul glorificemur. Secundo hoc eſt conueniẽs, propter ſpirituale exercitium, vt videlicet contra concupiſcentiam, & alias paſſibilitates pugnans homo, victorię coronam acciperet. vnde ſuper illud Rom. 6. Vt deſtruatur corpus peccati, dicit gloſſ.* Si poſt baptiſmum vixerit homo in carne, habet concupiſcentiam cum qua pugnet, eamq; adiuuante deo ſuperet: in cuius figuram dicitur Iudic. 3. Hæ ſunt gentes, quas dominus dereliquit, vt erudiret in eis Iſraelem, & poſtea diſcerent filij eorum certare cum hoſtibus, & habere conſuetudinem præliandi. Tertio hoc fuit conueniens, ne homines ad baptiſmum accederent propter impaſſibilitatem præſentis vitæ, & non pro- B pter gloriam vitæ ęternæ. vnde & Apoſtolus dicit primę Cor. 15. Si in hac vita tantum ſperantes ſumus in Chriſto, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus.

[*Eſt Aug. lib. 1. de baptiſ. paruu. c. 39. circa prin. to. 7.]

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd (ſicut gloſſ. dicit Ro. 6. ſuper illud, Vt vltra non ſeruiamus pctõ) ſicut aliquis capiens hoſtem atrociſſimũ, non ſtatim interficit eum, ſed patitur eum cum dedecore & dolore aliquantulũ viuere, ita & Chriſtus pęnam prius alligauit, in futuro autem perimet.

AD 2^m dicendum, quòd ſicut ibidem dicit gloſſ.* duplex eſt pœna peccati, gehennalis & temporalis. Gehennalem prorſus deleuit Chriſtus, vt eam non ſentiant baptizati & vere pœnitentes: temporalem C vero nondum penitus tulit: manet enim fames, ſitis & mors, & huiuſmodi: ſed regnum & dominiũ eius deiecit, vt ſcilicet hoc homo non timeat, & tandem in nouiſſimo eandem penitus exterminabit.

[*gl. ord. ſup illud ad Rom. 6. hõ noſter ſimul crucifixus.]

AD 3^m dicendum, quòd (ſicut in ſecunda parte dictum eſt*) peccatum originale hoc modo proceſſit, quòd primo perſona infecit naturam, poſtmodum vero natura infecit perſonam. Chriſtus vero conuerſo ordine prius reparat, id quod perſonæ eſt, & poſtmodum ſimul in omnibus reparabit, id quod naturæ eſt: et ideo culpam originalis peccati, & etiam pœnã carentiæ viſionis diuinę, quæ reſpiciunt perſonam, ſtatim per baptiſmum tollit ab homine: ſed pœnali- D tates præſentis vitæ (ſicut mors, fames, ſitis, & alia huiuſmodi) reſpiciunt naturam, ex cuius principijs cauſantur, prout eſt deſtituta originali iuſtitia: et ideo iſti defectus non tollentur, niſi in vltima reparatione naturæ, per reſurrectionem glorioſam.

[*1. 2. q. 81. art. 1.]

### ARTICVLVS IIII.

*Vtrum per baptiſmum conferantur homini gratia & uirtutes.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd per baptiſmum non conferantur homini gratia E & virtutes: quia ſicut ſupra dictum eſt,* ſacramenta nouæ legis efficiunt quod figurant: ſed per ablutionem baptiſmi ſignificatur emundatio animæ a culpa, non autem informatio animæ per gratiam & virtutes. videtur igitur, quòd per baptiſmum non conferantur homini gratia & virtutes.

[Infra q. 71. art. 3. cor. Et 4. diſ. 3. ar. 1. q. 3. c. & q. 3. ar. 1. q. 2 ad 2. et di. 4. q. 2. artic. 2. q. 2. & di. 9. art. 1. q. 2. cor. Et di. 18. q. 1. art. 3. q. 1. cor.]

¶ 2 Præt. Illud, quod iam aliquis adeptus eſt, non indiget iterum ſuſcipere: ſed aliqui accedunt ad baptiſmum, iam habentes gratiam & virtutes: ſicut Act. 10. legitur, vir quidam erat in Cæſarea, nomine Cornelius, Centurio cohortis, quæ dicitur italica, religioſus & timens deum: qui tamen poſtea a Petro baptizatus eſt. non ergo per baptiſmum conferuntur gratia & virtutes.

[*q. 60. ar. 2. et 62 art. 3. & q. præc. art. 2.]

¶ 3 Præt.

¶ 3 Præt. Virtus eſt habitus, ad cuius rationem pertinet, quòd ſit qualitas difficile mobilis, per quam aliquis faciliter & delectabiliter operetur: ſed poſt baptiſmum remanet in hominibus pronitas ad malum, per quod tollitur virtus, & conſequitur difficultatem quis ad bonum, quod eſt actus virtutis. ergo per baptiſmum non cõſequitur homo gratiam & virtutes.

Sed contra eſt, quòd ad Titum 3. dicit Apoſtolus, ſaluos nos fecit per lauacrũ regenerationis, (id eſt per baptiſmum) & renouationis Spiritusſancti, quem effudit in nos abunde, ideſt, ad remiſſionem peccatorum & copiam virtutum, vt gloſſ.* ibi exponit. ſic ergo ĩ baptiſmo datur gratia Spiritusſancti & copia virtutum:

* gl. interli. ibid.

Lib. 1. c. 26. a med. to. 7

Respon. Dicendum, ꝙ (ſicut Auguſtinus dicit in lib. de Baptiſmo paruulorum) ad hoc baptiſmus valet, vt baptizati Chriſto incorporentur, vt membra eius. A capite autem Chriſto, in omnia membra eius, gratiæ & virtutis plenitudo deriuatur, ſecũdum illud Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus. vnde manifeſtum eſt, quòd per baptiſmum aliquis conſequitur gratiam & virtutes.

Ad primum ergo dicendum, quòd (ſicut aqua baptiſmi per ſuam ablutionem ſignificat emundationem culpæ, & per ſuum refrigerium ſignificat liberationem a pœna, ita per naturalem claritatem ſignificat ſplendorem gratiæ & virtutum.

Q. 68. ar. 2.

Ad 2m dicendum, quòd ſicut dictum eſt, quòd remiſſionem peccatorum aliquis conſequitur ante baptiſmum, ſecundum quòd habet baptiſmum in voto vel explicite vel implicite: & tamẽ cum realiter ſuſcipit baptiſmum, fit plenior remiſſio quantum ad liberationem a tota pœna, ita etiam ante baptiſmum Cornelius, & alij ſimiles conſequuntur gratiam & virtutes, per fidem Chriſti & deſiderium baptiſmi implicite vel explicite, poſtmodum tamen in baptiſmo maiorem copiam gratiæ & virtutum conſequuntur: vnde ſuper illud Pſalm. 22. Super aquam refectionis educauit me, dicit glo.* Per augmentum virtutis & bonæ operationis educauit in baptiſmo.

* ex gl. interl. colligitur ibid.

Ad 3m dicendum, quòd difficultas ad bonum, & pronitas ad malum, inueniuntur in baptizatis, non propter defectum habitus virtutum: ſed propter concupiſcentiam, quæ non tollitur in baptiſmo: ſicut tamen per baptiſmum diminuitur concupiſcentia, vt non dominetur, ita etiam diminuitur vtrũque dictorum,* ne homo ab his ſuperetur.

* In iſta ſolut.

## Articvlvs v.

### *Vtrum conuenienter attribuantur baptiſmo quidam actus uirtutum.*

4. di. 4. q. 2. art. 2. q. 3. 4. & 5. Et diſt. 5. q. 2. art. 1. qõ. 2. cor. & ad 1. Et ar. 5. q. 1 cor. Et diſt. 18. q. 1. art. 2. q. 1. ad 1. Et quol. 6. art. 4.

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur quòd inconuenienter attribuantur baptiſmo pro effectibus quidam actus virtutum, ſcilicet incorporatio ad Chriſtum, illuminatio, & fœcundatio. non enim baptiſmus datur adulto, niſi fideli, ſecundum illud Mar. vlt. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: ſed per fidem aliquis incorporatur Chriſto ſecũdum illud Epheſio. 3. Habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris. ergo nullus baptizatur, niſi iam Chriſto incorporatus. non ergo eſt effectus baptiſmi incorporari Chriſto.

¶ 2 Præt. Illuminatio fit per doctrinam, ſecundum illud Epheſ. 3. Mihi omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hæc, illuminare omnes, &c. ſed doctrina præcedit baptiſmum in catechiſmo. non ergo eſt effectus baptiſmi.

¶ 3 Præt. Fœcũditas pertinet ad generationem actiuam: ſed per baptiſmum aliquis regeneratur ſpiritualiter: ergo fœcunditas non eſt effectus baptiſmi.

Sed contra eſt quòd Auguſt. † dicit in lib. de Baptiſmo paruulorum, quòd ad hoc valet baptiſmus, vt baptizati Chriſto incorporentur. Dion.* etiã 2. c. eccl. hierarch. illuminationem attribuit baptiſmo. et ſuper illud Pſalm 22. ſuper aquam refectionis, dicit glo. quòd anima peccatorum ariditate ſterilis, fœcundatur per baptiſmum.

† li. 1. c. 26. a med. to. 7

* c. 2. ec l. hierar p. 1. & 2.

* eſt gl. Caſſiod. ſuper hunc locum pſal. 22.

Respon. Dicendum, quòd per baptiſmum aliquis regeneratur in ſpiritualem vitam, quæ eſt propria fidelium Chriſti, ſicut Apoſtolus dicit Gal. 2. Quòd autem nũc viuo in carne, in fide viuo filij dei. vita autem nõ eſt, niſi membrorum capiti vnitorum, a quo ſenſum & motum ſuſcipiunt: & ideo neceſſe eſt, ꝙ per baptiſmum aliquis incorporetur Chriſto, quaſi membrum ipſius. ſicut autem a capite naturali deriuatur ad membra ſenſus & motus, ita a capite ſpirituali, quod eſt Chriſtus, deriuatur ad membra eius, ſenſus ſpiritualis, qui conſiſtit in cognitione veritatis, & motus ſpiritualis, qui eſt per gratiæ inſtinctum. vnde Ioan. 1. dicitur, vidimus eum plenum gratiæ & veritatis, & de plenitudine eius nos omnes accepimus. et ideo conſequens eſt, quòd baptizati illuminentur a Chriſto circa cognitionem veritatis, & fœcundentur ab eo fœcunditate bonorum operum per gratiæ infuſionem.

Ad primum ergo dicendum, quòd adulti prius credentes in Chriſtũ, ſunt ei incorporati mentaliter: ſed poſtmodum cum baptizantur, incorporantur ei quodammodo corporaliter, ſcilicet per viſibile ſacramentum, ſine cuius propoſito nec mentaliter incorporari potuiſſent.

Ad 2m dicendum, quòd doctor illuminat exterius per miniſteriũ, catechizando: ſed deus illuminat interius baptizatos, præparans corda eorum ad recipiendam doctrinam veritatis, ſecundum illud Ioã 6. Eſt ſcriptum in prophetis, erũt omnes docibiles dei.

Ad 3m dicendum, quòd effectus baptiſmi ponitur fœcunditas, qua aliquis producit bona opera: nõ autem fœcunditas, qua aliquis generat alios in Chriſto, ſicut Apoſtolus dicit 1. ad Cor. 4. In Chriſto Ieſu per euangelium ego vos genui.

## Articvlvs vi.

### *Vtrum pueri in baptiſmo conſequantur gratiam & uirtutes.*

Ad sextvm ſic proceditur. Videtur quòd pueri in baptiſmo non conſequantur gratiam & virtutes. Gratia enim & virtutes non habentur ſine fide & charitate: ſed fides, vt Aug.* dicit, conſiſtit in credentium voluntate, ſimiliter etiam charitas conſiſtit in diligentium voluntate: cuius vſum pueri non habent, & ſic non habent fidem & charitatem. ergo pueri in baptiſmo non recipiunt gratiam & virtutes.

¶ 2 Præt. ſuper illud Ioan. 14. Maiora horum faciet, dicit Aug. † quòd ex impio iuſtus fiat, in illo, ſed non ſine illo Chriſtus operatur: ſed puer cum non habeat vſum liberi arbitrij, non cooperatur Chriſto ad ſuam iuſtificationem: immo quãdoque pro poſſe renititur. ergo non iuſtificatur per gratiam & virtutes.

22. qõ. 17. ar. 14. 2 1 j. & 4. diſt 4. q. 2. art. 2. q. 1. Et diſt. 17. q. 1. ar. 3. q. 2. co. & ad 3. Et diſt. 18. q. 1. art. 3. q. 1. cor.

* epiſt. 23. nõ remote a fin. to. 2.

† tract. 72. Ioã. a med. tom. 9.



¶ 3 Præt. Rom. 4. dicitur, Ei, qui non operatur, credenti autem in eum qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſtitiam, ſecundum propoſitum gratiæ dei: ſed puer non eſt credens in eum, qui iuſtificat impium. ergo non conſequitur gratiam iuſtificantem, neque virtutes.

¶ 4 Præt. Quod ex carnali intentione agitur, non videtur habere ſpiritualem effectum: ſed quandoque pueri ad baptiſmum deferuntur carnali intentione, vt ſcilicet corporaliter ſanentur. non ergo conſequuntur ſpiritualem effectum gratiæ & virtutum.

Sed contra eſt, quòd Aug.* dicit in Enchir. Paruuli renaſcendo moriũtur illi peccato, quod naſcendo cõtraxerunt. ac per hoc ad illos etiam pertinet quod dicitur, Conſepulti ſumus cum illo per baptiſmum in mortem (ſubditur autem) vt quomodo Chriſtus ſurrexit a mortuis, per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus: ſed nouitas vitæ eſt per gratiam & virtutes. ergo pueri in baptiſmo gratiam & virtutes conſequuntur.

* Enchirid. c. 42. ante med. to. 3.

Respon. Dicendum, quòd quidam antiqui poſuerunt, quòd pueris in baptiſmo non dantur gratia & virtutes, ſed imprimitur eis character Chriſti, cuius virtute, cum ad perfectam ætatem venerint, cõſequuntur gratiam & virtutes. Sed hoc patet eſſe falſum dupliciter. Primo quidem, quia pueri ſicut & adulti, in baptiſmo efficiuntur membra Chriſti, vnde neceſſe eſt, quòd a capite recipiant influxum gratiæ & virtutis. Secundo, quia ſecundum hoc pueri decedentes poſt baptiſmum, non peruenirent ad vitam æternam: quia, vt dicitur Roman. 6. Gratia dei eſt vita æterna. et ita non profuiſſet eis ad ſalutem, baptizatos fuiſſe. Cauſa autem erroris fuit, quia neſcierunt diſtinguere inter habitum & actum. et ſic videntes pueros inhabiles ad actus virtutum, crediderunt eos poſt baptiſmum nullatenus virtutem habere: ſed iſta impotentia operandi, non accidit pueris ex defectu habituum, ſed ex impedimento corporali: ſicut etiam dormientes, quamuis habeant habitus virtutum, impediuntur tamen ab actibus propter ſomnum.

Ad primum ergo dicendum, quòd fides & charitas conſiſtunt in voluntate hominum, ita tamen quòd habitus harum, & aliarum virtutum requirunt potentiam voluntatis, quæ eſt in pueris: ſed actus virtutum requirunt actum voluntatis, qui non eſt in pueris. Et hoc modo Auguſt.* dicit libro de baptiſmo paruulorum, quòd paruulum, etſi nondum illa fides, quæ in credentium voluntate conſiſtit, iam tamen ipſius fidei ſacramentum (quod ſcilicet cauſat habitum fidei) fidelem facit.

* epiſt. 23. ad Bonifa. procul a fin. to. 2.

Ad 2m dicendum, quòd (ſicut Augſt. dicit in lib. de Charitate) nemo ex aqua & Spiritu ſancto renaſcitur niſi volens, quod non de paruulis, ſed de adultis intelligendum eſt. Et ſimiliter de adultis intelligendum eſt, quòd homo a Chriſto ſine ipſo non iuſtificatur. Quòd autem paruuli baptizandi, prout viribus poſſunt, reluctantur, non eis imputatur: quia intantum neſciunt quod faciunt, vt nec facere videantur: vt Aug.* dicit in lib. de præſentia dei ad Dardanum.

* epiſt. 57. ad med. to. 2.

Ad 3m dicendum, quòd (ſicut Aug. dicit) paruulis mater eccleſia aliorum pedes accommodat, vt veniant, aliorum cor vt credant, aliorum linguam vt fateantur. et ita pueri credunt, non per actum propriũ, ſed per fidem eccleſiæ, quæ eis communicatur. et huius fidei virtute conferuntur eis gratia & virtutes.

Ad 4m dicendum, quòd carnalis intentio deferentium pueros ad baptiſmum, nihil eis nocet, ſicut nec culpa vnius nocet alteri niſi conſentiat. vnde Aug.* dicit in epiſtola ad Bonifacium, non illud te moueat, quòd quidam non ea fide ad baptiſmum percipiendum paruulos ferunt, vt gratia ſpirituali ad vitam regenerentur æternam: ſed hoc eos putant remedio corporalem retinere vel recipere ſanitatem: nõ enim propterea illi non regenerantur, quia non ab iſtis hac intentione offeruntur.

* De conſecrat. di. 4. c. mater eccl. epiſt. 23. parũ añ med. to. 2. Et l. 1. de pecca. meri. c. 25. in fin. to. 7.

## Articvlvs vii.

### *Vtrum effectus baptiſmi ſit apertio ianuæ regni cæleſtis.*

Ad septimvm ſic proceditur. Videtur quòd effectus baptiſmi non ſit apertio ianuæ regni cæleſtis. Illud enim quod eſt apertum, non indiget apertione: ſed ianua regni cæleſtis eſt aperta per paſſionem Chriſti: vnde Apoca. 4. dicitur, Poſt hæc vidi oſtium magnum apertum in cælo. non eſt ergo effectus baptiſmi, apertio ianuę regni cæleſtis.

¶ 2 Præt. Baptiſmus omni tempore ex quo inſtitutus fuit, habet ſuum effectum: ſed quidam baptizati ſunt baptiſmo Chriſti ante eius paſſionem (vt habetur Ioã. 3.) quibus ſi tunc deceſſiſſent, introitus regni cæleſtis nondum patebat, in quod nullus ante Chriſtum introiuit, ſecũdum illud Mich. 2. Aſcendit pandens iter ante eos: nõ eſt ergo effectus baptiſmi apertio regni cęleſtis.

¶ 3 Præt. Baptizati adhuc ſunt obnoxij morti & alijs pœnalitatibus vitæ præſentis, vt ſupra dictum eſt.* ſed nulli eſt apertus aditus regni cæleſtis, quandiu obnoxius eſt pœnæ: ſicut patet de his, qui ſunt in purgatorio. non ergo effectus baptiſmi eſt apertio ianuæ regni cæleſtis.

* art. 3. huius q.

Sed contra eſt, quòd ſuper illud Luc. 3. Apertum eſt cælum, dicit gloſſ.* Bedæ. virtus hic baptiſmatis oſtenditur, de quo quiſque cum egreditur, regni cæleſtis ei ianua aperitur.

* Beda Luc. 3. in ca. 10. ſecundum ſuũ ordin. tom. 2.

Respon. Dicendum, quòd aperire ianuam regni cæleſtis, eſt amouere impedimentũ, quo quis impeditur regnum cæleſte introire. Hoc autem impedimentum eſt culpa & reatus pœnæ. Oſtenſum eſt autem ſupra,* quòd per baptiſmum omnis culpa, & omnis reatus pœnæ tollitur. vnde conſequẽs eſt, ꝙ effectus baptiſmi ſit apertio ianuæ regni cęleſtis.

* art. 1. & 2. huius q̃ſt.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ baptiſmus intantum ape-

*¶ Super Quæſtionis ſexageſimænonæ Articulum ſeptimum.*

In quæſtionis 69. primis ſeptem articulis nihil occurrit ſcribendum, niſi pro ſeptimo articulo notãdum, quòd aperire ianuam regni cæleſtis, per ſe primo eſt effectus mortis Chriſti: attribuitur autem baptiſmo, eo quòd in ſui inſtitutione cæli aperti leguntur: & quia ſacramentum eſt inchoans, quo ad vim obligatiuã a morte Chriſti, & q̃a ſufficienter cauſat apertionẽ cæli cuilibet baptizato: dũ tollit omnem culpã & pœnam tam perſonæ quàm naturę, non ſtatim aſſequẽdo totum ſuum effectum, ſed tempore congruo: ita ꝙ (vt in art. 3. patet) ſicut virtute baptiſmi auferentur a iuſtis in reſurrectione omnes pęnalitates, ita virtute baptiſmi aperitur ianua cæleſtis, tempore cõgruo exhibitura ingreſſum: & propterea baptizati ante mortem Chriſti, nõ niſi poſt Chr̃i mortem ingreſſi ſunt regnum cælorum. Et hoc vocat Auctor habere certam ſpẽ de introitu cæleſti, & in hoc præminebat baptizatus circũciſo: circũſio. n. non habebat virtutem tollẽdi omnem pœnalitatem, quam habet baptiſmus: quamuis etiam dici poſſit, quòd baptiſmus ante mortem Chriſti, quia imperfecte configurabat morti Chriſti (vtpote configurãs Chriſto mortuo nõ in re, ſed in fide (ita etiã imperfecte aperiebat cælum: vt litera reſpõſionis ad ſecundum ſonat.

4. diſt. 3. ar. 1. q. 3. Et 4. diſt. 4. q. 2. art. 2. qõ. 6. Et 4. cõ. ca. 59. & Io. 3. le. 1. fi.

¶ Et

¶ Et hæc ſint dicta pro dignitate baptiſmi: quantum enim ſpectat ad euétum, Chriſto mortuo patuit ianua cæleſtis tã baptizato quàm circunciſo.

rit baptizato ianuam regni cæleſtis, inquantum incorporat eum paſſioni Chriſti, virtutem eius homini applicando.

Ad 2^m dicendum, quòd quãdo paſſio Chriſti nondum erat realiter perfecta, ſed ſolum in fide credẽtiũ, baptiſmus proportionaliter cauſabat ianuæ apertionẽ, nõ quidẽ in re, ſed in ſpe: baptizati.n. tunc decedẽtes, ex certa ſpe introitũ regni cæleſtis expectabant.

Ad 3^m dicendum, quòd baptizatus non eſt obnoxius morti, & pœnalitatibus vitę præſentis, propter reatum perſonæ, ſed propter ſtatum naturæ: et ideo propter hoc non impeditur ab introitu regni cęleſtis, quando anima ſeparatur a corpore per mortem, quaſi iam perſoluto eo, quod naturæ debebatur.

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimænonæ Articulum octauum.*

IN art. 8. aduerte, Auctorem in art. 3. recitatiue loqui de lepra Conſtantini: dico autem hoc, quia nullius auctoritate conſtat, Conſtantinum mundatum a lepra in baptiſmo: tum quia geſta Syluestri (ex quibus hoc videtur haberi) incertũ habent Auctorem, vt patet in cap. ſancta Romana diſtin. 15. tum quia nullus ſiue chriſtianus, ſiue gentilis hiſtoricus inuenitur hoc ſcripſiſſe, vt teſtatur Platina in vita Marci Papæ: tũ præcipue, quia Ambroſij autoritas obſtat, dum in oratione de obitu Theodoſij expreſse dicit, Conſtãtinũ in vltimis conſtitutum baptizatũ fuiſſe, quòd longe diſtat ab hoc, ſcilicet quòd in principio ſuæ conuerſionis fuerit baptizatus. Et propterea narratio de lepra Conſtantini nõ eſt aſſertiue probanda.

4. d. 4. q. 2. art. 3. q. 1. & 2. Et. d. 18. q. 1. art. 3. q. 1. cor.

## ARTICVLVS VIII.

### *Vtrum baptiſmus habeat in omnibus æqualem effectum.*

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur quòd baptiſmus non habeat in omnibus æqualem effectum. Effectus enim baptiſmi eſt remotio culpæ: ſed in quibuſdam plura peccata tollit, quàm in alijs. nam in pueris tollit ſolũ peccatum originale, in adultis autem etiam peccata actualia, in quibuſdam plura, in quibuſdã vero pauciora. non ergo æqualem effectum habet baptiſmus in omnibus.

¶ 2 Præt. Per baptiſmum conferuntur homini gratia & virtutes: ſed quidam poſt baptiſmum videntur habere maiorem gratiam, & perfectiorem virtutem, quàm alij baptizati. non ergo baptiſmus habet æqualem effectum in omnibus.

¶ 3 Præt. Natura perficitur per gratiam, ſicut materia per formã: ſed forma recipitur in materia ſecundum eius capacitatem. cum ergo in quibuſdam baptizatis etiã pueris, ſit maior capacitas naturalium quàm in alijs, videtur quòd quidam maiorem gratiam conſequantur, quàm alij.

¶ 4 Præt. Quidam in baptiſmo conſequuntur non ſolum ſpiritualem ſalutem, ſed etiam corporalẽ: ſicut patet de Conſtantino, qui in baptiſmo mundatus eſt a lepra: non autem omnes infirmi corporalem ſalutem conſequuntur in baptiſmo: baptiſmus ergo non habet ęqualem effectum in omnibus.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Epheſ. 4. Vna fides, vnum baptiſma. vniformis autem cauſæ eſt vniformis effectus. ergo baptiſmus habet æqualẽ effectum in omnibus.

RESPON. Dicendum, quòd duplex eſt effectus baptiſmi, vnus per ſe, & alius per accidẽs. Per ſe quidem effectus baptiſmi, eſt id, ad quod baptiſmus eſt inſtitutus, ſcilicet ad regenerandum homines in ſpiritualem uitam: et hunc effectum æqualiter facit in omnibus, qui æqualiter ſe habent ad baptiſmum: unde quia omnes pueri æqualiter ſe habent ad baptiſmum (quia non in fide propria, ſed in fide eccleſiæ baptizantur) omnes æqualem effectum percipiunt in baptiſmo. Adulti vero, qui per propriam fidem ad baptiſmum accedunt, non æqualiter ſe habent ad baptiſmum: quidam enim cum maiori, quidam cum minori deuotione ad baptiſmum accedũt: & ideo quidam plus, quidam minus de gratia nouitatis accipiunt: ſicut etiam ab eodem igne accipit plus caloris, qui plus ei appropinquat: licet ignis quantum eſt de ſe, æqualiter ad omnes ſuum calorem effundat. Effectus autem baptiſmi per accidens, eſt ad quem baptiſmus non eſt ordinatus, ſed diuina virtus, hoc in baptiſmo miraculoſe operatur: ſicut ſuper illud Ro. 6. Vt vltra non ſeruiamus peccato, dicit glo.* Non hoc præſtatur in baptiſmo, niſi forte miraculo ineffabili creatoris, vt lex peccati, quæ eſt in membris, prorſus extinguatur. et tales effectus non æqualiter ſuſcipiuntur ab omnibus baptizatis, etiam ſi cum æquali deuotione accedant: ſed diſpenſantur huiuſmodi effectus, ſecundum ordinem prouidentiæ diuinæ.

* eſt gl. Aug. li. 1. de peccat. merit. & remiſ. c. 39. tom. 7.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd minima gratia baptiſmalis ſufficiens eſt ad delendum cuncta peccata. vnde hoc nõ eſt propter maiorem efficaciam baptiſmi, quòd in quibuſdam plura, in quibuſdam autem pauciora peccata ſoluit: ſed propter conditionẽ ſubiecti, q̃a in quolibet ſoluit quotcũq; inuenerit.

Ad 2^m dicendum, quòd hoc, quòd in baptizatis maior vel minor gratia apparet, poteſt dupliciter contingere. vno modo, quia vnus in baptiſmo percipit maiorem gratiam, quàm alius, propter deuotionem maiorem, vt dictum eſt:* alio modo, quia etiam ſi æqualem gratiam percipiant, non æqualiter ea vtuntur: ſed vnus ſtudioſius in ea proficit, alius per negligentiam, gratiæ dei deeſt.

* In corp. art.

Ad 3^m dicendum, quòd diuerſa capacitas naturalium in hominibus, non eſt ex diuerſitate mentis, quæ per baptiſmum renouatur, cum omnes homines eiuſdem ſpeciei exiſtentes, in forma conueniant, ſed eſt ex diuerſa diſpoſitione corporum. Secus autem eſt in angelis, qui differunt ſpecie: et ideo angelis dantur dona gratuita, ſecundum diuerſam capacitatem naturalium: non autem hominibus.

D. 116

Ad 4^m dicendum, quòd ſanitas corporalis non eſt per ſe effectus baptiſmi: ſed eſt quoddam miraculoſum opus prouidentiæ diuinę.

## ARTICVLVS IX.

### *Vtrum fictio impediat effectum baptiſmi.*

AD NONVM ſic proceditur. Videtur quòd fictio non impediat effectum baptiſmi. Dicit.n. Apoſtolus Gal. 3. Quicumque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis: ſed omnes qui baptiſmum Chriſti ſuſcipiunt, baptizantur in Chriſto. ergo omnes induũt Chriſtum, quod eſt percipere baptiſmi effectum: et ita fictio non impedit baptiſmi effectum.

¶ 2 Præt. In baptiſmo operatur virtus diuina, quæ poteſt voluntatem hominis mutare in bonum: ſed effectus cauſæ agentis non poteſt impediri per id, quod ab illa cauſa poteſt auferri. ergo fictio nõ impedit baptiſmi effectum.

¶ 3 Præt. Effectus baptiſmi eſt gratia, cui peccatum opponitur: ſed multa ſunt alia peccata grauiora quàm fictio, de quibus non dicitur, quòd effectum baptiſmi impediant. ergo neque fictio impedit effectum baptiſmi.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Sap 1. Spiritusſanctus diſciplinæ effugiet fictũ: ſed effectus baptiſmi eſt a Spirituſancto. ergo fictio impedit effectum baptiſmi.

RESPON. Dicendum, quòd (ſicut Dam.* dicit) deus non cogit hominem ad iuſtitiam: et ideo ad hoc, quòd aliquis iuſtificetur per baptiſmum, requiritur quòd voluntas hominis amplectatur baptiſmum, & baptiſmi effectum. dicitur aũt aliquis fictus, per hoc, ꝙ voluntas eius contradicit vel baptiſmo, vel eius effectui. nam ſecundum Aug. quatuor modis dicitur aliquis fictus. Vno modo ille, qui non credit, cum tamen baptiſmus ſit fidei ſacramẽtum: alio modo per hoc, quòd contemnit ipſum ſacramentum: tertio modo per hoc, ꝙ aliter celebrat ſacramentum, non ſeruans ritum eccleſiæ: quarto modo per hoc, quòd aliquis indeuote accedit. vnde manifeſtum eſt, ꝙ fictio impedit effectum baptiſmi.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ baptizari in Chriſto, poteſt intelligi dupliciter. vno modo in Chriſto, ideſt in Chriſti conformitate. et ſic quicumque baptizantur in Chriſto, conformati ei per fidem & charitatem, induunt Chriſtum per gratiam. alio modo, dicuntur aliqui baptizari in Chriſto, inquantum accipiunt ſacramẽtum Chriſti. et ſic omnes induunt Chriſtum per configurationem characteris, non autem per conformitatem gratiæ.

Ad 2^m dicendum, quòd quãdo deus voluntatem hominis de malo in bonum mutat, tunc homo non accedit fictus: ſed non ſemper hoc deus facit, nec ad hoc ſacramẽtum ordinatur, vt de ficto fiat aliquis non fictus, ſed vt non fictus aliquis accedẽs, iuſtificetur.

Ad 3^m dicendum, quòd fictus dicitur aliquis ex eo, quòd demõſtrat ſe aliquid velle, quod nõ vult. Quicumque autem accedit ad baptiſmum, ex hoc ipſo oſtendit ſe

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimænonæ Articulum nonum & decimum.*

IN articul. 9. & 10. multa dicẽda ſũt ſpecialiter pro doctrina decimi. Et primo de ſenſu concluſionis, ſecundo de neceſſitate, tertio de modo apud Auctorem, quartò de ratione illius modi, & demum comparabitur alijs modis. Senſus in primis cõcluſionis eſt, non de euentu, ſed de effectu baptiſmi recedente fictione. quod ideo notandum eſt: quoniam non tractatur hic, an recedente fictione, baptizatus fiat filius regni, conſequatur remiſſionem: nullus enim dubitat de hoc euẽtu: ſed tractatur, an in tali caſu ex vi baptiſmi cõſequatur baptizatus remiſſionem &c. & hic eſt ſenſus concluſionis. Neceſſitas autem talis aſſertionis eſt duplex. Prima, eſt auctoritas Auguſtini in libro de baptiſmo, relata & a Magiſtro ſent. in 4. diſt. 4. & a Gratiano de conſecrat. diſt. 4. cap. tunc valere, & habetur in hac litera, Tunc valere incipit ad ſalutem baptiſmus, &c. Vbi expreſse Aug. dicit baptiſmũ ipſum valere ad ſalutem, recedente fictione: licet gl. ibidem contra textum dicat oppoſitum. Secunda, eſt ratio ex pctõ originali ſumpta: quia ſi peccatũ originale nec tempore baptiſmi, neque poſtea virtute baptiſmi remittit. ſequitur quòd nũquam peccatum originale huic homini remiſſum fuerit. Et probatur ſequela: quia non aliud a Chriſto inſtitutum eſt remedium ad remiſſionem peccati originalis, niſi baptiſmus. vt ergo nulli baptizato (qui tunc vel poſtea inter filios adoptiõis eſt) baptiſmalis gratia deſit, docuit Auguſt. baptiſmum recedente fictione valere ad ſalutem. Quam doctrinã doctores poſteriores adeo ſunt venerati, & complexi vt nõ horruerint multas inde conſequẽtes difficultates: & inde fateamur baptizatum ficte non oportere confiteri recedente fictione de peccatis commiſſis ante baptiſmum. Auguſtini ergo tam ſuſcepta auctoritas neceſſitat. Modus, quo hoc fieri Auctor tenet in hac litera, non eſt ille, qui ſibi attribuitur: quem ipſe olim in 4. ſent. diſt. 4. q. 3 art. 2. q. 3 tenuit. ibi ſiquidem opinatus eſt fieri hoc: quia character manebat diſponens ad gratiam: hic autem opinatur hoc fieri, quia character vt forma ſubſtantialis manet, & gratia ſublato impedimẽto, quaſi proprius effectus conſequit̃, vt patet in lr̃a. ¶ Vbi ſunt duæ difficultates, vna ad hominem, & altera ad rẽ. Ad hominem quidem, quia Auctor ſuperius tractans de charactere, poſuit ipſum eſſe diſpoſitionem remote ad gratiam, & non formam, ex qua fluit gratia, vnde & poſuit illum in genere potentię, & ſubiectiue in intellectu: ex quo non eſt nata fluere gratia in eſſentia animæ. Ad rem vero, qm̃ character non ſe habet ad gratiam, vt forma ad conſequẽs proprium: ſed potius gratia eſt forma, ad quam comitatur mediante ſacramento character, & eminentioris ordinis conſtat eſſe gratiam (qua diuinæ ſumus naturæ cõſortes) q̃ character cõis bonis & malis.

¶ Ad euidentiam horum, ſciendum eſt, coactum fuiſſe Auctorem ad hunc modum, vt ſaluaret Auguſtini doctrinam, cum communi doctrina de cauſalitate ſacramentorum: non videtur.n. poſſe intelligi rem aliquam, poſtquam deſijt eſſe, habere ſuum effectum, niſi aliqualiter res illa remanſerit: videmus.n. in his quæ proiiciuntur, tãdiu durare motum proiectorũ, quãdiu vis proiiciẽtis aliquo modo manet ſiue in aere, ſiue in corpore proiecto: nihil.n. refert ad propoſitum. ſimiliter videmus poſthumos ideo genitos mortuo patre, quia ſemen patris remanſit in materno vtero: & ſic de alijs. vnde cum baptiſmus deſinat eſſe peracto ſacramento, & tunc propter fictionem in baptizato non valeat ad ſalutem, & inde ad duos annos recedente fictione valeat idem baptiſmus ad ſalutem (quòd nihil aliud eſt, quàm conferre illam remiſſionem, quam fictio impediuit tunc fieri: hoc enim ſignificat baptiſmum valere ad ſalutem) conſequens eſt, quòd baptiſmus aliquo modo remaneat, ſeu aliquid habeat aut relinquat manens, ratione cuius valorem ſeu effectum conſequatur poſt biennium. Hac neceſſitate ſatisfaciendi hominibus more humano, compulſus Auctor accõmodationẽ hãc ſimilitudinariam, quam in litera habes, adinuenit.

¶ Vnde non oportet laborare ad ſaluandum hunc proceſſum, vt propriũ, ſeu ex proprijs: ſed intelligendus eſt, vt accommodatio q̃dam ſimilitudinaria ad manuducendum intellectũ nouitiorum, vt percipiant quomodo baptiſmus recedente fictione incipit valere ad ſalutem. Sciuit enim Auctor, gratiam propriam bonis, non conſequi characterem cõmunẽ bonis & malis, ut proprius effectus ſequitur formam: cum hoc tam manifeſtũ ſit, vt minimi theologi ſciãt. Vnde non proprie voluit intelligi, ſed ſecundum ſimilitudinem, vt ſicut in naturalibus ceſſante cauſa, remanente tamen forma, ſtatim habentur conſequentia, niſi adſit impedimentum, & ſi impedimẽtum adfuerit, conſequẽtia illa, ſtatim, cum remotum fuerit habentur, propter remanſionem formæ, ad quã nata erant ſequi, ita in ſupernaturalibus ſacramenti baptiſmi, cum generatur Chriſtianus quo ad eſſe de familia Chriſti ſeu, quod idem eſt, quo ad eſſe membrum Chriſtianæ religionis, ſuſcipit per baptiſmum characterem, vt forma qua conſtituitur in tali eſſe: nam charactere formaliter homo eſt Chriſtianæ religionis membrum, eſt de familia Chriſti, & ad huiuſmodi formam natum eſt ex diuinæ largitatis ordine conſequi infuſionem gratiæ remiſſiuæ omnis culpæ, & omnis pœnæ, niſi obex fictionis obſtiterit, & propterea ceſſante fictione, ſequetur infuſio gratiæ remiſſiuæ culpæ & pœnæ, propter præſentem formam characteris, ad quem ſecundum ordinem diuinę largitatis nata eſt ſequi infuſio gratiæ baptiſmalis. Tenet itaque character vtrumque locum & diſpoſitionis & formæ, diuerſimode conſiderato baptiſmate. nam baptiſmus inquantum generatiuus eſt filiorum adoptionis, gratiam habet pro principali effectu, vt forma: inquantũ vero generatiuus eſt Chriſtiani (hoc eſt membri Chriſtianæ religionis ſeu familiæ) habet pro principali effectu characterem: qui pro eo quòd infallibili ordine annexam habet gratiam, ſi fictio non impedit, & recedente fictione annecti ſibi vendicat gratiam, formæ ſubſtantiali aſſimilatur. Pro eo vero quòd annexio gratiæ nouam exigit principalis agentis infuſionem, recedẽte fictione, diſpoſitioni magis aſſimilatur, quæ ſecundum infallibilem cauſarum ordinem ceſſante impedimento, ad terminum ducit. Vnde vana videtur ſolicitudo quærẽtium, quid aut quomodo operetur character recedente fictione ad gratiam baptiſmalem.

¶ Et ex his patet ſolutio difficultatum motarum, tam ad hominem, quàm ad rem. Et quarto loco propoſitum expeditum ſimul eſt. De quinto autem pertranſeũdum videtur: quoniam in ſolis verbis diſsẽſio forte ẽ inter diuerſos doctores: nullũ.n. puto ſanæ mentis apud ſe crediſiſſe, gr̃am ceſsãte fictione cõmitari caracterẽ, ſine noua dei actiõe gr̃æ baptiſmalis infuſiua.

¶ In reſponſione ad ſecundum & tertium aduertendum eſt, in ficte baptizato, inueniri diuerſorum temporum peccata, ſcilicet.

4. di. 4. q. 4. ar. 1. q. 1. ad 3. & q. 3. art. 2. q. 2 pro. Et di. 12. q. 2. art. 1. q. 3 ad 3.

tet peccata præſentia & futura, & præſentia inueniri dupliciter intelligi, vel propter perſeuerantiam maculæ, aut actualis commiſſionis: ſeu omiſſionis ſimul cum baptiſmo, vel propter ipſum impedire ſacramenti effectum. Inter quæ tãti refert, quòd ſola fictio (quæ nihil aliud videtur quã impeditio gratiæ) per pœnitentiã delenda eſt, cum peccatis commiſſis poſt baptiſmum, reliqua autem per baptiſmi valorem recedente fictione delentur. Ad hoc enim videtur deſeruire litera, dicens, Et etiã ſimul exiſtentium cum baptiſmo: excipitur autem ſola fictio, quoniam ipſa eſt, quæ contrariatur ſacramẽto: nec puto fictionis peccato intelligendum in propoſito crimẽ illud, quod fundat fictionem (puta incredulitatem) ſed ipſam malam ſuſceptionem ſacramenti, quæ ſacrilegij ſpecies eſt: hic enim actus eſt proprie fictio: quoniam iſto actu monſtrat, qui baptizatur ſe velle quod non vult. Et confirmatur hoc ex verbis Auguſt. dicentis, Cum illa fictio veraci confeſſione receſſerit, quæ corde in malitia vel ſacrilegio perſeuerante, peccatorum ablutionem non ſinebat fieri: ex hoc enim quòd nullam ſpeciem peccati fictioni tribuit, niſi ſacrilegium, inſinuaſſe videtur quod ſit illa fictio. Et hinc ſequitur, quòd talis fictus ſufficiẽter cõfiteretur, dicendo ſe iniuriam feciſſe baptiſmo, ponendo illi obicem peccati mortalis, & confitẽdo commiſſa poſt baptiſmum.

¶ Aduerte quoque aliud eſſe dimidiam a deo expectare veniam, & aliud eſſe varijs medijs a deo expectare veniam. Primum eſt impiũ, ſecundum hic docemur, dum baptizatus, per mediũ pœnitentiæ & per medium baptiſmi ſimul, a deo expectat veniam. Cogimur autem ad vtrũq; ſimul medium recurrere: quia credimus præcedentia peccata remitti, quo ad culpam & pœnã totaliter (hoc. n. continet gratia baptiſmalis) fictionem vero cũ poſterioribus peccatis remitti quidẽ quo ad culpã, quo ad pœnam vero nõ niſi quantum ſacro pœnitentiæ remittitur. Vnde apparet falſitas allegatæ ſuperius gloſſę, pręter id, quòd eſt contra textum.

* Alias, eccleſiæ conformari.

4. di. 4. q. 3. ar. 2. q. 3. et diſ. 17. q. 3. ar. 4. q. 1.

* lib 1. de baptiſ con tra Donat. c. 2. añ me. tom. 7.

† Alias, abolitionem.

* q. 66. ar. 9.

¶ *Super Quæſtionem ſeptuageſimam & quæſtionem ſeptuageſimamprimam.*

CIrca q. 70. & 71. nihil ſcribendũ videtur niſi in his, quæ dicunt in ar. 3. de cauſalitate exorciſmorum. Non carent ſiquidem ſcrupulo duo ibi dicta. primũ eſt circa apertionem ſenſuum per exorciſmos baptiſmales. Secũdum eſt circa vnctionẽ, quæ fit in vertice baptizati, quòd operatur cõſeruationem gratiæ baptiſmalis. Primũ. n. intelligo non ſic, quòd exorciſmus minuat interiorem infectionem ſenſuũ animæ, quia hoc ſine gratia non video poſſe fieri in paruulis, quicquid ſit in adultis: ſed intelligo ſic quòd poteſtas dæmonis ad præcludendum ſenſus interiores animę cõceſſa dæmoni propter interiorem infectionem animæ per exorciſmum impeditur, ne ſcilicet ob infectas interiores animæ partes præcludat illas ad ſentiendum ſpiritualia quę Chriſti ſunt, ita quòd poteſtas dæmonis per exorciſmos baptiſmales impeditur ne poſſit extrinſeca obſtacula ſacramento, & intrinſeca ſacramenti effectui præſtare.

¶ Secundum dictũ, cum de actiua conſeruatione intelligi nequeat, de paſſiua oportet

* lib. 1. de baptiſ. paru. c 12. in 4. tom. 7.

rectam fidem Chriſti habere, & ſacramentum venerari, & velle ſe* Chriſto conformari, & velle a peccato recedere. vnde cuicumque peccato vult homo inhærere, ſi ad baptiſmum accedit, fictus accedit, quod eſt indeuote accedere: ſed hoc intelligendum eſt de peccato mortali, quòd gratię contrariatur, non autem de peccato veniali. vnde fictio hic quodammodo includit omne peccatum.

ARTICVLVS X.

*Vtrum fictione recedente, baptiſmus ſuum effectum conſequatur.*

AD DECIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd fictione recedente, baptiſmus ſuum effectum non cõſequatur. Opus enim mortuum, quod eſt ſine charitate, nõ poteſt vmquam viuificari: ſed ille qui fictus accedit ad baptiſmum, recipit ſacramentum ſine charitate. ergo numquam poteſt viuificari hoc modo, vt gratiam H conferat.

¶ 2 Præt. Fictio videtur eſſe fortior quàm baptiſmus, cum impediat eius effectum: ſed fortius non tollitur a debiliori. ergo peccatum fictionis non poteſt tolli per baptiſmum fictione impeditum. et ſic baptiſmus non conſequetur ſuum effectũ, qui eſt remiſſio omnium peccatorum.

¶ 3 Præt. Contingit quòd aliquis ficte accedat ad baptiſmũ, & poſt baptiſmum multa peccata committat, quæ tamen per baptiſmum non tolluntur: quia baptiſmus tollit peccata præterita, non futura. ergo baptiſmus talis, numquam conſequetur ſuum effectum, qui eſt remiſſio omnium peccatorum.

SED CONTRA eſt, quòd Auguſt.* dicit in lib. de baptiſmo, tunc valere incipit ad ſalutem baptiſmus. cum illa fictio veraci confeſſione receſſerit, quæ corde in malitia vel ſacrilegio perſeuerante, peccatorum † ablutionem non K ſinebat fieri.

RESPON. Dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum * eſt) baptiſmus eſt quædam ſpiritualis regeneratio. cum autem aliquid generatur, ſimul cum forma recipit effectum formę, niſi ſit aliquid impediens, quo remoto forma rei generatæ perficit ſuum effectum: ſicut ſimul cum corpus graue generatur, mouetur deorſum, niſi ſit aliquid prohibens, quo remoto F ſtatim incipit moueri deorſum. Et ſimiliter quando aliquis baptizatur, accipit characterem, quaſi formam, & conſequitur proprium effectum, qui eſt gratia remittens omnia peccata. Impeditur autem quandoque per fictionem: vnde oportet quòd remota ea per pœnitentiam, baptiſmus ſtatim conſequatur ſuum effectum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſacramentum baptiſmi eſt opus dei, & non hominis: G et ideo non eſt mortuum in ficto, qui ſine charitate baptizatur.

AD 2m dicendum, quòd fictio non remouetur per baptiſmum, ſed per pœnitentiam ſubſequentem, qua remota, baptiſmus aufert culpam & reatum omnium peccatorum præcedentium baptiſmum, & etiam ſimul exiſtentium cum baptiſmo. vnde Auguſt.* dicit in lib. de baptiſmo: Soluitur heſternus dies, & quicquid ſupereſt, ſoluitur: & ipſa hora momentumque ante baptiſmum & in baptiſmo: deinceps autem continuo reus eſſe incipit. et ſic ad baptiſmi effectum conſequendum concurrit baptiſmus & pœnitentia, ſed baptiſmus ſicut cauſa per ſe agẽs: pœnitentia ſicut cauſa per accidens, ideſt remouens prohibens.

AD 3m dicendum, quòd effectus baptiſmi non eſt tollere peccata futura, ſed præſentia vel præterita. et ideo recedente fictione, peccata ſequentia remituntur quidem, ſed per pœnitentiam, non I per baptiſmum. Vnde non remittuntur quãtum ad totũ reatũ, ſicut peccata præcedentia baptiſmum.

*QVAESTIO. LXX.*

*De circũciſione quæ præceſſit baptiſmum, in quatuor articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de præparatorijs ad baptiſmum. Et primo de pręparatorio, quod præceſſit baptiſmum, ideſt, de circuncifione. Secundo, de præparatorijs, quæ concurrunt ſimul cum baptiſmo: ſ. de catechiſmo & exorciſmo.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum circunciſio fuerit præparatoria, & figuratiua baptiſmi.
¶ Secundo, De inſtitutione ipſius.
¶ Tertio, De ritu eius.
¶ Quarto, De effectu ipſius.



oportet intelligi, ſic quòd vnctio illa operatur quoddam actuale auxilium faciens ex parte baptizati ad conſeruationem gratiæ ſuſceptæ. Cõſiſtit autem auxiliũ hoc in actu ſecundo, qui in adultis tunc excitatur aut adiuuatur, in paruulis autem, non niſi tempore extenſionis gratię ad operationem locum habere poteſt.

ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum circunciſio fuerit præparatoria & figuratiua baptiſmi.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd circunciſio non fuerit præparatoria & figuratiua baptiſmi. Omnis enim figura habet aliquam ſimilitudinem, cum ſuo figurato: ſed circunciſio nullam habet ſimilitudinem cum baptiſmo. ergo videtur quòd non fuerit præparatoria & figuratiua baptiſmi.

¶ 2 Præt. Apoſtolus dicit primæ Cor. 10. de antiquis patribus loquẽs, quòd omnes in nube & in mari baptizati ſunt: non autem dicit, quòd in circunciſione baptizati ſint. ergo protectio columnæ nubis, & tranſitus maris rubri, magis fuerũt præparatoria ad baptiſmum & figuratiua ipſius, quàm circunciſio.

¶ 3 Præt. Supra dictum eſt, * quòd baptiſmus Ioannis fuit præparatorius ad baptiſmum Chriſti: ſi ergo etiã circunciſio fuit præparatoria & figuratiua baptiſmi Chriſti, videtur quòd baptiſmus Ioãnis fuerit ſuperfluus, quod eſt inconueniens. non ergo circunciſio fuit præparatoria & figuratiua baptiſmi.

SED CONTRA eſt, quòd Apoſt. dicit Col. 2. Circunciſi eſtis circunciſione non manufacta, in expoliatione corporis carnis, ſed circunciſione Chriſti, conſepulti ei in baptiſmo.

RESPON. Dicendum, quòd baptiſmus dicitur ſacramentum fidei: inquantum. ſ. in baptiſmo fit quædam fidei profeſſio, & per baptiſmum aggregatur homo congregationi fidelium. eadem autem eſt fides noſtra & antiquorum patrum, ſecundum illud Apoſt. 2. Cor. 4. Habentes eundem ſpiritum fidei, credimus. Circunciſio autem erat quædam proteſtatio fidei. vnde dicitur Rom. 4. quòd Abraham accepit circunciſionem tamquam ſignaculum fidei, vnde & per circunciſionem antiqui aggregabantur collegio fideliũ. vnde manifeſtum eſt, quòd circunciſio fuit præparatoria ad baptiſmum, & præfiguratiua ipſius, ſecũdum quòd antiquis patribus omnia in figuram futuri contingebant (vt dicitur primæ Cor. 10.) ſicut & fides eorum erat de futuro.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd circũciſio habebat ſimilitudinem cum baptiſmo, quantũ ad ſpiritualem effectum baptiſmi. nam ſicut per circunciſionem auferebatur quædam carnalis pellicula, ita per baptiſmum homo expoliatur a carnali conuerſatione.

AD 2m dicendum, quòd protectio columnę nubis, & tranſitus maris rubri, fuerunt quædam figuræ noſtri baptiſmi, quo renaſcimur ex aqua ſignificata per mare rubrum, & Spirituſancto ſignificato per columnam nubis: non tamen per hæc fiebat aliqua profeſſio fidei, ſicut per circunciſionem. et ideo prædicta duo * erant tantum figuræ, & non ſacramenta. Circũciſio autem erat etiam ſacramentum præparatorium ad baptiſmum: minus tamen expreſſe figurãs baptiſmum, quantum ad exteriora, quàm prædicta. et ideo apoſtolus potius fecit mentionem de prędictis, quàm de circunciſione.

AD 3m dicendum, quòd baptiſmus Ioannis fuit præparatorius ad baptiſmum Chriſti, quantum ad exercitium actus: ſed circunciſio quantum ad pro- A feſſionem fidei, quæ requiritur in baptiſmo, ſicut dictum eſt.*

* In corp. art.

ARTICVLVS II.

*Vtrum circunciſio fuerit conuenienter inſtituta.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd circunciſio fuerit inconuenienter inſtituta: ſicut enim dictum eſt,* in circunciſione fiebat quædam fidei profeſſio: ſed a peccato primi hominis nullus vmquam ſaluari potuit, niſi per fidem paſſionis Chriſti, ſecundum illud Rom. 3. Quem propoſuit deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius. ergo ſtatim B poſt peccatum primi hominis, circunciſio inſtitui debuit, & non tempore Abrahæ.

1. 2. q. 102. art. 5. ad 1. Et q. 103. art. 1. ad 3. Et 4. diſt. 1. art. 2. qõ. 4. cor. Et qõ. 2. artic. 1. q. 3 per to. * art. præced.

¶ 2 Præt. In circunciſione homo profitebatur obſeruantiam veteris legis, ſicut in baptiſmo profitetur obſeruantiam nouæ legis, vnde Apoſt. dicit Gal. 5. Teſtificor omni homini circuncidenti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ: ſed legalis obſeruantia non eſt tradita tempore Abrahæ, ſed magis tempore Moyſi. ergo inconuenienter inſtituta eſt circunciſio tempore Abrahæ.

¶ 3 Præt. Circunciſio fuit figuratiua & præparatiua baptiſmi: ſed baptiſmus exhibetur omnibus populis, ſecundum illud Matth. vlt. Euntes docete omnes gen C tes, baptizantes eos. ergo circunciſio non debuit inſtitui, vt obſeruanda tantum ab vno populo iudæorum, ſed ab omnibus populis.

¶ 4 Præt. Carnalis circunciſio debet reſpondere ſpirituali, ſicut figura figurato: ſed ſpiritualis circũciſio quæ fit per Chriſtum, indifferenter conuenit vtrique ſexui: quia in Chriſto Ieſu non eſt maſculus & femina, vt dicitur Galath. 3. ergo incõuenienter eſt circunciſio inſtituta, quæ competit ſolis maribus.

SED CONTRA eſt, quòd ſicut legitur Gen. 17. circunciſio eſt inſtituta a deo, cuius perfecta ſunt opera.

RESPON. Dicendum, quòd (ſicut dictum eſt*) circunciſio erat præparatoria ad baptiſmum, inquãtum D erat quædam profeſſio fidei Chriſti, quam etiam nos in baptiſmo profitemur. Inter antiquos autem patres primus Abraham promiſſionem accepit de Chriſto naſcituro, cum dictum eſt ei Gen. 22. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Ipſe etiam primus ſe a ſocietate infidelium ſegregauit, ſecundum mandatum dei dicentis ſibi, Egredere de terra tua, & de cognatione tua: et ideo conuenienter circunciſio fuit inſtituta in Abraham.

* art. præced.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd immediate poſt peccatum primi parentis, propter doctrinã ipſius Adæ (qui plene inſtructus fuerat de diuinis) adhuc fides & ratio naturalis intantum vigebat in hoE mine, quòd non oportebat determinari hominibus aliqua ſigna fidei & ſalutis: ſed vnuſquiſq; pro ſuo libito fidem ſuam aliquibus* ſignis proteſtabatur: ſed circa tẽpus Abrahæ, diminuta erat fides, plurimis ad idolatriam declinantibus: obſcurata etiam erat ratio naturalis per augmentum carnalis concupiſcentię vſque ad peccatum contra naturam: et ideo conuenienter tunc, & nõ ante fuit inſtituta circũciſio ad profitendũ fidem, & ad minuendum carnalem cõcupiſcentiam.

* Alias pſitentibus.

AD 2m dicendum, quòd legalis obſeruantia tradi non debuit, niſi populo iam congregato: quia lex ordinatur ad bonum publicum, vt in ſecunda parte dictum eſt. * Populus autem fidelium congregandus erat aliquo ſigno ſenſibili, quod eſt neceſſarium ad hoc,

1. 2. qõ. 90. art. 2.

hoc, quòd homines in quacumque religione adunentur, ſicut Auguſt.† dicit contra Fauſtum: et ideo oportuit prius inſtitui circunciſionem, quàm lex daretur. Illi autem patres, qui fuerũt ante legem, familias ſuas inſtruxerunt de diuinis, per modum paternæ admonitionis. vnde & dominus dicit de Abraham, ſcio ꝙ præcepturus ſit filijs ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, vt cuſtodiant viam domini.

† lib. 19. c. 11. in fine, to. 6.

A D $3^{m}$ dicendum, quòd baptiſmus in ſe continet perfectionem ſalutis, ad quam deus omnes homines vocat, ſecundum illud 1. Timoth. 2. Qui vult omnes homines ſaluos fieri: et ideo baptiſmus omnibus populis proponitur. Circunciſio autem non continebat perfectionem ſalutis, ſed figurabat ipſam vt fiendam per Chriſtum, qui erat ex iudæorum populo naſciturus: et ideo illi ſoli populo data eſt circunciſio.

A D $4^{m}$ dicendum, quòd circunciſio inſtituta eſt, vt ſignum fidei Abrahæ, qui credidit ſe patrem futurum Chriſti ſibi repromiſſi: & ideo conuenienter ſolis maribus competebat. Peccatum etiam originale, contra quod ſpecialiter circunciſio ordinabatur, a patre trahitur, non a matre, vt in ſecunda parte dictum eſt:* ſed baptiſmus continet virtutem Chriſti, qui eſt vniuerſalis cauſa ſalutis omnium, & remiſſionis omnium peccatorum.

* 1. 2. q. 81. art. 5. ad 2. & artic. 1. ad 2.

## A R T I C V L V S  I I I.

*Vtrum ritus circunciſionis fuerit conueniens.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd ritus circunciſionis non fuerit conueniens. Circunciſio enim (ſicut dictum eſt*) fidei quædam profeſſio eſt: ſed fides in vi apprehenſiua exiſtit, cuius operationes maxime apparent in capite. ergo magis debuit ſignum circunciſionis dari in capite, quàm in membro generationis.

4. di. 1. q. 2. ar. 3. q. 1. et ar. 3. q. 2. et 4. & Ioã. 7. le. 2. Et Ro. 4. lect. 2.
*art. 1. & 2. huius q.

¶ 2 Præt. Ad vſum ſacramentorũ aſſumimus ea, quorum eſt communior vſus: ſicut aquam ad abluẽdum, & panem ad reficiendum: ſed ad incidẽdum communius vtimur cultello ferreo quàm petrino. ergo circũciſio non debuit fieri cultello petrino.

¶ 3 Præt. Sicut baptiſmus inſtituitur in remedium originalis peccati, ita etiam circũciſio, ſicut Beda dicit: * ſed baptiſmus non differtur vſque ad octauum diem (ne pueris periculum damnationis immineat propter originale peccatum, ſi nondum baptizati decedant) quandoq; etiam traditur baptiſmus poſt octauum diem. ergo circũciſioni non debuit determinari octauus dies, ſed debebat quandoque præueniri, ſicut etiam quandoque tardabatur.

* In hom. circunciſionis ĩter pri. & med. in hom. totius anni reperies.

S E D  C O N T R A eſt, quòd Rom. 4. ſuper illud, et ſignum accepit circunciſionis, determinatur in* gl. prædictus circunciſionis ritus.

*In gl. ord. ſup illud, Signum accepit circũciſionis.

R E S P O N. Dicendum, ꝙ (ſicut dictum eſt†) circũciſio quoddam ſignũ fidei eſt, inſtitutum a deo, cuius ſapientiæ non eſt numerus: determinare aũt conuenientia ſigna, eſt ſapientiæ opus: et ideo concedendum eſt, quòd ritus circũciſionis fuit conueniens.

† art. pced. huius qſt.

A D P R I M V M ergo dicendum, ꝙ circunciſio conuenienter fiebat in membro generationis. Primo quidem: quia ſignum erat fidei, qua Abraham credidit Chriſtum ex ſuo ſemine naſciturũ. Secundo, quia erat in remedium peccati originalis, quòd per actum generationis traducitur. Tertio, quia ordinabatur ad diminutionem carnalis concupiſcentię, quæ præcipue in membris illis viget, propter abundantiam delectationis venereorum.

A D $2^{m}$ dicendum, quòd cultellus lapideus non erat de neceſſitate circunciſionis: vnde non inuenitur tale inſtrumentum pręcepto diuino determinatũ. neque etiam cõiter tali inſtrumento iudæi vtebantur ad circũcidendum, ſicut neq; modo vtũtur. Leguntur tamen aliquæ circũciſiones famoſæ, cultello lapideo factæ: ſicut legitur Exod. 4. ꝙ tulit Sephora acutiſſimã petram, & circũcidit præputium filij ſui. & Ioſue 5. dicitur: Fac tibi cultellos lapideos, & circũcide ſecundo filios Iſrael. per quòd figurabatur circunciſionem ſpiritualem eſſe fiendam per Chriſtum, de quo dicitur 1. Corin. 10. Petra autem erat Chriſtus.

A D $3^{m}$ dicendum, quòd octauus dies determinabatur circunciſioni: tum propter myſterium, quia in octaua ætate (quæ erit ætas reſurgentium) quaſi in octauo die perficitur per Chriſtum ſpiritualis circunciſio, quando auferet ab electis nõ ſolum culpam, ſed etiam omnem pœnalitatem: tum etiam propter teneritudinem infantis ante octauum diem. vnde etiam de alijs animalibus Leuit. 22. pręcipitur, bos, ouis & capra, cum genita fuerint, ſeptem diebus erunt ſub vbere matris ſuæ, die autẽ octauo & deinceps offerri poterunt domino. erat autem octauus dies de neceſſitate præcepti: ita ſcilicet, quòd octauum diem prætermittentes, peccabant etiam ſi eſſet ſabbathum, ſecundum illud Ioan. 7. Circunciſionem accipit homo in ſabbatho, vt nõ ſoluatur lex Moyſi: non tamen erat de neceſſitate ſacramenti: quia ſi aliqui omittebant octauum diem, poſtea poterant circuncidi: quidam etiam dicunt, ꝙ propter periculum imminentis mortis, poterat octauus dies præueniri, ſed hoc nec ex auctoritate ſcripturæ, nec ex conſuetudine iudæorum haberi poteſt. vnde melius dicendum eſt, ſicut etiam Hug.* de ſan. Vic. dicit, quòd octauus dies nulla neceſſitate præueniebatur. vnde ſuper illud Prouerb. 4. Vnigenitus eram coram matre mea, dicit glo.† quòd alius Berſabee paruulus non computatur: quia ante octauum diem mortuus, nominatus non fuit, & per conſequens nec circunciſus.

*Poteſt colligi ex li. de ſacram. par. 11. ca. ...
† Gl. ordin. ibid.

## A R T I C V L V S  I I I I.

*Vtrum circunciſio conferebat gratiam iuſtificantem.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd circunciſio non conferebat gratiam iuſtificãtem: dicit enim Apoſtolus Gal. 2. Si ex lege eſt iuſtitia, Chriſtus gratis mortuus eſt, ideſt ſine cauſa: ſed circũciſio erat quędam obligatio legis implendæ, ſecundum illud Gal. 6. Teſtificor omni homini circuncidenti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ. ergo ſi ex circunciſione eſt iuſtitia, Chriſtus gratis, ideſt ſine cauſa, mortuus eſt, ſed hoc eſt inconueniens. non ergo ex circunciſione erat gratia iuſtificans a peccato.

Sup q. 62. art. 6. ... & 4. ... q. 1. art. 4. & veri. ... 28. ar. 1. ad 11. & Ro. 4. lec. 2. et Gal. lec. 5.

¶ 2 Præt. Ante inſtitutionem circunciſionis ſola fides ad iuſtificationem ſufficiebat: dicit enim Greg. in Moral.† Quod apud nos valet aqua baptiſmatis, hoc egit apud veteres pro paruulis ſola fides: ſed virtus fidei non eſt imminuta per mandatum circunciſionis. ergo ſola fides paruulos iuſtificabat, & non circunciſio.

† lib. 4. ... circa ...

¶ 3 Præt. Ioſue 5. legitur, quòd populus qui natus eſt in deſerto per quadraginta annos, incircunciſus fuit. ſi ergo per circũciſionem auferebatur peccatum originale, videtur quòd omnes qui in deſerto mortui ſunt, tam paruuli quàm adulti, fuerint damnati, & eadem obiectio eſt de pueris, qui moriebantur ante octauum diem circunciſionis: quia præueniri non debebat, vt dictum * eſt.

¶ 4 Præt. Nihil impedit introitum regni cæleſtis, niſi peccatum: ſed circunciſi ante paſſionem Chriſti impediebantur ab introitu regni cęleſtis: non ergo per circunciſionem homines iuſtificabantur a peccato.

¶ 5 Præt. Peccatum originale nõ dimittitur ſine actuali: quia impium eſt a deo dimidiam ſperare veniam, vt Aug*. dicit: ſed nuſquam legitur, quòd per circunciſionem remitteretur actuale peccatum. ergo etiã neque originale per eam dimittebatur.

S E D  C O N T R A eſt, quòd Aug.† dicit ad Valeriũ cõtra Iulianũ, Ex quo ĩſtituta eſt circũciſio ĩ populo dei,* quę erat ſignaculũ fidei iuſtitię dei, ad ſanctificationẽ purgationis, valebat paruulis originalis veteriſq; peccati: ſicut & baptiſmus ex illo cępit valere tẽpore ad innouationẽ hominis, ex quo inſtitutus eſt.

R E S P O N. Dicendum, quòd ab omnibus communiter ponitur, quòd in circunciſione peccatum originale remittebatur. Quidã tamen dixerunt, quòd non conferebatur gratia, ſed ſolum auferebatur peccatum, quod Magiſter ponit in prima diſt.* 4. ſent. & Roma. 4. in gloſ.† ſed hoc non poteſt eſſe: quia culpa non remittitur niſi per gratiam, ſecundum illud Roman. 3. Iuſtificati gratis per gratiam, &c. & ideo alij dixerunt, quòd per circunciſionem conferebatur gratia, quantum ad effectus remiſſionis culpæ, ſed non quantum ad effectus poſitiuos, ne cogerentur dicere, quòd gratia in circũciſione collata ſufficiebat ad implendum mandata legis, & ita ſuperfluus fuerit aduentus Chriſti. ſed hæc etiã poſitio ſtare non poteſt. primo quidem, quia per circunciſionem dabatur pueris facultas ſuo tempore perueniẽdi ad gloriam, quæ eſt vltimus effectus poſitiuus gratiæ. ſecundo, quia priores ſunt naturaliter ſcḋm ordinẽ cauſæ formalis effectus poſitiui, q̃ priuatiui, licet ſecundũ ordinem cauſæ materialis ſit econuerſo: forma enim non excludit priuationem, niſi informando ſubiectum. & ideo alij dixerunt, quòd in circunciſione conferebatur gratia etiam quantum ad aliquem effectum poſitiuum, qui eſt facere dignum vita æterna, ſed non quantum ad omnes effectus: quia non ſufficiebat reprimere concupiſcentiam fomitis, nec ad implendũ mãdata legis, quod etiã aliquãdo mihi viſum eſt: ſed diligenter conſideranti apparet hoc non eſſe verum: quia minima [d] gratia poteſt reſiſtere cuilibet concupiſcẽtiæ, & vitare omne peccatum mortale, quod committitur in tranſgreſſione mandatorum legis: minima enim charitas plus diligit deum, quàm cupiditas millia auri & argenti. & ideo dicendum eſt, quòd in circunciſione conferebatur gratia quantum ad omnes [d] gratiæ effectus, aliter tamen quàm in baptiſmo. Nam in baptiſmo confertur gratia ex virtute ipſius baptiſmi, quam habet inquantum eſt inſtrumentum paſſionis Chriſti iam perfectę.* In circunciſione autẽ cõferebatur gratia, non ex virtute [d] circunciſionis, ſed ex virtute fidei paſſionis Chriſti, cuius ſignũ erat circunciſio: ita ſcilicet, quòd homo qui accipiebat circunciſionem, profitebatur ſe ſuſcipere talem fidẽ: vel adult9 pro ſe, vel alius pro paruulis. unde & Apoſtolus dicit Roma. 4. quòd Abraham accepit ſignum circunciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei, quia ſcilicet, iuſtitia erat ex fide ſignificata, non ex circunciſione ſignificante. & quia baptiſmus operatur inſtrumentaliter in virtute paſſionis Chriſti, non autem circunciſio; ideo baptiſmus imprimit characterem incorporantem hominem Chriſto, & copioſiorem gratiam confert quàm circunciſio: maior enim eſt effectus rei iam præſentis, quàm ſpei.

D. 684.
D. 342.

A D  P R I M V M ergo dicendum, quòd ratio illa procederet, ſi ex circunciſione eſſet iuſtitia aliter, quàm per fidem paſſionis Chriſti.

A D $2^{m}$ dicendum, quòd ſicut ante inſtitutionẽ circunciſionis, ſola fides Chriſti futuri iuſtificabat tã pueros, quàm adultos, ita etiam & circunciſione [d] data: ſed antea non requirebatur aliquod ſignum proteſtatiuum huius fidei: quia nondum homines fideles, ſeorſum ab infidelibus cœperant adunari ad cultum vnius dei. probabile tamen eſt, quòd parentes fideles pro paruulis natis, & maxime in periculo exiſtentibus, aliquas preces deo funderent, vel aliquam benedictionem eis adhiberent (quod erat quoddam ſignaculum fidei) ſicut adulti pro ſeipſis preces, & ſacrificia offerebant.

D. 344.

A D $3^{m}$ dicendum, quòd populus in deſerto prætermittens mandatũ circũciſionis, excuſabatur: tum, quia neſciebant quando caſtra mouenda erant: tum, quia (vt Damaſc.* dicit) non neceſſe erat eos aliquod ſignũ diſtinctionis habere, cum ſeorſum ab alijs populis habitabant. & tamen, vt Aug.† dicit, inobediẽtiam incurrebant, qui ex cõtemptu prætermittebant. Videtur tamen, quòd nulli incircunciſi mortui fuerint in deſerto: quia, vt in pſalm. 104. dicitur, non erat in tribubus eorũ infirmus: ſed illi ſoli videntur mortui in deſerto, qui fuerant in ægypto circunciſi: ſi tñ aliqui incircunciſi, mortui ſunt, eadẽ ratio eſt de his, & de his, qui moriebantur ante circunciſionis inſtitutionem: quod etiam intelligendum eſt de pueris, qui moriebantur ante octauum diẽ tẽpore legis.

Damaſ. li. 4. ca. 26. circa prin.
In li. q. ſup. Ioſue, c. 6. a medio, tomo. 4.

A D $4^{m}$ dicendum, quòd in circunciſione auferebatur originale peccatum ex parte perſonæ: remanebat tamen impedimentum intrãdi in regnum cælorum ex parte totius naturæ: quod fuit ſublatum per paſſionẽ Chriſti. & ideo etiã baptiſmus ante paſſionẽ Chriſti nõ introducebat ĩ regnũ, ſed & circũciſio ſi haberet locũ poſt paſſionẽ Chriſti, ĩtroduceret ĩ regnũ.

A D $5^{m}$ dicendum, quòd adulti quando circuncidebantur, conſequebantur remiſſionem, non ſolum originalis peccati, ſed etiam actualium peccatorum: non tamen ita quòd liberarentur ab omni reatu pœnæ, ſicut fit in baptiſmo, in quo cõfert copioſior grã.

## Q V AESTIO LXXI.

*De præparatorijs, quæ ſimul concurrunt, cum baptiſmo, in quatuor articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de præparatorijs, quæ ſimul concurrunt cum baptiſmo.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum catechiſmus debeat præcedere baptiſmum.
¶ Secundo, Vtrum baptiſmum debeat præcedere exorciſmus.
¶ Tertio, Vtrum ea quæ agũtur in catechiſmo & exorciſmo, aliquid efficiant vel ſolum ſignificent.
¶ Quarto, Vtrum baptizandi debeant catechizari, vel exorcizari per ſacerdotes.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum cathechiſmus debeat præcedere baptiſmum.*

4. diſ. 6. 2. q.ar.2.q.1.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd catechiſmus non debeat præcedere baptiſmũ. Per baptiſmum enim regenerantur homines in vitam ſpiritualem: ſed prius homo accepit vitam quàm doctrinam. non ergo prius debet homo catechizari, ideſt doceri, quàm baptizari.

¶ 2 Præt. Baptiſmus exhibetur non ſolum adultis, ſed etiam pueris, qui non ſunt doctrinæ perceptibiles: eo quòd non habent vſum rationis. ergo ridiculum eſt eos catechizare.

¶ 3 Præt. In catechiſmo confitetur catechizatus ſuam fidem: ſed pueri non poſſunt ſuam fidem cõfiteri, neque per ſeipſos, neque etiam aliquis alius pro eis: tũ, quia nullus põt aliũ ad aliquid obligare: tũ etiã quia non poteſt aliquis ſcire, vtrum pueri cum ad legitimam ætatem peruenerint, aſſentiant fidei. non ergo debet cathechiſmus præcedere baptiſmum.

SED CONTRA eſt, quòd Rabanus de inſtitutione clericali dicit*, Ante baptiſmum, catechizandi debet hominem præuenire officium, vt fidei primũ cathecumenus accipiat rudimentum.

Li.1.ca.25 a med.illi*.

RESPON. Dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt*) baptiſmns eſt fidei chriſtianæ ſacramentum, cũ ſit quædã profeſſio fidei chriſtianæ. Ad hoc autem ꝙ aliquis fidẽ accipiat, requiritur quòd de fide inſtruatur, ſecundum illud Rom. 10. Quomodo credent ei, quem non audierunt? quõ autem audient ſine prædicante? Et ideo ante baptiſmum conuenienter præcedit cathechiſmus. unde & Dominus præceptũ baptizandi diſcipulis tradens, pręmittit doctrinã baptiſmo dicẽs, Euntes docete oẽs gentes, baptizantes eos &c.

Q. præc. ar. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vita gratiæ, in qua regeneratur aliquis per baptiſmum, præſupponit vitam naturæ rationalis: in qua homo poteſt eſſe particeps doctrinæ.

AD 2m dicẽdum, quod ſicut mater Eccleſia (vt ſupra dictum eſt*, accommodat pueris baptizãdis aliorum pedes, vt veniant, & aliorum cor, vt credant, ita etiam accommodat eis aliorum aures, vt audiant, & intellectum, vt per alios inſtruantur. & ideo eadem ratione ſunt catechizandi, qua ſunt baptizandi.

Q. 69. ar. 6. ad 3. & 68. ar. 9.

AD 3m dicendum, quòd ille qui pro puero baptizato reſpondet, Credo, non prædicit puerum crediturum, cũ ad legitimos annos peruenerit: alioquin diceret, Credet, ſed profitetur fidem Eccleſiæ in perſona pueri, cui communicatur, cuius ſacramentum ei tribuitur, & ad quam obligatur per aliũ: nõ eſt.n. inconueniens, quòd aliquis obligetur per alium in his quæ ſunt de neceſſitate ſalutis. Similiter etiam patrinus pro puero reſpondens promittit ſe operam daturum ad hoc quòd puer credat: quod tamen nõ ſufficeret in adultis, vſum rationis habentibus.

### ARTICVLVS II.

*Vtrum exorciſmus debeat præcedere baptiſmum.*

Inf. ar. 3. ad 3. & 4. di 6. q. 2. ar. 3. q. 1. per tot. & q. 2. ad 4.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd exorciſmus non debeat præcedere baptiſmum. Exorciſmus enim contra energumenos, ideſt, arreptitios ordinatur: ſed non omnes baptizandi ſunt tales. ergo exorciſmus non debet præcedere baptiſmum.

¶ 2 Præt. Quãdiu homo ſubiacet peccato, diabolus in eum habet poteſtatem, quia vt dicitur Ioan. 8. qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati: ſed peccatum tollitur per baptiſmum. non ergo ante baptiſmum ſunt homines exorcizandi.

¶ 3 Præt. Ad arcendum dæmonum poteſtatem, introducta eſt aqua benedicta. non ergo ad hoc oportebat aliud remedium adhiberi per exorciſmos.

SED CONTRA eſt, quòd Cæleſtinus Papa dicit, * Siue paruuli, ſiue iuuenes ad regenerationis veniãt ſacramentum, non prius fontem vitæ adeant, quàm exorciſmis & exufflationibus clericorum ſpiritus immundus ab eis abijciatur.

Cæleſt. in 1. epiſt. ad Epi Galliæ, c. 12. in prin. to. 1. Concil.

RESPON. Dicendum, quòd quicumque ſapienter aliquod opus facere proponit, prius remouet impedimenta ſui operis, vnde dicitur Hier. 4. Nouate vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinas. Diabolus autem hoſtis eſt humanæ ſalutis, quæ homini per baptiſmum exhibetur, *& habet poteſtatem aliquam in hominẽ, ex hoc ipſo quòd ſubditur originali peccato, vel etiam actuali. Vnde conuenienter ante baptiſmum expelluntur dęmones per exorciſmos, ne ſalutem hominis impediant: quam quidem expulſionem ſignificat exufflatio. Benedictio autem cum manus impoſitione, pręcludit expulſo viam, ne redire poſſit. Sal autem in os miſſum, & narium & aurium ſputo linitio, ſignificat receptionẽ doctrinę fidei quãtum ad aures, & approbationem, quantum ad nares, & confeſſionem, quantum ad os. Olei vero inunctio ſignificat aptitudinem hominis ad pugnandum contra dęmones.

alias, acquiritur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd energumeni dicuntur, quaſi interius laborantes ex intrinſeca operatione diaboli. & quàmuis non omnes accedentes ad baptiſmum, corporaliter ab eo vexentur: omnes tamen non baptizati poteſtati dęmonũ ſubijciuntur, ſaltem propter originalis peccati reatum.

AD 2m dicendum, quòd in baptiſmo per * ablutionem peccati excluditur poteſtas dęmonis ab homine, quantum ad hoc, quod impedit eum a perceptione glorię, ſed exorciſmi excludũt poteſtatẽ dęmonis, inquantũ impedit hominẽ a perceptione ſacramẽti.

Alias, ablationem.

AD 3m dicendum, quòd aqua benedicta datur contra impugnationes dęmonum, quę ſunt ab exteriori: ſed exorciſmus ordinatur contra impugnationes dæmonum, quę ſunt ab interiori. vnde & energumeni dicuntur, quaſi interius laborantes, illi qui exorcizãtur. Vel dicendum, quòd ſicut in remedium contra peccatum, ſecundo datur pęnitentia, quia baptiſmus nõ iteratur, ita in remediũ contra impugnationes dęmonum, ſecundo, datur aqua benedicta, quia exorciſmi baptiſmales non iterantur.

### ARTICVLVS III.

*Vtrum ea, quæ aguntur in exorciſmo, aliquid efficiant.*

4. di. 6. q. 2. ar. 3. q. 2.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd ea quę aguntur in exorciſmo, non efficiant aliquid: ſed ſolum ſignificent. Si enim puer poſt exorciſmos moriatur ante baptiſmum, ſalutem non conſequitur; ſed ad hoc ordinatur effectus eorum, quę in ſacramentis aguntur, vt homo conſequatur ſalutem. vnde Marc. vlt. dicitur, Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. ergo ea quę aguntur in exorciſmo, nihil efficiunt, ſed ſolum ſignificant.

¶ 2 Pręt. Hoc ſolũ requiritur ad ſacramentum nouę legis, vt ſit ſignũ & cauſa, vt ſupra dictum eſt*. Si ergo ea quæ aguntur in exorciſmo, aliquid efficiant, videtur, quòd ſingula ſint quædam ſacramenta.

Q. 62. ar. 1. & 2.

¶ 3 Præt. Sicut exorciſmus ordinatur ad baptiſmum, ita etiam ſi aliquid in exorciſmo efficitur, ordinatur ad effectũ baptiſmi: ſed diſpoſitio ex neceſſitate pręcedit formam perfectam: quia forma non recipitur niſi ĩ materia diſpoſita. ſequeretur ergo, quòd nullus poſſet conſequi effectum baptiſmi, niſi prius exorcizetur, quod patet eſſe falſum. non ergo ea quæ agũtur in exorciſmis, aliquem effectum habent.

¶ 4 Præt. Sicut quædam aguntur in exorciſmo ante baptiſmum, ita etiam quædam aguntur poſt baptiſmum, ſicut quòd ſacerdos baptizatum chriſmate vngit in vertice: ſed ea quæ poſt baptiſmum agũtur non videntur aliquid efficere: quia ſecundũ hoc effectus baptiſmi eſſet imperfectus. ergo nec ea quæ ante baptiſmum aguntur in exorciſmo.

SED CONTRA eſt, quòd Aug. *dicit in lib. de Symbolo, Paruuli exufflantur & exorcizantur, vt pellatur ab eis diaboli poteſtas inimica, quæ decipit hominem. Nihil autem agitur fruſtra per eccleſiam. ergo per huiuſmodi exufflationes hoc agitur, vt dæmonum poteſtas expellatur.

RESPON. Dicẽdũ, ꝙ quidã dixerũt ea, quæ ĩ exorciſmo agunt̃ nihil efficere, ſed ſolũ ſignificare: ſed hoc patet eſſe falſum, ꝑ hoc ꝙ eccleſia in exorciſmis, imperatiuis verbis vtitur ad expellendã dæmonis poteſtatem: puta cum dicit, ergo maledicte diabole exi ab eo &c. & ideo dicẽdum eſt, quòd aliquem effectum habent differenter tamẽ ab ipſo baptiſmo. Nam per baptiſmum datur homini gratia ad plenam remiſſionem culparũ. Per ea vero quæ in exorciſmo aguntur, excluditur duplex impedimẽtũ ſalutaris gratiæ percipiendæ: quorũ vnũ eſt impedimẽtũ extrinſecũ, prout dæmones hominis ſalutẽ impedire conantur. & hoc impedimẽtũ excluditur per exufflationes, quibus poteſtas dæmonis pellitur (vt patet ex ĩducta auctoritate Aug.*) quantũ. ſ. ad hoc, ꝙ nõ præſtet impedimẽtũ ſacramẽto ſuſcipiẽdo. Manet tamẽ poteſtas dæmonis in homine, quantũ ad maculã peccati & reatũ pœnę, quouſque peccatũ per baptiſmũ tollatur. & ſecũdum hoc Cyprianus dicit*, Scias diaboli nequitiam poſſe remanere vſque ad aquã ſalutarẽ: in baptiſmo autem omnem nequitiã amittere. Aliud impedimentum eſt intrinſecũ, prout ſcilicet homo ex infectione originalis peccati habet ſenſus præcluſos ad percipiẽda ſalutis myſteria. Vnde Rabanus de inſtitutione clericorũ dicit*, ꝙ per ſaliuam typicam & ſacerdotis actũ, ſapiẽtia & virtus diuina ſalutem catechumeni operatur, vt aperiantur ei nares ad percipiendum odorem notitiæ dei, vt aperiantur eis aures ad audiendum mandata dei, vt aperiantur illi ſenſus in intimo corde, ad reſpondendum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd per ea quæ agũtur in exorciſmo, nõ tollitur culpa propter quam homo punitur poſt mortem: ſed ſolum tolluntur impedimenta recipiendi remiſſionem culpæ per ſacramẽtũ, vnde poſt mortẽ exorciſmus nõ valet ſine baptiſmo. Præpoſitinus tñ dicit, ꝙ pueri exorcizati, ſi moriant̃ ante baptiſmũ, minores tenebras patiũtur. ſed hoc nõ videtur verũ: quia tenebræ illæ ſunt carẽtia diuinæ viſionis, quæ nõ recipit magis & minus.

AD 2m dicendum, quòd de ratione ſacramẽti eſt, quòd perficiat principalem effectum, qui eſt gratia remittens culpam, vel ſupplens aliquem hominis defectũ: quod quidem nõ fit per ea quæ agũtur in exorciſmo; ſed ſolum huiuſmodi impedimẽta tolluntur. & ideo nõ ſunt ſacramenta, ſed ſacramentalia quędam.



AD 3m dicendum, quòd diſpoſitio ſufficiens ad ſuſcipiendam gratiam baptiſmalem, eſt fides & intẽtio, vel propria eius qui baptizatur, ſi ſit adultus, vel ipſius eccleſiæ, ſi ſit paruulus. Ea vero quæ aguntur in exorciſmo, ordinãtur ad remouendũ impedimenta: & ideo ſine eo poteſt aliquis conſequi effectũ baptiſmi. Non tamen ſunt huiuſmodi prætermittenda, niſi in neceſſitatis articulo, & tunc ceſſante periculo debẽt ſupleri, vt ſeruetur vniformitas in baptiſmo. Nec fruſtra ſupplentur poſt baptiſmũ: quia ſicut impeditur effectus baptiſmi, antequam percipiatur, ita poteſt impediri poſt quam fuerit perceptus.

AD 4m dicendum, quòd eorum quæ agũtur poſt baptiſmum circa baptizatũ, aliquid eſt quod non ſolum ſignificat, ſed efficit: puta inũctio quæ fit in vertice, quæ operatur conſeruationẽ* gratiæ baptiſmalis. Aliquid autem eſt, quod nihil efficit, ſed ſolum ſignificat: ſicut ꝙ datur ei veſtis cãdida, ad ſignificandum nouitatem vitæ.

Alias ad cõſeruationẽ.

### ARTICVLVS IIII.

*Vtrum ſit officium ſacerdotis, catechizare & exorcizare baptizandum.*

4. di. 6. q. 2. ar. 3. q. 3.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd non ſit ſacerdotis, catechizare & exorcizare baptizandum. Ad officium enim miniſtrorum pertinet habere operationem ſuper immundos, vt Diony*. dicit 5. c. Eccl. hie. ſed catechumeni, qui inſtruuntur in catechiſmo, & energumeni qui purgantur in exorciſmo, computantur inter immundos, vt ibidem Dionyſ.† dicit. ergo catechizare & exorcizare non pertinet ad officium ſacerdotis, ſed potius miniſtrorum.

Ca. 5. in titu. de ſacerdotum perfectionib*, & in contẽpla.

¶ 2 Præt. Catechumeni inſtruuntur de fide per ſacrã ſcripturam, quæ in eccleſia per miniſtros recitatur: ſicut enim per lectores in eccleſia legitur vetus teſtamentum, ita etiam per diacones & ſubdiacones legitur nouum. & ſic ad miniſtros pertinet catechizare. Similiter etiam & exorcizare, vt videtur, ad miniſtros pertinet: dicit enim Iſid. *in quadam epiſtola, Ad exorciſtam pertinet exorciſmos memoriter retinere, manuſque ſuper energumenos & catechumenos in exorciſmo imponere. non ergo pertinet ad officium ſacerdotis, catechizare & exorcizare.

Refertur in di. 25. c. Perlectis. & dicitur eſſe ĩ epiſ. ad Ludifredum.

¶ 3 Præt. Catechizare idem eſt quod docere, & hoc idem eſt quod perficere, quod ad officium epiſcoporum pertinet, vt dicit Dionyſ.* 5. c. Eccl. hier. non ergo pertinet ad officium ſacerdotis.

Loco citato in arg. 1.

SED CONTRA eſt quòd Nicol. * Papa dicit, Catechiſmi baptizandorum a ſacerdotibus vniuſcuiuſq; eccleſiæ fieri poſſunt. unde Greg. † etiam ſuper Ezech. dicit, Sacerdotes cum per exorciſmi gratiam, manum credentibus imponunt, quid aliud faciunt, niſi quòd dęmonia eijciunt?

Referſ de conſecr. di. 4. c. Catechiſmi. Greg. hom. 29. in euãge. mediũ.

RESPON. Dicendum, quòd miniſter comparatur ad ſacerdotem, ſicut ſecundarium & inſtrumentale agens ad principale, vt indicat ipſum nomen miniſtri. Agens autem ſecundarium non agit ſine principali agente, ſed cooperatur principali agenti, in operando. Quanto autem potior eſt operatio, tanto principale agens potioribus indiget inſtrumentis ſeu miniſtris. Potior autem eſt operatio ſacerdotis inquãtũ confert ipſum ſacramentum, q̃ in pręparatorijs ad ſacr̃m. & ideo ſupremi miniſtri qui dñr diacones, cooperant̃ ſacerdoti ĩ ipſa collatiõe ſacramẽtorũ.

De confec. di.25.c.per lectis.dicitur eſſe, in epiſt.ad Ludifredum. D. 320. D. 159.

dicit enim Iſidor.* quòd ad diaconem pertinet aſsiſtere ſacerdotibus, & miniſtrare in omnibus, quę agũtur in ſacramentis Chriſti, in baptiſmo, ſcilicet, in chriſmate, patena, & calice. Inferiores autem miniſtri cooperantur ſacerdotibus in his, quæ ſunt præparatoria ad ſacramentum: ſicut [d] lectores in catechiſmo, & exorciſtæ [d] in exorciſmo.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ſuper immundos miniſtri habent operationem miniſterialẽ, & quaſi inſtrumentalem, ſed ſacerdos principalem.

Ad 2$^{m}$ dicendum, quòd lectores & exorciſtæ habent officium catechizandi & exorcizandi, non quidẽ principaliter, ſed ſicut in his ſacerdoti miniſtrãtes. G

Ca. 2. eccl. hier. par. 2.

Ad 3$^{m}$ dicendum, quòd multiplex eſt inſtructio, vna conuerſiua ad fidem, quam Diony.* tribuit epiſcopo in 2. eccl. hier. & poteſt competere cuilibet prędicatori, vel etiam cuilibet fideli. Secunda eſt inſtructio, qua quis eruditur de fidei rudimentis, & qualiter ſe debeat habere in ſuſceptione ſacramentorum, & hęc pertinet ſecundario quidem ad miniſtros, principaliter autẽ ad ſacerdotes. Tertia eſt inſtructio de conuerſatione chriſtianæ vitæ, & hæc pertinet ad patrinos. Quarta eſt inſtructio de profundis myſterijs fidei, & perfectione chriſtianæ vitæ, & hec ex officio pertinet ad epiſcopos.

*¶ Super Quæſtionis ſeptuageſimæſecundæ Articulum primum & ſecundũ.*

IN ar.1.& 2.q.72. aduerte unum.ſ. quòd chriſma, hoc eſt, compoſitum ex oleo & balſamo, nõ ita eſt materia ſacramenti confirmationis, ſicut aqua eſt materia baptiſmi, qm̃ ſine balſamo cõfirmatio tradita valet, ſine aqua aũt baptiſmus nõ valet. Et de hoc extat textus clarus de ſacramentis non reiterandis, ca paſtoralis. ubi quæritur ſi confirmationis ſacramentũ in eo debeat reiterari, qui per errorẽ fuit non chriſmate, ſed oleo delinitus, & reſpõdetur quòd non eſt aliquid iterandum, ſed caute ſupplendum, quod incaute fuerat prætermiſſum. Ex hoc enim apparet ſacramentum confirmationis, quo ad ſubſtantialia, fuiſſe conpletum ſine balſamo: fuiſſet ſiquidẽ alioquin reiterandũ ſine balſamo collatum. Vnde intelligimus miſtũ ex oleo, & balſamo (quod chriſma conſueuimus uocare) eſſe regularem materiam cõfirmationis de neceſſitate præcepti, & non de neceſſitate ſacramenti. Et ui detur hoc ab eccleſia præcedenti tempore inſtitutum: in primitiua ſiquidem eccleſia non uidetur multum credibile: pauperrimos epiſcopos habuiſſe balſamum, quo forte etiam hodie multi carent. Accedit ad hæc quòd chriſmatis nomen, quod ſecundum Dio. Apoſtoli ĩpoſuerũt huic ſacramento, non ſignificat balſamum, ſed unctionem, cui oleum ſufficit.

Sup. q. 65. ar.1.& 4.d. 2.q.1.art.2. co.& diſ.7. q.1.ar. 1.q. 1.per to. & 4.cõc.c.58. Q.64.ar.2.

## QVAESTIO LXXII.

*De ſacramento Confirmationis in duodecim articulos diuiſa.*

Consequenter conſiderandum eſt de ſacramento confirmationis.

### Et circa hoc quæruntur duodecim.

¶ Primo, Vtrum confirmatio ſit ſacramentum.

¶ Secundo, De materia eius.

¶ Tertio, Vtrum ſit de neceſſitate ſacramenti, quod chriſma fuerit prius per epiſcopũ cõſecratũ.

¶ Quarto, De forma ipſius.

¶ Quinto, Vtrum imprimat characterem.

¶ Sexto, Vtrum character confirmationis præſupponat characterem baptiſmalem.

¶ Septimo, Vtrum conferat gratiã.

¶ Octauo, Cui competat recipere hoc ſacramentum.

¶ Nono, In qua parte.

¶ Decimo, Vtrum requiratur aliquis, qui teneat cõfirmandum.

¶ Vndecimo, Vtrum hoc ſacramẽtum per ſolos epiſcopus detur.

¶ Duodecimo, De ritu eius.

### Articvlvs I.

*Vtrum confirmatio ſit ſacramentum.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd cõfirmatio non ſit ſacramentum. Sacramenta enim ex diuina inſtructione efficaciam habent, ſicut ſupradictum eſt*: ſed cõfirmatio nõ legit̃ a Chri- F ſto inſtituta. ergo non eſt ſacr̃m.

¶ 2 Præ. Sacramenta nouæ legis, in veteri lege præfigurata fuerũt. vnde Apoſtolus dicit 1. Corin. 10. ꝙ omnes in moyſe baptizati ſunt, in nube & in mari, & omnes eandẽ eſcam ſpiritualem mãducauerũt, & omnes eundem potum ſpiritalem biberunt: ſed confirmatio nõ fuit præfigurata in veteri teſtamẽto. non ergo eſt ſacramentum.

¶ 3 Præt. Sacramenta ordinãtur G ad hominum ſalutem: ſed ſine cõfirmatione poteſt eſſe ſalus. nam pueri baptizati, ſine confirmatione decedentes ſaluantur. ergo confirmatio non eſt ſacramentum.

¶ 4 Præt. Per omnia ſacramenta eccleſiæ, homo, Chriſto conformatur, qui eſt ſacramẽtorũ auctor: ſed per confirmationem non videtur homo Chriſto conformari, qui non legitur eſſe confirmatus. ergo confirmatio non eſt ſacramentum.

Habet̃ de conſec. di.5.c. De his quibus, & eſt pars ante med. illius epiſtolæ mo. 1. Concil.

Sed contra eſt, quòd Melchiades Papa ſcribit* Hiſpaniarum epiſcopis: De his, ſuper quibus rogaſtis nos, vos informari, vtrum maius ſit ſacramen- H tum, manus impoſitio epiſcoporum, an baptiſmus, ſcitote vtrumque magnum eſſe ſacramentum.

*alias ſpiritualis.

Respon. Dicendum, quòd ſacramenta nouę legis ordinantur ad ſpeciales* gratiæ effectus: & ideo vbi occurrit aliquis ſpecialis effect⁹ gratiæ, ibi ordinatur ſpeciale ſacramentum. Quia vero ſenſibilia & corporalia gerunt ſpiritualium & intelligibilium ſimilitudinem, ex his quæ in vita corporali aguntur, percipere poſſumus quid in ſpirituali vita gratiæ ſpeciale exiſtat. Manifeſtum autem eſt, quòd in vita corporali ſpecialis quædam perfectio eſt, ꝙ homo ad perfectã ætatẽ perueniat, & perfectas actiones hominis agere poſſit. unde & Apoſtolus dicit 1 Cor. 13. Cum autẽ I factus ſum vir, euacuaui quæ erãt paruuli. & inde eſt etiam, quòd præter motũ generationis, quo aliquis accipit vitam corporalem, eſt motus augmenti, quo aliquis perducitur ad perfectam ætatem. Sic igitur & vitam ſpiritualẽ homo accipit per baptiſmũ, qui eſt ſpiritualis regeneratio. In cõfirmatione autẽ homo accipit, quaſi quandam perfectam ætatem ſpiritualis vitæ. unde Melchiades Papa dicit*. Spiritus ſanctus, qui ſuper aquas baptiſmi ſalutifero deſcendit lapſu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in cõfirmatione augmentum præſtat ad gratiam, in baptiſmo regeneramur ad vitam, poſt baptiſmum confirmamur ad pugnam, in baptiſmo abluimur, poſt baptiſmum roboramur. & ideo manifeſtũ eſt, quòd K confirmatio eſt ſpeciale ſacramentum.

In epiſt. ad Hiſpanarum epiſc. a med. 1. tom. 1. Concil.

Ad primvm ergo dicendum, quòd circa inſtitutionem huius ſacramenti eſt triplex opinio. Quidam enim dixerunt, quòd hoc ſacramentum nõ fuit inſtitutum nec a Chriſto, nec ab apoſtolis, ſed poſtea proceſſu temporis in quodam concilio. Alij vero dixerunt, quòd fuit inſtitutum ab apoſtolis, ſed hoc non poteſt eſſe, quia inſtituere nouum ſacramentum, pertinet ad poteſtatem excellentiæ, quæ competit ſoli Chriſto. & ideo dicẽdũ eſt, ꝙ Chriſt⁹ ĩſtituit hoc ſacramentum, non exhibendo, ſed promittendo, ſ̃m illud Io. 16. Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos: ſi autẽ abiero, mittam eum ad vos: & hoc ideo quia ĩ hoc ſacramẽto datur plenitudo Spiritusſancti, quæ non erat danda ante Chriſti reſurrectionem, & A aſcenſionem, ſecũdum illud Ioan. 7. Nõdum erat Spiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus.



Ad 2$^{m}$ dicendum, quòd quia confirmatio eſt ſacramentum plenitudinis gratiæ, non potuit habere aliquid reſpondens in veteri teſtamento, quia nihil ad perfectum adduxit lex, vt dicitur Heb. 7.

Ad 3$^{m}$ dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt*, omnia ſacramẽta ſunt aliqualiter neceſſaria ad ſalutem: ſed quædam ſine quibus non eſt ſalus, quædam vero ſicut, quæ operantur ad perfectionem ſalutis. & hoc modo confirmatio eſt de neceſſitate ſalutis, quàmuis ſine ea poſſit eſſe ſalus, dumtamen non prætermittatur ex contemptu ſacramenti. B

Ad 4$^{m}$ dicendum, quòd illi qui confirmationem accipiunt, quæ eſt ſacramentum plenitudinis gratiæ, Chriſto conformantur, inquantum ipſe a primo inſtãti ſuæ conceptionis fuit plenus gratiæ & veritatis, vt dicitur Ioan. 1. Quæ quidem plenitudo declarata eſt in baptiſmo, quando Spiritusſanctus deſcendit corporali ſpecie ſuper eum. unde & Luc. 4. dicitur, quòd Ieſus plenus Spiritusſancto, regreſſus eſt a Iordane. Non aũt cõueniebat dignitati Chriſti (qui eſt ſacramẽtorũ auctor) vt a ſacramento plenitudinẽ gratiæ acciperet.

### Articvlvs II.

*Vtrum chriſma ſit conueniens materia huius ſacramenti.*

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur ꝙ chriſma non ſit conueniens materia huius ſacramenti. Hoc enim ſacramentum (vt dictum eſt*) inſtitutum eſt a Chriſto promittente diſcipulis Spiritumſanctũ: ſed ipſe miſit eis Spiritumſanctum abſq; omni chriſmatis inunctione: ipſi etiam Apoſtoli hoc ſacramentum conferebant per ſolã manus impoſitionẽ abſque chriſmate: dicitur enim Act. 8. quòd Apoſtoli imponebant manus ſuper baptizatos, & accipiebant Spiritumſanctum. ergo chriſma non eſt materia huius ſacramenti, quia materia eſt de neceſſitate ſacramenti.

¶ 2 Præt. Confirmatio quodammodo perficit ſacramẽtum baptiſmi (ſicut ſupra dictum eſt*) & ita debet ei conformari, ſicut perfectio perfectibili: ſed in baptiſmo eſt materia, ſimplex elementum, ſcilicet aqua. ergo huius ſacramenti non eſt cõueniens materia chriſma, quod conficitur ex oleo & balſamo.

¶ 3 Præt. Oleum aſſumitur in materia huius ſacramenti ad inungendum: ſed quolibet oleo poteſt fieri inũctio, puta oleo, quod fit ex nucibus, vel ex quibuſcũque alijs rebus. non ergo ſolum oleum oliuarum debet aſſumi ad huiuſmodi ſacramentum.

¶ 4 Præt. Supra dictum eſt*, quòd aqua aſſumitur, vt materia ad baptizandum, quia vbique de facili inuenitur: ſed oleum oliuarum non vbique inuenitur, & multo minus balſamum. non ergo chriſma, quod ex his cõficitur, eſt cõueniens materia huius ſacramẽti.

Sed contra, quòd Grego.* dicit in regiſtro, Presbyteri baptizatos infantes ſignare in frontibus ſacro chriſmate, non præſumant. ergo chriſma eſt materia huius ſacramenti.

Respon. Dicendum, quòd chriſma eſt conueniens materia huius ſacramenti. Sicut enim dictum eſt*, in hoc ſacramento datur plenitudo Spiritusſancti ad robur ſpirituale, quod competit perfectæ ętati. Homo autem cũm ad perfectam ætatem peruenerit, incipit iam communicare actiones ſuas ad alios, antea vero quaſi ſingulariter ſibiipſi viuit. Gratia vero Spiritusſancti in oleo deſignatur, vnde Chriſtus dici- A tur eſſe vnctus oleo lætitiæ, propter plenitudinẽ Spiritusſancti quam habuit. & ideo oleum competit materiæ huius ſacramenti. Admiſcetur autem balſamũ propter fragrantiam odoris, quæ redundat ad alios, vnde Apoſt. dicit 2. Cor. 2. Chriſti bonus odor ſumus deo &c. Et licet multa alia ſint odorifera, tamen præcipue accipit̃ balſamũ propter hoc, quòd habet præcipuũ odorẽ, & quia etiam incorruptionẽ pręſtat. unde Eccl. 24. dicitur, Quaſi balſamũ nõ miſtũ odor meus.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Chriſtus ex poteſtate excellentiæ, quam habet in ſacramentis, contulit apoſtolis rem huius ſacramenti, ideſt pleni- B tudinem Spiritusſancti ſine ſacramento, eo quòd ipſi primitias Spiritusſancti acceperunt, ſicut dicitur Roma. 8. nihilominns tñ aliquid conforme materiæ huius ſacramenti, exhibitum fuit apoſtolis ſenſibiliter in collatione Spiritusſancti. quòd enim ſenſibiliter Spiritusſanctus ſuper eos deſcendit in ſpecie ignis, ad eandem ſignificationem refertur, ad quam refertur oleum, niſi quòd ignis habet vim actiuam, oleum autem habet vim paſſiuam, inquantum eſt materia, & fomentum ignis, & hoc ſatis cõpetebat. nã per apoſtolos gratia Spiritusſancti erat ad alios deriuãda. Super apoſtolos etiam Spiritusſanctus deſcendit in fi- C gura linguæ, quod ad idẽ ſignificãdum refertur, quod ſignificat balſamum, niſi quòd lingua per locutionẽ eſt communicatiua ad alterum, balſamum vero per odorẽ: quia.ſ. apoſtoli replebantur Spiritusſancto, vt fidei doctores: alij aũt fideles, vt operatores eorũ, quę pertinent ad ædificationẽ fideliũ. Similiter etiã ad impoſitionẽ manus apoſtolorũ, & etiam ad eorũ prædicationẽ, deſcendebat plenitudo Spiritusſancti ſuper fideles ſub viſibilibus ſignis, ſicut & a principio deſcẽderat ſuper apoſtolos. vnde Petrus dicit Act. 11. Cũ cœpiſſem loqui cecidit Spiritusſanctus ſuper eos, ſicut & in nos in initio. & ideo nõ erat neceſſaria ſenſibilis materia ſacramẽtalis, vbi ſenſibilia ſigna miraculoſe exhibebantur diuinitus: utebantur tamẽ apo- D ſtoli communiter chriſmate in exhibitione ſacramẽti, quando huiuſmodi viſibilia ſigna non exhibebantur: dicit enim Diony.* 4. ca. Eccle. hierar. Eſt quædã perfectiua operatio, quam duces noſtri (ideſt apoſtoli) chriſmatis hoſtiam nominant.

Cap. 4. in prin.

Ad 2$^{m}$ dicendũ, ꝙ baptiſmus datur ad ſpiritualem vitã ſimpliciter cõſequendã, & ideo cõpetit illi ſacramento materia ſimplex: ſed hoc ſacramentũ datur ad plenitudinẽ cõſequendã Spiritusſancti, cuius eſt multiformis operatio, ſ̃m illud Sap. 7. eſt.n. in illa Spiritusſanct⁹, vnicus, multiplex, & 1. ad Cor. 12. dicit̃, Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autẽ Spiritus. & ideo conuenienter huius ſacramenti eſt materia cõpoſita.

Ad 3$^{m}$ dicendũ, ꝙ proprietates olei quibus ſigni- E ficatur Spiritusſanctus, magis inueniũtur in oleo oliuarum, quàm in quocumque alio oleo. unde & ipſa oliua ſemper frondibus virẽs, virorem & miſericordiam Spiritusſancti ſignificat. Hoc etiam oleum, proprie dicitur oleum, & maxime habetur in vſu vbi haberi poteſt: quilibet autem alius liquor, ex ſimilitudine huius oleũ nominatur: nec eſt in vſu cõmuni, niſi in ſupplementum apud eos, quibus deeſt oleum oliuarum. & ideo hoc oleum ſolum aſſumitur in vſum huius, & quorundam aliorum ſacramẽtorum.

Ad 4$^{m}$ dicendũ, ꝙ baptiſmus eſt ſacramẽtũ abſolutæ neceſſitatis: & iõ eius materia debet ĩueniri vbiq;. Sufficit aũt ꝙ materia huius ſacramẽti, qđ nõ eſt tãtæ neceſſitatis, poſſit de facili ad oĩa loca terrarũ deferri.

¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæſ.cundæ Articulum tertium.*

IN ar.3.aduerte propter caſus emergentes,quòd licet conſtet ex eccleſiæ ritu materiam confi mationis oportere eſſe conſecratam ab epiſcopo:nō tamē euidenter conſtat,an iſta neceſſitas ſit ex ſacramento,aut ex præcepto. Et dato,quòd ſit ex neceſſitate ſacramēti, reſtat adhuc dubium, an ſic oporteat,quòd plenitudo Apoſtolicæ poteſtatis non poſſit diſpenſatiue ſubrogare ſimplicem ſacerdotem ad conſecrationem materiæ, ſicut poteſt ipſum ſubrogare ad collationem huius ſacramenti, vt infra patebit. (4.di.7. q.1. ar.2.q.3.)

¶ Et de primo quidem dubio apparet tenendum, quòd ſi epiſcopus confirmaret cum chriſmate conſecrato a ſimplici ſacerdote, ſacramentum nullum eſſet, iuxta uerba Auctoris hîc ſentientis, conſecrationem huiuſmodi pertinere ad neceſſitatē, & non ad ſolennitatem ſacramenti:perſpicacius tamen cōſiderando oppoſitū, eſt magis rationi cōſentaneum, quādoquidē nulla eſt maior conſecratio ea, quæ fit in euchariſtia,quam cum poſſit ſimplex ſacerdos efficere,omnem aliā non ſacramentalem efficere poteſt:ita q facta tenet, quāuis peccet faciēdo. (Tracta.80. In Ioan. a medio.to.9.) Nec Auctor in litera explicat,quòd ab epiſcopo omnino oporteat fieri, nihil tamen definitiue concludo. Legimus.n. etiam apoſtolica ſede diſpenſante circa miniſtrū huius ſacramenti inconcuſſe explicatū fuiſſe, quòd vtantur chriſmate cōſecrato per epiſcopum, vt patet in concilio florentino ſub Eugenio IIII. (Habet de conſecr. di. 4.c. Presbyteris.) De ſecūda autem quæſtione nullā ego video rationē dubitandi, ſuppoſita poteſtate Papæ de mutatione miniſtri: qui enim poteſt maius,poteſt & minus: maius autem eſſe conſtat,quòd presbyter conferat confirmationis ſacramentum,quàm conferat materiam ſacramenti, quanto maius eſt ſacramentum ſua materia. Et propterea ſi Papa poteſt facere,quòd ſimplex ſacerdos confirmet, poteſt etiam efficere, q idem conſecret materiam. (Q.64. ar.3.)

## ARTICVLVS III.

*Vtrum ſit de neceſſitate huius ſacramenti, quòd chriſma fuerit prius per epiſcopum conſecratum.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd non ſit de neceſſitate huius ſacramēti, quòd chriſma quod eſt materia huius ſacramenti, fuerit prius per epiſcopum cōſecratum. Baptiſmus enim in quo fit plena remiſſio peccatorum, non eſt minoris efficaciæ, quàm hoc ſacramentum: ſed licet quædam ſanctificatio adhibeatur aquę baptiſmali ante baptiſmum, non tamen eſt de neceſſitate ſacramenti: quia in articulo neceſſitatis prę teriri poteſt. ergo non eſt de neceſſitate huius ſacramēti, quod chriſma fuerit prius per epiſcopum conſecratum.

G

¶ 2 Præt. Idem non debet bis conſecrari: ſed materia ſacramenti ſanctificatur in ipſa collatione ſacramēti, per formam verborum, qua cōfertur ſacramētū. vnde & Aug.* dicit ſup Io. Accedit verbū ad elementum, & fit ſacramentum. nō ergo debet prius chriſma cōſecrari, quàm hoc ſacramentū tradatur.

H

¶ 3 Præt. Omnis conſecratio, quæ fit in ſacramētis, ad conſecutionē gratię ordinatur: ſed materia ſenſibilis confecta ex oleo & balſamo non eſt capax gratiæ. ergo non debet ei aliqua cōſecratio adhiberi.

I

SED CONTRA eſt, quòd Inno. Papa *dicit, Presbyteris, cum baptizant, chriſmate baptizatos vngere liceat, qđ ab epiſcopo fuerat conſecratum: non tamen frontem ex eodem oleo ſignare, quod ſolum debetur epiſcopis, cum tradunt paracletum: quod quidem fit in hoc ſacramento. ergo ad hoc ſacramentum requiritur chriſma per epiſcopum conſecratum.

K

RESPON. Dicendum, tota ſacramentorū ſantificatio a Chriſto deriuatur, vt ſupra dictum eſt* Eſt autem conſiderandum, quòd quibuſdam ſacramentis habentibus materiam corpoream, Chriſtus eſt vſus, ſcilicet baptiſmo & etiam euchariſtia, & ideo ex ipſo vſu Chriſti, materiæ horum ſacramentorum aptitudinem acceperunt ad perfectionem ſacramenti. unde Chryſo.* dicit, quòd nūquā aquæ baptiſmi purgare peccata credentium poſſent, niſi tactu dominici corporis ſanctificatæ fuiſſent. (Refert de conſecr. di. 4.c. nūquā aqua.) & ſimiliter ipſe Dominus accipiens panē, benedixit: ſimiliter autem & calicem, vt habetur Math. 26. & Luc. 22. & propter hoc non eſt de neceſſitate horum ſacramētorū, q materia prius benedicat: qa ſufficit benedictio Chriſti. Si qua vero benedictio adhibeatur, pertinet ad ſolēnitatem ſacramenti, non autē ad neceſſitatē. Vnctionibus autē viſibilibus Chriſtus nō eſt vſus, ne fieret iniuria inuiſibili vnctioni, qua eſt vnctus præ conſortibus ſuis. & ideo tam chriſma quàm oleum ſanctum infirmorum, prius benedicūtur quā adhibeantur ad vſum ſacramenti.

AD PRIMVM ergo patet reſponſio ex dictis*. (In corp.)

AD 2m dicendum, quòd vtraque conſecratio chriſmatis non refertur ad idem: ſicut enim inſtrumentum virtutem inſtrumentalē acquirit dupliciter, ſcilicet quādo accipit formā inſtrumēti, & quando mouetur a principali agēte ad effectum, ita etiam matera ſacramenti duplici ſanctificatione indiget: per quarum vnam fit propria materia ſacramenti, per aliam vero applicatur ad effectum.

AD 3m dicendum, quòd materia corporalis non eſt capax gratiæ quaſi gratiæ ſubiectum, ſed ſolum ſicut gratiæ inſtrumētum, vt ſupra dictum eſt* & ad hoc materia ſacramenti conſecratur, vel ab ipſo Chriſto, vel ab epiſcopo, qui gerit in eccleſia perſonam Chriſti. (Q.62.ar.1. 2.& 3.)

F ¶ In eodem ar.3. Durandus occurrit in 4.ſentent. diſt.7. quæ. 2. contra literæ rationem arguens, volens ipſam peccare ſecundum non cauſam vt cauſam, quantum ad ſanctificationem materiæ ex contactu, uel non contactu Chriſti: tum, quia ſi contactus Chriſti ſanctificauit materiam, pūta aquam & panem, vel fieret iniuria ſanctificationi primæ ex ſupradicta ſanctificatiōe ab eccleſia, ſi ſūt eiuſdē rōnis, uel prima eēt īſufficiēs, ſi ſecūda eſt alterius rationis: tum, quia Chriſtus uſus eſt uiſibilib9 unctionib9, in uita a Magdalena pluries, & i morte a Nicodemo, ac per hoc ſanctificauit unctiones, ſi contactus eius ſanctificatiuus eſt. Et ſic ſanctificata eſſet ēt materia huius ſacramēti, nec egeret conſecratione, cuius oppoſitum dicis.

¶ Ad hoc dicit, rationem Auctoris in ſua probabilitate ſolidam ſtare, & quòd prima ſanctificatio conſtituit materiam ſacramenti, & propterea alteri9 eſt rationis a benedictione eiuſdem materiæ, quam eccleſia adhibet: quoniā hæc ſecunda non ordinatur ad cōſtituēdam materiam, ſed ad ſolennitatē quandam & deuotionē, fugationem dæmonum, & huiuſmodi. Vnde non arguit ſecunda inſufficiētiam primæ, nec illi iniuriatur: nec dicit Auctor quēcūque Chriſti cōtactū ſanctificare materiā ſacramenti, ſed contactū in uſu ſacramenti, quali contactu nō tetigit vnctiones: nec obſtat q ex uſu ſacramēti Chřs nihil accepit, ac per hoc p accidēs uſus cōcurrit, & ſol9 cōtactus p ſe, qm̄ ipſo cōtactu ſanctificauit, hoc, inquā, nō obſtat qm̄ de uſu cōſtitutiuo ſacramēti eſt ſermo, ita q ſenſus ē, cōtactus Chriſti ī cōſtituēdo ſacramētū, eſt ſctificatiu9 materiæ. Et ſic fugātur obiectiones durādi.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum hæc ſit conueniens forma huius ſacramenti, Conſigno te ſigno crucis &c.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur q hæc non ſit conueniens forma huius ſacramēti, Conſigno te ſigno crucis, & cōfirmo te chriſmate ſalutis, in nomine Patris & Filij & Spiritusſancti, amen. Vſus enim ſacramentorum a Chriſto & ab apoſtolis deriuatur: ſed, neque Chriſtus hanc formam inſtituit, nec Apoſtoli ea vſi leguntur. ergo hæc non eſt cōueniens forma huius ſacramenti.

¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæſecundæ Articulum quartum.* (Inf. q. 84. ar.3.cor. & 4.di.7.q.1. ar.3.q.3. & op.22.)

IN articulo quarto aduerte pro hoc, & ceteris ſacramentis, quòd licet in antiquis iuribus non inueniantur expreſſe omnes ſacramentorum formæ: poſterioribus tamen temporibus, ſcilicet ſub Eugenio IIII. in conci florentino, in quo etiā fuit eccleſia oriētalis, explicatæ ſunt omniū ſacramētorū formæ cum reliquis omnibus requiſitis ad omnia, & ſingula ſacramenta. ubi & ponitur iſta forma ſacramenti cōfirmationis, niſi quòd hic dicitur, Conſigno, & ibi legitur, Signo te ſigno crucis, & idem eſt ſenſus.



¶ 2 Præt. Sicut ſacramentum eſt idem apud omnes, ita & forma debet eſſe eadē: quia quælibet res habet vnitatem, ſicut & eſſe a ſua forma: ſed hac forma nō oēs vtuntur: quidam enim dicunt, confirmo te chriſmate ſanctificationis. ergo hæc non eſt conueniens forma huius ſacramenti.

¶ 3 Præt. Sacramentum hoc debet conformari baptiſmo, ſicut perfectio perfectibili, vt ſupra dictum eſt*: ſed in forma baptiſmi non fit mētio de conſignatione characteris, nec etiam de cruce Chriſti (cum tamē per baptiſmum homo Chriſto commoriatur, vt Apoſtolus dicit Rom. 6.) nec etiam fit mentio de effectu ſalutis, cum tamen baptiſmus ſit de neceſsitate ſalutis. In forma etiam baptiſmi ponitur vnus actus tantum, & exprimitur perſona baptizantis, cum dicitur, ego te baptizo, cuius cōtrariū apparet in forma prædicta.* nō ergo eſt cōueniēs forma hui9 ſacramēti.

SED CONTRA eſt auctoritas eccleſiæ, quæ hac forma communiter vtitur.

RESPON. Dicendum, quòd prædicta*. forma eſt conueniens huic ſacramento. Sicut enim forma rei naturalis dat ei ſpeciem, ita forma ſacramenti continere debet quicquid pertinet ad ſpeciem ſacramēti. Sicut autem ex ſupradictis patet,* in hoc ſacramento datur Spiritusſanctus ad robur ſpiritualis pugnæ. & ideo in hoc ſacramento tria ſunt neceſſaria, quę cōtinentur in forma prædicta. * Quorum primum eſt, cauſa conferens plenitudinem roboris ſpiritualis, quæ eſt ſancta Trinitas, quæ exprimitur cum dicitur In nomine Patris &c. Secundum eſt ipſum robur ſpirituale, quod homini confertur per ſacramentū materiæ viſibilis ad ſalutem, quod quidem tangitur, cū dicitur, Confirmo te chriſmate ſalutis. Tertium eſt ſignū, quod pugnatori datur: ſicut & in pugna corporali, milites inſignijs ducum inſigniuntur. & quantū ad hoc dicitur, Conſigno te ſigno crucis, in quo ſcilicet rex noſter triumphauit, vt dicitur Coloſ. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum* eſt) per miniſterium apoſtolorum quandoque dabatur effectus huius ſacramenti, ſcilicet plenitudo Spiritusſancti, quibuſdam viſibilibus ſignis miraculoſe a deo effectis, qui poteſt effectum ſacramenti ſine ſacramento conferre. & tunc non erat neceſſaria nec materia nec forma huius ſacramēti. Quādoque autem tāquam miniſtri ſacramentorum, hoc ſacramentum præbebant, & tunc ſicut materia, ita & forma ex mandato Chriſti vtebantur. Multa enim ſeruabant apoſtoli in ſacramentorum collatione, quæ in ſcripturis communiter propoſitis non ſunt tradita. Vnde Diony*. dicit in fine Eccle. hierar. Conſumatiuas inuocationes, ideſt verba quibus perficiuntur ſacramenta, non eſt iuſtum ſcripturas interpretantibus neque myſticum earum, aut in ipſis operatas ex deo uirtutes, ex occulto ad cōmune adducere: ſed noſtra ſacra traditio, ſine pompa, ideſt occulte eas edocet. Vnde & Apoſtolus dicit, loquens de celebratione euchariſtię. 1. Corinth. 11. Cetera, cum venero, diſponam.

AD 2m dicendum, quòd ſanctitas eſt ſalutis cauſa. & ideo in idem redit, quod dicitur chriſmate ſalutis & ſanctificationis.

AD 3m dicendum, q baptiſmus eſt regeneratio in ſpiritualē vitā, qua homo viuit in ſeipſo: & ideo non ponitur in forma baptiſmi, niſi vnus actus ad ipſum hominem ſanctificādum pertinēs: ſed hoc ſacramentum nō ſolum ordinatur ad hoc, quòd homo ſanctificetur in ſeipſo, ſed exponitur cuidam pugnæ exteriori. & ideo non ſolum fit mentio de interiore ſan-

B ctificatione cum dicitur, confirmo te chriſmate ſaluti: ſed etiam conſignatur homo exterius quaſi vexillo crucis ad pugnam ſpiritualem, quod ſignificatur cum dicitur, Conſigno te ſigno crucis. In ipſo autem verbo baptizandi, quod ablutionem ſignificat, poteſt intelligi & materia, quæ eſt aqua abluens, & effectus ſalutis, quæ non intelliguntur in verbo Cōfirmandi: & ideo oportuit hæc ponere. Dictū eſt aūt ſupra*, q hoc qđ dicitur, ego, non eſt de neceſſitate formæ baptiſmalis: quia intelligitur in verbo primæ perſonæ: apponitur tamen ad exprimendam intentionē, quod nō eſt ita neceſſariū in cōfirmatione, quę nō exhibetur niſi ab excellenti miniſtro, vt infra * dicet. (Q.66.ar.5 ad 1.) (Ar.11. huius quæſt.)

C

## ARTICVLVS V.

*Vtrum ſacramentum confirmationis imprimat characterem.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd ſacramentū confirmationis nō imprimat characterē. Character enim importat quoddam ſignum diſtinctiuū: ſed per Sacramentum confirmationis non diſtinguitur homo ab infidelibus, hoc enim fit per baptiſmū: neque etiā ab alijs fidelibus, quia hoc ſacramētum ordinatur ad pu-

D gnam ſpiritualem, quæ omnibus fidelibus indicitur. non ergo in hoc ſacramento imprimitur aliquis character.

¶ 2 Præter. Supra dictum eſt *, quòd character eſt quædam potentia ſpiritualis: potentia autem non eſt niſi actiua, vel paſſiua. Potentia autem actiua in ſacramentis, confertur per ſacramentum ordinis: potentia autem paſſiua ſiue receptiua per ſacramentū baptiſmi. ergo per ſacramentum confirmationis nullus character (Q.63.ar.2.)

E imprimitur.

¶ 3 Præt. In circunciſione, quæ eſt character corporalis, non imprimit aliquis ſpiritualis character: ſed in hoc ſacramento imprimitur quidam character corporalis, dū ſcilicet homo chriſmate ſignatur ſigno crucis in fronte. non ergo imprimitur in hoc ſacramēto character ſpiritualis.

SED CONTRA, In omni ſacramēto, quod nō iteratur imprimit

¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæſecundæ Articulū quintum.*

IN art.5. dubium occurrit ad hominem, quoniā Auctor ſuperius in q. 63.ar.6 poſuit charecterem confirmationis pertinere ad recipientes: hic autem ponit ipſum ex parte potentiæ actiuæ, vt patet in litera. unde videt Auctoris doctrina ſibi ipſi diſſona. (4.di.7. q.2. ar.1.q.1.& q.3.ar.3. q.3.)

¶ Ad hoc dicitur, q hæc ſibiinuicem nō aduerſantur: quoniam character confirmationis, vt ipſius ſacramenti nomē teſtatur, eſt characteris baptiſmalis confirmatio: per baptiſmum enim fit chriſtianus, infirm9 tamen (quia eſt ſicut modo, genitus infans) per confirmationem autē firmatur, ac per hoc ex eadē parte utriuſque ſe tenet ſacramenti character, & per conſequens character confirmationis eſt, vt perficiens characterem baptiſmalem, qui cum ſe teneat ex parte recipientis, trahit ſecum ſuæ confirmationis characterem. Vnde de conſecrat. diſtin.5. cap. de his

vero Melchiades papa inquit, Ita cõiũcta ſunt hæc duo ſacramẽta quòd vnũ ſine altero rite perfici non poteſt, gloſ. ideſt, Chriſtianum facere non poteſt, ſupple, perfectum. Apparetq; hoc idẽ ex actibus utriuſq; characteris, nam baptiſmi eſt confiteri fidem: confirmationis autem libere ſeu intrepide, confiteri eandem, vbi patet ſecundum perficere & firmare primum. Patet etiam non ſic eſſe intelligendum characterem eſſe potentiam paſſiuam, tamquam ſi poneretur pure paſſiua, poteſt enim, aliquem actum habere cum hoc, quòd cõſtituit ſacramentorum receptiuum perfectũ ſeu firmum: baptiſmalis ſiquidem character receptiuũ abſolute, confirmationis aũt receptiuum, perfecte & libere cõſtituit.

Referẽ de conſecr. di. 5. ca. de homine.

Q.63.ar.2.

Ar.1. huius quæſt.

character; ſed hoc ſacramentum non iteratur, dicit enim Greg.* de homine, qui a Pontifice confirmatus fuerit denuo, talis iteratio prohibenda eſt. ergo in confirmatione imprimitur character.

Respon. Dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt*) character eſt quędam ſpiritualis poteſtas ad aliquas ſacras actiones ordinata. Dictum eſt autem ſupra †, quòd ſicut baptiſmus eſt quædam ſpiritualis regeneratio in vitam chriſtianam; ita etiam confirmatio eſt quoddam ſpirituale augmentum promouens hominem in ſpiritualem ætatem perfectam. Manifeſtũ eſt autem ex ſimilitudine corporalis vitæ, quòd alia eſt actio hominis ſtatim nati; & alia actio, quæ competit ei cum ad perfectã ætatem peruenerit. Et ideo per ſacramentum confirmationis datur homini poteſtas ſpiritualis, ad quaſdam alias actiones ſacras, pręter illas ad quas datur ei poteſtas in baptiſmo. Nam in baptiſmo accipit homo poteſtatem ad ea agenda, quæ ad propriam pertinent ſalutem, prout ſcilicet ſecundum ſeipſum viuit, ſed in confirmatione accipit homo poteſtatem ad agendum ea, quæ pertinent ad pugnam ſpiritualem contra hoſtes fidei: ſicut patet ex exemplo Apoſtolorũ, qui antequam plenitudinem Spiritusſancti acciperent, erant in cœnaculo perſeuerantes in oratione: poſtmodum vero egreſſi, non verebantur publice fidẽ fateri, etiam coram inimicis fidei chriſtianæ. & ideo manifeſtum eſt, quòd in ſacramento confirmationis imprimitur character.

Ad primvm ergo dicendum, quòd pugna ſpiritualis contra hoſtes inuiſibiles, omnibus competit: ſed contra hoſtes viſibiles, ideſt, contra perſecutores fidei pugnare, nomen Chriſti publice confitendo, eſt confirmatorum, qui iam ſunt perducti ſpiritualiter ad virilem ætatem, ſecũdum quòd dicitur 1. Ioã. 2. Scribo vobis iuuenes quoniam fortes eſtis, & verbum dei in vobis manet, & viciſtis malignum. & ideo character confirmationis eſt ſignum diſtinctiuum, non infidelium a fidelibus, ſed ſpiritualiter prouectorum ab his quibus dicitur: Sicut modo geniti infantes.

Ad 2[m] dicendum, quòd omnia ſacramẽta ſunt quædam fidei proteſtationes. Sicut igitur baptizatus accipit poteſtatem ſpiritualam ad proteſtandam fidẽ per ſuſceptionem aliorum ſacramentorum: ita conconfirmatus accipit poteſtatem publice fidem Chriſti verbis profitendi, quaſi ex officio.

D.1095. Ad 3[m] dicendum, quòd ſacramenta veteris legis dicuntur iuſtitiæ [d] carnis (vt patet Heb. 9.) quia. ſ. interius nihil efficiebant. & ideo in circuncisione imprimebatur character ſolum in corpore, non autem in anima: ſed in confirmatione cum charactere corporali imprimitur ſimul character ſpiritualis, eo ꝙ eſt ſacramentum nouæ legis.

F

## Articvlvs VI.

### Vtrum character confirmationis præſupponat characterem baptiſmi.

¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæſecundæ Articulum ſextum.*

IN art. 6. aduerte, quòd character, confirmationis, ita præſupponit characterem baptiſmi, vt ſi confirmaretur nõ baptizat⁹, eſſet poſt baptiſmum reconfirmandus eadem ratione, qua præsbyter non baptizatus, eſt poſt baptiſmum iterum ordinandus, vt patet in c. veniẽs & in c. ſi quis de prębytero non baptizato. Magis enim annexum eſt confirmationis ſacramẽtum baptiſmo, quàm ſacramentum ordinis, cum cõfirmatio firmitas perfectioque ſit baptiſmi.

4.di.7.q.2. ar.1.q.1. Et diſ.24.q.1. ar.2.q.3. & 4.

AD sextvm ſic proceditur. Videtur quòd character confirmationis non præſupponat ex neceſſitate characterem baptiſmalem. Sacramentum enim confirmationis ordinatur ad confitendũ publice fidem Chriſti: ſed multi etiam ante baptiſmum ſunt fidem

G Chriſti publice confeſſi, ſanguinẽ fundẽtes pro fide. ergo character confirmationis non præſupponit characterem baptiſmalem.

¶2 Præ. De Apoſtolis non legitur, quòd fuerint baptizati (præſertim cum dicatur Io. 4. quòd ipſe Chriſtus non baptizabat, ſed diſcipuli eius) & tamen poſtea fuerunt cõfirmati per aduentum Spiritusſancti. ergo ſimiliter alij poſſunt confirmari antequam baptizentur.

¶3 Præt. Act. 10. dicitur, ꝙ adhuc loquente Petro, cecidit Spiritusſanctus ſuper eos qui audiebant ver-

H bum, & audiebant eos loquentes linguis. & poſtea Petrus iuſſit eos baptizari. ergo pari ratione poſſunt alij prius confirmari, quam baptizentur.

Sed contra eſt, ꝙ Rabanus dicit in lib*. de inſti. cleri. Nouiſſime a ſummo Sacerdote, per impoſitionem manus paracletus traditur baptizato, vt roboretur per Spiritumſanctum ad prædicandum. Li.1.ca.30. in prin.

Respon. Dicendum, quòd character confirmationis ex neceſſitate præſupponit characterem baptiſmalem: ita ſcilicet, quòd ſi aliquis non baptizatus cõfirmaretur, nihil reciperet, ſed oporteret, iterato ipſum confirmari poſt baptiſmũ. Cuius ratio eſt: quia

I ſicut ſe habet confirmatio ad baptiſmum, ita augmẽtum ad generationem, vt ex ſupradictis patet*. Manifeſtum eſt autem, quòd nullus poteſt promoueri in ætatem perfectam, niſi primo fuerit natus. & ſimiliter niſi primo aliquis fuerit baptizatus, non poteſt ſacramentum confirmationis accipere. Ar.1. huius

Ad primvm ergo dicẽdũ, quòd virtus diuina non eſt alligata ſacramentis. Vnde poteſt conferre homini ſpirituale robur ad confitẽdum publice fidem Chriſti abſque ſacramento confirmationis, ſicut etiã poteſt conſequi remiſsionem peccatorum ſine baptiſmo. Sicut tamen nullus conſequitur effectum baptiſmi ſine baptiſmi voto, ita nullus conſequitur effectum confirmationis ſine voto ipſius: quod poteſt haberi etiã ante ſuſceptionem baptiſmi.

K Ad 2[m] dicẽdum, quòd ſicut Aug*. dicit ex hoc quòd Dominus dicit Ioan. 13. Qui lotus ęſt, non indiget niſi vt pedes lauet, intelligimus, Petrũ & alios Chriſti diſcipulos fuiſſe baptizatos ſiue baptiſmo Ioãnís (ſicut nonnulli arbitrantur) ſiue quod magis credibile eſt, baptiſmo Chriſti: neque enim renuit miniſterium baptizandi, vt haberet & baptizatos ſeruos, per quos ceteros baptizaret. Epi. 108 to mo.2.

Ad 3[m] dicendum, quòd audientes prædicationem Petri, acceperunt effectum confirmationis miraculoſe: non tamen confirmationis ſacramentũ. Dictũ eſt autem*, quòd effectus cõfirmationis poteſt alicui conferri Art.4.& 2. ad 1. arg.



conferri ante baptiſmum, non autem ſacramentum confirmationis: ſicut enim effectus confirmationis, qui eſt robur ſpirituale, præſupponit effectum baptiſmi, qui eſt iuſtificatio, ita ſacramentum confirmationis præſupponit ſacramentum baptiſmi.

¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæſecundæ Articulũ ſeptimum.*

IN art. 7. in reſponſione ad ſecundũ, nota hic dictum in litera pro omnibus ſacramentis, quòd accedẽs ad ſacramẽtum cũ peccato, uel quia eius conſcientiam non habet, uel quia non perfecte cõtrit⁹, gratiã ex ſacramento conſequitur in remiſſionem peccatorum. Et intelligo hoc de peccato mortali: quoniã de uenialibus nõ oportet habere conſcientiam particularem: hoc eſt enim quod conſueuit dici uirtute ſacramenti fieri de attrito contritũ: hoc eſt paratum ſecundum propriam conſcientiam charitate informari: quod tunc tantum fit, cũ ex ſacramento mouetur mens ſuſcipiẽtis ſacramentum in actualem operationem in deũ ſeu peccatum: non. n. regulariter infundit aut augetur gratia in adulto, niſi cõcurrente actu nouo liberi arbitrii: quoniam ſic exigit ſuauis diſpoſitio diuinæ gubernationis, ut ex his quę in prima ſecũdæ de iuſtificatione impii Auctor dicit, habere potes, & inferius cũ de ſacramento pœnitentiæ tractabitur.

¶ In eodem ar. in reſponſione ad tertiũ memẽto ſuperius dictorum de gratia ſacramentali, & intelliges quæ hic dicuntur: gratia ſiquidem gratum faciens extẽſa ad firmandũ Chriſtianum ut libere Chriſtum crucifixũ confiteatur, ſecundũ eſſentiam gratiæ, eſt eiuſdem ſpeciei cum gratia collata in baptiſmo: ſed ſecundũ auxilium firmitatis procedentis a gratia (quod gratia ſacramentalis uocatur) ſpecie differt a gratia baptiſmali.

## Articvlvs VII.

### Vtrum per ſacramentum confirmationis conferatur gratia gratum faciens.

AD septimvm ſic proceditur. Videtur quòd per hoc ſacramentum gratia gratum faciẽs non conferatur. Gratia enim gratũ faciens, ordinatur contra culpam: ſed hoc ſacramentum (ſicut dictũ eſt*) non exhibetur niſi baptizatis, qui ſunt a culpa mundati. ergo per hoc ſacramentum, gratia gratũ faciens non confertur.

¶2 Præt. Peccatores maxime indigent gratia gratum faciente, ꝑ quã ſolam iuſtificari poſſunt. ſi ergo ꝑ hoc ſacramentum gratia gratum faciens confertur, uidetur quòd deberet dari hominibus in peccato exiſtentibus: quod tñ nõ eſt uerũ.

¶3 Præt. Gratia gratum faciens, ſpecie non differt, cum ad unum effectũ ordinetur: ſed duæ formæ eiuſdem ſpeciei non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto. cum ergo gratia gratu faciens conferatur homini ꝑ baptiſmum, uidetur quòd per ſacramentum confirmationis, quod nõ exhibetur niſi baptizato, gratia gratum faciens non conferatur.

Sed contra eſt, quòd Melchiades Papa dicit,* ſpiritusſanctus in fonte baptiſmi, plenitudinẽ tribuit ad innocentiã, in confirmatione augmentum præſtat ad gratiã.

Reson. Dicendum, quòd in hoc ſacramento (ſicut dictum eſt*) datur baptizato Spiritusſanctus ad robur, ſicut apoſtolis datus eſt ĩ die Pentecoſtes, (ut legitur Act. 2.) & ſicut dabatur baptizatis ꝑ impoſitionem manus apoſtolorum, ut dicitur Act. 8. Oſtenſum eſt autem in prima parte, * quòd miſſio ſeu datio Spiritusſancti, nõ eſt niſi cũ gratia gratum faciente: unde manifeſtum eſt, quòd gratia gratum faciẽs confertur in hoc ſacramento.

Ad primvm ergo dicendum, quòd gratiæ gratum facientis primus effectus eſt remiſſio culpæ: habet tamẽ & alios effectus: quia ſufficit ad hoc, ꝙ promoueat hominẽ per omnes gradus uſque in uitam æternam, ſecundum illud Rom. 6. Gratia dei uita æterna: unde et Paulo dictum eſt 2. Cor. 12. Sufficit ti-

A bi gratia mea. Et ipſe dicit 1. Cor. 15. Gratia dei ſum id quod ſum. et ideo gratia gratum faciens, non ſolũ datur ad remiſſionem culpæ, ſed etiam ad augmentum, & firmitatẽ iuſtitiæ. Et ſic confertur in hoc ſacramẽto.

Ad 2[m] dicendũ, ꝙ ſicut ex ipſo nomine apparet, hòc ſacramentum datur ad confirmandum, quod prius inuenerit, & ideo non debet dari his, qui non habẽt gratiam. et propter hoc ſicut non datur non baptizatis, ita non debet dari adultis peccatoribus, niſi per pœnitentiam reparatis. unde dicitur in Aurelianenſi concilio, * ut ieiuni ad confirmationem ueniant, ut moneãtur confeſſionem facere prius, ut mundi donum Spiritusſancti ualeant accipere. Et tunc, per hoc ſacramen- Habetur de conſec. d.5. c. ut ieiunii. D.380.

B tum perficitur pœnitentiæ effectus, ſicut & baptiſmi: quia per gratiam collatam in hoc ſacramento, conſequitur pœnitens pleniorem remiſſionem peccati. Et ſi aliquis adultus in peccato exiſtens, cuius conſcientiã non habet, uel ſi etiam non perfecte cõtritus accedat, dummodo, non fictus accedat, per gratiã collatam in hoc ſacramento, cõſequetur remiſſionẽ peccatorum.

Ad 3[m] dicendum, quòd (ſicut dictum eſt*) gratia ſacramentalis addit ſuper gratiam gratum facientem cõmuniter ſumptam, aliquid effectiuum* ſpecialis effectus, ad quod ordinatur ſacramentum. ſi ergo conſideretur gratia in hoc ſacramento collata, quantum ad id Q.62.ar.2. Alias ſpiritualis.

C quod eſt commune, ſic per hoc ſacramentum non cõfertur aliqua alia gratia, quàm per baptiſmũ: ſed quæ prius inerat, augetur: ſi autem conſideretur quantum ad illud ſpeciale quod ſuperadditur, ſic non eſt eiuſdem ſpeciei cum ipſa.

## Articvlvs VIII.

### Vtrum hoc ſacramentum ſit omnibus exhibendum.

¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæ ſecundæ Articulũ octauũ, nonũ, & decimum, & undecimum.*

IN articulo 8. 9. 10 & 11. tantũmodo occurrit de miniſtro confirmationis, ob factum Gregorii notare, quòd epiſcopus eſt regulariter proprius miniſter cõfirmationis, & hoc omnia fere iura clamãt: ſed ultra hoc credimus ẽt epiſcopũ ita eſſe proprium miniſtrũ huius ſacramenti, quòd ſi per ſimplicem ſacerdotem detur, irritũ eſt & inane, & hoc tenetur auctoritate Melchiadis Papę in c. de his, & Euſebii Papæ in c. manus de cõſ. diſ. 5. Et cũ hoc credim⁹ etiam ex apoſtolica diſpenſatione ꝑ ſimplicẽ ſacerdotẽ dari poſſe hoc ſacramentũ, & hoc tenemus auctoritate beati Gregor. in c. peruenit 95 diſt. ita ꝙ hoc ẽ mirabile circa miniſtrũ huius ſacramẽti, ꝙ epiſcopus eſt ita miniſter proprius confirmationis, ꝙ a non epiſcopo facta nulla eſt, & tñ ex diſpẽſatione apoſtolica nõ epiſco-

4.diſ.7.q.3. ar.2.q.2. & 3. et d.25.q.2. ar.1. quæſtio 2. cor. Ar.2 huius qu. ad 2. & ar.4.

In epiſt. ad Hiſpa. epiſ. a medio illius tom. 1. Concil. loco nũc proxime citato & habetur de conſecr. d.5. c Spiritusſanctus.

AD octavvm ſic proceditur. Videtur quòd hoc ſacramentũ non ſit omnibus exhibendũ. Hoc

D enim ſacramentũ ad quandam excellentiam datur, ut dictum eſt: * ſed id, quod ad excellentiam pertinet, nõ cõpetit omnibus. ergo hoc ſacramentũ non debet oĩbus dari.

¶2 Præt. Per hoc ſacramentũ augetur aliquis ſpiritualiter in perfectã ætatem: ſed perfecta ętas repugnat ętati puerili. ergo ad minus pueris dari non debet.

¶3 Præt. Sicut Melchiades Papa dicit, † poſt baptiſmum cõfirmamur ad pugnam: ſed pugnare non cõpetit mulieribus, propter fragilitatẽ ſexus, ergo nec mulieribus hoc ſacramentum dari debet.

E ¶4 Præt. Melchiades Papa dicit, *ꝙ quamuis continuo tranſituris, ſufficiant regenerationis beneficia, uicturis tamen, confirmationis beneficia neceſſaria ſunt: quia confirmatio armat, & inſtruit ad agones mundi huius & prœlia reſeruãdos, qui autem poſt baptiſmum cũ acquiſita innocentia immaculatus ꝑ uenerit ad mortẽ, cõfirmatur morte: quia iam nõ poteſt peccare poſt mortem. ergo ſtatim morituris nõ

epiſcopus poteſt illam conferre.

¶Et licet multi multa in hoc ſcripſerint ſoli tamen illi uerũ ſcripſerũt, qui noluerunt ſapere pluſquã oportet; iſtis.n. ſanctorũ auctoritas præponenda eſt rationi: unde et legimus in concilio uniuerſali Florentiæ ſub Eugenio IIII. utrũq; Armenis autẽtice expoſitũ, cũ de hoc ſacramẽto fuerũt inſtructi, ut patet in literis Eugenii; unde & Auctor rationẽ conatus eſt reddere ex differentia inter Papã & alios epiſcopos, quo ad eminentiã poteſtatis: quia Papa in plenitudinẽ aſſumptus eſt poteſtatis, reliqui aũt in partẽ ſolicitudinis: in dicta autẽ ſynodo nulla redditur ratio, niſi diſpẽſatio apoſtolicæ ſedis ex rationali & urgente cauſa. Quod ideo dixerim ut ratio ab Auctore reddita nõ parui fiat ſed cũ ueneratione ſuſcipiatur, tamquã amplexa a ſacro Cõcilio, attribuẽte hoc diſpẽſationi apoſtolicæ ſedis: conſtat.n. diſpẽſare in huiuſmodi ad maximam ſpectare poteſtatem.

Ar. 1. huius quæſt.

debet hoc ſacramentum conferri: & ſic non debet omnibus dari.

Sed contra eſt, quòd dicitur Act. 2. quòd Spirituſſanctus adueniẽs repleuit totam domum (per quam ſignificatur eccleſia) & poſtea ſubditur, quòd repleti ſunt omnes Spiritu ſancto: ſed ad illam plenitudinem conſequendam hoc ſacramentum datur. ergo eſt omnibus, qui ſunt in eccleſia exhibẽdũ.

Respon. dicendum, quòd (ſicut dictum eſt.*) per hoc ſacramentum promouetur homo ſpiritualiter in ætatem perfectam: hoc autẽ eſt de intentione naturæ, ut omnis qui corporaliter naſcitur, ad perfectam ætatem perueniat: ſed hoc quandoq; impeditur propter corruptibilitatẽ corporis, quod morte præuenitur. multo autem magis de intentione dei eſt omnia ad perfectionem perducere, ex cuius imitatione hoc natura participat, unde & Deut. 32. dicitur, dei perfecta ſunt opera: anima autem, ad quã pertinet & ſpiritualis natiuitas, & ſpiritualis ætatis perfectio, immortalis eſt, & poteſt ſicut tempore ſenectutis ſpiritualem natiuitatem conſequi, ita tempore iuuentutis uel pueritiæ conſequi perfectã ætatem: quia huiuſmodi corporales ætates, animæ non præiudicant. & ideo hoc ſacramentum debet omnibus exhiberi.

Ad primum ergo dicendum, quòd hoc ſacramentum datur ad quandam excellentiam: non quidem unius hominis ad alium (ſicut ſacramentum ordinis) ſed hominis ad ſeipſum: ſicut idem perfectus uir exiſtens, habet excellentiam ad ſe puerum.

In corp. ar.

Ad 2m dicendum, quòd (ſicut dictum eſt*) ætas corporalis non præiudicat animæ: unde etiam in puerili ętate homo poteſt conſequi perfectionem ſpiritualis ætatis, de qua dicitur Sap. 4. Senectus uenerabilis eſt non diuturna, neque numero annorum computata. & inde eſt, quòd multi in puerili ætate propter robur Spirituſſancti perceptum, uſque ad ſanguinẽ fortiter certauerunt pro Chriſto.

Inter principiũ & medium illius, & habetur hæc ho. to. 1 in fine illi⁹.

Ad 3m dicendum, quòd ſicut Chryſ.* dicit in Homilia de Machabæis, in mundanis agonibus, ætatis, ac formæ generiſq; dignitas requiritur: & ideo ſeruis ac mulieribus, & ſenibus ac pueris ad eos aditus denegatur: in cæleſtibus autem, omni perſonæ & ætati ac ſexui, indiſcreta facultate ſtadium patet. & in Homil. de militia ſpirituali dicit,* apud deum femineus etiã militat ſexus. Multæ namq; feminæ animo uirili ſpiritualem militiam geſſerunt: quædam enim interioris hominis uirtute, uiros æquauerunt in agonibus martyrum: quædam etiam fortiores uiris extiterunt. & ideo etiam mulieribus hoc ſacramentum conferendũ eſt.

Hom. 6. in nu. ſexdecĩ homiliarũ a med. to. 5.

In corp. ar.

Ad 4m dicendum, quòd (ſicut dictum eſt*) anima ad quã pertinet ſpiritualis ætas, immortalis eſt. & ideo etiam morituris hoc ſacramentum dandum eſt, ut in reſurrectione perfecti appareant, ſecundũ illud Ephe.

F 4. Donec occurramus omnes in uirum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Et ideo Hugo de ſanct. Vict. dicit, * omnino periculoſum eſſet, ſi ab hac uita ſine confirmatione migrare contingeret: nõ quia damnaretur, niſi forte propter contemptum, ſed quia detrimentum perfectionis pateretur: unde etiam pueri confirmati decedentes, maiorem gloriam conſequuntur, ſicut & hic maiorem obtinent gratiam. Auctoritas autem illa intelligitur, quãtum ad hoc, quòd morituris non eſt neceſſarium hoc ſacramentũ propter periculum pugnæ præſentis.

Lib. 2. de ſ[acr]. 2. par. 7. c. 3. circa pri.

## Articvlvs IX.

G *Vtrum hoc ſacramentum ſit conferendum homini in fronte.*

Ad nonvm ſic proceditur. Videtur quòd hoc ſacramentum non ſit conferendum homini in fronte. Hoc enim ſacramentum eſt perfectiuum baptiſmi, ut ſupra dictum eſt:* ſed ſacramentum baptiſmi cõfertur homini in toto corpore. ergo hoc ſacramentum non debet conferri ſolum in fronte.

¶2 Præt. Hoc ſacramentum datur ad robur ſpirituale, ut ſupra dictum eſt: † ſed ſpirituale robur maxime cõſiſtit in corde. ergo hoc ſacramentum magis debet cõferri ſupra cor, quàm in fronte.

¶3 Præt. Hoc ſacramentum datur homini ad hoc, ꝙ libere H fidem Chriſti confiteatur: ſed ore fit confeſſio ad ſalutem, ut dicitur Rom. 10. ergo hoc ſacramentũ magis debet conferri circa os, quàm in fronte.

In ſanti. 1. ad 3. Et 4. d. 7. q. 3. ar. 3. q. 2. Et 4. contr. c. 6. Et quol. 11. ar. 7. cor. Et Ro. 1. lec. 5. ſi. & 2. 10 lec. 2. cor. Q. 65. ar. 4. † Ar. 1. & 4 huius q.

Sed contra eſt, quòd Rabanus dicit* in lib. de inſtitutione clericorum, ſignatur baptizatus chriſmate in ſummitate capitis per ſacerdotem: per pontificem uero in fronte.

Lib. 1. c. 30 circa prin.

Respon. Dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt) in hoc ſacramento homo accipit ſpiritumſanctum ad robur ſpiritualis pugnæ, ut fortiter etiam inter aduerſarios fidei, Chriſti fidem confiteatur: unde conuenienter ſignatur chriſmate ſigno crucis in fronte propter duo. Primo quidẽ, quia inſignitur ſigno crucis, ſicut miles ſigno ducis, quod quidem debet eſſe euiI dens & manifeſtum: inter omnia autem loca corporis humani, maxime frons manifeſta eſt, quæ quaſi numquam obtegitur. & ideo linitur confirmatus chriſmate in fronte, ut in manifeſto demonſtraret ſe eſſe Chriſtianum: ſicut & apoſtoli poſt acceptum Spiritumſanctum ſe manifeſtauerunt, qui prius in cœnaculo latebant. Secundo, quia aliquis impeditur a libera confeſſione nominis Chriſti, propter duo, ſcilicet propter timorem & propter uerecundiam: utriuſque autem horum ſignum maxime manifeſtatur in fronte propter duo, ſcilicet propter propinquitatem imaginationis, & propter hoc quòd ſpiritus a corde directe ad frontem aſcendunt: unde uerecundati erubeſcunt, timenK tes autem palleſcunt, ut dicitur in 4. Ethico.* & ideo in fronte ſignatur chriſmate, ut neque propter timorem, neque propter erubeſcentiam, nomen Chriſti confiteri prætermittat.

Ar. 1. 2. & 4 huius q.

Ad primvm ergo dicendum, quòd per baptiſmum regeneramur ad uitam ſpiritualem, quæ ad totum hominem pertinet: ſed in confirmatione roboramur ad pugnam, cuius ſignum ferẽdum eſt in fronte, quaſi in euidenti loco.

Ad 2m dicendum, quòd principium fortitudinis eſt in corde: ſed ſignum apparet in fronte: unde dicitur Ezec. 3. Ecce dedi frontem tuam duriorem frontibus eorum, & ideo ſacramentum euchariſtiæ, quo ho



mo in ſeipſo confirmatur, pertinet ad cor, ſecundum A illud pſal. 103. Panis cor hoïs confirmet: ſed ad ſacramentum confirmationis requiritur ſignum fortitudinis ad alios, & ideo exhibetur in fronte.

Ad 3m dicendum, quòd hoc ſacramentum datur ad libere confitendum, non autem ad confitendũ ſimpliciter: quia hoc fit etiam in baptiſmo, & ideo nõ debet dari in ore, ſed in fronte, ubi apparent ſigna paſſionum, quibus libera confeſſio impeditur.

## Articvlvs X.

*Vtrum ille qui confirmatur, debeat teneri ab alio.*

Ad decimvm ſic proceditur. Videtur, quòd ille qui confirmatur, non debeat ab alio teneri ad confirmationem. Hoc enim ſacramentum non ſolum pueris, ſed etiam adultis exhibetur. Adulti autẽ per ſeipſos ſtare poſſunt. ergo ridiculum eſt, quòd ab alio teneantur.

¶2 Præt. Ille, qui iam eſt de eccleſia, liberum habet acceſſum ad eccleſiæ principẽ, qui eſt epiſcopus: ſed hoc ſacramentum (ſicut dictum eſt*) non exhibetur niſi baptizato, qui iam eſt membrum eccleſiæ. uidetur ergo, quòd non debeat per alium exhiberi epiſcopo, ad hoc ſacramentum recipiendum.

¶3 Præt. Hoc ſacramentum datur ad robur ſpirituale: quod magis uiget in uiris, quàm in mulieribus, ſecundum illud Prouerb. ult. Mulierem fortem quis inueniet? ergo ad minus mulier nõ debet tenere uirum ad confirmationem.

Sed contra eſt, quòd Inno. Papa* dicit, & habetur in Decret. 30. q. 4. ſi quis ex coniugio filium aut filiam alterius, de ſacro fonte ſuſceperit, aut ad chriſma tenuerit, & c. ergo ſicut requiritur quòd aliquis baptizatum de ſacro fonte leuet, ita debet aliquis teneri ad ſacramentum confirmationis accipiendum.

Respon. Dicendum, quòd (ſicut dictum eſt*) hoc ſacramentum exhibetur homini ad robur pugnæ ſpiritualis: ſicut autem aliquis de nouo natus, indiget inſtructore in his, quæ pertinent ad conſeruationem uitæ (ſecundum illud Heb. 12. patres quidem carnis noſtræ habuimus eruditores, & reuerebamur eos) ita illi, qui aſſumuntur ad pugnam, indigent eruditoribus a quibus inſtruantur de his, quæ pertinent ad modum certaminis. & ideo in bellis materialibus conſtituuntur duces & centuriones, per quos alii gubernẽtur. & propter hoc etiam ille, qui accepit hoc ſacramentũ, ab alio tenetur, quaſi per aliũ in pugna ſpirituali erudiendus: ſimiliter etiam, quia per hoc ſacramentum confertur homini perfectio ſpiritualis ætatis (ſicut dictum eſt *) ideo ille, qui ad hoc ſacramentũ accedit, ſuſtẽtatur, quaſi adhuc ſpiritualiter imbecillis et puer.

Ad primvm ergo dicendum, quòd licet ille qui confirmatur, ſit adultus corporaliter: nondum tamen eſt adultus ſpiritualiter.

Ad 2m dicendum, quòd licet baptizatus ſit effectus membrum eccleſiæ: nondum tamen eſt aſcriptus militiæ Chriſtianæ, & ideo epiſcopo tamquam duci exercitus, per alium exhibetur iam militiæ Chriſtianæ aſcriptum: non enim debet alium ad confirmationẽ tenere, qui nondum eſt confirmatus.

Ad 3m dicendum, quòd (ſicut dicitur Coloſ. 3.) in Chriſto Ieſu non eſt maſculus & femina, & ideo non differt utrum maſculus, uel femina teneat aliquem in confirmatione.

## Articvlvs XI.

*Vtrum ſolus epiſcopus hoc ſacramentum conferre poſſit.*

Ad vndecimvm ſic proceditur. Videtur quòd nõ ſolum epiſcopus hoc ſacramentum conferre poſſit. Greg.* enim ſcribens Ianuario epiſcopo dicit: peruenit ad nos, quoſdam ſcãdalizatos fuiſſe, quòd presbyteros chriſmate tangere eos, qui baptizati ſunt, prohibuimus, et nos quidem ſecundum ueterem uſũ noſtræ eccleſiæ fecimus: ſed ſi omnino hac de re aliqui contriſtantur, ubi epiſcopi deſunt, ut presbyteri etiam in frontibus baptizatos chriſmate tangere debeant, B concedimus: ſed illud quod pertinet ad neceſſitatem ſacramentorum, non eſt propter uitãdum ſcandalum immutandum. ergo uidetur quòd non ſit de neceſſitate huius ſacramenti, quòd ab epiſcopo conferatur.

4. diſ. 7. q. 3. ar. 1. q. 2. Et diſ. 13. q. 1. ar. 1. q. 2. Et diſt. 25. q. 1. ar. 1. cor. Et 4. cont. c. 60 Et quol. 10. ar. 7

* Li. 3. epiſt. 26. in ſi.

¶2 Præt. Sacramentum baptiſmi uidetur maioris efficacię, quàm ſacramẽtum confirmationis: quia per baptiſmum fit plena remiſſio peccatorum, & quantum ad culpam, & quantum ad pœnam, quod non fit in hoc ſacramento: ſed ſimplex ſacerdos ex ſuo officio poteſt tradere ſacramentum baptiſmi, & in neceſſitate quilibet etiam non ordinatus poteſt baptizare. ergo non eſt de neceſſitate huius ſacramenti, quòd ab epiſcopo conferatur.

¶3 Præt. Summitas capitis, ubi ſecundum medicos eſt C locus rationis, ſcilicet particularis (quæ dicitur uirtus cogitatiua) eſt nobilior fronte, ubi eſt locus imaginatiuæ uirtutis: ſed ſimplex ſacerdos poteſt baptizatos ungere chriſmate in uertice. ergo multo magis poteſt eos chriſmate ſignare in fronte, quod pertinet ad hoc ſacramentum.

Sed contra eſt, ꝙ Euſeb. papa dicit, * Manus impoſitionis ſacramentum magna ueneratione tenendum eſt, quod ab aliis perfici nõ poteſt, niſi a ſummis ſacerdotibus, nec tempore apoſtolorum ab aliis, quàm ab ipſis apoſtolis legitur aut ſcitur peractũ eſſe, nec ab aliis, quàm qui eorum locum tenent, umquam perfici poteſt, aut fieri debet: nam ſi aliter præſumptum fuerit, irritum habeatur et uacuum, nec inter eccleſiaſtica umquam reputabitur ſacramenta. eſt igitur de neceſſiD tate huius ſacramenti, quod dicitur ſacramentum manus impoſitionis, quòd ab epiſcopo tradatur.

Epiſt. 3. ad epiſco. Tuſciæ, & habetur de cõſecr. d. 5. ca. Manus impoſitionis.

Respon. Dicendum, quòd in quolibet opere ultima conſumatio ſupremæ arti, aut uirtuti reſeruatur: ſicut præparatio materiæ pertinet ad inferiores artifices, ſuperior autem dat formam: ſupremus autem eſt ad quem pertinet uſus, qui eſt finis artificiatorum, & epiſtola, quæ a notario ſcribitur, a Domino papa ſignatur. Fideles autem Chriſti ſunt quoddam diuinum opus (ſecundum illud 1. ad Corinthio. 3. Dei ædificatio eſtis) ſunt etiam quaſi quædam epiſtola, ſpiritu dei ſcripta, ſicut dicitur ſecundæ CoE rinthio. 3. Hoc autem confirmationis ſacramentum, eſt quaſi ultima conſumatio ſacramenti baptiſmi: ita ſcilicet quòd per baptiſmum ædificatur homo in domum ſpiritualem, & conſcribitur quaſi quædam ſpiritualis epiſtola: ſed per ſacramentum confirmationis, quaſi domus ædificata dedicatur in templũ Spirituſſancti, & quaſi epiſtola conſcripta ſignatur ſigno crucis, & ideo collatio huius ſacramenti epiſcopis reſeruatur, qui obtinent ſummam poteſtatem in eccleſia: ſicut & in primitiua eccleſia, per impoſitionem manus apoſtolorum, quorum uicem gerũt epiſcopi, plenitudo Spirituſſancti dabatur, ut habetur

Vrbanus I. in epist. ad omnes Christianos: habetur de cõsec. di. 5. ca. Omnes fideles.

tur Actuum. 8. unde Vrbanus Papa* dicit, Omnes fideles, per manus impoſitionem epiſcoporum Spiritum ſanctum poſt baptiſmũ accipere debent, ut pleni Chriſtiani inueniantur.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Papa in eccleſia habet plenitudinem poteſtatis, ex qua poteſt quædam quæ ſunt ſuperiorum ordinum, committere quibuſdam inferioribus, ſicut quibuſdam presbyteris concedit conferre minores ordines, quod pertinet ad poteſtatem epiſcopalem. Et ex hac plenitudine poteſtatis conceſſit beatus Gregor.* Papa, quòd ſimplices ſacerdotes hoc ſacramentum conferrent, quãdiu ſcandalum tolleretur.

Lib. 3. epiſt. 26. in fi.

G Ad 2m dicendum, quòd ſacramentum baptiſmi eſt efficacius quàm hoc ſacramentum, quantum ad remotionem mali: eo quòd eſt ſpiritualis generatio, quæ eſt mutatio de non eſſe in eſſe: hoc autem ſacramentum eſt efficacius ad proficiendum in bono: quia eſt quoddam ſpirituale augmentum de eſſe imperfecto ad eſſe perfectũ, & ideo hoc ſacramentũ digniori miniſtro committitur.

Lib. 2. c. 30 circa principium.

H Ad 3m dicendum, quòd ſicut,* Rabanus dicit in lib. de inſtitutione clericorum, ſignatur baptizatus chriſmate in ſummitate capitis per ſacerdotem, per pontificem uero in frõte, ut in priori unctione, ſignificetur ſuper ipſum Spiritusſancti deſcenſio ad habitationem deo conſecrandam: in ſecunda quoque, ut eiuſdem Spiritusſancti ſeptiformis gratia, cum omni plenitudine ſanctitatis & ſcientiæ & uirtutis, uenire in hominem declaretur. non ergo propter digniorem partem, ſed propter potiorem effectum, hæc unctio epiſcopis reſeruatur.

## Articvlvs XII.

*Vtrum ritus huius ſacramenti ſit conueniens.*

Ad dvodecimvm ſic proceditur. Videtur quòd ritus huius ſacramenti non ſit conueniens. Sacramentum enim baptiſmi ẽ maioris neceſſitatis quàm hoc ſacramentum, ut ſupra dictũ eſt:* ſed baptiſmo deputantur certa tempora, ſcilicet paſcha, & pentecoſte. ergo etiam huic ſacramento aliquod certum tempus debet præfigi.

Ar. 1. huius q. ad 3. & q. 65. ar. 4

K ¶ 2 Præter. Sicut hoc ſacramentũ requirit deuotionem & dantis & recipientis, ita etiam & ſacramentum baptiſmi: ſed in ſacramento baptiſmi nõ requiritur quòd a ieiunis ſumatur uel conferatur. ergo uidetur inconuenienter ſtatutũ in concilio Aurelianenſi,* ut ieiuni ad confirmationem ueniant, & in concilio Meldenſi, ut epiſcopi non niſi ieiuni, per impoſitionem manuum Spiritumſanctum tradant.

Referuntur hæc de cõſ. d. 5. c. Vt ieiuni: Et ut epiſc.

¶ 3 Pręt. Chriſma eſt quoddam ſignum plenitudinis Spiritusſancti, ut ſupra dictum eſt:* Sed plenitudo Spiritusſancti data eſt fidelibus Chriſti in die Pẽtecoſtes, ut habetur Act. 2, magis ergo debet chriſma confici, & benedici in feſto Pentecoſtes, quã in cœna Domini.

Ar. 2. huius

Sed contra eſt, uſus eccleſiæ, quæ a Spiritusſancto gubernatur.

¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæ ſecundæ Articulũ duodecimũ.*

In articulo duodecimo, hoc ſolũ uidetur dicendum, ꝙ circa ieiunium tam cõfirmatoris, quàm confirmandi ſeruanda uidetur cuiuſque eccleſiæ cõſuetudo: hoc enim eſt de iure poſitiuo, & in paucis forte eccleſiis ſeruatur propter cauſas in litera allegatas, multitudinem ſcilicet confirmandorum, quos ſimul oportet confirmari, & ſeparatim quandoque propter continuum periculum incertæ mortis, adiũcta maxima incõmoditate habendi epiſcopum ad uotum.

4. di. 7. q. 3. ar. 3 q. 2. ad tertiũ & in expoſitione literæ.

F Respon. Dicẽdum, quòd Dominus Matth. 18. fidelibus ſuis promiſit, dicens, ubi fuerint duo uel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum, & ideo firmiter tenendum eſt, quòd ordinationes eccleſiæ dirigantur ſecundum ſapiẽtiam Chriſti. Et propter hoc certum eſſe debet, ritus, quos eccleſia obſeruat in hoc, & in aliis ſacramentis eſſe conuenientes.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ſicut Melchiades Papa* dicit, ita coniuncta ſunt hæc duo ſacramenta (ſcilicet baptiſmi & confirmationis) ut ab inuicem niſi morte præueniente nullatenus poſſint ſegregari, & unum ſine altero rite perfici non poſſit. Et ideo eadem tempora ſunt præfixa baptiſmo ſolenniter celebrando, & huic ſacramento: ſed quia hoc ſacramentũ a ſolis epiſcopis datur, qui nõ ſunt ſemper præſentes, ubi presbyteri baptizant, oportuit quantum ad communem uſum, ſacramentum confirmationis etiam in alia tempora differri.

In epiſt. ad Hiſpa. epiſ. ante med. & 1. Concil.

Ad 2m dicendum, quòd ab illa prohibitione excipiuntur infirmi, & morte periclitantes: ſicut in ſtatuto Meldenſis* concilii legitur. Et ideo propter multitudinem fidelium, et propter pericula imminentia, ſuſtinetur ut hoc ſacramentum (quod non niſi ab epiſcopis dari poteſt) etiam a non ieiunis[d] detur uel accipiatur: quia unus epiſcopus præcipue in magna diœceſi, non ſufficeret ad tot homines confirmandos, ſi eis tempus arctaretur: ubi tamen congrue obſeruari poteſt, cõuenientius eſt ut a ieiunis detur & accipiatur.

Vt patet de conſ. d. 5. c. ut epiſc.

D. 38.

Ad 3m dicendum, quòd ſicut ex concilio Martini papæ* habetur, omni tempore licebat chriſma conficere: ſed quia ſolennis baptiſmus, ad quem requiritur uſus chriſmatis, in uigilia paſchæ celebratur, congrue ordinatum eſt, ut per biduum ante ab epiſcopo chriſma benedicatur, ut poſſit per diœceſim deſtinari. Dies etiam ille ſatis congruit ad materias ſacramentorũ benedicendas, in quo fuit euchariſtiæ ſacramentum inſtitutum, ad quod omnia alia ſacramenta quodammodo ordinãtur, ſicut ſupra dictũ eſt.*

Habetur de conſe. di. 4. c. Omni tempore.

Q. 65. ar. 4.

# QVAESTIO LXXIII.

I *De ſacramento euchariſtiæ ſecundum ſe, in ſex articulos diuiſa.*

Conseqventer conſiderandum eſt de ſacramẽto euchariſtiæ. Et primo de ipſo ſacramento, Secundo de materia. Tertio de forma. Quarto de effectibus. Quinto de recipientibus hoc ſacramentum. Sexto de miniſtro. Septimo de ritu.

## Circa primum quæruntur ſex.

¶ Primo, Vtrum euchariſtia ſit ſacramentum.

¶ Secundo, Vtrũ ſit unũ uel plura.

¶ Tertio, Vtrum ſit de neceſſitate ſalutis.

¶ Quarto, de nominibus eius.

¶ Quinto, De inſtitutione ipſius.

¶ Sexto, De figuris eius.

¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæ tertiæ Articulum primũ.*

In articulo primo notandũ occurrit in reſponſione ad tertiũ, ꝙ duarũ differentiarum, quæ ibi enarrantur inter euchariſtiam, & alia ſacramenta habentia materiã ſenſibilem (quod propter pœnitentiã, & matrimonium dicitur) ſecunda differentia ſumit gratiam non ſolum ſecũdum ſeipſam, ſed ſecundum ſuum effectum, qui eſt unitas corporis Chriſti myſtici: ita quòd cum audis ſacramenti euchariſtiæ rem tantum eſſe gratiam, ſuſcepti uum autem unitatem eccleſiæ, aut corpus Chriſti myſticũ, non diuerſa intelligas: quoniam hæc omnia nihil aliud ſunt quàm gratia dei in ſuis fidelibus.

AR-



## Articvlvs I.

*Vtrum euchariſtia ſit ſacramentum.*

...4. Et ...ar. 5. ...Et 4. d. ...ar. 1.

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd euchariſtia non ſit ſacramentum. Ad idem enim nõ debent ordinari duo ſacramenta: quia unumquodque ſacramentum efficax eſt ad ſuum effectum producendum. Cum ergo ad perfectionem ordinetur & confirmatio & euchariſtia (ut dicit Dion.* 4. Eccl. hier.) uidetur euchariſtia non eſſe ſacramentum, cum confirmatio ſit ſacramentum, ut prius habitum eſt.†

...eccl. ...ante ...& c. 4. ...ar. 4. ...præc.

B ¶ 2 Præt. In quolibet ſacramento nouæ legis id, quod uiſibiliter ſubiicitur ſenſui, efficit inuiſibilem effectũ ſacramenti: ſicut ablutio aquæ, cauſat & characterem baptiſmalem, & ablutionem ſpiritualem, ſicut ſupra dictum eſt.* Sed ſpecies panis & uini, quæ ſubiiciũtur ſenſui in hoc ſacramento, non efficiunt neque ipſum corpus Chriſti uerum, quod eſt res & ſacramentum, neque corpus myſticum, quod eſt res tantum in euchariſtia. ergo uidetur quòd euchariſtia non ſit ſacramentum nouæ legis.

...& 65

C ¶ 3 Præter. Sacramenta nouæ legis habentia materiã, in uſu materiæ perficiuntur: ſicut baptiſmus in ablutione, & confirmatio in chriſmatis conſignatione. ſi ergo euchariſtia ſit ſacramentum, perficeretur in uſu materiæ, non in conſecratione ipſius materiæ, quod patet eſſe falſum: quia forma huius ſacramenti, ſunt uerba quæ in conſecratione materiæ dicuntur, ut infra patebit.* ergo euchariſtia non eſt ſacramentum.

...ar. 1.

Sed contra eſt, quòd in collecta dicitur, hoc tuum ſacramentum non ſit nobis reatus ad pœnam.

D Respon. Dicendum, ꝙ ſacramenta eccleſiæ ordinantur ad ſubueniendum homini in uita ſpirituali: uita autem ſpiritualis, uitæ corporali conformatur: eo quòd corporalia, ſpiritualium ſimilitudinem gerunt: manifeſtum eſt autem, quòd ſicut ad uitam corporalẽ requiritur generatio, per quam homo uitam accipit, & augmentum, quo homo perducitur ad perfectionẽ uitæ, ita etiam requiritur alimentum, quo homo conſeruatur in uita, & ideo ſicut ad uitam ſpiritualẽ oportuit eſſe baptiſmũ, qui eſt ſpiritualis generatio, & confirmationẽ, q̃ eſt ſpirituale augmentũ, ita oportuit eſſe ſacramentũ euchariſtiæ, quod eſt ſpirituale alimentũ.

Ad primvm ergo dicendum, quòd duplex eſt perfectio: una quę eſt in ipſo homine, ad quam perducitur per augmentum, & talis perfectio cõpetit confirmationi: alia autem eſt perfectio, quam homo cõſequitur ex adiunctione alicuius extrinſeci, hominẽ conſeruantis: puta ex adiunctione cibi, uel indumenti, uel alicuius huiuſmodi, & talis perfectio competit euchariſtiæ, quæ eſt ſpiritualis refectio.

E Ad 2m dicendum, quòd aqua baptiſmi non cauſat aliquem ſpiritualem effectũ propter ipſam aquã, ſed propter uirtutẽ Spiritusſancti in aqua exiſtẽtem: unde Chryſoſt.* dicit ſuper illud Ioan. 5. Angelus Domini ſecundum tempus, &c. In baptizatis non ſimpliciter aqua operatur: ſed cum Spiritusſancti ſuſceperit gratiam, tunc omnia ſoluit peccata: ſicut autem ſe habet uirtus Spiritusſancti ad aquam baptiſmi, ita ſe habet corpus Chriſti uerum ad ſpecies panis & uini: unde ſpecies panis & uini nõ efficiũt aliquid, niſi uirtute corporis Chriſti ueri.

...35. in ...pri ...med.

A Ad 3m dicendum, ꝙ ſacramentum dicitur ex eo ꝙ continet aliquid ſacrum: poteſt autem aliquid eſſe ſacrũ dupliciter, ſcilicet abſolute, & in ordine ad aliud: hæc autem eſt differentia inter euchariſtiam & alia ſacramenta habentia materiam ſenſibilem, quòd euchariſtia continet aliquid ſacrum abſolute, ſcilicet ipſum Chriſtum, aqua uero baptiſmi continet aliquid ſacrũ in ordine ad aliud, ſcilicet uirtutem ad ſanctificandũ, & eadem ratio eſt de chriſmate et ſimilibus. Et ideo ſacramentum euchariſtiæ perficitur in ipſa conſecratione materiæ, alia uero ſacramenta perficiuntur in applicatione materiæ ad hominem ſanctificandum. Et ex hoc etiam conſequitur alia differentia. nam in ſacramento euchariſtiæ id, quod eſt res & ſacramentum, eſt in ipſa materia: id autem quod eſt res tantum, eſt in ſuſcipiente, ſcilicet gratia quę confertur: in baptiſmo autem B utrumque eſt in ſuſcipiente, ſcilicet & character, qui eſt res & ſacramentum, & gratia remiſſionis peccatorum, quę eſt res tantum, et eadem ratio eſt de alijs ſacramentis.

## Articvlvs II.

*Vtrum hoc ſacramentum ſit unum uel plura.*

C Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur quòd euchariſtia nõ ſit unum ſacramentum, ſed plura. Dicitur enim in collecta, purificent nos domine ſacramenta, quæ ſumpſimus: quod quidem dicitur propter euchariſtiæ ſuſceptionem. ergo euchariſtia non eſt unum ſacramentum, ſed plura.

D ¶ 2 Præt. Impoſſibile eſt multiplicato genere, non multiplicari ſpeciẽ, ſicut ꝙ unus homo ſit plura animalia: ſed ſignum eſt genus ſacramenti, ut ſupra dictum eſt.* Cum igitur in euchariſtia ſint plura ſigna, ſcilicet panis & uinum, uidetur conſequens eſſe, quòd ſint plura ſacramenta.

Q. 60. ar. 1.

¶ 3 Præt. Hoc ſacramentum conficitur in conſecratione materiæ, ſicut dictum eſt:* ſed in hoc ſacramento eſt duplex materiæ conſecratio. ergo eſt duplex ſacramentum.

Ar. præced.

E Sed contra eſt, quòd Apoſt. dicit 1. Corin. 10. Vnus panis & unum corpus multi ſumus omnes, qui de uno pane & de uno calice participamus, ex quo patet, quòd euchariſtia eſt ſacramentum eccleſiaſticæ unitatis: ſed ſacramentum ſimilitudinem gerit rei, cuius eſt ſacramentum. ergo euchariſtia eſt unum ſacramentum.

Respon. Dicendum, quòd ſicut dicitur 5. Metaphyſi.* unum dicitur, non ſolum quod eſt indiuiſibile, uel quod eſt continuum, ſed etiam quod eſt perfectum: ſicut dicitur una domus, et unus homo. eſt autem unum in perfectione, ad cuius integritatem concur-

Li. 5. metaa tex. 9. uſque ad 12. to. 3.

¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimætertiæ Articulũ ſecundum.*

In ſecundo articulo aduerte ſacramentum euchariſtiæ dici multa materialiter, non ea ratione quòd multitudo in eo ſit pure materialis (quoniam partes eius habent ſuas proprias formas & ſuas proprias materias, ut patet de hoſtia & calice: ſunt enim uel partes heterogeneæ) ſed quia huiuſmodi multa ſe habent ut integrantia unum, quod eſt refectio ſpiritualis: a cuius formali unitate unũ ſacramentum dicitur euchariſtia: ſignificans & corpus & ſanguinem Chriſti ſub ſpecie cibi & potus. Quocirca non eſt hic requirenda res aliqua extrinſeca, quæ integretur uelut quædam tertia res ex corpore & ſanguine Chriſti ſub ſpeciebus panis & uini, ſicut domus integratur ex ſuis partibus: ſed ad finem reſpicendum eſt, & ex unitate finis proprii, qui eſt ſpiritualis refectio, unitas ſumitur ſacramenti: ſicut ex unitate refectionis corporalis, ſumitur unitas prandii aut cœnæ. Nec iſta ſignificatio per accidens ſe habet ad huius ſacramenti rationem. nam corpus ſub ſpecie cibi, & ſanguis ſub ſpecie potus, ſignificant paſci & potari: ac per hoc utrumque ſimul,

Infr. q. 78. arti. 6. ad 2. Et 4 d. 8. q. 1. ar. 1. q. 2.

mul, uelut perfectū alimentum ſignum eſt totale perfectæ refectionis ſpiritualis.

runt omnia, quæ requiruntur ad finem eiuſdem: ſicut homo integratur ex omnibus membris neceſſariis ad operationem animæ, & domus integratur ex omnibus partibus, quæ ſunt neceſſariæ ad inhabitandum, & ſic hoc ſacramentum dicitur unum. Ordinatur enim ad ſpiritualem refectionem, quæ corporali conformatur: ad corporalem autem refectionem duo requiruntur, ſcilicet cibus, qui eſt alimentum ſiccum, & potus, qui eſt alimētum humidum. Et ideo etiam ad integritatem huius ſacramenti duo concurrunt, ſcilicet ſpiritualis cibus, et ſpiritualis potus, ſecundum illud Ioan. 6. Caro mea uere ē cibus, & ſanguis meus uere eſt potus. ergo hoc ſacramentum multa quidem eſt materialiter, ſed unū formaliter & perfectiue.

Ad primvm ergo dicendum, quòd in eadem collecta, & pluraliter dicitur primo, purificent nos ſacramenta quæ ſumpſimus: & poſtea ſingulariter ſubditur; hoc tuum ſacramentum non ſit nobis reatus ad pœnam, ad oſtendendum, quòd hoc ſacramentū quodammodo eſt multa: ſimpliciter autem unum.

Ad 2m dicendum, quòd panis, & uinum materialiter quidem ſunt plura ſigna: formaliter uero, & perfectiue unum, inquantum ex eis perficitur una refectio.

Ad 3m dicendum, quòd ex hoc quòd eſt duplex conſecratio materiæ huius ſacramenti, nō poteſt plus haberi, niſi quòd hoc ſacramentum materialiter eſt multa, ut dictum eſt.* In corp. ar.

## Articvlvs III.

*Vtrum euchariſtia ſit de neceſſitate ſalutis.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd hoc ſacramentū ſit d̄ neceſſitate ſalutis. Dicit enim Dominus Ioan. 6. Niſi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis uitam in uobis: ſed in hoc ſacramento mādu catur caro Chriſti, & bibitur ſanguis eius. ergo ſine hoc ſacramento non poteſt homo habere ſalutem ſpiritualis uitæ.

¶ 2 Præter. Hoc ſacramentum eſt quoddam ſpirituale alimentum: ſed alimentum corporale eſt de neceſſitate corporalis ſalutis. ergo etiam hoc ſacramentum eſt de neceſſitate ſpiritualis ſalutis.

¶ 3 Præt. Sicut baptiſmus eſt ſacramentum dominicæ paſſionis, ſine qua nō eſt ſalus, ita & euchariſtia: dicit enim apoſtolus 1. Corin. 11. Quotieſcumque manducaueritis panem hunc, & calicem biberitis, mortem Domini annūtiabitis, donec ueniat. ergo ſicut baptiſmus eſt de neceſſitate ſalutis, ita etiam hoc ſacramentum.

Sed contra eſt, quòd Auguſt. ſcribit Bonifacio contra pelagianos, * Nec illud cogitetis, paruulos uitam habere nō poſſe, qui ſunt expertes corporis, & ſanguinis Chriſti.

Reſpon. Dicendum, quòd in hoc ſacramento duo eſt conſiderare, ſcilicet ipſum ſacramentū, & rem ſacramenti: dictum eſt autem, quòd res huius ſacramenti ē unitas corporis myſtici, ſine qua non poteſt eſſe ſalus: nulli enim patet aditus ſalutis extra eccleſiā, ſicut nec in diluuio abſque arca Noe, quæ ſignificat eccleſiam, ut habetur 1. Petri. 3. dictum eſt* autem ſupra, quòd res alicuius ſacramēti haberi poteſt ante perceptionem ſacramenti, ex ipſo uoto ſacramenti percipiendi: unde ante perceptionem huius ſacramenti, pōt homo habere ſalutem ex uoto percipiendi hoc ſacramentum: ſicut & ante baptiſmum ex uoto baptiſmi, ut ſupra dictum eſt.* Eſt tamen differentia quantum ad duo. Primo quidē, quia baptiſmus eſt principium ſpiritualis uitæ, & ianua ſacramentorum; euchariſtia uero eſt quaſi conſumatio ſpiritualis uitæ, & omnium ſacramentorum finis (ut ſupra dictum eſt*) per ſanctificationes enim omnium ſacramentorum, fit præparatio ad ſuſcipiendam uel conſecrādam euchariſtiam. Et ideo perceptio baptiſmi eſt neceſſaria ad inchoandam ſpiritualem uitam, perceptio autē euchariſtię eſt neceſſaria ad cōſummandam ipſam: non ad hoc quòd ſimpliciter habeatur, ſed ſufficit eam habere in uoto, ſicut & finis habetur in deſiderio, & intentione. Alia differentia eſt: quia per baptiſmum ordinatur homo ad euchariſtiam, & ideo ex hoc ipſo ꝙ pueri baptizantur, ordinantur per eccleſiam ad euchariſtiam, & ſic, ſicut ex fide eccleſiæ credunt, ſic ex intentione eccleſię deſiderant euchariſtiam, & per conſequens recipiunt rem ipſius: ſed ad baptiſmum non ordinātur per aliud pręcedens ſacramentum, & ideo ante ſuſceptionem baptiſmi, non habēt pueri aliquo modo baptiſmum in uoto, ſed ſoli adulti, unde rem ſacramenti non poſſunt percipere ſine perceptione ſacramenti, & ideo hoc ſacramentum nō hoc modo eſt de neceſſitate ſalutis, ſicut baptiſmus.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ſicut Auguſtinus* dicit, exponens illud uerbum Io. Hunc cibū. & potum, ſcilicet carnis ſuæ, et ſanguinis ſocietatē uult intelligi corporis & membrorū ſuorū, quod eſt eccleſia in prædeſtinatis, & uocatis, & iuſtificatis, & glorificatis ſanctis, & fidelibus eius: unde ſicut ipſe dicit in epiſt. * ad Bonifacium, nulli eſt aliquatenus ambigendum, tunc unumquemque fidelium corporis ſanguiniſque Domini participem fieri, quando in baptiſmate membrum corporis Chriſti efficitur, nec alienari ab illius panis caliciſq; conſortio, etiā ſi antequam panem illum comedat & calicem bibat, de hoc ſæculo in unitate corporis Chriſti conſtitutus abſcedat.

Ad 2m dicendum, quòd hæc eſt differentia inter alimentū corporale & ſpirituale, quòd alimentum corporale conuertitur in ſubſtātiam eius, qui nutritur, & ideo non poteſt homini ualere ad uitæ conſeruationem alimentum corporale, niſi realiter ſumatur: ſed alimentum ſpirituale cōuertit hominem in ſeipſum, ſecūdum illud, quod Auguſt.* dicit in lib. Confeſ. quòd quaſi audiuit uocem Chriſti dicētis ſibi, nec tu me mutabis in te, ſicut cibū carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me: poteſt autē aliquis in Chriſtum mutari, & ei incorporari uoto mentis, etiā ſine huius ſacramenti perceptione, & ideo non eſt ſimile.

Ad 3m dicendum, quòd baptiſmus eſt ſacramentum mortis, et paſſionis Chriſti prout homo regeneratur in Chriſto uirtute paſſionis eius: ſed euchariſtia eſt ſacramentum paſſionis Chriſti, prout homo pficitur in unione ad Chriſtum paſſum: vnde ſicut baptiſmus dicitur ſacramētum fidei, quæ eſt fundamentum [d] ſpiritualis uitæ, ita euchariſtia dicitur ſacramētum charitatis, quæ eſt uinculum perfectionis, ut dicitur Col. 3.

Margin: Lib. 4. cont. duas epiſt. Pelag. c. 1. in med. t. 7. — Q. 68. ar. 2. — Q. 65. ar. 3. — Lib. 7. Conf. a med. — Tract. 26. in Io. t. 9.

¶ Super Quæſtionis ſeptuageſimætertiæ Articulum tertium.

Titulus ut ſonat. ¶ In corpor. primo diſtinctio ponitur bimembris: ſecūdo reſpondetur quæſito, iuxta utrumq; membrū. Diſtinctio eſt, Duo ſunt i ſacramento euchariſtię, ſcilicet ſacramentū, & res ſacramenti. Reſponſio cōſiſtit in tribus concluſionibus: quarū duæ primę ad ſecūdū membrū, tertia autem ad primū ſpectat diſtinctionis membrū. Prima concluſio eſt: ſacramentum euchariſtiæ quo ad rem ſacramēti eſt d̄ neceſſitatē ſalutis. Probatur, Res ſacramenti eſt unitas corporis Chriſti myſtici, ſine qua nō poteſt eſſe ſalus. ergo. Antecedens pro ſecunda parte declaratur ex ſimilitudine eccleſiæ ad arcam Noe, & ſimilitudo probaē auctoritate Petri apoſtoli. Secūda cōcluſio eſt. Ante perceptionē ſacramenti euchariſtiæ, pōt haberi res ſacramenti euchariſtiæ, ac per hoc ſalus. Probatur dupliciter: primo ex uniuerſali regula, Ex uoto ſacramenti pōt haberi res ſacramēti: ſecūdo ex ſimili accidēte in baptiſmo, tertia cōcluſio eſt. Sacramētum euchariſtiæ non hoc modo eſt de neceſſitate ſalutis ſicut baptiſmus. Probatur dupliciter: ex duplici. ſ. diſſimilitudine euchariſtiæ ad baptiſmum. Prima conſiſtit in hoc, quòd perceptio baptiſmi eſt neceſſaria ad inchoandā uitā ſpiritualē; perceptio uero euchariſtię eſt neceſſaria ad conſumandam uitā ſpiritualē. ergo ille eſt neceſſarius ut prīcipiū, hæc ut finis. ſ. in uoto. ſecunda conſiſtit in hoc, baptiſmus nō pōt haberi in uoto p aliud ſacramentum, euchariſtia pōt haberi in uoto per aliud ſacramētū, ergo pueri non poſſunt habere rē ſacramenti baptiſmi ſine perceptione ſacramēti baptiſmi: poſſunt aūt habere rē ſacramēti euchariſtiæ abſq; pceptione ſacramenti euchariſtiæ.

¶ Aduerte hic prio, quòd harū rōnū prima (quæ attēdit penes differētiam inter habere ſe ut principiū, & habere ſe ut finis) ad hoc tēdit, ꝙ baptiſmus ſuapte natura eſt neceſſari⁹ ſecundū actualē ipſius exhibitionē: quoniā principiū ſecundum ordinem generationis debet eſſe ſecundū rē in eſſe reali exteriori. Euchariſtia uero ſuapte natura ē neceſſaria ſecundum uotū: quia finis ſaluatur ſecūdū eſſe in intentione, ita quòd quaſi dicit, quòd baptiſmus p ſe ſaluat ſecūdū eius pceptionē, & per accidēs ut in uoto. Euchariſtia aūt nō ſolū p ſe ſaluat conſumando ſalutē ſecūdū ipſi⁹ perceptionē, ſed ēt per ſe ſaluat, ut in uoto: qnia ille principii, hæc finis rationem habet.

¶ Aduerte ſecundo, quòd ſecūda rō penes modū habendi rē ſacramēti attēditur, dū baptiſmi res dupliciter tantū haberi poſſe dr̄. ſ. uel percipiendo ſacramentum, uel p uotū propriū. res autē euchariſtiæ poteſt tripliciter haberi, uel percipiendo ſacramentū, uel per uotum propriū, uel per antecedens ſacramentum. Et hic ultimus modus habendi uocatur per quandā accomodationem habere rem ſacramenti euchariſtiæ per uotū eccleſiæ: ſicut fides puerorū uocatur fides eccleſiæ. Sequendo autem proprietatem ſermonis, uocatur habere rē euchariſtiæ in ſui initio: quoniam ſacramentum baptiſmi initium eſt ſpiritualis uitæ.

¶ Aduerte tertio, ꝙ in litera non reſpondetur quæſito ſimpliciter & abſolute, an ſacramentum euchariſtiæ ſit neceſſarium ad ſalutē: nā licet diſtinguatur, & quo ad rem ſacramēti, reſpōdeatur abſolute, ꝙ ē neceſſarium ad ſalutem, tamē quo ad ſacramentum non reſpōdetur ſimpliciter & abſolute, ſed dicitur quòd non eſt neceſſariū ſicut baptiſmus. Verum, ſi perſpicacius reſponſio hæc fuerit conſiderata, cōtinet reſponſionē abſolute etiam de ipſo ſacramento euchariſtiæ, nā ex hoc ipſo ꝙ ſacramentū euchariſtiæ nō eſt ad ſalutem neceſſariū ſicut ſacramētū baptiſmi, manifeſte habetᷣ ꝙ ſimpliciter & abſolute loquendo, non eſt neceſſariū ad ſalutē. Et hoc atteſtaē paruulorū ſalus, quibus ſine baptiſmi, ſacramento non eſt ſalus, & cum ſolo baptiſmi ſacramento datur ſalus æterna.

¶ Aduerte quarto, quòd inferius in quęſtione octuageſima tractandum eſt de communione infantium baptizatorum, an licita ſit, ubi etiam an debita eiſdem ſit, diſcutietur, & ideo nunc pertrāſimus.

In quarto, quinto, & ſexto articulis, nihil occurrit ſcribendum.

Margin: Infr qu. 80. ar. 11. Et 4. d. 9. ar. 1. q. 2. & d. 12. q. 3. ar. 2. q. 1. Et Io. 6. le. 7. — Q. 79. ar. 1. & 4. d. 8. q. 1. q. 3.

## Articvlvs IIII.

*Vtrum conuenienter hoc ſacramentum pluribus nominibus nominetur.*

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur ꝙ inconueniēter hoc ſacramentum pluribus nominibus nominetur. Nomina. n. debent reſpondere rebus: ſed hoc ſacramentum eſt unum, ut dictū eſt. * ergo non debet pluribus nominibus nominari.

¶ 2 Præter. Species non notificatur conuenienter per id, quod eſt commune toti generi: ſed euchariſtia eſt ſacramentum nouæ legis: omnibus autē ſacramentis commune eſt, quòd in eis cōfertur gratia: quod ſignificat nomen euchariſtiæ, quod eſt idem, quod bona gratia, omnia etiam ſacramenta remediū nobis afferunt in uia præſentis uitæ, quod pertinet ad rationem uiatici, in omnibus etiam ſacramentis fit aliquid ſacrum, quod pertinet ad rationem ſacrificii. Et per omnia ſacramenta ſibi inuicem communicant fideles: quod ſignificat hoc nomen ſynaxis in Græco, uel cōmunio in Latino. ergo hæc nomina non conueniēter adaptantur huic ſacramento.

¶ 3 Præter. Hoſtia uidetur eſſe idem quod ſacrificium. ſicut ergo non proprie dicitur ſacrificium, ita nec proprie dicitur hoſtia.

Sed contra eſt, quòd uſus fidelium habet.

Reſpon. Dicendum, quòd hoc ſacramentum habet triplicem ſignificationem: unam quidem reſpectu præteriti, inquantum ſcilicet eſt commemoratiuū dominicæ paſſionis, quæ fuit uerum ſacrificium, ut ſupra dictum eſt, * & ſecundum hoc nominatur ſacrificium. Aliam autem ſignificationē habet, reſpectu rei præſentis. ſ. eccleſiaſticæ unitatis, cui homines aggregantur per hoc ſacramentum, & ſecundum hoc nominatur cōmunio uel ſynaxis: dicit. n. Dam.* 4. lib. ꝙ dr̄ communio, quia communicamus per ipſam Chriſto, & quia participamus eius carne & deitate, & quia cōmunicamus & unimur adinuicem per ipſam. Tertiam ſignificationem habet reſpectu futuri, inquantum. ſ. hoc ſacramentum eſt præfiguratiuum fruitionis dei, quæ erit in patria, & ſecundum hoc dicitur uiaticū, quia hic præbet nobis uiā illuc perueniēdi, & ſecundū hoc etiam dicitur euchariſtia, id eſt bona gratia, quia gratia dei uita æterna (ut dicitur Ro. 6.) uel quia realiter continet Chriſtum, qui eſt plenus gratia. Dicitur ēt in Græco metalepſis, ideſt aſſumptio, quia ut Damaſ. *dicit, per hoc filii deitatem aſſumimus.

Ad primvm ergo dicendum, quòd nihil prohibet idem pluribus nominibus nominari, ſecundū diuerſas proprietates uel effectus.

Ad 2m dicendum, quòd id, quod eſt commune omnibus ſacramentis, attribuitur antonomaſice ei, propter eius excellentiam.

Ad 3m dicendum, quòd hoc ſacramentum dicitur ſacrificium, inquantum repræſentat ipſam paſſionem Chriſti. Dicitur autem hoſtia, inquantum continet ipſum Chriſtum, qui eſt hoſtia ſalutaris, ut dicitur Epheſ. 5.

Margin: Q. 48. art. 3. — Lib. 4. orth. fid. ca. 14. a med. — Lib. 4 orth. fid. c. 14.

## Articvlvs V.

*Vtrum inſtitutio huius ſacramenti fuerit conueniens.*

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens inſtitutio huius ſacramenti. Vt enim Philoſophus * dicit in 2. de Generatione, ex eiſdem nutrimur, ex quibus ſumus: ſed per baptiſmum, qui eſt ſpiritualis regeneratio, accipimus eſſe ſpirituale, ut Dionyſi.† dicit 2. cap. eccleſ. hierar. ergo per baptiſmum etiam nutrimur. non ergo fuit neceſſariū inſtituere hoc ſacramentū, quaſi ſpirituale nutrimentū.

¶ 2 Præt. Per hoc ſacramentum homines Chriſto uniūtur, ſicut membra capiti: ſed Chriſtus eſt caput omniū hominum, etiam qui fuerunt ab initio mundi, ut ſupra dictum eſt.* ergo nō debuit inſtitutio huius ſacramenti differri uſque ad cœnam Domini.

¶ 3 Præt. Hoc ſacramentum dicitur eſſe memoriale dominicæ

Margin: Infr. qu. 74. ar. 4. co. Et ad 1. Et q. 80. art. 8. ad 1. Et 4. d. 8. q. 1. ar. 3. & 1 cor. 11. le. 4. Et le. 5. — *Lib. 2. tex. 50. to 2 — †Ca 2. eccl. hier. par 1. a medio. — *Quæſt. 8.

minicæ paſſionis, ſecundum illud Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem*: ſed memoria eſt præteritorum. ergo hoc ſacramentum non debuit inſtitui ante Chriſti paſſionem.

¶ 4 Præter. Per baptiſmum aliquis ordinatur ad euchariſtiam, quæ non niſi baptizatis dari debet: ſed baptiſmus inſtitutus fuit poſt Chriſti paſſionem & reſurrectionem, ut patet Matth. ultimo. ergo inconuenienter hoc ſacramentum fuit ante paſſionem Chriſti inſtitutum.

Sed contra eſt, quòd hoc ſacramentum eſt inſtitutum á Chriſto, de quo dicitur Marci. 7. Bene omnia fecit.

Respon. Dicendum, quòd conuenienter hoc ſacramentum inſtitutum fuit in cœna, in qua ſcilicet Chriſtus ultimo, cum ſuis diſcipulis fuit conuerſatus. Primo quidem, ratione continentiæ huius ſacramenti: continetur enim ipſe Chriſtus in euchariſtia ſicut in ſacramento. Et ideo quando ipſe Chriſtus in propria ſpecie a diſcipulis diſceſſurus erat, in ſacramentali ſpecie ſeipſum eis reliquit, ſicut in abſentia imperatoris exhibetur ueneranda eius imago: unde Euſebius emiſſenus* dicit, quia corpus aſſumptũ ablaturus erat ab oculis, et illaturus ſideribus, neceſſe erat ut die cœnæ ſacramentum corporis & ſanguinis ſui conſecraret nobis, ut coleretur iugiter per myſterium, quod ſemel offerebatur in pretium. ſecundo, quia ſine fide paſſionis Chriſti numquam potuit eſſe ſalus, ſecundum illud Rom. 3. Quem propoſuit deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius, & ideo oportuit omni tẽpore apud homines eſſe aliquid repræſentatiuũ dominicæ paſſionis: cuius in ueteri quidem teſtamento præcipuum ſacramentum erat agnus paſchalis, unde & apoſtolus dicit 1. Corinth. 5. paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus. Succeſſit autẽ ei in nouo teſtamento euchariſtiæ ſacramentum, quod eſt rememoratiuum præteritæ paſſionis, ſicut & illud fuit præfiguratiuum futuræ: & ideo conueniens fuit ut imminente paſſione, celebrato priori ſacramento, nouũ ſacramentum inſtitueret. unde Leo* papa dicit, quòd, ut umbræ cederent corpori, antiqua obſeruantia nouo excluditur ſacramento, hoſtia in hoſtiam tranſit, ſanguine ſanguis aufertur, & legalis feſtiuitas, dũ mutatur, impletur. tertio, quia ea quæ ultimo dicuntur, maxime ab amicis recedentibus, magis memoriæ cõmendantur: præſertim, quia tunc magis inflammatur affectus ad amicos: ea uero, ad quæ magis afficimur, profundius animo imprimuntur. quia igitur (ut beatus Alexand.* papa dicit) nihil in ſacrificiis maius eſſe poteſt quàm corp⁹ & ſanguis Chriſti, nec ulla oblatio hac potior eſt, ideo ut in maiori ueneratione haberetur, Dominus ĩ ultimo diſceſſu ſuo a diſcipulis, hoc ſacramentum inſtituit. Et hoc eſt quod Aug.† dicit in lib. reſponſionum ad Ianuarium, Saluator, quo uehementius commendaret myſterii huius altitudinem, ultimum hoc uoluit infigere cordibus & memoriæ diſcipulorum, a quibus ad paſſionem digreſſurus erat.

Habetur de conſ. d. 4. c. Quia corp⁹ aſſumptum Ho. 4. in paſcha. Domini nõ longe a princ.

In ſer. 7. de paſſiõe Domini, inter principium & mediũ.

Alex. 1. in epiſt. ad omnes orthod. a med. illi⁹ to. 1. concil. In epi. 118. c. 6. a med. t. 2.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ex eiſdẽ nutrimur, ex quibus ſumus, non tamẽ eodem modo nobis aduenientibus. nã ea, ex quibus ſumus, nobis adueniunt per generationem: eadem autem inquantũ ex eis nutrimur, nobis adueniunt per manducationẽ. unde & ſicut per baptiſmum regeneramur in Chriſto, ita per euchariſtiam manducamus Chriſtum.

Ad 2m dicendum, quòd euchariſtia eſt ſacramentum perfectũ dominicæ paſſionis, tãquã continens ipF ſum Chriſtum paſſum, & ideo non potuit inſtitui ante incarnationẽ: ſed tunc habebant locum ſacramẽta, quæ erant tantum præfiguratiua dominicæ paſſionis.

Ad 3m dicendum, quòd ſacramentum iſtud fuit inſtitutum in cœna, ut in futurum eſſet memoriale dominicæ paſſionis, ea perfecta: unde ſignãter dicit, hæc quotieſcũq; feceritis, de futuro loquens.

Ad 4m dicendum, quòd inſtitutio reſpondet ordini intentionis. Sacramentum autem euchariſtiæ, quãuis ſit poſterius baptiſmo in perceptione, eſt tamen prius in intentione: & ideo debuit prius inſtitui. uel poteſt dici, quòd baptiſmus iam erat aliqualiter inſtitutus in ipſo Chriſti baptiſmo: unde & iam aliqui ipſo Chriſti baptiſmo erant baptizati, ut legitur Ioan. 3.

G

## Articvlvs VI.

### *Vtrum agnus paſchalis fuerit præcipua figura huius ſacramenti.*

Ad sextvm ſic proceditur. Videtur ꝙ agnus paſchalis non fuerit præcipua figura huius ſacramenti. Chriſtus. n. dicitur ſacerdos ſecundum ordinẽ Melchiſedech, propter hoc quòd Melchiſedech geſſit figuram ſacrificii Chriſti, offerens panem & uinũ: ſed expreſſio ſimilitudinis facit, quòd unum ab alio deno- H minetur. ergo uidetur quòd oblatio Melchiſedec, fuerit potiſſima figura huius ſacramenti.

Inf. ou. ... ar. 10. ... d. 8. q. 1. ... 2. ... ar. 1. ... ad prim.

¶ 2 Præt. Tranſitus maris rubri fuit figura baptiſmi, ſecundum illud 1. Cor. 10. Omnes baptizati ſunt in nube & in mari: ſed immolatio agni paſchalis præceſſit tranſitum maris rubri, quem ſubſecutum eſt mãna, ſicut euchariſtia ſequitur baptiſmum. ergo mãna eſt expreſſior figura huius ſacramenti, ꝗ agnus paſchalis.

¶ 3 Præt. Potiſſima uirtus huius ſacramenti eſt, ꝙ introducit nos in regnum cælorum, ſicut quoddam uiaticum: ſed hoc maxime præfiguratum fuit in ſacramento expiationis, quando pontifex intrabat ſemel in anno cum ſanguine in ſancta ſanctorum, ſicut apoſtolus probat Hebræo. 9. ergo uidetur quòd illud ſacrifi- I cium fuerit expreſſior figura huius ſacramenti, quàm agnus paſchalis.

Sed contra eſt, quòd apoſtolus dicit 1. Cor. 5. paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. itaq; epulemur in azymis ſynceritatis & ueritatis.

Respon. Dicẽdum, quòd in hoc ſacramẽto tria conſiderare poſſumus, ſcilicet id, quod eſt ſacramentum tantum, quod eſt panis & uinum, & id quod eſt res & ſacramentum, ſcilicet corpus Chriſti uerum, & quod eſt res tantum. ſ. effectus huius ſacramenti. quãtum igitur ad id, quod eſt ſacramentum tantum, potiſ- K ſima figura fuit huius ſacramenti oblatio Melchiſedec, qui obtulit panem & uinum. Quantum autẽ ad ipſum Chriſtum paſſum, qui continetur in hoc ſacramento, figuræ eius fuerunt omnia ſacrificia ueteris teſtamenti, præcipue ſacrificium expiationis, quod erat ſolenniſſimum: quantum autem ad effectum, fuit præcipua eius figura manna, quod habebat in ſe omnis ſaporis ſuauitatem (ut dicitur Sapient. 16.) ſicut et gratia huius ſacramenti, quantum ad omnia reficit mentem: ſed agnus paſchalis quantum ad hæc tria, præfigurabat hoc ſacramentum: quantum enim ad primum, quia manducabatur cum panibus azymis, ſecũdum illud exod. 12. edent carnes, & azymos panes: quantum uero ad ſecundum, quia immolabatur ab omni multitudine filiorum Iſrael quartadecima luna, quod fuit figura paſſionis Chriſti, qui propter innocentiam dicitur agnus: quantum vero ad effectum, quia per ſanguinem agni paſchalis protecti ſunt filij Iſrael a deuaſtante angelo, & educti de ægyptiaca ſeruitute. et quantum ad hoc ponitur præcipua figura huius ſacramenti agnus paſchalis: quia ſm̃ omnia ipſum repræſentat. et per hæc patet rñſio ad obiecta.



¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæquartæ Articulum primum.*

IN articulo primo in reſponſione ad ſecundum, habes quid ſentiat Auctor de caſu illo, ſi alicubi non inueniretur vinum, an eſſet ſolus panis conſecrãdus: tenet. n. partem negatiuam, eo quòd perfectio ſacramenti præponenda eſt reliquis neceſſitatib⁹. vnde & inferius ẽt dicetur, quòd perfectio ſacramenti tantæ eſt neceſſitatis, vt etiam bis in eadem miſſa quandoque oporteat ſumere corpus Chriſti.

# *Qvaestio. LXXIIII.*

## *De materia euchariſtiæ quantum ad ſpeciem, in octo articulos diuiſa.*

DEinde conſiderãdum eſt de materia huius ſacramenti. Et primo, de ſpecie materiæ. ſecundo, de conuerſione panis & vini in corpus Chriſti. tertio, de modo exiſtendi corpus Chriſti in hoc ſacramento. quarto, de accidentibus panis & vini, quæ in hoc ſacr̃o remanent.

Circa primũ quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum panis & vinum ſint materia huius ſacramenti.
¶ Secundo, Vtrum ad materiam huius ſacramenti, requiratur determinata quantitas.
¶ Tertio, Vtrum materia huius ſacramenti ſit panis triticeus.
¶ Quarto, Vtrum ſit panis azymus, vel fermentatus.
¶ Quinto, Vtrum materia ſacramenti ſit vinũ de vite.
¶ Sexto, Vtrum ſit admiſcenda aqua.
¶ Septimo, Vtrum aqua ſit de neceſſitate huius ſacr̃i.
¶ Octauo, De quantitate aquæ, quæ apponitur.

## Articvlvs primvs.

### *Vtrum materia huius ſacramenti ſit panis & uinum.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd materia huius ſacramenti non ſit panis & vinum. hoc enim ſacramentum perfectius debet repræſentare paſſionem Chriſti, quàm ſacramenta veteris legis: ſed carnes animalium, quæ erant materiæ ſacramentorum veteris legis, expreſſius repræſentant paſſionem Chriſti, quàm panis & vinum. ergo materia huius ſacramẽti magis debet eſſe carnes animalium, quàm panis & vinum.

¶ 2 Præt. Hoc ſacramentum eſt vbiq; celebrandum: E ſed in multis terris non inuenitur panis, & in aliquibus non inuenitur vinum. ergo panis & vinum non ſunt conueniens materia huius ſacramenti.

¶ 3. Præt. Hoc ſacramentũ cõpetit ſanis & infirmis: ſed vinum nocet quibuſdam infirmis. ergo videtur, ꝙ vinum non debeat eſſe materia huius ſacramenti.

Sed contra eſt, quòd Alexand.* papa dicit, In ſacramentorum oblationibus panis tãtum, & vinum aqua permiſtum, in ſacrificium offerantur.

Respon. Dicendum, quòd circa materiam huius ſacramenti aliqui multipliciter errauerunt: quidam enim, qui dicũtur Artotirytæ (vt Aug.* dicit in lib. de hæreſibus) offerunt panem & caſeum in hoc ſacramento, dicentes, a primis hominibus oblationes A de fructibus terræ, & ouium fuiſſe celebratas. Alij vero, ſcilicet Cataphrygæ, & Pepuziani, de infantis ſanguine, quem de toto eius corpore minutis punctionum vulneribus extorquẽt, quaſi euchariſtiam ſuam conficere perhibẽtur, miſcentes eum farinæ, panemque inde facientes. quidam vero, qui dicuntur aquarij, aquam ſolam ſub ſpecie ſobrietatis in hoc ſacramento offerunt. Omnes autem hi errores & ſimiles excluduntur per hoc, quòd Chriſtus hoc ſacramentum ſub ſpecie panis & vini inſtituit, vt patet Mat. 26. vnde panis & vinum ſunt materia conueniens huiuſ- B modi ſacramenti: et hoc rationabiliter. primo quidem, quantum ad vſum huius ſacramenti, qui eſt mãducatio. ſicut enim aqua aſſumitur in ſacramento baptiſmi ad vſum ſpiritualis ablutionis, quia corporalis ablutio communiter fit in aqua, ita panis & vinũ, quibus communius homines reficiuntur, aſſumuntur in hoc ſacramento ad vſum ſpiritualis manducationis. Secundo, quãtum ad paſſionem Chriſti, in qua ſanguis eſt a corpore ſeparatus: et ideo in hoc ſacramento, quod eſt memoriale dominicæ paſſionis, ſeorſum ſumitur panis, vt ſacramentum corporis, & vinum, vt ſacramentum ſanguinis. Tertio, quantum ad effectum conſideratum in vnoquoque ſumentium: C quia vt Ambr.* dicit ſuper epiſtolam ad Cor. hoc ſacramentum valet ad tuitionem animæ & corporis. et ideo corpus Chriſti ſub ſpecie panis pro ſalute corporis, ſanguis vero ſub ſpecie vini pro ſalute animæ offertur, ſicut dicitur Leu. 17. quòd anima carnis in ſanguine eſt. Quarto, quantum ad effectum reſpectu totius eccleſiæ, quæ conſtituitur ex diuerſis fidelibus: ſicut panis cõficitur ex diuerſis granis, & vinum fluit ex diuerſis vuis, vt dicit* glo. ſuper illud primæ Cor. 10. Multi vnum corpus ſumus, &c.

Ad primvm ergo dicendum, quòd licet carnes animalium occiſorum expreſſius repræſentent Chriſti D paſſionem: tamen minus competunt ad communem vſum huius ſacramenti, & ad eccleſiaſticam vnitatem ſignificandam.

Ad 2m dicendum, quòd licet non in omnibus terris naſcatur triticum vel vinum: tamen de facili, ad omnes terras deferri poteſt, quãtum ſufficit ad vſum huius ſacramenti: nec propter defectum alterius eſt, vnum tantum ſine altero conſecrandum: quia non eſſet perfectum ſacramentum.

Ad 3m dicendum, quòd vinum in modica quantitate ſumptum, non poteſt multum ægrotanti nocere: et tamen ſi nocumentum timeatur, non eſt neceſſe quòd omnes accipientes corpus Chriſti, etiam accipiant ſanguinem, vt infra dicetur.*

* 1. ad Cor. 11. ſuper illud, hoc poculum nouum teſtamẽtũ eſt, tom. 5.

* Id habet Beda ĩ hũc locum ex Aug. to. 3.

*Q. 80. art. 12.

## Articvlvs II.

### *Vtrum requiratur determinata quantitas panis & uini ad materiam huius ſacramenti.*

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur quòd requiratur determinata quantitas panis & vini ad materiam huius ſacramenti. effectus enim gratiæ non ſunt minus ordinati, quàm effectus naturæ: ſed ſicut dicitur* in 2. de Anima, omnium natura conſtantium, poſitus eſt terminus & ratio magnitudinis & augmenti.

¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæquartæ Articulum ſecundũ.*

IN ſecundo articulo aduerte, quòd aliud eſt loqui de determinata quantitate materiæ, & aliud de præſentia eiuſdem: in litera ſi quidem dicitur nõ eſſe determinatam quantitatẽ, ſed non dicitur ſimiliter de præſentia. Et hoc ꝑ tanto dictum ſit, vt non putetur idem, aut ſimile iudicium de

4. diſt. 11. q. 2. ar. 1. q. 3.

* lib. 2. de anima, tex. 41. tom. 2.

de præſentia, & de quantitate. nam in vtraque forma euchariſtiæ mentio ſit de præſentia per ꝓnomẽ hoc, ſeu hic, & propterea oportet præſentem eſſe materiam conſecrãdam. De quantitate vero non fit mentio: quamuis locus ſit dubitationi quo ad quantitatem vini: quia de quantitate eius fit mentio in forma conſecrationis, dum dicitur, Hic eſt calix: oportet enim vinum cõtineri in calice, ac per hoc quantitatem eius calicem non excedere. Sed hoc non cogit: quoniam poteſt ſacerdos habere coram ſe multos calices plenos, & ſimul omnes conſecrare, ſicut ſimul conſecrat multas hoſtias. Vnde ex quantitate calicis, non habet determinata quãtitas.

F ergo multo magis in hoc ſacramẽto (quod dicitur euchariſtia, ideſt bona gratia) requiritur determinata quantitas panis & vini.

¶ 2 Præt. Miniſtris eccleſiæ non eſt a Chriſto data poteſtas ad ea, quæ pertinent ad irriſionem fidei, & ſacramentorum eius, ſecũdum illud ſecundæ Cor. 10. Secundum poteſtatem quã dedit nobis deus in ædificationem, & non in deſtructionem: ſed hoc eſſet ad irriſionẽ ſacramenti, ſi ſacerdos vellet conſecrare totum panem, qui venditur in foro, & totum vinum, quod G eſt in cellario. ergo hoc facere non poteſt.

¶ 3 Præt. Si aliquis baptizetur in mari, non tota aqua maris ſanctificatur per formam baptiſmi: ſed ſolum aqua illa, qua corpus baptizati abluitur. ergo nec in hoc ſacramento ſuperflua quantitas panis, & vini conſecrari poteſt.

Sed contra eſt, quòd multum opponitur pauco, & magnum paruo: ſed nulla eſt ita parua quantitas panis aut vini, quę H non poſſit conſecrari. ergo etiam nulla eſt ita magna, quæ conſecrari non poſſit.

Respon. Dicendum, ꝙ quidam dixerunt, ꝙ ſacerdos non poſſet conſecrare immenſam quãtitatem panis aut vini: puta totum panem, qui venditur in foro, aut totum vinum, quod eſt in dolio; ſed hoc non videtur eſſe verum, quia in omnibus habentibus materiam, ratio determinationis materiæ ſumitur ex ordine ad finẽ, ſicut materia ſerræ eſt ferrum, vt ſit apta ſectioni. Finis autem huius ſacramenti eſt vſus fidelium. vnde oportet, quòd quantitas materiæ huius ſacramenti determinetur per comparationem ad vſum fidelium. non autem poteſt eſſe, ꝙ determinetur ad I vſum fidelium, qui nunc occurrũt: alioquin ſacerdos paucos parochianos habens, non poſſet conſecrare multas hoſtias. vnde relinquitur, quòd materia huius ſacramenti, determinetur per comparationem ad vſum fidelium abſolute. Numerus autem fidelium eſt indeterminatus, vnde non poteſt dici, quòd quantitas materiæ huius ſacramenti ſit determinata.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ cuiuslibet rei naturalis materia accipit determinatã quantitatẽ, ſecũdum cõparationem ad formam determinatam: ſed numerus fidelium, ad quorum vſum ordinatur hoc ſacrm̃, non eſt determinatus. vnde non eſt ſimile.

K Ad 2m dicendum, quòd poteſtas miniſtrorum eccleſiæ ad duo ordinatur. Primo quidem, ad effectũ proprium: ſecundo, ad finem effectus: ſecundum autem, non tollit primum. vnde ſi ſacerdos intendat conſecrare corpus Chriſti, propter aliquem malum finẽ (puta vt irrideat, vel veneficia faciat) propter intentionem mali finis peccat: nihilominus tamen propter poteſtatem ſibi datam perficit ſacramentum.

Ad 3m dicendum, quòd baptiſmi ſacramentum perficitur in vſu materiæ: & ideo per formam baptiſmi non plus de aqua ſanctificatur, quàm quantum venit in vſum: ſed hoc ſacramentum perficitur in conſecratione materiæ: et ideo non eſt ſimile.

## Articvlvs III.

*Vtrum requiratur ad materiam huius ſacramenti, quòd ſit panis triticeus.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur ꝙ non requiratur ad materiam huius ſacramenti, ꝙ ſit panis triticeus. hoc. n. ſacramentũ eſt rememoratiuũ dominicæ paſſionis: ſed magis videtur eſſe conſonum dominicæ paſſioni panis ordeaceus, qui eſt aſperior, & de quo etiam Chriſtus pauit turbas ĩ G monte (vt dr̃ Ioan. 6.) ꝗ panis triticeus. ergo panis triticeus non eſt propria materia huius ſacramẽti.

¶ 2 Præt. Figura eſt ſignum ſpeciei in naturalibus rebus: ſed quędam frumenta ſunt, quæ habẽt ſimilem figuram grano tritici, ſicut, far, & ſpelta, de qua etiam in quibuſdam locis panis conficitur ad vſum huius ſacramenti. ergo panis triticeus non eſt propria materia huius ſacramenti.

¶ 2 Præt. Permiſtio ſpeciem ſol- H uit: ſed vix inuenitur farina triticea, quæ alterius frumenti ꝑmiſtionem non habeat, niſi forte de electis granis ſtudioſe fiat. non ergo vr̃ ꝙ panis triticeus ſit propria materia huius ſacramenti.

¶ 3 Præt. Illud, quod eſt corruptũ, videtur eſſe alterius ſpeciei: ſed aliqui conficiunt ex pane corrupto, qui iam nõ vr̃ eſſe panis triticeus. ergo vr̃ ꝙ talis panis non ſit ꝓpria materia huius ſacramenti.

Sed contra eſt,* quòd I in hoc ſacramento cõtinetur Chriſtus, qui ſe grano fruméti cõparat Ioan. 12. dicens, Niſi granum frumenti cadẽs in terram, mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. ergo panis frumenti, ſiue triticeus, eſt materia huius ſacramenti.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt,* ad vſum ſacrorum aſſumitur talis materia, quæ cõius apud hoĩes in talem vſum venit. Inter alios autem panes cõius homines vtuntur pane triticeo: nam K alij panes videntur eſſe introducti in huius panis defectum. et ideo Chriſtus creditur in huius panis ſpecie hoc ſacramentum inſtituiſſe. qui etiam panis magis confortat hominem, & ita cõuenientius ſignificat effectum huius ſacramẽti: et ideo propria materia huius ſacramenti, eſt panis triticeus.

Ad primvm ergo dicendũ, quòd panis ordeaceus competit ad ſignificandam duritiem veteris legis propter duritiem panis: tum etiam, quia ut Auguſtinus* dicit in libro octuagintatrium Quæſtionum, ordei medulla, quæ tenaciſsima palea tegitur, uel ipſam legem ſignificat, quæ ita data erat, ut in ea uitale animæ alimentum corporalibus ſacramentis obtegere- B tur, uel ipſum populum nondum expoliatum carnali deſiderio, quod tamquam palea cordi eius inhærebat: hoc autem ſacramentum pertinet ad ſuaue iugum Chriſti, & ad ueritatem iam manifeſtatam, & ad populum ſpiritualem. unde non eſſet materia conueniens huius ſacramenti panis ordeaceus.

Ad 2m dicendum, quòd C generans generat ſibi ſimile in ſpecie, ſit tamen aliqua diſsimilitudo generantis ad genitum quantum ad accidentia, uel propter materiam, uel propter debilitatem uirtutis generatiuæ. & ideo ſi qua frumenta ſunt, quæ ex ſemine tritici generari poſſunt (ſicut ex grano tritici ſeminato in malis terris, naſcitur ſiligo) ex tali frumento panis confectus, poteſt eſſe materia huius ſacramenti, quod tamen non uidetur ha- D bere locum neque in ordeo, neque in ſpelta, neque etiam in farre, quod inter omnia eſt grano tritici ſimilius: ſimilitudo autem figuræ in talibus, magis uidetur ſignificare propinquitatem, quàm identitatem ſpeciei, ſicut ex ſimilitudine figuræ manifeſtatur, quòd canis & lupus ſunt propinquæ ſpeciei, non autem eiuſdem, unde ex talibus frumentis, quæ nullo modo poſſunt ex ſemine tritici* generari, non poteſt confici panis, qui ſit debita materia huius ſacramenti.

Ad 3m dicendum, quòd B modica permiſtio non ſoluit ſpeciem, quia id quòd eſt modicum, quodammodo aſſumitur a plurimo, ideo ſi ſit modica admiſtio alterius frumenti ad multo maiorem quantitatem tritici, poterit exinde confici panis, qui eſt materia huius ſacramenti, ſi uero ſit magna permiſtio (puta ex æquo uel quaſi) talis permiſtio ſpeciem mutat. unde panis ex- C inde confectus, non erit debita materia huius ſacramenti.

Ad 4m dicendum, quòd aliquando eſt tanta corruptio panis, quòd ſoluitur ſpecies panis, ſicut cum continuitas ſoluitur, & ſapor, & color, & alia accidentia mutantur, unde ex tali materia non poteſt confici corpus Chriſti, ali- quando uero non eſt tanta corruptio, quæ ſpeciem ſoluat, ſed eſt aliqua diſpoſitio ad cor- D ruptionem, quòd declarat aliqualis immutatio ſaporis, & ex tali pane poteſt confici corpus Chriſti, ſed peccat conficiens propter irreuerentiam ſacramenti. Et quia amidum eſt ex tritico corrupto, non uidetur quòd panis ex eo confectus, poſſit fieri corpus Chriſti: quàmuis quidam contrarium dicant.

*Super Quæſtionis ſeptuageſimæquartæ Articulum tertium.*

Titul' vt ſonat. ¶ In hoc articulo magna eſt q̃ſtio, & ſatis obſcura de materia euchariſtiæ quo ad panem: habet n. multas difficultates, & varias opiniones. Eſt ſiquidem difficultas prima (quã tractat Auctor in litera) pp diuerſitatem frumentorũ, eſt & alia difficultas comparando panem ad paſtam. Et Albertus quidẽ magnus in 4. ſentẽ. diſt. 12. tenet panẽ ex ſpelta eſſe materiã euchariſtiæ (quẽ ſequitur Petrus de Pal.) ſimiliter tenet ex amido panẽ confectum poſſe cõſecrar. Auctor vero tam circa amidum q̃ circa ſpeltam opinatur contrarium: ſed apponit ſiligineum panem, quẽ Albertus negare vr̃, de paſta quoq; Scotus tenet partẽ negatiuam, ponendo tamen paſtam eſſe eiuſdem ſpeciei cũ pane. quid autẽ inter tot varia tenendum ſit, ad rõnes oportet deducere.

¶ Tria ſunt fundamenta, ex quibus proceditur. Primũ eſt, vnitas ſpecifica materiæ. Creditur enim eiuſdem ſpeciei debere eſſe materiam in hoc ſacramento, ſicut & in ceteris inuenitur, & hinc infertur ꝙ ex ſolis illis frumẽtis, quæ ſunt eiuſdẽ ſpeciei cum tritico, poteſt confici panis pro hoc ſacramẽto. et per hanc viam proceſſiſſe videntur Auctor ĩ litera, Scotus, Durand. & Petrus de Pa. habetq; via hæc difficultatẽ annexam ex illa ꝓpoſitione, generat ſibi ſimile ſecũdum ſpeciem: qm̃ hac vtitur ad diſcernendũ diſtincta ſpecie a tritico.

¶ Aliud fundamentum eſt cõtrarium huic, pro q̃to ponit ſufficere genus ꝓximũ ad triticum: ita quòd frumentum quod eſt genus, ſufficit ad conficiendũ panem pro ſacramento. Et hac uia proceſſit Albertus, ponens tamen ſolum duas frumenti ſpecies, ſcilicet triticum & ſpeltam. Habetque fundamentum aliquod in euangelii uerbis, quibus dominus ſe comparat grano frumenti.

¶ Tertium demum fundamentum, quod magnifacit Petrus de Palude eſt auctoritas quarumdam eccleſiarum, quæ conſecrant panem confectum ex ſpelta, quod etiam tangit Auctor in litera, dum in ſecundo argumento obiiciendo affert, quòd de ſpelta in quibuſdam locis panis conficitur ad uſum huius ſacramenti.

¶ Ad quæ quidem fundamenta ſi libere, reſpexerimus, nullam cogentem inueniuntur habere rationem, niſi ultimum propter auctoritatem Spiritusſancti gubernantis eccleſiam: nam ob ſimiles particulares conſuetudines, uenerabiliter ſuſtinent theologi, plures ſacerdotes conſecrare eandem hoſtiam ut inferius patebit. Et hæc ſint dicta comparando panem ad materiam remotam. Comparando uero ad materiam proximam duæ rationes diuerſas inducentes difficultates occurrunt, Prima eſt, de identitate ſeu diuerſitate inter panem & paſtam: ſecunda eſt, ex diuerſitate modorum coquendi paſtam. Obſcura ſiquidem uidetur differentia inter panem & paſtam crudam: reputat enim Scotus probabile eſſe, quòd non differant ſpecie, quia decoctio non facit, niſi exhalationem humoris aquei, & miſtio non eſt ibi, niſi iuxta poſitio, & ex pane fit paſta, ſi mica digitis comprimatur. Oppoſitum autem rationabilius uidetur: quoniam decoctio applicando actiua paſſiuis ſpeciem panis facit, ſicut maturatio de agreſta faciendo uuam, facit de agreſta uinum. Ars enim in confectione panis, non concurrit, niſi applicando actiua paſſiuis, ut patet ex hoc, quòd forma panis eſt forma ſubſtantialis, quod conuincitur apud fideles, ex hoc quòd panis transſubſtantiatur in corpus Chriſti, & accidentibus remanentibus non remanet panis, qui remaneret cum reliquis accidentibus, ſi accidens ſignificaret. Vnde & falſum eſt, quòd dum paſta decoquitur in clibano, fiat ſola euaporatio humidi: decoctio enim idigerit, & generat panem, miſtione autem, aut iuxta poſitione nulla opus eſt noua, ſed prima miſtio farinæ cum aqua (ex quibus confe- A cta eſt paſta tamquam ex elementis ac materia tranſeunte) decoctione digeritur, & ad terminum deducitur, panem ſcilicet. Nec admitto ex pane fieri paſtam, ſed micam mollem ſimilem paſtæ. Acceptabilior autem apparet hæc poſitio contemplanti diuerſitatem ſpecificam inter agreſtam, uinum, & acetum ex eiſdem uuis ob diuerſam caloris cauſalitatẽ agreſta. n. eſt ſuccus crudus, uinum uero ſuccus digeſtus, acetum autẽ addit exceſſiuam ſuper calefactionẽ, ut teſtatur experientia, dum uinum expoſitum calori aceſcit, & cupientes acetum bonum habere, ad loca calida dolium transferũt. Ex his enim apparet ex ſola caloris differentia ex parte actiui, ſpecificum progreſſum poſſe fieri ex parte materiæ, licet non ſemper fiat, non enim differt ſpecie pirum coctum a piro crudo. Diuerſi uero coquendi modi, ſcilicet uel aſſando uel elixando, ſpeciem uariare non uidentur, panis ſiquidem elixus, ut lagana, aut frixus (quo etiam modo lagana in ueteri lege offerebantur) aut aſſus, ut panis in clibano, & ſubcineritius, & hoſtia, eiuſdem uidentur ſpeciei quo ad ſubſtãtiam ſolaque accidentali forma differre uidentur. Verum in propoſito modo, uidetur utrumq; par uipendendum, ita quòd nec ex diuerſitate ſpecifica, nec ex identitate ſpecifica, ſufficiens ratio habeatur. Sed credẽdo quòd nec paſta, nec panis, niſi aſſus, eſt conſecrabi- E lis, rõnẽ aliũde ſumẽtes, dicimus ꝙ ſicut in ſacraméto baptiſmi aqua a Chriſto eſt inſtituta, ita in euchariſtia panis, & quemadmodum ibi aqua intelligitur non ſolum ſubſtantia aqua, ſed etiam quòd ſit ſub forma aquæ (& propterea aqua ſub forma grandinis aut niuis, non eſt materia baptiſmi) ita per panem intelligendus eſt panis, & ſecundum ſubſtantiam & ſecundum formam panis. Et per hoc excluduntur quæcumque conſtant ex paſta cruda, & ſimiliter quæcumque conſtant ex paſta elixa: hæc enim non habere formam panis (dato quòd panes ſint) uſus teſtatur humanus, quo his non utimur ut pane, ſed potius hæc comedimus cum pane, & ex hoc ipſo profitentes diſtinctionem horum a pane. Aſſato autem pane ſolo utimur ut pane, & propterea crediderim ipſum ſolum eſſe conſecrabilem: materia enim hæc paucas habet aſſertiones, unde & Auctor in litera opinatiue loquitur, cum excludit ſpeltam & amidum: de quo adhuc ſub iudice lis eſt, & mihi uidetur dicendum, ut ſupra, ſcilicet, quòd ſi

Marginal notes: 4 dist. 11. q. ... 2. ar. 1. q. ... Et di. 1... 1 art. 1. q. ... ad prim... Et 4. cõtra ... c. 68. Et ... Cor. 11. ... 7. in princ. — *art. 1 huius quæſt. Et q. 66. artic. 1. — * Alias grani.

ARTICVLVS IIII.

*Vtrum hoc ſacramentum debeat confici ex pane azymo.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd hoc ſacramentum non debeat confici ex pane azymo. Debemus enim in hoc ſacramento imitari inſtitutionem Chriſti: ſed Chriſtus uidetur hoc ſacramentum inſtituiſſe in pane fermentato: quia ſicut legitur Exod. 12 Iudæi ſecundum legem incipiebant uti azymis in die Paſcha (quod celebratur quartadecima luna) Chriſtus autem inſtituit hoc ſacramentum in cœna, quam celebrauit ante diem feſtum Paſchæ, ut habetur Ioan. 13. ergo & nos debemus hoc ſacramẽtum celebrare in pane fermentato.

¶ 2 Præt. Legalia non ſunt obſeruanda tempore gratiæ: ſed uti azymis, fuit quædam legalis cæremonia, ut patet Exod. 12 ergo in hoc ſacramento gratiæ nõ debemus azymis uti.

¶ 3 Præt. Sicut ſupra dictum * eſt, euchariſtia eſt ſacramentum charitatis, ſicut baptiſmus fidei, ut ſupra dictum eſt: ſed feruor *charitatis ſignificatur* per fermẽtum, ut patet in gloſſ. * ſuper illud Matth. 13. Simile eſt regnum cælorum fermento, & cetera. ergo hoc ſacramentum debet confici de pane fermentato.

¶ 4 Præt. Azymum & fermentatum ſunt *accidentia panis*, *nõ* uariantia eius ſpeciem: ſed in materia baptiſmi nulla diſcretio adhibetur circa differentiam accidentium aquæ, puta ſi ſit ſalſa uel dulcis, calida uel frigida. ergo in hoc ſacramento aliqua diſcretio adhiberi non debet, utrum panis ſit azymus uel fermentatus.

SED CONTRA eſt, quòd extra de celebratione* miſſarum c. Literas, punitur ſacerdos, qui in pane fermentato, & ſcypho ligneo miſſarum ſolennia celebrare præſumpſit.

RESPON. Dicendum, quòd circa materiam huius ſacramenti, duo poſſunt conſiderari, ſcilicet quid ſit neceſſarium, & quid conueniens: neceſſarium quidem eſt, ut ſit panis triticeus (ſicut dictum eſt*) ſine quo non perficitur ſacramẽtum: non eſt autem de neceſſitate ſacramenti, quòd ſit azymus uel fermentatus, quia in unoquoque confici poteſt. Conueniens autem eſt, ut unuſquiſque ſeruet ritum ſuæ eccleſiæ in ſacramenti celebratione. Super hoc autem, ſunt diuerſæ eccleſiarum conſuetudines: dicit enim beatus Gregor. in regiſtro, Romana eccleſia offert azymos panes, propterea quòd dominus ſine ulla commiſtione ſuſcepit carnem: ſed certæ eccleſiæ offerunt fermentatum, pro eo quòd uerbum Patris indutum eſt carne, ſicut fermentum miſcetur farinæ. unde ſicut peccat presbyter in eccleſia latinorum, celebrans de pane fermentato, ita peccaret presbyter græcus in eccleſia græcorum, de pane azymo, quaſi peruertens eccleſiæ ſuæ ritum. & tamen conſuetudo de pane azymo celebrandi, rationabilior eſt. Primo quidem, propter inſtitutionem Chriſti, qui hoc ſacramentum inſtituit prima die azymorum (ut habetur Matth. 26. & Mar. 14. & Luc. 22.) qua die nihil fermentatum in domibus iudæorum eſſe debebat, ut habetur. Exod. 12. Secundo, quia panis eſt proprie ſacramentum corporis Chriſti (quod ſine corruptione conceptum eſt) magis quàm diuinitatis ipſius, ut infra patebit.* Tertio, quia hoc magis competit ſynceritati fidelium, quę requiritur ad uſum huius ſacramenti, ſm illud 1. Cor. 5. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, itaque epulemur in azymis ſynceritatis & ueritatis. habet tamen hæc conſuetudo Græcorum aliquam rationẽ, & propter ſignificationẽ quam tangit Greg.* & in deteſtatione hæreſis Nazaræorũ, qui legalia euangelio miſcebãt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut legitur Exod. 12. ſolennitas paſchalis incipiebat in* ueſperis quartædecimæ lunę. & tunc Chriſtus poſt immolationẽ agni paſchalis hoc ſacrm̃ inſtituit. unde hęc dies a Io. dicitur pręcedere ſequentẽ diem paſchæ, & a tribus aliis euangeliſtis dicitur prima dies azymorum, quando fermentatum in domibus iudæorum nõ inueniebatur, ut dictũ eſt.* & de hoc ſupra notatũ eſt plenius in tractatu dominicæ paſſionis.†

AD 2^m dicendum, quòd conficientes ex azymo non intendunt cæremonias legis ſeruare, ſed cõformare ſe inſtitutioni Chriſti, & ideo non iudaizant, alioquin & celebrantes in pane fermentato, iudaizarent: quia iudæi panes primitiarum, fermentatos offerebant.

AD 3^m dicendum, quòd fermẽtum ſignificat charitatem propter aliquem effectum, quia ſcilicet panem facit ſapidiorem & maiorem: ſed corruptionẽ ſignificat ex ipſa ratione ſuę ſpeciei.

AD 4^m dicendum, quòd quia fermentum habet aliquid corruptionis, & ex pane corrupto non poteſt confici hoc ſacramentum (vt dictum eſt*) ideo magis attenditur circa panem differentia azymi & fermentati, quàm circa aquam baptiſmi, differẽtia calidi & frigidi: poſſet enim tanta eſſe corruptio fermenti, quòd ex eo non poſſet confici ſacramentum.

*Commentary:*

¶ panis confectus ex eo eſt abſolute panis, poteſt conſecrari. Nec obſtat corruptio tritici, dicentibus aliis triticum non corrumpi tunc, ſed ablui & depurari & alterari, aliis autem quòd corruptio nihil officit: quoniam non eſt corruptio ſimpliciter, ſed corruptio, quæ eſt uia ad generationem panis, quã oportere interuenire, probatur ex eo, quòd triticum eſt materia tranſiens reſpectu paſtæ & panis.

¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæ quartæ Articulũ quartum.*

IN artic. 4. circa illud, quod de præsbytero græco dicitur, ſcilicet quòd debet ſeruare ritum græcum in eccleſia græca, dubium occurrit ex Petro de Palude in 4. diſtinctio. 11. oppoſitum concludente, ex hoc quòd græci ſunt ſchiſmatici, nulluſque ẽt ipſorum debet eis adhærere: ac per hoc poteſt ſicut in toto, ſic & in parte ab eis diſcordare. non ergo peccaret non ſeruans ritum eorum.

¶ Ad hoc dicitur, quòd Auctor loquitur de græcis eccleſiis & præsbyteris abſolute, & nõ de iiſdem ſchiſmaticis & propterea optime dicit quòd peccaret, peruertens eccleſiæ ſuæ ritum. Et hinc ſequitur, quòd etiam tempoꝛ̃ ſchiſmatis peccaret: quia ſchiſma non ſoluit ritus rectos eccleſiarum, qualis eſt iſte, qui non ex ſchiſmate, ſed ex ratione eccleſiaſtica in eis eſt, ut Gregor. in litera al latus teſtatur. Quocirca, ſi præsbyter græcus & in græca eccleſia celebrat, peccaret non ſeruando ritum græcæ eccleſiæ, non a ſchiſmaticis præceptum, ſed uelut ab eccleſia ſtatutum, quod ibi ſeruetur. Vnde in Concil. Florent. ſub Eugenio IIII. legimus ſic. Item in azymo ſiue fermentato pane triticeo corpus Chriſti ueraciter confici, ſacerdoteſque in altero ipſum domini corpus conficere debere, unumquemque ſcilicet, iuxta ſuæ eccleſiæ ſiue occidentalis, ſiue oriẽtalis conſuetudinem.

¶ Et cum obiicitur, quòd nemo debet eis adhærere, uerum eſt quantum ad ea, quæ ſunt ſchiſmatis, & ſimiliter poteſt, diſcordare ab eis in toto & in parte, in his quę ſunt ſchiſmatis.

*Marginal notes:* 4. d. 11. q. 2. ar. 2. q. 3. Et 4. cõ. c. 68. Et opuſ. 1. c. 61. & 10. 13. — Q. 73. ar. 3. ad 3. — *gl. interlinearis ibi. — * In decret. lib. 3. tit. 41 c. literas, & eſt ultimũ illius tituli. — * ar. 3. q. 74. — * In corp. art. — † q. 46. ar. 9. ad. 1. arg.



ARTICVLVS V.

*Vtrum uinum uitis ſit propria materia huius ſacramenti.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd non ſit propria materia huius ſacramenti vinum vitis: ſicut enim aqua eſt materia baptiſmi, ita vinum eſt materia huius ſacramenti: ſed in qualibet aqua poteſt fieri baptiſmus. ergo in quolibet vino (puta malorum granatorũ, vel mororum, aut huiuſmodi) poteſt confici hoc ſacramẽtum, præſertim cum in quibuſdam terris, vites non creſcant.

¶ 2 Præt. Acetum eſt quædam ſpecies vini, quod de vite ſumitur: vt Iſido.* dicit: ſed de aceto non poteſt confici hoc ſacramentum. ergo videtur quòd vinum vitis non ſit propria materia huius ſacramenti.

¶ 3 Præt. Sicut de vite ſumitur vinum depuratum, ita etiam agreſta & muſtum: ſed de his non videtur poſſe confici hoc ſacramentum, ſecũdum illud* quod in ſexta ſynodo legitur, Didicimus, quòd in quibuſdam eccleſijs ſacerdotes ſacrificio oblationis coniũgunt vuas, & ſic ſimul vtrumque populo diſpenſant: præcepimus igitur, vt nullus ſacerdos hoc vlterius faciat. et Iulius Papa † reprehendit quoſdam, qui expreſſum vinum in ſacramento dominici calicis, offerunt. ergo videtur quòd vinum vitis non ſit propria materia huius ſacramenti.

SED CONTRA eſt, ꝙ ſicut dominus ſe comparauit grano frumenti, ita etiam ſe comparauit viti, dicens Ioan. 15. ego ſum vitis vera: ſed ſolus panis de frumento, eſt materia huius ſacramenti, vt dictum eſt.* ergo ſolum vinum de vite, eſt propria materia huius ſacramenti.

RESPON. Dicendum, ꝙ de ſolo vino vitis poteſt confici hoc ſacramẽtum. Primo quidem, propter inſtitutionem Chriſti, qui in vino vitis hoc ſacramentum inſtituit, vt patet ex eo quod ipſe dicit Mat. 26. circa inſtitutionem huius ſacramenti, non bibã amodo de hoc genimine vitis. Secundo, quia ſicut dictum eſt,* ad materiam ſacramentorum aſſumitur id, quod proprie & communiter habet talem ſpeciem. Proprie autem vinum dicitur, quod de vite ſumitur: alij vero liquores, vinum dicuntur, ſecundum quandam ſimilitudinem ad vinum vitis. Tertio, quia vinum vitis magis competit ad effectum huius ſacramenti, qui eſt ſpiritualis lętitia: quia ſcriptum eſt, ꝙ vinum lætificat cor hominis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illi liquores non dicuntur proprie vinum, ſed ſecundum ſimilitudinem. Poteſt autem verum vinum ad terras illas deferri, in quibus vites non creſcunt, quantum ſufficit ad hoc ſacramentum.

AD 2^m dicendum, quòd vinum fit acetum per corruptionem: vnde non fit reditus de aceto in vinum, vt dicitur 8. Meta.* et ideo ſicut de pane totaliter corrupto non poteſt confici hoc ſacramentum, ita nec de aceto. Poteſt tamen confici de vino aceſcenti, ſicut & de pane, qui eſt in via ad corruptionem: licet peccet conficiens, vt prius dictum eſt.*

AD 3^m dicendum, quòd agreſta eſt in via generationis: & ideo nondum habet ſpeciem vini, & propter hoc de ea non poteſt confici hoc ſacramentum. muſtum autem iam habet ſpeciem vini: nam eius dulcedo atteſtatur digeſtioni, quæ eſt cõpletio a naturali calore, vt dicitur in 4. Meteo.* & ideo de muſto poteſt confici hoc ſacramentum: non tamen debent vuæ integræ huic ſacramento miſceri: quia iam eſſet ibi aliquid præter vinum. Prohibetur etiam ne muſtũ ſtatim expreſſum de vua, in calice offeratur: quia hoc eſt indecens propter impuritatem muſti. Poteſt tamen in neceſſitate fieri; dicitur * enim ab eodem Iulio Papa, ſi neceſſe fuerit, botrus in calicem prematur.

¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæquartæ Articulum quĩntũ.*

IN art. 5. memento ſupradictorum & applica ad propoſitum, & vide vuam non eſſe conſecrabilem: quia non cõtinet vinum ſub forma potabili, ſed mãducabili.

ARTICVLVS VI.

*Vtrum aqua ſit uino permiſcenda.*

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quòd aqua non ſit vino permiſcenda. Sacrificium enim Chriſti figuratũ fuit per oblationem Melchiſedech, qui Gen. 14. non legitur obtuliſſe, niſi panem & vinum. ergo videtur quòd in hoc ſacramento non debeat adiungi aqua.

¶ 2 Præt. Diuerſorum ſacramentorum diuerſæ ſunt materiæ: ſed aqua eſt materia baptiſmi. ergo non debet aſſumi ad materiam huius ſacrameati.

¶ 3 Præt. Panis & vinũ ſunt materia huius ſacramenti: ſed pani nihil adiungitur. ergo nec vino debet aliquid adiungi.

SED CONTRA eſt, quòd Alex.* Papa ſcribit: In ſacramentorum oblationibus, quæ inter miſſarum ſolennia domino offeruntur, panis tantum & vinum aqua permiſtum, in ſacrificium offerantur.

RESPON. Dicendum, quòd vino, quod offertur in hoc ſacramento, debet aqua miſceri. Primo quidẽ, propter inſtitutionem: probabiliter enim creditur, ꝙ dominus hoc ſacramentum inſtituerit in vino aqua permiſto, ſecundum morem illius terræ. vnde & Prouerb. 9. dicitur, Bibite vinum, quod miſcui vobis. Secundo, quia hoc conuenit repræſentationi dominicæ paſſionis. vnde dicit Alex. Papa. Non debet in calice domini aut vinum ſolum, aut aqua ſola offerri, ſed vtrũque permiſtum: quia vtrũq; ex latere eius in paſſione ſua profluxiſſe legitur. Tertio, quia hoc conuenit ad ſignificandum effectum huius ſacramenti, qui eſt vnio populi Chriſtiani ad Chriſtũ: quia vt Iulius Papa dicit, † videmus in aqua populum intelligi, in vino vero oſtendi ſanguinem Chriſti. ergo cum in calice vino aqua miſcetur, Chriſto populus adunatur. Quarto, quia hoc competit ad vltimum effectum huius ſacramenti, qui eſt introitus ad vitam æternam. vñ Ambr.* dicit in lib. de ſacramentis, redundat aqua in calicem, & ſalit in vitam æternam.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ ſicut Amb.† dicit ibidem, ſicut ſacrificium Chriſti ſignificatum eſt per oblationem Melchiſedech, ita etiam ſignificatum eſt per aquam, quæ in eremo fluxit de petra, ſecũdum illud

¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæquartæ Articulum ſextum.*

IN artic. 6. aduerte ne credas dicentibus græcos offerre calicem dñi cum vino tm̃: hoc. n. armeni, non græci, olim faciebant, vt patet ĩ conci. florent. ſub Eug. IIII. Vbi decretum eſt, vt etiam ipſi armeni ſe cum vniuerſo orbe Chriſtiano conforment, omneſque latinorum græcorumque eccleſias imitando, in calicis oblatione paululum aquæ vino admiſceant.

*Marginal notes:* *art. 3. huius qõ. ad 4. arg. — *lib. 4. c. 3. parũ a pri. — * eod. loco in arg. citato. & habet de conſecr. diſ. 2. ca. cũ omne crimẽ, ĩ med. — 4. diſt. 11. q. 2. ar. 4. q. 1. Et 1. Cor. 11. lec. 6. — *Alex. 1. in epiſ. ad omnes fideles a medio illius tom. 1. Concil. — Alex. 1. in epiſ. ad oẽs orth. a medio illius to. 1. Cõcil. — † Habetur de cõſecr. diſt. 2. c. cũ omne crimen, circa medium. — *lib. 5. de ſacra. ca. 1. a med. to. 4. — † eod. lib. 5. ca. 1. to. 4.

illud primæ Corinth. 10. Bibebãt autem de ſpirituali conſequente eos petra.

Ad 2[m] dicendum, quòd aqua aſſumitur in baptiſmo ad vſum ablutionis. In hoc autem ſacramento aſſumitur ad vſum refectionis, ſecundũ illud Pſal. 22. Super aquam refectionis educauit me.

Ad 3[m] dicendum, quòd panis ex aqua & farina conficitur: et ideo cum vino aqua miſcetur, neutrũm ſine aqua exiſtit.

¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæquartæ Articulum ſeptimũ.*

In articul. 7. circa aquam, ex qua fit panis pro ſacramento, vide rationem literæ in calce articuli, ad probandum ꝙ oportet eſſe aquam veram & naturalẽ, & ſuſcipe illam vt rationabilem. An autẽ ſit neceſſaria, cogitatione opus ẽ, & ratio eſt eadem, cum ſuperius dicta de diuerſis ſpeciebꝰ granorum componentium panem: quia enim ad ſacramentum ſufficit, ꝙ ſit verus panis, ſi panis verus poteſt fieri ex aqua artificiali (puta roſacea) conſequens eſt, ꝙ non eſt de neceſſitate ſacramenti aqua naturalis. An autem panis confectus ex farina & aqua roſacea, eſſet verus panis, experientia cõprobandum eſſet, vidẽdo, in quo differret ab alijs panibus. nã ſi ſolo odore roſarum differre appareret, crederem ipſum eiuſdem eſſe ſpeciei cum alijs, cum aqua non ſit pars eſſentialis panis ſed materia trãſiens eiuſdem: non enim ꝑmanet aqua ſecundum ſeipſam in pane, ſed panis eſt tertia res reſultans ex cõmiſtione farinæ & aquæ per paſtæ decoctionem: non eſt aũt remotũ diuerſarum ſpecierum res poſſe eſſe materiam tranſeuntem reſpectu alicuius vnius etiam homogenei, vt patet de his, ex quibus generatur ſanguis.

¶ Et hæc etiam ſufficiant pro octauo articulo.

Inf. qõ. 83. art. 6. ad 4. & 6. Et 4. diſ. 11. q. 2. art. 4. q. 2. & 3. Et 1. cor. 11. lec. 6.

* li. 2. epiſt. epiſt. 3. inter finẽ & med.

* li. 2. ep. 3. Iter finem & mediũ.

* art. pced.

## Articvlvs VII.

*Vtrum permiſtio aquæ ſit de neceſſitate huius ſacramenti.*

Ad septimvm ſic proceditur. Videtur quòd permiſtio aquæ ſit de neceſſitate huius ſacramenti. dicit enim Cyprian.* ad Cæcilium: ſic calix domini non eſt aqua ſola & vinum ſolũ, niſi vtrũque miſceatur, quomodo nec corpus domini poteſt eſſe farina ſola, niſi vtrumque, ſcilicet farina & aqua, fuerit adunatum: ſed admiſtio aquæ ad farinam, eſt de neceſſitate huius ſacramenti. ergo pari ratione admiſtio aquæ ad vinum.

¶ 2 Præt. In paſſione domini, cuius hoc ſacramentum eſt memoriale, ſicut de latere eius exiuit ſanguis, ita & aqua: ſed vinum quod eſt ſacramentum ſanguinis, eſt de neceſſitate huius ſacramenti. ergo pari ratione & aqua.

¶ 3 Præt. Si aqua non eſſet de neceſſitate huius ſacramenti, non referret quæcumque aqua huic ſacramento apponeretur: & ita poſſet apponi aqua roſacea, vel quæcumque alia huiuſmodi aqua: quod non habet vſus eccleſiæ. aqua ergo eſt de neceſſitate huius ſacramenti.

Sed contra eſt, quòd Cypria.* dicit, ſi aliquis de anteceſſoribus noſtris, vel ignoranter, vel ſimpliciter non obſeruauit, vt ſcilicet aquã vino miſceret in ſacramento, poteſt ſimplicitati eius venia concedi: quod nõ eſſet, ſi aqua eſſet de neceſſitate ſacramenti, ſicut eſt vinum vel panis. non ergo aquæ admiſtio eſt de neceſſitate ſacramenti.

Respon. Dicendum, quòd iudicium de ſigno, ſumendũ eſt ex eo, quod ſignificatur. Appoſitio autem aquæ ad vinum refertur ad ſignificandam participationem huius ſacramenti a fidelibus, quantum ad hoc, quòd per aquam miſtam vino, ſignificatur populus adunatus Chriſto, vt dictum* eſt: ſed & hoc ipſum quod de latere Chriſti pẽdentis in cruce aqua profluxit, ad idẽ refertur: quia per aquam ſignificatur ablutio peccatorum, quæ fiebat per paſſionem Chriſti. Dictum eſt* autem ſupra, ꝙ hoc ſacramentum perficitur in conſecratione materiæ: vſus autem fidelium non eſt de neceſſitate ſacramenti, ſed eſt aliquid conſequens ad ſacramentum. et ideo cõſequens eſt, quòd appoſitio aquæ, non ſit de neceſſitate ſacramenti.

Ad primvm ergo dicendum, quòd verbum illud Cypriani eſt intelligendum, ſecũdum ꝙ dicitur illud eſſe non poſſe, quod conuenienter eſſe non poteſt. et ſic ſimilitudo illa attenditur quantum ad id, qđ debet fieri, non autem quãtum ad neceſſitatem: nam aqua eſt de eſſentia panis, non autem de eſſentia vini.

Ad 2[m] dicendum, quòd effuſio ſanguinis directe pertinebat ad ipſam Chriſti paſſionem: eſt enim naturale corpori humano vulnerato, quòd ex eo profluat ſanguis. ſed effuſio aquę non fuit de neceſſitate paſſionis: ſed ad demõſtrandum effectum paſſionis, qui eſt ablutio a peccatis, & refrigerium contra ardorem cõcupiſcentiæ: et ideo aqua nõ ſeorſum offertur a vino in ſacramento, ſicut vinum offertur ſeorſum a pane: ſed aqua offertur vino permiſta, vt oſtendatur quòd vinum per ſe pertinet ad hoc ſacramentum, tãquam de eius neceſſitate exiſtens, aqua autem ſecundum ꝙ adiungitur vino.

Ad 3[m] dicendum, quòd quia admiſtio aquæ ad vinum non eſt de neceſſitate ſacramenti, non refert quãtum ad ſacramenti neceſſitatem, quæcumque aqua miſceatur vino, ſiue naturalis, ſiue artificialis, vt roſacea: quamuis quantum ad conuenientiam ſacramenti, peccet qui aliam aquam miſcet, niſi naturalem & veram: quia de latere Chriſti pẽdentis in cruce[d] aqua vera profluxit, non humor phlegmaticus, vt quidam dixerunt, ad oſtendendum quòd corpus Chriſti erat vere compoſitum ex quatuor elementis, ſicut per ſanguinem fluentem oſtendebatur, quòd erat compoſitum ex quatuor humoribus, vt Innocentius tertius dicit in quadam decretal.* quia vero admiſtio aquæ ad farinam, eſt de neceſſitate huius ſacramenti, vtpote conſtituens ſubſtantiam panis, ſi farinæ admiſceretur aqua roſacea, vel quicumque alius liquor, quàm vera aqua, non poſſet ex eo confici ſacramentum: quia non eſſet verus panis.

*Q. 73. art. 1. ad 1.

D. 2[11]

*In decret. lib. 3. ti. 41. cap. 8.

## Articvlvs VIII.

*Vtrum aqua debeat in magna quantitate apponi.*

Ad octavvm ſic proceditur. Videtur quòd oporteat aquam in magna quantitate apponi. ſicut enim ſanguis de latere Chriſti ſenſibiliter fluxit, ita & aqua. vnde dicitur Ioan. 19. Qui vidit, teſtimonium perhibuit: ſed aqua non poſſet ſenſibiliter eſſe in hoc ſacramento, niſi in magna quantitate poneretur. ergo videtur, quòd aqua debeat apponi in magna quantitate.

¶ 2 Præt. Parua aqua multo vino admiſta, corrumpitur: quod autem corruptum eſt, iam non eſt. ergo idem eſt apponere parum de aqua in hoc ſacramẽto, & nihil apponere: ſed non licet nihil apponere. ergo non licet parum apponere.

¶ 3 Præt. Si ſufficeret parum apponere, per conſequens eſſet ſufficiens, quòd gutta aquæ in totum dolium proiiceretur: ſed hoc videtur ridiculum. ergo non ſufficit, quòd parua quantitas apponatur.

Sed contra eſt, quòd extra de celebratione miſſarũ dicit: * Pernicioſus in tuis partibus inoleuit abuſus,

4. diſt. 11. q. 2. art. 4. q. 4. & 1. cor. 11. lec. 6.

*In decret. lib. 3. ti. 41. cap. Pernicioſus.



abuſus, videlicet quòd in maiori quantitate de aqua in ſacrificio ponitur, quàm de vino, cum ſecundum rationabilem conſuetudinem eccleſiæ generalis, plus in ipſo ſit de vino quàm de aqua ponendum.

Respon. Dicendum, quòd circa aquam adiunctam vino, ſicut Innocentius tertius* dicit in quadam decreta. triplex eſt opinio. quidã enim dicunt, ꝙ aqua adiuncta vino per ſe manet vino conuerſo in ſanguinem: ſed hæc opinio ſtare non poteſt, quia in ſacramento altaris poſt conſecrationem nihil eſt, niſi corpus & ſanguis Chriſti (ſicut enim Amb.† dicit in lib. de Officijs, Ante benedictionem illa ſpecies nominatur, poſt benedictionem* corpus ſignificatur) alioquin non totum adoraretur veneratione latriæ. et ideo alij dixerunt, quòd ſicut vinum cõuertitur in ſanguinem, ita aqua conuertitur in aquam, quæ de latere Chriſti fluxit: ſed nec hoc rationabiliter dici poteſt, quia ſecundum hoc, aqua ſeorſum conſecraretur a vino, ſicut vinum a pane. et ideo ſicut ipſe dicit, aliorum opinio probabilior eſt, qui dicunt aquam conuerti in vinum, & vinum in ſanguinem. Hoc autem fieri non poſſet, niſi adeo modicum apponeretur de aqua, qđ conuerteretur in vinum: et ideo ſemper tutius eſt parum de aqua apponere, & præcipue ſi vinum ſit debile: quia ſi tanta fieret appoſitio aquæ, vt ſolueretur ſpecies vini, non poſſet perfici ſacramentum. vnde Iulius papa* reprehendit quoſdam, qui pannum lineum muſto intinctum, per totum annũ ſeruant, & ĩ tpe ſacrificij, aqua partem eius lauant, & ſic offerunt.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ſufficit ad ſacramenti huius ſignificationem, ꝙ ſentiatur aqua, cum apponitur vino: nõ autem oportet, quod ſit ſenſibilis poſt miſtionem.

Ad 2[m] dicendum, quòd ſi aqua omnino non apponeretur, totaliter excluderetur ſignificatio: ſed cũ aqua in vinum conuertitur, ſignificatur quòd populus Chriſto incorporatur.

Ad 3[m] dicendum, quòd ſi aqua apponeretur dolio, non ſufficeret ad ſignificationem huius ſacramenti: ſed oportet aquam vino apponi circa ipſam celebrationem ſacramenti.

...celebra. ...ſam ...Mar ...para... ...o, ...uiſti. ...lic. de ...ui my... ...ini... ...c. 9. ...edio ...4. ...us cor... Chri.

...1. ſeri... ...o epiſc. ...Aegy... ...Et ha... ...de con... ...diſ. 2. c. ...omnẽ ...nta.

## Qvaestio LXXV.

*De conuerſione panis & uini in corpus & ſanguinem Chriſti, in octo articulos diuiſa.*

Deinde conſiderãdum eſt de conuerſione panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum in hoc ſacramento ſit corpus Chriſti ſecundum veritatem, an ſolum ſecundum figuram, vel ſicut in ſigno.

¶ Secundo, Vtrum in hoc ſacramento remaneat ſubſtantia panis & vini poſt conſecrationẽ.

¶ Tertio, Vtrum ſubſtãtia panis vel vini poſt cõſecrationem huius ſacramenti annihiletur, aut in priſtinam materiam reſoluatur.

¶ Quarto, Vtrum panis poſſit conuerti in corpus Chriſti.

¶ Quinto, Vtrum in hoc ſacramento poſt cõuerſionem remaneant accidentia panis & vini.

¶ Sexto, Vtrum facta conſecratione, remaneat in hoc ſacramento forma ſubſtantialis panis.

¶ Septimo, Vtrum iſta conuerſio fiat in inſtanti.

¶ Octauo, Vtrum hæc ſit falſa, ex pane fit corpus Chriſti.

¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæquintæ Articulum primum.*

Titulꝰ vt ſonat. ¶ In corpore concluſio clara eſt, & de ipſa tria dicũtur. primo, quòd ſola fide tenetur: ſecũdo, quòd eſt conueniẽs, & affertur triplex conuenientia: tertio recitatur error quorundam dicentium oppoſitũ, & ex verbis Chriſti, & confeſſione Berengarij de conſecr. diſt 2. ego Berengarius, confutatur.

¶ Circa præſentis & ſequentium articulorum doctrinã, ac materiam pro claritate & ampliori intellectu difficultatum, ſciendum eſt ex auctoritate ſacrę ſcripturę de exiſtentia corporis Chriſti in ſacramento eucharistiæ nihil aliud haberi expreſse, niſi verbum ſaluatoris, dicẽtis, Hoc eſt corpus meum: oportet enim verba hæc vera eſſe. Et quoniam verba ſacræ ſcripturæ exponuntur dupliciter (vel proprie vel metaphorice) primus error circa hoc fuit interpretantiũ hæc domini verba metaphorice, quem Magiſter ſen. in diſ. 10. lib. 4. tractat, qui & in hoc articulo reprobatur. Et conſiſtit vis reprobationis ĩ hoc, quòd verba domini intellecta ſunt ab eccleſia proprie, & propterea oportet illa verificari proprie. Habemus igitur ex veritate verborum domini in ſenſu proprio corpus Chriſti veraciter eſſe in eucharistia, & hoc eſt primũ, quod ex euãgelio habemus circa hoc ſacramentũ. Alterum autem, ꝙ euangelium nõ explicauit, expreſſe ab eccleſia accepimus, ſcilicet conuerſionẽ panis ĩ corpus Chriſti. Hanc enim non ſolum a priſcis doctoribus eccleſiæ habuimꝰ, quos habes de conſec. diſt. 2. copioſe. & a Magiſtro ſent. in tractatu de euchariſtia diffuſe: ſed a concilio Lateranenſi ſub Innoc. III. vt patet extra de ſumma Trin. & fid. catho. firmiter credimus, vbi vtrũque ſimul dicitur ſub his verbis, Chriſti corpus & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continentur, & hæc quo ad primum. Et ſequitur, Tranſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem poteſtate diuina. & hæc quo ad ſecundum. Et quoniam variæ fuerunt opiniones, multiformiaq; ſũt argumẽta circa hæc implicantia. mẽtes etiam eruditorum, prænotandum eſt, & ante oculos ſcin-

## Articvlvs primvs.

*Vtrum in hoc ſacramento ſit corpus Chriſti ſecundum ueritatem.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd in hoc ſacramẽto non ſit corpus Chriſti ſecũdum veritatem, ſed ſolum ſecundum figuram, vel ſicut in ſigno. dicitur enim Ioan. 6. quòd cum dominus dixiſſet, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, &c. multi ex diſcipulis eius audientes, dixerunt, Durus eſt hic ſermo: quibus ipſe dixit, Spiritus eſt qui viuificat, caro non ꝓdeſt quicquam: quaſi diceret ſecũdum expoſitionem Auguſt.* ſuper Pſal. 98. Spiritualiter intelligite, quæ locutus ſum, non hoc corpus quod videtis manducaturi eſtis, & bibituri illum ſanguinem, quem fuſuri ſunt, qui me crucifigent: ſacramentum aũt quod vobis commẽdaui, ſpiritualiter intellectum, viuificabit vos, caro autem non prodeſt quicquam.

¶ 2 Præt. Dñs dicit Matthæ. vlt. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſumationem ſæculi: quod exponens Aug.* dicit, donec ſęculum finiatur, ſurſum eſt dominus, ſed tamen nobiſcum eſt veritas domini: corpus enĩ in quo reſurrexit, in vno loco oportet eſſe, veritas autem eius vbique diffuſa eſt. non ergo ſecundum veritatem eſt corpus Chriſti in hoc ſacramento, ſed ſolum ſicut in ſigno.

¶ 3 Præt. Nullum corpus poteſt eſſe ſimul in pluribus locis, cũ nec angelo hoc conueniat: tali enim ratione poſſet eſſe vbiq;: ſed corpꝰ Chriſti eſt verum corpus, & eſt in cælo. ergo videtur ꝙ non ſit ſecundum veritatem in ſacramento altaris, ſed ſolum ſicut in ſigno.

¶ 4 Præt. Sacramenta eccleſiæ ad vtilitatem fidelium ordinantur: ſed ſecundum Grego.* in quadam hom. regulus reprehenditur, quòd quærebat corporalem Chriſti præſentiam, apoſtoli etiam impedie-

Sup. q. 65. arti. 3. cor. priñ. & inf. q. 76. per tõtum et 4. diſt. 10. ar. 1. & diſt. 11. princ. & 4. cõtra c. 61. & 1. Cor. 11. lec. 5.

*In pſ. 98. nõ procul a med. expoſitionis, tom. 8.

* Refertur hoc de con ſecr. diſt. 2. cap. princ.

* de regulo id hẽt Grego. ho. 28. in euang.

bātur recipere Spiritumſanctum, propter hoc quod affecti erant ad eius præſentiam corporalem, vt Auguſt.† dicit ſuper illud Ioā. 16. Si non abiero, paracletus non veniet ad vos, non ergo Chriſtus ſecundum præſentiam corporalem eſt in ſacramento altaris.

† Tra. 94 in Ioā. à med. tom. 9.

Sed contra eſt, quòd Hilar.* dicit in 8. de Trin. de veritate carnis & ſanguinis Chriſti, non eſt relictus ambigendi locus: nunc enim & ipſius domini profeſſione & fide noſtra caro eius vere eſt cibus, & ſanguis eius vere eſt potus. et Ambr.* dicit 6. de ſacramentis: ſicut verus dei filius eſt dominus Ieſus Chriſt⁹, ita vera Chriſti caro eſt, quam accipimus, & verus ſanguis eius eſt potus.

* li. 8. inter principiū & medium lib.

* lib. 6. ca. 1. in princ. tom. 4.

Respon. Dicendum, ꝙ verum corpus Chriſti & ſanguinem eſſe in hoc ſacramento, ſenſu deprehendi non poteſt: ſed ſola fide, quæ auctoritati diuinæ innititur: vnde ſuper illud Luc. 22. Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur, dicit Cyrillus, non dubites an hoc verum ſit, ſed potius ſuſcipe verba ſaluatoris in fide. cum.n. ſit veritas, non mentitur. hoc autem conueniēs eſt, primo quidem perfectioni nouæ legis. Sacramenta.n. veteris legis illud verum ſacrificium paſſionis Chriſti continebant ſolum in figura, ſecundum illud Hebr. 10. Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipſam rerum imaginē: et ideo oportuit, vt aliquid plus haberet ſacramentum nouæ legis a Chriſto inſtitutum: vt ſcilicet contineret ipſum Chriſtum paſſum, non ſolum in ſignificatione vel figura, ſed etiam in rei veritate: et ideo hoc ſacramentum, quòd ipſum Chriſtum realiter continet (vt Dion. dicit 4. c. Cæl. hierar.) eſt perfectiuum omnium aliorum ſacramentorum, in quibus virtus Chriſti participatur. Secundo hoc competit charitati Chriſti, ex qua pro ſalute noſtra corpus verum noſtræ naturæ aſſumpſit: et quia maxime propriū amicitiæ eſt conuiuere amicis (vt Philoſophus * dicit 9. Ethicor.) ſui præſentia in corporalē nobis repromittit in præmium, dicens Matth. 24. Vbi fuerit corpus, illuc congregabūtur & aquilæ. Interim tamen nec ſua præſentia corporali nos in hac peregrinatione deſtituit, ſed per veritatem corporis & ſanguinis ſui, nos ſibi coniungit

* lib. 9. c. 4. et li. 8. c. 5. tom. 5.

per habendū, interuenire: hic non vnā, ſed duas nouitates valde mirabiles. Altera eſt de eſſe corporis Chriſti ſub hoſtia conſecrata; de nouo enim corpus Chriſti verum veraciter ſub illa hoſtia continetur. Altera eſt de conuerſione ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Chriſti, & hoc etiam de nouo fieri credimus. Et qm̄ omnis nouitas mutationem nonnullam ſonat: extēſo mutationis noīe latiſſime, ideo pro maiori claritate latiſſimæ mutationis vocabulo vtendo, imaginemur ſecundum has duas nouitates interuenire duas mutationes, non curādo an vna ſit ratio alterius, aut inferat alteram. Et in illa quidem nouitate, qua corpus Chriſti de nouo eſt ſub ſpeciebus panis, oportet intelligere mutationē, vel ex parte corporis Chriſti, vel ex parte accidentium panis. Et ſiquidē ex corporis Chr̄i parte mutationem imaginamur, erit mutationis velut ſubiectum corpus Chriſti: terminus a quo, nō contineri ſub his accidētibus, terminus ad quem contineri ſub his accidentib⁹: fit.n. Chriſti corpus ex non cōtento ſub his accidētibus cōtentum ſub illis. Si vero mutatio hæc imaginanda ponitur ex parte hoſtiæ, tunc mutationis ſubiectum eſt ipſa panis ſpecies, & terminus a quo, non continere: terminus autem ad quem, eſt continere Chriſti corpus: fit.n. panis ſpecies remanens, ex non continēte Chriſti corpus, continens Chriſti corpus.

¶ Quia ergo attendendo formaliter ad illam nouitatem, qua corpus Chriſti cōtinetur veraciter ſub ſpeciebus panis, & corpus Chriſti, quod non continebatur ſub his ſpēbus, continet & ſpēs panis, quæ non continebat Chr̄i corpus, continet Chr̄i corpus, rationabiliter manifeſtatur nouitas iſta formali & perſpicaci intellectu, humano more ex ratione mutationis, vt fecimus: excelſa ſiquidem dei balbutiendo, vt poſſumus reſonare non dedecet, ſecundum Greg. Quapropter conformiter ad ſacros canones loquendo, vocetur iſta nouitas, nouitas continentiæ: qm̄ vere ſecundum hanc corpus Chriſti continetur, & hoſtia continet corpus Chriſti: quamuis, non continentia locali. Altera autem nouitas vocabitur nouitas conuerſionis, qm̄ ſm illam panis vere conuertitur in corpus Chriſti. In hac igitur conuerſionis nouitate manifeſta mutatio interuenit, qua ex pane fit corpus Chriſti, ſed mutatio iſta abſque ſubiecto inuenitur habens pro termino a quo panem, & pro termino ad quem, corpus Chriſti. Et ſcito, quod tanta eſt vtilitas diſcernendi inter has nouitates & inter has mutationes, vt inde pēdeat & intelligere tam varias obiectiones, & ſcire formaliter rn̄dere, & videre quid ſcias vel neſcias. Vnde nō ſit tibi curæ ꝓ nunc, hoc eſt pro principio intelligendi, quales vel quō ſint aut hant iſtæ mutationes, ſed eſto contentus ex alabiētate terminorum ēfingere diuerſitatem mutationū. Et perſpiciendo, ꝙ conuerſio habet proprios terminos, ſ. panem & corpus Chriſti, & ꝙ corpus Chriſti contineri de nouo ſub ſacramento, habet alios ſuos proprios terminos, ſ. de non continentia ad continētiam vel paſſiue, vel actiue (vt prædeclaratum eſt) ſiſte, & fige intellectum ad formalia ambarum nouitatum & ſuarum mutationum, vt ſic liber tibi pateat ingreſſus in pelagus tam fluctantium opinionum & intellectuum.

¶ His prælibatis, ſciēdum eſt, omnes circa primam nouitatem continentiæ & re & voce conſenſiſſe, dum omnes communiter fatemur corpus Chriſti prius non contentum ſub hac hoſtia, modo veraciter contineri: quamuis circa modum quo continetur, variæ ſūt (vt poſtea dicetur) opiniones.

¶ Verum nouitatem conuerſionis licet oēs voce affirment, ſm rem tn̄ multi negarunt, putantes ſe non negare illam. Et hi multifariā ſūt diuiſi, dum quidā intelligunt conuerſionis noīe identitatem loci, vt hac rōne dicatur panē fieri corp⁹ Chr̄i: quia vbi eſt panis, eſt & corpus Chriſti, vt Magiſter ſen. in 11. diſt. 4. refert & reprobat, & de hoc erit ſecundus ar. in litera. quidam vero conuerſionis noīe intelligunt ſucceſſionis ordinē, vt Magiſter ibidē refert, vt hac ratione dicatur panem cōuerti in corpus Chriſti, qa corpus Chriſti eſt poſt cōſecrationem ſub accidentibus, ſub quibus erat panis, quem panem annihilari aut ſolui in ꝑiacentem materiam dicebant, & hoc Auctor in 3. tractabit articulo. et hanc opinionem quo ad ſuiam ſequitur Scotus in 4 diſt. 10. & 11. Dixi aūt ſm ſententiam: quia in mō opinādi cautior eſt Scotus, ponens panem per accidēs redigi in nihil, & conuerſionem vocat adductiuam Chriſti corporis ad hoc, ꝙ ſit præſens accidētibus panis. Sed quo ad rem in idem redit cum opinione recitata a Magiſtro: quia ſm rem panis non conuertitur in aliquam rem, ſed in nihilum cedit, & propterea ſolo nomine, conuerſionem ponit panis in corpus Chriſti. Quidam autem conuerſionis nomen & rem, partialiter tamen, admittunt, de quorum numero eſt Durand. in eodem quarto, ponens materiam panis conuerti in corpus Chr̄i, quia incipit informari forma corporis Chriſti (ſicut alimentum informatur forma aliti, panis vero formam deſinere eſſe. Et hæc noua opinio vt erronea a Per. de Pal. reprobatur, & erronea conuincitur ex hoc, ꝙ corpus Chriſti iam eſt impaſſibile; & multo magis eius anima eſt immutabilis, quo ad informare & non informare.

¶ Quidam demum conuerſionis nomen, & rem totaliter admittentes, dicunt panem conuerti in corpus Chriſti, non ſm ſubſtantiam, ſed ſm eſſe accidentale: ita ꝙ panis conuertitur non in ſubſtantiam corporis Chriſti, ſed in illius eſſe ſacramētale: et hāc opinionem tenet, ſine aſſertione tn̄, Pet. de Pal. in 4. quam opinionem vtpote nouam Auctor nō tractauit, aliena tamen a veritate eſt: quia tranſubſtantiationem ſolo noīe ſaluat: qm̄ ſm rem, apud illos ſubſtantia panis cōuertitur in accidens, & non in ſubām corporis Chriſti, ſed ſm vocem ſaluant tranſubſtantiari, qa conuertitur panis ſubſtantia in Chr̄i ſubſtantiā ſm eſſe accidentale. Patet ſiquidem manifeſte, tranſubſtantiari importare conuerſionem ſubſtantiæ in ſubſtantiam ſimpliciter & abſolute, vt textus expreſſe inductæ decretalis dicit, tranſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem.

¶ Communis autem doctrina, quam Auctor ſequitur poſt Magiſtrum ſen. tenet ſubſtantiam panis conuerti in ſubſtantiam corporis Chriſti abſque additione aliqua, abſq; augmēto quoque in ſubſtantia corporis Chriſti. ac per hoc panem non eſſe redactum in nihil, ſed conuerſum in ſubſtantiam Chriſti corporis, & ex hoc ipſo non eſſe amplius panem, ſed quod erat panis, eſt corpus Chr̄i. Et hac doctrina ex ſacris cōcilijs pri ciꝗ; doctoribus



in hoc ſacramento. vnde ipſe dicit Ioan. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinē, in me manet, & ego in eo. Vnde hoc ſacramentum eſt maximę charitatis ſignum, & noſtrę ſpei ſublēuamentū ex tam familiari coniunctione Chriſti ad nos. Tertio, hoc cōpetit perfectioni fidei, quę ſicut eſt de diuinitate Chriſti, ita eſt de eius humanitate, ſecundum illud Ioan. 14. Creditis in deum, & in me credite. Et quia fides eſt inuiſibiliū, ſicut diuinitatem ſuam nobis exhibet Chriſtus inuiſibiliter: ita & in hoc ſacramento carnem ſuam nobis exhibet inuiſibili modo: quæ quidam non attendentes, poſuerunt corpus & ſanguinem Chriſti non eſſe in hoc ſacramento, niſi ſicut in ſigno, quod eſt tanquam hęreticum abijciendum, vtpote verbis Chriſti contrarium: vnde & Berengarius,* qui primus huius erroris auctor fuerat, poſtea coactus eſt ſuum errorem reuocare, & veritatem fidei confiteri.

* ... de ... diſt. 2. ... Berē garius.

Ad primum ergo dicendum, quòd ex hac auctoritate prædicti hæretici occaſionem errandi ſumpſerunt, male verba Aug. intelligentes. Cum enim Auguſt.† dicit, Nō hoc corpus quod videtis manducaturi eſtis, non intendit excludere veritatem corporis Chriſti: ſed quòd nō erat manducandum in hac ſpecie, in qua ab eis videbatur. Per hoc autem quod ſubdit: ſacramentū quod vobis commēdaui ſpiritualiter intellectum, viuificabit vos, nō intendit quòd corpus Chriſti ſit in hoc ſacramēto ſolum ſecundum myſticam ſignificationem, ſed ſpiritualiter* dicit, ideſt, inuiſibiliter, & per virtutem Spiritusſancti: vnde ſuper Io.* exponens id, quod dicitur, Caro non prodeſt quicquam, dicit: ſed

† In expoſitione pſ. 98 tom. 8.

* alias impaſſibiliter.

* Tract. 27. in euange. Ioan. inter prin. & medium illius tom. 9.

doctoribus eccleſiæ clare habetur, vt patet de conſ. diſt. 2. diffuſe, & in allegata decretali Lateranen. concil.

¶ Addit autem doctrina hæc, quòd hæc nouitas conuerſionis eſt ratio nouitatis continentiæ, & prior illa, ita quòd prius natura eſt nouitas conuerſionis panis in corpus Chriſti, & deinde ſecundum naturæ ordinem eſt corpus Chriſti ſub hoſtia: vtrumque tamen eſt in vno & eodem inſtanti temporis. Nec eſt inter has duas nouitates ſolummodo dictus ordo prioris & poſterioris, ſed ordo cauſalitatis, ita ꝙ hæc cōuerſio panis in corpus Chriſti, eſt cauſa ſufficiens in ſuo ordine exiſtētiæ corporis Chriſti ſub hoſtia: ita quòd licet ſint hic duę nouitates, & tot mutationes cum ſuis proprijs terminis: tanta tamen eſt inter eas neceſſaria connexio, quòd ad priorem reliquę neceſſario ſequuntur, hoc eſt, quòd ad cōuerſionem hāc, qua trāſubſtantiatur pānis in corpus Chriſti, neceſſario ſequitur, corpus Chriſti contineri ſub hoſtia.

¶ Quocirca quatuor ſuperſunt declaranda. Primo, quòd hæc conuerſio eſt factiua præſentiæ corporis Chriſti ſub hoſtia. Secundo, quòd hoc eſt neceſſarium. Tertio, quomodo ſe habeat hæc conuerſio ad ſequentem præſentiam. Quarto redibimus, ad opiniones relatas.

¶ Ad euidentiam primi ſcito & caute, dupliciter de conuerſione panis in corpus Chriſti poſſe nos loqui, vel ſimpliciter & abſolute, vel vt ſacramentali. Nam ſi loquamur ſimpliciter & abſolute de conuerſione panis in Chriſti corpus præexiſtens, abſq; additione, &c. nihil aliud video inde ſequi, quod ex hoc percipere poſſumus, quòd ſi abſque ſacramenti inſtitutione, diuina potentia conuerteret panem in Chriſti corpus, nihil aliud fateremur effectum, niſi quòd panis conuerſus eſt in corpus Chriſti. Et hoc eſt, quòd doctores dicti, ſcilicet Sco. &c. ſonauerunt dicentes nouitatem conuerſionis poſſe eſſe ſine nouitate præſentiæ Chriſti ad hoſtiam: hoc enim verum eſſet, ſi eſſet ſermo de conuerſione ſimpliciter & abſolute: ſed ſi ſermo eſt de conuerſione ſacramentali, ſecus dicendum eſt, & de tali conuerſione loquuntur doctores priſci, ſacri canones, & nos ſic de ea nunc loquimur.

¶ Et ſi quæras quid addit ly, ſacramentalis ſupra conuerſionem, reſpondeo quòd addit aliquid nobis ſecundum, ſe ignotum: cognitum autem vtcumque, per hoc, quòd eſt illatiuum huius veritatis, hoc eſt corpus meum.

¶ Et caue ne dixeris, quòd addit ſolum reſpectum ad actiuam conſecrationem per verba ſacerdotis in perſona Chriſti.

¶ Probatur igitur, quòd conuerſio ſacramentalis, hoc eſt quæ, ſeu qualis, in hoc ſacramento fit, eſt factiua præſentia corporis Chriſti ſub hoſtia. Probatur autem tripliciter. Primo, ex hoc ꝙ nulla alia ratione eccleſiaſtici doctores laborauerunt conuerſionem in hoc ſacramēto declarare, niſi ad verificandum, hoc eſt corpus meum. Quod patet, tum ex eo, quòd conuerſio nō explicite habetur in euangelio, ac per hoc niſi ad verificandū verba domini, conuerſio eſſet, non apparet vbi fundarem conuerſionem credendam ab omnibus fore: tum, ex eo, ꝙ Ambr. tanto labore inſudans ad verificandum, hoc eſt corpus meū, nihil aliud facit, niſi quòd conatur monſtrare hoc, quòd erat panis, modo eſſe corpus Chriſti, & hoc idem facit Auguſtinus & breuiter de conſec. diſt. 2. plena eſt iſtis laboribus.

¶ Secundo patet, ex prius inducta decretali Lateranenſis concilij dum dicitur, Chriſti corpus & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continentur, tranſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem: vbi ex ipſo modo loquendi apparet prioritas & cauſalitas tranſubſtantiationis reſpectu continentiæ.

¶ Sed & clarius apertiſſime tertio patet hoc ex concil. Florentino ſub Eugenio IIII. vbi ſic legimus. Forma huius ſacramenti ſunt verba ſaluatoris, quibus hoc confecit ſacramentum: ſacerdos enim in perſona Chriſti loquens, hoc cōficit ſacramentum: nam ipſorum verborum virtute ſubſtantia panis in corpus Chriſti & ſubſtantia vini in ſanguinem conuertuntur: vbi manifeſte vides, quòd ratio & cauſa quare hoc cōficitur ſacramentum, eſt cōuerſio: hoc enim ſignificat illa cauſalis cōiunctio, namitquinimmo ex hac eccleſiæ determinatione habes conuenientē loquendi modum, dicendo quòd verba conſecrationis media conuerſione panis in corp⁹ Chriſti conficiunt hoc ſacramētum, quod conſtat ex ſpecie panis & corpore Chriſti: fit enim ex his duobus ineffabili modo vnum ſacramentum, quo ima ſummis cōiunguntur: ita quòd ex hac concilij doctrina, ſcilicet quia virtute verborum fit conuerſio, ſacerdos proferens verba, hoc conficit ſacramentum, manifeſte habemus conuerſionem efficere hoc ſacramentum, quod nihil aliud eſt, quàm facere vnum ex corpore Chriſti, & ſpecie panis: ex his enim duobus cuilibet fideli certum eſt conſtare hoc ſacramentum.

¶ Et poteſt formari ſic ratio talis. Conficere hoc ſacramentum, eſt facere nouitatem continentiæ: ſed conuerſio ſacramentalis eſt ratio confectionis ſacramenti. ergo conuerſio ſacramentalis eſt ratio nouitatis continentiæ. Maior propoſitio eſt per ſe, nota, quaſi a definito ad definitionem: quia hoc ſacramētū ſignificat conſtans ex accidentibus panis & corpore Chriſti. Minor vero patet ex auctoritate concilij, reddentis pro cauſa, quare verba conficiunt hoc ſacramentum, quia ipſorum virtute fit conuerſio. Et hinc habere quoque potes, quòd nouitas conuerſionis non concurrit per accidens ad nouitatem continentiæ, ex quo a ſacro concilio pro cauſa affertur: cauſæ enim per accidens, ab arte relinquuntur. Hæc de primo.

¶ Quo ad ſecundum, ſciendum eſt, quòd ſicut neceſſarium dicitur dupliciter in naturalibus, vel ſecundum naturæ ordinē, vt quòd homo generetur ex concubitu maris & feminæ, vel ſecundum habitudinem terminorum, vt circulum eſſe rotundum, ita in eccleſiaſticis myſterijs dupliciter poteſt dici neceſſarium, vel ſecundum ordinem ſacramentalem, vt infantem baptizatum mundum eſſe a culpa & pœna, vel quia impoſſibile eſt etiam per diuinam potentiam aliter fieri, vt quod altare conſecratum non fuerit conſecratum. In propoſito non eſt diſputandum de diuina potentia, vbi de ſacramentis tractatur: ſed eſt attendendum quòd ſacramentalis ordo exigat, & ſicut in naturalibus neceſſaria ſecundum naturæ ordinem, appellantur neceſſaria ſine additione aliqua, ita in ſacramentalibus appellanda ſunt neceſſaria, quæ ſecundum ſacramentalem ordinem ſunt neceſſaria: debet enim quælibet diſciplina vti neceſſario & contingenti, poſſibili & impoſſibili ſecundum proprium ordinem ſui generis. Et propterea quia nouitas conuerſionis ſecūdum ſacramentalem ordinem a deo inſtitutum, & ab eccleſia explicatū, eſt neceſſaria ad nouitatem continentiæ, dicendum eſt ſimpliciter & abſolute, quòd conuerſio ſacramentalis eſt neceſſaria ad continentia corporis Chriſti ſub ſpecie panis. Probatur autem neceſſitas ſecundum ordinem ſacramentalē ex ſupradictis, ex quibus apparet clare, quòd conuerſio per ſe concurrit ad verificandum, hoc eſt corpus meū: ſeu ad confectionē huius ſacramenti: ſi enim concurreret per accidens, non oportuiſſet doctores priſcos tantum pro ipſa laborare, nec licuiſſet ſacro concilio ipſam pro ratione confectioni

quomodo illi intellexerunt, carnē quippe ſic intellexerūt, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur, non quomodo ſpiritu vegetatur, accedat ſpiritus ad carnem, & prodeſt plurimū: nam ſi caro nihil prodeſſet, verbum caro nō fieret, vt habitaret in nobis.

AD 2m dicendum, quòd verbum illud Aug. & omnia ſimilia ſunt intelligenda de corpore Chriſti, ſecundum quòd videtur in propria ſpecie, ſecundum quòd etiam ipſe dominus dicit Matth. 26. Me autem non ſemper habebitis, inuiſibiliter tamen ſub ſpeciebus huius ſacramenti eſt, vbicumq; hoc ſacramentum perficitur.

AD 3m dicendum, quòd corpus Chriſti non eſt eo modo in hoc ſacramento, ſicut corpus in loco, qđ ſuis dimenſionibus loco cōmenſuratur: ſed quodā ſpeciali * modo, qui eſt proprius huic ſacramento: vnde dicimus ꝙ corpus Chriſti eſt in diuerſis altaribus, non ſicut in diuerſis locis, ſed ſicut in ſacramento: per quod non intelligimus, quòd Chriſtus ſit ibi ſolū ſicut in ſigno, licet ſacramentum ſit in genere ſigni: ſed intelligimus corpus Chriſti hic eſſe, ſicut dictū eſt, * ſecundum modum proprium huic ſacramento.

AD 4m dicendum, quòd ratio illa procedit de præſentia corporis Chriſti, prout eſt præſens per motum corporis, ideſt, prout eſt in ſua ſpecie viſibili: non autem prout eſt ſpiritualiter, ideſt, inuiſibiliter, modo & virtute ſpūs. vnde Aug. * dicit ſuper Ioan. Si intellexiſti ſpiritualiter verba Chriſti de carne ſua, ſpūs & vita tibi ſunt: ſi intellexiſti carnaliter, etiā ſic ſpiritus & vita ſunt, ſed tibi nō ſunt.

## ARTICVLVS II.

H *Vtrum in hoc ſacramento remaneat ſubſtantia panis, & uini poſt conſecrationem.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd in hoc ſacramento remaneat ſubſtantia panis, & vini poſt conſecrationem.

ctionis ſacramenti reddere: ea enim quę ſunt per accidens, vt dictum eſt, a doctrina repelluntur. Conſtat autem, quòd ſi conuerſio per ſe concurrit, neceſſario concurrit, vt norunt exercitati in poſterioribus analyticis. Hæc de ſecundo.

¶ Quo ad tertium, videtur mihi conuerſionem habere ſe ad hoc ſacramentum, ſicut fieri ad factū eſſe: ita tamen vt nō requiras hic omnimodam ſimilitudinem; ſed ea ratione moueor: quia ſacramenta nouæ legis efficiunt, quod ſignificant, ac per hoc verba Chriſti, hoc eſt corp⁹ meū, quia efficiunt vtrāque nouitatem, ſcilicet conuerſionis & continentiæ, vt expreſſe dicta ſacri concilij auctoritas teſtatur, cōſequens eſt, vt eadem Chriſti verba ſignificent vtramque nouitatem, alioquin plura efficerent, quàm ſignificarent: immo efficerent quod nō ſignificarent: intelligendo autem conuerſionem habere ſe ad hoc eſſe corp⁹ Chriſti, ſicut fieri ad factum eſſe, optime intelligimus verba Chriſti ſignificare vtramque nouitatem, explicando poſteriorem, vt in termino: ſicut enim in naturalibus dicendo, hoc eſt lumen nouum, ſignificatur illuminatio & illuminatum eſſe, vt in termino, ita in ſaluatoris verbis virtutem habentibus factiuam conuerſionis panis in corpus Chriſti, conuerſionis inquam vnientis corpus Chriſti & accidentia panis, ad vnū ſacramentum, ſignificatur & conuerſio panis in corpus Chriſti, & corpus Chriſti contineri ſub accidētibus panis, vt in termino, & ſic verba Chriſti vtrumque ſignificant, & vtrumque efficiunt. Suadetur autem rationabiliter hoc dici, ex eo quòd huic dicto omnia conſonant dicta ſanctorum, & ſacrorum conciliorum. Et hinc facile ſoluuntur obiectiones, manifeſtiorque fit doctrina communis, vt patere poteſt applicando. Hæc de tertio.

Als ſpūali.

¶ Quo ad quartum, circa aliorum opiniones duo ſunt aduertenda. Primum eſt, quòd omnes videntur fugiſſe veram tranſubſtantiationem panis in corpus Chriſti: quia non videtur intelligibile abſque aliqua nouitate in ſubſtantia Chriſti. Secundum eſt, quòd dupliciter exceſſus apparet in eis. Alter, recurrendi ad poſſibile ſecundum diuinam potentiam: cum debuiſſent ſuaui tractatu diſcurrere ſecundum potentiam ſacramentorum eorumque ordinem, & ex hoc exceſſu orta eſt illa repulſa opinio Ioan. pariſienſis de aſſumptione paneitatis ad vnitatem hypoſtaſis Chriſti, quàm pluribus a doctoribus recitatam videre potes, ſi vis. Alter exceſſus eſt, nimis metiendo res fidei ſecundum lumen humani ingenij ſibi præſtiti: ex hoc enim tranſubſtantiationem euitarunt, cum multo melius ac perſpicacius ſenſiſſent, ſi Magiſtrum ſent. ſecuti, cum admiratione illam veriſſime tenuiſſent.

¶ Nunc ad præſentem articulum redeamus, quo concluſum eſt, corpus Chriſti veraciter eſſe in hoc ſacramento, dicente ipſo, Hoc eſt corpus meum, & vt iam diximus, in hoc omnes fideles conueniunt: ſed modus quo eſt, in diſputationem vertitur. Scotus putauit corpus Chriſti abſque deperditione proprij loci acquirere quandam præſentiam ad ſpecies panis, quæ præſentia eſt quidam reſpectus, quaſi de genere vbi. Durand. putauit corpus Chriſti abſque receſſu a proprio loco eſſe præſens accidētibus dictis: ſicut angelus ē pſens corpori prius natura, ꝗ moueat ipſum, dante deo Chriſti corpori ſecūdū ſubſtātiam immediatum ordinem ad accidentia panis cōuerſi in ipſum, non minus ꝗ ſi abſque quantitate pura ſubſtantia eſſet.

¶ Sed neutram harum opinionum ſufficiens apparet, ad veri-

F ficandum id, quod communiter fatemur, ſcilicet ſumendo hoſtiam conſecratam, ſumere nos verum Chriſti corpus: ſed ſolū eſſet verum, nos ſumere accidentia præſentia corpori Chriſti. Patet enim hæc ſequela primo ratione: quia ſumens vnū præſens alteri, nō oportet ſumere alterum. Deinde proprio exemplo ſecūdæ opinionis, quia ſumēs panem, cui eſt præſens angelus, nō propterea ſumit angelum; & ſimiliter quo ad primam opinionē; quia ſumēs panem locatum, etiā ſi inde non moueretur, nō propterea ſumeret locum eius: & tamē inter panem & eius locum eſt mutua præſentia. non videtur ergo ſufficienter ſaluari veritas huius ex hoc ſolum, quòd ponitur ſimplex Chriſti corporis præſentia ad accidētia panis, ꝗ̄uis verū ſit, corpus Chri eſſe illis pſens.

In corp. ar.

Trac. 17. in Ioā. paruū ante med. tom. 9.

¶ Vnde conuenientius cum Augu. & Greg. recitatis a Magiſtro ſent. dicimus ex corpore Chriſti, & accidentibus panis conſtare vnum ſacramentum, non præciſe, ſicut ex ſigno & ſignato, ſed quodā ineffabili modo, qui a ſacro cōcilio Lateran. vocat⁹ eſt ex cōtinēte & cōtēto, quo ēt nomine appellauit eū Magiſter ſent. quē modū Auctor in hac litera in reſpōſione ad argumēta appellauit ſpūalē, & modū proprium huic ſacramento.

Infra ar. 6. cor. Et q. 77 ar. 1. & 5. & 4. diſt. 11. q. 1. ar. 1. q. 1. Et diſt. 11. q. 1. ar. 1. q. 1. & 4. con c. 63. prin. Et quol. 7. art. 9. Et quo. 9 art. 5. ad 3. Et 1. cor. 11 lec. 4. & 5.

¶ Monſtratur autem huiuſmodi conuenientia ex ipſis domini verbis: nam & forma ſacramenti, hoc eſt corpus meum, id eſt, contentum ſub hac ſpecie, eſt corpus meum, vt communiter exponitur monſtrat corpus Chriſti contineri ſub accidentibus iſtis, præſertim quòd lȝ hoc, nō demonſtrat ſubſtantiam ſimpliciter & abſolute: ſed vt connotat ipſius continentiam ſub iſtis accidentibus. quod conuincitur ex eo, quòd oportet durantibus accidentibus, ſemper verificari cōtentum ſub his accidentibus eſſe corpus Chriſti.

¶ Ex alijs autem verbis domini. Ioā 6. verba, quæ locutus ſum vobis, ſpiritus & uita ſunt, apparet ſpiritualis coniunctio ueræ carnis Chriſti cum accidentibus panis. Intellexerant ſiquidem diſcipuli Chriſti carnem carnaliter comedendam, ac per hoc morte intercedente, non ueſcimur ſiquidem carnibus niſi mortuis: ſaluator autem noſter utrumque errorem abſtulit, dicendo quòd ſpiritus & uita ſunt: uita contra mortem, ſpiritus contra carnem, ideſt, carnalem modum, ac ſi aperte dixiſſet, dicta mea ſic intelligite, quòd uiua mea caro ſpiritualiter uobis offeretur in cibum. Merito demū modus iſte proprius dicitur huic ſacramento, non ſolum propter differentiam a ceteris ſacramentis, ſed etiam quia in toto uniuerſo non apparet unus aliquis modus huic ſimilis, pp qđ cum admiratione & ueneratione fateamur defectū cognitiōis noſtræ circa hoc.

¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæquintæ Articulum ſecundum.*

TItulus clarus. In corpe duo facit: primo recitat opinionē affirmatiuā, ſecūdo reprobat eā, quatuor rōnibus, p hoc cōcludēdo negatiuā. & quia rōnes auctoris a poſteriorib⁹ fuerūt valde diſcuſſæ ac īprobatæ; quāuis teneāt cōcluſionē cū auctore, iō afferēda ſunt motiua, quæ cōtra has rōnes afferuntur.

¶ In corpore recitat opinionem affirmatiuā, & reprobat eam quatuor rationibus.

¶ Circa primam rationem multa obijciuntur contra illam maiorem, Non poteſt aliquid eſſe, ubi prius non erat, niſi uel per loci mutationem, uel per alterius conuerſionem in ipſum. Arguitur enim contra ipſam tripliciter. Primo, contra ipſam abſolute. Secundo, contra ipſam applicatam ad hanc materiam. Tertio, contra perſeitatem illius. Scot. imprimis in 4. ſentent. diſt.



Dicit enim Dama. † in 4. lib. Quia conſuetudo eſt hominibus comedere panem & vinum bibere, coniugauit eis diuinitatem, & fecit ea corpus & ſanguinem ſuum: & ita panis communicationis non panis ſimplex eſt, ſed vnitus diuinitati: ſed coniugatio eſt rerum actu exiſtentium. ergo panis & vinum ſimul ſunt in hoc ſacramento cū corpore & ſanguine Chriſti.

4. c. 14. ... med.

¶ 2 Præt. Inter eccleſiæ ſacramenta debet eſſe cōformitas: ſed in alijs ſacramentis, ſubſtātia materiæ manet, ſicut in baptiſmo ſubſtantia aquæ, & in confirmatione ſubſtantia chriſmatis. ergo & in hoc ſacramento ſubſtantia panis & vini manet.

¶ 3 Præt. panis & vinum aſſumuntur in hoc ſacramento, in quantum ſignificant eccleſiaſticam vnitatē: prout vnus panis fit ex multis granis, & vnum vinum ex multis racemis, ut Augu. * dicit in lib. de ſymbolo: ſed hoc pertinet ad ipſam ſubſtantiam panis & uini. ergo B ſubſtantia panis & uini remanet in hoc ſacramento.

Trac. 26. in Ioan. inter med. & fin. tom. 9.

SED CONTRA eſt, quòd Ambro. * dicit in lib. de ſacramentis, Licet figura panis & vini videatur, tamen nihil aliud, quàm caro Chriſti & ſanguis poſt conſecrationem credenda ſunt.

Colligitur ex li. 4. c. 4. & li. 6. c. 1. to. 4. refert de conſecr. diſt. 2. cap. Omnia.

RESPON. Dicendum, ꝙ quidam poſuerunt poſt conſecrationem ſubſtantiam panis & uini in

diſt. 10. q. 1. 3. & 4. & diſt. 11. q. 2. multipliciter obijcit. Durandus quoque in 11. diſt. 4. obijcit.

¶ Quadrupliciter ergo contra maiorem vniuerſaliter intellectam arguitur. Primo, a Durando: quia deus poſſet creare nouum cælum ſupra vltimam nunc ſphærā, & tunc vltima nunc ſphæra inciperet eſſe vbi prius nō erat abſque hoc, quòd moueretur, & abſq; hoc, quòd aliquid conuerteretur in ipſam. falſa eſt ergo maior aſſumpta.

¶ Secundo, ab vtroque: quia deus poſſet facere corp⁹ ſuū eſſe præſens ſacramento altaris ſimul cum ſubſtantia panis, cum hoc non implicet contradictionē, & tunc corpus Chriſti inciperet eſſe ſub ſacramēto abſque motu locali, & abſque conuerſione alicuius in ipſum. Aſſumptum probatur a Scoto: quia non eſt maior repugnātia, corpus Chriſti eſſe ſimul cum ſubſtantia panis, quàm ſub quantitate C eius: quia non magis repugnat ſubſtantia ſubſtantię, quā ſubſtantia quantitati quo ad talem ſimultatem.

¶ Tertio, a Scoto: quia de facto quantitas corporis Chriſti & anima eius incipiunt eſſe in hoc ſacramento abſq; hoc, quòd aliquid conuertatur in ipſas. Et ſi gloſſetur maior, arctando ipſam ad id, quod primo incipit eſſe alicubi, & dicendo, ꝙ non habet locum in his, quę incipiunt eſſe alicubi cōcomitanter, contra inſtat Scotus dupliciter. Primo, quia ex hoc habeo, ꝙ non eſt propria mutatio, nec propria formalis ratio, nec præciſa ad eſſe alibi rem immotam localiter, conuerſio alicuius in ipſam. Secundo, quia alia eſt præſentia animæ hic & alia præſentia corporis: quia aliud & aliud eſt fundamentum: ſed præſentia animæ nō habetur per conuerſionem in ipſam nec per motum localem. ergo maior eſt falſa.

¶ Quarto, deus poteſt facere in creatura aliquid ſine eo, quod non eſt ſibi ratio eſſendi, nec aliquo modo de eſſentia eius: ſed D nec conuerſio, nec ſacramentū eſt formalis ratio corpori Chriſti eſſendi hic, nec aliquo modo de eſſentia eius. ergo deus poteſt facere corpus Chriſti eſſe hic ſine vtroque iſtorum. Probatur minor: quia conuerſio non eſt ratio formalis eſſendi: nec vt præſens, quia præterijt corpore Chriſti exiſtente hic, nec ut præterita, quia tunc deus non poſſet ſubtrahere hinc corpus Chriſti, ſicut nec facere, quòd non præterijt conuerſio. Similiter nec ſacramentales ſpecies, quia non ſunt in corpore Chriſti, nec per eas aliquid ineſt formaliter corpori Chriſti.

¶ Quinto, arguitur ex alio capite, ex hoc ſcilicet quòd corpus Chriſti immotum poteſt ſimul eſſe in diuerſis locis localiter. Sed de hoc alias.

¶ Circa applicationem vero maioris ad hanc materiam, tripliciter arguitur. Primo, a Durando, Corpus Chriſti eſſe in ſacramento, non eſt eſſe alicubi, quia non eſt eſſe in loco. male ergo applicatur illa maior de ubi & alicubi, ad eſſe in ſacramento, & falſa eſt minor dicens, quòd corpus Chriſti incipit eſſe E vbi prius non erat, eſſendo in ſacramento.

¶ Secundo a Scoto: Genitum eſſe in loco corrupti, eſt verum propter materiam communem vtrique: propterea enim ignis incipit eſſe vbi erat aer conuerſus in ignē, quia ex materia quę fuit aeris remanente ibidem & forma ignis, fit compoſitum ibidem. In propoſito autem, quia non remanet materia panis, non habet locum maior, dicens quòd per conuerſionem corpus Chriſti eſt, vbi erat panis.

¶ Tertio, ab eodē & Durādo. quia aliud eſt loqui de cōuerſione abſolute, & aliud de conuerſione in præexiſtens. Nā qđ conuertitur in prę exiſtens, trahitur ad conditiones prę exiſtentis, & non econtra, vt patet in alimēto & alito: & ꝓpterea hinc ſequitur quòd panis eſt vbi eſt corpus Chriſti, & nō econuerſo.

¶ Contra perſeitatē, hoc eſt neceſſitatē conuerſionis ad exiſtentiā corporis Chriſti in hoc ſacramento, ꝙ. ſ. impoſſibile ſit corpus Chriſti non motū localiter, incipere eſſe in hoc ſacramēto abſq; cōuerſione alicuius, puta panis, multipliciter arguitur.

A ¶ Primo, a Scoto: Per nullam mutationem habetur per ſe illud, quod eſt aliud, & poſterius ſuo per ſe termino: ſed præſentia corporis Chriſti hic, ideſt, in hoc ſacramento eſt quid aliud, & poſterius corpore Chriſti, quod eſt proprius terminus tranſubſtantiationis. ergo per conuerſionem panis in corpus Chriſti non habetur per ſe huiuſmodi præſentia.

¶ Secundo, & ſupponitur deum poſſe facere corp⁹ Chriſti præſens hoſtiæ, manente ſubſtātia panis, quod probatur: quia nouitas poſterioris non infert nouitatem prioris ex 8. Phyſic. ubi ponitur motus localis in cælo ſine mutatioe ſecundum formā abſolutam. Arguitur ergo ſic. Sine mutatioe ſubſtantiali poteſt eſſe noua præſentia corporis Chriſti ad panem. ergo oportet dare aliquam mutationem ad huiuſmodi præſentiam. ergo C huiuſmodi præſentia non habetur per conuerſionem. Et probatur ſequela: quia terminus unius rationis, cuiuſmodi eſt præſentia, non proprie per ſe eſt terminus duarum mutationum diſtinctarum ſecundum genus. Et ſi dicatur, inquit Scotus, corpus Chriſti poſſe eſſe præſens cum ſubſtantia panis, ſine mutatione ſubſtantiali, tamen nūc de facto fit præſens per ſubſtantialem mutationem panis in corpus Chriſti, & nō per aliam: contra, in corpus Chriſti prius factū præſens pani poſſet deus conuertere panem: quia non eſſet magis contradictio tunc quàm nunc. ergo talis conuerſio, uel non faceret corpus Chriſti præſens, uel fieret præſens, poſtquàm fuit præſens, & ſic eadem præſentia terminaret duas dictas mutationes. Deinde extenduntur argumentationes, ad hoc, quòd conuerſio nihil facit ad præſentiam corporis Chriſti in ſacramento.

¶ Et arguitur primo ſic, deus poſſet conuertere panem in corpus Chriſti, ut habens eſſe in cælo: quia non eſt ibi maior D contradictio, quàm in conuerſione quæ nunc ponitur: ſed tunc non haberetur corpus Chriſti ſub ſpecie panis ex ipſa conuerſione, ergo nec nunc.

¶ Secundo, Si panis quantus conuerteretur in corpus Chriſti quantum, ita quòd ſubſtantia in ſubſtantiam & quantitas in quantitatem verteretur, tunc corpus Chriſti, quantum non haberet ubi circumſcriptiue, quod fuit circumſcriptiue panis quanti. ergo nunc non habet ubi definitiuum ſubſtantiæ panis. Et probatur ſequela: quia ita ſe habent ſubſtātiæ quæ ſubſunt quantitatibus ad loca definitiue, ſicut ſubſtantiæ quantæ ad loca circumſcriptiue, ac per hoc, quod facit conuerſio ſubſtantiæ in ſubſtantiam ad ubi definitiue, hoc facit ad ubi circūſcriptiue conuerſio ſubſtantiæ quantæ in ſubſtantiā quātā.

¶ Tertio, Si per conuerſionem fit terminus ad quem, ubi fuit terminus a quo. ergo modus eſſendi vtriuſque erit ſimilis, ille ſaltem modus qui poteſt eſſe communis utrique: ſed panis E erat hic quantitatiue. ergo corpus Chriſti erit hic quantitatiue, quod eſt inconueniens.

¶ Quarto, arguit Durandus: Sicut ſe habet ſubſtantia ad ſubſtantiam, ſic ſe habet quantitas ad quantitatem: ſed ſi quantitas panis conuerteretur in quantitatem corporis Chriſti, non pp hoc quantitas corporis Chriſti fieret ubi fuit quantitas panis. ergo non pp conuerſionē corpus Chriſti fit ubi erat panis.

¶ Reliqua argumenta, quæ contra hanc eandem Auctoris rationem ex alio capite militant, hoc eſt ex ſuppoſitione, quòd unum corpus poteſt eſſe ſimul localiter in diuerſis locis, cum rationibus probantibus ipſam ſuppoſitionem, ideo pro nunc omitto, quia conſtat corpus Chriſti non eſſe in ſacramento localiter: hinc enim huiuſmodi quæſtio a propoſito remota apparet, fiet autem de hoc quęſtio ſpecialis. Hæc igitur ſunt, quæ contra primam literæ rationem obijciuntur.

¶ Ad euidentiam horum præmittendum eſt, quòd non eſt hic quæſtio de diuina potentia: non enim ad hunc tractatum hæc ſpectat quæſtio: ſed quærimus quid inſtitutus ordo cauſarum habeat. Vnde cum dicitur in litera. impoſſibile eſt, &c. non eſt ſermo

ſermo de impoſſibili, ſecundum diuinam potentiam abſolute: ſed ſecundum potentiam ordinatam, ſecundum quam attendit̃ poſſibile, vel impoſſibile in eccleſiaſticis myſterijs. Et hinc multorum argumentorum quæ adduximus, ſolutio pendet.

¶ Vnde ad obiecta contra Auctoris propoſitionem maiorem abſolute, & vniuerſaliter intellectã reſpondendo dicitur, quòd duo prima argumẽta, quia æquiuocant de poſſibili, dum de diuina potentia abſolute loquuntur, non militant contra Auctorem. Prima tamen obiectio, de vltima ſphæra præter hoc, dupliciter deficit. Primo, quia maior literæ manifeſte loquitur de locis pręexiſtentibus: obiectio autem creat de nouo locum præexiſtenti locabili.

¶ Secundo deficit: quia ſi crearet̃ alia ſphęra, iſta quæ nũc eſt ſuprema, ꝓprie loquendo, eſſet in eodem loco, in quo nunc eſt: varietas autem eſſet de loco imaginario in locum realem, & de loco potentiali in locum actualem: vnde proprie loquendo, non acquireret nouum locum, ſed nouum continens: ſermo autem literæ eſt de loco nouo totaliter, & non ſecundum quid.

¶ Ad tertium vero dicitur, quòd reſponſio recitata non eſt mala: melius tamen diceretur, Nihil immotũ poteſt eſſe, vbi prius non fuit, niſi per conũerſionem in ipſum, aut aliquid ſibi realiter coniunctum. Et per hoc excluditur prima inſtantia Scoti, dicendo quòd conuerſio eſt propria mutatio afferens præſentiam proprij termini primo, & coniunctorum illi concomitanter: ſic enim nulla fit exceptio ab illa maiore: ſed declaratur vim conuerſionis extendere ſe ad præſentiam, non ſolum proprij termini, ſed concomitantium illum.

¶ Ad ſecundam autem inſtantiam negatur aliam eſſe præſentiam animę, & aliam corporis in hoc ſacramento: eadem enim numero præſentia, qua corpus Chriſti præſens eſt ſacramento, anima eius corpus cõcomitans, denominatiue dicitur pręſens. Vnde falſum eſt eſſe aliud, & aliud fundamentum præſentiæ in anima & corpore: ſicut etiam anima mea eſt in hoc loco, quia corpus meum eſt hic, & a corporis præſentia in loco denominatur anima mea præſens, nec oportet ponere aliam propriam in anima mea præſentiam ad locum hunc.

¶ Ad quartum dicitur, ꝙ maior eſt diminuta: debet .n. addi, nec neceſſario connexum: & vltra hoc minor eſt etiam diminuta, quantum ad conuerſionem: quoniam connexio præſentiæ ad conuerſionem, nec eſt vt ad præſentem, nec vt præteritam, ſed vt ad viam in ipſam: habet enim ſe, vt factum eſſe in termino ad fieri. Illud quoque quod additur de ſpeciebus, diminutum eſt: datur enim tertium, ſcilicet quòd ſub illis corpus Chriſti habet præſentiam, quam ſine illis haberi non eſt intelligibile: quia implicat contradictionẽ. Nã ſi corpus Chriſti eſſet ſacramentaliter, ſine aliquo ſenſibili ſigno: integraret, & non integraret ſacramentum: & ſimiliter contineretur ſub ſigno ſenſibili & non contineretur: & ſimiliter eſſet præſens ſenſibili ſigno, & nulli ſenſibili ſigno eſſet præſens. Et tenent ſequelæ, quia de ratione ſacramenti eſt ſenſibile ſignum, ac per hoc ſacramentale eſſe intelligi nequit abſque ſenſibili ſigno.

¶ Ad obiecta autem contra applicationem dictæ maioris ad hanc materiam reſpondendo, dicitur ad primum, quòd tripliciter deficit. Primo, quia in litera non ſubſumitur, quòd eſſe in ſacramento ſit eſſe alicubi, vt patet intuenti. Secundo, quia licuit philoſophorum more latentes res per comitantia accidentia declarare: conſtat autem, quòd eſſe in ſacramento, eſt eſſe valde latens, verificans locum eundem de ſacramento, & exiſtente ſub ſacramento. Licuit igitur vti propoſitione de vbi & alicubi pro maiore, & ſubſumere de eſſe in ſacraméto tamquàm verificante vbi & alicubi de corpore Chriſti exiſtente in ſacramento. Et hinc patet tertium, ꝙ .ſ. vere quàmuis per accidens per eſſe in ſacramento acquirit nouum vbi, puta altare, quod eſt locus ſpecierum. Et poteſt vnico verbo dici, ꝙ eſſe in

hoc ſacraméto remanere: ſed hæc poſitio ſtare nõ poteſt: Primo quidem, quia per hanc poſitionẽ tollitur veritas huius ſacramenti ad quam pertinet, vt verum corpus Chriſti in hoc ſacramento exiſtat: quod quidem, ibi nõ eſt ante conſecrationem: non autem aliquid poteſt eſſe alicubi, vbi prius non erat, niſi vel per loci mutationem, vel per alterius conuerſionem in ipſum: ſicut in domo aliqua de nouo incipit eſſe ignis, aut quia illuc defertur, aut ibi generatur: manifeſtum eſt autem, ꝙ corpus Chriſti nõ incipit eſſe in hoc ſacramento per motũ localem. Primo quidem, quia ſequeretur quòd deſineret eſſe in cælo: non enim quod lo- G caliter mouetur peruenit de nouo ad aliquem locũ, niſi deſerat priorem. Secundo, quia omne corpus localiter motum, pertranſit omnia media, quod hic dici non poteſt. Tertio, quia impoſſibile eſt, quòd vnus motus eiuſdem corporis localiter moti terminetur ſimul ad diuerſa loca: cum tamẽ in pluribus locis corpus Chriſti, ſub hoc ſacraméto ſimul eſſe incipiat, & ideo relinquitur ꝙ non poſſit aliter corpus Chriſti incipere eſſe de nouo in hoc ſacramento, niſi per conuerſionem ſubſtantiæ panis in ipſum: quod autẽ conuertitur in aliquid, facta conuerſione non manet: vnde relinquitur quòd ſalua veritate huius ſa-

F ſacramento, licet non ſit eſſe in loco formaliter: eſt tamen cauſaliter, pro quãto per illud eſſe Chriſtus eſt, vbi eſt ſacramẽtũ.

¶ Ad ſecundum vero dicitur, quòd formaliter loquendo, materia inquantum remanens ibidem ſub vtroque termino, facit quòd genitum ſit in loco corrupti, & ex hoc habetur, ꝙ quodcumque quantum remanens alicubi ſub vtroque termino, ſufficit ad hoc, quòd genitũ ſit in loco corrupti: & q̃a ſic contingit in propoſito (nam eadem numero ſpecies panis quanta ibidem remanet ſub vtroq; termino) ideo ſufficienter habetur, vnde corpus Chriſti ſit in loco panis cõuerſi in ipſum, quãuis materia nulla communis remanſerit: ſpecies .n. quãta remanens, æquiualet materiæ quo ad hoc.

¶ Ad tertium autẽ dicitur, ꝙ in hac mirabili tranſubſtantiatione cõcurrunt H duæ rationes, ſcilicet ratio conuerſionis & ratio præexiſtentis, & pro quanto inuenitur in hoc ſacramento ratio conuerſionis, qua id quod erat panis ſubſtantia eſt ſubſtantia corporis Chriſti, habemus iuxta generalem regulam conuerſorum in naturam aliã, corpus Chriſti eſſe vbi erat panis, & hoc eſt, qđ litera ſonat, quòd ignis incipit eſſe alicubi: quia id quod eſt ibi, conuertitur in ignem: & hoc eſt clarum, & expedit ad manuducendum intellectum, qui ſi ſolum attenderet, quòd ex pane hic exiſtente fit corpus Chriſti, ita quòd contentum ſub accidentibus panis, acquiſiuit ſubſtantialiter integram naturam Chriſti corporis per conuerſionem in ipſum, facile intelligeret corpus Chriſti eſſe, vbi erat panis cõuerſus in Chriſti corpus, ſicut ignis eſt, vbi erat lignum conuerſum in ignem: ſed quia rationi cõuerſionis adiungitur ratio præexiſtentis Chriſti corporis, impediri videtur quod dictum eſt haberi ex ratione conuerſionis: quoniam ipſum præexiſtens trahere videtur ad ſe, I quod conuertitur in ipſum. Veruntamen oportet in huiuſmodi mirabilibus hominem eſſe perſuaſibilem, & conceptus noſtros ſacris adæquare myſterijs & non econtra. Et propterea dicimus, quòd ex ratione conuerſionis habemus corpus Chriſti eſſe vbi fuit panis: hoc enim, vt ex ſupra dictis patet, tam eccleſiæ quàm ſacrorum doctorum tradidit auctoritas. Ex ratione vero præexiſtentis Chriſti corporis abſque additione mutationeque aliqua in ipſius ſubſtantiam, habemus, non ꝙ panis, ſed id, quod fuit panis, eſt vbi eſt corpus Chriſti: quia eſt ipſum corpus Chriſti verũ, quod eſt in cælo. Et ex hac parte concedendum eſt, ꝙ conuerſum acquirit conditiones eius, in quod eſt conuerſum: nec poteſt hinc incõueniens aliquod inferri: ſed duo mirabilia conſpiciuntur ex hac mirabili conuerſione, ſcilicet corpus Chriſti eſſe, vbi fuit panis, & id quod fuit panis, eſſe vbi eſt corpus Chriſti.

¶ Ad obiecta contra neceſſitatem conuerſionis ad corpus Chriſti eſſe in ſacramento, reſpondendo dicitur ad primum, quòd, K vt ſupra diximus, dupliciter de conuerſione panis in corpus Chriſti loqui poſſumus, hoc eſt vel abſolute, vel ſacramentali. Et ſi ſit ſermo de conuerſione abſolute, fateor me non videre neceſſitatem, & ſic arguentes fere omnes de conũerſione loquuntur. Et propterea non eſt mirum, ſi contra Auctorem cõmunemque doctrinam non militant: quia non de conuerſione abſolute, ſed de conuerſione ſacramentali intelligenda eſt communis doctrina: hæc enim neceſſaria eſt, ad verificandum ſacramentum euchariſtiæ.

¶ Vnde ad primam obiectionem Scoti, quæ eſt maximum eius fundamentum, dicitur quòd tam maior, quàm minor eſt falſa. Maior quidem, quoniã in naturalibus videmus, quòd per eandem mutationem habetur per ſe non ſolum ſubſtãtia per ſe primo terminans, ſed concomitans paſſio: nam per vnam & eãdem generationem habetur per ſe terra & eius grauitas: & ſimiliter ignis & eius leuitas, in tantum quòd grauia & leuia dicuntur ab Ariſtot. moueri per ſe à generante: & ſimiliter per eandem mutationem habetur ſubſtantia Sortis & eius filiatio,



filiatio, cum Sortes generatur. Falſa eſt ergo maior in abſolutis & relatiuis: minor autem vniuoce loquendo de conuerſione, non eſt vſquequaque vera, pro tanto: quia licet conuerſionis abſolute terminus proprius ſit ſolummodo corpus Chriſti: cõuerſionis tamen ſacramentalis proprius, & per ſe terminus eſt corpus Chriſti verificans Chriſti verbum, hoc eſt corpus meũ: ſic enim vt ex ſuperiꝰ dictis apparet, ab eccleſia & priſcis doctoribꝰ docti ſumus: & q̃a incognitum nobis eſt, quid addit ſupra corpꝰ Chriſti ly verificans, hoc eſt corpus meũ (quoniam vires humani intellectus excedit, quomodo corpus Chriſti eſt in ſacramento hoc) ideo pro friuolis moleſtis potius quàm rationabilibus argumentis habendæ ſunt obiectiones, quæ contra hoc fierent, ex eo quòd corpus Chriſti in hoc ſacramento non eſt per ſe vnum, ſed aggregatum per accidens, & ſimilia. Sufficiat nobis addiſcentibus in hac via credere eccleſiæ & doctoribus priſcis, quia ſic eſt. Veruntamen pro aliquali quiete humani intellectus ſcito merito friuola hæc dici, quia manifeſte conſtat terram & grauitatem non conſtituere vnum per ſe, vtpote res diuerſorum prædicamentorum, & tamen per eandem haberi mutationem. Poſſet quoque aliter ſolui dicta Scoti ratio, ſignificando illum eſſendi modum nomine relatiuo, puta contineri ſub ſpecie panis, & dicendo, quòd conuerſio ſacramentalis in hoc differt a conuerſione abſolute, quòd ſacramentalis conuerſio eſt in corpus Chriſti non ſolum ſecundum ſe, ſed vt cõſequitur inter ipſum & accidentia panis reſpectus contenti & continentis, ita quòd ſicut generatio eſt illatiua ſubſtantiæ geniti cum filiatione conſequente, ita conuerſio ſacramentalis habet vim illatiuam ex pane corporis Chriſti, cum relatione contenti ſub accidentibus panis. Et ſecundum hoc, ad rationem Scoti dicendum eſſet, quòd duo ſunt genera rerum: quædam enim ſunt quæ ſecundum ſe ex ſuo genere per ſe primo fiunt & ſunt, & hæc apud Ariſtot. ſunt ſola compoſita, vt patet 7. Meta. Quædã vero ſunt, quæ (vt Ariſto. vtar) ſunt & non ſunt abſque hoc, quòd generentur vel corrumpantur, & extenſiori vocabulo loquendo, abſque hoc quòd fiant, & hę ſunt formæ omnes, & pręcipue relationes, quę regulariter aliorum factionem conſequuntur. Quocirca dato, quòd maior Scoti ſit vera, loquendo de primo genere rerum, falſa tamen eſt, miſcendo omnia genera ſimul: quoniam, falſa eſt de relationibus concomitantibus proprium mutationis terminum: & vniuerſaliter falſa eſt, de conſequentibus proprium mutationis terminum: quodlibet enim horum concomitantium licet ſit aliud & poſterius proprio mutationis termino, per eandem tamen mutationem per ſe ſecundo haberi poteſt, quàmuis non habeatur per illam per ſe primo. Et ſequendo hæc, dicitur in propoſito, quòd conuerſio ſacramentalis per ſe primo terminatur ad corpus Chriſti, inferendo per ſe ſecundo continẽtiam corporis Chriſti ſub accidentibus panis, quæ continentia licet ſit aliud quid & poſterius Chriſti corpore, eſt tamen neceſſario neceſſitate ſacramenti conſequens corpus Chriſti, vt terminum conuerſionis ſacramentalis.

¶ Antequàm autem reſpondeatur aliis argumentis: quia ſuperius declaratas mutationes duas ſupponunt, præmonſtrandum eſt, quid ſentiendum ſit de his mutationibus. Scito igitur recolendo antedicta, duplicem opinionem eſſe de eis poſſe: altera, quæ eſt Scoti, ponit duas in hoc ſacramento mutationes interuenire: prima eſt conuerſio panis in corpus Chriſti: ſecunda eſt, qua corpus Chriſti de non præſente ſeu non contento fit præſens ſeu contentum ſub ſpecie panis: altera vero opinio eſt quòd non eſt hic, niſi vna ſola mutatio, qua ex pane fit corpus Chriſti: ſed ad iſtã mutationem ſequũtur vtrimque relationes: in accidentibus ſiquidem panis ex hac mutatione ſequitur relatio continentis, & in corpore Chriſti ex eadem mutatione ſequitur relatio contenti, & ſic hæc mutatio ſufficit ad faciendum corpus Chriſti veraciter contineri ſub ſpecie panis. Monſtratur autem multipliciter rationabilitas huius opinionis ſimul cum deſtructione alterius, cum ex hoc, quòd pluralitas non eſt ponenda ſine neceſſitate, ac per hoc cum vna mu-

cramenti ſubſtantia panis poſt cõſecrationem remanere non poſſit. Secundo, quia hæc poſitio contrariatur formæ huius ſacramenti, in qua, dicitur, hoc eſt corpus meum, quod non eſſet verum, ſi ſubſtantia panis ibi remaneret: numquàm enim ſubſtantia panis eſt corpus Chriſti: ſed potius eſſet dicendum, hic eſt corpus meum. Tertio, quia contrariatur venerationi huius ſacramenti, ſi aliqua ſubſtantia creata eſſet ibi, quæ non poſſet adoratione latriæ adorari. Quarto, quia contrariatur ritui eccleſiæ, ſecundum quem poſt corporalem cibum non licet ſumere corpus Chriſti: cum tamen poſt vnam hoſtiam conſecratam liceat ſumere aliam: vnde hæc poſitio uitanda eſt tamquàm hæretica.

B AD PRIMVM ergo dicendum, quòd deus cõiugauit diuinitatem ſuam, ideſt, diuinam virtutem, pani & vino, non vt remaneant in hoc ſacramento, ſed vt faciat inde corpus & ſanguinem ſuum.

AD 2^m dicendum, quòd in

A tatio hic ſufficiat, non ſunt ponendæ duæ: tum, quia ſecundum Philoſophorum doctrinã relationes fiunt conſecutiue ad mutationes abſolutorum, & non per alias proprias mutationes: tum, quia tam eccleſiæ, quàm priſcorum doctorum doctrina tradit conuerſionis mutationem pro ratione verificante corpus Chriſti contineri ſub ſpecie panis. Quæ doctrina non verificaret̃, niſi forte per accidens ſi interuenirent hic duæ mutationes: quoniam ſi duæ mutationes ſunt, prima per accidens ſe haberet, quod etiam aduerſarii fatẽtur: ſed tũc ſequit̃ maxĩmũ incõueniens, ꝙ tam eccleſia, quàm priſci doctores laborauerunt ad reddendam rationem per accidens, quæ ab arte & doctrina reſecanda eſt. Dicamus igitur, quòd una ſola hic interuenit mutatio, inferens nouitatem continentiæ. An autem ſacramentalis conuerſionis mutatio inferat, in utroque extremo relationes reales continentiæ actiuæ & paſſiuæ, uel ſolum ex parte corporis Chriſti ſit relatio realis ad ſpecies, qua continetur ſub ſpeciebus, & per hoc denominantur ſpecies cõtinere corpus Chriſti: C quia corpus Chriſti continetur ſub illis, uel in ſpeciebus ipſis realis cõtinentiæ relatio ad corpus Chriſti cõſurgit, ex qua corpus Chriſti cointelligitur referri ad ſpecies, ut contentum ad continens, non quia ipſum referatur ad ſpecies, ſed quia ſpecies referuntur ad ipſum: ſicut deus realiter dicitur dominus creaturæ, non quia ipſe referatur ad creaturã ſeruam, ſed quia creatura refertur ad ipſum, non facile dixerim: quia ignotus eſt modus, quo corpus Chriſti continetur ſub ſpecie panis. Cum his tamen omnibus conclude, ita eſſe hic unam ſolam mutationem, ut affirmando unicam, perſpicias ita interuenire in hoc ſacramento unicam mutationem in actu, ut non negetur eſſe plures in potentia, non naturali aut ſacramentali, ſed diuina abſolute, hoc eſt, quod id quod de facto fit per unicam mutationem, poſſet deus facere per plures mutationes: poſſet enim mutare panem in corpus Chriſti una mutatione, & facere corpus Chriſti contentum ſub ſpecie panis alia mutatione: ſed quoniam hoc ad potentiam abſolutam dei reſpicit, ſimpliciter D & abſolute loquendo, unicam dicito interuenire mutationem. Et hæc dicta de his mutationibus actu, uel potentia in ordine ad relationes, non aliter dicta intellige, quam conſiderando eſſe ſacramentale corporis Chriſti relatiue ſecundum relationes contenti & continentis. nam ſecundum rem longe altius eſt, quàm huiuſmodi relatiua ſignificẽt, & magis reuerẽter ac eminentius de illo ſentitur, & dicitur, cum de illo ſecundum ſe ſentimus, & dicimus, quòd ſe habet ad conuerſionẽ, ut factum eſſe in termino ad fieri, ut ſuperius explicauimus.

¶ Communicando tamen in conſideratione reſpectiua cum aduerſariis, ne fugere difficultates uideamur, his præmiſſis ad ſecundum Scoti dicitur admiſſo præſuppoſito, ꝙ conſequentia prima nihil ualet, utpote inferens a poſſibili logico neceſſariũ, dum dicit poteſt eſſe, ergo oportet. Et per hoc patet, quòd ſecũ E da conſequentia dicens, ergo huiuſmodi præſentia non habetur per conuerſionem, non infertur ex primo antecedente. Et ad probationem dicitur, quòd terminus unius rationis, cuiuſmodi eſt præſentia, non eſt terminus per ſe duarum mutationum: quia non interuenit niſi una mutatio, quàmuis per potentiam diuinam poſſit eſſe terminus duarum mutationum, ſubſtantialis quidem conſecutiue, accidentalis autem ſecundum ſe.

¶ Ad tertium autem contra bonam reſponſionem de facto uel potentia, dicitur, quòd ſi panis cõuerteretur in Chriſti corpus prius præſens factum, corpus Chriſti eſſet duplici uinculo præſens, hoc eſt, ex ui conuerſionis ſacramentalis, & ex ui prioris actionis diuinæ omnipotentiæ. Vnde nihil aliud ſequitur, niſi quòd huiuſmodi præſentia poteſt per diuinam omnipotentiã terminare duas mutationes, quod gratis conceſſum fuit.

¶ Ad obiecta demũ contra efficaciam conuerſionis ad præſentiam corporis Chriſti in ſacramento, reſpondendo per conditionales, ut in præcedenti fecimus reſponſione, dicitur quòd ſi deus conuerteret panem in corpus Chriſti, ut habens eſſe in cælo, non eſſet conuerſio eiuſdem rationis cũ iſta ſacramentali, ac per hoc, nõ eſt ad propoſitum quicquid inde ſequeretur.

¶ Et

¶ Et per idem reſpondetur ad ſecundū in quo ſunt multij alij defectus, puta quòd corpus Chriſti nunc de facto acquirit ubi, definitiuum ſubſtantiæ panis, & ꝙ ſubſtantia ſubiecta quantitati habet ſuum ubi definitiue præter ubi circumſcriptiue. Nā ſubſtantia ſecluſa quantitate uirtualique contactu, nuſquàm eſt, & eſſe corpus Chriſti ſub ſacramēto, non eſt eſſe alicubi.

Ad tertium negatur ſequela, quia uoluntarie aſſertur.

¶ Ad quartū, quod eſt Duran. dicitur, ꝙ argumentum, a ſicut, ſæpe claudicat, & in propoſito nihil ualet. Et ratio eſt: quia non eſſet conuerſio eiuſdem rationis cum iſta ſacramentali, ſi quantitas conuerteretur in quantitatem, & propterea non eſt mirum, ſi aliud inde ſequeretur, & aliud ſequitur hinc.

q. 77. ar. 3. & 4.

¶ Contra ſecundam rationem literæ, ſcilicet ſi ſubſtantia panis remaneret, non eſſet uerum quod Chriſtus dixit, Hoc eſt corpus meum &c. ſed fuiſſet potius dicendum, Hic eſt corpus meum. Contra hanc, inquam, rationem Scotus & Durandus arguunt. Scotus quidem, quia tunc ly hoc, non demonſtraret ſubſtantiam panis, ſed contentum ſub pane, ſicut modo demonſtrat non accidentia, ſed contentum ſub accidentibus, & utrumque eſſet uerum, hoc eſt corpus meum, & hic eſt corpus meum. Durandus uero, quia indefinita uerificatur pro uno ſolo, ac per hoc ſi eſſet ibi panis, & corpus Chriſti poſſet reddi locutio uera pro ſolo corpore Chriſti. Ad hæc dicitur, quòd ueritas enuntiationum proprie ſignificantium, ex communi ſenſu proprie intelligentium, & terminis utentium proprie pendet, & non eſt attendendum ad quid iſte uel ille poſſet candem enuntiationem applicare. Conſtat aute quòd proprie loquendo & intelligendo cum dicitur, a quocumque dicatur ſiue ſacramentaliter ſiue non ſacramentaliter, hoc eſt corpus meum, ly hoc, demonſtrat hanc ſubſtantiam, quod patet ex hoc, quòd ſi aliquis demonſtrando ſeipſum, dicat, hoc eſt corpus meum, ſignificatur apud omnes intelligentes, quòd hæc ſubſtantia eſt corpus meum. Et ad hoc ſuffragatur ratio, ſecundum quam talia ſunt ſubiecta enuntiationum, qualia permittunt prædicata, & propterea quia prædicatum eſt ſubſtantia (nam corpus meum ſignificat ſubſtantiam) identitas prædicati cum ſubiecto ſignificata per ly eſt, cogit ly hoc, ad demonſtrandam hanc ſubſtantiam, ut propoſitio ſit proprie uera. Et hinc excluditur, quòd in hac propoſitione ly hoc, non demonſtrat accidentia, ſed ſubſtantiam ſub accidentibus, & ad hoc ſuffragatur, quòd ly hoc, eſt pronomen demonſtratiuum ſubſtātiæ apud grammaticos. Rurſus ly hoc, quia demonſtrat non uage aut indefinite, ſed ſingulariter, oportet abſolute prolatum ſuper certo ſenſibili demonſtrato, demonſtrare non uage hāc uel illam, ſed ſingularem ſubſtantiam ſub illis accidentibus exiſtētem. Et ſi quidem una ſola ſubſtantia ſubſit, ſola demōſtratur, ſi uero multæ ſubſint, omnes per modum unius ſingularis, demonſtrantur, ſecundum communem intellectum propriāque ſignificationem nominum ac pronominum, ut patet in exemplo allato: nam me dicente, hoc eſt corpus meum, ſignifico hāc ſubſtantiam comprehendentem carnes, neruos, & oſſa, eſſe corpus meum, ex quibus ſequeretur, quòd ſi remaneret ſubſtantia panis cum corpore Chriſti, ly hoc, demonſtraret hanc ſubſtantiam comprehendentem panem & corpus Chriſti per modum unius ſingularis ſubſtantiæ, & ſic propoſitio eſſet falſa, proprie loquendo, quia ſignificaret panis ſubſtantiā eſſe corpus Chriſti, quod conſtat eſſe falſum. Vnde ad Scoti obiectionem dicitur, quòd non eſt uarianda demonſtratio, quam facit ly hoc, in iſta enuntiatione ſacramentali ex aliqua hypotheſi: ſed ſtandum eſt in proprietate ſuæ demonſtrationis, ſecundum quam ly hoc, non ſignificat contentum ſub hoc pane, ſed ſignificat hanc ſubſtantiā, quæ ſcilicet cōtinetur ſub his accidentibus, hæc enim ſubſtantia eſt corpus Chriſti. Et notanter dico, hæc ſubſtantia, & non dico, hic panis: quia, ut dictum eſt, demonſtratur hæc ſubſtātia ſine qualitate. Ad Duran. uero dicitur, ꝙ chimericum eſt, ſingulare facere īdefinitum, & præterea eſt abuti uocabulis, oportet. n. ſecundum propria iudicare.

4. d. 11. q. 1. art. 2. Et 4. cont. c. 63. prī. Et quo. 5. ar. 11. Et quol. 9. ar. 5 ad 3. Et 1. Cor. 11. lec. 5.

*ar. præced.

In li. de his qui myſter. initiantur. cap. 9. med. to. 4. refertur de conſe. diſt. 2. c. Ante.

¶ Contra tertiam rationem literæ (ſ. ſi eſſet alia ſubſtantia, quàm corporis Chriſti, contrariaretur uenerationi euchariſtiæ) obſtat Scotus: quia nunc eſt ibi aliqua creatura, puta ſpecies ſacramentalis: & tamen adoratio euchariſtiæ refertur ad Chriſtum, & non ad ſenſibile continens. ergo eodem modo ſi non remaneret panis, adoraretur Chriſtus contētus ſub pane quanto & quali, ut in ſigno.

Lib. 83. q. 21. in med. to. 4.

¶ Ad hoc dicitur, quòd ratio literæ ſtat ſolida, quoniam quæcumque ſubſtantia alia a Chriſto, cōtrariatur uenerationi qua ueneramur euchariſtiam: nam adoramus ſimpliciter & abſolute ſubſtantiam exiſtentem ſub illis accidentibus, cōſtat autē huiuſmodi adorationi contrariari quamcumque aliam ſubſtātiam eſſe ſub illis accidentibus: ſed arguentes falluntur in hoc, quoniam diuertunt ab adoratione, quæ nunc fit ad eam, quæ tunc fieret, ſi eſſet etiam ibi ſubſtantia panis. Auctor autem ex adoratione, quam de facto exhibemus euchariſtiæ, infert non eſſe ibi aliam ſubſtantiam a Chriſto.

¶ Vnde ad argumentum Sco. conceſſo toto, dicitur quòd non impugnatur ratio literæ, quia ad adorationem, quæ poſſet fieri, diuertit: & non ſiſtit in adoratione, quæ de facto fit, qua adoramus ſubſtantiam contentam ſub his ſpeciebus, quod tūc non fieret, niſi partialiter, puta aliquam ſubſtantiam contentā adorando, diſtinguendo inter ſubſtantiam panis & ſubſtantiam Chriſti: conſtat enim nunc abſque diſtinctione aliqua, ſubſtantiam ibi contentam adorari ab eccleſia.

*Super Quæſtionis ſeptuageſimæquintæ Articulum tertium.*

Titulus clarus.

¶ In corpore ar. primo recitatur opinio diſiūctiua: ſecūdo, tractatur prima diſiūctionis pars: tertio, tractatur reliqua pars: & quarto tractantur ambæ ſimul, concludendo opinionem eſſe falſam. Primum, ſatis patet in litera. Sed circa ſecundum, ſcilicet quòd panis ſeu uinum per conſecrationem reſoluitur in præiacentem materiam, Auctor procedit utens implicite hac diſtinctione, hanc reſolutionem fieri in præiacentem materiā, poteſt intelligi dupliciter, uel in materiā primā, uel in elementa manentia uel egredientia. Propterea primo improbat primū membrum. ſ. ꝙ iſta reſolutio nō fit in materiam primam: quia materia non poteſt eſſe ſine forma. Vbi ſcito, ꝙ quia opinio iſta ponit reſolutionem puram (quoniam nullius meminit generationis, cum nullum ponat generans) ſi ponit reſolutionem in materiam primam, ponit conſequenter materiam primam ſine

aliis ſacramentis nō eſt ipſe Chriſtus realiter, ſicut in hoc ſacramēto, & ideo in aliis ſacramētis manet ſubſtantia materiæ, non autē in iſto.

Ad 3^m dicendum, quòd ſpecies quæ remanent in hoc ſacramento, ut infra dicetur, *ſufficiūt ad ſignificationē huius ſacramenti: nam per accidentia cognoſcitur ratio ſubſtantiæ.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum ſubſtantia panis uel uini poſt conſecrationem huius ſacramenti, annihiletur.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd ſubſtantia panis poſt cōſecrationem huius ſacramenti, annihiletur, aut in priſtinā materiā reſoluatur. Quod enim eſt aliquid corporale, oportet alicubi eſſe: ſed ſubſtantia panis, quæ eſt quiddam corporale, non manet in hoc ſacramento, vt dictum eſt, *nec etiam eſt dare aliquem locum ubi ſit. ergo non eſt aliquid poſt conſecrationem. Igitur aut eſt annihilata, aut in præiacentem materiam reſoluta.

¶ 2 Præt. Illud quod eſt terminus a quo in qualibet mutatione, nō remanet, niſi forte in potētia materiæ: ſicut cum ex aere fit ignis, forma aeris nō manet, niſi in potentia materiæ, & ſimiliter quando ex albo fit nigrum, ſed in hoc ſacramento ſubſtātia panis aut vini ſe habet ſicut terminus a quo, corpus autē uel ſanguis Chriſti, ſicut terminus ad quem: dicit. n. Ambr. *in lib. de officiis, ante benedictionem illa ſpecies nominatur, poſt benedictionē corpꝰ ſignificatur. ergo facta conſecratione, ſubſtātia panis vel vini nō manet, niſi forte reſoluta in ſuā materiā.

¶ 3 Præt. Oportet alterum contradictoriorum eſſe uerum: ſed hęc eſt falſa, Facta conſecratione, ſubſtantia panis uel uini eſt aliquid. ergo hæc eſt uera, Subſtantia panis uel uini eſt nihil.

SED CONTRA eſt, quòd Auguſt. *dicit in lib. 83. quæſtionū: deus non eſt cauſa tēdendi in nō eſſe: ſed hoc ſacramētum diuina uirtute perficitur. ergo in hoc ſacramento non annihilatur ſubſtātia panis aut uini.

RESPON. Dicendum, quòd



ſine forma, quod eſt impoſſibile ſecundum cauſas ſecundas, & potentiam dei ordinatam, quicquid ſit de poſſibili ſecundum potentiam dei abſolutam, quoniam hoc eſt extra propoſitum: quoniam ſtultū eſt ponere in hoc ſacramento, quicquid deus poteſt facere. vnde non oportet aliter hic reſpondere Scoto, & cōtinue digredi de genere in genus. Poſtea excludit Auctor ſecundum membrū. ſ. reſolutionem fieri in elemēta. Et primo in elemēta manentia: quia ſub ſpeciebus ſacramenti nihil remanet, niſi corpus & ſanguis Chriſti. Secundo, in elementa egredientia: quia egreſſus fieret per motum localem, & ſic ſenſu perciperetur. Et vtraq; excluſio optima eſt. Nec ex moleſtia Scotica concutitur, dū obſtat ex diuina oīpotentia potente facere cum corpore Chriſti, manere aliā ſubſtantiam, & non percipi localē egreſſum: ſæpe enim iam dictum eſt, ꝙ non tractamus de diuina omnipotentia, ſed quid ordo inſtitutus a deo habeat tam in myſterijs, q̄ in naturalibus. Rurſus impugnat Auctor huiuſmodi præiacentem materiam ex alijs capitibus. & primo manentem, ex hoc, ꝙ non eſt dare aliquod inſtans, in quo ſit ibi præiacens materia: quod probatur ex eo, ꝙ vſque ad vltimum inſtans conſecrationis eſt ibi panis, & in vltimo inſtanti eſt ibi corpus Chriſti, ac per hoc patet, ꝙ non eſt dare aliquod inſtans, in quo ſit ibi præiacens materia. Et ſcito, quòd Auctor claritati ſtudens, nō fuit ſolicitus, vt loqueretur philoſophice, vt ab omnibus intelligeretur: ex exemplo tamē generationis, ab exercitatis in philoſophia rem ipſam intelligi voluit more phyſico: ſciebat enim non dari vltimum inſtans generationis. Et phyſico more dicendum fuit, in toto tempore conſecrationis eſt ibi ſubſtantia panis, & in termino illius eſt corpus Chriſti, qui terminus eſt primum eſſe corporis Chriſti in ſacramento, & primum non eſſe panis: ſicut in termino generationis, eſt primum eſſe rei genitæ, & primum non eſſe rei corruptæ. Et ſi ſic Auctor dixiſſet, pauci intellexiſſent ipſum. Secundo, impugnat præiacentem materiam in motu, & breuitatis gratia ſimul impugnat tam motum localem, ſiue panis, ſiue materiæ, quàm motum reſolutionis: quoniam vtrobique vna & eadem eſt ratio ex motu ſumpta, & eſt ratio talis. Si huiuſmodi motus interueniret, aut inciperet in inſtanti terminante conſecrationem, aut ante illud inſtans: ſi incipiat in inſtanti terminante (cū in illo inſtanti corpus Chriſti ſit ſub hoſtia, & in eodem ſit panis incipiens moueri motu locali vel reſolutionis) ſequeretur ꝙ ſimul eſſent corpus Chriſti & ſubſtātia panis: quòd autem panis in illo inſtanti eſſet, probatur ex eo, quòd motus incipit per negationem de præſenti & poſitionem de futuro, hoc eſt, quia verum eſſet dicere, panis nunc non mouetur, & immediate poſt hęc mouebitur: & quia motus non fit in inſtanti, ſed prius mobile relinquit vnam partem, quàm aliam, ſequeretur vlterius præter ſimultatem inſtantaneam prædictam, ſimultas temporalis, & ſic ſub aliqua parte hoſtiæ eſſet ſimul tempore corpus Chriſti cum ſubſtantia panis, & ad vim hanc reſpexiſſe videtur Auctor in litera explicans partem hoſtiæ. Si vero huiuſmodi motus incipiat ante terminū conſecrationis, tunc cum inter quælibet inſtantia ſit tempus intermedium, in quo fiet iſte motus, & in quo mobile relinquet ſucceſſiue partes hoſtiæ, ſequetur quòd in illo tempore, quo aliqua hoſtiæ pars relicta eſt, neque erit ſubſtantia panis, quæ iam particulam illam reliquit, neque corpus Chriſti, quod ante inſtans, quod terminat totum hoc tempus medium, non eſt ſub hoſtia.

¶ Et uide noūitie, ex contextu literæ hanc argumentationem induci, excludendo reſponſionem dicentem fieri reſolutionis vel egreſſus motum, paulatim deſerendo partes hoſtiæ. At ſi poſuiſſent reſolutionis motum fieri ſucceſſiue quidem, & per partes inteſiuas tātum, ita quòd in termino tota ſimul hoſtia deſerta eſſet (cōtingit enim, inquit Ariſto. totum ſimul coagulari) tunc militat præcedens argumentum, quòd præiacens materia numquàm eſſet ſub hoſtia. Et ſi hoc affirmatur, ſuccurrūt poſtremę duę rationes, ſcilicet ꝙ tollitur conuerſio, & ꝙ ponitur effectus ſine cauſa.

In iſto art. & præced.

¶ Quo ad tertium, de altero diſiūctionis membro, ſcilicet annihilatione, improbatur: quia tollit veram conuerſionem ſubſtantiæ panis in corpus Chriſti, ac per hoc tollit modum, quo corpus Chriſti eſt in hoc ſacramento, & in hoc conuenire dicitur cum primo membro, ſcilicet reſolutione. Et demū vtrumq; Auctor reprobat: quia forma ſacramēti neutrum horum effectuum ſignificat.

† Vel, quòd in præiacētē materiā reſoluatur.

¶ Circa reſponſionem ad tertium, aduerte quòd Sco. non contentus huiuſmodi reſponſione, quia ſola uoce conuerſionem affirmat, tenens panem quàmuis per accidens redigi in nihilum, duo potiſſima videtur habere fundamenta in q. 4. 11. diſt. Primum eſt, quia inuenitur hic tranſitus per ſe ab eſſe panis ad non eſſe panis, & alius tranſitus a non præſentia corporis Chriſti hic, ad præſentiam ipſius hic. Et tunc arguitur ſic, Si ſecundus tranſitus non concomitaretur primum, primus eſſet annihilatio, ergo, & modo formaliter eſt annihilatio: quia ratio eius non variatur propter illud, quod per accidens concomitatur. Secundo ſic: Si panis annihilaretur, & corpus Chriſti poneretur hic præſens, omni eodem modo ſe haberet tam panis quàm corpus Chriſti, quantum ad omnem cōditionē tam eſſe quàm non eſſe, ſicut modo ſe habet: ſed quod fuit & omni eodem modo ſe habet, ſicut ſi eſſet annihilatum, eſt annihilatū. ergo panis redigitur in nihilum. Prima propoſitio manifeſta eſt: quia ſi panis eſſet annihilatus, nec forma nec materia eius maneret: eodem autem modo nec nunc manet.

¶ Ad horum & ſimilium euidentiam, doctrina ſanctorum patrum reſumenda eſt. Ambr. ſiquidem de ſacramentis, & habetur in decretis de conſec. diſt. 2. in c. re uera, & clarius in c. panis eſt, docet unde figmenta hæc, & ſimilia eliduntur dicens. Si tanta uis eſt in ſermone domini Ieſu, ut inciperet eſſe, quod non erat, quanto magis operatorius eſt, ut ſint quæ erant, & in aliud cōmutentur? & ſic quod erat panis, iam corpus Chriſti eſt, quia ſermo Chriſti creaturam mutat &c.

¶ Vbi nota primo ly, vt ſint, quæ erant, & in aliud commutentur: hic enim manifeſte habes Ambroſ. dicere, quòd ſunt quæ erant, & in aliud ſunt commutata. Et hinc apparet figmentum eſſe, dicere quòd quæ erant, & in aliud ſunt commutata nihil ſunt: nam ſi ſunt, ut Ambroſ. aſſerit, ſequitur, quòd non ſunt nihil.

¶ Secundo nota declarationem & ſenſum prioris dicti, dum immediate ſubditur, & ſic quod erat panis, iam corpus Chriſti eſt: hinc enim apparet quanta perſpicacia hæc uiderit Ambro. dum non dixit, quòd panis eſt poſt conſecrationem, nec dixit, quòd panis qui fuit, eſt corpus Chriſti: ſed dixit quòd id, quod erat panis, iam eſt corpus Chriſti, & ly id quod, demonſtrat & refert ſubſtantiam: quoniam ſubſtantia eſt, quæ eſt commu-

quia ſubſtantia panis vel vini non manet in ſacramento, quidam impoſſibile reputantes, ꝙ ſubſtantia panis vel vini in corpus vel ſanguinē Chriſti conuertatur, poſuerunt ꝙ per conſecrationē ſubſtantia panis vel vini, vel reſoluitur in præiacentem materiam, vel ꝙ annihiletur. Præiacens autem materia, in quam corpora miſta reſolui poſſunt, ſunt quatuor elementa: non enim poteſt reſolutio fieri in materiam primam, ita ꝙ ſine forma exiſtat: quia materia ſine forma eſſe non poteſt. Cum autē poſt conſecrationem, nihil ſub ſpeciebus ſacramenti remaneat, niſi corpus & ſanguis Chriſti, oportebit dicere, ꝙ elementa, in quæ reſoluta eſt ſubſtantia panis & vini, inde diſcedant per motum localem, qđ ſenſu perciperetur. Similiter etiam ſubſtantia panis vel vini, manet vſque ad vltimum inſtans conſecrationis. In vltimo autem inſtanti conſecrationis, iam eſt ibi ſubſtantia corporis vel ſanguinis Chriſti: ſicut in vltimo inſtanti generationis, iam ineſt forma: vnde non erit dare aliquod inſtans, in quo ſit ibi præiacens materia. non. n. poteſt dici, ꝙ paulatim ſubſtantia panis vel vini reſoluatur in præiacētem materiam, vel ſucceſſiue egrediatur de loco ſpecierum: quia ſi hoc inciperet fieri in vltimo inſtanti ſuæ conſecrationis, ſimul ſub aliqua parte hoſtię eſſet corpus Chriſti cum ſubſtantia panis, quod eſt contra prędicta: *ſi vero hoc incipiat fieri ante cōſecrationem, erit dare aliquod tempus, in quo ſub aliqua parte hoſtiæ neq; erit ſubſtātia panis, neq; erit corpus Chriſti, qđ eſt inconueniens, & hoc ipſimet perpendiſſe videntur. vnde poſuerunt aliud ſub diſiunctione, ſ. † ꝙ annihiletur: ſed nec hoc poteſt eſſe: quia nō eſt dare aliquem modum, quo corpus Chriſti verū eſſe incipiat in hoc ſacramēto, niſi per conuerſionem ſubſtantiæ panis in ipſum, quæ quidem conuerſio tollitur poſita vel annihilatione ſubſtantiæ panis, vel reſolutione in præiacentē materiā: ſimiliter

cōmutata in corpus Chriſti: vnde non aliunde quàm ex Ambro. doctrina excludenda ſunt, & detegenda figmenta hæc. Falſum eſt igitur quòd primo aſſumitur a Scoto, interuenire hic tranſitum per ſe ab eſſe panis ad non eſſe panis: nã per ſe terminus ad quem, eſt eſſe corporis Chriſti: eſt enim cõuerſio iſta inter terminos poſitiuos per ſe primo, hoc eſt ab eſſe panis ad corpus Chriſti, & ad illũ per ſe primo terminũ ad quẽ nõ ſequitur ſola negatio eſſe panis, ſed ſequitur affirmatio ſeu poſitio eius qđ fuit panis: ſunt .n. poſt cõſecrationem propoſitiones iſtæ ambæ veræ, ſcilicet panis non eſt, &, id quod fuit panis, eſt, quia eſt corpus Chriſti.

¶ Ad argumentum ergo dicitur, quòd falſum aſſumit ſeu ſupponit, ſcilicet inueniri hic mutationem ſeu tranſitum per ſe, ab eſſe panis ad non eſſe illius.

¶ Ad ſecundum autem dicitur, quòd cõditionalis aſſumpta eſt falſa. Et ad probationem illius, ſcilicet quia nunc nec remanet materia panis nec forma: & ſimiliter eſſet ſi annihilaretur, reſpondetur negando, ꝙ ſimiliter eſſet ſi annihilaret̃: quoniam plus requiritur ad annihilationem ſiue per ſe, ſiue per accidẽs: exigitur. n. ꝙ id quod erat illud, ſit modo nihil, ſeu non ſit aliquid: cuius contrariũ in propoſito inuenitur: nã ſecundum Ambroſ. id quod erat panis, eſt corpus Chriſti: vbi ad claritatem doctrinæ obſerua caute varietatem verarũ propoſitionum, & vt exemplariter dicatur, quando aer naturaliter conuertitur in ignem, licet veræ ſint iſtæ tres enuntiationes poſt conuerſionem aeris in ignem, ſcilicet aer non eſt, aer non eſt aliquid, aer eſt nihil: quia tamen materia, quæ fuit aeris, modo eſt materia ignis, falſa eſt iſta quarta, aer eſt annihilatus. Et ſimiliter in propoſito, quàmuis alia ratione veræ ſunt poſt conuerſionem iſtæ tres, ſcilicet panis non eſt, panis non eſt aliquid, panis eſt nihil: falſa autem eſt quarta, ſcilicet id quod erat panis, non eſt aliquid, ſeu eſt nihil: quia ſua contradictoria eſt veriſſima, ſcilicet id quod erat panis, eſt corpus Chriſti: ideo falſiſſimum eſt, panem ſiue per ſe, ſiue per accidens redigi in nihil: vnde ſi panis annihilaretur in hoc ſacramento, non omni eodem modo ſe haberet, quo nunc ſe habet: quia nunc ſic ſe habet ad eſſe & non eſſe, quod ita nõ eſt, quod id quod erat panis, eſt res realiſſima, ſcilicet corpus Chriſti: ſi autem eſſet redactus in nihilum, ita panis, non eſſet, quòd id quod erat panis, nulla res eſſet. Procul ſint ergo a patrum doctrina huiuſmodi figmenta.

¶ Circa verba Auctoris in hac reſponſione ad tertium caue ne fallaris, putans Auctorem Ambroſ. contrarium, vel me expoſuiſſe inepto vocabulo Ambroſij verbum, dum in hac litera dicitur, quòd poſt conſecrationem hæc eſt falſa, ſubſtantia panis eſt aliquid, & Ambroſ. dicente, id quod erat panis, eſt aliquid, ſcilicet corpus Chriſti, ego expoſui quòd ly id quod, demonſtrat & refert ſubſtantiam: quoniam ſubſtantia quæ erat panis eſt corpus Chriſti: quia mutata eſt in corpus Chriſti. Diuerſimode ſiquidem ſubſtantiæ nomine Auctor & nos vſi ſumus: nam Auctor ſubſtantiæ nomine vſus eſt loco nominis ſpecifici panis, ſupponendo panem eſſe ſubſtantiam. Et fecit hoc Auctor, vt præſeruaret ſe ab accidentibus panis, ita quòd panem ponit in obliquo, & diſtinguit ſubſtantiam F panis contra accidentia panis, ac ſi dixiſſet, poſt conſecrationem hæc eſt falſa, panis eſt aliquid: nos autem ſubſtantiæ nomine abſolute vtimur, abſtrahendo a qualitate differentiarum, & propterea vtimur pane in recto, dicentes, ſubſtantia quæ erat panis: quam ſubſtantiam Ambroſius per relatiuum ſubſtantiæ ſignificauit, dicens, & ſic quod erat panis, iam eſt corpus Chriſti: quia ſermo Chriſti creaturam mutat, & ſic ex pane fit corpus Chriſti: non enim poteſt dici, quod ly quod erat panis, referat accidentia panis remanentia: quia illa non ſunt corpus Chriſti: nec ſunt mutata in corpus Chriſti, quorum vtrumque Ambroſ. dicit de eo, quod erat panis, ſcilicet quod erat panis, eſt corpus Chriſti, quia mutatum eſt in corpus Chriſti virtute ſermonis Chriſti, hanc eodem modo ſumptam ſubſtantiam ſaluator ſignificauit, ac demonſtrauit per ly hoc, dicens, hoc eſt corpus meum: eſt enim propriiſſimus ſenſus, hæc ſubſtantia eſt corpus meum, vt inferius amplius patebit.

etiam non eſt dare, unde talis reſolutio, uel annihilatio in hoc ſacramento cauſetur, cum effectus ſacramenti ſignificetur per formã: neutrum autem horum ſignificatur per hæc uerba formæ, hoc eſt corpus meum. vnde patet prædictam poſitionem eſſe falſam.

G Ad primum ergo dicendum, quòd ſubſtantia panis uel uini facta conſecratione, neq; ſub ſpeciebus ſacramenti manet, neque alibi: non tamen ſequitur, ꝙ annihiletur, conuertitur enim in corpus Chriſti: ſicut non ſequitur, ſi aer ex quo generatus eſt ignis, non ſit ibi uel alibi, quòd ſit annihilatus.

Ad 2[m] dicendum, quòd forma, quæ eſt terminus a quo, non conuertitur in aliam formam, ſed una forma ſuccedit alteri in ſubiecto: H & ideo prima forma non remanet niſi in potentia materiæ: ſed hic, ſubſtantia panis cõuertitur in corpus Chriſti, ut ſupra dictum eſt:* vnde ratio non ſequitur.

In corp. ar. & in præce.

Ad 3[m] dicendum, quòd licet poſt conſecrationem hæc ſit falſa, Subſtantia panis eſt aliquid: id tamen in quod ſubſtantia panis eſt conuerſa, eſt aliquid: & ideo ſubſtantia panis non eſt annihilata.

Articulus IIII.

*Vtrum panis poſſit conuerti in corpus Chriſti.*

Ad quartum ſic ꝓceditur. Videtur quòd panis non poſſit conuerti in corpus Chriſti. Conuerſio enim quædam mutatio eſt: G ſed in omni mutatione oportet eſſe ſubiectum, quod prius eſt in potentia, & poſtea eſt in actu: ut .n. dicitur 3. phyſic.† motus eſt actus exiſtentis in potẽtia: non eſt autẽ dare aliquod ſubiectum ſubſtantiæ panis & corporis Chriſti: quia de ratione ſubſtantiæ eſt, quòd ſit non in ſubiecto, ut dicitur in prædicamentis.* non ergo poteſt eſſe, quòd tota ſubſtãtia panis conuertatur in corpus Chriſti.

H ¶ 2 Præt. Forma illius, in quod aliquid conuertitur, de nouo incipit eſſe in materia eius, quod in ipſum conuertitur: ſicut cũ aer conuertitur in ignem prius non exiſtentem, forma ignis incipit de nouo eſſe in materia aeris: & ſimiliter cũ cibus conuertitur in hominẽ prius non exiſtentẽ, forma hoĩs incipit eſſe de nouo in materia cibi. ſi ergo panis cõuertitur in corpus Chriſti, neceſſe eſt quòd forma corporis Chriſti, de nouo incipiat eſſe in materia panis; quod eſt falſum. non ergo panis conuertitur in ſubſtantiã corporis Chriſti.

¶ 3 Præt. Ea quæ ſunt ſecundũ ſe diuerſa, numquam vnum eorũ fit alterũ: ſicut albedo numquã fit nigredo, ſed ſubiectũ albedinis fit ſubiectũ nigredinis, vt dr̃ 11.* Phyſico. ſed ſicut duę formæ cõtrariæ ſunt ſecundum ſe diuerſæ (vtpote principia formalis differentiæ exiſtentes) ita duæ materiæ ſignatæ ſunt ſecundum ſe diuerſæ, vtpote exiſtentes principia materialis diſtinctionis. Ergo non poteſt eſſe, quòd hæc materia panis fiat hæc materia qua indiuiduatur corpus Chriſti. Et ita nõ poteſt eſſe, quòd ſubſtantia huius panis cõuertatur in ſubſtantiam corporis Chriſti.

Sed contra eſt, quòd † Euſe. emiſſ. dicit, Nouum tibi & impoſſibile eſſe non debet, quòd in Chriſti ſubſtantiam terrena & mortalia conuertuntur.

Refertur de conſ. d. 2. c. Quia corpus aſſumptũ in med.

Respon. Dicendum quòd, ſicut ſupra dictum eſt* cum in hoc B ſacramento ſit verum corpus Chriſti, nec incipiat ibi eſſe de nouo per motum localem: cum etiam hec corpus Chriſti ſit ibi ſicut in loco (vt ex dictis patet*) neceſſe eſt dicere quòd incipiat ibi eſſe per conuerſionem ſubſtantiæ panis in ipſum: hæc tamen conuerſio nõ eſt ſimilis conuerſionibus naturalibus, ſed eſt omnino ſupernaturalis, ſola dei virtute effecta. Vnde

Ar. 1. huius quæſt.

Ar. 2. huius quæſt.

Infra art. [...] cor. & ar. [...] cor. & ad [...] Et 4. diſt. 11. q. 1. ar. 1. [...] 2. ad 1. & [...] 3. ad 3. [...] ar. 3. q. 1. [...] to. Et 4. [...] cap. 63. [...] quol. 5. ar. 11. Et op. [...] cap. 8. Et [...] Cor. 11. lec. 4. & lect. [...] † lib. 3 tex. 6. tom. 4. In c. de ſubſtant. to. [...]

I ¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæquintæ Articulum quartum.*

Titulus intelligitur de conuerſione ſubſtantiali, qua panis ſubſtantialiter ſumptus tranſubſtãtiatur in corpus Chriſti: ſic enim eccleſia intelligit conuerſionem. Et propterea Auctor quærit, vtrum ſit poſſibilis huiuſmodi conuerſio.

¶ In corpore articuli duo fiũt. Primo dicitur, quòd oportet ponere conuerſionẽ. Secundo tractatur, qualis eſt iſta conuerſio.

¶ Quo ad primum, ex repetitione ſupradictorum, ac diſcuſſorum, concluditur conuerſio. Quo ad ſecundum, duo de hac conuerſione dicuntur. Primum eſt, quòd non eſt ſimilis conuerſionibus naturalibus: ſed eſt oĩno ſupernaturalis. Secũdũ eſt, quòd ſola dei virtute fit: & primum quidem auctoritatibus Ambro. & Chryſoſt. probat: ſecundum autem ſimul cum primo, ratione probat.

¶ Vbi ſcito, diſtingui cõuerſionem in formalem & ſubſtantialem, & naturales appellari formales nõ ea ratione, quia forma K cõuertitur in formam: ſed quia ſecundum deperditionẽ vnius formæ, & acquiſitionem alterius dicitur totum categorematice conuerti in totum, vt cum dicimus, quòd aer conuerſus eſt in ignem: conuerſio autem ſubſtantialis appellatur, qua totũ etiam ſyncategorematice conuertitur in totum, puta ſi aer ſic conuerteretur in ignem, quòd etiam partes eſſentiales aeris conuerterentur in partes eſſentiales ignis. Et talem eſſe hanc conuerſionem Auctor ponens, hinc manifeſtat differentiam inter conuerſionem iſtam & naturales, & ex differentia inter actum infinitum & actum finitum procedit ad probandum, quòd agens creatum, quia ex finito agit actu, ad ſolas formales conuerſiones ſe extendit: deus autem quia ex infinito agit actu, ad totum ens ſe extendit, ac per hoc ad conuerſionem ſubſtantialem. Et inde infertur, quòd hæc conuerſio nec continetur ſub genere naturalis motus ſeu mutationis, nec nomen aliarum ſuſcipit proprie, ſed nomine proprio vocari poteſt tranſubſtantiatio: ſic enim a ſacro Concilio lateranen. ſub Inno. III. appellatam legimus.

¶ Circa

¶ Circa hanc materiam aduerte, quòd Scotus in 11. d. 4. q. 3. reputans impoſſibilem conuerſionem panis in corpus Chriſti præexiſtens, & manens ſecundum ſuum eſſe antiquum; triplicẽ imaginatur tranſubſtantiationem. prima eſt, quæ iam dicta eſt. ſ. qua tota ſubſtantia conuertitur in totam ſubſtantiam præexiſtẽtem, ac manentem ſecundum eſſe antiquum. Secunda eſt, qua tota ſubſtantia ſic conuertitur in aliã, ut alia producatur in eſſe, & hanc uocat Scotus tranſubſtantiationẽ productiuã: quia per eam producitur terminus ad quem, & hæc poteſt ſubdiuidi in productiuam termini ſecundum eſſe ſubſtantiale, uel ſecundum eſſe accidentale: qualẽ poſuit hic (ut diximus) Petrus de Pal. ſine aſſertione tamẽ. Tertia ẽ adductiua termini ad quẽ illo ubi erat terminus a quo, & in hanc declinat Scot. In qua ſecundũ ueritatem nulla eſt tranſubſtantiatio, nulla conuerſio: quia ponitur panem redigi in nihil, & ſola uox cõuerſionis & tranſubſtantiationis cum ordine ſucceſſionis corporis Chriſti in loco panis affirmatur. Relicta autem tranſubſtantiatione productiua, tamquã non habente in hoc ſacramento locũ, nititur Sco. probare primam eſſe impoſſibilem, & deinde tertiã eſſe rationabilẽ. Arguit igitur ad impoſſibilitatẽ tranſubſtantiationis primæ, quã credimus uere in hoc ſacramẽto ſaluari: nihil eſt terminus nouæ actionis proprie dictæ, niſi per illã actionẽ accipiat eſſe ſubſtãtiale uel accidẽtale, ſm ꝙ eſt formalis terminus illius actionis: ſed corpus Chriſti præexiſtens, &c. nullũ eſſe accipit in ſua ſubſtantia per huiuſmodi tranſubſtantiationẽ. ergo corpus Chriſti ſecundũ ſuã ſubſtantiã nõ eſt terminus nouæ actionis tranſubſtãtiatiuę panis ĩ ipſum. Minor ſupponitur clara. Maior uero probatur dupliciter. Primo, quia ſi nullũ eſſe accipit per illã, non uidetur intelligibile, quomodo ſit ibi aliquid terminãs realem actionem ſubſtantialẽ, &c. Secundo quia etiam filius dei terminans æternam generationem, per illam accipit eſſe, & perſonam eſſe, & deum eſſe. Tertiam autem tranſubſtãtiationẽ probabilem eſſe in propoſito probat: quia eo modo terminus prior conuertitur in terminũ poſteriorem, quo terminus poſterior ſuccedit termino priori: ſed terminus poſterior, ideſt, Chriſti corpus, non ſuccedit ſecundum eſſe ſimpliciter, ſed ſecundum eſſe præſens hic termino priori, id eſt, pani præexiſtenti. ergo nec panis conuertitur, nec tranſit in corpus Chriſti, niſi ſecundum eſſe hic præſens pani præexiſtenti.

¶ Pro ſolutione harum obiectionum, & ampliori notitia tã occulti myſterii, duo prælibanda ſunt, alterũ ex philoſophia, alterum ex Ambroſ. Ex phyſicis ſiquidem habemus, quòd cũ de ſubſtantiali mutatione inter poſitiuos terminos eſt ſermo, ipſum inſtans mutationis, in quo ſubſtantialis mutatio ſimul fit, & facta eſt, eſt primum eſſe termini ad quem, & primum non eſſe termini a quo. uerbi gratia, cum aer conuertitur in ignem, inſtans illud, in quo ignis ſimul fit & factus eſt, eſt primũ eſſe ignis: quia ignis tunc eſt & immediate ante illud tunc non erat, & eſt primum non eſſe aeris: quia aer tunc non eſt, & immediate ante illud tunc erat. A diuo autem Ambroſio ſuperius relata habemus uerba. ſ. quod erat panis ante cõſecrationem, iam corpus Chriſti eſt poſt conſecrationem: quia ſermo Chriſti creaturã mutat, &c. Ex his enim ſimul iunctis & perſpicaciter conſideratis, habemus actionem tranſubſtantiatiuam circa panem uerſari, & in panem terminari, hoc modo uidelicet, quòd in inſtanti conuerſionis panis in corpus Chriſti, quod erat panis ut ſic, id eſt, ſecundum eſſe panis, habet rationem termini a quo, & rurſus quod erat panis, quod iam eſt corpus Chriſti, ut incipiens eſſe corpus Chriſti, habet rationem termini ad quem, ita quòd terminus ad quem, non eſt corpus Chriſti abſolute, ſed hoc quod erat panis eſſe corpus Chriſti, ut patet exponendo pro illo inſtanti, quo iſta tranſubſtãtiatio ſimul fit, & facta eſt. Ex falſitate ſiquidem iſtius, corpus Chriſti nunc eſt & immediate ante hoc non erat, habetur ꝙ corpus Chriſti abſolute non eſt terminus huius tranſubſtantiationis: A ex eo autem quòd iſta eſt uera, hoc quod erat panis, nunc eſt corpus Chriſti, & immediate ante hoc, quod erat panis, non erat corpus Chriſti manifeſte habetur, quòd terminus ad quẽ actionis & mutationis huius eſt hoc, quod erat panis, eſſe de nouo corpus Chriſti: ſicut ex ueritate iſtius alterius, ſcilicet hoc quod erat panis, nunc non eſt panis, & immediate ante erat panis, habetur terminum a quo eſſe hoc, quod erat panis ſub eſſe panis. Vbi uidere potes, in eo quod eſt panis ante conſecrationem, efficaciam habere cõſecrationem ſeu diuinam actionem, quantum ad uim utriuſq; termini, ſcilicet a quo & ad quem: quoniam actio conuerſiua acquirit ei, quod erat panis eſſe corpus Chriſti, conuertendo id in corpus Chriſti, & ad hoc cõcomitatur deperditio termini a quo, dũ quod ſimul conuertitur & conuerſum eſt in corpus Chriſti, deſinit eſſe panis. Et hinc ſuſpiciendo coniicere potes, quòd non oportet propter nouã hanc actionem mutationem aliquam effici in ſubſtantia corpo- C ris Chriſti: quia quod erat panis de nouo eſt corpus Chriſti, non per mutationem corporis Chriſti, ſed per mutationem panis in corpus Chriſti. Et ad ampliorem fidelium intellectuum conſolationem, habemus non ſolum dictas enuntiationes nouiter ueras quaſi ſe tenentes ex parte panis: ſed habemus redundantem ſeu reſultantem aliam propoſitionem nouiter ueram, quaſi ex parte corporis Chriſti: eſt enim de nouo uera hæc, ſcilicet, corpus Chriſti eſt id quod erat panis. Nec hanc ego ſomniaui, ſed ex propoſitione diui Ambroſ. per conuerſionem ſimplicem illam habemus: dicente enim Ambroſ. quod erat panis, eſt corpus Chriſti, infertur optime per conuerſionem ſimplicem, ergo corpus Chriſti eſt quod erat panis. & ſimiliter ſequitur, conſequenter loquendo, quòd corpus Chriſti eſt quod erat iſte panis. Quo fit, ut admirabilem ueritatem nouam in Chriſti corpore ex hoc ſacramento fateamur. Nam ante inſtitutionem huius ſacramenti iſta erat falſa, corpus Chriſti eſt quod erat panis: quia ſua conuertens erat falſa, quod erat panis, eſt corpus Chriſti: poſt con- D ſecrationem uero corporis Chriſti fuerunt ambæ ueræ. Et ſimiliter in qualibet, quæ quotidie fit, conſecratione hoſtiæ in miſſa, conſecratione facta, ambæ iſtæ nouiter ſunt ueræ, quod erat iſte panis, eſt corpus Chriſti, & corpus Chriſti eſt, quod erat iſte panis. Nec quæras a me ulteriorem modum quomodo fiat iſtud, ſed ſatis ſit ſuppoſita ueræ tranſubſtantiationis fide, qua panis in corpus Chriſti immutatum mutatur, uidere nos ueritatem dictarum enuntiationum.

¶ Ex his autem ad Scoti rationem contra poſſibilitatem huius conuerſionis dicitur, argumentum ſupponere falſum, ſcilicet, corpus Chriſti abſolute eſſe terminum actionis ſeu mutationis huius: terminatur .n. tã mutatio quàm actio, ut ad terminũ ad quẽ, & qui fit ad hoc, quod erat panis, eſſe corpus Chriſti: hoc enim de nouo fit, & eſt per actionem iſtam conuerſiuam panis in corpus Chriſti.

E ¶ Vnde conceſſa maiore, ad minorem dicendum eſt, quòd male aſſumit, aut ſupponit corpus Chriſti abſolute eſſe terminũ actionis, ut patet ex dictis. Nec obſtat quòd ſæpiſſime dicitur & repetitur infinities, quòd hæc conuerſio habet panem pro termino a quo, & corpus Chriſti pro termino ad quem: quoniam breuitatis cauſa hos terminos abſolute proferimus: cum grano tamen ſalis ab eruditis intelligendos, ut expoſuimus.

¶ Ad rationem Scoti pro tranſubſtantiatione adductiua, facile reſpondetur negando minorem: quoniam corpus Chriſti ſuccedit pani, & ſecundum eſſe ſimpliciter, id eſt, ſubſtantiale, & ſecundum eſſe hic, id eſt, ſub accidentibus panis: ſed non eſt mirum de arguente: quoniam ſola voce dicens conuerſionem ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Chriſti, conſequenter aſſumit, quòd corpus Chriſti non ſuccedit pani, ſecundum eſſe ſimpliciter, cum ſecundum veritatem ſubſtantia corporis Chriſti ſit id, quod erat panis; & per hoc ſit vbi erat panis, id eſt,

†Ambroſius dicit in lib. de Sacramenti, Liquet quòd præter naturæ ordinem Virgo generauit, & hoc, quod conficimus, corpus ex Virgine eſt: quid ergo quæris naturæ ordinem in Chriſti corpore, cum præter naturam ſit ipſe dominus Ieſus partus ex Virgine? Et ſuper illud Ioan. 6. Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſcilicet de hoc ſacramento; ſpiritus & vita ſunt, dicit* Chryſoſt. ideſt ſpiritualia ſunt, nihil habentia carnale, neque conſequentiam naturalem, ſed eruta ſunt ab omni tali neceſſitate, quæ in terra, & à legibus, quæ **G** hic poſitæ ſunt. Manifeſtum eſt enim, quòd omne agens agit inquãtum eſt actu. Quodlibet autem agens creatum eſt determinatum in ſuo actu, cum ſit determinati generis, & ſpeciei, & ideo cuiuſlibet agentis creati actio fertur ſuper aliquem determinatum actũ: determinatio autem cuiuſlibet rei in eſſe actuali, eſt per eius formam: unde nullum agens naturale ſeu creatum poteſt agere niſi ad immutationem formæ, & propter hoc, omnis conuerſio, quæ fit ſecundum leges naturæ, eſt formalis. Sed Deus eſt actus infinitus (vt in

In li. de his qui myſteriis initiantur c. 9. parũm a med. to. 4

Hom. 46. in Io. nõ multũ ante medium to. 3

continetur ſub accidentibus, quæ continebant panem, ut ſæpe inducta decretalis lateranenſis cum doctrina concilii florentini teſtatur.

¶ Nec obſtat dictis quòd Auctor in 4. ſenten. diſtinct. 11. quæſtio. 1. articul. 4. uidetur locare huiuſmodi propoſitiones, quibus uſi ſumus, inter improprias. Nam dupliciter poteſt iudicari, & examinari propoſitio iſta, quod erat panis, eſt corpus Chriſti: primo ad exprimendam conuerſionem hanc: ſecundo, ad exprimendum conuerſionis huius proprios terminos. Et ſi quidem ad exprimendum mutationem, quæ eſt conuerſio aſſumatur, infra latitudinem generis mutationis intelligenda ẽ & propterea ly quod, ſonat ſubiectum unũ, & idem ſub duobus ſucceſſiue terminis, ſcilicet pane, & corpore Chriſti manere, quod in propoſito non niſi metaphoricæ, aut ratione accidentium remanentium uerificatur, & ſic ab Auctore inter improprias computatur ibidem, ubi de conuerſione loquitur. Si uero hæc propoſitio ad exprimendos terminos conuerſionis huius aſſumatur, tunc propoſitio eſt, & uera & propria. Et quòd ſit uera, patet ex ipſa eius expoſitione, qua Auctor eam ibi in reſponſione ad primum exponit de ipſis terminis dicens, uerbum Ambroſi. eſt exponendum, quod erat panis eſt corpus Chriſti, id eſt, quod eſt ſub ſpeciebus panis, primo fuit panis, & poſtea corpus Chriſti: ubi uides Auctorem exponendo, aſſerere de ly quod eſt ſub ſpecie panis prius fuiſſe panem, & poſtea corpus Chriſti; nihil enim aliud ſignificat Ambroſii propoſitio de terminis conuerſionis intellecta dicendo, quod erat panis, eſt corpus Chriſti, ut patet intuenti. quòd autem ſit propria, & hinc patet: quia expoſitio ab auctore data eſt propria, & ex ratione probatur: quia ly quod eſt relatiuum, identitatis ſubſtantiæ, & ſufficienter refert eandem ſubſtãtiam, referendo ſubſtantiam eandem ſine qualitate: ſic enim contingit in propoſito: illud enim idem refert ly quod dicendo, quod erat panis eſt corpus Chriſti: quod demonſtratur per ly hoc, dicendo, hoc eſt corpus meum. Stant ergo ſolida & proprie dicta, quæ ex Ambroſio diximus, quoniam ad terminos conuerſionis exprimendos uſi ſumus auctoritate dicta, & ad hoc idem Ambroſius ad literam loquutus eſt, ut patet eius textum intuenti.

¶ In reſponſione ad tertium aduerte dici in illa duo, ſcilicet rationem conuertibilitatis totalis (de qua eſt ſermo) unius rei in aliam, & modum, quo fit huiuſmodi conuerſio. Et quoniam eximia ac latentia ſunt hæc, nec ab omnibus conceſſa, primo declaranda ſunt ambo: deinde conferendum eſt primum cum aliorum opinionibus. Ratio igitur conuertibilitatis aſſignatur in litera communicatio in natura entis: modus autem ſubditur, & eſt, quòd poteſt actor entis id quod eſt entitatis in una re, conuertere in id, quod eſt entitatis in altera, ſublato eo per quod ab ea diſtinguebatur: ubi circa rationem conuertibilitatis, docilis eſto interpres, plures uitando errores ex illo uerbo, communis natura entis. Errares primo, ſi per communem naturam entis intelligeres ens communiſſime ſumptum commune deo & creaturis, & manifeſta eſſet erroris ratio: quia hinc ſequeretur, conuertibilitatem etiã poſſe eſſe inter rem creatam & increatam: quia communis eſt eis huiuſmodi natura entis, quod conſtat non ſolum eſſe falſum, ſed fatuum. Errares quoque, ſi per communem entis naturam intelligeres gradum aliquem ſeu naturam aliquam, ſupra ſpecificas genericaſque rerum naturas. Nam ut dicitur 4. Metaphyſic. idem eſt homo, & ens homo, & ſic de aliis: non enim ſe habent ens & homo, ſicut animal, & homo: nam animal, & homo duas formaliter naturas ſignificant, ſcilicet rationalitatis, & animalitatis: ens autem & homo unam tantum naturam ſignificant, eam ſcilicet, quam ſignificat homo, & non aliam. Sed hoc metaphyſico relinquentes negotio (quoniam ad propoſitum non refert utro modo dixeris) dicimus, quòd per naturam entis intelligit Auctor ens commune ſolis creaturis, quod **F** nomine naturæ in litera appellatum eſt, quia huiuſmodi ens ſecundũ Auctoris doctrinã ſecundũ naturas generũ & ſpecierũ definitur. Et per hoc differt ab ente increato, in quo eſſe non definitur natura aliqua, ſed ipſum eſſe in ſe ipſo ſubſiſtens uocatur natura dei, & deitas, & deus. Eſt igitur ratio conuertibilitatis totius unius rei in totam alteram rem, communicatio earum in natura entis communis omnibus creaturis tantum. & hinc habes ſecundum Auctorẽ, quòd ſecundum totalem conuerſionem quælibet creatura poteſt per diuinam omnipotentiam conuerti in quamcumque aliam creaturam, quia creaturis omnibus communis eſt huiuſmodi entis natura.

¶ Circa modũ quoque conuerſionis, cautum oportet eſſe lectorem. Erraretur ſiquidem primo, ſi intelligeretur, per modum diuiſionis ſeu ſeparationis unius naturæ ab altera, ſicut animalitas ſeparatur a rationalitate, dum fit animal ſine ratione. Et ſimiliter erraretur, ſi intelligeretur per modum abſtra- **H** ctionis: ſicut res una, & eadem ſecundum priorem rationem abſtrahit a ſeipſa ſecundum rationem poſteriorem: ſicut color albus inquantum color, abſtrahit a ſeipſo, inquantum albus. Et patet ratio erroris utrobique ex hoc, quòd neutro modo panis conuerteretur in corpus Chriſti: ſed ſola natura entis inuenta in pane, conuerteretur in corpus Chriſti, formaliter loquendo.

¶ Contrariatur etiam directe intento hic ſenſus, quoniam directe intentum ab Auctore eſt, quòd totum conuertatur in totum, & non quòd una res aut una natura ſub una ratione tantum conuertatur in aliam. Hæc enim interpretatio ad hoc tandem tendit, quòd conuertibilitas rerum eſt ſecundum id in quo communicant, & non ſecundum ea in quibus differunt, quod contrariatur non ſolum Auctoris, ſed fidei doctrinæ, aſſerenti panem conuerti in corpus Chriſti, & non ſolum entitatem panis in entitatem corporis Chriſti conuerti, ſed panem conuer- **I** ti in corpus Chriſti. unde literæ uerba quæ ſuperficie tenus fauere uidentur dicto reprobato ſenſui, dum ſonant, id quod eſt entitatis in una re, poteſt actor entis conuertere in id quod eſt entitatis in altera, ſublato eo per quod ab illa diſtinguebatur, intelligenda ſunt ſic, ut tota res, puta panis, conuertatur in totam rem puta corpus Chriſti: hoc enim important illa uerba, id quod eſt entitatis in una, in id quod eſt entitatis in altera, nam tota res eſt entitatis in una, & tota res eſt entitatis in altera: quod autem ſubditur, ſublato eo per quod ab illa diſtinguebatur, proculdubio ad differentiam proprii diſtinctiui a communi natura entis ſubiunctum eſt. Sed huiuſmodi differentia non conſiſtit in hoc, quòd entitas rei, puta panis, conuertatur in entitatem alterius rei, puta corporis Chriſti, panis uero proprium conſtitutiuum per quod ſpecie diſtinguitur ab altera re (puta corpore Chriſti) non conuertatur in alteram rem, puta corpus Chriſti, ſed tollatur non conſeruando ipſum in eſſe. **K** Sed conſiſtit huiuſmodi differentia in hoc, quòd dum tota res, quæ eſt panis, conuertitur in corpus Chriſti, formalis ratio naturæ entis ſaluatur: formalis uero ratio proprii conſtitutiui, & diſtinctiui panis non ſaluatur. poſt conuerſionẽ enim panis in corpus Chriſti, panis entitas conuerſa entitas quædam eſt, panis uero conuerſus panis non eſt, ſic enim uerificatur quòd ſit conuerſio entitatis in entitatem, ſublato eo, per quod diſtinguebatur: perinde eſt enim ac ſi dictum fuiſſet, quòd conuerſio ſit per totius quidem rei conuerſionẽ in totam rem alteram, ſed inter rationes ſeu cõditiones ſubſtãtiales cõmunes, uel proprias diſparatas eſt: quia res cõuerſa ſic ſecundũ cõmunia quaſi ſaluatur, ꝙ iterũ ſuſcipit earundẽ prædicationẽ, ſecundũ uero propria non ſubdit eorũdẽ prædicationẽ. Hoc .n. modo intelligitur ſublatũ id ꝑ quod diſtinguebatur, & totam rẽ conuerti in totam rem, ita quòd nihil eius ſecundum ſe remaneat, aut in nihilum decidat.

¶ Et ſi inſtetur, quòd ſi tota res totaliter conuertitur in totam aliam rem fruſtra Auctor laborauit ad diſtinguendum in rebus conuertibilibus naturam entis, in qua conueniunt, a propriis di-



prima parte habitum eſt) vnde eius actio ſe extendit ad totam naturam entis. Non igitur ſolum poteſt perficere conuerſionem formalem, vt ſcilicet diuerſæ formæ ſibi in eodem ſubiecto ſuccedant: ſed conuerſionem totius entis, vt ſcilicet tota ſubſtantia huius conuer- **B** tatur in totam ſubſtantiam illius. et hoc agitur diuina virtute ĩ hoc ſacramento: nam tota ſubſtantia panis conuertitur in totam ſubſtãtiam corporis Chriſti, & tota ſubſtantia vini, in totam ſubſtantiam ſanguinis Chriſti. unde hæc conuerſio non eſt formalis, ſed ſubſtãtialis: nec continetur inter ſpecies motus naturalis, ſed proprio nomine, poteſt dici tranſubſtãtiatio.

Ad primvm ergo dicendum, quòd obiectio procedit de mutatione formali: quia formæ proprium eſt in materia vel ſubiecto eſſe: non autem habet

ſtinctiuis rerum, &c. reſpondetur: non fruſtra, ſed utiliter Auctorem laboraſſe ad reddendam rationem conuertibilitatis totalis ſuper naturalis proportionaliter ad rationem conuerſionis ſubſtantialis naturalis. Dupliciter ſiquidem naturali conuerſione inuenta (ſcilicet, uel per modum generationis, ſicut cum aer conuertitur in nouũ ignem: uel per modum aggenerationis, ſicut cum alimẽtum conuertitur in ſubſtantiam eius quod nutritur) communis ratio utriq; conuerſioni eſt conuenientia in materia & differẽtia in formis, quibus ſiebat diſtinctio, & in ipſa cõuerſione materia utrobique remanet, & forma rei quæ conuertitur nõ remanet: unde ut ꝓportionaliter de totali conuerſione doctrina traderetur, poſuit Auctor in conuertibilibus huiuſmodi naturam entis in qua conuenirent, & conſtitutiua ſpecifica, quibus diſtinguuntur, & rurſus poſuit naturam in qua res, quæ conuertitur, communicat cũ altera, remanere in illa altera, non in ſeipſa: quia ſic non conuerteretur in altera rem, ſed in ſibi ſimile. Et propterea dicitur ſaluari rationem formalem eius, ſpecificum autem diſtinctiuum ita conuerti, quòd nec in ſe nec in ſuo ſimili remaneat, & propterea auferri dicitur, & non ſaluari ſecundum ſuam rationem formalem.

¶ Duplex propterea neceſſitas doctrinæ huius fuit: altera, ut conuerſio ſuper naturalis proportionalis conuerſionibus naturalibus ſit monſtrata: altera, ut intellectus noſter ex naturalibus conuerſionibus quas nouit, manuducatur ad ſupernaturalia, &, ſi non penetranda, ſaltem cogitanda, ut non impoſſibilia exiſtimentur. Et hæc pro expoſitione literæ ſint dicta.

¶ Conferendo autem Auctoris rationem de conuertibilitate cuiuſque creaturæ in quamcumque aliam, occurrũt Petrus de Pal. ambiguus & Durandus obſtans manifeſte in quæſt. 2. diſtinct. 11 dupliciter, ſcilicet ſoluendo rationem Auctoris, & arguendo contra dictam poſitionem.

¶ Ratio igitur Auctoris (ſcilicet agens uirtutis infinitæ, quod habet actionem in totum ens, poteſt conuertere, &cet.) ſoluitur a Durand. dicente quòd ex hoc non poteſt conuertere niſi communicantia in materia, ratione cuius unum poteſt dici manere in altero.

¶ Contra poſitionem autem arguit multipliciter: primo. Conuerſum manet in eo, in quod conuerſum eſt. ergo non poſſunt inuicem cõuerti niſi cõmunicantia in materia. Antecedens probatur: quia per hoc differt conuerſio ab annihilatione. Conſequentia etiam probatur ex eo, quòd non manet in eo actu: quia tunc non eſſet conuerſum. ergo manet in eo in potentia non actiua, ſed paſſiua. Hæc autem eſt potentia materiæ.

¶ Secundo, abſurdum eſt angelum conuerti in lapidem, aut ecõtra, niſi diceretur illa abſurditas ab antiquo reprobata, quòd vna natura poſſet fieri alia, puta quòd albedo poſſit fieri nigredo, qđ implicat contradictionem in omnibus naturis contrariis ſiue diſparatis.

¶ Tertio, ſi unus angelus poſſet conuerti in alium ſequeretur, ꝙ angelus poſſet deſinere eſſe ſine annihilatione: ſcilicet per cõuerſionem in alium, conſequens eſt falſum: quia angelus non poteſt incipere eſſe niſi per creationem. igitur nec poteſt deſinere eſſe niſi per annihilationem.

¶ Arguitur quarto auctoritate Augu. 7. ſuper Geneſ. dicentis, ꝙ corpus poſſe mutari in ſpiritum aut naturam incorpoream, nec aliquos ſenſiſſe ſcio, nec fides habet.

¶ Quinto auctoritate Boet. in libro. de duab. natur. & una perſona Chriſti dicentis, illa ſola inter ſe tranſmutari poſſunt, quæ habent unius materiæ communem ſubſtantiam.

¶ Deinde idem Durandus in q. 3. arguit ſpecialiter contra conuerſionẽ materiæ in materiam, quam Auctor in hac litera ponit. Arguit autem ſic: ſi materia cõuerteretur in materiã ꝙ cõuerſio fieret per hoc, materia deſineret eſſe in ſe, & eſſet in ſuo ſimili. ſ. in materia alterius, in quam conuerſa dicitur: ſed hoc nõ poteſt dici: quia ſic conuerſio non differret ab annihilatione: nam annihilata materia in aliquo, nihilominus remanet ſimilis materia in alio ſine aliqua conuerſione. Et rurſus ſequeretur ſecundum hoc, quòd non diceretur materia unius magis conuerti in materiam alicuius determinati, quàm in materiam cuiuſcumque alterius, quia quælibet eſt ſimilis cuilibet.

**A** ¶ Demum arguit Duran. idem, ibidem contra modum cõuerſionis in litera poſitum, ſcilicet quòd totum conuertitur in totum: ita quòd materia in materiam, & forma in formam cõuertũtur. Primo, quia ex hac poſitione ſequitur ſubſtantiam panis uere annihilari. Et probatur ſequela. Primo: quia id quod prius fuit aliquid, & poſtea eſt nihil, eſt uere annihilatum: ſed ſecundum hũc cõuerſionis modum ſubſtãtia panis ante cõſecrationem fuit aliquid, & poſt conſecrationẽ eſt nihil. ergo ſubſtãtia panis eſt uere annihilata. Maior patet ex ratione terminorũ. Minor probatur: quia id quod nõ eſt aliqd in ſe uel ĩ alio, eſt nihil: ſed ſubſtantia panis poſt conſecrationem non eſt aliquid in ſe (ut patet) nec in alio. ſ. corpore Chriſti quia nihil plus eſt in corpore Chriſti, quàm ante. Secundo, quia ſi in corruptione materia deſineret eſſe, quemadmodũ & forma, iã non eſſet corruptio, ſed annihilatio: ſed in hoc modo cõuerſionis tam materia quã forma panis deſinit eſſe. ergo eſt uera annihilatio. Tertio, Si remanente corpore Chriſti immutato rediret eadem ſubſtantia panis, oporteret panem illum creari, quia de nihilo fieret, quia non de ſubſtantia corporis Chriſti, nec de aliqua alia ſubſtantia fieret. ergo ſi præ exiſtente corpore Chriſti & nihil de ſubſtantia panis in eo remanente panis deſinat eſſe (ut in **C** propoſito ponitur) uere annihilaretur. Et probatur conſequentia ex eo, ꝙ eodẽ modo ſe habet aliquid ut ſit terminus ad quem annihilationis, & terminus a quo creationis: ac per hoc ſicut corpꝰ Chriſti redeunte pane per creationem non impedit ueram creationem, ita idem Chriſti corpus deſinente pane, ita ꝙ nihil eius maneat in ſe aut Chriſti corpore, non impedit quin ſit uera annihilatio. Vnde infert Duran. ꝙ duobus exiſtentibus modis cõuerſionis in præexiſtens (. ſ. per modũ quo alimentum conuertitur in id quod alitur, & per modum imaginatum nulli intelligibilem, ſcilicet quo totũ conuertitur in totũ præexiſtens, modo ſuperius expreſſo) nec unus iſtorũ ꝑ eccleſiam ſit magis approbatus aut reprobatus quàm alius: uidetur probabiliter ꝙ ille modus, qui ẽ poſſibilis, & intelligibilis eſſet eligendus & tenendus. Ad horum euidentiam non oportet alia iacere fundamenta: ſed ſi ſuperius dicta recolantur, omnia ferre patent ſi conſideretur enim differentia inter aliquid eſſe ſeu remanere in alio, & id qđ fuit aliquid eſſe illud aliud, eluceſcet ſolutio modi. Imaginatur Durand. & male, oportere conuerſum manere in eo, quod eſt conuerſum, **D** cum ſecundum ueritatem conuerſum non, maneat in eo in quod eſt conuerſum: ſed eſt ipſum, in quod eſt conuerſum, & propterea panis non annihilatur, nec remanet in corpore Chriſti: ſed id quod erat panis, eſt corpus Chriſti.

¶ Vnde ſingillatim reſpondẽdo, confutatur ſolutio ad rationem Auctoris Duran. allata: quoniã innititur huic falſo fundamento, Conuerſum oportet manere in eo in quod conuertitur. Et in hoc quoq; peccat primum argumentum cõtra poſitionẽ, Auctoris. nã hoc falſum aſſumit pro antecedente. Et ad probationem eius reſpondetur falſiſſimum eſſe. quòd per hoc conuerſio differat ab annihilatione; differt enim ab illa per hoc: quòd id quod erat panis: eſt corpus Chriſti.

¶ Ad ſecundum dr̃, ꝙ licet ſit ſecundũ naturalẽ potentiã abſurdum, angelũ poſſe cõuerti in lapidem, aut econtra: non eſt tamẽ abſurdum ſecundum potentiam obediẽtiæ ad diuinam omnipotentiam. Et licet optime ſit reprobatum, albedinem fieri nigredinẽ, ſicut etiam reprobatum eſt panem fieri corpus Chriſti, nõ ta- **E** men reprobatum eſt, albedinem poſſe per diuinam omnipotentiam conuerti in nigredinem. non enim implicat cõtradictionẽ, & ſimiliter panis poteſt conuerti in corpus Chriſti.

¶ Ad tertiũ dr̃ concedendo, quòd angelus poſſit deſinere eſſe ſine annihilatione per conuerſionem in alium. Et cum obiicitur, ꝙ non poteſt incipere eſſe niſi per creationẽ, rñdeť ꝙ ſi ly põt, attenditur ſecundũ potentiã ordinariam, uerũ eſt, quia modus incipiendi per creationem eſt tãquã naturalis modus, quo incipit eſſe angelus, cui reſponderet annihilatio ſi tanquã naturali modo perderet eſſe. Verũ ſicut ſupernaturaliter poteſt perdere eſſe per conuerſionẽ in aliam creatura, nõ uideo quare ſupernaturaliter nõ poſſit incipere eſſe per conuerſionẽ alterius in ipſũ non præexiſtẽtẽ, ſed acquirentẽ eſſe, Et moueor ad hoc, quia facilius uidetur conuertere vnam creaturã in aliã nõ præexiſtentẽ & acquirentem eſſe, quàm in eandem præexiſtentem. Vnde non admit-

admittitur ultimo aſſumptum a Duran.in hoc argumēto, quod ſi admittendum putas tamquam impertinens, nega ſequelā ad præſentem difficultatem pertinentem.

¶ Ad quartum & quintum ſimul dicitur, quòd tam Aug. quàm Boet.de mutationibus naturalibus, & quæ de facto ſecundū fidē fiunt, loquuntur: nos autem loquimur ſecundum diuinæ omnipotentiæ amplitudinem.

¶ Ad obiecta deinde eiuſdem contra conuerſionem materiæ in materiam, reſpondetur communicando in uocabulis cum arguente, quòd remanere in ſuo ſimili contingit dupliciter, uel per ſolam ſimilis remanſionem, uel per remanſionem ſimilis ſic, quòd ē quod erat reliquum. Et in conuerſione quidem de qua eſt ſermo, materia cōuerſa remanet in ſuo ſimili ſecundo modo: quia materia corporis Chriſti eſt, quod erat materia panis: arguens uero accipit remanere in ſuo ſimili primo modo, ſecundum quem procedere conſequentias, & non ſecundū alterum modum, clare patet.

D.576

In corp. & ar. 3

D.446

¶ Ad obiecta demū eiuſdem Durá. in q. 3. contra modū conuerſionis iam declaratę negatur ſequela annihilationis. Et ad primam probationem, dicitur quòd plus requiritur ad ueritatē maioris, ſcilicet quòd id quod fuit res illa, poſtea ſit nihil, quod in propoſito eſt falſum: quia licet panis ante conſecrationem fuerit aliquid, & poſt conſecrationem non ſit aliquid, quia nō eſt, quod tamen erat panis ante conſecrationem, eſt poſt conſecrationem aliquid, ſcilicet corpus Chriſti. Vel potes diſtinguere, maiorem dupliciter poſſe intelligi, ſcilicet cum pręciſione uel ſine præciſione. Et ſi quidem intelligatur cum præciſione, hoc eſt præcidendo a quocumque alio non ſignificato per eum, dicit̄ ꝙ propoſitio eſt uera, & patet ex ratione terminorum, ſed non eſſet admittenda minor cum huiuſmodi præciſione: ſi uero intelligatur abſq; præciſione compoſſibilium cum ipſius ueritate, quamuis non ſignificatorum per eam dicitur, quòd propoſitio poteſt eſſe, & uera & falſa: quia rem, puta panem, prius fuiſſe aliquid, & poſtea nihil, pluribus modis contingere poteſt: inter quos unus eſt per totalē conuerſionem ipſius in corpus Chriſti, ſecundum quem modum falſa eſt propoſitio: quia quod erat panis, eſt corpus Chriſti. Et quia in minore exprimitur iſte modus, ideo ſimpliciter maior eſt falſa.

¶ Ad ſecundū negatur conſequentia, qm̄ ut iā patet, plus requiritur ad annihilationem, quàm deſinere eſſe materiam & formā: & potes ad utrumq; argumentum & ſimilia altius reſpondere, dicendo quòd eſſe nihil, non eſſe aliquid, deſinere eſſe, & ſi quid huiuſmodi ſignificatur, contingit dupliciter. Vno modo per ſe, & ſic uerificantur omnia aſſumpta: alio modo concomitāter ad cōuerſionem in aliud, & ſic omnia ſunt falſa. Et quia in propoſito panis concomitanter, ad conuerſionē ſui in corpus Chriſti non eſt aliquid, eſt nihil, deſinit eſſe, & non per ſe eſt nihil, non eſt aliquid, deſinit eſſe, ideo non annihilatur: annihilatio enim per ſe eſt ad nihil, ad non aliquid, eſt ad non eſſe.

¶ Ad tertium negatur aſſumpta primo conditionalis, dicendo quòd ſi diuina omnipotentia reſtitueret eundem panem numero, poſſet forte dupliciter illum reſtituere, ſcilicet uel per modum creationis, uel per modum reconuerſionis. Et ſi fieret per modum creationis, impertinentia ſunt omnia quæ adducuntur: quia corpus Chriſti non eſſet terminus a quo creationis: quod tamen fuit terminus ad quem conuerſionis, & ſi ſic fieret eſſent ueræ ambæ iſtæ propoſitiones, hic panis eſt, & corpus Chriſti eſt, quod fuit iſte panis. Si uero fieret per reconuerſio- F nem (ita quòd corpus Chriſti inquantum eſt quod erat panis, conuerteretur in panem) tunc uerum eſſet, quòd panis qui fuerat, iterum eſt: ſed non eſſet uera enuntiatio dicens corpus Chriſti eſt quod erat iſte panis. Factus ſum inſipiens: ſed Durandus me coegit.

locum in conuerſione totius ſubſtantiæ. Vnde cum hæc conuerſio ſubſtantialis, importet quendam ordinem ſubſtantiarum quarum vna conuertitur in alteram, eſt ſicut in ſubiecto in vtraque ſubſtantia, ſicut ordo & numerus.

Ad 2m dicendum, quòd, illa obiectio procedit de conuerſione formali ſeu mutatione: quia oportet, ſicut dictum eſt*, formam eſſe in materia vel ſubiecto. Non autem habet locū in conuerſione totius ſubſtantiæ, cuius non eſt accipere aliquod ſubiectum.

Ad 3m dicendum, quòd virtute agentis finiti[d] non poteſt foma in formam mutari, nec materia in materiam. Sed virtute agentis infiniti (quòd habet actionem in totum ens) poteſt talis conuerſio fieri; quia vtrique formæ & vtriquæ materiæ eſt communis natura entis, & id quod entitatis in vna, poteſt actor entis conuertere in id quod eſt entitatis in altera, ſublato eo, per quod ab illa diſtinguebatur.

## Articvlvs V.

*Vtrum in hoc sacramento remaneant accidentia panis & uini, poſt conuerſionem.*

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur ꝙ in hoc ſacramento non remaneant accidentia G panis, & vini. Remoto enim priori, remouetur & poſterius: ſed ſubſtantia eſt naturaliter prior accidente, vt probatur 7.† Metaph. Cum igitur facta conſecratione, non remaneat ſubſtantia panis in hoc Sacramento, videtur, quòd nō poſſint remanere accidentia eius.

¶ 2 Præter. In ſacramento veritatis non debet eſſe aliqua deceptio: ſed per accidentia iudicamus de ſubſtantia. uidetur ergo H quòd decipiatur humanum iudicium, ſi remanentibus accidētibus ſubſtantia panis non remaneat. nō ergo hoc eſt cōueniens huic ſacramento.

¶ 3 Præt. Quamuis fides noſtra nō ſit ſubiecta rationi, non tamen eſt contra rationem, ſed ſupra ipſam, ut in principio huius operis dictū eſt.† Sed ratio noſtra habet ortum a ſenſu. ergo fides noſtra non debet eſſe contra ſenſum: eſt autem cōtra ſenſum, dum ſenſus iudicat eſſe panem, & fides credit eſſe ſubſtantiam corporis Chriſti. non ergo hoc eſt conueniens huic ſacramento, quòd accidentia panis ſubiecta ſenſibus maneant, & ſubſtātia panis non maneat.

¶ 4 Pręt. Illud, quod manet cōuerſione facta, uidetur eſſe ſubiectū mutationis. ſi ergo accidentia panis manent cōuerſione facta, uidetur quòd ipſa accidentia ſint cōuerſionis ſubiectum: quod eſt impoſſibile: nam accidentis non eſt accidēs. non ergo in hoc ſacramento debent remanere accidentia panis, & uini.

Sed contra eſt, quòd† Aug. dicit in lib. ſent. Proſperi nos in ſpecie panis & uini, quam uidemus, res inuiſibiles, id eſt carnem, & ſanguinem honoramus.

Respon. Dicendum, quòd ſenſu apparet, facta conſecratione, omnia accidentia panis & uini remanere: quod quidem rationabiliter per diuinam prouidentiam fit. Primo quidem, quia non eſt conſuetum hominibus, ſed horribile carnem hominis comedere, & ſanguinem bibere. & ideo proponuntur nobis caro, & ſanguis Chriſti ſumenda ſub ſpeciebus illorum, quæ frequētius in uſum hominis ueniunt, ſcilicet panis & uini. Secundo, ne hoc ſacramentum ab infidelibus irrideatur, ſi ſub ſpecie ꝓpria dominum noſtrum manducemus. Tertio, ut dum inuiſibiliter corpus & ſanguinem Domini noſtri ſumimus, hoc proficiat ad meritum fidei.

Ad primvm ergo dicendū, quòd ſicut dicitur in lib. † de cauſis, effectus plus dependet a cauſa prima quàm a cauſa ſecunda: & ideo uirtute dei, qui eſt cauſa prima omniū, fieri poteſt, ut remaneāt poſteriora, prioribus ſublatis.

Ad 2m dicendum, ꝙ in hoc ſacramēto nulla eſt deceptio: ſunt enim ibi ſecundum rei ueritatem accidentia, quæ ſenſibus diiudicantur: intellectus autem, cuius eſt proprium obiectum [d] ſubſtantia (ut dicitur in tertio de anima†) per fidem a deceptione præſeruatur. et ſic patet reſponſio ad tertium. Nam fides non eſt contra ſenſum, ſed eſt de eo, ad quod ſenſus non attingit.

A Ad 4m dicendum, quòd hæc conuerſio non proprie habet [d] ſubiectum, ut dictum eſt, *ſed tamen accidentia quæ remanent, habent aliquam ſimilitudinem ſubiecti.

¶ Quocirca illata a Duran. de probabilitate ſuæ phantaſiæ manifeſte conuincūtur falſa ex decretali lateranen. de ſum. Trinit. & ſid. catho. firmiter credimus, cum dicitur, tranſubſtātiatis pane in corpus, et uino ī ſanguinem Chriſti. Conſtat enim quòd tranſubſtantiatio importat aliud quàm unionem materiarū, quā finxit Durandus, fieri ſub forma corporis Chriſti: ſonat namque apud omnes fideles mutationē quādam panis in corpus Chriſti ineffabilem: ita quòd mutatione facta, corpus Chriſti eſt quod erat panis, & ubi erat panis: unde præſtat cum uniuerſali eccleſia in captiuitatem redigere intellectum in obſequiū Chriſti, quàm contra Ambroſii præcepta naturæ uires, ordinem aut potentiam, in hoc myſterio quærere.

Sup. arti. ... ad 3. Et ... q. 76. art. 1. ad 3. Et ... diſt. 11 q. ... ar. 1. q. 2. ... diſ. 12. q. 1. ar. 1. q. 2. ... 1. cor. 11. ... 5. cor. 2. & fin.

†Li 7. text. 4. t. 3

### ¶ Super Quæſtionis ſeptuageſimæquintæ Articulum quintum.

IN hoc art. & reliquis eiuſdem 75. q. duo ſolum notanda occurrunt. Primum eſt in ar. 6. ad primum, ꝙ forma panis eſt forma ſubſtantialis, ſpecie differens a paſta ſecundum Auctorem, dum dicit, ꝙ ars producit formam ſubſtantialem panis uirtute ignis, decoquētis materiam ex farina & aqua confectam.

I ¶ Perſuadetur autem ſic eſſe: quia ex fide tenemus conuerſionem ſolius ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Chriſti: ſi enim forma panis eſſet accidens, non per ſe, ſed per aliud, ſcilicet ſubiectum, conuerteretur panis in corpus Chriſti. Et rurſus nihil prohiberet facta conſecratione remanere formam panis cum ceteris accidentibus remanentibus, quod conſtat eſſe falſum.

¶ In reſponſione ad ſecundum eiuſdem 6. ar. occurrit ſecundū, quod eſt ex Scoto in 4. ſen. d. 11. q. 3 contra hanc literam, ponentem formam panis conuerti in animam Chriſti, ſecundū quòd dat eſſe corporeum. Arguitque dupliciter, ſi hoſtia conſecrata a Chriſto in cœna, fuiſſet triduo mortis ſeruata, permanſiſſet eadem res primo contenta ſub hoſtia. ergo permanſiſſet eadē forma corporis Chriſti conſtituens illud corpus: ſed anima Chri- K ſti non permanſit in conſtituendo corpus illud: quia fuit ſeparata a corpore. ergo conuerſio non fuit facta in animam Chriſti. Omnia ſunt clara. Et prima conſequentia patet ex eo, quòd res primo contenta eſt corpus Chriſti.

¶ Præt. Conuerſio realis debet fieri in rem realem, ut realem: ſed anima intellectiua ut dat eſſe corporeum diſtinguendo contra eſſe animatum, nō eſt quid reale ut reale, ſed potius ut ratio, ſicut commune non eſt aliquid præter ſingularia. ergo illa conuerſio non eſt in animam Chriſti ſub tali ratione.

¶ Ad hoc dicitur quòd quia corpus Chriſti unum & idem eſt quod continetur ſub hoſtia, & quod eſt ſecundum ſe, eadem eſt ſententia de identitate corporis Chriſti in rerum natura, & in ſacramento: non enim oportet magis ſeruare identitatem corporis Chriſti in ſacramento, quàm in rerum natura. Et propterea dicitur ad aſſumptam conditionalem, quòd res primo contenta fuiſſet in illo triduo eadem triplici identitate numerali, ſcilicet hypoſtaſis, eſſe actualis exiſtentiæ, & materiæ, & fuiſſet non eadē formaliter, ſicut in rerū natura corp⁹ Chriſti in illo triduo erat idē numero, hypoſtaſi, exiſtentia & materia, nō aūt forma, quia forma cadaueris genita ī morte Chriſti dabat tūc eſſe corporeū. Et hoc eſt philoſophiæ conſentaneū: immo ſm illius principia neceſſariū: quia corruptio unius eſt generatio alterius: nec min⁹ exercitatis in philoſophia abſurdū uideatur ponere formā cadaueris in corpore Chři: ſicut nec abſurdū eis uideri debet, ꝙ oculi Chriſti mortui nō erāt oculi niſi æquiuoce, & ſic de aliis mēbris ſimilib⁹: nō dedecēt ſiquidem hæc Saluatorem noſtrū apud penetrātes ꝙ dignatus eſt ēt mori, & uſq; ad reſurrectionem ſuā pœnalitatibus finem nō imponere, ut ſeparatio animæ a corpoř euidēter teſtatur, durās uſq; ad dictā reſurrectionem.

¶ Et ſi cōtra hāc reſpōſionē obiiciat̄ ex eodē Scoto in 7. q. d. 10. ꝙ ſequeretur ſub hoſtia ſeruata illo triduo non eſſe corpus Chriſti, quia nō contenta fuiſſet ſub hoſtia materia ſola, quoniā materia cōtinet̄ ſub ſacramento, ut pars totius, hoc eſt corporis, materia aūt ſola nō eſt pars corporis nec materia cū anima Chřī, qa erat ſeparata ab illa, nec materia ſub noua forma: quia ſequerētur duo cōtradictoria, ſ. ꝙ materia haberet ſimul nouā formā, & non haberet illā, nā in eſſe naturæ haberet illā, & in ſacramēto non haberet illā, reſpondendū eſt, ꝙ fuiſſet in illo triduo materia cū forma noua ſub ſacramento: ita quòd quia ſecūdū ueritatē præſuppoſita unitate formæ in cōpoſito corp⁹ Chriſti in illo triduo conſtituebatur per nouā formam, ideo in ſacramento continebatur corpus per nouā formam conſtitutū. Et ſi inſtetur, quod in illam formam nūquam facta eſt conuerſio, reſpondetur quòd ſufficit fuiſſe factam conuerſionē in corpus Chriſti remanens ſemper idē numero, per quācūq; formam conſtituatur: quia ſemper remanet non ſolū eadem materia, ſed eadem hypoſtaſis, & quod plus eſt, idē eſſe: nam noua forma non dedit nouum eſſe, ſicut nec conſtituit nouam hypoſtaſim. Et iſta licet ſint mirabilia, ſunt tamē uera ſingulariter in Chriſto, et propterea corpus Chriſti in triduo propter diuerſitatē formæ nō niſi ſecundū quid efficitur aliud: ſimpliciter. n. & abſolute loquēdo, remanet, & eſt ſemp idem numero. Vř tamē, quòd noua illa forma, ſicut aduentitie pertinet ad corp⁹ Chriſti, in ſupplemētū ſeparatæ ad tēpus propriæ animæ, ita potius concomitāter quàm ex ui ſacramēti noua illa forma cōtenta fuiſſet ſub ſeruata tunc hoſtia.

¶ Ad ſecundū dř, cōcedendo ꝙ terminus conuerſionis eſt quid reale ut reale, & propterea negatur animā dantē eſſe corporeum, ut ſic eſſe rationē, aut minimā aliquā diminutionem realitatis ſonare. Licet. n. diſtinctio ipſi⁹ dātis eſſe corporeū a ſeipſa dāte eſſe animatū, ſit ratio ſeu rationis ens: ipſa tamē tam dans eſſe corporeū ut ſic, quàm dās eſſe animatū, ut ſic, non minus eſt realis vt realis, quàm ſi diſtingueretur a ſeipſa realiter: diſtinctio enim vel indiſtinctio huiuſmodi per accidens ſe habēt ad realitatem ipſius dantis hoc, & dantis illud.

¶ Et tu nouitie ſcito non referre ad fidei doctrinam, ſed ad philoſophicas opiniones, ſic uel aliter ſentire de identitate formali corporis Chriſti in triduo: tenentes enim unam tantum formam ſubſtantialem in compoſito (de quorum numero eſt Auctor) conſequenter dicunt ſic: opinantes autem eſſe plures formas ſubſtantiales in compoſito, aliter dicerent.

D.576. Ar. 4. huius q. ad 1. & 2.

Inf. qu. 77. arti. 1. & 6. cor. Et 4. d. 11. q. 1. ar. 1 q. 3. Et d. 12. q. 1. art. 1. q. 3. cor. Et quol. 9. ar. 5 ad 3. Et 1. cor. 11. lect. 4. fi.

*Art. præc.

†Li. 2. tex 4 & 6. t. 2

Ar. 2. & 4. huius q.

Ar. 8. huius quæſt.

## Articvlvs VI.

*Vtrum facta conſecratione, remaneat in hoc ſacramento forma ſubſtantialis panis.*

B Ad sextvm ſic procedit̄. Videtur quòd facta conſecratione, remaneat in hoc ſacramēto forma ſubſtantialis panis. Dictum eſt enim, * quòd facta conſecratione, remanent accidentia: ſed cum panis ſit quoddam artificiale, etiam forma eius eſt accidens. ergo remanet facta conſecratione.

¶ 2 Pręt. Forma corporis Chriſti eſt anima: dicit̄ enim in ſecundo de anima, † quòd anima eſt actus corporis phyſici, potentia uitam habētis: ſed non poteſt dici, quòd for- C ma ſubſtantialis panis cōuertatur in animam. ergo uidetur quòd remaneat facta conſecratione.

¶ 3 Præt. Propria operatio rei ſequitur formam ſubſtantialem eius: ſed illud, quod remanet in hoc ſacramento, nutrit, et omnem operationem facit, quam faceret panis exiſtens. ergo forma ſubſtantialis panis remanet in hoc ſacramento facta conſecratione.

Sed contra, Forma ſubſtantialis panis eſt de ſubſtantia panis: ſed ſubſtantia panis conuertitur in corpus Chriſti, ſicut di- D ctum eſt. *ergo forma ſubſtantialis panis non manet.

Respon. Dicēdum, ꝙ quidam poſuerunt, ꝙ facta conſecratione non ſolum remanent accidētia panis, ſed ēt forma ſubſtantialis eius. Sed hoc eſſe nō pōt. Primo quidē, quia ſi forma ſubſtantialis panis remaneret, nihil de pane conuerteretur in corpus Chriſti, niſi ſola materia, & ita ſequeretur ꝙ non conuerteretur in corpus Chři totū, ſed ī eius materiā, quod repugnat for- E mæ ſacramenti, qua dř, hoc eſt corpus meū. Secūdo, quia ſi forma ſubſtantialis panis remaneret, aut remaneret in materia, aut a materia ſeparata. Primum aūt eſſe nō pōt: quia ſi remaneret ī materia panis, tūc tota ſubſtantia panis remaneret, quod ē cōtra prædicta. † In alia autē materia remanere nō poſſet: quia propria forma non eſt niſi in propria materia. ſi autē remaneret a materia ſeparata, iam eſſet forma

intelligibilis actu, & etiã intelligens: nam omnes formæ a materia ſeparatæ, ſunt tales. Tertio eſſet incõueniens huic ſacramento: nam accidentia panis in hoc ſacramento remanẽt, ut ſub eis uideatur corpus Chriſti: non autem ſub propria ſpecie, ſicut ſupra dictum eſt. † Et ideo dicendum eſt, quòd forma ſubſtantialis panis non remanet.

Art. præc.

Ad primvm ergo dicendum, quòd nihil prohibet arte fieri aliquid, cuius forma non eſt accidẽs, ſed forma ſubſtantialis: ſicut arte poſſunt produci ranæ & ſerpentes: talem enim formam non producit ars uirtute propria ſed uirtute naturalium principiorum. Et hoc modo producit formam ſubſtantialem panis, uirtute ignis decoquentis materiam ex farina, & aqua confectam.

Ad 2m dicendum, quòd anima eſt forma corporis, dans ei totum ordinem eſſe perfecti, ſcilicet eſſe, et eſſe corporeum, & eſſe animatum, & ſic de aliis: conuertitur igitur forma panis [d] in formã corporis Chriſti, ſecundum quòd dat eſſe corporeum, non autem ſecundum quòd dat eſſe animatum tali anima.

D.577.

Ad 3m dicendum, quòd operationum panis, quędam conſequuntur ipſum ratione accidentium, ſicut immutare ſenſum, & tales operationes inueniuntur in ſpeciebus panis poſt conſecrationem, propter ipſa accidentia, quæ remanent: quædam autem operationes conſequuntur panem, uel ratione materiæ, ſicut quòd conuertatur in aliquid, uel ratione formæ ſubſtantialis, ſicut eſt operatio conſequens ſpeciem eius, puta quòd confirmat cor hominis. Et tales operationes inueniuntur in hoc ſacramento: non propter formam uel materiam quæ remaneat: ſed quia miraculoſe conferuntur ipſis accidentibus, ut infra dicetur.†

Q.77.ar.3.5.& 6

## Articvlvs VII.

*Vtrum iſta conuerſio fiat in inſtanti.*

Supra. ar. 3. cor. & infra q.78. art. 2. & 5. cor. & 4. d. 11. q. 1. ar. 2. cor. & ar. 3. q. 2. p totum. Et 4 cõtra c. 73.

AD septimvm ſic proceditur. Videtur quòd iſta conuerſio nõ fiat in inſtanti, ſed ſit ſucceſſiua. In hac enim conuerſione prius eſt ſubſtantia panis, & poſtea ſubſtantia corporis Chriſti. non ergo utrumq; eſt in eodem inſtanti, ſed in duobus inſtantibus: ſed inter qualibet duo inſtantia eſt tempus medium. ergo oportet quòd hæc conuerſio fiat ſecundum ſucceſſionem temporis, quod eſt inter ultimum inſtans quo eſt ibi panis, & primũ inſtans, quo eſt ibi corpus Chriſti.

¶2 Præt. In omni conuerſione eſt fieri & factũ eſſe: ſed hæc duo non ſunt ſimul: quia quod fit, non eſt, quod autem factum eſt, iam eſt. ergo in hac conuerſione eſt prius & poſterius, & ita oportet quòd non ſit inſtantanea, ſed ſucceſſiua.

Lib. 4. ca. 4. parũ a principio t. 4.

¶3 Præt.* Amb. dicit in lib. de ſacr. quòd iſtud ſacramẽtum, Chriſti ſermone conficitur: ſed ſermo Chriſti ſucceſſiue profertur. ergo hæc conuerſio fit ſucceſſiue.

Sed contra eſt, quòd hæc conuerſio perficitur uirtute infinita, cuius eſt ſubito operari.

Respon. Dicendum, ꝙ aliqua mutatio eſt inſtãtanea triplici ratione: uno quidem modo ex parte formę, quę eſt terminus mutationis: ſi. n. ſit aliqua forma quæ recipiat magis & minus, ſucceſſiue acquiritur ſubiecto, ſicut ſanitas. & ideo quia forma ſubſtantialis non recipit magis & minus, inde eſt, quòd ſubito fit eius introductio in materia: alio modo ex parte ſubiecti, quod quandoq; ſucceſſiue pręparatur ad ſuſceptionem formæ. et ideo aqua ſucceſſiue calefit: quando ue

F

ro ipſum ſubiectum eſt in ultima diſpoſitione ad formam, ſubito recipit ipſam, ſicut diaphanum ſubito illuminatur. Tertio modo ex parte agentis, quod eſt infinitæ uirtutis: unde ſtatim poteſt materiam ad formã diſponere: ſicut dicitur Mar. 7. quòd cum Chriſtus dixiſſet, Ephetha, quod eſt adaperire, ſtatim apertæ ſunt aures hominis, & ſolutum eſt uinculum linguæ eius. et his tribus rationibus hæc cõuerſio eſt inſtantanea. Primo quidem, quia ſubſtantia corporis Chriſti, ad quam terminatur iſta conuerſio, non ſuſcipit magis neque minus. ſecundo, quia in hac conuerſione nõ eſt aliquod [d] ſubiectum, quod ſucceſſiue præparetur. tertio, quia agitur dei uirtute infinita.

D.576.

G

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ quidã nõ ſimpliciter concedũt, ꝙ inter quælibet duo inſtãtia ſit tẽpus mediũ. Dicunt. n. ꝙ hoc habet locũ in duobus inſtantibus, quæ referuntur ad eundẽ motũ, non aũt in duob^9^ inſtantibus, quæ referuntur ad diuerſa: unde inter inſtans quod menſurat finem quietis, & aliud inſtãs qđ menſurat principium motus, non eſt tempus mediũ: ſed in hoc decipiuntur, quia unitas temporis & inſtãtis, uel etiam pluralitas eorum, non accipitur ſecundũ quoſque motus, ſed ſecundum primum motum cæli, qui eſt menſura omnis motus & quietis. et ideo alii hoc concedunt in tẽpore, quod menſurat motũ depẽ-

H

dentẽ ex motu cæli. ſunt aũt quidã motus, ex motu cæli non dependentes, nec ab eo menſurati, ſicut in prima parte dictum eſt † de motibus angelorũ; unde inter duo inſtantia illis motibus reſpondentia, nõ eſt tẽpus medium: ſed hoc nõ habet locũ in propoſito, quia quãuis iſta conuerſio ſecundũ ſe nõ habeat ordinẽ ad motum cæli, conſequitur tñ prolationem uerborum, quã neceſſe eſt motu cæli menſurari, & ideo neceſſe eſt inter quælibet duo inſtantia circa iſtam conuerſionem ſignata, [o] eſſe tempus medium. quidam ergo dicunt, ꝙ inſtans, in quo ultimo eſt panis, & inſtans in quo primo eſt corpus Chriſti, ſunt quidem duo per comparationem ad menſurata, ſed ſunt unum per comparatio-

1. par. q. 53 ar. 3

D.741.

I

nem ad tempus menſurans: ſicut cum duæ lineæ ſe cõtingunt, ſunt duo puncta ex parte duarum linearum, unum autẽ punctum ex parte loci cõtinentis: ſed hoc non eſt ſimile, quia inſtans & tempus, particularibus motibus non eſt menſura intrinſeca, ſicut linea & pũctus corporibus, ſed ſolum extrinſeca, ſicut corporibus locus. unde alii dicunt, ꝙ eſt idem inſtans re, ſed aliud ratione. ſed ſecundum hoc ſequeretur, ꝙ realiter oppoſita eſſent ſimul, nam diuerſitas rationis non uariãt aliquid ex parte rei. Et ideo dicendum eſt, ꝙ hæc conuerſio (ſicut dictum eſt †) perficitur per uerba Chriſti, quæ a ſacerdote proferuntur, ita quòd ultimum inſtans prolationis uerborum, eſt primum inſtãs, in quo eſt in ſacramẽto corpus Chriſti: in toto autem tempo-

In cor. art.

K

re præcedente eſt ibi ſubſtantia panis, cuius temporis non eſt accipere aliquod inſtans, proximo præcedens ultimum, quia tempus non componitur ex inſtãtibus conſequenter ſe habentibus, ut probatur 6.* Phyſi. Et ideo eſt quidem dare primum inſtans, in quo eſt corpus Chriſti, non eſt autem dare [d] ultimum inſtans, in quo ſit ſubſtantia panis, ſed eſt dare ultimum tempus. Et idem eſt in mutationibus naturalibus, ut patet per Philoſophum in 8. Phyſi. †

Li. 6. Phyſ. a princ. ... 10. tex. com. D.744.

Lib. 8. tex. 72. t. 1

Ad 2m dicendum, quòd in mutationibus inſtantaneis ſimul eſt fieri & factum eſſe: ſicut ſimul eſt illuminari & illuminatum eſſe: dicitur enim in talibus factum eſſe, ſecundum quòd iam eſt: fieri autem, ſecundum quòd ante non fuit.





Ad 3m dicendum, quòd iſta conuerſio (ſicut dictum eſt*) fit in ultimo inſtanti prolationis uerborũ: tunc enim completur uerborum ſignificatio, quæ eſt efficax in ſacramentorum formis. & ideo nõ ſequitur, quòd iſta conuerſio ſit ſucceſſiua.

## Articvlvs VIII.

*Vtrum hæc ſit falſa, Ex pane fit corpus Chriſti.*

AD octavvm ſic proceditur. Videtur quòd hæc ſit falſa, ex pane fit corpus Chriſti. Omne enim id ex quo fit aliquid, eſt id quod fit illud, ſed non conuertitur: dicimus enim quòd ex albo fit nigrum, & quòd album fit nigrum. & licet dicamus quòd homo fiat niger, non tamen dicimus, quòd ex homine fiat nigrum, ut patet in 1. Phyſi. ſi ergo uerum eſt, quòd ex pane fiat corpus Chriſti, uerum erit dicere, quòd panis fiat corpus Chriſti, quod uidetur eſſe falſum: quia panis non eſt ſubiectũ factionis, ſed magis eſt terminus. ergo nõ uere dicitur, quòd ex pane fiat corpus Chriſti.

¶2 Præt. Fieri terminatur ad eſſe uel ad factum eſſe: ſed hæc numquam eſt uera, panis eſt corpus Chriſti, uel panis eſt factus corpus Chriſti, uel etiam, panis erit corpus Chriſti. ergo uidetur, quòd nec etiam hęc ſit uera, ex pane fit corpus Chriſti.

¶3 Præt. Omne id, ex quo fit aliquid, cõuertitur in id, quod fit ex eo: ſed hæc uidetur eſſe falſa, panis conuertitur in corpus Chriſti: quia hæc conuerſio uidetur eſſe miraculoſior, quàm creatio mundi, in qua tamẽ nõ dicitur, quòd non ens conuertitur in ens. ergo uidetur quòd etiam hæc ſit falſa, ex pane fit corpus Chriſti.

¶4 Præt. Illud, ex quo fit aliquid, poteſt eſſe illud: ſed hæc eſt falſa, panis poteſt eſſe corpus Chriſti. ergo & hæc eſt falſa, ex pane fit corpus Chriſti.

Sed contra eſt, quòd* Ambr. dicit in libro de ſacramentis, ubi accedit conſecratio, de pane fit corpus Chriſti.

Respon. Dicendum, quòd hæc conuerſio panis in corpus Chriſti, quantum ad aliquid, conuenit cum creatione & cum trãſmutatione naturali, & quãtum ad aliquid, differt ab utroque. Eſt enim commune his tribus ordo terminorum, ſcilicet ut poſt hoc ſit hoc (in creatione enim eſt, eſſe poſt non eſſe, in hoc ſacramẽto, corpus Chriſti poſt ſubſtantiã panis, in trãſmutatione naturali album poſt nigrum, uel ignis poſt aerem) & quòd prædicti termini non ſint ſimul. Conuenit autem conuerſio, de qua nunc loquimur, cum creatione: quia in neutra earum eſt aliquod commune ſubiectum utrique extremorum, cuius contrarium apparet in omni tranſmutatione naturali. Conuenit uero hæc cõuerſio cũ trãſmutatione naturali in duobus, licet non ſimiliter. Primo quidem, quia in utraque unum extremorum tranſit in aliud (ſicut panis in corpus Chriſti, & aer in ignem) non autem non ens conuertitur in ens. Aliter tamẽ hoc accidit utrobiq; nam in hoc ſacramento tota ſubſtantia panis trãſit in totum corpus Chriſti, ſed in tranſmutatione naturali materia unius ſuſcipit formam alterius, priori forma depoſita. Secundo, conueniunt in hoc, quòd utrobiq; remanet aliquid idem, quod non accidit in creatione. Differenter tamen: nam in tranſmutatione naturali remanet eadem materia uel ſubiectum, in hoc autem ſacramento remanent eadem accidentia, & ex his poteſt accipi qualiter differenter in talibus loqui debeamus: quia enim in nullo prædictorum trium extre-

A

ma ſunt ſimul, ideo in nullo eorum poteſt unum extremum de alio prædicari per uerbum ſubſtantiuum præſentis temporis: non enim dicimus, non ens eſt ens, uel panis eſt corpus Chriſti, uel aer eſt ignis, uel album eſt nigrum: propter ordinem uero extremorũ poſſumus uti in omnibus hac præpoſitione ex, quæ ordinem deſignat: poſſumus enim uere & proprie dicere, quòd ex non ente fit ens, & ex pane corpus Chriſti, & ex aere ignis, uel ex albo nigrum: quia uero in creatione unum extremorum non tranſit in alterum, non poſſumus in creatione uti uerbo conuerſionis, ut dicamus, quòd non ens conuertitur in ens: quo tamen uerbo uti poſſumus in hoc ſacramento, ſicut &

B

in tranſmutatione naturali. ſed quia in hoc ſacramẽto tota ſubſtantia in totam ſubſtantiam mutatur: propter hoc, hæc conuerſio proprie tranſubſtantiatio uocatur. Rurſus, quia huius conuerſionis non eſt accipere aliquod ſubiectum, ea quæ uerificantur in conuerſione naturali ratione ſubiecti, non ſunt concedenda in hac conuerſione, & primo quidem manifeſtum eſt, quòd potentia ad oppoſitum, conſequitur ſubiectum, ratione cuius dicimus, quòd album poteſt eſſe nigrum, & aer poteſt eſſe ignis: licet hæc non ſit ita propria, ſicut prima. Nam ſubiectum albi (in quo eſt potentia ad nigredinem) eſt tota ſubſtantia albi, non

C

enim albedo eſt pars eius: ſubiectum autem formæ aeris, eſt pars eius. unde cum dicitur, aer poteſt eſſe ignis, uerificatur ratione partis per ſynecdochem: ſed in hac conuerſione, & ſimiliter in creatione, quia nullum eſt ſubiectum, non dicitur quòd unum extremũ poſſit eſſe aliud, ſicut quòd non ens poſſit eſſe ens, uel quòd panis poſſit eſſe corpus Chriſti, & eadem ratione non poteſt proprie dici, quòd de nõ ente fiat ens, uel quòd de pane fiat corpus Chriſti: quia hæc præpoſitio De, deſignat cauſam conſubſtantialẽ, quæ quidem conſubſtantialitas extremorum in tranſmutationibus naturalibus, attenditur penes conueniẽtiam in ſubiecto, & ſimili ratione non conceditur, quòd panis erit corpus Chriſti, uel quòd fiat corpus Chri-

D

ſti, ſicut neque conceditur in creatione, quòd nõ ens erit ens, uel quòd non ens fiat ens: quia hic modus loquendi uerificatur in tranſmutationibus naturalibus ratione ſubiecti: puta cum dicimus quòd album fit nigrum, uel album erit nigrum: quia tamen in hoc ſacramento, facta conuerſione aliquid idem manet, ſcilicet accidentia panis (ut ſupra dictum eſt*) ſecundum quandam ſimilitudinem aliquæ harum locutionum poſſunt concedi, ſcilicet quòd panis ſit corpus Chriſti, uel panis erit corpus Chriſti, uel de pane fit corpus Chriſti, ut nomine pa-

Ar. 5. huius quæſt.

E

nis non intelligatur ſubſtantia panis, ſed in uniuerſali hoc, quod ſub ſpeciebus panis cõtinetur, ſub quibus prius continetur ſubſtantia panis, & poſtea corpus Chriſti.

Ad primvm ergo dicendum, quòd illud, ex quo aliquid fit, quãdoque quidem importat ſimul ſubiectum cum uno extremorum tranſmutationis: ſicut cum dicitur, ex albo fit nigrum, & ſic etiam dici poteſt, hoc fit illud, id eſt, album fit nigrum: quãdoq; uero importat ſolum oppoſitum uel extremum, ſicut cum dicitur, ex mane fit dies: & ſic non conceditur quòd hoc fiat illud, id eſt, quòd mane fiat dies, & ita etiam in propoſito, licet proprie dicatur, quòd ex pane fiat corpus Chriſti: non tamen proprie dicitur, ꝙ panis fiat corpus Chriſti, niſi ſecundum quandam ſimilitudinem, ut dictum eſt*.

In corp. art.

Ad 2m dicendum, quòd illud, ex quo fit aliquid, quandoq; erit illud propter ſubiectum quod importatur, & ideo cum huius conuerſionis non ſit aliquod ſubiectum, non eſt ſimilis ratio.

D.576.

Ad 3m dicendum, quòd in hac cõuerſione ſunt plura difficilia quàm in creatione, in qua hoc ſolum difficile eſt, quòd aliquid fit ex nihilo, quod tamẽ pertinet ad proprium modum productionis primæ cauſæ, quæ nihil aliud præſupponit: ſed in hac conuerſione non ſolum eſt difficile, quòd hoc totum conuertitur in illud totum, ita quòd nihil prioris remaneat (quod non pertinet ad communem modum productionis alicuius cauſæ) ſed etiam habet hoc difficile, quòd accidentia remaneant corrupta ſubſtantia, & multa alia, de quibus in ſequentibus agetur:* tamen uerbum cõuerſionis recipitur in hoc ſacramento, non autem in creatione, ſicut dictum eſt.*

Q.77. In corp. ar.

Ad 4m dicendum, quòd ſicut dictum eſt, potentia pertinet ad ſubiectum, quod non eſt accipere in hac conuerſione, & ideo non conceditur, quòd panis poſſit eſſe corpus Chriſti: non enim hæc conuerſio fit per potentiam paſſiuam creaturæ, ſed per ſolam potentiã actiuam creatoris.

## QVAESTIO LXXVI.

*De modo quo Chriſtus eſt in hoc ſacramento, in octo articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de modo, quo Chriſtus exiſtit in hoc ſacramento.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum totus Chriſtus ſit ſub hoc ſacramento.
¶ Secundo, Vtrum totus Chriſtus ſit ſub utraque ſpecie ſacramenti.
¶ Tertio, Vtrum totus Chriſtus ſit ſub qualibet parte ſpecierum.
¶ Quarto, Vtrum dimenſiones corporis Chriſti totæ ſint in hoc ſacramento.
¶ Quinto, Vtrum corpus Chriſti ſit in hoc ſacramento localiter.
¶ Sexto, Vtrũ corpus Chriſti moueatur ad motum hoſtiæ, uel calicis poſt conſecrationem.
¶ Septimo, Vtrum corpus Chriſti prout eſt in hoc ſacramẽto, poſſit uideri ab aliquo oculo ſaltẽ glorificato.
¶ Octauo, Vtrum uerum corpus Chriſti remaneat in hoc ſacramento, quando miraculoſe apparet ſub ſpecie pueri uel carnis.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum totus Chriſtus contineatur ſub hoc ſacramento.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd non totus Chriſtus contineatur ſub hoc ſacramẽto. Chriſtus enim incipit eſſe in hoc ſacramento per conuerſionẽ panis & uini, ſicut dictum eſt:* ſed manifeſtum eſt, quòd panis & uinum non poſſunt conuerti, neque in diuinitatem Chriſti, neque in eius animam. Cum ergo Chriſtus exiſtat ex tribus ſubſtantiis, ſcilicet diuinitate, anima, & corpore (ut ſupra habitũ eſt †) uidetur quòd totus Chriſtus non ſit ſub hoc ſacramento.

Infr. q. 79. arti. 1. ad 3. Et 4. d. 1. articu. 1. Et quo. 7. ar. 8. Et Ioan. 6. lect. 6. *Q. 75. ar. 4. Q. 74. ar. 1.

¶ 2 Præt. Chriſtus eſt in hoc ſacramento, ſecundum quòd competit refectioni fidelium, quæ in cibo et potu conſiſtit, ſicut ſupra dictũ ẽ:* ſed Dominus dicit Io. 6. Caro mea uere eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus. ergo ſolum caro & ſãguis Chriſti continentur in hoc ſacramento. ſunt autem multæ aliæ partes corporis Chriſti: puta nerui, oſſa, & alia huiuſmodi. non ergo totus Chriſtus continetur ſub hoc ſacramento.

¶ 3 Præt. Corpus maioris quantitatis, non poteſt totum contineri ſub minoris quantitatis menſura: ſed menſura panis & uini conſecrati, eſt multo minor quàm propria menſura corporis Chriſti. non poteſt ergo eſſe, ꝙ totus Chriſtus ſub hoc ſacramento contineatur.

SED CONTRA eſt, quòd Ambro.* dicit in lib. de Offi. In illo ſacramento Chriſtus eſt.

Refert de conſ. d. 2. c. ante benedictionẽ, &c. In ſacramẽto. Et habet de his qui myſteriis initiãtur, c. 9.

RESPON. Dicendum, quòd omnino neceſſe eſt confiteri ſecundum fidem catholicam, quòd totus Chriſtus ſit in hoc ſacramento. Sciendũ tamen, quòd aliquid Chriſti eſt in hoc ſacramẽto dupliciter. Vno modo, quaſi ex ui ſacramẽti, alio modo, ex naturali concomitãtia. Ex ui quidem ſacramẽti eſt ſub ſpeciebus huius ſacramenti id, in quod directe cõuertitur ſubſtantia panis et uini præexiſtens: prout ſignificatur per uerba formæ, quæ ſunt effectiua in hoc ſacramento, ſicut & in ceteris, puta cum dicitur, hoc eſt corpus meum, uel, hic eſt ſanguis meus. Ex naturali autem concomitantia eſt in hoc ſacramento illud, quod realiter eſt coniunctum ei, in quod prædicta conuerſio terminatur: ſi enim aliqua duo ſunt realiter coniuncta, vbicumque eſt vnũ realiter, oportet & aliud eſſe. Sola enim operatione animæ diſcernũtur, quæ realiter ſunt coniuncta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia conuerſio panis & vini, non terminatur ad diuinitatem vel animam Chriſti, conſequens eſt quòd diuinitas vel anima Chriſti non ſit in hoc ſacramẽto ex vi ſacramenti, ſed ex reali cõcomitantia: quia enim diuinitas corpus aſſumptum numquàm depoſuit, vbicũque eſt corpus Chriſti, neceſſe eſt & eius diuinitatem eſſe, & ideo in hoc ſacramento neceſſe eſt eſſe diuinitatem Chriſti, concomitantem eius corpus. Vnde in Symbolo Epheſino* legitur, Participes efficimur corporis, & ſanguinis Chriſti, non vt communem carnem percipientes, nec viri ſanctificati & verbo coniuncti ſecundum dignitatis vnitatem, ſed vere viuificatricem, & ipſius Verbi propriam factam. Anima vero realiter ſeparata fuit a corpore, vt ſupra dictum eſt. † & ideo ſi in illo triduo mortis fuiſſet hoc ſacramentum celebratum, non fuiſſet ibi anima Chriſti, nec ex vi ſacramenti, nec ex reali concomitantia: ſed quia Chriſtus reſurgẽs ex mortuis, iam non moritur (vt dicitur Rom. 6.) anima eius ſemper eſt realiter corpori eius vnita. & ideo in hoc ſacramento corpus quidem Chriſti eſt ex vi ſacramenti, anima autem Chriſti, ex reali concomitantia.

Habetur in Conc. Eph. in epiſto. ad Neſtorium a me- ... refertur in conſecr. d. 1. c. neceſſ... † Q. 50. ar. 13 & 4.

AD 2m dicendum, quòd ex vi ſacramenti ſub hoc ſacramento continetur quantum ad ſpecies panis, non ſolum caro, ſed totum corpus Chriſti, ſcilicet oſſa, nerui, & alia huiuſmodi. Et hoc apparet ex forma huius ſacramenti, in qua non dicitur, hæc eſt caro mea, ſed hoc eſt corpus meum. Et ideo cum Dominus dixit Ioan. 6. Caro mea vere eſt cibus: caro ponitur ibi pro toto corpore, quia ſecundum conſuetudinem humanam videtur eſſe magis manducationi accommodata, prout ſcilicet homines carnibus animalium veſcuntur communiter, non autẽ oſſibus vel alijs huiuſmodi.

AD 3m dicendũ, quòd (ſicut ſupra dictum eſt †) facta conuerſione panis in corpus Chriſti, vel vini in ſanguinem, accidentia utriuſque manent. Ex quo patet ꝙ dimẽſiones panis vel vini non conuertuntur in dimenſiones corporis Chriſti, ſed ſubſtantia in ſubſtantiã: & ſic ſubſtantia corporis Chriſti vel ſanguinis, eſt ſub hoc ſacramento ex vi ſacramenti, non autẽ dimenſiones corporis vel ſanguinis Chriſti. unde patet, ꝙ corpus Chriſti eſt in hoc ſacramẽto p modũ ſubſtantiæ, & non per modum quantitatis. Propria autẽ totalitas ſubſtantiæ continetur indifferenter in parua vel magna quãtitate, ſicut tota natura aeris in magno vel paruo aere, & tota natura hominis in magno vel paruo hoĩe. unde & tota ſubſtantia corporis & ſanguinis Chriſti continetur in hoc ſacramento poſt conſecrationẽ, ſicut ante cõſecrationẽ cõtinebat ibi tota ſubſtãtia panis & vini.

Q. 75. ar. 5.

¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæſextæ Articulum primum.*

IN titulo 1. ar. ly totus Chriſtus, importat eius diuinitatem & humanitatẽ, animam & corpus, parteſq; corporis omnes.

¶ In corpore eiuſdẽ arti. dubium occurrit ex Durã. in 4. ſen. diſtinct. 10. q. 2. cõtra hanc propoſitionem cõmunẽ arguẽte. ſ. ſi aliqua duo ſũt realiter coniũcta, ubicumq; eſt unum realiter, oportet & reliquum eſſe. Soluit. n. primo eam, dicens eſſe ueram de exiſtẽtia in loco localiter: non autem de exiſtẽtia in loco alicubi per habitudinẽ præſentiæ, qualiter contingit in propoſito. Et ratio eſt: quia duorũ realiter coniũctorũ, poteſt alterũ habitudinẽ habere pſentiæ ad aliquid, & reliquũ non habere illã. Affert deinde inſtantiã: quia corpori Chriſti coniunctũ realiter eſt de facto eſſe in cælo, & tamen illud eſſe in cęlo non eſt ſub hoc ſacramento etiã concomitanter.

¶ Ad hoc dicitur ꝙ aliud eſt, loqui de habitudine in communi, & aliud eſt loqui de habitudine tali, puta contenti ad continens: licet enim duorum coniũctorum realiter, unũ poſſit habere habitudinem ad aliquid, & reliquum non, tamen non poteſt unũ eorum habere habitudinem contenti ad continens &, reliquum non. Et quia de tali habitudine eſt præſens ſermo (quoniam credimus Chriſtum ueraciter contineri ſub ſpecie panis) ideo ſolida ſtat communis propoſitio aſſumpta in litera & uera non ſolum de exiſtentia alicubi localiter: ſed etiam de exiſtentia reali ſacramentaliter, quam ſignificamus per contineri ſub ſacramento.

¶ Ad inſtantiam autem dicitur, quòd propoſitio dicta ab omnibus intelligitur de his q̃ inſunt Chriſto abſolute & non per reſpectũ ad extrĩſecum, de quorũ numero eſt eſſe in loco. Et hanc limitationẽ ſubintellectam explicat inferius Auctor in art. 5. ad tertium.

¶ In eodem art. in reſponſione ad tertiũ, nota nouitie nouos terminos, ſcilicet per modum ſubſtantiæ, per modum quantitatis: et aduerte pro hoc loco & pro arti. 3. & 4. ſpecialiter, ne oporteat idem ſæpius repetere, tria haberi in litera ab Auctore de iſtis modis. Primum attribuitur modo ſubſtantiæ, quòd propria totalitas ſubſtantiæ cõtinetur indifferenter in parua, uel in magna quantitate, & per hoc intellige quoque ſuum oppoſitum, ſcilicet quòd modo quantitatis attribuitur, ꝙ totalitas quantitatiua non cõtinetur indifferenter in parua uel in magna quantitate, ſed præciſe in æquali. Secundum, quod explicatur in arti. 3. eſt, quòd modo ſubſtantiæ attribuitur, quòd natura ſubſtantiæ tota eſt ſub qualibet parte dimenſionũ ſub quibus continetur, & per oppoſitum intellige attribui modo quãtitatis, quòd tota quãtitas non eſt ſub qualibet parte dimẽſionum loci ſub quibus continetur. Tertium explicatiuum vtriuſque, quod in ar. 4. ad primum ponitur, eſt quòd modo ſubſtantiæ attribuitur, ꝙ eius natura eſt tota in toto & tota in qualibet parte, & per oppoſitum modo quantitatis attribuitur, vt ſit tota in toto loco, & ſingulæ partes in ſingulis partibus.

¶ In quibus omnibus eſto ſemper cautus, cum de tota ſubſtantia aut tota natura ſermo eſt, quoniam non de totalitate partium quantitatiuarum, ſed partium eſſentialiũ loquimur. Et perinde eſt dicere, tota ſubſtantia, ac ſi diceretur integra ſpecies ſubſtantiæ: integritas enim ſpeciei vocatur propria totalitas ſubſtantiæ: non quia in ſola ſubſtãtia inuenitur, cum inueniatur etiam in accidentibus integritas ſpecifica: ſed quia primo inuenitur in ſubſtantia, & directe diſtinguitur contra totalitatem quantitatiuam: ita quòd oppoſitæ conditiones vtriuſque, vtrãque nobis manifeſtant. Eſt igitur ſenſus primę differentiæ in litera attributæ his modis, ſcilicet per modum quantitatis, & per modum ſubſtantiæ, quòd integritas ſpecifica ſubſtantiæ poteſt contineri in magna & in parua quantitate (vt patet in homogeneis, & heterogeneis, in litera) totum autem quãtitatiuum vt ſic, non niſi ſub æquali primo continetur: oportet enim locũ, & locatum æquari. Et ſimiliter ſenſus tam ſecundæ quàm tertiæ differẽtiæ eſt, quòd integritas ſpecifica ſubſtantiæ eſt tota, ideſt, ſecundum ſuam integritatem in toto quantitatiuo, & in qualibet quantitatis parte. Sed eſt hic dubitationis locus, quoniam euidenter conſtat in ſubſtantiis heterogeneis non eſſe has conditiones ueras, ſed in homogeneis tantum. licet enim integritas naturæ ignis, aeris, panis, & cuiuſcumque alterius homogenei ſit tota, ideſt ſecundum ſuam integritatem ſpecificam ſub tota quantitate ſua, & ſimiliter ſub qualibet eius parte, quælibet enim pars ignis eſt ignis, & quælibet pars panis eſt panis &c. integritas tamen naturæ humanæ eſt ita ſecundum ſuam integritatem in toto, ꝙ non eſt ſecundum ſuam integritatem in qualibet parte, vnde non quælibet pars hominis eſt homo. Et propterea videtur, quòd iſtæ duæ differentiæ non ſint ſubſtantiæ, ſed ſubſtantiæ talis, hoc eſt homogeneæ, & incaute loquutus videtur Auctor ſeu falſe, attribuendo hoc modo ſubſtantiæ abſolutæ. Ad hoc dicitur, ſermonem Auctoris eſſe formalem de ſubſtantia, & ſubſtantiæ modo abſolute, vt patet ex eo quòd ſiue ſubſtantia ſit ſimplex ſiue ex materia & forma compoſita, ſemper ſpecifica integritas ſubſtantiæ ſaluatur in tota quantitate, & in qualibet eius parte: & de ſimplici quidem liquet, de compoſita vero ex materia & forma manifeſtatur ex eo, quòd non reſpondet forma vni parti quantitatiuæ, & materia alteri parti quantitatiuæ. Nec ex ratione compoſiti ex materia & forma aliquid inuenitur obſtare ad hoc, quòd integrum compoſitum ſit in qualibet parte: alioquin hoc non ſaluaretur in ſubſtantiis homogeneis, quas conſtat compoſitas eſſe, ex materia, & forma. Vnde accidit ſubſtantiæ ex hoc quòd heterogenea eſt, quòd non ſit tota in qualibet parte, & accidit hoc ex parte materiæ, quam oportet difformem eſſe in talibus ſubſtantiis.

¶ Dubium alterũ ſupereſt, an per modum ſubſtantiæ intelligat Auctor id, quod communiter dicitur eſſe indiuiſibiliter. Et eſt ratio dubii, quia in artic. 3. Auctor declarando modum ſubſtantiæ dicit, per modũ ſubſtãtiæ, ideſt, per modum, quo ſubſtãtia eſt ſub dimenſionibus: ex hac enim declaratione habetur, quòd modus ſubſtantiæ non importat indiuiſibilitatem: nam ſubſtãtia ſub dimenſionibus non eſt indiuiſibiliter, immo extenditur.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd eſſe per modum ſubſtãtiæ importat id, quod communiter dicitur, eſſe indiuiſibiliter: ad hunc enim modum ſpectãt omnes conditiones, & differẽtiæ ſupra poſitæ. Sed caute attẽdendum eſt, quòd indiuiſibilitas reſpicit propriam totalitatem ſubſtantiæ, hoc eſt integritatem naturæ: ita quòd dicere quòd ſubſtantia eſt indiuiſibiliter, eſt dicere quòd integritas ſpecifica ſubſtantiæ non diuiditur ſecundum diuiſionem dimenſionum ſeu partiũ quãtitatiuarum: quia non reſpondet vna pars ſpecificæ naturæ uni parti quantitatiuę & altera alteri: ſed integritas naturæ ita eſt ſub totis dimenſionibus, quòd etiam integra natura eſt ſub qualibet parte dimenſionum. Eſt ergo ſubſtantia per modum ſubſtantiæ, ideſt indiuiſibiliter ſecundum integritatem naturę ſub dimenſionibus, & cum hoc ſtat, quòd extendatur ſub dimenſionibus: quoniam huiuſmodi extenſio non tollit indiuiſibilitatem integritatis naturę: ſed ponit ſolam diuiſionem quantitatiuam ex eo quòd afficit illam ſolam vt ſubiectum, quam etiam non poneret in illa ſubſtantia exiſtente ſub ipſa, ſi non afficeret illam. Et propterea corpus Chriſti ſuccedens ſubſtantiæ panis, quantum ad ſubeſſe dimenſionibus remanentibus, & non quantum ad affici dimenſionibus illis, non extenditur ad extenſionem dimenſionum: ſicut extendebatur per illas ſubſtantia panis ex hoc quòd afficiebatur illis, vt ſubiectum ipſarum.

¶ Conclude ergo & tene, quòd ſubſtantiam per modum ſubſtantiæ exiſtere in aliquo, eſt ſubſtantiam indiuiſibiliter eſſe in illo. Et non dico ſubſtantiam eſſe indiuiſibilem, ſed ſubſtantiam eſſe indiuiſibiliter in illo: hoc eſt, ſubſtantiam ſe habere ad illud indiuiſibiliter, & non quantitatiue ſeu diuiſibiliter, hoc eſt coextenſe, ſicut quantitas locati coextenditur quantitati loci.

¶ Su-

*¶ Super Quæſtionis ſeptuageſimæſextæ Articulum ſecundum.*

IN 2.ar.circa id quod in calce corporis dicitur ſicut erat in rei veritate,chimera potius quàm dubitatio ex Sco.in di.10. q.44.ſent.occurrit,tenente quòd non ſequitur ſimpliciter neceſſario,ſi corpus Chriſti habet partes, & proprietates ſuas, ſub modo ſacramentali, ꝙ habeat eas ſub exiſtentia naturali. Et intantū procedit, quòd ponit ꝙ ante incarnationem verbi dei potuit ita vere euchariſtia fuiſſe ſicut & nunc, & hoc tam quantū ad ſignificationem, q̃ quantum ad rem ſignatam & contentam. Et rurſus,ſi corpus Chriſti annihilaretur, ſecundum ſuum eſſe naturale, euchariſtia tamen vere poſſet manere etiam quantum ad rem contentā: ſi tamen corpus Chriſti corrumperetur corruptione naturali, (puta, quia forma corporeitatis ſepararetur a materia prima) non remaneret euchariſtia quo ad rem contentam. Et fundamentum Scoti eſt: quando exiſtētia aliqua eſt indifferens ad duos modos, poteſt ſimpliciter haberi ſub vno modo ſic, quòd non ſub alio: ſed exiſtentia corporis Chriſti ſimpliciter ſeu realiter indifferens eſt ad iſtos duos modos ſcilicet naturalem, & ſacramentalem. ergo poteſt haberi ſuo vno ſine altero. Et ſi dicatur, inquit Scotus, quòd maior propoſitio intelligitur,quando neuter modus dependet ab altero, modus autē ſacramentalis dependet a naturali,contra.exiſtentia ſub modo naturali,non eſt de eſſentia exiſtentiæ ſub modo ſacramentali, nec eſt eius cauſa.ergo iſta non dependet ab illa. Prima pars huius antecedentis patet,quia res euchariſtiæ non habet ibi modum exiſtendi naturalem,ſed extenſiuum:haberet autem ſi eſſet de eſſentia illius exiſtentiæ,quia omne habens aliquid, habet illud quod eſt de eſſentia eius. Secunda pars probatur, quia deus eſt cauſa immediata illius exiſtentiæ, ſcilicet, corporis Chriſti in ſacramento. Præterea, Euchariſtia non depēdet a modo naturali vt a ſacramento vel re ſacramenti, quod vltimum probatur,quia res ſacramenti eſt exiſtentia ſub alio modo diſparato,ideſt,ſacramentali. Præterea,Deus poteſt ſine quocūq; cauſato extrinſeco alicui,illud cauſare:ſed exiſtentia modo naturali non eſt intrinſeca euchariſtiæ.ergo &c. Et ſi dicas, quòd maior eſt vera de abſolutis & non de reſpectu,quia reſpectus ſine fundamento & termino fieri nequit, euchariſtia autem includit reſpectum,cuius terminus eſt exiſtentia modo naturali, contra.exiſtentia,licet ſit eadem ſub duobus modis,ſcilicet naturali & ſacramentali,tamen non eſt terminus relationis, quæ includitur in euchariſtia ſub modo naturali, ſed ſub modo diſparato. Quod probatur, Eo modo eſt res contenta in euchariſtia,quo modo eſt primum ſignatum huius ſigni: ſed exiſtentia ſub modo naturali non continetur hic realiter, ſed ſub modo alio diſparato,ſcilicet ſacramētali.ergo. Multa alia affert Scot.

Infr. q. 78. arti 6.ad 2. & q.79.art. 1. ad 3. & q.80.a. 12. ad 3. & 4. diſ.11.q.2. ar.1.q.1.ad 2. Et Io. 6. lect.7.2. & 1. cor. 11. lect.6.

Ar. præced.

Li.3.de genera.animalium. ca. 2. tom.4.

[F] quæ etiam referre pudet:ne tanto tempore in chimeris verſer. ¶ Ad aliqualem claritatem horum,ſcito dignum admiratione eſſe, quòd cum Scotus ſupra corpus Chriſti verum quod eſt in cælo, nihil addere ponat eſſe in hoc ſacramento, niſi terminū extrinſecus aduenientem (puta reſpectum præſentiæ ad ſpecies panis) quomodo potuerit etiā fingere,ſi auferret corpus Chriſti per annihilationem, remanere aliud etiā per diuinam omnipotētiam,quàm illum reſpectum præſentiæ, Deo illum conſeruante. Nam ſi nihil aliud remaneret niſi dictus reſpectus, quomodo fingi poteſt quòd remaneāt partes & proprietates corporis Chriſti? & ſi aliquid aliud, quàm ille reſpectus remanet, oportet ꝙ eſſe ſub ſacramento plus addat ſupra corpus Chriſti, quàm illum reſpectū. Quocirca ſi conſeruaretur a Deo reſpectus ille non conſeruato Chriſti corpore in rerum natura, non eſſet corpus Chriſti ſub ſacramēto, quēadmodum ſi conſeruaretur reſpectus localis, quo corpus Chriſti, eſt in cælo non conſeruato corpore Chriſti, non eſſet corpus Chriſti in cælo, aliud quippe eſt conſeruari reſpectus iſtos extrinſecos, & aliud conſeruari corpora quorum ſunt. Magnaq; differentia eſt inter requiſita & concomitantia ad verificationem reſpectuum tantummodo, & inter requiſita & concomitantia ad verificationem denominatorum corporum ab illis reſpectibus Ad verificandum ſiquidem reſpectum illum conſeruatum, ſufficit quòd reſpectus ipſe ſit,nec inde ſequitur,quòd res quæ denominabatur,amplius denominetur: ſi enim reſpectus præſentiæ ſolius conſeruaretur, eſſet præſentia ſine corpore aliquo præſente: ſicut ſi eſſe in cælo tantum conſeruaretur, eſſet eſſe in loco ſine aliquo exiſtente in loco.

Glo.ordin. ſuper illud, Accipite & manducate

Ar.præced, ad 1.

[K] ¶ Et hæc ſint dicta ad claritatem doctrinæ, & ſecundum veritates conditionales,nō curando de poſſibilitate vel impoſſibilitate antecedentium & conſequentium.

¶ Et vt omnibus ſatisfiat, ſingillatim reſpondendum eſt rationibus Scoti. Ad primam igitur dicitur primo, quòd minor eſt falſiſſima, ſcilicet quòd exiſtentia corporis Chriſti eſt indifferens ad modum naturalem & modum ſupernaturalem: nulla enim ſubſtantia eſt indifferens ad eſſe abſolutum vel reſpectiuum,niſi abſolutum ſit indifferēs ad ſe & ad genus aliud, quod implicat contradictionem. Vnde corpus Chriſti eſt ita determinatum ad modum eſſendi naturalem, ſicut eſt determinatum ad eſſe ſeipſum, quia tunc perdit eſſe ſeipſum, cum perdit eſſe modo naturali: ad modum enim ſacramentalem ſe habet corpus Chriſti, vt ad eſſe ſuperueniens,tamquam accidētale quoddam. Et propterea reſponſio recitata,quòd modus ſacramentalis dependet a naturali vera eſt:non ſolum ea ratione, qua ſuperueniens dependet ab eo cui ſuperuenit: ſed ea ratione qua denominatio dependet a re denominata, & reſpectus a termino ſeu fundamento,& includens ab incluſo.



¶ Et ad obiectionem Scot.dicitur,quòd aliud eſt loqui de ipſa exiſtentia,ideſt præſentia in ſacramento,& aliud eſt loqui de re exiſtente,ideſt præſente in ſacramento. Si enim ſit ſermo de ipſa exiſtentia ſeu præſentia, tunc conſequenter loquendo de ipſa,ſecundum naturam reſpectuum loquendum eſt, & ſic conſequentia inducta a Scot, non valet, quia reſpectus dependet ab aliquo quod nec eſt de eſſentia eius nec cauſa eius: dependet.n. a termino ſeu ad terminum, & non poteſt eſſe ſine termino,qui nec eſt de eſſentia eius,nec cauſa eius. Si autem eſt ſermo de toto hoc, ſcilicet re exiſtente ſeu re præſente, tūc falſum eſt antecedens pro prima parte, quia de eſſentia rei præſentis ſacramento eſt ipſamet res præſens, ſcilicet corpus Chriſti habens ſuum eſſe naturale. Et cum contra hoc ſophiſtice inſtatur, ſi corpus Chriſti habens ſuum eſſe materiale, eſſet res euchariſtiæ, haberet ibi modum eſſendi naturalē, ideſt extenſiuum, clariſſima patet reſponſio, quòd mutatur res præſens in modum præſentiæ. Eſt ſiquidem res præſens Euchariſtiæ mod9 Chriſti naturalis: ſed modus præſentiæ non eſt modus ille naturalis, ſed modus ſacramentalis. Et propterea diximus, quòd eſt de eſſentia rei præſentis, & non diximus quòd eſt de eſſentia modi præſentiæ.

Q.74.ar.1.

[illegible] corp. ar.

[illegible] 10.a. [illegible] & di. [illegible] 1.art. [illegible] ad 3. [illegible] con.c. [illegible] Et quo, [illegible] 3, cor. [illegible]

¶ Ad tertium dicitur, quòd corpus Chriſti verum in ſuo eſſe naturali,eſt Euchariſtia & ſacramentum & res ſacramenti, vt patet in Magiſtro ſent.4.51.diſt.8.& Aug.ibidem alleg.

¶ Ad quartum, ſuſtinendo reſponſionem recitatam, dicitur ꝙ terminus ſeu fundamētum reſpectus præſentiæ,eſt corpus Chriſti in eſſe ſuo naturali. Et ad probationem ī oppoſitum dicitur, quòd committit manifeſte ſophiſma figurę dictionis,diuertendo a re ad modum rei, hoc eſt a re præſente, ad modum præſentiæ,a re contenta ad modum,quo continetur. Exiſtentia enim corporis Chriſti in ſuo modo naturali, eſt res primo contenta, & ſignata, dicente Chriſto,hoc eſt corpus meum:dicendo enim corpus meum,ſine additione aliqua, proculdubio ſignauit corpus ſuum in ſuo eſſe naturali. Modus autem, quo continetur, non eſt res ſignata neque contenta in hoc ſacramento, ſed modus continendi. Et conſtat non valere argumētum,corpus Chriſti non continetur modo naturali,ideſt extenſiuo.ergo res contenta non eſt ipſe modus naturalis,& extenſiuus corporis Chriſti,vt patet. Et hinc manifeſtum eſt, chimeram eſſe, quòd ante incarnationem Chriſti potuerit vere eſſe hoc ſacramentum ſicut nunc: dato enim quòd Deus potuiſſet efficere ſub accidentibus panis eundem reſpectum præſentiæ, qui nunc fieri dicitur:nulla tamē res inueniretur propterea præſens,quia nec corpus Chriſti,quod non erat,nec alia res. Et propterea fal-

[A] ſa fuiſſet hęc propoſitio,hoc eſt corpus meum: nulla enim alia veritatis eius ratio aſſignatur, niſi quia hoc eſt corpus illud, quod eſt in cælo:ita quòd illud quod eſt in cælo, veraciter continetur ſub ſpecie panis,ac per hoc ſi corpus Chriſti,quod eſt in cælo,in ſeipſo annihilaretur,nullum remaneret fundamentum veritatis huius, Hoc eſt corpus meum.

## Articvlvs II.

*Vtrum totus Chriſtus contineatur ſub utraque ſpecie huius ſacramenti.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd non ſub vtraque ſpecie huius ſacramenti totus Chriſtus contineatur. Hoc enim ſacramentum ad ſalutem fidelium ordinatur,non virtute ſpecierum,ſed virtute eius,quod ſub ſpeciebus continetur: quia ſpecies erant etiam ante conſecrationem, ex qua eſt virtus huius ſacramenti. Si ergo nihil cōtinetur ſub vna ſpecie,quod non contineatur ſub alia,ſed totus Chriſtus continetur ſub vtraque, videtur quòd altera illarum ſuperfluat in hoc ſacramento.

¶ 2 Præt. Dictum eſt †,quod ſub nomine carnis omnes aliæ partes corporis continentur, ſicut oſſa, nerui, & alia huiuſmodi: ſed ſanguis eſt vna partium humani corporis, ſicut patet per * Ariſtotel. in lib. de Animali. ſi ergo ſanguis Chriſti continetur ſub ſpecie panis, *ſicut continentur ibi* aliæ partes corporis, non deberet ſeorſum ſanguis conſecrari, ſicut neque ſeorſum conſecratur aliqua alia pars corporis.

¶ 3 Præt. Quod iam factum eſt, iterum fieri non poteſt: ſed corpus Chriſti iā īcœpit eſſe in hoc ſacramēto per conſecrationē panis. ergo non poteſt eſſe,quòd de nouo incipiat eſſe p conſecrationē vini: & ita ſub ſpecie vini non continebitur corpus Chriſti, & per conſequens nec totus Chriſtus. non ergo ſub vtraque ſpecie totus Chriſtus continetur.

SED CONTRA eſt, ꝙ 1.Cor. 11. Super illud, & calicem, dicit* [G] glo. quòd ſub vtraque ſpecie, ſcilicet panis & vini, idem ſumitur: & ita videtur ſub vtraque ſpecie totus Chriſtus eſſe.

RESPON. Dicēdum, certiſſime tenendum eſſe, quòd ſub vtraque ſpecie ſacramēti tot9 eſt Chriſtus, aliter tamē & aliter. Nam ſub ſpeciebus panis, eſt quidē corpus Chriſti ex vi ſacramenti, ſanguis autem ex reali concomitantia, ſicut ſupra dictum eſt * de anima & diuinitate Chriſti. Sub ſpeciebus vero vini, eſt quidem ſanguis Chriſti ex vi ſacramenti, [H] corpus autem Chriſti ex reali concomitantia, ſicut anima & diuinitas: eo quòd nunc ſanguis Chriſti non eſt ab eius corpore ſeparatus: ſicut fuit tempore paſſionis & mortis. unde ſi tunc fuiſſet hoc ſacramentū celebratum ſub ſpeciebus panis, fuiſſet corpus Chriſti ſine ſanguine, & ſub ſpeciebus vini ſanguis ſine corpore, ſicut erat ī rei veritate.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quāuis totus Chriſtus [I] ſit ſub vtraque ſpecie. non tamen fruſtra. Nam primo quidem hoc valet ad repræſentandam paſſionē Chriſti, in qua ſeorſum fuit ſanguis a corpore ſeparatus: vnde & in forma conſecrationis ſanguinis fit mentio de eius effuſione. Secundo, hoc eſt conueniens vſui huius ſacramenti, vt ſeorſum exhibeatur fidelibus corpus Chriſti in cibū, & ſanguis in potum. Tertio, quantum ad effectum, ſecundum quòd ſupra dictū eſt †, quòd corpus exhibetur pro ſalute corporis, & ſan- [B] guis pro ſalute animæ.

AD 2m dicēdum, quòd in paſſione Chriſti (cuius hoc ſacramentum eſt memoriale) nō fuerūt aliæ partes corporis abinuicem ſeparatæ, ſicut ſanguis, ſed corpus indiſſolutum permanſit, ſecundum quòd legitur Exod. 12. Nec os illius *confringetis*: & ideo in hoc ſacramēto ſeorſum conſecratur ſanguis a corpore, non autem aliqua alia pars ab alia.

AD 3m dicendum, quòd ſicut dictum eſt †, corpus Chriſti nō eſt, ſub ſpecie vini ex ui ſacramēti, ſed ex reali concomitantia. & ideo per conſecrationem vini, non fit ibi, corpus Chriſti per ſe, ſed concomitanter.

## Articvlvs III.

*Vtrum ſit totus Chriſtus ſub qualibet parte ſpecierum panis uel uini.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Vr ꝙ non ſit totus Chriſt9 ſub qualibet partē ſpērū panis vel vini. Species enim illæ diuidi poſſunt in infinitū. Si ergo Chriſtus totus eſt ſub qualibet parte ſpecierum prædictarū, ſequeretur quòd infinities eſſet in hoc ſacramento, quod eſt inconueniens: nam infinitum repugnat nō ſolum naturæ, ſed etiam gratiæ.

¶ 2 Præt. Corpus Chriſti cum ſit organicum, habet partes determinate diſtantes: eſt enim de ratione organici corporis determinata diſtātia ſingularum partium ab inuicem: ſicut oculi ab oculo, & oculi ab aure: ſed hoc non poſſet eſſe, ſi ſub qualibet parte ſpecierū eſſet totus Chriſtus: oporteret enim quòd ſub qualibet parte eſſet quælibet pars: & ita vbi eſſet vna pars, eſſet & alia. non ergo poteſt eſſe, quòd totus Chriſtus ſit ſub qualibet parte hoſtiæ, vel vini contenti in calice.

¶ 3 Præ. Corpus Chriſti ſemper ve- [C] ram retinet corporis naturā, nec vmquā mutatur in ſpiritum: ſed de ratione corporis eſt, vt ſit quantitas poſitionem habens, vt patet in* Prædicamentis: ſed ad rationē huius quantitatis pertinet, quòd diuerſæ partes in diuerſis partibus loci exiſtant. non ergo poteſt eſſe (vt videtur) quòd totus Chriſt9 ſit ſub qualibet parte ſpecierū.

SED CONTRA eſt, quòd† Auguſt. dicit in quodam ſermone: Singuli accipiunt Chriſtum Dominum, & in ſingulis portionibus totus eſt: nec per ſingulas minuitur, [D] ſed integrū ſe præbet in ſingulis.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut ex ſupra dictis patet†, quia in hoc ſacramento ſubſtantia corporis Chriſti eſt ex vi ſacramēti, quātitas autem dimenſiua ex ui realis

*¶ Super Quæſtionis ſeptuageſimæſextæ Articulum tertium.*

IN arti.3.duo occurrunt dubia. Primum circa rem ipſam ex Durando, ſecundum circa rationem in litera redditam ex Scoto & Durando. Durandus contra communem opinionem tenentem, non ſolum ſubſtantiam corporis Chriſti, ſed etiā quātitatem eius naturali concomitantia contineri, indiuiſibiliter tamen, in hoc ſacramento, obiicit dupliciter. Primo, Nihil poteſt comparari ad aliud modo incompoſſibili ſuę naturę: ſed indiuiſibilitas eſt incompoſſibilis naturę quantitatis, quia ipſa de natura ſua intrinſeca eſt diuiſibilis. ergo quantitas corporis Chriſti nō poteſt comparari ad quantitatem hoſtiæ indiuiſibiliter: hoc eſt vt ſit tota ſub toto & tota ſub qualibet parte.

In cap. de quantitate tom. 1.

Refert de conſecr. di. 2.c.Singuli

¶ Secundo, Vbicūque eſt ſubſtātia in ſe realiter, ibi eſt ſubſtantialiter, quia iſte modus eſt ab ea inſeparabilis. ergo ſimiliter vbicumq; eſt quantitas in ſe, realiter ibi eſt quantitatiue, quia iſte modus eſt inſeparabilis a quantitate. non eſt ergo Chriſti quātitas per modū ſubſtātiæ in hoc ſacramēto.

Art. 1.hui9 q.& ar.præced.

¶ Circa rationem vero in litera redditā, quia ſcilicet ex vi ſacramenti ſola corporis Chriſti ſubſtantia continetur ſub hoſtia, quantitas autem concomitanter, Scotus in 4. ſenten. diſt. 10.q. 1. improbando occurrit ſic arguens, Vnumquodque ſiue ſit primus terminus conuerſionis, ſiue ſecundus: ſi tamen eſt ibi, habet proprietates ſuas, quæ ſibi neceſſario & naturaliter conueniunt. [E] ergo quantitas corporis Chriſti, ſiue per conuerſionem ſit ſub ſacramento, primo vel ſecundario, ſi eſt ibi, habet ſuum modum naturalē, quod eſt eſſe mō quantitatiuo, Conſequentia clara, & antecedens probatur dupliciter, ſcilicet exemplo & ratione. *Exemplum* eſt, quia ſi Deus vel natura cauſaret ſubſtantiā quātam, ita quòd quantitas concomitetur ſubſtantiam: nihilominus quantitas habebit ſuum modum naturalem. vnde apparet quòd concomitantia non mutat modum naturalem quantitatis concomitantis. Ratio vero eſt, quia diuerſa habitudo ad agēs (ſcilicet primaria vel ſecundaria, mediata vel immediata) non variat naturam rei: dumtamen producatur. ergo nec carebit quantitas ſuo modo naturali, propter hoc tantum, quia non eſt primus terminus conuerſionis: duntamen, ſit ibi realiter, ſiue primo ſiue concomitanter per illam conuerſionem.

¶ Duran. uero alia uia contra hanc rationem procedit, arguens, Quantitas de ratione ſua intrinſeca eſt diuiſibilis. ergo nullo modo

concomitantiæ corpus, Chriſti eſt in hoc ſacramento per modum ſubſtantię, ideſt per modum, quo ſubſtantia eſt ſub dimẽſionibus, non autem per modum dimẽſionum, ideſt, non per modum illum, quo quantitas dimenſiua alicuius corporis, eſt ſub quantitate G dimenſiua loci. Manifeſtum eſt autem, quòd natura ſubſtantiæ tota eſt ſub qualibet parte dimenſionũ ſub quibus continetur: ſicut ſub qualibet parte aeris, ẽ tota natura aeris, & ſub qualibet parte panis eſt tota natura panis. & hoc indifferẽter, ſiue ſint dimenſiones actu diuiſæ (ſicut cũ aer diuiditur vel panis ſecatur) vel etiam ſint actu indiuiſæ, diuiſibiles vero potẽtia. & ideo manifeſtum eſt, quòd totus Chriſtus eſt ſub qualibet parte H ſpecierum panis, etiam hoſtia integra manẽte, & non ſolum cum frangitur: ſicut quidam dicunt, ponentes exemplum de imagine quę apparet in ſpeculo, quæ apparet vna in ſpeculo integro: ſpeculo autem fracto, apparẽt ſingulæ in ſingulis partibus: quod quidem nõ eſt omnino ſimile: quia multiplicatio huiuſmodi imaginum accidit ĩ ſpeculo fracto propter diuerſas reflexiones ad diuerſas partes ſpeculi: hic autem non eſt niſi vna I cõſecratio, propter quam corpus Chriſti eſt in hoc ſacramento.

Ad primum ergo dicendum, quòd numerus ſequitur diuiſionem. & ideo quandiu quantitas manet indiuiſa actu, neque ſubſtantia alicuius rei eſt pluries ſub dimenſionibus proprijs, neq; corpus Chriſti ſub dimenſionibus panis: & per cõſequens neque infinities, ſed toties, in quot partes diuiditur.

Ad 2m dicendum, quòd illa determinata diſtantia partium in corpore organico, fundatur ſuper quantitate dimenſiua: ipſa autem natura ſubſtantiæ, præcedit etiam quantitatem dimenſiuam. & quia conuerſio ſubſtantiæ panis, directe terminatur ad ſubſtantiam corporis Chriſti, ſecundum cuius modum proprie & directe eſt in hoc ſacramẽto corpus Chriſti, talis diſtantia partium eſt quidem in ipſo corpore Chriſti vero, ſed non ſecũdum hanc diſtantiam comparatur ad hoc ſacramentum, ſed ſm modum ſuæ ſubſtãtiæ, ſicut dictũ eſt*.

Ad 3m dicendum, quòd ratio illa procedit de natura corporis, quam habet ſecundum quantitatem dimenſiuam. Dictum eſt autem †, quòd corpus Chriſti comparatur ad hoc ſcramẽtũ, nõ ratione quantitatis dimenſiuæ: ſed ratione ſuę ſubſtãtię, ſicut dictũ eſt†.

In corp. ar. & art. 1. ad 3.

In corp. & ar. 1. huius quęſt.

In corp. ar.

modo poteſt ſibi competere ratione cuiuſcumque alterius indiuiſibiliter ſe habere, ergo non poteſt comparari ad locum modo ſubſtantiæ. Et confirmatur, quia anima rationalis licet ſit in loco mediante humano corpore quanto, ipſa tamen eſt indiuiſibiliter in loco: eſt enim tota in toto loco, & tota in qualibet parte eius, & hoc ideo, quia animæ rationali repugnat diuiſibilitas, ergo per oppoſitum, non obſtãte quòd quantitas Chriſti ſit in ſacramento mediãte ſubſtantia, eſt diuiſibiliter, quia quantitati repugnat indiuiſibilitas.

¶ Pro faciliori intellectu eorum quæ tractantur (ne obſcuritate nominum impoſſibile reputetur quod credimus) ſcito idem eſſe quãtitatẽ corporis Chriſti indiuiſibiliter ſe habere ad quantitatem hoſtiæ, & inter quantitatem corporis Chriſti præſentem hoſtiæ, & quantitatem hoſtiæ non eſſe poſitionem, quę vnum inter decem prædicamenta ponitur: ita quòd corpus Chriſti quantum ſub hoſtia contentum, in ſeipſo quidem eſt diuiſibile & habens poſitionem in partibus (poſitionem autem dico illam, quæ ponitur differentia quantitatis, cum diſtinguitur quantitas in quantitatem habentem poſitionem in partibus, & quantitatem carentem illa) vt continetur uero ſub hoſtia, caret poſitione ſeu ſitu, vno ex decem generibus: dicit enim huiuſmodi poſitio ordinem partium in loco: quo ordine conſtat carere corpus Chriſti quantũ, vt eſt ſub hoſtia, quia nõ eſt ĩ ea localiter: ordo.n.partiũ in loco ſine eſſe localiter, non eſt intelligibilis. Et quia huiuſmodi ſitus, ſiue poſitio non eſt de ratione quantitatis dimenſiuæ, ſed ſola poſitio quæ eſt differentia quantitatis eſt de dimenſionum ratione, ideo attente oportet perſpicere, quòd diuiſibilitas, quæ eſt de ratione quantitatis, non opponitur indiuiſibilitati, quæ conſiſtit in negatione poſitionis ſpecialis prædicamenti. Nec propterea fallaris, putans me dicere quòd modus eſſendi indiuiſibiliter ſit pura negatio poſitionis ſpecialis generis: hoc enim nec ſomniaui, ſed vt intelligas quæ dicimus per huiuſmodi negationem annexam poſitiuæ præſentiæ Chriſti corporis quanti ad hoſtiam: continetur enim veraciter Chriſti corpus quantũ ſub hoſtia abſque ſitu, ſeu poſitione ſpeciali prædicamẽto: hæc enim negatio includitur in eo quod ſignatur per contineri indiuiſibiliter in hoc ſacramento.

¶ Hac ergo manifeſtatione ſuppoſita, ex qua apparet, quòd quantitas Chriſti corporis nec perdit ſuam diuiſibilitatem, nec induit modum aliquem ſibi repugnantem, nec perdit in ſe ſuũ modum naturalem, ſed in hoc quòd continetur ſub hoſtia, caret modo illo, qui importatur per poſitionem ſeu ſitum, reſpondetur ad obiecta. Et ad primum Duran. contra poſitionem ipſam, neganda eſt minor, uniuoce loquendo, quoniam modus iſtius modi indiuiſibilitatis, non repugnat diuiſibilitati quantitatis.

¶ Ad ſecundum uero facile dici poteſt, quòd argumentum a ſimili claudicat, ueruntamen ſeruata uniuocatione terminorum reſpondendo dicitur falſum aſſumi in antecedente: quoniã ſub- F ſtantia alicubi eſt non per modum ſubſtantiæ, ſed per modum quantitatis, ut patet in ſubſtantiis extenſis: ſunt enim in loco quantitatiue. Et rurſus ſubſtantia heterogenea, puta bos, non eſt per modum ſubſtantiæ in qualibet ſuę quantitatis parte: non eſt enim tota natura bouis in qualibet eius parte quantitatiua.

¶ Ad obiecta ſecundi dubii reſpondendo, dicitur primo ad Scoti argumentum, quòd procedit ex falſa interpretatione rationis allatę ab Auctore: ac ſi Auctor adduxiſſet pro cauſa, quare quantitas eſt in hoc ſacramento per modum ſubſtantię, quia eſt quaſi ſecundarius terminus mutationis. Hoc autẽ procul eſt ab Auctoris ſenſu: non enim conſiſtit eius ratio in differentia inter primum, & ſecundum terminum in fieri, ut arguens uſurpauit, ſed inter per ſe rationem eſſendi in ſacramento, & id quod per accidens concomitatur, ut patet expreſſe in hoc ar. 4. in reſponſione ad primum: ubi uidere potes quantum diſtet ſenſus iſte uerus a ſenſu illo uſurpato. Et fefellit forte arguentem, quia Auctor declarat quod eſt illud, quod eſt per ſe ratio eſſendi reliquis in hoc ſacramẽto, ex hoc quòd eſt per ſe primo terminus conuerſionis. Quia igitur Auctoris ratio non conſiſtit in differentia inter primo, uel ſecundo fieri, ſed inter per ſe exiſtens in ſacramento, & per accidens exiſtens ibidem, ideo non oportet aliter ad argumenta Scoti reſpõdere, ſed tãquã ĩpertinẽtia & extranea relinquere. Poſſet tñ gratia materię, hoc eſt talis mutationis, qualis eſt cõuerſio panis in corpus Chriſti, ſuſtineri ratio formata a Scoto ex differẽtia ĩter primum & ſm terminum conuerſionis, contra quam arguit. & ſic dicendum eſſet, quòd licet in creatione & generatione, & ſimilibus, ſecundarius terminus ſuum naturalem modum aſſequatur, & non induat modum primi termini: in hac tamen cõuerſione ſecundarius terminus, ideſt, concomitans induit modum primi termini.

¶ Et ſi quæratur, quarè potius in hac quàm in aliis mutationibus hoc inueniatur, reſpondetur, quia hoc eſt ſingulariſſimum K in hac mutatione, quòd primus terminus eſt ſola ratio in eſſendo, quibuſcumque concomitantibus: hoc eſt quòd ratio eſſendi in hoc ſacramento quibuſcumque exiſtentibus in eo, eſt res primo terminans conuerſionem. Et hęc defenſio in idem redit cum prima reſponſione, ut patet, & ideo non oportet ſolicitare de diuerſa habitudine ad agens, quoniam eſt extra propoſitum.

¶ Ad obiectionem autem Durandi dicitur falſum aſſumi, ſcilicet, quòd contineri indiuiſibiliter, repugnet quantitati diuiſibili. & ad cõfirmationẽ negatur ſimilitudo, quoniã animę rationali repugnat, & eſſe diuiſibilem, & diuiſibiliter contineri: quantitati autem licet repugnet eſſe indiuiſibilem, non tamen repugnat indiuiſibiliter contineri.

¶ Et hęc ſufficiant etiam pro arti. 5.





## Articvlvs IIII.

*Vtrum tota quantitas dimenſiua corporis Chriſti ſit in hoc ſacramento.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd non tota quantitas dimenſiua corporis Chriſti ſit in hoc ſacramẽto. Dictum eſt enim†, quòd totum corpus Chriſti continetur ſub qualibet parte hoſtiæ conſecratæ: ſed nulla quãtitas dimenſiua tota continetur in aliquo toto, & in qualibet parte eius. ergo eſt impoſſibile, quòd tota quãtitas dimenſiua corporis Chriſti contineatur in hoc ſacramento.

¶ 2 Præt. Impoſſibile eſt, duas quantitates dimẽſiuas eſſe ſimul, etiam ſi vna ſit ſeparata, & alia in corpore naturali, vt patet per* Philoſ. in 3. Metap. ſed in hoc ſacramento remanet quantitas dimenſiua panis, vt ſenſu apparet. non ergo eſt ibi quantitas dimenſiua corporis Chriſti.

¶ 3 Præt. Si duæ quantitates dimẽſiuæ inæquales iuxta ſe ponantur, maior extenditur vltra minorem: ſed quantitas dimenſiua corporis Chriſti, eſt multo maior quàm quantitas dimenſiua hoſtiæ conſecratæ, ſecundum omnem dimenſionem. ſi ergo in hoc ſacramento ſit quantitas dimenſiua corporis Chriſti cum quantitate dimenſiua hoſtiæ: quantitas dimẽſiua corporis Chriſti extendetur vltra quantitatem hoſtiæ, quę tamen non eſt ſine ſubſtantia corporis Chriſti. ergo ſubſtantia corporis Chriſti erit in hoc ſacramẽto, etiam præter ſpecies panis, quod eſt inconueniens, cum ſubſtantia corporis Chriſti non ſit in hoc ſacramento, niſi per conſecrationem panis, vt dictũ†eſt. impoſſibile ergo videtur, quòd tota quantitas dimẽſiua corporis Chriſti ſit in hoc ſacramento.

Sed contra, Quantitas dimenſiua corporis alicuius, non ſeparatur ſecundum eſſe a ſubſtãtia eius: ſed in hoc ſacramento eſt tota ſubſtantia corporis Chriſti, vt ſupra habitum eſt*. ergo tota quantitas dimenſiua corporis Chriſti eſt in hoc ſacramento.

Respon. Dicẽdum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt†) dupliciter aliquid Chriſti eſt in hoc ſacramento. Vno modo ex vi ſacramenti, alio modo ex reali concomitantia, Ex vi quidem ſacramenti, quantitas dimenſiua corporis Chriſti non eſt in hoc ſacramento: ex vi enim ſacramenti eſt in hoc ſacramẽto illud, in quod directe conuerſio terminatur. Conuerſio autem, quæ fit in hoc ſacramẽto, directe terminatur ad ſubſtãtiã corporis Chriſti, nõ aũt ad dimẽſiones eius: quòd patet ex hoc, ꝙ quantitas dimenſiua panis remanet facta conſecratione, ſola ſubſtantia panis tranſeunte: quia tamen ſubſtantia corporis Chriſti realiter non denudatur* a ſua quantitate dimenſiua, & ab alijs accidentibus, inde eſt quòd ex vi realis concomitantiæ, eſt in hoc ſacramento tota quantitas dimenſiua corporis Chriſti, & omnia accidentia eius.

Ad primvm ergo dicendum, quòd modus eſſendi cuiuſlibet rei determinatur ſecundũ id, quod eſt ei per ſe, non autem ſecundũ id, quod eſt ei per accidens: ſicut corpus eſt in viſu, ſecundum quòd eſt album, non autem ſecundum quòd eſt dulce, licet idẽ corpus ſit albũ & dulce: vnde & dulcedo eſt ĩ viſu ſecundum modum albedinis, non ſecundum modum dulcedinis. Quia igitur ex vi huius ſacramenti eſt in altari ſubſtantia corporis Chriſti, quantitas autem dimenſiua eius eſt ibi cõcomitãter, & quaſi per accidens: ideo quantitas dimenſiua corporis Chriſti eſt A in hoc ſacramento, non ſecundum proprium modũ (vt ſcilicet ſit tota in toto, & ſingulę partes in ſingulis partibus) ſed per modum ſubſtãtiæ, cuius natura eſt tota in toto, & tota in qualibet parte.

Ad 2m dicendum, quòd duæ quantitates dimenſiuæ non poſſunt naturaliter ſimul eſſe in eodem, ita quòd vtraque ſit ibi ſecundum proprium modum quãtitatis dimenſiuæ. In hoc autem ſacramento quãtitas dimẽſiua panis eſt ſecundum proprium modũ, ſcilicet ſecundum cõmenſurationem quandam: non autem quantitas dimenſiua corporis Chriſti, ſed eſt ibi per modum ſubſtantiæ, vt dictum eſt †. (In corp. ar. & ar. 1.)

B Ad 3m dicendum, quòd quantitas dimenſiua corporis Chriſti non eſt in hoc ſacramento ſecundum modum commenſurationis, qui eſt proprius quantitati: ad quem pertinet quòd maior quantitas extendatur vltra minorem, ſed eſt ibi per modũ iã dictum*. (In corp. ar.)

## Articvlvs V.

*Vtrum corpus Chriſti ſit in hoc ſacramento ſicut in loco.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd corpus Chriſti ſit in hoc ſacramẽto, ſicut in loco. Eſſe enim in aliquo definitiue vel circunſcriptiue, eſt C pars eius quod eſt eſſe in loco: ſed corpus Chriſti videtur eſſe definitiue in hoc ſacramento (quia ita eſt vbi ſunt ſpecies panis vel vini, quòd non eſt in alio loco altaris) videtur etiam ibi eſſe circunſcriptiue: quia ita continetur ſuperficie hoſtiæ cõſecratæ quòd nec excedit, nec exceditur. ergo corpus Chriſti eſt in hoc ſacramento, ſicut in loco. (Inf. a. 6. co. & ad 1. & 4. di. 10. art. 1. ad 5. 6. 7. & 8. & art. 3. q. 2. ad 2. & 4. con. c. 64. fine. & quol. 1. art. 22. ad 2.)

¶ 2 Præt. Locus ſpecierum panis non eſt vacuus (natura enim non patitur vacuum) nec eſt ibi ſubſtantia panis, vt ſupra habitum eſt: †ſed eſt ibi ſolum corpus Chriſti. ergo corpus Chriſti replet locum illum: ſed omne quod replet locum aliquem, eſt in eo localiter. ergo corpus Chriſti eſt in hoc ſacramẽto localiter. (Q. præced. ar. 1. 2. & 5.)

D ¶ 3 Præ. Sicut dictum eſt*, in hoc ſacramento eſt corpus Chriſti cum ſua quantitate dimenſiua, & cum omnibus ſuis accidẽtibus: ſed eſſe in loco, eſt accidẽs corporis: vnde & ibi connumeratur inter nouem genera accidentium. ergo corpus Chriſti eſt in hoc ſacramento localiter. (Ar. pręced. & 3. huius quęſt.)

Sed contra eſt, quòd oportet locũ & locatum eſſe æqualia, vt patet per * Philoſ. in 4. Phyſic. ſed locus, ubi eſt hoc ſacramentum, eſt multo minor quàm corpus Chriſti. ergo corpus Chriſti non eſt in hoc ſacramento, ſicut in loco. (Li. 4. Phyſi. tex. 30. to. 2)

Respon. Dicendum, quòd (ſicut iam dictũ eſt†) corpus Chriſti non eſt in hoc ſacramento ſecundum proprium modum quantitatis dimenſiuæ, ſed magis ſecundum modum ſubſtantiæ. Omne autem cor- E pus locatum eſt in loco, ſecundum modum quantitatis dimenſiuæ, inquantum ſcilicet commenſuratur loco, ſecundum ſuam quantitatem dimenſiuam. unde relinquitur, quòd corpus Chriſti non eſt in hoc ſacramento ſicut in loco, ſed per modum ſubſtantiæ: eo ſcilicet modo, quo ſubſtantia continetur a dimenſionibus: ſuccedit enim ſubſtãtia corporis Chriſti in hoc ſacramento ſubſtantiæ panis. vnde ſicut ſubſtantia panis non erat ſub ſuis dimenſionibus localiter, ſed per modum ſubſtantiæ, ita nec ſubſtantia corporis Chriſti: non tamen ſubſtantia corporis Chriſti eſt ſubiectum illarum dimẽſionum, ſicut erat ſubſtantia panis. & ideo ſubſtantia panis ratione ſuarum dimẽſionum localiter erat ibi: quia comparabatur ad locũ (Ar. 3. huius quæſt.)

illum

illum mediantibus proprijs dimenſionibus. Subſtantia autem corporis Chriſti comparatur ad locum illum mediantibus dimēſionibus alienis, ita quòd econuerſo dimenſiones propriæ corporis Chriſti comparatur ad locum illum mediante ſubſtantia, quod eſt contra rationem corporis locati. unde nullo modo, corpus Chriſti eſt in hoc ſacramento localiter.

Ad primvm ergo dicendum, quòd corpus Chriſti non eſt in hoc ſacramento definitiue, quia ſic non eſſet alibi quàm in hoc altari, vbi conficitur hoc ſacramentum: cum tamē ſit & in cælo in propria ſpecie, & in multis alijs altaribus ſub ſpecie ſacramenti. Similiter etiam patet, quòd non eſt in hoc ſacramento circumſcriptiue, quia non eſt ibi ſecundum cōmenſurationem propriæ quantitatis, vt dictū eſt: † quod autem non eſt extra ſuperficiem ſacramenti, nec eſt in alia parte altaris, non pertinet ad hoc quòd ſit ibi definitiue vel circumſcriptiue, ſed ad hoc quòd incœpit ibi eſſe per conſecrationem & conuerſionem panis & vini, vt ſupra dictum eſt*.

Art.3.& 4. huiꝰ quæſt.

Q. præced. ar.3.& 4.

Ad 2m dicendum, quòd locus ille, in quo eſt corpus Chriſti, non eſt vacuus, neque tamen proprie eſt repletus ſubſtantia corporis Chriſti, quæ non eſt ibi localiter, ſicut dictum eſt†: ſed eſt repletus ſpeciebus ſacramentorum, quæ habent replere locum, vel propter naturam dimenſionum, vel ſaltem miraculoſe, ſicut & miraculoſe ſubſiſtunt per modum ſubſtantiæ.

In corp. ar.

Ad 3m dicendum, quòd accidentia corporis Chriſti ſunt in hoc ſacramēto (ſicut ſupra dictū eſt †) ſecundum realem concomitantiam. Et ideo illa accidentia corporis Chriſti, ſunt in hoc ſacramento quæ ſunt ei intrinſeca. Eſſe autem in loco, eſt accidens per comparationem ad extrinſecum cōtinens. & ideo nō oportet, ꝙ Chriſtus ſit in hoc ſacramēto, ſicut ī loco.

Ar. præced.

## Articvlvs VI.

*Vtrum corpus Chriſti ſit mobiliter in hoc ſacramento.*

Ad sextvm ſic proceditur. Videtur ꝙ corpus Chriſti ſit mobiliter in hoc ſacramento. Dicit. n. * Philoſoph. in 2. Top. quòd motis nobis, mouentur ea, quæ in nobis ſunt: quod quidem eſt verum etiam de ſpirituali ſubſtantia animæ: ſed Chriſtus eſt in hoc ſacramento, vt ſupra habitum eſt †, ergo mouetur ad motum ipſius.

¶ 2 Præt. Veritas debet reſpondere figuræ: ſed de agno paſchali, qui erat figura huius ſacramenti, non remanebat quicquam vſque mane, ſicut præcipitur Exo. 12. ergo neque etiam ſi hoc ſacramentum reſeruetur in craſtinum, erit ibi corpus Chriſti. & ita nō eſt immobiliter in hoc ſacramento.

¶ 3 Præt. Si corpus Chriſti remaneat ſub hoc ſacramento etiam in craſtino, pari ratione remanebit, & per totum ſequens tempus: nō enim poteſt dici, quòd deſinat ibi eſſe ceſſantibus ſpeciebus, quia eſſe corporis Chriſti non dependet a ſpeciebus illis: non autem remanet ſub hoc ſacramento Chriſtus per totum tempus futurum. uidetur ergo quòd ſtatim in craſtino, vel poſt modicum tempus, deſinat eſſe ſub hoc ſacramento: & ita videtur ꝙ Chriſtus mobiliter ſit in hoc ſacramento.

Sed contra, Impoſſibile eſt idem eſſe motum & quietum, quia ſic contradictoria verificarētur de eodem: ſed corpus Chriſti in cælo quietum reſidet. non ergo eſt mobiliter ī hoc ſacramēto.

Respon. Dicendum, quòd cum aliquid eſt vnum ſubiecto, & multiplex ſecundū eſſe, nihil prohibet ſecundum aliquid moueri, & ſecundum aliquid immobile permanere: ſicut corpori eſt aliud eſſe album, & aliud eſſe magnū, vnde poteſt moueri ſecundum albedinē, & permanere immobile ſecundum magnitudinem. Chriſto autem non eſt idem eſſe ſecundum ſe, & eſſe ſub hoc ſacramento: quia per hoc quòd dicimus ipſum eſſe ſub hoc ſacramento, ſignificatur quædam habitudo eius ad hoc ſacramentum. Secundum igitur hoc eſſe non mouetᷣ Chriſtus per ſe ſecundum locum, ſed ſolum per accidens: quia Chriſtus non eſt in hoc ſacramento ſicut in loco, ſicut prædictum eſt †: quod autem non eſt in loco, non mouetur per ſe in loco, ſed ſolū ad motum eius, in quo eſt. Similiter autem neque per ſe mouetur ſecundum eſſe, quod habet in hoc ſacramento, quacumque alia mutatione, puta quantum ad hoc quòd deſinat eſſe ſub hoc ſacramēto, quia illud quod de ſe habet eſſe indeficiens, non poteſt eſſe deficiendi principium, ſed alio deficiēte, hoc deſinit eſſe in eo, ſicut Deus, cuius eſſe eſt indeficiens & īmortale, deſinit eſſe in aliqua creatura corruptibili per hoc, quòd creatura corruptibilis deſinit eſſe. & hoc modo cum Chriſtus habeat de ſe eſſe indeficiens, & incorruptibile, nō deſinit eſſe ſub ſacramento: neq; per hoc quòd ipſum deſinat eſſe, neque etiam per motum localem ſui (vt ex dictis patet *) ſed ſolum per hoc, quòd ſpecies huius ſacramenti deſinunt eſſe. unde patet ꝙ Chriſtus per ſe loquendo, immobiliter eſt in hoc ſacramento.

Ar. præced.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de motu per accidens, quo ad motū noſtri mouentur ea, quæ in nobis ſunt. Aliter tamen ea quæ per ſe poſſunt eſſe in loco, ſicut corpo-

Ar. præced.

¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæſextæ Articulum ſextū.*

In titulo ly mobiliter extēditur, tā ad motum, q̄ ad mutationem. Dupliciter enim cum poſſit dubitari de mobilitate corpis Chriſti in ſacramento, vel de motu locali ad motum hoſtiæ, vel de mutatione qua deſineret eſſe in ſacramento, ad vtrūque modum extendit ſe, ly mobiliter.

4. di.10.ar.3, q.4. Et opuſ.11.ar.34.

Li.1.ca.3. in declaratione 24. loci tom.1.

Ar.1. huius quæſt.

¶ Circa doctrinam traditam in hoc articulo aduerte primo, Auctorem ſentire, quòd Chriſtum eſſe ſub hoc ſacramento eſt eſſe quoddam relatiuum, dū dicit, per hoc ipſum quòd *dicimus* ipſum eſſe ſub ſacramento, ſignificatur quædam habitudo eius ad hoc ſacramētum: hinc enim manifeſtat non eſſe idē eſſe Chriſti corporis in ſe, & eſſe einſdem in ſacramento: quod ſub alijs verbis explicatur dicendo, Aliud eſt eſſe Chriſti corpꝰ ī ſeipſo, & aliud eſt contineri ſub ſacramento ipſum idē Chriſti corpus in ſeipſo exiſtens. Non diſcedes ergo ab Auctoris doctrina, loquendo ſeorſum de conuerſione panis ī ſubſtantiam corporis Chrī, & de habitudine Chriſti ad hoc ſacramentum, vt ſuperius fecimus. Nec propterea putes explicatū eſſe modūꝰ, quo Chriſtus eſt in hoc ſacramento. nā explanatio huiuſmodi eſt per communia valde, ſcilicet per relationem ſeu habitudinē, neſcitur autem res aliqua, niſi per propria cognoſcatur.

¶ Circa concluſionem illam, Corpus Chriſti ad motum hoſtiæ mouetur per accidens, duplex occurrit obiectio. Prima ex Durando opinãte oppoſitum in lit.4 ſent. diſ.10. q.3. Secunda ex Scoto, eadem diſt. q.6. opinante non contra motum, ſed contra motorem.

¶ Arguit ergo Durand. corpus Chriſti nullo mō moueri ad motū hoſtiæ, nec ꝑ ſe, nec ꝑ accidēs: quia corpus Chriſti & hoſtia non ſunt vnum ſecundū ſubiectum, nec ſe habēt vt continens & contentum, nec habent colligationē vel contactum. Et quia corpus Chriſti exiſtens in cælo localiter, ſit de nouo exiſtens in hoc ſacramento abſque motu locali, tā per ſe quàm per accidens. ergo a fortiori exiſtens in hoc ſacramento non mouetur ad motum hoſtiæ.

¶ Scotus autem putans corpus Chriſti ad motum hoſtiæ moueri quidem per accidens, ſed non niſi immediate a deo, probat hoc vltimū hac ratione, Quando aliqua coniungūtur præciſe per actū voluntatis contingenter ſe habentis ad illam coniunctionem: ſi vnum illorū ſecundum ſe ſit mobile



ra, & aliter ea, quæ per ſe non poſſunt eſſe in loco, ſicut formæ, & ſpirituales ſubſtantiæ. Ad quem modum poteſt reduci, quòd dicimus Chriſtum moueri per accidens ſecūdum eſſe quod habet in hoc ſacramento, in quo non eſt ſicut in loco.

Ad 2m dicendum, quòd hac ratione moti videntur fuiſſe quidam, ponentes quòd corpus Chriſti non remanet ſub hoc ſacramento, ſi in craſtinū reſeruetur. Cōtra quos Cyrillus dicit: Inſaniunt quidam, dicentes myſticam benedictionē ceſſare a ſanctificatione, ſi quæ eius reliquiæ remanſerint in diem ſubſequentem: non enim mutatur ſacratum corpus Chriſti, ſed virtus benedictionis & viuificatiua gratia, iugis in eo eſt; ſicut etiam omnes aliæ conſecrationes immobiliter manēt, permanentibus rebus conſecratis: propter quod non iterantur. Veritas autem licet figuræ reſpondeat, tamen figura, non poteſt eam adæquare.

Ad 3m dicendum, quòd corpus Chriſti remanet in hoc ſacramento, non ſolum in craſtino, ſed etiam in futuro quouſque ſpecies ſacramentales manēt, quibus ceſſantibus deſinit eſſe corpꝰ Chriſti ſub eis: non quia ab eis depēdeat, ſed quia tollitur habitudo corporis Chriſti ad illas ſpecies. per quē modum Deus deſinit eſſe dominus creaturæ deſinentis.

## Articvlvs VII.

*Vtrum corpus Chriſti prout eſt in hoc ſacramento, poſſit uideri ab aliquo oculo, ſaltem glorificato.*

Ad septimvm ſic proceditur. Videtur ꝙ corpus Chriſti, prout eſt in hoc ſacramento, poſſit videri ab aliquo oculo, ſaltem glorificato. Oculus enim noſter impeditur a viſione corporis Chriſti in hoc ſacramento exiſtentis, propter ſpecies ſacramentales ipſum circumuelantes: ſed oculus glorificatus non poteſt ab aliquo impediri, quin corpora quælibet videat prout ſunt. ergo oculꝰ glorificatus poteſt uidere corpꝰ Chriſti, prout eſt in hoc ſacramento.

Infr. art. 8. co. Et 4. di. 10. art. 2. q. 2. ad 3. & arti. 4. q. 1. per to. & q. 4. ad. 2. & ī expo. li. ad 1. 2. & 4.

¶ 2 Præt. Corpora glorioſa ſanctorum, erunt configurata corpori claritatis Chriſti, ut dicitur Phili. 3. ſed oculus Chriſti uidet ſeipſum prout eſt in hoc ſacramento. ergo pari rōne quilibet alius oculus glorificatus pōt ipſum uidere.

¶ 3 Præt. Sancti in reſurrectione erunt æquales angelis, ut dicitur Luc. 20. ſed angeli uident corpus Chriſti, prout eſt in hoc ſacramen

bile omnino improportionatum, & reliquum proportionatum, illud mouens non eadem motione poteſt mouere vtrumque cōiunctorum. Probatur iſta ratione & exemplo. ratio eſt, quia ſi mouet vnum quod eſt ſibi proportionatum, non propterea mouet per accidens reliquum, quia reliquū non eſt præſens illi moto, ſicut actus potentiæ aut econuerſo, nec ſimpliciter ex aliqua alia neceſſitate naturali: ſicut grave eſt pręſens naui, vel currui, cui innititur, & propter hoc ſimul mouetur cum illo, ſed eſt præſens ſola voluntate, quę poteſt non velle cōiunctionem illā, ſtāte tamē motione alterius. Exemplum eſt, Si angelus voluntarie faceret ſe eſſe pręſentem lapidi, ſi moueo lapidem, non propterea moueo angelū, qui non eſt per ſe mobilis a virtute mea: nec per accidens in propoſito, quia neç forma, nec pars eſt lapidis mobilis per ſe a me, vnde angelus in termino motus lapidis per propriam ſuā actionem eſſet ibi, vbi eſt lapis, & non per actū meum. Et tunc ſubſumitur minor, Sed corpus Chriſti, eſt pręſens ſpeciei ſacramentali tantum per actus voluntatis animę ergo &c.

¶ Ad euidentia horum *videtur mihi*, quòd cum Durando nulla ſit quęſtio ſecundum rem, ſed forte in ſolis verbis: ſi enim perſpiciatur ex vna parte diſtinctio facta in litera de duplici eſſe corporis Chriſti, vel in ſe, vel in ſacramento, & dictum eſſe quòd corpus Chriſti in ſe nō mouetur neque per ſe neque per accidens, & quòd ſecundum eſſe in ſacramento mouetur non per ſe, ſed per accidens, & ſi cū his ſimul perſpecta fuerit vis rationum Duran. manifeſtū erit, quòd nulla eſt diuerſitas in ſententia, quoniam adhoc tendunt argumenta, quòd corpus Chriſti ſecundum ſe non mouetur per accidens ad motum hoſtię, quod Auctor fatetur.

¶ Verum ſi quis contendat his argumentis Chriſti corpus ſecundum nullum eſſe moueri per accidens ad motum hoſtię, facile inueniet reſponſionem, dicendo ad primum, quòd inter corpus Chriſti & hoſtiam eſt colligatio ſecundum eſſe ſacramentale: & ita quòd ſe habent vt veraciter contentum & continens vt patet extra, de ſum. Trin. & fide cathol. ca. firmiter.

¶ Ad ſecundum negatur ſequela, quia ad rem antecedentis nec eſt opus motu, nec concomitatur motus: ſed ad motum ſacramēti concomitatur motus rei, quę eſt ſacramentum. ſecundum eſſe ſacramentale, *per accidens tamen.*

¶ Ad Scotum, autem directe loquentem de Chriſti corpore, vt eſt in ſacramento, dicitur quòd ratio aut implicat contradictoria, aut ſubſumit falſum.

¶ Ad cuius intellectū aduerte duo aſſumi a Sco. ſ. coniunctionē inter aliqua duo, & rationem coniunctionis. ſ. actum voluntatis contingenter ſe habentem. Et oportet alterum duorum ſequentium Scotum dicere, vel coniunctionem illam nullum nexū ponere inter coniuncta vltra actum voluntatis contingenter ſe habētem, aut aliquem nexum inter illa ponere cauſatū a tali actu voluntatis: nō poteſt dici primū, quia ipſemet Sco. ponit coniunctionē illā actu voluntatis uolitam contingenter. & minor etiā eſſet falſa, vt patet. Et ſimiliter exēplum de angelo, quia pręſentia angeli ad lapidem & corporis Chriſti ad ſacramentum, non eſt formaliter per actum voluntatis. Oportet ergo intelligi, ꝙ coniunctio addit nexum quendam inter coniuncta, & tunc apparet aut implicari contradictoria, puta quòd ſit nexus aliquis, inter duo creata, & quòd ille nexus nullo modo coniungat illa niſi pręciſe per actū voluntatis, quod nō eſt intelligibile: aut minorem eſſe falſam, quia inter corpus Chriſti & hoſtiam eſt coniūctio ſacramentalis, quæ licet effectiue ſit a ſolo deo, in ſe tamē eſt coniunctiua corporis Chriſti cū hoſtia naturali neceſſitate ſacramenti, Nā ex vi ſacramēti per ſe habetur eſſe ſacramentale, corporis Chriſti in hoſtia, & eſſe ſacramētale cōiungit corpus Chriſti & hoſtiam: non quia volitam, ſed quia in ſe eſt tale.

¶ Ad exemplū autem de angelo dicitur, ꝙ licet angelus poſſet ſubtrahere pſentiam ſuam a lapide: ſi tamen illam non ſubtrahit, mouēte me lapidem & transferente illum in domum, angelus mouetur nō a ſe, ſed ad motum lapidis: quia angelus nunc eſt ubi eſt lapis, & nō ē ubi erat lapis.

¶ Et ad excludēdas fugas, pone caſum quòd angelus fecerit ſe præſentem lapidi uolūtate illius præſentiæ cōtinuandæ per unā horā tātum, & ſtante caſu forma cōditionalem: ſi angelus factus præſens lapidi dormiret per tres horas, & ego mouerem lapidem illum per duas horas, in fine motus, angelus eſſet ubi eſt lapis, & non per actum angeli. ergo per motum lapidis a me. Et quamuis hæc ſufficerent ad dicta Scoti: facilius tamen poteſt reſponderi, dicendo maiorem poſſe forte habere locum, quando utrumque coniunctorum eſt per ſe mobile, puta, quia ambo ſunt corpora, ſed qm̄ duorū cōiunctorū alterū tantū eſt mobile ſecundum ſe, alterum uero nō non niſi per accidens mobile eſt, maior nullum habet locum, quoniam non poteſt de eis dici, quòd unum eſt mobile improportionatū, & alterum mobile proportionatum. Sic autem inuenitur in propoſito, quoniam hoſtia eſt mobilis ſecundum ſe: eſſe autem ſacramentale, ſeu Chriſti corpus ſecundum eſſe ſacramentale in hoſtia, non eſt mobile per ſe, ſed ſolum per accidens, ut in litera hac dicit Auctor, & communiter omnes fatentur, dum dicunt eſſe quoddam eſſe relatiuum: reſpectus enim non niſi per accidens poſſunt moueri localiter. Et hinc apparet quid dicendum eſt ad exemplum de angelo, quoniam dum moueo lapidem moueo per accidens præſentiam inter lapidem & angelum, & ſimiliter dum moueo hoſtiā conſecratam, moueo præſentiā īter hoſtiā & corpus Chriſti: ita quòd trāſlata hoſtia de altari in plateā, transfertur etiā præſentia, quia corpus Chriſti de præſente in altari ſit pręſens in platea, abſq; hoc ꝙ corpꝰ Chriſti in ſe moueat: & ſimiliter angelus fieret præſens ī domo ad quā trāſlatus eſt lapis, nō ꝙ ipſe angelus ſit motus a ſe vel a me, ſed quia trāsferēdo lapidē, trāſtuli præſentiā eius in lapide.

¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæſextæ Articulum ſeptimum.*

In corpore arti. multa occurrunt notanda, & dubitanda. In primis circa rationes cōcluſionis primæ, ſcilicet corpus Chriſti ſecun-

to: quia etiam dæmones inueniūtur huic ſacramento reuerentiam exhibere: & ipſum timere. ergo pari ratione oculus glorificatus poteſt Chriſtum videre, prout eſt in hoc ſacramento.

Sed contra, Nihil idem exiſtens, poteſt ſimul ab eodem videri in diuerſis ſpeciebus: ſed oculus glorificatus ſemper videt Chriſtum, prout eſt in ſua ſpecie, ſecundum illud Iſa. 33. Regem in decore ſuo videbūt. ergo videtur quòd nó videat Chriſtum, prout eſt ſub ſpecie huius ſacramenti.

Respon. Dicendum, quòd duplex eſt oculus, ſcilicet corporalis proprie dictus, & ītellectualis, qui per ſimilitudinem dicitur: a nullo autem oculo corporali corpus Chriſti poteſt videri, prout eſt in hoc ſacramento. Primo quidem, quia corpus viſibile per ſua accidentia immutat mediū. Accidentia autem corporis Chriſti ſunt in hoc ſacramēto mediante ſubſtantia, ita ſcilicet quòd accidentia corporis Chriſti nō habent immediatam habitudinem, neque ad hoc ſacramentū, neque ad corpora, quæ ipſum circūſtāt. & ideo nō poſſunt immutare mediū, vt ſic ab aliquo corporali oculo videri poſſint. Secundo quia ſicut ſupra dictū eſt†, corpus Chriſti eſt in hoc ſacramento per modum ſubſtantiæ. Subſtantia autem inquantum huiuſmodi, nō eſt viſibilis oculo corporali, neque ſubiacet alicui ſenſui, ſed nec etiā imaginationi, ſed ſoli intellectui, cuius obiectum eſt quod quid eſt, vt dicitur in 3. de Anima†. & ideo proprie loquēdo, corpus Chriſti ſecūdum modum eſſendi, quē habet in hoc ſacramento, neq; ſenſu neq; imaginatione pceptibile eſt; ſed ſolo intellectu qui dicit' ocul' ſpiritualis. Percipitur autē diuerſi mode a diuerſis ītellectibus. Quia enim modus eſſendi, quo Chriſtus eſt in hoc ſacrameno, eſt penitus ſupernaturalis, a ſupernaturali intellectu, ſcilicet diuino, ſecundum ſe viſibilis eſt, & per conſequēs ab intellectu beato vel angeli, vel hominis, q ſm participatā claritatē diuini intellect' videt ea quæ ſupnaturalia ſunt, viſione diuinę eſſentiæ: ab ītellectu autē

ſti ſecundum eſſe, quod habet in ſacramēto non eſt viſibile oculo corporali, aduertendum eſt quòd licet Scot. in vlti. q. di. 10. 4. ſenten. impugnet multas rationes, quæ afferuntur pro hac concluſione: quia tamen neutram iſtarum, quæ in litera afferuntur improbat, immo potius vtraque quodammodo vtitur (& ſecunda quidem ſe tenente ex parte viſibilis, vt terminus eſt viſionis, expreſſe vtitur, prima quoq; cōſiderante viſibile, inquantum cauſa eſt viſionis quodammodo vtitur) ideo extraneum a præſentis operis propoſito duxi defendere rationes alias, quę hic non ponuntur.

¶ In ſecunda ratione aduerte diligenter terminos, vt nō fluctues, quaſi contraria in Auctoris doctrina inueniens, dū alibi dicit cum Auer. ſubſtantiam particularem percipi a cogitatiua: hic vero dicit a ſolo intellectu ſubſtantiā cognoſci. Nec loquitur de ſubſtantia in cōmuni, ſed de ſubſtantia ſingulari, quia loquitur, de corpore Chriſti, vt eſt in hoc ſacramento: conſtat autē corpus Chri eſſe quoddā ſingularē, & modum eſſendi in hoc ſacramēto eſſe rem ſingularem. Vtrumque ſiquidem eſt verum, illud quidem de ſubſtantia indiuiduali, ſecundum materiam ſignatam quantitate: hoc autem de ſubſtantia indiuiduali, vt habet modum eſſendi puræ ſubſtantiæ ideſt ſubſtantiæ inquantū ſubſtantiæ, vt patet ex ſuperius declaratis de modo ſubſtantiæ. Et propterea hic dicit, Subſtantia autem inquātum huiuſmodi, ſubiacet ſolum intellectui &c.

¶ Circa ſecundam partem huius articuli, in qua agitur de viſione intellectuali, aduerte dici quatuor, primum quòd corpus Chriſti ſecundum eſſe in hoc ſacramento, non videtur ab intellectu viatoris hominis: ſecūdum, quòd nec etiam ab intellectu angelico naturaliter: tertium quòd videtur ab intellectu beato angeli, vel hominis per viſionem diuinæ eſſentiæ: quartum (quod eſt omninum prædictorum ratio) quia iſte modus eſſendi eſt penitus ſupernaturalis, ac per hoc ſecundum ſe intelligibilis eſt a ſupernaturali intellectu, ſcilicet diuino.

¶ Contra tria autem horum Scot. arguit in 4. ſent. diſt. 10. q. 8. & primo contra ſecundum, intendens quòd tam intellectus angelicus, quàm animæ ſeparatæ, quàm etiam hominis beati poteſt naturaliter videre exiſtentiam corporis Chriſti in euchariſtia. Primo, quia intellectus ſe habens ad intelligibilia, ſicut ipſa ſunt in ſe intelligibilia, intelligit prius ſubſtantiam quā quē cumque modum eius. ergo nullus modus ſub quo eſt ſubſtantia, poteſt impedire intellectionem ſubſtantiæ a tali intellectu, qui non dependet in intelligendo a ſenſibilibus. Secundo, totum ens creatum eſt obiectum proportionatum tali intellectui, quantum ad cognitionem tam abſtractiuam, quàm intuitiuam. ſi ergo quodcumque ens poteſt abſtractiue cognoſci a tali intellectu, quando non eſt ſibi præſens, ſequitur quòd poteſt intuitiue intelligi ab eodē, quando eſt ſibi perfecte præſens in propria exiſtentia actuali. Tertio, Virtus potens cognoſcere obiectū intuitiue dum eſt præſens, poteſt cognoſcere eius abſentiam, dum eſt abſens: ſed talis intellectus poteſt cognoſcere præſentiam panis quando eſt præſens. ergo poteſt cognoſcere abſentiā eius, quando eſt abſene. ergo eadem ratione poteſt cognoſcere præſentiam ſubſtantiæ corporis Chriſti, quia corpus Chriſti in ſe eſt obiectū proportionatum etiam intellectui tali, vt intuēri. ergo modus accidentalis ipſius corporis non impedit, quin ſit F obiectum intuibile eidē intellectui. Quarto, Anima Chriſti nouit naturaliter ſe eſſe vbicumque eſt, & per conſequens nouit naturaliter ſe eſſe in euchariſtia, & ita naturaliter poteſt noſſe exiſtentiam corporis ſui ibi, quæ eſt ſibi ratio quòd ſit in ſacramento. Quinto Exiſtentia talis non eſt excellentius cognoſcibile q̃ exiſtens, cuius eſt exiſtentia: ſed Chriſtus eſt naturaliter cognoſcibilis a tali intellectu creato. ergo & qualibet eius exiſtentia. Probatur maior, quia non poteſt aliquis modus improportionaliter excedere illud, cui' eſt mod'. Sexto beatus naturaliter videt, in alio beato actum beatificum; & tamen illa beatitudo non eſt minus ſupernaturalis quā exiſtentia corporis Chriſti in euchariſtia. Antecedēs probatur, quia ſubſtantia ipſius beati eſt excellentius cognoſcibile, quàm eius beatitudo.

Ar. 1. huius q. 2. ad 3.

D. 7[illegible].

D. 607.

Li. 3. de anima, tra. 26. to. 2.

¶ Contra tertiū vero idem arguit, intendens quòd intellectus beatus nullo modo per actū beatificum uidet corpus Chriſti in euchariſtia. Beatus nō diſtinguitur a non beato, niſi uidendo obiectum beatificū, ut ſic, & ea quæ icluduntur in eo, ut ſic: ſed corpus Chri eſſe in euchariſtia, non eſt obiectū beatificū (ut paret) nec incluſum in obiecto beatifico: quod probatur, quia I æque eſſentialiter pertinet ad obiectū beatificū includere in ratione obiecti unam rem uel ueritatem unius ſacramenti, ſicut alterius: ſicut æque pertinet ad ueritatem fidei credere ueritatē unius articuli, ſicut alterius: ſed in obiecto beatifico non clauditur, gratiam infundi tali baptizato, aut ſuſcipiēti ſacramentum pœnitentiæ. ergo &c.

¶ Contra quartum, rationem. ſ. qua modus eſſendi eſt penitus ſupernaturalis, arguit ibidem Sco. quia naturale, & ſupernaturale, non diſtinguunt ens in ſe, ſed tantum in comparatione ad agēs, & propterea licet res aliqua ſupernaturaliter fiat, poſtquā facta eſt, naturaliter cognoſcitur. Et confirmatur aſſumptum, quia ſupernaturale & naturale poſſunt ſe habere ſicut imperfectū & perfectius, puta accidens & ſubſtantia. Et cōfirmatur rurſus ſubiunctū, quia fides, ſpes & charitas ſunt habitus ſupernaturales, & tn̄ angeli naturaliter cognoſcūt eos, ſm illos, qui ponunt in angelo naturaliter rōnes cognoſcendi oēs ſpecies entiū.

¶ Ad euidentiam horum prælibandum eſt, q parua diſtantia in principio magna ualde apparet ī principiatis. Et hinc eſt, quòd K ex diuerſa opinione circa modū intelligēdi, tot quæſtiones emanant. Opinantes ſiquidem intellectum non alligatum phantaſmati intelligere per motionem ab ipſis rebus, quæ intelligi dicūtur, cōſequenter opinantur intellectus abſtractos intueri res præſentes, ſicut nos uidemus corporaliter colores præſentes. Tenentes autem cum peripateticis & philoſophis intellectus abſtractos moueri tantum a ſeipſis ſeu ſuis ſubſtantiis, uel etiā a ſuperioribus eorum, & non ab aliquo inferiori, conſequenter ponunt intellectus abſtractos cognoſcere quicquid cognoſcunt naturaliter: aut per ſubſtantiā propriam ſolam (quod nos credimus in ſolo deo verificari) aut per ſubſtantiā perfectā ſpeciebus intelligibilibus inditis, aut etiā, ut quibuſdā placuit, per ſubſtantiā ſuperiorem, & per conſequens intellectus abſtracti cognitio naturalis non ſe poteſt extendere, niſi ad ea quæ naturaliter relucēt in his, quæ ſunt apud intellectum abſtractum. Et quoniam hæc nō ſunt, niſi pertinentia ad naturalem ordinem uniuerſi, quoniā ſolæ res pertinentes ad opera ſex dierum, fuerūt productæ a Deo in mentibus



hominis viatoris non poteſt conſpici niſi per fidem, ſicut & cetera ſupernaturalia: ſed nec etiam intellectus angelicus ſecundum ſua naturalia ſufficit ad hoc intuendū. vnde dæmones non poſſunt videre per intellectum Chriſtū in hoc ſacramento niſi per fidem, cui nó voluntarie aſſentiunt, ſed ad eam B euidentia ſignorum [d] conuincuntur, prout dicitur Iac. 2. Quòd dæmones credunt, & contremiſcunt.

Ad primvm ergo dicendum, quòd oculus noſter corpore' per ſpecies ſacramentales impeditur a viſione corporis Chriſti ſub eis exiſtentis, non ſolum per modum tegumenti, ſicut impedimur videre id, quod eſt velatum quocūq; corporali velamine: ſed quia corpus Chriſti non habet habitudinē C ad medium, quod circunſtat hoc ſacramentum, mediantibus proprijs accidentibus, ſed mediantibus ſpeciebus ſacramentalibus.

Ad 2m dicendum, quòd oculus corporalis Chriſti, videt ſeipſum ſub ſacramento exiſtentem: nō tamen poteſt videre ipſum modum eſſendi, quo eſt ſub ſacramento, quod pertinet ad ſolum intellectum: nec tamen eſt ſimile de alio oculo glorioſo: quia etiam ipſe oculus Chriſti eſt ſub hoc ſacramento, in quo nō conformatur ei alius oculus glorioſus.

Ad 3m dicendum, quòd angelus bonus vel malus non poteſt aliquid videre oculo corporeo, ſed ſolum oculo intellectuali: vnde non eſt ſimilis ratio, vt ex dictis patet. *

in mentibus angelicis & in rerum natura qn̄ vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona, quæcumque non ad naturæ, ſed gratiæ ordinem per ſe ſpectant, eximuntur a naturali cognitione angelorum ſecundum hanc viam, ſecundum quā etiam naturale & ſupernaturale ſunt & differentię entis & differētiæ modi faciendi: nam oculi dati cæco nato, & vinū factum in nuptijs, differebant ab alijs oculis & vinis, ſecūdum naturale & ſupernaturale quo ad modum fiendi tantum: ſed charitas, & incarnatio Chriſti, & Chriſtū eſſe ſub ſacramento, & lumen gloriæ, & ſimilia, differunt a virtutibus naturalibus & alijs quæ entia naturalia vocam', penes ſupernaturale & naturale, quantum ad ipſa entia ſunt enim hæc ex ſuo genere ſupernaturalia entia, quia nulli poſſunt enti eſſe, aut fieri cōnaturalia, vt alibi declarauimus.

¶ His prælibatis ad primum Scoti dicitur, falſam eſſe minorem, ſcilicet intellectum abſtractū habere ſe ad omne intelligibile, ſecundum ordinem intelligibilitatis: hoc enim patet eſſe falſum: tum, quia non ſic ſe habet ad primū intelligile quod eſt deus: tum, quia quilibet intellectus abſtractus intelligit, & quod eſt ſupra ſe, & quod eſt infra ſe per modum ſui: dicitur nihilominus, quòd licet intellectus abſtractus videat corpus Chriſti, non propterea ſequitur. ergo videt eius modum eſſendi in ſacramento. Et hoc, non quia iſte modus eſſendi eſt excellentioris cognoſcibilitatis in ſe: ſed quia eſt cognoſcibile alterius ordinis, ſcilicet ſupernaturalis, & propter hoc eſt extra totum ordinem rerū præſentium cognitionibus naturalibus.

¶ Et hinc patet reſponſio ad ſecundum: quia falſum eſt. totum ens creatum eſſe obiectum proportionatum tali intellectui. Et intuitiue quidem, quia quædam, ſcilicet ſupernaturalia, ſunt de ordine non præſentium cognitioni naturali. Abſtractiue uero, quia incarnationis myſterium latet, quo ad perfectam quidditatiuam cognitionem, omnis intellectus creati cognitionem naturalem: quia illius nulla indita ſpecies eſt præſentatiua perfecte. Et idem videtur de eſſe corporis Chriſti in ſacramento. Supponit igitur argumentum hoc falſum, ſcilicet modum eſſendi in ſacramento, præſentem quandoque eſſe naturali cognitioni intellectus abſtracti.

¶ Ad tertium dicitur, negando eadem, vel ſimili ratione, poſſe cognoſci præſentiam corporis Chriſti. Et ad ſubiunctā probationem iterum dicitur, quòd modus accidentalis, non quatenus accidentalis, ſed quatenus eſt alterius ordinis, impedit ſe intueri ab intellectu, cui ordo ille non eſt præſens, qualis eſt intellectus, angelicus naturaliter.

¶ Ad quartum de anima Chriſti dupliciter dici poteſt. Primo, excipiendo Chriſti animā ea ratione, quia ad ipſum ſpectat: quàmuis concomitanter, talis modus eſſendi, ita quòd ſicut dicimus cogitationes cordis mei, latere naturalem cognitionem angelorum, manifeſtas tamen eſſe animæ meæ, quia ad ipſam ſpectant, & per hoc fiunt ſibi præſentes, quæ non ſunt præſentes angelis, ſic in propoſito modus iſte eſſendi eſt præſens naturali cognitioni animæ Chriſti per hoc, quòd ad ipſum ſpectat: nec eſt ſimile de alijs intellectibus, ut patet. Secundo, dicitur negando animam Chriſti cognitione naturali intueri modum, quo corpus Chriſti eſt in hoc ſacramento, ſicut cognitione naturali non intuētur myſterium incarnationis: vnde Auctor dicit hic, quòd quia modus eſſendi in hoc ſacramento eſt penitus ſupernaturalis, non niſi a ſupernaturali intellectu, vel ipſius participatione, eſt in ſe ītelligibilis. Et hæc reſponſio ſolidior videtur.

¶ Ad quintum iam patet ex dictis, quòd non ratione excellentiæ, ſed ratione abſentiæ ſeu non præſentiæ, exiſtentia in ſacramento latet, & tamen corpus Chriſti patet.

A ¶ Ad ſextum negatur aſſumptum, ſcilicet actum beatificum vnius beati videri naturali cognitione ab altero. Et ratio eſt ſæpe dicta, non propter excellentiam cognoſcibilis, ſed propter abſentiam: quia naturalis cognitio contenta eſt ſpectantibus ad ordinem naturalem: actus autem beatificus ſpectat ad ordinem ſupernaturalem.

¶ Ad obiecta contra uiſionem huius ſacramenti per actum beatificum reſpondendo diſtinguitur, quòd de actu beatifico poſſumus dupliciter loqui: uel præciſe ſecundum neceſſaria ad beatitudinem, & ſic proculdubio verum eſt, per actū beatificum non uideri Chriſti corpus, in ſacramento, nec, myſterium incarnationis, immo nec, aliquid, quod ſcit deus ſcientia uiſionis; ut patet ex eo, quòd ſi unum tantum intellectū deus creaſſet, & ille uideret deum, eſſet proculdubio beatus, & nihil horum ſciret quæ ad ſcientiam uiſionis ſpectant: quia nihil horum fuiſſet, eſſet, aut futurum eſſet: uel de actu beatifico loquimur, ſecundum quòd de facto diuina largitas illum ditauit, ſeu extendit, & ſic uiſio beata extendit ſe ad multa alia, quæ non ſunt ſimpliciter neceſſaria cognitu ad beatitudinem, inter quæ opinamur eſſe myſterium incarnationis & euchariſtiæ, ea ratione, quia ſunt difficillima inter omnia creata credenda, ac per hoc a mentibus fidelium ualde deſiderata, ut uideantur: beatitudo autem ſatietiua eſt fidelium, ut fidelium deſideriorum, tum arduorum. Et Scotus quidem in primo ſenſu loqui uidetur, & non in ſecundo: quoniam ratio ſua in primo tantum ſenſu militat, & pluries repetit neceſſitatem ad beatitudinem. vnde non oportet aliter reſpondere.

In corp. ar.

D ¶ Ad obiecta demum de ſupernaturalitate, reſpondetur dicendo, quòd naturale & ſupernaturale ſunt differentiæ, quandoque ſolum ſecundum reſpectum ad agens, quandoque uero ſunt differentiæ entis. Et propterea falſum eſt, quodcumque ens poſtquàm factum eſt, eſſe naturale: de aliquo enim eſt uerum, & de aliquo non, vt ſupra diximus. Et ad confirmationem de differentia imperfecti & perfectionis, dicitur quòd eſt impertinens: quoniam non eſt quæſtio de perfectione, vel imperfectione, ſed de naturalitate, vel ſupernaturalitate. Poſſet tamen dici, quòd qualitates ſupernaturales ſunt perfectioris ordinis, quàm totus ordo naturalium: quia ſunt ordinis diuini, ut charitas & lumen gloriæ teſtantur.

¶ Ad ultimam confirmationem, dicitur quòd angelis non ſunt inditæ ſpecies omnium ſpecierum, ſed earum tantum, quæ ad naturalem ordinem uniuerſi ſpectant: & propterea fi- E dem, ſpem, & charitatem, non per naturalem cognitionem, in proprio genere nouerunt, niſi habentes illas in ſeipſis, utpote ad eos ſpectantes.

¶ In reſponſione ad ſecundum, intellige differentiam inter oculum corporalem Chriſti, & corporalem oculum aliorum ſanctorum, non reſpectu uiſibilis per ſe (quoniam in corpore articuli iam dictum erat, modum eſſendi Chriſti corporis in hoc ſacramento eſſe inuiſibilem, ſoloque intellectu intuibilem) ſed reſpectu uiſibilis per accidens: ita quòd Chriſtus dicitur corporali oculo uidere ſeipſum ſub hoc ſacramento: quia ſic ſeipſum uidet, ut ſtatim intellectum uideat ſuum eſſendi modum in ſacramento: ſicut poſt reſurrectionem dicemur uidere deum corporalibus oculis, ut in quæſtio. 12. primæ partis Auctor declarauit.

*¶ Super Quæſtionis ſeptuageſimæſextæ Articulum octauum.*

IN artic. 8. aduerte circa vera apparentias ex miraculo in hoc ſacramento, quòd diſtinguẽdum videtur de magnitudine ſpeciei apparentis. Nã ſi res apparens fuerit tam magnarum dimenſionũ, vt ſint incõpoſſibiles ſubſtantiæ conuerſæ, puta ſi conſecrato modico vino in ſundo calicis, vt fieri cõſueuit, appareat & permaneat totus calix magnus plenus ſpecie ſanguinis, tunc non videtur remanere verus Chriſti ſanguis ſub illis ſpeciebus: quoniam non manent dimenſiones vini conuerſi. Et in hoc caſu ſpecies ſanguinis ſignificat Chriſti ſanguinem verũ contineri ſub ſacramento, & non contineri ſub ſeipſa. Si vero dimenſiones non ſint ita in veritate extenſæ, quin afficerent conuerſam ſubſtantiam, ſi ſubeſſet, ſentiẽdum eſt, ut litera tradit: quoniã tandiu manet ueritas ſacramẽti, quandiu maneret panis aut uinũ, ſi ſubeſſet: conſtat autem quòd quandiu manent dimenſiones illæ ſine ſubiecto, manet corpus, aut ſanguis Chriſti: vnde cum tam extenſiuæ dimenſiones immutantur, immutatio non eſt ſolum accidentalis, ſed ſubſtãtialis: Auctor autẽ loquitur, quando mutatio eſt ſolũ in accidentibus. Et ſi quæratur, qua adoratione venerandus eẽt huiuſmodi ſanguis miraculoſus, dicendum uidetur, idem eſſe iudicium de ipſo, & de ueſte Chriſti.

4. di. 10. ar. 2. q. 2. ad 3. & ar. 4. q. 2. & 3. Et op. 58. cap. 11.

ARTICVLVS VIII.

*Vtrum quando in hoc ſacramento apparet miraculoſe caro uel puer, ſit ibi uere corpus Chriſti.*

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur quòd quando in hoc ſacramento miraculoſe apparet caro vel puer, non ſit ibi vere corpus Chriſti. Corpus enim Chriſti deſinit eſſe ſub hoc ſacramento, quando deſinunt eſſe ſpecies ſacramentales, vt dictum eſt: † ſed G quando apparet caro vel puer, deſinunt eſſe ſpecies ſacramentales. ergo nõ eſt ibi vere corpꝰ Chriſti.

† ar. preced. ad 3. arg.

¶ 2 Præt. Vbicumque eſt corpus Chriſti, vel eſt ibi ſub ſpecie propria, vel ſpecie ſacramenti: ſed quando tales apparitiones fiunt, manifeſtum eſt, quòd non eſt ibi Chriſtus ſub ſpecie propria, quia in hoc ſacramento totus Chriſtus continetur, qui permanet integer in forma, qua aſcendit in cælum: H cum tamen id, quod miraculoſe apparet in hoc ſacramento, quandoque videatur vt quædam parua caro, quandoque autem vt paruus puer, manifeſtum eſt etiam, quòd non eſt ibi ſub ſpecie ſacramenti, quæ eſt ſpecies panis vel vini. ergo videtur, quòd corpꝰ Chriſti nullo modo ſit ibi.

¶ 3 Præt. Corpus Chriſti incipit eſſe in hoc ſacramento per conſecrationem & conuerſionem, vt ſupra* dictum eſt: † ſed caro & ſanguis miraculoſe apparens, nõ ſunt I cõſecrata, nec conuerſa in verum corpus & ſanguinem Chriſti. non ergo ſub his ſpeciebus eſt corpus, uel ſanguis Chriſti.

*q. 75. ar. 2.

SED CONTRA eſt, quòd tali apparitione facta, eadem reuerentia exhibetur ei quod apparet, quæ etiam primo exhibebatur: quod quidem non fieret, ſi vere non eſſet ibi Chriſtus, cui reuerentiam latriæ exhibemus. ergo etiam tali apparitione facta, Chriſtus eſt ſub hoc ſacramento.

RESPON. Dicendum, quòd dupliciter contingit talis apparitio, qua quandoque in hoc ſacramẽto miraculoſe videtur caro aut ſanguis, aut etiam aliquis puer. quandoque enim hoc cõtingit ex parte videntium, quorum oculi immutantur tali immutatione, ac ſi expreſſe viderent exterius carnem vel ſanguinẽ vel puerum, nulla tamen immutatione facta ex parte ſacramenti: & hoc quidem videtur contingere, quando vni videtur ſub ſpecie carnis vel pueri, alijs tamen videtur ſicut & prius ſub ſpecie panis, vel quando eiF dem ad horam videtur ſub ſpecie carnis vel pueri, & poſtmodum ſub ſpecie panis: nec hoc tamen pertinet ad aliquam deceptionem, ſicut accidit in magorum præſtigijs: quia talis ſpecies diuinitus formatur in oculo, ad aliquam veritatem figurandam, ad hoc ſcilicet, quòd manifeſtetur vere corpus Chriſti eſſe ſub hoc ſacramento; ſicut etiam Chriſtus abſque deceptione apparuit diſcipulis euntibus in Emaus: dicit enim Auguſt.* in lib. de Quæſtio. euangeliſt. quòd cum fictio noſtra refertur ad aliquã ſignificationem, non eſt mendacium, ſed aliqua figura veritatis. & quia per hunc modum nulla immutatio fit ex parte ſacramenti, manifeſtum eſt, quòd non deſinit Chriſtus eſſe ſub hoc ſacramento tali apparitione facta: G quandoque vero contingit talis apparitio non per ſolam immutationem videntium ſub ſpecie, quæ videtur, realiter exterius exiſtente: & hoc quidem videtur eſſe, quando ſub tali ſpecie ab omnibus videtur, & non ad horam; ſed per longum tempus ita permanet. Et in hoc caſu quidam dicunt, quòd eſt propria ſpecies corporis Chriſti. nec obſtat quòd quandoque non videtur ibi totus Chriſtus, ſed aliqua pars carnis, vel etiam videtur non in ſpecie iuuenili, ſed in effigie puerili, quia in poteſtate corporis glorioſi eſt, quòd videatur ab oculo non glorificato, vel ſecundũ H totum, vel ſecundum partem, & in effigie vel propria vel aliena, vt infra* dicetur: ſed hoc videtur eſſe inconueniens. Primo quidem, quia corpus Chriſti non poteſt in propria ſpecie videri, niſi in vno loco, in quo definitiue continetur: vnde cum videatur in propria ſpecie, & adoretur in cælis, ſub propria ſpecie non videtur in hoc ſacramento. Secundo, quia corpus glorioſum quod apparet vt vult, poſt apparitionem cum voluerit diſparet, ſicut dicitur Luc. vlti. quòd dominus ex oculis diſcipulorum euanuit: hoc autem quod ſub ſpecie carnis in hoc ſacramento apparet, diu permanet: quinimmo legitur quandoque eſſe incluſum, & multorum epiſcoporum conſilio in pixide reſeruatum, quod nephas eſſet de Chriſto ſenI tire, ſecundum propriam ſpeciem. & ideo dicendum eſt, quòd manentibus dimenſionibus, quæ prius fuerant fit miraculoſe quædam immutatio circa alia accidentia, puta figuram & colorem, & alia huiuſmodi, vt videatur caro vel ſanguis aut etiam puer: & ſicut prius dictum eſt, * hoc non eſt deceptio: quia fit in figuram cuiuſdam veritatis, ſcilicet ad oſtendendũ per hanc miraculoſam apparitionem, quòd in ſacramento eſt vere corpus & ſanguis Chriſti: & ſic patet quòd remanentibus dimenſionibus, quæ ſunt fundamenta aliorum accidentium, vt infra* dicetur, remanet corpus Chriſti in hoc ſacramento.

Li. 2. c. [illegible] nõ procul a prin. [illegible]

Non abſ[illegible] uit mor[illegible] preuen[illegible] ſed vide in ſent. lib. 4. diſ. 44. q. 4. ar. 4.

In ipſo [illegible] art.

q. ſeq. ar. 4.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd facta tali apK paritione ſpecies ſacramentales quandoque quidem totaliter remanent in ſeipſis, quandoque autem ſecundum id, quod eſt principale in eis, vt dictum eſt.*

In corp. ar.

AD 2m dicendum, quòd in huiuſmodi apparitionibus, ſicut dictum eſt, † non videtur propria ſpecies Chriſti, ſed ſpecies miraculoſe formata vel in oculis intuentium, vel etiam in ipſis ſacramentalibus dimenſionibus, vt dictum eſt.*

In corp. ar.

Ibidem.

AD 3m dicendum, quòd dimenſiones panis & vini conſecrati manent, immutatione circa eas miraculoſe facta, quantum ad alia accidentia, vt dictum eſt.*

q. 75. ar. 5. & 6.

¶ Super



*¶ Super Quæſtionem ſeptuageſimamſeptimam.*

IN quæſt. iſta, de accidentibus euchariſtiæ omiſſa tanta opinionum varietate, vt ſolidior rationabiliorq; via appareat, notandum duxi, duplicem eſſe opinionem de modo eſſendi iſtorum accidentiũ ſine ſubiecto. Prima opinio eſt, accidentia iſta eſſe ſine ſubiecto, per ſolam conſeruationem a deo ſine ſubiecto, ita ꝙ cum prius haberẽt duo, ſcilicet eſſe in ſubiecto, & vtrumque conſeruabatur a deo, poſtea deſinente deo conſeruare ly in ſubiecto, & conſeruante eſſe quod habebant, ipſa ſunt ſine ſubiecto. Et hanc opinionem ſequitur Scotus in 12. diſt. 4. Altera autem opinio tenet, vltra conſeruationem addi nouam actionem diuinam conferentem accidẽtibus his nouum modum eſſendi, ſcilicet per modum ſubſtantiæ, & hanc opinionem ſequitur D. Thó. in hac quæſtione, dicens collatum eſſe dimenſionibus habere ſubſtantiæ proprietatem, actum, vim, atque virtutem. Et vt plenius quod dicitur intelligatur, manifeſtemus ex differentia ſeu differentijs inter has opiniones, primo quo ad eſſe. nam cum accidens in ſubiecto non ſit quod eſt, ſed quo eſt, ex ſola conſeruatione accidentis in ſuo eſſe nõ conſeruato ſubiecto, non acquirit accidens nouum modum eſſendi, ſed perdit priorẽ modũ ſignificatũ per ly in, deſinit. n. eſſe actualiter inhærens: ſed vbi conſeruationi apponitur collatio noui modi, accidens non ſolum perdit actualiter inhærere, ſed acquirit nouum eſſendi modum, vt qđ prius fuerat quo eſt, modo ſit quod eſt, & hic eſt modus eſſendi ſubſtantiæ. Et huic differentiæ annectitur altera, quòd conſeruatio ſola accidentium ſine ſubiecto eſt velut violenta, hoc eſt, ꝙ ſi fieret ab agente ſecundo, eſſet violenta: quemadmodum ſi lapis abſq; aliquo fulcimento ſola agentis virtute ſuſtineretur in loco ſuperiori. Et ratio violentiæ eſt: quia accidens cum ſuo eſſe ſeparatum ab ineſſe ſuſtinetur, vt prius erat. ſ. vt quo eſt, ex quo non acquiſiuit alium eſſendi modum: ſed ſi accidens cum modo eſſendi per modum ſubſtantiæ, conſeruatur ſine ſubiecto, naturaliter cõſeruatur in ſupernaturaliter acquiſito eſſendi modo. Secundo, differunt quo ad eſſe ſubiectum: nam ex ſola conſeruatione accidentiũ ſine ſubiecto, dimenſiones non ſunt plus ſubiectum aliorum accidentium, quàm prius erant: prius aũt erant ſolum receptiuę accidentium, & non ſuſtentatiuę eorundem. poſt ſeparationem igitur tam dimenſiones, ꝗ reliqua accidentia remanẽt ſine ſubiecto ſuſtentante. Et inter dimenſiones & alia accidentia hoc intereſt, ꝙ accidentia alia retinent ſubiectum receptiuum. ſ. ipſas dimenſiones, ipſa vero quantitas caret etiam receptiuo: ſed vbi quãtitati, collatus ponitur modus ſubſtantiæ, ipſa quidem nec ſuſtentatiuo eget (quoniam eſt per modum ſubſtantiæ) reliquorum vero accidentiũ ipſa eſt & receptiuum & ſuſtentatiuum: receptiuum quidem ex ſe, ſuſtentatiuum vero ex acquiſito modo ſubſtantiæ. Tertio, differunt ſecundum actionem, quia ſola conſeruatio non conſtituit actiuum ſubſtantiæ & per modum ſubſtantiæ, ſed modus eſſendi per modum ſubſtantię conſtituit actiuum, vt quod reſpectu omnis producibilis, cuius ibi ſaluatur actiuum, vt quo. Quarto differunt, quo ad poſitionem ſeu potentiam paſſiuam: quĩ per ſolam conſeruationem nõ acquirunt nouam aliquam potentiam paſſiuam: ſed ſi collatus ponitur modus ſubſtantiæ, collata conſequenter ponitur vis atque potentia ſubſtantiæ, vt poſſit. ſ. inde fieri quicquid poſſet ex ſubſtantia, ſi eſſet. Quòd rationabilior autem ſit opinio ponens cõferri dimenſionibus modum vimque ſubſtantiæ, ex duobus apparet. Primo, quia ſic ſaluantur naturaliter omnes, quæ ad ſenſum apparent mutationes a naturalibus agentibus circa euchariſtiam. nam ſuppoſito hoc vno miraculo quæcumq; fiunt, naturaliter ſaluantur, ac ſi fierent in ſubſtantia: quoniã ſupponitur viceſubſtanA tia, quantitas. ſ. habens modum, vim, proprietatemque ſubſtãtiæ. Secundo apparet, quia nõ eſt hic aſſirmandum miraculũ, quod non ſequatur ex conſecratione, & paucitas miraculorũ præeligenda eſt potius quàm multitudo: ſed ſic ponendo, vnũ ſolum miraculum ponitur, qđ ẽt conſecrationi eſt annexum. Nã ad ſenſum conuincitur, ꝙ ex ſpeciebus illis educibilis eſt de potẽtia ad actum per agens naturale raritas, quæ nõ eſt educibilis de potentia dimenſionum & reliquorum accidentium ibi exiſtentium, niſi ſicut medio: quoniã conſtat raritatem educi de potentia materię paruificabilis ſub amplioribꝰ dimẽſionibus: ex eo enim ꝙ ibi non eſt materia, niſi ponatur aliquid vice materiæ, oportet dicere, aut huiuſmodi ſpecies non eſſe rarefactibiles, aut per agẽs naturale educi raritatem de potentia ad actum abſq; aliquo, C ex quo ſit educibilis raritas de potentia ad actum, quod non eſt intelligibile abſque nouo miraculo. Et hinc quoque apparet ſoliditas huius opinionis, dum vnico miraculo ſaluat omnia apparentia, & naturalitatem omnium actionum & paſſionum. Nec immediata conſeruatio horum a deo, prohibet corruptionem naturalem eorundem: quoniam non plus ex immediata conſeruatione manutenentur, quàm cum mediante ſubſtantia conſeruantur: eſt enim cõſeruatio dei ſuauis rebus conſeruatis: & ideo non conſeruatio diuina, ſed res conſeruata, ſuccumbit agenti naturali corrumpenti. Nec oportet ſolicitum eſſe circa entitatem prædictorum. ſ. modi eſſendi proprietatis, vis, virtutiſq; ſubſtantiæ: ipſa ſiquidem res de genere accidentium, puta quantitas cum ſuo eſſe, ſit a deo vis, virtuſque ſubſtantiæ habens actum modumq; ſubſtantiæ. Manifeſtatur autem hoc eſſe non ſolum poſſibile, ſed rationabile diſcurrenD do per ea quæ apparent, & opinata in philoſophia. videmus ĩprimis in elementis quædam non ſemina, ſed proportionalia ſeminibus cum generantur animalia ex putrefactione, videmus quoque imperfectiſſima entia, qualia ſunt ſemina, vicem gerere perfectorum animalium cum generantur animalia perfecta per propagationem, opinamur quoque dari proportionalia membra, puta in carentibus corde aliquid proportionale loco cordis, credimus quoq; lumen effici vim aſtri illius, in quo recipitur, puta lunæ: tenent multi, vt infra patebit, accidentia propria eſſe vires ipſas ſubſtantiarum. Ex quibus omnibus, ſi aduerterimus quantitatẽ eſſe rem propinquæ & quaſi proportionalis naturæ cũ materia, non apparebit impoſſibile aut a ratione alienum, ꝙ ipſamet res, quæ eſt quantitas, fiat vicemateria, & ſic ſuppleat materiæ officium, velut quoddam proportionale materiæ, ſicut proportionale cordi facit officiũ cordis: nec oportet aliam entitatem quærere: quĩ accidentia fluentia a principijs eſſentialibus ſubſtãtię ex hoc ipſo, ꝙ a principijs E illis fluunt, ſunt non ſolum accidentia, puta calor, ſed ſunt vis & virtus ſubſtantiæ, ita ꝙ poſſunt producere ſubſtantiam, vt inferius amplius patebit (quàmuis quidam ſentiant cõtrariũ) ita quantitas euchariſtiæ poteſt ſortiri a ſuprema omniũ ſubſtantiarum, vt ipſamet quantitas ſit viceſubſtantia &c. multo enim vehementioris ac intimioris efficaciæ eſt primæ ſubſtantiæ actio, quàm quicumq; fluxus accidentis a principijs ſubſtantialibus ſubiecti. Hic eſt ergo modus, quo facillime abſque multiplicatione tam miraculorum quàm entitatum, ſaluantur apparentia circa accidentia euchariſtiæ inter agendum & patiendum.

¶ Quibus prælibatis, ad ſingula deſcẽdendo, perſpice in 1. arti. huius literæ in reſponſione ad quartum, primum quod diximus, ſcilicet ꝙ accidens tranſit de quo eſt in quod eſt, & eſt deinceps compoſitum ex quod eſt, & quo eſt. Perſpice ſecundo in artic. 2. in reſponſione ad primum, quantitatem tranſire de ſubiecto medio in recipiendo, in ſubiectum in ſuſtentando. Perſpice tertio in articul. 3. in reſponſione ad tertium id, quod

## QVAESTIO LXXVII.

*De accidentibus remanentibus in hoc ſacramento in octo articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderãdum eſt, de accidentibus remanentibus in hoc ſacramento.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum accidentia quę remanent, ſint ſine ſubiecto.
¶ Secũdo, Vtrũ quãtitas dimẽſiua, ſit ſubiectũ aliorũ accidẽtium.
¶ Tertio, Vtrum huiuſmodi accidẽtia poſſint immutare aliquod corpus extrinſecum.
¶ Quarto, Vtrũ poſſint corrumpi.
¶ Quinto, Vtrum ex eis poſſit aliquid generari.
¶ Sexto, Vtrum poſſint nutrire.
¶ Septimo, De fractione panis conſecrati.
¶ Octauo, Vtrum vino conſecrato poſſit aliquid permiſceri.

ARTICVLVS PRIMVS.

B *Vtrum accidentia remaneant ſine ſubiecto in hoc ſacramento.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd accidentia non remaneant in hoc ſacramento ſine ſubiecto. Nihil enim inordinatum aut fallax debet eſſe in hoc ſacramento veritatis: ſed accidentia eſſe ſine ſubiecto, eſt contra rerum ordinem, quem deus naturæ

Supra q. 75. art. 5. Et 1. di. 47. ar. 4. co. Et 4 di. 12. q. 1. a. [illegible] Et 4. con. c. 63. & 65. Et quol 3. ar. 1. Et quol. 4. art. 5. Et opuſ. 2. c 8. Et 1. Cor. 11. lec. 5.

qđ diximus de accidentibus fluentibus a ſubſtantia. ſed occurrunt in hoc loco duo ĩtolerabilia Scoto in 12. di. 4. Primũ eſt, ꝙ forma ſubſtãtialis geniti non ſit immediate a forma ſubſtantiali generãtis: ſcđm ẽ, ꝙ qualitates agunt in virtute formæ ſubſtãtialis, producendo ſubſtãtiã. Et Scot. quidem lõgũ circa hæc proceſſum facit: ego aũt quia de ſacris tracto, & hmõi diſputatio nõ eſt neceſſaria ad ſacri notitiã, pertrãſeundũ cenſeo: declarando tñ ſẽſum Auctoris, quẽ noluit forte intelligere Scotu: qñ ſi illũ intellexiſſet, non ſic arguiſſet.

Lib. 4. met. text. 28. to. 3.

¶ Cũ dicimus qualitates agere in virtute formæ ſubſtantialis, non ſomniamus rem aliam abſolutam aut reſpectiuam, ſed ipſam qualitatem eſſe virtutem illius ſubſtantiæ: ſicut dicimus ſemẽ eſſe virtutem generantis. & propterea ſicut conſeruato ſemine, ſemen bouis generat bouẽ, & ſemen hominis generat hominem, proculdubio in uirtute hominis a quo fluxit (ſol. n. & homo generant hominem, ut dicitur 2. phyſic.) & tamen nõ oportet ſemen illud ſubordinari defuncto homini ita quòd referatur ad illum, aut moueatur ab illo, ſat eſt enim ſeruari ſicut fluxit ab illo: ita qualitas uini cõuerſi in ſanguinem Chriſti, quia erat virtus uini, ſi ꝑ quia, cõſeruat ſicut erat, ꝑductiua eſt uini: conuerteret. n. guttam aquæ in uinũ, nõ minus, quàm ſi ſubſtãtia uini ſubeſſet. Nec oportet ſubordinari uino cõuerſo nec moueri ab illo: ſed dicitur agere in uirtute illius, quia eſt virtus, quæ fluxit ab ipſo: ſed hæc metaphyſicis reſolutionibus reſeruem⁹. Reliqua quæ ſupra diximus, in artic. 5. & 8. clare habentur.

* Refertur de conſec. di. 2. c. Species.

q. 75. art. 3. & 6.

In libr. de Trini. ante med.

indidit: videtur etiam ad quãdam fallaciam pertinere, cũ accidentia naturaliter ſint ſigna naturæ ſubiecti. ergo in hoc ſacramento non ſunt accidentia ſine ſubiecto.

¶ 2 Præt. Fieri non poteſt etiam miraculoſe, quòd definitio rei ab ea ſeparetur, vel quòd vni rei conueniat definitio alterius rei, puta quòd homo manens homo, ſit animal irrationabile, ad hoc enim ſequeretur cõtradictoria eſſe ſimul: hoc enim quod ſignificat nomen rei, eſt definitio, vt dicitur in 4. metaph.* ſed ad definitionem accidentis pertinet quòd ſit in ſubiecto, ad definitionem vero ſubſtantiæ, quòd per ſe ſubſiſtat non in ſubiecto. nõ ergo poteſt miraculoſe fieri quòd in hoc ſacramento ſint accidentia ſine ſubiecto.

¶ 3 Præt. Accidens indiuiduatur ex ſubiecto. ſi ergo accidentia remanẽt in hoc ſacramẽto ſine ſubiecto, *non erunt indiuidua*, ſed vniuerſalia, quod patet eſſe falſum, quia ſic non eſſent ſenſibilia, ſed intelligibilia tantum.

¶ 4 Præt. Accidentia per conſecrationem huius ſacramenti, non adipiſcuntur aliquam compoſitionẽ: ſed ante conſecrationem nõ erant compoſita, neque ex materia & forma, neque ex quo eſt, & quod eſt. ergo etiam poſt cõſecrationem non ſunt compoſita altero horum modorũ, quod eſt inconueniens: quia ſic eſſent ſimpliciora, quàm angeli: cum tamen hæc accidentia ſint ſenſibilia. non ergo accidentia remanent in hoc ſacramento ſine ſubiecto.

Sed contra eſt, ꝙ Greg.* dicit in homi. paſchali, quòd ſpecies ſacramentales ſunt illarum rerum vocabula, quæ ante fuerunt, ſcilicet panis & vini: & ita cum non remaneat ſubſtantia panis & vini, videtur quòd huiuſmodi ſpecies remaneant ſine ſubiecto.

Respon. Dicendum, quòd accidentia panis & vini, quæ ſenſu deprehenduntur in hoc ſacramento remanere poſt cõſecrationem, non ſunt ſicut in ſubiecto in ſubſtantia panis & uini, quæ non manet, vt ſupra* habitum eſt, neq; etiam in forma ſubſtantiali, quæ non manet, & ſi remaneret, ſubiectum eſſe non poſſet, vt patet per Boet.* in lib. de Trini. Manifeſtum eſt etiam, quòd huiuſmodi accidentia non ſunt in ſubſtantia corporis, & ſanguinis Chriſti ſicut in ſubiecto: quia ſubſtantia humani corporis nullo modo poteſt his

F accidentibus affici: neque etiam eſt poſſibile, quòd corpus Chriſti glorioſum & impaſſibile exiſtens, alteretur ad ſuſcipiendas huiuſmodi qualitates. Dicunt autem quidam, quòd ſunt ſicut in ſubiecto in aere circũſtante: ſed nec hoc eſſe poteſt. Primo quidem, quia aer non eſt huiuſmodi accidentium ſuſceptiuus. Secundo, quia huiuſmodi accidentia non ſunt vbi eſt aer: quinimmo ad motum harum ſpecierum, aer depellitur. Tertio, quia accidentia non tranſeunt de ſubiecto in ſubiectum, vt ſcilicet idem accidens numero, quod primo fuit in vno ſubiecto, poſtmodum fiat in alio: accidens enim numerum accipit a ſubiecto. vnde non poteſt eſſe, quòd idem numero manẽs, G ſit quandoque in hoc, quandoque in illo ſubiecto. Quarto, quia cum aer nõ ſpolietur accidentibus proprijs, ſimul haberet accidentia propria & aliena: nec poteſt dici, quòd hoc fiat miraculoſe virtute conſecrationis: quia verba conſecrationis hoc nõ ſignificant: quæ tamen non efficiunt, niſi ſuum ſignificatum: & ideo relinquitur, quòd accidentia in hoc ſacramento, manent ſine ſubiecto: quod quidem virtute[d] diuina fieri poteſt: cum enim effectus magis dependeat a cauſa prima, quàm a cauſa ſecunda, deus qui eſt prima cauſa ſubſtantię & accidentis, per ſuam infinitam virtutem conſeruare poteſt in eſſe accidens, ſubtracta ſubſtantia, per quam conſeruabatur in eſſe ſicut H per propriam cauſam: ſicut etiam alios effectus naturalium cauſarum poteſt producere ſine naturalibus cauſis: ſicut humanum corpus formauit in vtero Virginis, ſine virili ſemine.

Ad primvm ergo dicendum, quòd nihil prohibet aliquid eſſe ordinatum ſecundum communem legem naturæ, cuius tamen contrarium eſt ordinatum ſecundum ſpeciale priuilegium gratiæ, vt patet in reſuſcitatione mortuorum, & in illuminatione cæcorum: prout etiam in rebus humanis quædam aliquibus conceduntur ex ſpeciali priuilegio præter legem I communem: & ita etiam licet ſit ſecundum communem naturæ ordinem, quòd accidens ſit in ſubiecto, ex ſpeciali tamen ratione ſecundum ordinem gratiæ, accidentia ſunt in hoc ſacramento ſine ſubiecto, propter rationes ſupra inductas.*

Ad 2^m^ dicendum, quòd cum ens non ſit genus, hoc ipſum quod eſt eſſe, non poteſt eſſe eſſentia ſubſtantiæ vel accidentis. non eſt ergo definitio ſubſtantiæ, ens per ſe ſine ſubiecto: nec definitio accidentis, ens in ſubiecto: ſed quidditati ſeu eſſentiæ ſubſtantiæ competit habere eſſe non in ſubiecto: quidditati autem ſiue eſſentiæ accidentis competit habere eſſe in ſubiecto: in hoc autem ſacramento non datur accidentibus, quòd ex vi ſuæ eſſentiæ non ſint K in ſubiecto, ſed ex diuina virtute ſuſtentante. & ideo non deſinunt eſſe accidentia: quia nec ſeparatur ab eis definitio accidentis, nec competit eis definitio ſubſtantiæ.

Ad 3^m^ dicendum, quòd huiuſmodi accidentia acquiſierunt eſſe indiuiduum in ſubſtantia panis & uini: qua conuerſa in corpus & ſanguinem Chriſti, remanent uirtute diuina accidentia in illo eſſe indiuiduato, quod prius habebant: vnde ſunt ſingularia & ſenſibilia.

Ad 4^m^ dicendum, quòd accidentia huiuſmodi, manente ſubſtantia panis & uini, non habebant ipſa eſſe nec alia accidentia, ſed ſubiecta eorum habebant huiuſmodi eſſe per ea: ſicut nix eſt alba per albedinem: ſed poſt conſecrationem ipſa accidentia quæ remanent,



remanent, habent eſſe, vnde ſunt compoſita ex eſſe, & quod eſt, ſicut in prima parte de angelis dictum eſt, † & cum hoc, habent compoſitionem partium quantitatiuarum.

[…]1. q. 51. […] & 5.

## Articvlvs II.

*Vtrum in hoc ſacramento quantitas dimenſiua panis uel uini, ſit aliorum accidentium ſubiectum.*

[…] 11. q. […] 1. q. 3. […] 4. co. c. […] & c. 64. […] corin. […] lec. 5. fi.

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur quòd in hoc ſacramento quantitas dimenſiua panis vel vini, non ſit aliorum accidentium ſubiectum. Subiectum. n. accidentis non eſt accidens: nulla enim forma poteſt eſſe ſubiectum, cũ ſubiici pertineat ad proprietatem materię: ſed quantitas dimenſiua eſt quoddam accidens. ergo quantitas dimenſiua non poteſt eſſe ſubiectum aliorum accidentium.

D. 14

¶ 2 Præt. Sicut quantitas indiuiduatur ex ſubſtantia, ita etiam & alia accidentia. ſi ergo quantitas dimenſiua panis aut vini remanet indiuiduata, ſecundum eſſe prius habitum, in quo conſeruatur, pari ratione & alia accidentia remanent indiuiduata ſecundum eſſe, quod prius habebant in ſubſtantia. non ergo ſunt in quantitate dimenſiua ſicut in ſubiecto, cum omne accidens indiuiduetur per ſuum ſubiectum.

¶ 3 Præt. Inter alia accidentia panis & vini quæ remanent, deprehenduntur etiam ſenſu rarum & denſum, quæ non poſſunt eſſe in quantitate dimenſiua, præter materiam exiſtẽre: quia rarum eſt quod habet parum de materia ſub magnis dimẽſionibus: denſum autem quod habet multum de materia ſub paruis dimenſionibus, vt dicitur 4. phyſicor. † non ergo videtur quòd quantitas dimenſiua poſſit eſſe ſubiectum accidentium, quæ remanent in hoc ſacramento.

[…]4. text. […] om. 2.

¶ 4 Præt. Quantitas a ſubiecto ſeparata, videtur eſſe quantitas mathematica, quæ non eſt ſubiectum qualitatum ſenſibilium. cum ergo accidentia, quæ remanent in hoc ſacramento, ſint ſenſibilia, videtur quòd non poſſint eſſe in hoc ſacramento, ſicut in ſubiecto in quantitate dimenſiua panis & vini remanente poſt conſecrationem.

In corp[…]

Sed contra eſt, quòd qualitates non ſunt diuiſibiles niſi per accidẽs. ſ. ratione ſubiecti: diuidũtur autem qualitates remanentes in hoc ſacramento per diuiſionem quantitatis dimenſiuæ, ſicut patet ad ſenſum. ergo quantitas dimenſiua eſt ſubiectum accidentium, quæ remanent in hoc ſacramento.

Respon. Dicendum, quòd neceſſe eſt dicere accidentia alia quæ remanent in hoc ſacramento, eſſe ſicut in ſubiecto, in quantitate dimenſiua panis, vel vini, remanente. Primo quidem per hoc, quòd ad ſenſum apparet aliquid quantum eſſe ibi coloratum, & alijs accidentibus affectum: nec in talibus ſenſus decipitur. Secundo, quia prima diſpoſitio materiæ eſt quantitas dimenſiua, vnde & Plato* poſuit primas differentias materiæ, magnum & paruum: & quia primum ſubiectum eſt materia, conſequens eſt quòd omnia alia accidentia referantur ad ſubiectum mediante quantitate dimenſiua (ſicut & primum ſubiectum coloris dicitur eſſe ſuperficies) ratione cuius quidam poſuerunt dimenſiones eſſe ſubſtantias corporum, vt dicitur in 1. metaphyſ. † & quia ſubtracto ſubiecto, remanent accidentia ſecundum eſſe, quod prius habebant, conſequens eſt, quòd omnia accidentia remaneant fundata ſuper quantitatem dimenſiuam.

[…]d Ariſ. […] 1. meta. […] 6. & 7.

[…]1 text. […] & ſeq. […] 3.

A Tertio, quia cum ſubiectum ſit principium indiuiduationis accidentium, oportet id quod ponitur aliquorum accidentium ſubiectum, eſſe aliquo modo indiuiduationis principium: eſt enim de ratione indiuidui, quòd non poſſit in pluribus eſſe: quod quidem contingit dupliciter: vno modo, quia non eſt natum eſſe in aliquo: & hoc modo formæ immateriales ſeparatæ, per ſe ſubſiſtentes, ſunt etiam per ſeipſas indiuiduæ. Alio modo ex eo, quòd forma ſubſtantialis vel accidentalis, eſt quidem nata in aliquo eſſe, nõ tamen in pluribus: ſicut hæc albedo, quæ eſt in hoc corpore. Quantum igitur ad primum, materia eſt indiuiduationis principium omnibus formis in- B hærentibus: quia cum huiuſmodi formæ quantum eſt de ſe, ſint natæ in aliquo eſſe, ſicut in ſubiecto, ex quo aliqua earum recipitur in materia, quæ non eſt in alio, iam nec forma ipſa ſic exiſtens poteſt in alio eſſe. Quantum autem ad ſecundum, dicendum eſt, quòd indiuiduationis principium eſt quantitas dimenſiua: ex hoc enim aliquid eſt natum eſſe in vno ſolo, quòd illud eſt in ſe indiuiſum, & diuiſum ab omnibus alijs: diuiſio autem accidit ſubſtantiæ ratione quantitatis, ut dicitur in 1. phyſi † & ideo ipſa quantitas dimenſiua eſt quoddam indiuiduationis principium huiuſmodi formis, inquantum ſcilicet diuerſæ formæ numero ſunt in diuerſis partibus C materiæ: unde & ipſa quantitas dimenſiua ſecundum ſe habet quandam indiuiduationem, ita quòd poſſumus imaginari plures lineas* ſeparatas eiuſdem ſpeciei, differentes poſitione, quæ cadit in ratione huius quantitatis: conuenit enim dimenſioni, quòd ſit quantitas poſitionẽ habens: & ideo potius quantitas dimenſiua poteſt eſſe ſubiectum aliorum accidentium quàm econuerſo.

Lib. 1. phyſ. tex. 15. to. 2.

Alias non habetur ly ſeparatas.

Ad primvm ergo dicendum, quòd accidens per ſe non poteſt eſſe ſubiectum alterius accidentis: quia per ſe non eſt. Secundum uero quòd eſt in alio, unum accidens dicitur eſſe ſubiectũ alterius, inquantum unũ accidens recipitur in ſubiecto, alio median- D te, ſicut ſuperficies dicitur eſſe ſubiectum coloris: vnde quando accidenti datur diuinitus ut per ſe ſit, poteſt etiam per ſe alterius accidentis ſubiectum eſſe.

Ad 2^m^ dicendum, quòd alia accidentia, etiam ſecundum quòd erant in ſubſtantia panis, indiuiduabantur mediante quantitate dimenſiua, ſicut dictum eſt.* & ideo potius quantitas dimẽſiua eſt ſubiectum aliorum accidentium remanentium in hoc ſacramento, quàm econuerſo.

In corp. ar.

Ad 3^m^ dicendum, quòd rarum & denſum, ſunt quædam qualitates conſequentes corpora ex hoc, quòd habent multum, uel parum de materia ſub dimenſionibus: ſicut etiam omnia alia accidentia con- E ſequuntur ex principijs ſubſtantiæ: & ideo ſicut ſubtracta ſubſtantia, diuina uirtute conſeruantur alia accidentia, ita ſubtracta materia, diuina uirtute conſeruantur qualitates materiam conſequentes, ſicut rarum & denſum.

Ad 4^m^ dicendum, quòd quantitas mathematica non abſtrahit a materia intelligibili, ſed a materia ſenſibili, ut dicitur 7. metaph. † dicitur autem materia ſenſibilis ex hoc, quòd ſubijcitur ſenſibilibus qualitatibus: & ideo manifeſtum eſt, quòd quantitas dimenſiua, quæ remanet in hoc ſacramento ſine ſubiecto, non eſt quantitas mathematica.

Lib. 7. c. 35. tex. 3.

### ARTICVLVS III.

*Vtrum ſpecies quæ remanent in hoc ſacramento poſſint immutare aliquid extrinſecum.*

4. diſ.12.q. 1.ar.2.q.1. & 2.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd ſpecies, quæ remanent in hoc ſacramento, non poſſint immutare aliquid extrinſecum. Probatur .n. 7. phyſic. quòd formæ quæ ſunt in materia, fiunt a formis, quæ ſunt in materia, non autem a formis, quæ ſunt ſine materia, eo quòd ſimile agit ſibi ſimile: ſed ſpecies ſacramentales ſunt ſpecies ſine materia: quia remanent ſine ſubiecto, vt ex dictis patet.† non ergo poſſunt immutare materiam exteriorem, inducendo aliquam formam.

Ar.1.huius quæſt.

¶2 Præt. Ceſſante actione principalis agentis, neceſſe eſt, quòd ceſſet actio inſtrumenti: ſicut quieſcente fabro, non mouetur martellus: ſed omnes formæ accidentales agunt inſtrumẽtaliter in virtute formæ ſubſtantialis tamquàm principalis agentis. cum ergo in hoc ſacramento non remaneat forma ſubſtantialis panis & vini, ſicut ſupra habitum eſt,* videtur quòd formæ accidentales remanentes, agere nõ poſſint ad immutationem exterioris materiæ.

q.75. ar. 2. & 6.

¶3 Præt. Nihil agit vltra ſuã ſpeciẽ, quia effectus non poteſt eſſe potior cauſa: ſed ſpecies ſacramentales oẽs ſunt accidentia. non ergo poſſunt exteriorem materiam immutare, ad minus ad formam ſubſtantialem.

SED CONTRA eſt, quòd ſi non poſſent immutare exteriora corpora, non poſſent ſentiri: ſentitur enim aliquid per hoc, quòd immutatur ſenſus a ſenſibili, vt dicitur 2. de anima.*

Lib.2 text. 51.74.121. tom. 2.

RESPON. Dicendum, quòd quia vnumquodque agit, inquantũ eſt ens actu, conſequens eſt, quòd vnumquodque ſicut ſe habet ad eſſe, ita ſe habeat ad agere: quia igitur ſecundum prædicta,* ſpeciebus ſacramentalibus datum eſt diuina virtute, vt remaneãt in ſuo eſſe quod habebant, ſubſtantia panis & vini exiſtente, conſequens eſt quòd etiam remaneant in ſuo agere: & ideo omnem actionem quam poterant agere, ſubſtãtia panis & vini exiſtente, poſſunt [d] etiam agere, ſubſtantia panis & vini tranſeunte in corpus & ſanguinem Chriſti: vnde non eſt dubium, quòd poſſunt immutare exteriora corpora.

Ar.1.huius quęſt.ad 4.

D.65.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſpecies ſacramentales, licet ſint formæ ſine materia exiſtentes: retinent tamen idem eſſe, quod habebant prius in materia: & ideo ſecundum ſuum eſſe aſſimilantur formis, quæ ſunt in materia.

AD 2m dicendũ, ꝙ ita actio formę accidẽtalis dependet ab actione formæ ſubſtantialis, ſicut eſſe accidẽtis dependet ab eſſe ſubſtãtiæ: & ideo ſicut diuina virtute datur ſpeciebus ſacramẽtalibus, vt poſſint eſſe ſine ſubſtãtia, ita datur eis vt poſſint agere ſine forma ſubſtantiali, virtute dei, a quo ſicut a primo agẽte dependet omnis actio formæ & ſubſtantialis & accidẽtalis.

AD 3m dicendum, quòd immutatio, quæ eſt ad formam ſubſtantialem, non fit a forma ſubſtantiali immediate, ſed mediantibus qualitatibus actiuis & paſſiuis, quæ agunt in virtute formæ ſubſtantialis: hæc autem virtus inſtrumentalis cõſeruatur in ſpeciebus ſacramentalibus diuina virtute, ſicut & prius erat: & ideo poſſunt agere ad formam ſubſtantialem inſtrumentaliter: per quem modum aliquid poteſt agere vltra ſuam ſpeciem, [d] non quaſi virtute propria, ſed virtute principalis agentis.

D.92.

### ARTICVLVS IIII.

*Vtrum ſpecies ſacramentales poſſint corrumpi.*

F

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd ſpecies ſacramentales corrumpi non poſſint. Corruptio enim accidit per ſeparationẽ formæ a materia: ſed materia panis non remanet in hoc ſacramento, ſicut ex ſupradictis patet.† ergo huiuſmodi ſpecies non poſſunt corrumpi.

G

¶2 Præt. Nulla forma corrumpitur niſi ꝑ accidẽs, corrupto ſubiecto: vnde formæ per ſe ſubſiſtẽtes, incorruptibiles ſunt, ſicut patet in ſubſtantijs ſpiritualibus: ſed ſpecies ſacramẽtales ſunt formæ ſine ſubiecto. ergo corrũpi nõ poſſunt.

¶3 Præt. Si corrumpuntur, aut hoc erit naturaliter, aut miraculoſe: ſed non naturaliter, quia nõ eſt ibi aſſignare aliquod corruptionis ſubiectum, quod maneat corruptione terminata: ſimiliter etiam nec miraculoſe: quia miracula quæ ſunt in hoc ſacramento, fiunt virtute conſecrationis, per quam ſpecies ſacramentales conſeruantur, non eſt autem idem cauſa conſeruationis & corruptionis. ergo nullo modo ſpecies ſacramentales corrumpi poſſunt.

H

SED CONTRA eſt, quòd ſenſu deprehenditur, hoſtias conſecratas putrefieri & corrumpi.

RESPON. Dicendum, quòd corruptio eſt motus ex eſſe in nõ eſſe: dictũ eſt autem ſupra,* quòd ſpecies ſacramentales retinent idẽ eſſe quod prius habebant, ſubſtantia panis & vini exiſtente: & ideo ſicut eſſe horum accidentium poterat corrumpi, ſubſtantia panis & vini exiſtente, ita etiam poteſt corrumpi, illa ſubſtantia abeunte: poterant autem huiuſmodi accidentia primo corrumpi dupliciter: vno modo per ſe, alio modo per accidens. Per ſe quidem, ſicut per alterationem qualitatum, & augmentum vel diminutionem quantitatis: non quidem per modum augmẽti vel diminutionis, qui inuenitur in ſolis corporibus animatis, qualia non ſunt ſubſtantia panis & vini, ſed per additionem vel diuiſionem. nam ſicut dicitur 3. Met. per diuiſionem vna dimenſio corrumpitur, & fiunt duæ, per additionem autem econuerſo ex duabus fit vna: & per hunc modum manifeſte poſſunt corrumpi huiuſmodi accidentia poſt conſecrationem: quia & ipſa quantitas dimenſiua remanens, poteſt diuiſionem & additionem recipere, & cum ſit ſubiectũ qualitatũ ſenſibilium, ſicut dictum eſt,* poteſt etiam eſſe ſubiectum alterationis earum, puta ſi alteretur color aut ſapor panis aut vini. Alio modo, poterant corrumpi per accidens, per corruptionẽ ſubiecti: & hoc modo pñt corrumpi

I

K

Ar.2.huius quæſt.

¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæſeptimæ Articulũ quartum.*

IN artic. 4. vbi de corruptione horum accidentium agitur perſpice caute Auctorem loqui de eorum accidentium corruptione per modum termini. Et hoc tam cum corrumpuntur quaſi ad corruptionem ſubiecti, hoc eſt ſicut corrumperẽtur ad corruptionem ſubiecti, quàm cum corrumpuntur directe ſeu per ſe: hoc enim perſpiciendo, clara reddetur litera tam in corpore, quàm in reſponſione ad primum: vbi ſeparationem formæ a materia, quaſi per accidẽs in termino *corruptionis* ponit: quia annectitur dicta ſeparatio deperditioni ſui eſſe in materia. hinc enim ſurgit, quòd quia eſſe illud etiam ſequeſtratum a materia eſt cõrrũptibile, vt prius: quia retinet *naturam* priorem, vt terminare corruptionem poſſit, ſine ſeparatione formæ a materia, quæ non eſt. & ſimiliter, quia huiuſmodi eſſe ſic ſeparatur & ſeparatũ conſeruatur, vt propriũ erat & *conforme* ſubiecto, puta pani vel vino, ita poteſt terminatiue corrũpi, quaſi ad corruptionem ſubiecti ſicut prius, vt in corpore articuli dicitur.

Infra ar. 5. cor. Et 4. d. 12. q. 1. ar. 4. q. 3. Et 4. cõtra G. 66.

† q.75. ar.1. & 6.



rumpi etiam poſt conſecrationem: quàmuis enim ſubiectum non remaneat, remanet tamen eſſe, quod habebant huiuſmodi accidentia in ſubiecto, quod quidem eſt proprium & conforme ſubiecto. & ideo huiuſmodi poteſt corrumpi a contrario agente, ſicut corrumpebatur ſubſtantia panis vel vini, quæ etiam non corrumpebatur niſi præcedente alteratione circa accidentia. Diſtinguendum tamen eſt inter vtramque prædictarum corruptionum: quia cum corpus Chriſti & ſanguis ſuccedant in hoc ſacramento ſubſtantiæ panis & vini, ſi fiat talis immutatio ex parte accidentium, quæ non ſuffeciſſet ad corruptionem panis & vini, propter talem immutationem non deſinit corpus & ſanguis Chriſti eſſe ſub hoc ſacramento, ſiue fiat immutatio ex parte qualitatis, puta cum modicum immutatur color aut ſapor panis vel vini, ſiue ex parte quantitatis: ſicut cum diuiditur panis aut vinũ in tales partes, quòd adhuc in eis poſſit ſaluari natura panis aut vini. Si vero fiat tanta immutatio, quòd fuiſſet corrupta ſubſtantia panis aut vini, non remanent corpus & ſanguis Chriſti ſub hoc ſacramento: & hoc ſiue ex parte qualitatum, ſicut cum ita immutatur color & ſapor & aliæ qualitates panis & vini, ꝙ nullo modo poſſent compati naturã panis aut vini: ſiue etiam ex parte quantitatis, puta ſi puluerizetur panis, vel vinum in tam minutas partes diuidatur, vt iam non remaneat ſpecies panis vel vini.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ad corruptionem per ſe pertinet, quòd auferat eſſe rei, vnde inquantum eſſe alicuius formæ eſt in materia, conſequens eſt, quòd per corruptionem ſeparetur forma a materia: ſi vero huiuſmodi eſſe non eſſet in materia, ſimile tamen ei quod eſt in materia, poſſet per corruptionem auferri etiam materia non exiſtente: ſicut accidit in hoc ſacramento, vt ex dictis patet.†

†corp. ar.

AD 2m dicendum, quòd ſpecies ſacramentales, licet ſint formæ non in materia: habent tamẽ eſſe quod prius in materia habebant.

AD 3m dicendum, quòd corruptio illarum ſpecierum [d] non eſt miraculoſa, ſed [d] naturalis: præſupponit tamen miraculum, quod eſt factum in conſecratione, ſcilicet quòd illæ ſpecies ſacramentales retineant eſſe ſine ſubiecto, quod prius habebant in ſubiecto: ſicut & cæcus miraculoſe illuminatus, naturaliter videt.

Ar.preced. D.23. D.27.

### ARTICVLVS V.

*Vtrum ex ſpeciebus ſacramentalibus aliquid poſſit generari.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd ex ſpeciebus ſacramentalibus nihil poſſit generari. Quod enim generatur, ex aliqua materia generatur: ex nihilo enim nihil generatur, quàmuis ex nihilo fiat aliquid per creationem: ſed ſpeciebus ſacramentalibus non ſubeſt aliqua materia niſi corporis Chriſti, quod eſt incorruptibile. ergo videtur quòd ex ſpeciebus ſacramentalibus nihil poſſit generari.

¶2 Præt. Ea, quæ non ſunt vnius generis, non poſſunt ex ſeinuicem fieri: non enim ex albedine fit linea: ſed accidens & ſubſtantia differunt genere. cum ergo ſpecies ſacramentales ſint accidentia, videtur quòd ex eis non poſſit aliqua ſubſtantia generari.

A

¶3 Præt. Si ex eis generetur aliqua ſubſtantia corporea, illa ſubſtantia non erit ſine accidente. ſi ergo ex ſpeciebus ſacramẽtalibus generetur aliqua ſubſtãtia corporea, oportet quòd ex accidente generetur ſubſtãtia & accidens, duo ſcilicet ex vno, quod eſt impoſſibile. ergo impoſſibile eſt, quòd ex ſpeciebus ſacramentalibus aliqua ſubſtantia corporea generetur.

B

SED CONTRA eſt, quòd ad ſenſum videri poteſt ex ſpeciebus ſacramentalibus aliquid generari, vel cineres, ſi comburantur, vel vermes, ſi putrefiant, vel pulueres, ſi conterantur.

RESPON. Dicendum, ꝙ cum corruptio vnius ſit generatio alterius, vt dicitur in 1. de generatione,* neceſſe eſt ꝙ ex ſpeciebus ſacramentalibus aliquid generetur, cum corrumpantur, vt dictũ eſt.† non enim ſic corrumpuntur, vt omnino diſpereant, quaſi in nihilum redigantur, ſed manifeſte aliquid ſenſibile eis ſuccedit: quomodo autem ex eis aliquid generari poſſit, difficile eſt videre. manifeſtum eſt enim quòd ex corpore & ſanguine Chriſti, quæ ibi veraciter ſunt, nõ generatur aliquid, cum ſint incorruptibilia: ſi autem ſubſtantia panis, aut uini remaneret in hoc ſacramento, uel eorum materia, facile eẽt aſſignare, quòd ex eis generatur illud ſenſibile, qđ ſuccedit, ut quidam poſuerũt: ſed hoc eſt falſum, ut ſupra habitum eſt.† & ideo quidã dixerunt, quòd ea quæ generantur, non fiunt ex ſpeciebus ſacramentalibus, ſed ex aere circunſtante: quod quidem multipliciter apparet eſſe impoſſibile. Primo, quia ex eo generatur aliquid, quod prius alteratum & corruptum apparet: nulla autem alteratio uel corruptio prius apparuit in aere circunſtante: unde ex eo uermes, uel cineres non generantur. Secũdo, quia natura aeris non eſt talis, quòd ex eo per tales alterationes talia generentur. Tertio, quia poteſt contingere in magna quantitate hoſtias cõſecratas cõburi uel putrefieri: nec eſſet poſſibile tantum de corpore terreno ex aere generari, niſi magna & ualde ſenſibili inſpiſſatione aeris facta. Quarto, quia idem poteſt accidere corporibus ſolidis circun-

C

D

E

Lib. 1. text. 17. tom. 2.

† ar. preced.

q.75. art.4. & 2.

¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæſeptimæ Articulũ quintum.*

IN artic. 5. in quo fere omnia ſupradicta continentur, aduerte in ratione ad tertium, tres eſſe opiniones de modo quo in inſtanti generatiõis nouę ſubſtantiæ ex ſpeciebus ſacramentalibus fit materia, vel ꝑ creationem, vel per reparationem, vel cõuerſionem. Et multi quidem tenent, quòd per creationem redit materia, & ratio affertur a Petro de Pal. quia nullum fit propterea opus nouum, quod ſcilicet nõ fuerit factum in operibus ſex dierũ. nam creatio antiquum opus eſt, & continue admiſcetur in generatione hoĩs. Auctori autem hæc via non placet, vt patet in corpore huius artic. quia ex ipſa cõſecratione nõ eſt, vt materia creetur vel recreetur: & propterea tenet aliã viam, ſcilicet quòd per modum conuerſionis ſeu tranſitionis quantitas tranſit in materiam, ita quòd virtute primi miraculi datum eſt quantitati, vt ſit vicemateria durante ſacramẽto, & in termino ſacramenti, hoc eſt in primo nõ eſſe ſacramenti, ſit vere materia quemadmodum in politicis princeps vnico imperio cõſtitueret aliquem proconſulem viuente conſule, ita quòd in obitu conſulis ſit conſul. Nec propterea putes ſentire Auctorem, quòd agens naturale, faciat de dimenſionibus materiam, hoc enim ſtultum eſt: quoniam agens naturale nõ facit primum ſubiectum ſuæ actionis, ſed ſupponit illud: ſed perſpiciendum eſt, ꝙ agens naturale agit in vicemateriam, diſponendo illã tamquàm ſi eſſet materia ad formam ſubſtantiæ generandæ, & hoc vſque ad inſtãs generationis excluſiue. In inſtanti autem generationis, quod eſt primũ non eſſe ſacramenti, dimẽſio, actione diuina, virtute primi miraculi tranſit in materiã diſpoſitã pro forma illa, ac ſi præfuiſſet, & ſic in eodem inſtanti naturale agens introducit in illã, formã ſubſtantialem cum quantitate ſibi priori immediate ante illud exiſtenti. Et ſic inueniuntur conſonare omnia reliquis generationibus naturalibus: nã naturale agens generando, & agit inquantũ vſq; ad inſtans gñationis, & ĩ inſtãti generatio-

3. ar. 3. ad 2. 4. diſt. 11. a. 2. Et 4. cõ G. 66. Et q. 9. ar. ad 3. Et 11. le. 4a.

nerationis attingit nudam eſſentiam materiæ, educendo de illa formam ſubſtantialem, & generando compoſitum de genere ſubſtantiæ, corrumpendoque vicepanem, vt ſic ſemper generatio vnius ſit corruptio alterius, & econtra. Vltra autem rationem allatam ab Auctore, in promptu eſt alia ratio, ſcilicet quia idem debet eſſe patiens, & quod paſſum eſt in generatione ſubſtantiali: nam eadem materia eſt, quæ diſponitur ad formã ignis, & quę recipit illam. Sed ſecundum alias opiniones non eſt idem quod patitur, & quod paſſum eſt. nam patitur ſpecies ſacramẽtalis, & paſſum deforis venit, per creationem vel reparationẽ. Secundum hanc autem viam idẽ eſt patiẽs, & quod paſſum eſt: nam patiens eſt dimenſio, vt vicemateria, & quod paſſum eſt, eſt ipſamet dimenſio iam vera materia.

q.75. art.4. & 5.

¶ Ad rationem autem pro altera opinione dicẽdum eſt, ꝙ ſecundum iſtam viam minus ponitur de nouitate, immo ponitur res ſimillima miraculo trãſubſtãtiationis: quoniam tranſitus dimẽſionis vicemateriæ in veram materiam facillimus eſt, vtpote de vno proportionali in aliud, & vt dictum eſt, non eſt opus nouum, ſuppoſita tranſubſtantiatione panis in corpus Chriſti. Præualet autẽ noſtra hæc opinio ex alio capite in litera allato: quia. ſ. nihil ponitur, quod ex vi primi miraculi non fiat, & hoc potiſſimum erat conſiderandum. Nec fallaris in refutatione aliarum opinionum, dum in corpore huius artic. legis multa aſſerta impoſſibilia, quę ſecũdum Auctoris doctrinam poſſunt per diuinã omnipotentiam fieri: oportet ſiquidem memorem eſſe cõſuetudinis Auctoris: conſueuit ſiquidẽ in quolibet genere loqui, & iudicare, & aſſerere ſecundum ordinem illius generis. Et propterea cum tractetur hic de ſacramentis, poſſibile vel impoſſibile cenſet, & aſſerit ſecundum ordinem ſacramentalem, vt etiam ſuperius diximus, ſecundum quem ordinem dicitur, quòd annihilatum non poteſt redire: & ſimiliter ꝙ corpus Chriſti non poteſt conuerti in ſubſtantiam panis & vini. non ſis ergo ſolicitus, vt reſpondeas obijcientibus Auctori, quòd contradicat ſibi, aut ꝙ abbreuiet diuinam omnipotentiam, tamquàm deficientem in potentia conuerſiua corporis Chriſti in panem: docuit enim Auctor ſuperius poſſe deum conuertere quodcumq; ens creatum in quodcumque aliud creatum, propter communionem in entitate creata &c.

¶ Circa prædicta ſupereſt adhuc dubium a Scoto tractatum circa rarefactionem ſpecierum ſacramentalium, an. ſ. noua illa quantitas ſeu quantitatis particula, quę per rarefactionem fit, ſit naturaliter a naturali agẽte: apparet enim hoc impoſſibile: tum, ex parte actionis: quia nulla actio naturalis agentis eſt ſine ſubiecto: huiuſmodi autem actio, qua fit noua quantitas, eſt ſine ſubiecto: tum, ex parte rei actæ: quia nullum agens naturale producit formam ſine ſubiecto omnino: quantitas aũt illa omnino caret ſubiecto: tum, ex parte ordinis: quia tota raritas eſt per ſe terminus illius alterationis, habens pro proprio ſubiecto totam quantitatem, ſicut pars partem, ergo tota raritas præſupponit totam quantitatem, ergo illa quantitas eſt prius naturaliter maior, quàm iſta raritas ſit inducta, non eſt ergo quantitas illa ab agente naturali: tum, ex parte agentis naturalis: quia agens naturale, naturaliter requirit patiens, vt

F concauſam materialem receptiuam formæ ſeu actus, qui fit. non eſt ergo abſq; miraculo nouo, quòd agens naturale agat ſine materia, aut cum vicemateria. Et concludit Scotus, oportere dicere, vel quòd quantitas iſta nõ ſit ab agente creato, vel quòd agens creatum poſſit agere ſine paſſo in quod agat: & quoniam hoc ſecũdũ videtur deſtruere fundamenta philoſophiæ naturalis, in primũ declinat. Mihi autem Auctoris veſtigia ſectanti vtrumque facile euitandum apparet, tenendo quòd huiuſmodi extenſio quãtitatis ſic ab agente naturali fit, quemadmodum fieret, ſi conuerſa ſubſtantia ſubeſſet. Vbi ſcito ex philoſophia peripatetica, quòd non omne, quòd quandoque eſt, & quandoque non eſt, habet ſuum propriũ fieri: quædam enim ſunt & non ſunt abſque eo, quòd generentur & corrumpantur: quoniam conſequuntur generationem & corruptionem aliorum, & de eorum numero eſt noua quantitatis pars, quæ per rarefactionẽ fit: cũ enim vinũ rareſit, rareſaciens generat raritatem, & nulla alia actione interueniẽte raritas illa fert ſecum extẽſionem quantitatis, & non ſunt ibi duæ actiones, quarum vna producat raritatem, & altera extendat quantitatẽ, & propterea quantitas noua eſt abſque hoc, quòd fiat ſecundum veram philoſophiam. Et ſimili

I modo ſpecies vini in euchariſtia, ſi a ſole vel igne rarefiant, extendetur quantitas conſecutiue a rarefaciente.

¶ Ad primam autem obiectionem in oppoſitum, iam patere poteſt reſponſio, quòd nulla eſt opus actione ſine ſubiecto: quoniam ſola rarefactio ſufficit: rarefactio autem eſt ſubiectiue in quantitate, in qua eſt raritas.

¶ Ad ſecundam vero ex eadem radice reſpondetur, quòd licet forma, quæ fit ab agente naturali, fiat in ſubiecto: quod tamen conſequitur ex actione agentis naturalis, eundem poteſt modum eſſendi habere, quem habet ſubiectum, in quod tale agens agit. Et propterea ſi quantitas, quæ rarefactione extenditur eſt in ſubiecto: noua etiam particula erit in ſubiecto: & ſimiliter ſi quantitas, quæ rarefactione extenditur, non eſt in ſubiecto, ſed eſt viceſubiectum, particula quoque noua erit ſine ſubiecto & viceſubiectum, quoniam quãtitas eſt patiens in huiuſmodi alteratione: nec intelligas particulam quantita-

K tis nouam eſſe ſine ſubiecto ex nouo miraculo, vel ex hoc, quòd continuatur quantitati præexiſtenti: ſed ex hoc, quòd educitur de potentia dimenſionis vicemateriæ, ipſa vice materia permanente. Ex vi ſiquidem primi miraculi, ſicut datum eſt quantitati non ſolum ſuſtinere præſentia accidentia, ſed etiam omnia poſſibilia educi de ſubſtantia conuerſa, ipſa manente, ita datum eſſe oportet, vt ſeparata exiſtat quantumcumque extenſa, quanta afficere poſſet conuerſam ſubſtantiã, ſi ſubeſſet. vnde ſi ſpecies vini intantum rarefieret, vt vini ſubſtantia tantam extenſionem non ſufferret, deſineret ſacramentum, & noua ſubſtantia generaretur.

¶ Ad tertiam dicitur, quòd ordo naturæ eſt multiplex, iuxta multiplex cauſarum genus, & propterea licet quantitas ſiue noua, ſiue antiqua, ſit ſecundum ordinem cauſæ materialis prior raritate, vt recipiens prius dicitur recepto, ſecundum tamen ordinem cauſæ tam finalis quàm formalis, q̃ agentis raritas eſt prior: prius. n. intendit rarefaciẽs raritatem, q̃ extenſio-

nem

ſtãtibus (puta ferro aut lapidibus) quæ integra remanent poſt prædictorum generationem. vnde hæc poſitio ſtare non poteſt: quia contrariatur ei quod ad ſenſum apparet. & ideo alij dixerunt, quòd redit ſubſtantia panis & vini in ipſa corruptione ſpecierum: & ſic ex ſubſtantia panis & vini redeunte

G generãtur cineres, aut vermes, aut aliquid huiuſmodi. ſed hæc poſitio videtur eſſe impoſſibilis. Primo quidem, quia ſi ſubſtantia panis & vini, conuerſa eſt in corpus & ſanguinem Chriſti, vt ſupra habitum eſt,* non poteſt ſubſtantia panis aut vini redire, niſi corpore aut ſanguine Chriſti iterum conuerſo in ſubſtantiam panis vel vini, qđ eſt impoſſibile: ſicut ſi aer ſit cõuerſus in ignem, non poteſt aer redire, niſi iterum ignis conuertatur in aerem: ſi vero ſubſtantia panis aut vini ſit annihilata, nõ poteſt iterum redire; quia quod in nihilum decidit, non redit idem numero: niſi forte dicatur redire prædicta ſubſtantia, quia deus de nouo creat aliam nouã ſubſtãtiam loco primæ. Secundo, videtur hoc eſſe impoſſibile: quia non eſt dare, quãdo ſubſtantia panis redeat; manifeſtum eſt enim ex ſupra dictis, † quòd manẽtibus ſpeciebus panis & vini, manet corpus & ſanguis Chriſti, quæ non ſunt ſimul cum ſubſtãtia panis & vini in hoc ſacramento, ſecundum præhabita. * vnde ſubſtantia panis & vini non poteſt redire, ſpeciebus ſacramentalibus manentibus: ſimiliter etiã nec eis ceſſantibus: quia iam ſubſtantia panis & vini eſſet ſine proprijs accidẽtibus, quod eſt impoſſibile. Niſi forte dicatur, quòd in ipſo vltimo inſtanti corruptionis ſpecierum redit non quidem ſubſtantia panis & vini, quia illud idem inſtans eſt, in quo primo habent eſſe ſubſtãtiæ generatæ ex ſpeciebus,* ſed materia panis & vini, quæ magis de nouo creata dicere-

H tur quàm rediẽs, proprie loquendo: & ſecundum hoc, poſſet ſuſtineri prædicta poſitio. Verum, quia non rationabiliter videtur dici, ꝙ miraculoſe aliquid accidat in hoc ſacramento, niſi ex ipſa conſecratione, ex qua nõ eſt, quòd materia creetur vel redeat, melius videtur dicendum, quòd in ipſa conſecratione miraculoſe datur quantitati

Ar. 4. huius quæſt. & q. 76. art. 6. ad 3.

*q. 75. art. 4.

al's ſed materia panis magis, quã ſi de nouo creata, &c.



nem concomitantem. Nec eſt verum ſimpliciter & abſolute, quòd rarefactio ſeu raritas, quæ fit, pręſupponat maiorem quãtitatem: quãuis hoc ſit verũ ſecũdum quid, hoc eſt cum iſta additione ſecundum ordinem cauſæ materialis. nam ſimpliciter & abſolute loquendo, extenſio quantitatis præſupponit rarefactionem, ſicut conſequens id, ad quod ſequitur. Et rurſus ſimpliciter & abſolute, dicendum eſt quòd raritas, quę fit, cum fit, fert ſecũ receptiuum ſuum, ſcilicet maiorẽ quãtitatem, & hoc ſiue rarefactio fiat in mera ſubſtantia ſiue in viceſubſtantia.

¶ Ad quartam dicitur falſum eſſe, ꝙ opus ſit nouo miraculo ad hoc, ꝙ agẽs naturale naturaliter agat in vice ſubiectum ſeu materiã: nihil. n. refert ex parte agẽtis, an ſub ſit verum ſubiectũ, aut aliquid æquiualens: quoniam de æquipollentibus eadem eſt ratio, & idẽ eſt iudicium. Et propterea cum dicitur, agens naturale naturaliter requirere materiam concauſantem, ſubintelligitur vel aliquid æquipollens: quoniam, vt dictum eſt, par eſt ratio & iudicũ de æquipollẽtibus. Et hæc de tota hac quæſtione dicta ſufficiant.

...23.

...in corp. ...

...idem.

...dist. 12. q. ...1. q. 5. ...4. cõtra ...66. Et 1. ...11. lec. ...fin. ...5 de ſa...am. c. 4. I... ...to 4.

...b. 1. tex. ...tom. 2.

...b. 1. tex. ...tom. 2.

dimenſiuæ panis & vini, quòd ſit primum ſubiectum ſubſequentiũ formarum. hoc autem eſt propriũ materiæ: & ideo ex cõſequenti datur prædictæ quantitati dimenſiuę omne illud, quod ad materiam pertinet. et ideo quicquid poſſet generari ex materia panis vel vini, ſi adeſſet, totum poteſt generari ex prædicta quantitate dimenſiua panis vel vini: non quidem nouo miraculo, ſed ex vi miraculi prius facti.

Ad primum ergo dicendũ, quòd quamuis non ſit ibi materia, ex qua aliquid generetur: quantitas tamen dimenſiua ſupplet vicem materiæ, vt dictum eſt.*

Ad 2^m dicendum, ꝙ illæ ſpecies ſacramentales, ſunt quidem accidentia: habent tamẽ actum & vim ſubſtantiæ, vt dictum eſt.*

Ad 3^m dicendum, quòd quantitas dimenſiua panis & vini retinet naturam propriam, & accipit miraculoſe vim & proprietatem ſubſtantiæ. et ideo poteſt tranſire in vtrumque, ideſt in ſubſtantiam & dimenſionem.

### Articvlvs VI.

*Vtrum ſpecies ſacramentales poſſint nutrire.*

Ad sextvm ſic proceditur. Videtur quòd ſpecies ſacramentales non poſſint nutrire. dicit enim Ambro.* in lib. de ſacramentis, non iſte panis eſt, qui vadit in corpus, ſed panis vitæ æternæ, qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulcit: ſed omne quod nutrit, vadit in corpus. ergo panis iſte non nutrit, et eadem ratio eſt de vino.

¶ 2 Præt. Sicut dicitur 2. † de generatione, ex eiſdem nutrimur, ex quibus ſumus. ſpecies autem ſacramentales ſunt accidentia, ex quibus homo non conſtat: non enim accidens eſt pars ſubſtantiæ. ergo videtur, quòd ſpecies ſacramentales nutrire non poſſint.

¶ 3 Præt. Philoſophus 2.* de Anima dicit, quòd alimentum nutrit, prout eſt ſubſtantia quædam, auget autem prout eſt aliquid quantũ: ſed ſpecies ſacramentales non ſunt ſubſtantia. ergo non poſſunt nutrire.

Sed contra eſt, quòd Apoſtolus 1. Cor. 11. loquens de hoc ſacramẽto, dicit, alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt. vbi dicit glo. quòd notat illos, qui poſt celebrationem ſacri myſterij, & conſecrationem panis & vini, ſuas oblationes vendicabant, & alijs non communicantes, ſoli ſumebant, ita vt inde etiam inebriarentur: quod quidem non poſſet contingere, ſi ſacramentales ſpecies non nutrirent. ergo ſpecies ſacramentales nutriunt.

Respon. Dicendum, ꝙ hæc quæſtio difficultatem non habet, præcedenti quęſtione ſoluta: ex hoc

A enim (vt dicitur 2. de Anima*) cibus nutrit, quòd cõuertitur in ſubſtantiam nutriti. dictum eſt autem, † ꝙ ſpecies ſacramentales, poſſunt conuerti in ſubſtantiã aliquam, quæ ex eis generatur. per eandem autem rationem poſſunt conuerti in corpus humanum, per quam poſſunt conuerti in cineres vel in vermes: & ideo manifeſtum eſt, quòd nutriunt. quod autem quidam dicunt, quòd non vere nutriunt, quaſi in corpus humanum conuertantur, ſed reficiunt & confortant quadam ſenſuum immutatione (ſicut homo confortatur ex odore cibi, & inebriatur ex odore vini) ad ſenſum patet eſſe falſum: talis enim refectio non diu ſufficit homini, cuius corpus propter continuam deper

B ditionem reſtauratione indiget: & tamen homo diu ſuſtentari poſſet, ſi hoſtias & vinum conſecratum ſumeret in magna quantitate. Similiter etiam non poteſt ſtare, quod quidam dicunt, quòd ſpecies ſacramẽtales nutriunt, propter formam ſubſtantialem panis & vini, quæ remanet: tum, quia non remanet, vt ſupra* habitum eſt: tum quia non eſt actus formæ nutrire, ſed magis materiæ, quæ accipit formam nutriti, recedente forma nutrimenti. vnde dicitur * in 2. de Anima, quòd nutrimentum in principio eſt diſſimile, in fine autem ſimile.

Ad primvm ergo dicendum, quòd facta conſecratione dupliciter poteſt dici panis in hoc ſacramẽ

C to. vno modo ipſæ ſpecies panis, quę retinent nomen prioris ſubſtantiæ, vt Gregor.* dicit in hom. paſchali. alio modo, poteſt dici panis ipſum corpus Chriſti, qđ eſt panis myſticus de cælo deſcendens. Ambro. † ergo cum dicit, quòd iſte panis non tranſit in corpus, accipit panem ſecundo modo: quia. ſ. corpus Chriſti nõ conuertitur in corpus hominis, ſed reficit mentem eius, nõ autem loquitur de pane primo modo dicto.

Ad 2^m dicendum, quòd ſpecies ſacramentales etſi non ſint ea, ex quibus corpus hominis conſtat, tamen in ea conuertuntur, ſicut dictum eſt. *

D Ad 3^m dicendum, quòd ſpecies ſacramentales, quamuis non ſint ſubſtantia, habent tamen virtutem ſubſtantiæ, ſicut dictum eſt.*

* lib. 2. de aĩa, tex. 45. & 46. to. 2.

† art. p̃ced.

* q. 75. art. 6.

* lib. 2. de aĩa, tex. 45. tom. 2.

* Refertur de conſec. diſt. 2. cap. ſpecies.

† loco citato in arg.

* In corp. art.

* Ibid.

### Articvlvs VII.

*Vtrum ſpecies ſacramentales frangantur in hoc ſacramento.*

Ad septimvm ſic proceditur. Videtur quòd ſpecies ſacramentales non frangantur in hoc ſacramento. dicit enim Philoſophus * 4. Meteor. quòd corpora dicuntur frangibilia propter determinatam diſpoſitionem pororum, quod non poteſt attribui ſa-

E cramentalibus ſpeciebus. ergo ſacramentales ſpecies non poſſunt frangi.

¶ 2 Præt. Fractionem ſequitur ſonus: ſed ſpecies ſacramentales non ſunt ſonabiles: dicit enim Philo. † 2. de Anima, ꝙ ſonabile eſt corpus durũ, habens ſuperficiem lenem. ergo ſpecies ſacr̃ales non franguntur.

¶ 3 Præt. Eiuſdem videtur eſſe, manducari, frangi, & maſticari: ſed verum corpus Chriſti eſt quod manducatur, ſecundum illud Ioã. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem. ergo corpus Chriſti eſt, qđ frangitur & maſticatur. vnde & in confeſſione Berengarij † dicitur, conſentio ſanctæ Romanę eccleſiæ, & corde & ore profiteor panem & vinum, quę in altari ponuntur, poſt conſecrationem verum corpus & ſanguinem Chriſti eſſe, & in veritate manibus

ſacerdotum

4. diſt. 10. art. 1. ad 1. & diſt. 12. q. 1. ar. 3. q. 1. & 2. Et 4. cõtra. c. 67. Et op. 2. c. 8. Et 1. cor. 11. lec. 5.

* li. 4 in ſũma 3. ca. 2. ante med.

† lib. 2. ex tex. 77. & 78. tom. 2.

† De cõſec. diſt. 2. cap. ego Berengarius.

ſacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri. non ergo fractio debet attribui ſacramentalibus ſpeciebus.

SED CONTRA eſt, quòd fractio fit per diuiſionem quanti: ſed nullum quantum ibi diuiditur, niſi ſpecies ſacramentales: quia neque corpus Chriſti, quod eſt incorruptibile, neq; ſubſtantia panis, quæ non manet, *neque ſubſtantia vini. ergo ſpecies ſacramentales franguntur.

* alias non habetur ly neque ſubſtãtia vini.

RESPON. Dicendum, quòd apud antiquos circa hoc multiplex fuit opinio. quidam enim dixerunt, ꝙ non erat in hoc ſacramento fractio, ſecundum rei veritatem, ſed ſolum ſecundum aſpectum intuentium: ſed hoc non poteſt ſtare: quia in hoc ſacramento veritatis ſenſus non decipitur circa ea, quorum iudicium ad ipſum pertinet, inter quæ eſt fractio, per quam ex vno fiunt multa: quæ quidem ſunt ſenſibilia communia, vt patet in lib. † de Anima. vnde alij dixerunt, ꝙ erat quidem ibi vera fractio ſine ſubiecto * exiſtente: ſed hoc etiam ſenſui contradicit: apparet enim in hoc ſacramento aliquid quantum, prius vnum exiſtens, poſtea in multa partitum, quod quidem oportet eſſe ſubiectum fractionis. non autem poteſt dici, quòd ipſum corpus Chriſti verum frangatur. primo quidem, quia eſt incorruptibile & impaſſibile: ſecundo, quia eſt totum ſub qualibet parte (vt ſupra habitum eſt †) quod quidem eſt contra rationem eius, quod frangitur. vnde relinquitur, quòd fractio ſit ſicut in ſubiecto in quantitate dimenſiua panis, ſicut & alia accidentia. et ſicut ſpecies ſacramentales ſunt ſacramentum corporis Chriſti veri, ita fractio huiuſmodi ſpecierum eſt ſacramentum dominicæ paſſionis, quę fuit in corpore Chriſti vero.

† lib. 2. tex. 64. & 33. tom. 2.
* alias non habetur ly exiſtente.
† q. 76. ar. 3

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut in ſpeciebus ſacramẽtalibus, remanet rarum & denſum (vt ſupra dictum eſt †) ita etiã remanet ibi poroſitas, & per conſequens frangibilitas.

† art. 2. huius quæſt. ad 3.

AD 2ᵐ dicendum, quòd denſitatem ſequitur duritia: et ideo ex quo in ſpeciebus ſacramentalibus remanet denſitas, conſequens eſt quòd remaneat ibi duritia, & per conſequens ſonabilitas.

AD 3ᵐ dicendum, quòd illud, quod manducatur in propria ſpecie, ipſum & frangitur & maſticatur in ſua ſpecie: corpus autem Chriſti non manducatur in ſua ſpecie: ſed in ſpecie ſacramentali. vnde & ſuper illud Ioannis 6. Caro non prodeſt quicquam, dicit Auguſt. *hoc eſt intelligendum ſecundum illos, qui carnaliter intelligebant, carnem quippe ſic intellexerũt, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur: et ideo ipſum corpus Chriſti non frangitur, niſi ſecundum ſpeciem ſacramentalem. et hoc modo intelligenda eſt confeſſio Berengarij, vt fractio & attritio dentium referatur ad ſpeciem ſacramentalem, ſub qua vere eſt corpus Chriſti.

* Tract. 27. in Ioã. inter prin. & med. to. 9.

ARTICVLVS VIII.

*Vtrum aliquis liquor poſſit uino conſecrato commiſceri.*

4. diſt. 11. q. 1. art. 2. q. 6. Et quo lib. 10. ar. 3.

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur quòd vino conſecrato, nõ poſſit aliquis liquor miſceri. omne enim quod permiſcetur alicui, recipit qualitatem ipſius: ſed nullus liquor poteſt recipere qualitatem ſacramentalium ſpecierum: quia accidentia illa ſunt ſine ſubiecto, vt dictum eſt. *ergo vr̃, ꝙ nullus liquor poſſit ꝑmiſceri ſpeciebus ſacramentalibus vini.

* art. 1 huius quæſt.

¶ 2 Præt. Si aliquis liquor permiſceatur illis ſpeciebus, oportet quòd ex his fiat aliquid vnum: ſed nõ poteſt fieri aliquid vnum, neq; ex liquore (qui eſt ſubſtantia) & ſpeciebus ſacramentalibus, quæ ſunt accidentia: neque ex liquore & ſanguine Chriſti, qui ratione ſuæ incorruptibilitatis, neque additionem recipit neque diminutionem. ergo nullus liquor poteſt admiſceri vino conſecrato.

¶ 3 Præt. Si aliquis liquor admiſceatur vino conſecrato, videtur quòd etiam ipſum efficiatur conſecratum: ſicut aqua quæ admiſcetur aquæ benedictæ, efficitur benedicta: ſed vinum conſecratum, eſt vere ſanguis Chriſti. ergo etiã liquor permiſtus eſſet ſanguis Chriſti, et ita aliquid fieret ſãguis Chriſti aliter, q̃ per conſecrationem, quod eſt inconueniens. non ergo vino conſecrato poteſt aliquis liquor permiſceri.

¶ 4 Præt. Si duorum vnum totaliter corrumpatur, non erit miſtio, vt dicitur in primo * de Generatione: ſed ad permiſtionem cuiuſcumque liquoris, videtur corrumpi ſpecies ſacramentalis vini, ita quòd ſub ea deſinat eſſe ſanguis Chriſti: tum, quia magnum & paruum ſunt differentię quantitatis, & diuerſificant ipſam, ſicut album & nigrum, colorem: tum etiam, quia liquor permiſtus, cum non habeat obſtaculum, videtur vndique diffundi per totum, & ita deſinit ibi eſſe ſanguis Chriſti, qui non eſt ibi ſimul cum alia ſubã. non ergo aliquis liquor põt ꝑmiſceri vino cõſecrato.

* li. 1. tex. 82. vſq; ad 90. to. 2.

SED CONTRA eſt, quòd ad ſenſum patet, alium liquorem vino permiſceri poſſe poſt conſecrationem, ſicut & ante.

RESPON. Dicendum, quòd iſtius quęſtionis veritas manifeſta eſt ex præmiſſis. * dictum eſt enim ſupra, quòd ſpecies in hoc ſacramento remanẽtes, ſicut adipiſcuntur virtute conſecrationis modum eſſendi ſubſtantiæ, ita etiam conſequuntur modum agendi & patiendi: vt ſcilicet agere & pati poſſint, quicquid ageret vel pateretur ſubſtantia, ſi ibi pręſens exiſteret. manifeſtum eſt autem, quòd ſi eſſet ibi ſubſtantia vini, liquor aliquis poſſet ei permiſceri: huius tamen permiſtionis diuerſus eſſet effectus, & ſecundum formã liquoris, & ſecundum quantitatem: ſi enim permiſceretur aliquis liquor in tanta quantitate, ꝙ poſſet diffundi per totum vinum, totum fieret permiſtum: qđ autem eſt commiſtum ex duobus, neutrum miſcibilium eſt: ſed vtrumque tranſit in quoddam tertium ex his compoſitum. vnde ſequeretur, ꝙ vinum prius exiſtens, non remaneret. ſed ſi liquor permiſtus eſſet alterius ſpeciei (puta ſi permiſceretur aqua) ſolueretur ſpecies vini, & eſſet liquor alterius ſpeciei. ſi autẽ eſſet eiuſdem ſpeciei liquor adiunctus (puta ſi vinum permiſceretur vino) remaneret quidẽ eadem ſpecies, ſed non remaneret idem numero vinum, quod declarat diuerſitas accidentium: puta ſi vnum vinum eſſet album, & aliud rubeum. Si vero liquor adiunctus eſſet tam paruæ quantitatis, ꝙ non poſſet perfundi per totum, nõ fieret totum vinum permiſtum, ſed aliqua pars eius. quæ quidem non remaneret eadem numero propter permiſtionem extraneæ materię: remaneret tamen eadem ſpecie, non ſolum ſi paruus liquor permiſtus eſſet eiuſdem ſpeciei, ſed etiam ſi eſſet alterius ſpeciei: quia gutta aquæ multo vino permiſta, tranſit in ſpeciem vini, vt dicitur in primo * de Generatione. manifeſtum eſt autẽ ex prædictis, † quòd corpus & ſanguis Chriſti remanet in hoc ſacramento, quãdiu illæ ſpecies manent eædem numero: conſecratur enim hic panis, & hoc vinum. vnde ſi fiat tanta

* art. 1. & 3. huius q.
* lib. 1. tex. 34. 39. & 88. to. 2.
† ar. 4. huius qſt. & q. 76. art. 6. ad 3.



permiſtio liquoris cuiuſcumque, quòd pertingat ad totum vinum conſecratum, & fiat permiſtum, erit aliud numero, & non remanebit ibi ſanguis Chriſti: ſi vero fiat tam parua alicuius liquoris adiunctio, quòd non poſſit diffundi per totum, ſed vſque ad aliquam partem ſpecierum, deſinet eſſe ſanguis Chriſti ſub illa parte vini conſecrati, remanebit ᵈ tamen ſub alia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Innocen. III. * dicit in quadam Decret. quòd ipſa accidentia vinum appoſitum videntur afficere: quia ſi aqua fuerit appoſita, vini ſaporem aſſumit: contingit igitur accidentia ᵈ mutare ſubiectum, ſicut & ſubiectum contingit accidentia permutare. cedit quippe natura, miraculo, & virtus ſupra conſuetudinem operatur. hoc tamen non eſt ſic intelligendum, quaſi idem numero accidens, quod prius fuit in vino ante conſecrationem, poſtmodum fiat in vino appoſito: ſed talis permutatio fit per actionem. nam accidentia vini remanentia, retinent actionem ſubſtantiæ ſecundum prædicta: * & ita immutando, afficiunt liquorem appoſitum.

AD 2ᵐ dicendum, quòd liquor appoſitus vino conſecrato, nullo modo miſcetur ſubſtantiæ ſanguinis Chriſti: miſcetur tamen ſpeciebus ſacramentalibus: ita tamen quòd permiſtione facta, corrumpuntur prædictæ ſpecies, vel in toto, vel in parte, ſecundum modum, quo ſupra dictum eſt, * quòd ex ſpeciebus illis poteſt aliquid generari. et ſi quidem corrumpantur in toto, nulla iam remanet quæſtio: quia iam totum erit vniforme. ſi autem corrumpantur in parte, erit quidem vna dimenſio ſecundum continuitatem quantitatis, non tamen vna ſecundum modum eſſendi: quia vna pars eius erit ſine ſubiecto, alia erit in ſubiecto: ſicut ſi aliquod corpus conſtituatur ex duobus metallis, erit vnum corpus ſecundum rationem quantitatis, non tamen vnum ſecundum ſpeciem naturæ.

AD 3ᵐ dicendum, quòd ſicut Innocent. III. dicit in decretali prædicta, * ſi poſt conſecrationem calicis aliud vinum mittatur in calicem, illud quidem non tranſit in ſanguinem, neque ſanguini commiſcetur: ſed accidẽtibus prioris vini commiſtum, corpori quod ſub eis latet, vndique circũfunditur, non madidans circunfuſum: quod quidem intelligendum eſt, quando non fit tanta permiſtio liquoris extranei, ꝙ ſanguis Chriſti deſinat eſſe ſub toto: tunc enim dicitur vndique circunfundi, non quia tangat ſanguinem Chriſti, ſecundum eius proprias dimenſiones, ſed ſecundum dimenſiones ſacramentales, ſub quibus continetur: nec eſt ſimile de aqua benedicta: quia illa benedictio nullam immutationem facit circa ſubſtantiam aquæ, ſicut facit conſecratio vini.

AD 4ᵐ dicendum, quòd quidam poſuerunt, ꝙ quantumcumque parua fiat extranei liquoris permiſtio, ſubſtantia ſanguinis Chriſti deſinit eſſe ſub toto, & hoc ratione inducta: * quæ tamen non cogit: quia magnum & paruum diuerſificant quantitatem dimenſiuam, non quantum ad eius eſſentiam, ſed quantum ad determinationem menſurę. Similiter etiam liquor appoſitus, adeo poteſt eſſe paruus, ꝙ ſua paruitate impeditur, ne diffundatur per totum, & non ſolis dimenſionibus, quæ licet ſint ſine ſubiecto, tamen obſtant alteri liquori, ſicut & ſubſtantia, ſi ibi adeſſet ſecundum ea, quæ præmiſſa ſunt.

## QVAESTIO LXXVIII.

*De forma ſacramenti euchariſtiæ, in ſex articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de forma huius ſacramenti.

Et circa hoc quæruntur ſex.

¶ Primo, Quæ ſit forma huius ſacramenti.
¶ Secundo, Vtrum ſit conueniens forma conſecrationis panis.
¶ Tertio, Vtrum ſit cõueniens forma conſecrationis ſanguinis.
¶ Quarto, De virtute vtriuſque formæ.
¶ Quinto, De veritate locutionis.
¶ Sexto, De comparatione vnius formæ ad aliam.

ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum hæc ſit forma huius ſacramenti, hoc eſt corpus meum, & hic eſt calix ſanguinis mei.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd hæc non ſit forma huius ſacramenti, hoc eſt corpus meum, & hic eſt calix ſanguinis mei. Illa enim verba videntur pertinere ad formam huius ſacramenti, quibus Chriſtus corpus ſuum & ſanguinem conſecrauit: ſed Chriſtus ante benedixit panem acceptum, & poſtea dixit, Accipite & comedite, hoc eſt corpus meũ (vt habetur Matthæi 26) & ſimiliter fecit de calice. ergo prædicta verba non ſunt forma huius ſacr̃i.

¶ 2 Præt. Euſebius emiſſenus dicit, * ꝙ inuiſibilis ſacerdos viſibiles creaturas in ſuum corpus conuertit, dicens, Accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum. ergo totum hoc videtur pertinere ad formam huius ſacramenti. et eadem ratio eſt de verbis pertinentibus ad ſanguinem.

¶ 3 Præt. In forma baptiſmi exprimitur perſona miniſtri & actus eius, cum dicitur, Ego te baptizo: ſed in præmiſſis verbis, nulla fit mentio de perſona miniſtri, nec de actu eius. ergo non eſt conueniens forma ſacramenti.

¶ 4 Pręt. Forma ſacramenti ſufficit ad perfectionem ſacramenti: vnde ſacramentum baptiſmi quandoque perfici poteſt ſolis verbis formæ prolatis, omnibus alijs prætermiſſis. ſi ergo prædicta † verba ſunt forma huius ſacramenti, videtur ꝙ aliquando poſſit hoc ſacramentum perfici his ſolis ver-

*¶ Super Quæſtionis ſeptuageſimæoctauæ Articulum primũ.*

IN reſponſione ad quartum primi articu. ſpecialiter notandum occurrit, ꝙ Scotus in 8. diſt. 4. in dubium ita vertit, quod ambiguũ relinquit, an ſola verba conſecrationis prolata a ſacerdote conficiant hoc ſacramentum, prætermiſſis alijs, quæ in canone miſſæ cõtinentur, motus ratione in litera allata, ſcilicet quòd verba huiuſmodi debẽt ex vi verborum ſignificare hoc eſſe corpus Chriſti, alioquin non ſignificarent quod efficitur in hoc ſacramento, ſed ꝑtermiſſis alijs, hoc non ſignificaretur: ſed ſignificaretur hoc eſſe corpus ſacerdotis ex vi verborum, licet ex intentione ſignificaretur eſſe corpus Chriſti. Scito igitur, dupliciter verba hæc proferri a ſacerdote, ſ. recitatiue & ſignificatiue. Et ſi ad recitationem ſpectetur, opinio quam ſequitur Scotus ab auctore improbata, rationabilis inuenitur, quoniam non recitaretur hoc eſſe corpus Chriſti, niſi, prærecitaretur Chriſtum dixiſſe, hoc eſt corpus meũ, & quo ad hoc, i. recitationis vim procedit ratio adducta: ſed ſi verba hæc ſignificatiue ſolum conſiderentur, cum proferuntur a ſacerdote in perſona Chriſti, ex hoc ipſo, quòd ſacerdos dicit ea in perſona Chriſti, ſignificant hoc eſſe corpus Chriſti. Et cõparãdo hos duos modos proferendi adinuicem, ſecundus præponderat primo, propter d o: tum, quia recitatiue verba tenentur materialiter: tum, quia recitatiue ſacerdos, non conficit in perſona Chriſti, ſed recitat Chriſtum conficientem. In concilio autem florent. ſub Eugenio IIII. legimus hæc verba, ſacerdos in perſona Chriſti

4. diſt. 8. q. 2. ar. 2. & 3
* Refertur de conſec. diſt. 2. cap. quia corp' aſſumptũ.
† In arg. 1. poſita.

Chriſti, in hoc ipſo quòd intendit conficere ſacramẽtum, ſufficiat ad exprimẽdum ex vi verborũ, hoc eſſe corp⁹ Chriſti, dicendo in perſona Chriſti, hoc eſt corpus meum. Et hac ratione motus eſt Auctor, vt patet in litera.

*Ibid.

bis prolatis, & omnibus alijs prętermiſſis, quæ inmiſſa dicuntur. quod tamen videtur eſſe falſum: quia vbi verba alia prætermitterentur, prædicta verba* acciperentur ex perſona ſacerdotis proferentis, in cuius corpus & ſanguinem panis & vinum non cõuertuntur. non ergo prædicta verba ſunt forma huius ſacramenti.

SED CONTRA eſt, quòd Ambroſius * dicit in lib. de ſacramentis: conſecratio fit verbis & ſermonibus domini Ieſu: nam per reliqua omnia quæ dicuntur, laus deo refertur, oratione petitur pro populo, pro regibus, pro ceteris. vbi autẽ ſacramentum conficitur, iam non ſuis ſermonibus ſacerdos vtitur, ſed vtitur ſermonibus Chriſti. ergo ſermo Chriſti hoc conficit ſacramentum.

*lib. 4. c. 4. paulo a pri cap. 10. 4.

RESPON. Dicendum, quòd hoc ſacramentum ab alijs ſacramẽtis differt in duobus: primo quidem, quantum ad hoc, quòd hoc ſacramentum perficitur in conſecratione materiæ: alia vero ſacramenta perficiuntur in vſu materiæ conſecratæ. Secundo, quia in alijs ſacramentis conſecratio materiæ conſiſtit ſolũ in quadam benedictione, ex qua materia conſecrata accipit inſtrumentaliter quandam ſpiritualem virtutem, quæ per miniſtrum, qui eſt inſtrumẽtum animatum, poteſt ad inſtrumenta inanimata procedere: ſed in hoc ſacramento conſecratio materiæ conſiſtit in quadam miraculoſa conuerſione ſubſtantiæ, quæ a ſolo deo perfici poteſt: vnde miniſter in hoc ſacramento perficiendo, non habet alium actum, niſi prolationem verborum. et quia forma debet eſſe conueniens rei, ideo forma huius ſacramẽti differt a formis aliorum ſacramentorum in duobus. primo quidem, quia formæ aliorum ſacramentorum important vſum materiæ, puta baptizationem vel cõſignationem, ſed forma huius ſacramenti importat ſolam cõſecrationem materię, quæ in tranſubſtantiatione conſiſtit: puta cũ dicitur, hoc eſt corpus meum, vel, hic eſt calix ſanguinis mei. Secundo, quia formæ aliorum ſacramentorũ I proferuntur ex perſona miniſtri, ſiue per modum exercentis actum, ſicut cum dicitur, ego te baptizo, vel, ego te confirmo: ſiue per modum imperantis, ſicut in ſacramento ordinis dicitur, Accipe poteſtatem, &c. ſiue per modum deprecantis, ſicut cum in ſacramento extremæ vnctionis dicitur, per iſtam vnctionem & noſtram interceſſionem, &c. ſed forma huius ſacramenti profertur quaſi ex pſona ipſius Chriſti loquentis, vt detur intelligi, ꝙ miniſter in perfectione huius ſacramenti nihil agit, niſi ꝙ profert verba Chriſti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd circa hoc eſt multiplex opinio: quidam enim dixerunt, ꝙ Chriſtus, qui habebat poteſtatem excellentiæ in ſacramentis, K abſque omni forma verborum hoc ſacramentum perfecit, & poſtea verba protulit, ſub quibus alij poſtmodum conſecrarent: quod videntur ſonare verba Innocen. III.* dicentis, ſane dici poteſt, ꝙ Chriſtus virtute diuina confecit, & poſtea formam expreſſit, ſub qua poſteri benedicerent: ſed contra hoc expreſſe ſunt verba euãgelij, in quibus dicitur, quòd Chriſtus benedixit, quæ quidem benedictio aliquibus verbis facta eſt. vnde prædicta verba Innocen. ſunt opinatiue magis dicta, quàm determinatiue: quidam autem dixerunt, ꝙ benedictio illa facta eſt quibuſdam alijs verbis nobis ignotis, ſed nec hoc ſtare poteſt: quia be- F nedictio conſecrationis, nunc perficitur per recitationem eorum, quæ tunc acta ſunt. vnde ſi tunc per hæc verba non eſt facta conſecratio, nec modo fieret: & ideo alij dixerunt, ꝙ illa benedictio eiſdem etiam verbis facta eſt, quibus modo fit, ſed Chriſtus ea bis protulit. Primo quidem, ſecrete ad conſecrandum: ſecundo, manifeſte ad inſtruẽdum. ſed nec hoc ſtare poteſt: quia ſacerdos conſecrat, proferens hæc verba, non vt a Chriſto in occulta benedictione dicta, ſed vt publice prolata. vnde cum non habeant vim huiuſmodi verba, niſi ex Chriſti prolatione, videtur quòd etiam Chriſtus manifeſte ea proferens cõſecrauerit. & ideo alij dixerunt, ꝙ euangeliſtæ non ſemper eundem ordi- G nem in recitando ſeruauerunt, quo res ſunt geſtæ, vt patet per Auguſtinum * in lib. de Conſenſu euangeliſtarum. vnde intelligendum eſt ordinem rei geſtæ, ſic exprimi poſſe, Accipiens panem benedixit, dicens, hoc eſt corpus meum, & deinde fregit, & dedit diſcipulis ſuis, ſed idem ſenſus haberi poteſt etiam verbis euangelij non mutatis: nam hoc participium dicens, concomitantiam quandam importat verborum prolatorum ad ea quæ præcedunt: non autem oportet quòd hæc concomitantia intelligatur ſolum reſpectu vltimi verbi prolati, quaſi Chriſtus tunc iſta verba protulerit, quando dedit diſcipulis ſuis: ſed poteſt intelligi concomitantia reſpectu totius præcedentis, vt ſit ſenſus, dum benediceret, frangeret, & daret diſci- H pulis ſuis, hęc verba dixit, Accipite, &c.

**Id habet I lib. 4. de ſacro altaris myſterio, ca. 6. circa fin.*

**li. 2. collig. ex cap. 30. & 31. et 44. tom. 4.*

AD 2m dicendum, ꝙ in his verbis, Accipite & comedite, intelligitur vſus materiæ conſecratæ, qui non eſt de neceſſitate huius ſacramenti (vt ſupra habitum eſt†) & ideo nec hæc verba ſunt de ſubſtantia formæ: quia tamen ad quandam perfectionem ſacramenti pertinet materiæ conſecratæ vſus (ſicut operatio non eſt prima, ſed ſecunda perfectio rei) ideo per omnia iſta verba exprimitur tota perfectio huius ſacramenti: et hoc modo Euſebius intellexit * his verbis confici ſacramentum, quantum ad primam & ſecundam perfectionem ipſius.

*† q. 74. art. 7*

** loco citato in arg.*

AD 3m dicendum, quòd in ſacramento baptiſmi miniſter aliquem actum exercet circa vſum materiæ, qui eſt de eſſentia ſacramenti, qđ non eſt in hoc ſacramento: & ideo non eſt ſimilis ratio.

AD 4m dicendum, quòd quidam dixerunt, hoc ſacramentum perfici non poſſe, prædictis verbis prolatis, & alijs prętermiſſis, pręcipue quæ ſunt in canone miſſæ: ſed hoc patet eſſe falſum, tum, ex verbis Ambro.* ſupra inductis, tum etiam, quia canon miſſæ nõ eſt idem apud omnes, nec ſecundum omnia tempora, ſed diuerſa ſunt a diuerſis appoſita. vnde dicẽdum eſt, ꝙ ſi ſacerdos ſola verba prædicta proferret cum intentione conficiendi hoc ſacramentum, perficeretur hoc ſacramentum: quia intentio faceret, vt hæc verba intelligerentur quaſi ex perſona Chriſti prolata, etiam ſi verbis præcedentibus hoc non recitaretur: grauiter tamen peccaret ſacerdos ſic conficiens hoc ſacramentum, vtpote ritum eccleſiæ non ſeruans: nec eſt ſimile de baptiſmo, quod eſt ſacramentum neceſſitatis, defectum autem huius ſacramenti pōt ſupplere ſpiritualis manducatio, ſicut Auguſtinus † dicit.

**In arg. ſed contra.*

*Tract. 26. Ioan. to. 9. † Colligitur ex eo quod ex Aug. refert. de cõſec diſt. 4. c. Nulli.*

### ARTICVLVS II.

*Vtrum hæc ſit conueniens forma conſecrationis panis, hoc eſt corpus meum.*

*Supr. q. 60. ar. 8. cor. Et q. 85. art. 2. cor. & inf. q. 83. art. 4. ad 1.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd hæc non ſit conueniens forma cõſecrationis panis,



hoc eſt corpus meum: per formam enim ſacra- A menti debet exprimi ſacramenti effectus: ſed effectus, qui fit in conſecratione panis, eſt conuerſio ſubſtantiæ panis in corpus Chriſti, quæ magis exprimitur per hoc verbum fit, quàm per hoc verbum eſt. ergo in forma conſecrationis deberet dici, hoc fit corpus meum.

*...art. ...t 4. ...q. 2. ...1. et ...art. 4. Et 1. ...11.*

¶ 2 Præt. Ambroſ. † dicit in lib. de ſacramentis: ſermo Chriſti hoc conficit ſacramentum, quis ſermo Chriſti? hic, quo facta ſunt omnia: iuſſit dominus, & facta ſunt, cæli & terra. ergo & forma huius ſacramẽti conuenientior eſſet per verbum imperatiuum, vt diceretur, hoc ſit corpus meum.

*...4. c. 4. procul ...10. 4.*

¶ 3 Præt. Per ſubiectum huius locutionis importatur illud, quod conuertitur, ſicut per prædicatum im- B portatur conuerſionis terminus: ſed ſicut eſt determinatum id, in quod fit conuerſio (non enim fit conuerſio, niſi in corpus Chriſti) ita eſt determinatum id, qđ conuertitur: non enim conuertitur in corpus Chriſti niſi panis. ergo ſicut ex parte pręcicati ponitur nomẽ, ita ex parte ſubiecti debet poni nomen, vt dicatur, hic panis eſt corpus meum.

¶ 4 Præt. Sicut id, in quod terminatur conuerſio, eſt determinatæ naturæ (quia eſt corpus) ita etiam eſt determinatæ perſonæ. ergo ſicut ad determinandum naturam dicitur corpus, ita ad determinandam perſonã deberet dici, hoc eſt corpus Chriſti.

¶ 5 Præt. In verbis formæ non debet poni aliquid, quod non ſit de ſubſtantia eius. inconuenienter ergo additur in quibuſdam libris hæc coniunctio, enim, C quæ non eſt de ſubſtantia formæ.

SED CONTRA eſt, quòd dominus hac forma in conſecrando eſt vſus, vt patet Matthæi 26.

RESPON. Dicendum, ꝙ hæc eſt conueniens forma conſecrationis panis: dictum eſt enim,* quòd hæc conſecratio conſiſtit in conuerſione ſubſtantiæ panis in corpus Chriſti: oportet autem formam ſacramenti ſignificare id, quod in ſacramẽto efficitur. vnde & forma conſecrationis panis debet ſignificare ipſam conuerſionem panis in corpus Chriſti, in qua tria conſiderantur, ſcilicet ipſa conuerſio, & terminus a quo, & D terminus ad quem. conuerſio autem poteſt conſiderari dupliciter. vno modo, vt in fieri: alio modo, vt in facto eſſe. non autem debuit ſignificari conuerſio in hac forma, vt in fieri, ſed vt in facto eſſe. Primo quidẽ: quia hæc cõuerſio non eſt ſucceſſiua (vt ſupra dictum eſt*) ſed inſtantanea: in huiuſmodi autem mutationibus fieri, non eſt niſi factum eſſe. Secundo, quia ita ſe habent formæ ſacramentales ad ſignificandum effectum ſacramenti, ſicut ſe habent formæ artificiales ad repræſentandum effectum artis. Forma autem artificialis, eſt ſimilitudo vltimi effectus, in quem fertur intentio artificis: ſicut forma artis in mẽte ędificatoris, E eſt forma domus ædificatæ principaliter, ędificationis autem per cõſequens. vnde & in hac forma debet exprimi conuerſio, vt in facto eſſe ad quod fertur intentio. et quia ipſa cõuerſio exprimitur in hac forma, vt in facto eſſe, neceſſe eſt, quòd extrema conuerſionis ſignificentur, vt ſe habent in facto eſſe conuerſionis. tunc autem terminus ad quem, habet propriam naturam ſuæ ſubſtantiæ: ſed terminus a quo, non manet ſecundum ſuam ſubſtantiam, ſed ſolum ſecũdum accidentia, quibus ſenſui ſubiacet, & ad ſenſum determinari poteſt. vnde conuenienter terminus conuerſionis a quo, exprimitur per pronomen demonſtratiuum relatum ad accidentia ſenſibilia, quæ manẽt: terminus autem ad quem, exprimitur per nomen ſignificans naturam eius, in quod fit conuerſio, quod quidem eſt totum corpus Chriſti, & non ſola caro eius, vt dictum eſt. † vnde hæc forma eſt conuenientiſſima, hoc eſt corpus meum.

*...art. præcd.*

*...75. art. 7.*

*...75.*

*Q. 76. art. 1. ad 2.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd fieri non eſt vltimus effectus huius conſecrationis, ſed factum eſſe, vt dictum eſt. * et ideo hoc potius exprimi debet in forma.

** In corp. art.*

AD 2m dicendum, quòd ſermo dei operatus eſt in creatione rerum, qui etiam operatur in hac conſecratione: aliter tamen & aliter. nam hic operatur effectiue & ſacramentaliter, ideſt ſecundum vim ſignificationis: et ideo oportet in hoc ſermone ſignificari vltimum effectum conſecrationis per verbum ſubſtantiuum indicatiui modi & præſentis temporis: ſed in creatione rerum operatus eſt ſolũ effectiue, quæ quidem efficiẽtia eſt per imperium ſuæ ſapientiæ: et ideo in creatione rerum exprimitur ſermo diuinus per verbum imperatiui modi, ſecundum illud Geneſ. 1. Fiat lux, & facta eſt lux.

AD 3m dicendum, quòd terminus a quo in ipſo facto eſſe conuerſionis, non retinet naturam ſuæ ſubſtantiæ, ſicut terminus ad quem: & ideo nõ eſt ſimile.

AD 4m dicendum, quòd per hoc pronomen, meum, quod includit demonſtrationem primæ perſonæ (quæ eſt perſona loquentis) ſufficienter exprimitur perſona Chriſti, ex cuius perſona hæc proferuntur, vt dictum eſt.*

** art. pced. & art. 1.*

AD 4m dicendum, quòd hæc coniunctio, enim, apponitur in hac forma, ſecundum conſuetudinem Romanę eccleſiæ, a beato Petro apoſtolo deriuatam, & hoc propter continuationem ad verba præcedentia: et ideo non eſt de forma, ſicut nec verba pręcedentia formam.

### ARTICVLVS III.

*Vtrum hæc ſit conueniens forma conſecrationis uini, hic eſt calix ſanguinis mei, &c.*

*4. diſt. 8. q. 2. art. 2. q. 1. & 3. Et 1. cor. 11. lec. 6.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd hęc non ſit conueniens forma conſecrationis vini, hic eſt calix ſanguinis mei, noui & æterni teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. ſicut enim panis conuertitur in corpus Chriſti ex vi conſecrationis, ita & vinum in ſanguinem Chriſti, ſicut ex prædictis patet: † ſed in forma conſecrationis panis, ponitur in recto corpus Chriſti, nec aliquid aliud additur. inconuenienter ergo in hac forma ponitur ſanguis Chriſti in obliquo, & additur calix in recto, cum dicitur, hic eſt calix ſanguinis mei.

*Q. 76. art. 1 & 2.*

¶ 2 Præt. Non ſunt maioris efficaciæ verba, quæ proferuntur in conſecratione panis, quàm ea quæ proferuntur in conſecratione vini, cum vtraque ſint verba Chriſti: ſed ſtatim dicto, hoc eſt corpus meum, eſt perfecta conſecratio panis. ergo ſtatim cum dictũ eſt, hic eſt calix ſanguinis mei, eſt perfecta cõſecratio ſanguinis, & ita ea quæ ſequuntur, non videntur eſſe de ſubſtantia formę, præſertim cum pertineant ad proprietates huius ſacramenti.

¶ 3 Præt. Teſtamentum nouum pertinere videtur ad internam inſpirationem, vt patet ex hoc, quòd Apoſtolus ad Hebr. 8. introducit verba, quæ habentur Hiere. 31. Conſumabo ſuper domum Iſrael te-

ſtamentum

ſtamentum nouum, dando leges meas in mentibus eorum: ſacramentum autem exterius viſibiliter agitur. inconuenienter ergo in forma ſacramenti dicitur, noui teſtamenti.

¶ 4 Præt. Nouum dicitur aliquid ex eo, ꝙ eſt prope principium ſui eſſe: æternum autem non habet principium ſui eſſe. ergo inconuenienter dicitur, noui & æterni: quia videtur contradictionem implicare.

¶ 5 Præt. Occaſiones erroris ſunt hominibus ſubtrahendæ, ſecundum illud Iſa. 57. Auferte offendicula de via populi mei: ſed quidam errauerunt, æſtimantes myſtice ſolum eſſe corpus, & ſanguinē Chriſti in hoc ſacramento. ergo in hac forma inconuenienter ponitur myſterium fidei.

*q.73.ar.2. ad 3.

¶ 6 Præt. Supra dictum eſt, * quòd ſicut baptiſmus eſt ſacramentum fidei, ita euchariſtia eſt ſacramentum charitatis. ergo in hac forma magis debet poni charitas, quàm fides.

¶ 7 Præt. Totum hoc ſacramentum, & quātum ad corpus & quantum ad ſanguinem, eſt memoriale dominicæ paſſionis, ſecūdum illud primæ Cor. 11. Quotieſcumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem dñi annūtiabitis. non ergo magis debuit in forma conſecrationis ſanguinis fieri mentio de paſſione Chriſti & eius fructu, q̄ in forma conſecrationis corporis, præſertim cum Luc. 22. dominus dixerit, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur.

Q.48.&49 art. 2.

¶ 8 Præter. Paſſio Chriſti (vt ſupra habitum eſt†) ad ſufficientiam profuit omnibus, quantum vero ad efficientiam, profuit multis. debuit ergo dici, qui effundetur pro omnibus aut pro multis, ſine hoc quòd adderetur, pro vobis.

¶ 9 Præt. Verba quibus hoc ſacramentum conficitur, efficaciam habent ex inſtitutione Chriſti: ſed nullus euangeliſta recitat Chriſtum hæc omnia verba dixiſſe. ergo hæc non eſt conueniens forma conſecrationis vini.

De celebra. miſſarū ca. cū Marthę.

Sed contra eſt, quòd eccleſia ab apoſtolis inſtructa,* vtitur hac forma in conſecratione vini.

Respon. Dicendum, quòd circa hanc formam eſt duplex opinio: quidam enim dixerunt, quòd de ſubſtantia formæ huius eſt hoc ſolum quod dicitur, hic eſt calix ſanguinis mei, non autem ea quæ ſequuntur: ſed hoc videtur inconueniens: quia ea quæ ſequūtur, ſunt quædā determinationes prædicati, ideſt ſanguinis Chriſti: vnde pertinent ad integritatem* eiuſdem locutionis. Et propter hoc, ſicut alij melius dicunt, omnia ſequentia ſunt de ſubſtantia formæ vſq; ad hoc, quod poſtea ſequitur, hoc quotieſcūque feceritis, quod pertinet ad vſum huius ſacramenti: vnde non eſt de ſubſtantia formæ. et inde eſt, ꝙ ſacerdos eodem ritu & modo, ſcilicet tenendo calicem in manibus, omnia hæc verba profert. Luc. etiam 22. interponuntur verba ſequētia verbis præmiſſis, cum dicitur, Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine. dicendum eſt ergo, quòd omnia prędicta * verba ſunt de ſubſtantia formæ, ſed per prima verba, cum dicitur, hic eſt calix ſanguinis mei, ſignificatur ipſa conuerſio vini in ſanguinem, eo modo quo dictum eſt † in forma conſecrationis panis: per verba autem ſequētia deſignatur virtus ſanguinis effuſi in paſſione, quæ operatur in hoc ſacramento, quæ quidem ad tria ordinatur. Primo quidem & principaliter, ad adipiſcēdam æternam hæreditatem, ſecundum illud Heb. 10. Habemus fiduciam in introitu ſanctorum per ſanguinem eius. et ad hoc deſignandum dicitur, noui & æ-

* alias non habetur ly eiuſdem.

* poſita in arg. 1.

* ar. pced.

F terni teſtamenti. Secundo, ad iuſtitiam gratiæ, quæ eſt per fidem, ſecundum illud Roman. 3. Quem propoſuit deus propitiatorem per fidē in ſanguine eius, vt ſit ipſe iuſtus & iuſtificans eū, qui ex fide eſt Ieſu Chriſti, & quantum ad hoc ſubditur, myſterium fidei. Tertio aūt, ad remouēdum impedimenta vtriuſque prædictorum, ſ. peccata, ſecundum illud Hebr. 9. ſanguis Chriſti emundabit cōſcientias noſtras ab operibus mortuis, ideſt a peccatis. et quantum ad hoc ſubditur, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

G Ad primvm ergo dicendum, quòd cum dicitur, hic eſt calix ſanguinis mei, eſt locutio figuratiua. et poteſt dupliciter intelligi. vno modo ſecundum metonymiam, qua ponitur continens pro contento, vt ſit ſenſus, Hic eſt ſanguis meus contentus in calice, de quo fit hic mentio: quia ſanguis Chriſti in hoc ſacramento conſecratur, inquātum eſt potus fidelium, quod non importatur in ratione ſanguinis, & ideo oportuit hoc deſignari per vas huic vſui accommodatum. Alio modo, poteſt intelligi ſecundum metaphoram: prout per calicem ſimilitudinarie intelligitur paſſio Chriſti, quæ ad ſimilitudinem calicis inebriat (ſecundum illud Thren. 3 Repleuit me amaritudini-

H bus, inebriauit me abſynthio. vnde & ipſe dominus paſſionem ſuam calicem nominat, Matth. 26. dicens, Tranſeat a me calix iſte.) vt ſit ſenſus, hic eſt calix paſſionis meæ, de qua fit mentio in ſanguine ſeorſum a corpore conſecrato: quia ſeparatio ſanguinis a corpore fuit per paſſionem.

Ad 2m dicendum, quòd quia (vt dictum eſt*) ſanguis ſeorſum conſecratus, expreſſe paſſionē Chriſti repræſentat, ideo potius in conſecratione ſanguinis fit mentio de effectu paſſionis, quàm in conſecratione corporis, quod eſt paſſionis ſubiectum. quod etiam deſignatur in hoc quod dominus dicit, quod

I pro vobis tradetur: quaſi diceret, quod pro vobis paſſioni ſubiicietur.

*In corp. art. & q.76 art. 2. ad 1.

Ad 3m dicendum, quòd teſtamentum eſt diſpoſitio hæreditatis: hæreditatem autem cæleſtem diſpoſuit deus hominibus dandam per virtutem ſanguinis Ieſu Chriſti: quia vt dicitur Heb. 9. Vbi eſt teſtamentum, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. ſanguis autem Chriſti, dupliciter eſt hominibus exhibitus. primo quidem in figura, quod pertinet ad vetus teſtamentum: et ideo Apoſtolus ibidem concludit, vnde nec primum teſtamentum ſine ſanguine dedicatum eſt: quod patet ex hoc, quòd ſicut dicitur Exod. 24. Lecto omni mādato legis a Moiſe, omnem populum aſperſit, dicens, Hic eſt ſanguis teſtamenti, quod mandauit ad vos deus. Secundo autem eſt exhibitus in rei

K veritate, quod pertinet ad nouum teſtamentum. et hoc eſt quod Apoſtolus ibidem præmittit dicēs, ideo noui teſtamenti mediator eſt Chriſtus, vt morte intercedente, repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æternæ hæreditatis. dicitur ergo hic ſanguis noui teſtamenti, quia iam non in figura, ſed in veritate exhibetur. vnde ſubditur, Qui pro vobis effundetur. Interna autem inſpiratio ex huius ſanguinis virtute procedit, ſecundum quòd paſſione Chriſti iuſtificamur.

Ad 4m dicendum, quòd hoc teſtamentum eſt nouum ratione exhibitionis. dicitur autem æternum, tā ratione æternæ dei prędinationis, quàm etiam ratione æternæ hæreditatis, quæ per hoc teſtamentum diſponitur. ipſa etiam perſona Chriſti, cuius ſanguine teſtamentum diſponitur, eſt ęterna.



Ad 5m dicendum, quòd myſterium hic ponitur, non quidem ad excludendam rei veritatem, ſed ad oſtendendam occultationem: quia & ipſe ſanguis Chriſti occulto modo eſt in hoc ſacramento, & ipſa paſſio Chriſti occulte fuit figurata ī veteri teſtamēto.

Ad 6m dicendum, quòd dicitur myſterium fidei, quaſi fidei obiectum: quia quòd ſanguis Chriſti ſecūdum veritatem ſit in hoc ſacramento, ſola fide tenetur: ipſa etiam Chriſti paſſio per fidem iuſtificat. Baptiſmus autem dicitur ſacramentum fidei, quia eſt quædam fidei proteſtatio: hoc autem eſt ſacramētum charitatis, quaſi figuratiuum & effectiuum.

Ad 7m dicendum, quòd ſicut † dictum eſt) ſanguis ſeorſum conſecratus a corpore, expreſſius repręſentat paſſionem Chriſti. et ideo potius in conſecratione ſanguinis fit mentio de paſſione Chriſti & fructu ipſius, quàm in conſecratione corporis.

Ad 8m dicendum, quòd ſanguis paſſionis Chriſti, non ſolum habet efficaciam in iudæis electis, quibus exhibitus eſt ſanguis veteris teſtamēti, ſed etiam in gentilibus, nec ſolum in ſacerdotibus, qui hoc conficiunt ſacramentum, vel alijs, qui ſumunt, ſed etiam in illis pro quibus offertur: et ideo ſignanter dicit, pro vobis iudæis, & pro multis, ſcilicet gentilibus: vel, pro vobis manducantibus, & pro multis pro quibus offertur.

Ad 9m dicendum, quòd euangeliſtæ non intendebant tradere formas ſacramentorum, quas in primitiua eccleſia oportebat eſſe occultas, vt dicit Dionyſi.* in fine eccleſia. hierar. ſed intenderunt hiſtoriam de Chriſto texere. et tamen hæc omnia fere verba ex diuerſis ſcripturæ locis accipi poſſunt. nam quod dicitur, hic eſt calix, habetur Luc. 22. & primæ Corinth. 11. Matth. autem 26. dicitur, hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum: quòd autem additur, æterni, & iterum, myſterium fidei: ex traditione domini habetur, quæ ad eccleſiam per apoſtolos peruenit, ſecundum illud primæ Corinth. 11. ego accepi a domino, quod & tradidi vobis.

## Articvlvs IIII.

*Vtrum prædictis uerbis formarum inſit aliqua uis creata, effectiua conſecrationis.*

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur quòd prædictis verbis † formarum non inſit aliqua vis creata, effectiua conſecrationis. dicit enim Damaſ.* in 4. lib. ſola virtute Spirituſſancti fit conuerſio panis in corpus Chriſti: ſed virtus Spirituſſancti eſt virtus increata. ergo nulla virtute creata horum verborum conficitur hoc ſacramentum.

¶ 2 Præt. Opera miraculoſa non fiunt aliqua virtute creata, ſed ſola virtute diuina, vt in prima parte habitum eſt†: ſed conuerſio panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti, eſt opus non minus miraculoſum, quàm creatio rerum, vel etiam formatio corporis Chriſti in

A vtero virginali: quæ quidem nulla virtute creata fieri potuerunt. ergo neque hoc ſacramentum conſecratur aliqua virtute creata dictorum verborum.

¶ 3 Præt. Prædicta verba † non ſunt ſimplicia, ſed ex multis compoſita: nec ſimul, ſed ſucceſſiue proferuntur. conuerſio autem prædicta (vt ſupra dictum eſt*) fit in inſtanti: vnde oportet quod fiat per ſimplicem virtutem. non ergo fit per virtutem horum verborū.

Poſita ſ arti. 2. & 3. in arg. 1.

*q.75. ar. 7.

Sed contra eſt, quòd

B Ambr.† dicit in lib. de ſacramentis: Si tanta eſt vis in ſermone domini Ieſu, vt inciperet eſſe quod non erat, quanto magis operatorius eſt, vt ſint quæ erāt, & in aliud commutentur? et ſic quod erat panis ante conſecrationem, iam corpus Chriſti eſt poſt conſecrationem: quia ſermo Chriſti creaturam mutat.

Lib. 4. c. 4. ante med. tom. 4.

Respon. Dicendum, ꝙ quidam dixerunt nullam virtutē creatam eſſe, nec in prædictis verbis †

C ad tranſubſtantiationem faciendam, nec etiam in alijs ſacramentorum formis, vel etiam in ipſis ſacramentis ad inducendos ſacramentorum effectus. quod (ſicut ſupra habitum eſt) & dictis ſanctorum repugnat, & derogat dignitati ſacramentorum nouę legis. vnde cum hoc ſacramentum ſit præ ceteris dignius (ſicut ſupra dictū eſt*) conſequens eſt, quòd in verbis formalibus huius ſacramenti, ſit quædam virtus creata ad con-

D uerſionem huius ſacramenti faciendam, inſtrumentalis tamen, ſicut & in alijs ſacramentis, ſicut ſupra dictum eſt. cum enim hæc verba ex perſona Chriſti proferantur, ex eius mandato conſequuntur virtutem inſtrumentalem a Chriſto: ſicut & cetera eius facta vel dicta habent inſtrumentaliter ſalutiferam virtutem, vt ſupra dictum eſt.*

Art. 2. & 3. poſitis in arg 1.

Q.62. ar. 1. 2. 3. 4.

*Q.65. art. 3.

Ad primvm ergo dicendum, quòd cum dicitur ſola virtute Spirituſſancti panem in corpus

E Chriſti conuerti, non excluditur virtus inſtrumentalis, quæ eſt in forma huius ſacramēti: ſicut cum dicitur, ſolus faber facit cultellū, non excluditur virtus martelli.

Q.6.2. ar. 1. & 4.

Ad 2m dicendum, quòd opera miraculoſa, nulla creatura poteſt facere quaſi agens principale, poteſt tamen ea facere inſtrumentaliter, ſicut ipſe tactus manus Chriſti ſanauit leproſum: et per hunc modum verba Chriſti conuertunt

Q.62. ar. 4.

¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæoctauæ Articulum quartū.*

In art. 4. eiuſdem quęſt. quinque de veritate verborum ſacramentalium notanda ſunt, ſcilicet an eſt, quid eſt, cuius eſt factiua, quando eſt, & qualis eſt. Virtutē habere verba conſecrationis, licet ſub opinione ponatur, ſi perſpexerimus tamen doctrinam in generali Cōcilio traditam ſub Euge. IIII. determinata hæc quæſtio videtur. nam inter alia legitur ib: ſacerdos in perſona Chriſti loquens, hoc cōficit ſacramentum: nam ipſorum verborum virtute ſubſtantia panis in corpus Chriſti, & ſubſtantia vini in ſanguinem conuertuntur. Vbi clare vides, virtutem verborum aſſertam a ſacro Cōcilio. Vt autem ſuperius diximus de virtute ſacramentorū, ſic cōſequenter nūc dicimus de virtute horum verborum, quòd non eſt qualitas aliqua ſuperaddita, vt res quædam diſtincta realiter ab ipſa oratione ſignificante, ſed eſt ipſa oratio ſignificans, vt inſtrumentū dei ad conſecrationem. ita ꝙ oratio ipſa, puta hoc eſſe corpus meum, ſecundum ſe quidem non eſt aliud, quàm enunciatio ſignificās hoc eſſe corpus meum: ſed vt aſſumpta a Chriſto in inſtrumētum ad conſecrationem iſtam, eſt non ſolum enuntiatio ſignificans, ſed inſtrumentaliter efficiens, quod eſt habere virtutem, immo eſt eſſe virtutem.

¶ Et quia eſſe virtutem, eſt quoddā aduentitium orationi abſolute, ideo dicitur orationem habere virtutem, & virtutē eſſe in verbis, & virtus verborum, & ſimilia. Et quia virtus aduentitia, qualitatis rationem ac nomen induit, ideo qualitas dicitur: cū tamen ſecūdum rē nihil aliud ſit, quàm orationem eſſe inſtrumentum dei, quod nihil aliud eſt quàm deum vti oratione inſtrumentaliter ad talem effectum: ſicut enim omnis creatura eſt in potentia obediētiali ad hoc, quòd de ea fiat quicquid deus vult, ita eſt ēt in potentia obedientiali ad hoc, vt ſit inſtrumentum dei, ad quodcumque faciēdū deus illa vti voluerit. et ſicut deum in ſacramento baptiſmi per Chriſti baptiſmum dediſſe virtutem aquis inchoatiue dicimus, nulla tamen qualitas ſuperaddita propterea eſt aquis, & poſtmodum complete datur virtus aquæ in actuali baptiſmo, per hoc, ꝙ Chriſtus baptizans vtitur

vtitur illa aqua: ita in propoſito verba iſta potius quàm alia ab ipſo Chriſto ſanctificata ſunt inchoatiue, cõplere autem vim ſortiuntur, cum Chriſtus per ſacerdotem illa profert ad confectionem huius ſacramenti: *talis enim vſus verborum eſt con*ſtitutiuus inſtrumentalis efficaciæ in oratione qua vtitur: nec oportet aliquam ſuperapponere qualitatem. Et hoc exemplo in artificialibus videtur manifeſtari: nam manus aſſumi poteſt, & de facto aſſumitur a multis artibus in inſtrumentum: nec oportet artem ſutoriam aut fabrilem aut muſicam, aliquam qualitatem ſuperaddere manui, cum illa vtitur, ſed ex hoc ipſo quòd ars vtitur manu, manus eſt quædam vis artis illius, & ſic de alijs. Et hoc multo verius eſt referendo rem creatam ad diuinam omnipotentiam vtentem creatura, aſſumendo illam in inſtrumentum, quanto efficacia diuina maior in infinitum eſt, vt ſit intima cuicumque creaturæ. Effectus autem virtutis verborum non eſt diſpoſitio aliqua: ſed vt in allatis verbis ex ſacro Concilio clare patet, eſt conuerſio panis in corpus Chriſti. Nec obſtant obiectiões Scoti in prima diſt. 4. de infinitate virtutis requiſitæ ad tranſubſtãtiationem & de creatione: primã enim ſoluit Auctor ad primum, & ſecũdam ad ſecundum: exigitur enim infinita virtus in agente principali tantũmodo. Et non eſt ſimile de creatione: quia nulla res in creatione præſupponitur, quam inſtrumẽti actio poſſit attingere, hic autem inuenitur ſubſtantia panis & vini, quæ a virtute verborũ attingitur, dum conuertitur in corpus & ſanguinem Chriſti. Et quia verba cõſecrationis, vt conficiunt orationem ſignificantem quod per ſacramentũ efficitur, in inſtrumentum diuinæ actionis aſſumũtur, ideo quãdiu vtitur deus per ſacerdotis miniſterium verbis ſacramentalibus, tandiu eſt virtus ſacramentalis, inchoatiue tamen & in fieri: ſicut & ipſa oratio dum proferuntur partes inchoatiue & in fieri, eſt vſque ad terminationem: in ipſa namque terminatione orationis oratio perfecte ſignificationem habet, & ſimiliter iſta virtus perfecte inuenitur: ideo non prius nec poſt, ſed tunc cum oratio perfecte ſignificans eſt, virtus inſtrumentalis prędicta perfecte eſt, & operatur. Vnde cũ oratio ſit quoddam ſucceſſiuum, cuius exiſtentia nõ requirit quicquid eſt eius eſſe ſimul, ſed ex quocũque eius exiſtente infertur, & ſignificationem non ſortiatur, niſi in ſui termino, propterea dixit Auctor quòd oratio in ſui terminatione tantum ſignificationẽ ſimul & virtutem ſacramentalem ſortitur. Cum quo ſtant ſupradicta: alioqn non tota oratio eſſet inſtrumẽtum dei, aut inſtrumẽtũ in actu, ſine vi inſtrumentali eſſet per aliquod tempus. Et ſicut ſignificatio huiꝰ orationis eſt quodammodo ſimplex, & quodammodo compoſita, quoniam ex multis partialibus ſignificationibꝰ conſurgit & ſimplex eſſe ſignificat, ſcilicet hoc eſſe corpꝰ Chriſti, abſque compoſitionis, admiſtionis, informationis, adiunctioniſue modo quocumque, ita virtus iſta ex parte orationis ſignificantis eſt quodammodo cõpoſita, ex parte autem effectus dicitur ſimplex in litera, in reſponſione ad tertium.

4. diſt. 8. q. 2. art. 1. q. 4.

Artic. 2.

Art. præce.

panem in corpus Chriſti: quod quidem fieri non potuit in conceptione corporis Chriſti, qua corpꝰ Chriſti formabatur, vt aliquid a corpore Chriſti procedens haberet inſtrumentalem virtutem ad ipſius corporis formationem. In creatione etiam non fuit aliquod extremum, in quod inſtrumentalis actio creaturę poſſet terminari: vnde non eſt ſimile.

Ad $3^{m}$ dicendum, quòd prædicta verba* quibus fit cõſecratio, ſacramentaliter operantur. vnde vis conuerſiua, quæ eſt in formis horum ſacramentorum, conſequitur ſignificationem, quæ in prolatione vltimę dictionis terminatur: et ideo in vltimo inſtanti prolationis verborum, prædicta verba conſequuntur hanc virtutem, in ordine tamen ad præcedentia: et hæc virtus eſt ſimplex ratiõe ſimplicis ſignificati: licet in ipſis verbis exterius ꝓlatis, ſit quædam cõpoſitio.

* poſita in art. 2. & 3. ĩ arg. 1.

## Articvlvs V.

*Vtrum prædictæ locutiones ſint ueræ.*

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur quòd prædictæ locutiones nõ ſint verę. Cum enim dicitur, hoc eſt corpus meum, ly hoc, eſt demonſtratiuum ſubſtantię: ſed ſecundum prædicta, †quando profertur hoc pronomen, hoc, adhuc eſt ibi ſubſtantia panis: quia tranſubſtantiatio fit in vltimo inſtanti prolationis verborum: ſed hæc eſt falſa, panis eſt corpus Chriſti. ergo & hęc eſt falſa, hoc eſt corpus meum.

¶ 2 Præt. Hoc pronomen, hoc, facit demõſtrationem ad ſenſum: ſed ſpecies ſenſibiles, quæ ſunt in hoc ſacramento, neque ſunt ipſum corpus Chriſti, neque accidentia corporis Chriſti. ergo hæc locutio non poteſt eſſe vera, hoc eſt corpus meum.

¶ 3 Præt. Hæc verba (ſicut dictum eſt*) ſua ſignificatione efficiunt conuerſionem panis in corpus Chriſti: ſed cauſa effectiua præintelligitur effectui. ergo ſignificatio horum verborum preintelligitur conuerſioni panis in corpus Chriſti: ſed ante cõuerſionem hęc eſt falſa, hoc eſt corpus meum. ergo ſimpliciter eſt iudicandum, quòd ſit falſa. et eadem ratio eſt de hac locutione, hic eſt calix ſanguinis mei &c.

Sed contra eſt, quòd hæc verba proferuntur ex perſona Chriſti, qui de ſe dicit Ioannis 14. Ego ſum veritas.

Respon. Dicendum, quòd circa hoc multiplex fuit opinio: quidam enim dixerunt, quòd in hac locutione, hoc eſt corpus meum, hæc dictio, hoc, importat demonſtrationem vt conceptam, & non vt exercitam: quia tota iſta locutio ſumitur materialiter, cum recitatiue proferatur: recitat enim ſacerdos Chriſtum dixiſſe, hoc eſt corpus meum, ſed hoc ſtare non poteſt: quia ſecundum hoc, verba hæc non applicarentur ad materiã corporalem præſentem, & ita non perficeretur ſacramentum: dicit. n. Aug. †ſuper Ioan. Accedit verbum ad elementum, & fit ſacramẽtum. et præterea ex hoc totaliter non euitatur difficultas huius quæſtionis: quia eędem rationes manent circa primam prolationem, qua Chriſtus hæc verba protulit: quare manifeſtum eſt, quòd non materialiter, ſed ſignificatiue ſumebantur: et ideo dicẽdum eſt, quòd etiam quando proferuntur a ſacerdote, ſignificatiue, & non tantum materialiter ſumuntur. nec obſtat, quòd ſacerdos ea recitatiue profert, quaſi a Chriſto dicta, quia propter infinitam virtutem Chriſti, ſicut ex contactu carnis ſuæ, vis regeneratiua peruenit non ſolũ ad illas aquas, quę Chriſtum tetigerũt, ſed ad omnes vbique terrarũ, per omnia futura ſęcula, ita etiam ex prolatione ipſius Chriſti, hæc verba virtutem conſecratiuam ſunt conſecuta a quocumque ſacerdote dicantur, ac ſi Chriſtus ea pręſentialiter proferret. et ideo alij dixerunt, quòd hæc dictio, hoc, in hac locutione facit demonſtrationem, non ad ſenſum, ſed ad intellectum, vt ſit ſenſus, hoc eſt corpus meũ, ideſt ſignificatum per hoc, eſt corpus meum. ſed nec hoc ſtare poteſt: quia cum in ſacramentis hoc efficiatur quod ſignificatur, non fieret per hanc formam, vt corpus Chriſti ſit in hoc ſacramento ſecũdum veritatem, ſed ſolum ſicut in ſigno, quod eſt hæreticum vt ſupra dictum eſt.* et ideo alij dixerunt, quòd hæc dictio, hoc, facit demonſtrationem ad ſenſum, ſed intelligitur hæc demonſtratio, nõ pro illo inſtãti locutionis quo profertur hæc dictio; ſed pro vltimo inſtanti locutionis: ſicut cum aliquis dicit, nunc taceo, hoc aduerbium, nunc, facit demonſtrationem pro inſtanti immediate ſequenti locutionem. eſt enim ſenſus, ſtatim his verbis dictis, taceo. ſed nec hoc ſtare põt: quia ſecũdũ hoc, huius locutionis eſſet ſenſus, corpus meũ eſt corpus meũ: qđ ꝑdicta locutio non facit: quia hoc fuit etiam ante prolationem verborum: vnde nec hoc prædicta locutio ſignificat. & ideo aliter dicẽdum eſt, quòd ſicut prædictum eſt,* hæc locutio habet virtutem factiuam cõuerſionis panis in corpus Chriſti. & ideo cõparatur ad

† Tract. 80. in Ioan. med. to. 9.

* q. 75. art. 1.

¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimaoctauæ Articulum quintũ.*

IN arti. 5. eiuſdem quæſtionis tres difficultates tãgendæ ſunt. prima de veritate, ſecunda de cõſignificatione, tertia de demonſtratione. De enũtiationis igitur huius ſacramentalis, hoc eſt corpus meum, veritate, ſcito aliquid eſſe certũ & aliquid ĩ quæſtionem verti. nam certũ eſt ipſam in quolibet inſtanti temporis quo eſt eſſe verã vel falſam: quia aut ſic eſt, & eſt vera: aut non ſic eſt, & eſt falſa. In dubium autem vertitur, an prius natura quàm conuerſio ſit, ſit uera aut falſa. Et eſt ratio dubii, quia ſacramentalis hęc oratio eſt conuerſiua: ac per hoc prius natura eſt, quàm conuerſio, quæ eſt ſuus effectus, & propterea dubitatur, an in illo priori naturæ ſit vera vel falſa. Et Sco. quidem in 8. diſt. 4. declinauit in opinionem tertiam, quòd nec vt vera, nec vt falſa, ſed vt neutra ſe habet. Auctor autem in hoc articulo tam in cor. quàm in reſponſione ad tertium tenet, quòd oratio iſta vt vera, practice tamen, ſeu cauſaliter ĩ illo priori naturæ concurrit. De intellectu ſiquidem ſpeculatiuo ſolo intelligendum eſt, quòd ab eo ꝙ res eſt, vel non eſt, oratio dicitur uera uel falſa. nam licet de vtroque intellectu verificetur, quòd ab eo quòd res eſt uel non eſt, oratio dicitur uera uel falſa formaliter: *practicus* tamen intellectus priuſquam res ſit, eſt uerus practice ſeu cauſaliter: quia non præſupponit, ſed facit rem eſſe, unde denominatur uerus formaliter.

¶ Circa conſignificationem autem omnes conuenire in hoc uidentur, quòd hæc locutio, hoc eſt corpus meum, intelligitur ſecundum ultimum inſtans prolationis uerborum, ſed diuerſitas opinionum eſt, quia alii putant contingere hoc ex uirtute ſermonis; alii autem opinantur non eſſe hoc ex uirtute ſermonis, ſed ex intentione ſacramentali. Et quoniam obſcura ob confuſionem redditur difficultas hæc, diſtinguendum eſt, ut clara fiat. Diſtingue igitur de tempore ſeu inſtanti, quo oratio ſignificat, uel de tempore ſeu inſtanti, pro quo oratio ſignificat: aliud eſt. n. quando, qđ oratio conſignificat, & aliud eſt quãdo, per orationem conſignificatum, ut patet dicendo, Petrus crucifixus eſt, quando enim oratio iſta ſignificat, tunc eſt cum profertur: ſed quando conſignificatum, eſt tempus præteritum, ut patet. Significatio autem orationis non eſt niſi oratio ſit integra integritate eſſentiali, quoniam oratio non eſſentialiter integra, non eſt oratio, & conſequenter non ſignificat: integra autem non eſt oratio, niſi in termino prolationis. & propterea oratio non ſignificat, niſi in termino ſuæ prolationis. Et quia conſignificare præſupponit ſignificare, utpote adiacens illi, ideo oratio ſicut non ſignificat, ita nec conſignificat, niſi in termino ſuæ prolationis. Nec eſt hoc ſolum uerum de tota oratione, ſed & de partibus, ut integrant totam. Et de copula quidem declaratur dupliciter: tum ex eo quòd ly eſt, ſignificat compoſitionem, quam ſine extremis non eſt intelligere: non enim poteſt intelligi compoſitio prior his quæ componuntur: tum, quia experimur quòd huius orationis, lignum eſt album, poſtquam prolatæ ſunt primæ dictiones, ſcilicet lignum eſt, antequam proferatur ly album, ly eſt, non ſignificat compoſitionem ligni cum albo, quod conuincitur, ſi ponamus orationem ſiſtere: tunc enim manifeſte apparet non *præſignificatam* eſſe cõpoſitionem dictam, per ly eſt. Significat ergo ipſam compoſitionem non quando profertur, ſed quando coniungit prædicatum ſubiecto, quod nihil aliud eſt dicere, quàm cum oratio eſt integra. Et quia prius natura ſignificat quàm conſignificat: ideo ly eſt, ſicut non ſignificat compoſitionem ante integritatem orationis, ita nec conſignificat tunc, quando profertur, ſed tunc quando integratur oratio. De ſubiecto autem dupliciter etiam idem manifeſtatur in propoſito: tum quia talia ſunt ſubiecta, qualia permittuntur a prædicatis, & propterea ante prædicata non habent ſuppoſitionem ſuam: tum quia clare perſpicimus, quòd dictis iſtis duabus dictionibus, homo eſt, ut formetur propoſitio de tertio adiacente, nullus intellectus habetur tam ſubiecti, quàm copulæ. Sed uariabitur utriuſq; ſenſus iuxta uarietatem prædicati, ut patet formando duas propoſitiones, quarum una ſit, homo eſt albus, & altera, homo eſt ſpecies: clare enim in his liquet & ſubiectum & copulam prædicatum expectare: ita quòd uarietas prædicati uarietatem inducit, & in tota oratione, & in ſubiecto, & copula, ut patet diſcurrenti. Et ſimiliter oratio iſta, hoc eſt corpus meum, ly hoc, non demonſtrat tunc cum profertur, neque ly eſt, ſignificat aut conſignificat tunc cum profertur, compoſitionem ſeu coniunctionem inter ly hoc, & corpus Chriſti, ut ex hoc cõuincitur, quòd ſi quis ſubiungendo non apponeret corpus meum, ſed ly panis, aut ly pronomen enuntiatio non eſſet falſa, quarum tamen utramque oporteret eſſe falſam, ſi ly eſt ſignificaſſet, tunc cum proferebatur, coniunctionem inter hoc, & corpus Chriſti. Loquendo igitur de quando oratio ſeu uerbalis copula ſignificat, aut conſignificat, ſentiendum eſt quòd tunc primo ſignificat aut conſignificat cum primo oratio integratur, & hoc non ex intentione proferentis, ſed ex vi ipſius oratiõis, ut patere poteſt ex dictis. Nec iſtud quãdo ſignificatur, aut conſignificatur per orationem ſeu copulam uerbalem: ſed eſt quando adiacens ſeu menſurãs ſignationem & cõſignificationem: attenditur enim ſecundum menſuram orationis ſignificantis, & conſignificantis, ut patet in orationibus de præterito. Et ut hoc concludamus, iſtud quando ſe tenet ex parte menſuræ ſeu durationis enuntiationis ſignificantis, & conſignificantis; illud uero quando, quod per copulam ſeu orationem conſignificatur, ſe tenet ex parte menſuræ ſeu durationis rei ſignificatæ. & propterea clare patet, hæc duo quando, maxime abinuicem poſſe diſtare, quantum diſtat menſura integræ orationis a menſura rei ſignificatæ. Et hinc patet, commune eſſe omni enuntiationi ſignificare, & conſignificare tunc cum integratur: quia tunc primo eſt oratio, & per hoc tunc primo ſignificat & conſignificat. Sed ſicut orationes differunt inter ſe quantum ad res *ſignificatas*, ita etiam differunt, quantum ad quando, ſeu tempora conſignificata. Et hæc in communi dicta, ſi perſpexeris, ambiguitates, per quas diſcurrit Scotus, euaneſcent. Deſcendendo autem ad propoſitum, aduertendum eſt quòd contingit iſta duo quando, ſcilicet ex parte menſuræ ſignificationis & ex parte menſuræ rei ſignificatæ, coincidere in unum, & idem quando, ita quòd illud idem tunc ſit, quando oratio ſignificat & conſignificat, & quando ſignificatum conſignificatur eſſe. Contingit autem hoc in propoſito, ex ratione in litera reddita, quia, ſcilicet, oratio iſta, hoc eſt, corpus meum, *eſt conuerſiua panis in corpus Chriſti in inſtanti*, & oratio iſta ſignificat conuerſionem ipſam ut in termino. Ex re ſiquidem ſignificata, habetur, quòd ly eſt, conſignificat inſtans conuerſionis panis in corpus Chriſti, ſeu, & in idem redit, quo primo hoc eſt corpus Chriſti, & quia illud inſtans, coincidit cum inſtanti, quo hæc oratio integratur, ideo dicitur & bene, quòd oportet hanc orationem intelligere ſecundum ultimum inſtans prolationis. Et quoniam conſignificare inſtans conuerſionis conuenit huic orationi ex natura ſua, qua eſt oratio ſacramentalis ſeu factiua conuerſionis ſeu conuerſiua panis in corpus Chriſti, ideo ex uirtute ſermonis *talis, ſcilicet* ſacramentalis conuerſiui, habet hæc oratio quòd conſignificet inſtans conuerſionis.

In iſto ar. in arg. 3. & ar. præce. ad 3.

¶ Circa demonſtrationem uero quam facit ly hoc, cum dicitur, hoc eſt corpus meum, licet uaria uerba dicantur: quoniam in litera dicitur demonſtrari contentum in generali ſub iſtis ſpeciebus, Scotus autem ſpecificando dicit demonſtrari indiuiduum entis, quia ly hoc, quantum eſt ex ſe, demonſtrat indiuiduum uniuerſaliſſimi, utpote, de quo poſſint omnia inquiri: mihi tamen uidetur, quòd demonſtret indiuiduum ſubſtantiæ, ideſt, hanc ſubſtantiam. Et quidem, quòd demonſtret indiuiduum, nulli eſt dubium, quoniam non uniuerſale, ſed ſingulare aliquod eſt tam quod conuertitur *in corpus Chriſti, quàm de quo enuntiatur*, corpus Chriſti. Quòd uero ſit indiuiduum ſubſtantiæ, probatur. tum ex eo, quòd ly, hoc, eſt pronomen demonſtratiuum, ſubſtantiæ, tum ex eo, quòd hæc demonſtratio debet eſſe certa. Demonſtrando autem hanc ſubſtantiam, demonſtratio eſt certiſſima, quoniam hæc ſubſtantia eſt corpus Chriſti, ſed ſi demonſtraret indiuiduum entis, demonſtratio remaneret ambigua, immo magis falſa appareret, quàm uera. nam ly hoc ens, poſſet demonſtrare tam accidens quàm ſubſtantiam, cum utrumque ſit hoc ens, & magis appareret demonſtrari accidens, propter demonſtrationem fieri ad ſenſum: tum, quia demonſtrando indiuiduum ſubſtantiæ, demonſtratio eſt ſimplicior, & purior, non egens gloſſis: nam appoſita ante ſenſus hoſtia, & dicendo, hæc ſubſtantia eſt

corpus meum, non oportet ad gloſſas recurrere, quid eſt illud, quod eſt conuerſum in corpus Chriſti: aut quid eſt illud, quod hic adoramus, & huiuſmodi. Eſt autem ſententia hæc etiam Auctoris: nam expreſſe dicit in reſponſione ad primum & ſecundum, quòd ly hoc, demonſtrat ſubſtantiam, ſine qualitate, ideſt ſine determinatione alicuius propriæ naturæ, puta panis aut corporis Chriſti. Et hoc idem intendit, dicẽdo quòd demõſtrat contentum in generali ſub iſtis ſpeciebus: ſciuit enim quòd non demonſtrat vniuerſale aliquod: ſed circumlocutus eſt indiuiduũ cõmunioris ſeu generalioris ab accidentibus, diſtincti ac ſub eis contenti: dantur enim indiuidua magis & minus vniuerſalia, ſicut dantur naturæ magis & minus vniuerſales: eſt enim intelligere Sortem in prædicamento ſubſtantiæ eſſe nõ ſolũ hunc hominem, ſed hoc animal, hoc viuũ, hoc corpus, hãc ſubſtantiam. Et ſic hæc ſubſtantia demõſtrata ꝑ ly hoc, eſt cõtenta ſub iſtis accidentibus in generali, ideſt communiter ſe habens ad panem, & corpus Chriſti, pro quanto ab vtroque abſtrahendo ſignificatur.

Lib.1.periher. in pri. li.tom.1.

Art.2. hui⁹ quæſt.& q. 75.ar.7.

¶ Ad rationem autem Scoti, dicitur ꝙ licet primũ nomen, loco cuius poteſt poni hoc, ſit idiuiduũ entis communiſſimi analogice etiam ad entia rationis, quia tamen certitudo demonſtratæ rei præpõderat (quoniã ad propriã certamque notitiam ſacramẽti huius ſpectat res demonſtrata) ratio illa ad communia nominũ in Deo poſt habenda eſt, ne in ambiguo, nos demonſtratio relinquat, ſed certos demõſtratio reddat, ꝙ hæc ſubſtantia, eſt corpus Chriſti.

In corp.ar.

alias locutiones, quæ habent ſolũ vim ſignificatiuam, & nõ factiuã: ſicut comparatur conceptio intellectus practici, quæ eſt factiua rei, conceptioni intellectus noſtri ſpeculatiui, quæ eſt accepta a rebus: nam voces ſunt ſigna intellectuũ, ſecundum Philoſophum.* & ideo ſicut cõceptio intellectus practici non præſupponit rem cõceptam, ſed facit eam; ita veritas huius locutionis non præſupponit rem ſignificatam, ſed facit eam: ſic enim ſe habet verbum dei ad res factas per verbum. Hæc autem conuerſio non fit ſucceſſiue, ſed in inſtãti ſicut dictum eſt.† & ideo oportet quidem intelligere prædictam locutionem ſecundum vltimum inſtans prolationis verborum: non tamen ita, quòd præſupponatur ex parte ſubiecti id, quod ẽ terminus cõuerſionis, ſcilicet quòd corpus Chriſti, ſit corpus Chriſti; neque etiam illud quod fuit ante cõuerſionem, ſcilicet panis: ſed id quod communiter ſe habet quantum ad vtrumque, ſcilicet contentũ in generali ſub iſtis ſpeciebus: non enim faciũt hæc verba quòd corpus Chriſti ſit corpus Chriſti, neq; ꝙ panis ſit corpus Chriſti; ſed quod contentum ſub his ſpeciebus, quod prius erat panis, ſit corpus Chriſti. & ideo ſignanter non dicit Dominus, hic panis eſt corpus meum, quod eſſet ſecundum intellectum ſecundæ opinionis: neque, hoc corpus meum eſt corpus meum, quod eſſet ſecundum intellectum tertiæ, ſed in generali hoc eſt corpus meum, nullo nomine appoſito a parte ſubiecti: ſed ſolo pronomine, quod ſignificat ſubſtantiam in communi, ſine qualitate.i. forma determinata.

Ad primvm ergo dicẽdũ, quòd hæc dictio, hoc, demonſtrat ſubſtantiam: ſed abſque determinatione propriæ naturæ, ſicut dictum eſt †.

Ad 2m dicendum, quòd hoc pronomen, hoc, non demõſtrat ipſa accidentia: ſed ſubſtantiam ſub accidentibus contentam, quæ primo fuit panis, & poſtea eſt corpus Chriſti: quod licet non informetur his accidentibus, tamen ſub eis continetur.

Ad 3m dicendum, quòd ſignificatio huius locutionis præintelligitur rei ſignificatæ ordine naturæ, ſicut cauſa naturaliter eſt prior effectu. Non tamen ordine temporis: quia hæc cauſa ſimul habet ſecum ſuum effectum. & hoc ſufficit ad veritatem locutionis.

## Articvlvs VI.

*Vtrum forma conſecrationis panis, conſequatur ſuum effectum, antequam perficiatur forma conſecrationis uini.*

Ad sextvm ſic proceditur. Videtur quòd forma conſecrationis panis, non conſequatur ſuũ effectum, quouſque perficiatur forma cõſecrationis vini. Sicut enim per cõſectationem panis incipit eſſe corpus Chriſti ſub hoc ſacramento, ita per conſecrationem vini incipit eſſe ſanguis. Si ergo verba conſecrationis panis haberent ſuum effectum ante conſecrationẽ vini, ſequeretur quòd in hoc ſacramẽto inciperet eſſe corp⁹ Chriſti* ſine ſanguine, qđ ẽ icõueniẽs.

4.di.8.q.1. ar.4.q.1. & diſt.11.q.1. ar.1 q.1 ad 4. Et 1.co. 11.lec.6.

Alias, ergo.

¶ 2 Præt. Vnũ ſacramẽtũ, vnũ habet cõplementũ: vnde licet in baptiſmo ſint tres immerſiones, nõ tñ prima immerſio conſequitur ſuũ effectum, quouſque tertia fuerit terminata: ſed totum hoc ſacramẽtum eſt vnũ, vt ſupra dictum eſt. * ergo uerba quibus conſecratur panis, non conſequũtur ſuum effectum ſine verbis ſacramentalibus, quibus conſecratur vinum.

Q.73.ar.2.

¶ 3 Præt. Ipſa forma conſecrationis panis, ſunt plura verba, quorum prima non conſequuntur effectum, niſi prolato vltimo, ſicut dictum eſt.* ergo pari ratione nec verba, quibus conſecratur corpus Chriſti, habent effectum, niſi prolatis verbis, quibus ſanguis Chriſti conſecratur.

Ar.4.huius quæſt.ad 3.

Sed contra eſt, quòd ſtatim dictis verbis conſecrationis panis, hoſtia conſecrata proponitur populo adoranda: quod nõ fieret, ſi non eſſet ibi corpus Chriſti: quia ſic ad idolatriam pertineret. ergo verba conſecrationis panis, ſuum effectum cõſequũtur, antequam proferantur verba cõſecrationis uini.

Respon. Dicendum, quòd quidam antiqui doctores dixerũt, quòd hæ duæ formæ, ſcilicet conſecrationis panis & vini, ſeinuicem expectãt in agẽdo: ita ſcilicet quòd prima nõ perficit ſuum effectum antequam proferatur ſecunda, ſed hoc ſtare non poteſt: quia (ſicut dictum eſt*) ad veritatem huius locutionis hoc eſt corpus meum, requiritur propter verbũ preſentis tẽporis, quòd res ſignificata ſimul tempore ſit cum ipſa ſignificatione locutionis, alioquin ſi in futurum expectaretur res ſignificata, apponeretur verbum futuri temporis, non autem verbum preſentis, ita ſcilicet quòd nõ diceretur, hoc eſt corpus meum: ſed hoc erit corpus meum. Significatio autem huius locutionis completur ſtatim completa locutione horum verborum: & ideo oportet rem ſignificatam ſtatim ad eſſe, quæ quidem eſt effectus huius ſacramenti: alioquin locutio non eſſet vera. Eſt etiam hæc poſitio contra ritum eccleſiæ, quæ ſtatim poſt prolationẽ verborum, corpus Chriſti adorat. unde dicendũ eſt, quòd prima forma non expectat ſecundam in agendo, ſed ſtatim habet ſuum effectum.

Art.2.& 5. huius quæ.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ex hac ratione videntur fuiſſe decepti illi, qui prædictam poſitionem poſuerunt. Vnde intelligendum eſt, quòd facta conſecratione panis, eſt quidẽ corpus Chriſti ibi ex vi ſacramenti, & ſanguis ex reali concomitantia: ſed poſtmodum per conſecrationem vini, fit ibi ecõuerſo ſanguis Chriſti ex vi ſacramenti; corpus aũt ex tali cõcomitãtia: ita quòd totus Chriſtus eſt ſub utraque ſpecie, ſicut ſupra dictum eſt *.

Q.76.ar.1. & 2.



Ad 2m dicendum, quòd hoc ſacramentum eſt vnum perfectione (ſicut ſupra dictum eſt*) inquantum cõſtituitur ex duobus, ſcilicet cibo & potu, quorum vtrumque per ſe habet ſuam perfectionem, ſed tres immerſiones baptiſmi ordinãtur ad vnum ſimplicem effectum. & ideo non eſt ſimile.

Q.73.ar.2.

Ad 3m dicendum, quòd diuerſa verba quæ ſunt in forma conſecrationis panis, conſtituũt veritatem vnius locutionis: non autem verba diuerſarum formarum. & ideo non eſt ſimile.

## Qvaestio LXXIX.

*De effectibus ſacramenti Euchariſtiæ, in octo articulos diuiſa.*

Deinde conſiderãdum eſt de effectibus huius ſacramenti.

### Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum hoc ſacramẽtum conferat gratiam.

¶ Secundo, Vtrum effectus huius ſacramenti ſit adeptio gloriæ.

¶ Tertio, Vtrum effectus huius ſacramenti ſit remiſſio peccati mortalis.

¶ Quarto, Vtrum per hoc ſacramẽtũ remittatur peccatũ ueniale.

¶ Quinto, Vtrũ per hoc ſacramentũ tota pœna peccati remittatur.

¶ Sexto, Vtrũ hoc ſacramẽtũ hominẽ preſeruet a peccatis futuris.

¶ Septimo, Vtrum hoc ſacramẽtũ proſit aliis, quàm ſumentibus.

¶ Octauo, De impedimento effectus huius ſacramenti.

## Articvlvs I.

*Vtrum per hoc ſacramentum conferatur gratia.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd per hoc ſacramentum non conferatur gratia. Hoc enim ſacramentum eſt nutrimentum ſpirituale: nutrimentũ autem non datur niſi uiuenti. cũ ergo uita ſpiritualis ſit per gratiã non competit hoc ſacramentum, niſi habenti gratiam. nõ ergo per hoc ſacramentum confertur gratia, vt primo habeatur, ſimiliter etiam nec ad hoc quòd augeatur: quia augmentum ſpirituale pertinet ad ſacramentum confirmationis, vt dictum eſt. * non ergo per hoc ſacramentum gratia cõfertur.

Q.72.ar.1. & 2.

¶ 2 Præt. Hoc ſacramentum confert, vt quedã ſpiritualis refectio: ſed refectio ſpiritualis magis vr̃ ꝑtinere ad vſum gratie, quàm ad gratiæ collationem. ergo videtur, quòd per hoc ſacramẽtum gratia non conferatur.

¶ 3 Præt. Sicut ſupra dictum eſt.* in hoc ſacramento corpus Chriſti offertur pro ſalute corporis, ſanguis autem pro ſalute animæ: ſed corpus non eſt ſubiectum gratiæ, ſed anima, vt in Secunda parte † habitum eſt. ergo ad minus quantũ ad corpus per hoc ſacramentum gratia non confertur.

Q.74.ar.1. & 79.ar.2. ad 2.

1.2.q.110. ar.4.

Sed contra eſt, quòd Dominus dicit Ioan. 6. Panis quẽ ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita: ſed vita ſpiritualis eſt per gratiam. ergo per hoc ſacramentum gratia confertur.

Respon. Dicendum, quòd effectus huius ſacramẽti debet cõſiderari, primo quidẽ & principaliter ex eo, quod in hoc ſacramento continetur, quod eſt Chriſtus: qui ſicut in mundum viſibiliter veniens, contulit mundo vitam gratiæ (ſecũdum illud Ioan. 1. Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt) ita in hominem ſacramentaliter veniens, vitam gratiæ operatur; ſecundum illud Ioan. 6. Qui manducat me, viuet propter me. Vnde & Cyril.* dicit, Viuificatiuũ Dei verbum, vniens ſeipſum proprie carni, fecit ipſam viuificatiuã. decebat ergo eũ noſtris quodammodo vniri corporibus per ſacrã eius carnem & pretioſum ſanguinẽ: quæ accipimus in benedictionem viuificatiuã in pane & in vino. Secundo, cõſideratur ex eo, qđ per hoc ſacramentum repræſentatur, quod eſt paſſio Chriſti, ſicut ſupra dictum eſt. † & ideo effectũ quem paſſio Chriſti fecit ĩ mũdo, hoc ſacramẽtum facit in homine. unde ſuper illud Ioan. 19. Continuo exiuit ſanguis & aqua, dicit Chryſo.* Quia hinc ſuſcipiũt principium ſacra myſteria cũ acceſſeris ad tremendum calicem, vt ab ipſa bibiturus Chriſti coſta, ita accedas. unde & ipſe dominus dicit Matth. 26. Hic eſt ſangnis meus, qui pro vobis effundetur in remiſſionem peccatorum. Tertio, conſideratur effectus huius ſacramenti ex modo, quo traditur hoc ſacramentum, quod traditur per modũ cibi & potus. & ideo omnem effectum, quem cibus & potus materialis facit, quantum ad vitam corporalem (quod ſcilicet ſuſtentat, auget, reparat, & delectat) hoc totum facit hoc ſacramentum, quantum ad vitam ſpiri-

Li.4.in Io. c.12.& 14.

Q.76.ar.1. ad 1. & 2. & q.74.art. 1.

D. 584

Homi. 84. in Ioan. circa.med.tomo.3.

¶ Super Quæſtionem ſeptuageſimam nonã.

Circa effect⁹ Euchariſtiæ in nobis, aduertendũ eſt, quòd in litera ponũtur numero ſex, ſcilicet adeptio glorię, collatio gratiæ, remiſſio peccati mortalis, remiſſio peccati venialis, remiſſio pœnæ pro peccatis debitæ, & præſeruatio a peccãdo. De quibus duo declaranda ſunt. ſ. tempus, & modus: cum quib⁹ etiã ſimul declarabitur ſubiectũ. ¶ De tpe quidem aliquid clarum eſt, & aliquid ambiguum. Nam de primo effectu, ſcilicet vita æterna, conſtat tempus executionis non oportere eſſe tẽpus ſumptionis Euchariſtiæ: ſumpta ſiquidem longe ante Euchariſtia, contingit effectum æternæ vitæ ſubſequi, iuxta verbũ Domini, Qui manducat hunc panẽ, viuet in æternũ. ¶ De aliis vero effectibus in dubiũ vertitur, an vnum, & idem ſit tẽpus quo ſumitur hoc ſacramentum, & quo in executionem ponũtur illi effectus, & propterea ſingillatim declarãdi ſunt. ¶ Secũdus igitur effectus, qui eſt gratia gratum faciens, tres ramos habet, prout tripliciter contingit conſequi gratiam. ſ. vel de nouo acquirere ipſam vitam gratiæ, vel præſuppoſita gratia, acquirere de nouo augmentũ gratiæ, vel acquirere de nouo actualẽ delectationem ac refectionem ſpiritualem, ſecundum vitã gratiæ: hæc enĩ tria comprehenduntur ſub vno effectu Euchariſtiæ, cum dicitur ꝙ confert gratiam. Poteſt ſiquidẽ intelligi, quod confert gratiã habitualem, vel primã, vel augmentando primam, aut gratiam actualem ſpiritualis refectionis ac delectationis in actu charitatis. Et quia primam gratiã ſumptio huius ſacramẽti non per ſe cõfert, ſed per accidẽs, hoc eſt propter contingentem ſumentis diſpoſitionem, quoniam per ſe prærequirit ſumentem viuum, prima autem gratia mortuo dat̃, ideo tempus primæ gratię per accidens conſideratur, & videtur coincidere cũ tpe ſumptionis: nã ſi exiſtens in peccato mortali ſibi incognito, quãdo ſumit hoc ſacramentum, non reſuſcitatur ad vitam, non apparet quare deinceps ex virtute huius ſacramẽti reſuſcitabitur. Intelligo autem in tota hac materia ꝑ tẽp⁹ ſumptionis Euchariſtiæ, nõ illã ſolã morulam, qua deglutitur: ſed cũ cõſequẽte tẽporis ſpatio quo Chriſti corpus ſacramẽtaliter in ſumente pſeuerat. Eſt .n. tũc pſens corporaliter in nobis, ac ꝑ hoc paſcẽs & illuminans ſpiritualiter aĩam, vt ſic ẽt illud ĩpleat, Quãdiu ſum in mundo, lux ſum mũdi. Atteſtat̃ autẽ huic ſentẽtię neceſſaria mentis occupatio cõmunicãtiũ, & pręcipue ſacerdotũ circa reuerẽtiã exteriorẽ huius ſacramẽti, ne. ſ. aut ſanguis effundatur, aut partes hoſtię dẽtib⁹, aut palato hęreãt, & huiuſmodi, quo ſit, vt magis effectus ſacramẽti, puta cõtritio, cũ prima dat̃ gratia ĩ tpe cõſequẽte ſumptionẽ, q̃ ĩ ipſa ſumptiõe appareat, & ſimile vr̃ de aliis effectibus actualib⁹. Puto tñ poſſe cõtingere, vt ſumẽs ſit ita diſpoſitus, ꝙ nec cõſequatur vitã gratiæ, nec de nouo mortaliter peccet ſumẽdo, ſed ita excuſetur a pctõ in ſumendo, vt ꝓpinquior ſiat vitæ grę, ex qua appropinquatione

pinquatione ſecundum aliquos actus attritionis & deſiderii diuinæ gratiæ, paulatim perducatur diuina duce miſericordia ad occaſiones veræ contritionis, vt tandem alia forte uice ſumendo, gratiam veræ contritionis percipiat. Moueor autem ad hoc, quia nullam apud me habeo rationem cogentem ad alterū horum: ſcilicet exiſtés in peccato mortali facta diligenti, quāuis non ſufficienti ſui, probatione, communicando aut, iuſtificatur aut peccat mortaliter. videtur enim, vt dictum eſt, poſſe dari medium propter latitudinē, quæ datur in illa diligente non tamen ſufficiente probatione ſui: non enim cōſiſtit in indiuiſibili. Diuinæ quoque liberalitatis largitas, ex cuius abundantia hic effectus per accidens huic ſacramento tribuitur, ad quantam ordinauerit indiſpoſitionem peccatoris ſe ſuppleturam, dicat qui nouit.

Li.5.c.4. in med. tom. 4. Homil.45. in Ioan. a med. illius tom.3.

tualem. Vnde Amb.* dicit in lib. de ſacramentis: Iſte panis eſt uitæ æternæ, qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulcit. & Chryſoſt. † dicit ſupra Ioan. Præſtat nobis deſiderantibus & palpare, & comedere, & amplecti. unde & ipſe Dominus dicit Ioan. 6. Caro mea uere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Quarto, conſideratur effectus huius ſacramenti ex ſpeciebus, in quibus traditur hoc ſacramētum. unde Auguſt. * ibidem dicit, Dominus noſter corpus & ſanguinē ſuum in eis rebus commendauit, quæ ad unum aliquid rediguntur ex multis: namque aliud, ſcilicet panis, ex multis granis in unū con G ſtat, aliud, ſcilicet uinum, in unū ex multis acinis confluit. & ideo

¶ De tempore uero augmenti habitualis gratiæ magis ambiguum eſt ſecundum Auctoris doctrinam, vt patebit in proceſſu. Auctor enim in 4.ſent.diſt.12.q.2.ar.1. tenet augmētum gratiæ impediri ex impedimento actualis conuerſionis animæ ad Deum: ac per hoc ſentit, quòd idem eſt tempus ſumptionis ſacramenti, & tempus augmenti gratiæ, quia illud idem conſtat eſſe tempus transformationis actualis animæ in Deū: in hac autem quæſtione art.vlt. verba literæ ſonant oppoſitum: dum dicit, quòd mētis diſtractio per peccata venialia in actu, tollit quidem actualem refectionem ſpiritualis dulcedinis, non autē augmentum gratiæ habitualis. Et rurſus in reſponſione ad primum inquit, ille qui cum actu venialis peccati ad hoc ſacramētum accedit, habitualiter quidem manducat ſpiritualiter, ſed nō actualiter, & ideo habitualem effectum huius ſacramenti percipit, nō autem actualem. Quæ Auctoris verba poſſunt tripliciter intelligi. primo ut ſonant ſecundum ſuperficiem, ut per hoc ſacramētum augeatur intenſiue habitualis gratia tūc cum ſumitur, etiā ſi nullus interior charitatis actus ob mentis diſtractionem interueniat, & hoc ex uirtute ipſius ſacramenti cauſantis huiuſmodi augmentum in anima, *nullum huic habituali augmento impedimentum* præſtante. Et hic ſenſus fauorabilis eſt, & demulcēs aures multitudinis innumerabilium ſacerdotum, quaſi quotidie aut frequentiſſime celebrantium, qui tamen ſeipſis meliores non quotidie fiunt. Mihi autem hinc ordiēdo, ſenſus iſte uerus non apparet: ſi enim qualibet ſumptione Euchariſtiæ augeretur gratia infinitorum pene ſacerdotum, quos credimus uere in gratia celebrare, charitas iam eſſet maior intenſiue, quàm credi rationabile ſit, cum tanta magnitudo charitatis in tanta multitudine, otioſa appareat, quoniam nec extra apparent, nec intus de ſeipſis teſtantur actus ſimiles feruentiſſimæ charitati, & tamen certum eſt, ꝙ ſicut amor Dei non eſt otioſus, ſed operatur magna, ſi eſt, ita tam magna augmentatio amoris Dei non eſt otioſa, ſed operatur multa maiora, quàm prius proportionaliter ſi eſt, & conſequenter ſi longe maiora operari renuit, longe maior charitas non eſt, & tamen longe maior ponitur eſſe in ſingulis celebrationibus, quantuncumque parum creuiſſet charitas ſacerdotis, qui tot annis diebus fere ſingulis in gratia celebrauit. Præter autem hanc ex experientia coniecturā, in promptu ratio cum auctoritate ſuffragatur: ſacramentum enim hoc, quia datur per modum cibi & potus, dicente Domino, Caro meo uere eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus, non auget, ſicut nec nutrit, niſi per modum nutrimēti: ſed ſine actu uitali nutriti tā cibus quàm potus nec nutrit nec auget, ut patet in alimento corporali. ergo ſine operatione uitali ſpiritualis animæ, quæ nutritur cibus iſte nec nutrit, nec auget. Auctoritas quoque ex eodem fundamento, ex 4.ſent.iā allata eſt. Nec obſtat efficaciæ huius rationis, ꝙ phreneticis in mortis articulo datur hoc ſacramētū: tū, quia ſacramenti effectus ex his quæ per ſe concurrunt, cōſiderādus ac iudicādus eſt, & nō ex his, quæ in caſu accidunt: tū quia phreneticis cōſtat dari uiaticū nō ad primū & propriū Euchariſtiæ effectū, qui eſt actualis refectio ſpiritus, & cōſequēter nec ad nutriēdū, nec ad augēdū in hac uita gratiam: quia phreneticis datur uiaticū ꝑꝑ uitā æternā, & ꝑꝑ impugnationes dęmonū, iuxta illud Amb. Recedāt procul a potētia pręſentiæ tuę.

¶ Aliter ergo intelligūtur uerba literæ de perceptione habituali, ut ſit ſenſus, quòd talis diſtractus non actualiter, ſed habitualiter percipit effectum habitualem ſeu augmentum gratiæ ſpiritualis, ſicut habitualiter, manducationem ſpiritualem ha-

F bet: ita quòd manducans habitualiter tantum, ideſt, habens habitum quo poteſt ſpiritualem manducationem actualiter habere, hoceſt habendo charitatem, ſumens hoc ſacramentum abſque actuali interiori deuotione, habet etiam habitum percipiendi augmentum. Et ſicut non impeditur per peccata venialia, cum huiuſmodi diſtractione, quin ꝑ hanc ſumptionem mereatur augmentum charitatis exequēdum, tamē tēpore quo ad hoc erit diſpoſitus, ita non impeditur, quin ex hac ſumptione percepturus ſit augmētum charitatis, quā do tamē ad hoc erit diſpoſitus. Et ſecundum hunc ſenſum, tempus augmenti charitatis eſt, quando ſumens eſt diſpoſitus ad augmentum, ſiue hoc ſit tempore ſumptionis, ſiue poſt. Minorem tamen diſpoſitionem requirere ad augmentū charitatis ex hoc ſacramento, quàm ad augmentum ſine ſacramēto, ut habeatur ratio uirtutis ſacramentalis, & pręſertim huius ſacramēti, in quo eſt ipſe Chriſtus. Fouet autem hunc ſenſum, quòd Auctor intendit ponere differentiam inter refectionem ſpiritualē conſiſtentem in operatione, & augmentum habitus quo ad impediri a peccato ueniali. Et ſic ſaluatur differētia, quòd refectio ſpiritualis ita tollitur per diſtractionem, quòd numquā ex hac ſumptione habebitur: augmentum uero habitus, habendum relinquitur poſt, ſicut & uita ęterna.

Tract. 26. in Ioan. ... multum ... mote a ... tom.9.

¶ Tertius autem ſenſus cōſiſtit in declaratione terminorum di- H cendo, quòd duobus exiſtentibus per ſe propriis huius ſacramēti effectibus, ſcilicet operatione & habitu, Auctor utriuſque latitudinis id, quod pręcipuum eſt, nominauit. Et in latitudine quidem operationum nominauit ſpiritualem refectionem cum ſua delectatione: in latitudine uero habitualium donorum nominauit augmentum gratię ſeu charitatis, ut ſic loqueretur de hoc ſacramento ſecundum ſuam perfectionem, docēdo ea quæ ipſius ſunt, quatenus aut alterum, aut utrumque eorum confert. Et ſic per actualem manducationem Auctor non intelligit quamcumque actualem deuotionem, ſed illam ſolam, quę refectio eſt, quę ſpiritualis delectatio animę eſt. Et ſecundum hunc ſenſum plana ſunt omnia: & conſonāt dictis in 4. ſen. Habent ſiquidem ſe hi duo effectus inter ſe, non ut neceſſariam connexionem habentes, ſed alter ſine altero ex ſacramento hoc haberi poteſt. Refectio ſiquidem ſpiritualis delectationis abſq; augmento habitualis gratiæ in Chriſto fuit, quando ſumpſit hoc ſa- I cramentum, augmentum uero habitualis gratię ex hoc ſacramento in ualde multis credimus contingere, qui digne ad hoc ſacramentum & deuote accedunt, & tamen expertes ſunt ſpiritualis dulcedinis, ita ut ipſorū uox ad cęleſtē patrē ſit: Ecce tot annis ſeruio tibi, & numquam dediſti mihi hœdum, ut cū amicis meis epularer. Non igitur docet hæc litera, quòd ſumens abſque omni actuali deuotione cōſequitur augmentum gratię, ſed quòd ſumēs abſque actuali refectione delectationis ſpiritualis, & hoc ex culpa ſua ueniali, quoniam non eſt ex defectu ſacramenti, ſic inquam ſumens ſic mēte diſtractus, ſi quo ad alios actus deuote accedit, habituale augmentum gratiæ ex hoc non impeditur, quod tamen poſſet aliunde impediri, puta, ex tam parua deuotione, ut non ſufficiat diſponere ad augmentum gratiæ. Et hæc expoſitio amplectenda uidetur, quoniam quo ad rem *omnia conſonant*, quo ad expoſitionem vero nominum nulla fit extorſio, ſed applicatio communioris termini ad principale ſuppoſitum, & ſecundum hoc, tempus augmenti coincidit cum tempore ſumptionis. Poſſet & quarto modo forte exponi locus iſte de augmento habituali extenſiuo, ita quòd ſacramē- K tum hoc ſit extenſiuum gratię ad actus confortatiuos ſpiritus, & hoc ipſum ſit gratia ſacramentalis, quam in anima per modum habitus ſacramentum hoc efficiat etiam in mente diſtractis ex peccato ueniali. De tempore autem actualis gratię, quę homini confertur in hoc ſacramento, nulla ambiguitas eſt, quin ſit tempus ſumptionis ſacramenti: tunc enim pręſens Chriſtus excitat mentem diſpoſitam ad ſui feruentem amorem, atque ad ſentiendam dulcedinem ſuę pręſentię. Sed perfectorum eſt ſolidus hic cibus, eorum qui pro conſuetudine &c. Tempus autem remiſſionis peccati mortalis coincidit cum tempore ſumptionis, ut patere poteſt ex ſupradictis: quoniam coincidit cum tempore infuſionis primę gratię. Tempus quoque remiſſionis uenialium, idem eſt quod tempus ſumptionis: quoniam coincidit cum tēpore actualis fer

uorū

uoris charitatis: Et ſimiliter tempus remiſſionis pœnæ, ſi tamē ex actuali deuotione aliqua remittitur: pœna enim, quia remittitur ex hoc ſacramento, non vt ſacramentum, ſed vt ſacrificiū eſt, tempore ipſius ſacrificii remittitur, quoniam tunc Deo ſatiſfit. Præſeruatio demum a peccando, effectus eſt ſacramenti a tēpore ſumptionis inchoans, & iuxta ſumentium cooperationem plus uel minus durat, ſicut etiā præſeruatio, quæ fit per nutrimentū corporale unum & idē, in diuerſæ diſpoſitionis hominibus diuerſimode inuenitur, uno magis ſumēte inde uires quā alio &c. Hæc de tempore.

¶ Supereſt ut de modo eorundem effectuum dicatur. modus quo effectus iſti in anima ab hoc ſacramento fiunt, eſt quòd omnes reliqui mediāte primo fiūt. Primus autem effect⁹ eſt actualis exercitatio charitatis: & mediante hoc reliqui effectus proueniunt: quod tripliciter apparet. primo ex cōmunibus: quia ſuauis diſpoſitio rationalis creaturæ habet ut rationabiliter iuſtificetur & perficiatur: rationabiliter autem perfici eſt non per modum dormientis, ſed per modum uigilantis (hoc eſt ratione actualiter utentis) mutari & perfici, ut patet ex doctrina in 2. lib. habita de iuſtificatione impii, & iuſtificatione Magdalenæ, Latronis & Pauli: ſemper enim dona ſua Saluator interuenientibus operationibus conſequentium illa largitus eſt. Et de Magdalena quidem operatio fidei & charitatis apparet, dicente Domino, Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexię multum, & iterum, Fides tua te ſaluam fecit. Latronis fidei ſpeique actum uidemus. Memēto mei Domine, dum ueneris in regnum tuum. Paulū, fidei, obedientiæ, deuotioniſque uerba proferentem audiuimus, *Domine quid me uis facere?* Ex quibus omnibus patet, quòd non ſolum dum regulariter, ſed etiam dum miraculoſe conuertuntur homines ad Deum, actualis operatio interioris hominis interuenit. Secundo, apparet idem ex propriis huius ſacramenti: quia ſacramentum hoc uiuificat animam ut cibus, cibus autem ut ſic, non uiuificat niſi uiuentem, operatione aliqua uitali, cibo utentem. Si enim circa cibum corporalem nullam haberet animal operationem uitalem intus, inutilis eſſet cibus tali animali: immo non eſſet cibus niſi remote ſeu in potentia quoniam cibus, materia, & obiectum operationum potentiæ uegetatiuæ eſt. Tertio, apparet hoc idem. diſcurrendo ſingillatim per ipſos effectus. Euchariſtia ſiquidem ſacramentaliter ſumpta ab homine, Chriſtū corporali præſentia intus in homine ponens, ex parte quidem ſui pro primo contactu animæ habet excitationem charitatis, ac actualem unionem ſeu transformationem animę amantis in Chriſtum amatum: ex parte uero animæ primus contactus eſt ipſa manducatio actualis quæ eſt actus charitatis, & magnam latitudinem habet iuxta latitudinem actuum charitatis & graduum illorum, & extendit ſe uſque ad actum liber arbit. qui tādem charitate perficitur, ita ut uera contritio ſit. Mediante ergo actuali manducatione ſpirituali, effectus reliqui fiunt ab hoc ſacramento. Et de uita quidem æterna uerba Domini teſtantur, dicentis, Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum. De prima uero gratia & remiſſione peccati mortalis, quæ tamen per accidens fit ab hoc ſacramento, ex eo patet, quòd niſi inchoatiue ſaltem manducaret carens gratia, illam non conſequeretur: cibus enim non niſi manducatus uiuificat, unde & Auctor in litera tertii arti. de hoc loquens inquit, Deuote & reuerenter accedens conſequet per hoc ſacramentum gratiam charitatis, quæ contritionem perficiet: ubi tres operationes interuenire ponit, deuotionem, reuerentiam, & cōtritionē, quæ.ſ.

...c.16. in ... inter ... med. ... tom.9.

ipſe alibi dicit ſuper Ioan. † O ſacramentum pietatis, o ſignum unitatis, o uinculū charitatis. & quia Chriſt⁹ & eius paſſio eſt cauſa gratiæ & ſpiritualis refectio, & charitas ſine gratia eſſe non poteſt, ex omnibus præmiſſis manifeſtum eſt, quòd hoc ſacramentum gratiam confert.

Ad primvm ergo dicēdū, quòd hoc ſacramentum ex ſeipſo uirtutem habet gratiam conferendi; nec aliquis habet gratiam ante ſuſceptionem huius ſacramenti, uel niſi ex aliquo uoto ipſius, uel per ſeipſum, ſicut adulti, uel uoto eccleſiæ, ſicut paruuli, ſicut ſupra dictum eſt †. unde ex efficacia uirtutis ipſius eſt, quòd etiam ex uoto ipſius aliquis gratiam cōſequatur, per quam ſpiritualiter uiuificetur. Reſtat igitur, ut cum ipſum ſacramentū realiter ſumitur, quòd gratia augeatur, & uita ſpiritualis perficiatur. Aliter tamē quàm per ſacramentum confirmationis, in quo augetur & perficitur gratia ad perſiſtendū contra exteriores impugnationes inimicorum Chriſti. Per hoc autem ſacramentum augetur gratia, & perficitur ſpiritualis uita, ad hoc quòd homo in ſeipſo B perfectus exiſtat per coniunctionem ad Deum.

...q.73.ar.3.

Ad 2m dicendum, quod hoc ſacramentum confert gratiam ſpiritualiter, cum uirtute charitatis, unde Damaſce. comparat hoc ſacramentum carboni, quem Iſaias uidit. Iſa. 6. Carbo enim lignum ſimplex non eſt, ſed unitū igni: ita & panis communionis non ſimplex panis eſt, ſed unitus diuinitati. Sicut Gregorius* dicit in Homil. Pentecoſtes, Amor Dei non eſt otioſus: magna enim, C operatur, ſi eſt. & ideo per hoc ſacramentum quantum eſt ex ſui uirtute, non ſolum habitus gratiæ & uirtutis cōfertur, ſed etiam

Li. 4. orth. fid. ca. 14. a med.

Homil. 30. in Euan. nō lōge a prí.

A noua charitate informatur, & fit contritio. De augumento uero habitualis gratiæ, & ex nunc dictis tam communibus quàm propriis, & ex ſuperius diſcuſſis, ſatis patere arbitror: non eſt enim intelligibile cibum augere abſque actuali deuotione, quam abſque actuali manducatione etiam fingere non licet. Refectio autem ſpiritualis, manducatio quædam eſt: remiſſio uero peccati uenialis & pœnæ, ſi fit cum cōſequatur feruorē charitatis, manifeſte manducationem ſequitur: nam feruor ipſe manducatio eſt. Præſeruatio demum ab offenſis Dei, quia directe ad confirmationem cordis, ideſt uoluntatis ſpectat, ex parte animæ, panis autem non niſi manducatus confirmat cor hominis, ideo mediante manducatione ſpirituali fit. dixi autem directe & ex parte animæ, quoniam non eſt remotum, quin ex parte Chriſti pręſentis ſub ſacramento, præſeruatio non nulla fiat, per modum cuſtodiæ: propter quam diximus dari phreneticis in articulo mortis Euchariſtiam. Nec ex his dictis accipias, nos ſentire numquam conferri gratiam niſi actualiter ratione utentibus: non enim hoc diximus, ſed ſecundum communia ſuauis diſpoſitionis creaturæ rationalis ſic fieri diximus. Cum quo tamen ſtat, quòd ſecundum ſuauem diſpoſitionem alicuius ſacramenti aliter conferatur gratia iuſtificans, ut patet in baptiſmo, qui quoniam ſpiritualis eſt regeneratio, ex propriis habet ut abſque cooperatione eius, qui baptizatur, gratiam conferat in remiſſionem peccatorum: generatio enim eſt mutatio de non eſſe ad eſſe, nec præſupponitur, ſed fit uiuus, qui generatur: cibus autem uitam præſupponit, & non niſi manducanti prodeſt. Dicta ſunt autem hæc ad fugandam illo- D rum fiduciam, qui putant ſe conſequi ſemper nouum gratiæ habitualis augmentum, cum quantulacumque deuotione celebrent, etiam diſtracte, ut uel ſic ab huiuſmodi negligentiæ ſomno excitentur, pulſati ſaltem, ex eo quòd manducatio ſacramentalis, quæ actualiter fit, ſignificat manducationem ſpiritualem quæ interius exerceri debet. Ei ubi non niſi in ſui principio, hoc eſt in habitu ſaluatur, licet ad uitandum fictionis peccatum mortale ſufficiat, ad nutriendum tamen animam nihil prodeſt: immo hinc, & anima malum uenialis peccati, & corpus damnum infirmitatis, imbecillitatis, aut etiam mortis, quandoque incurrit, dicente Apoſtolo, Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Hāc ego pœnam corporalem puto, ſæpe a Deo infligi, ob paruam præparationem, quæ fit ad hoc ſacramentum.

¶ In reſponſione ad primum primi artic. eiuſdem q. aduertite, quòd ſacramentum hoc poteſt conſiderari dupliciter. Primo, ſm ſe, hoc eſt, ſecundum rem in ipſo contentam, & ſignifi- E catā, & ſic uerificatur de ipſo quòd ex ſe uirtutem habet collatiuam gratiæ, ad differētiam reliquorum ſacramentorum, quæ ex alio, hoc eſt ex hoc ſacramento, acquirunt uirtutem gratiæ collatiuam. Nam res ſignificata & contenta in hoc ſacramento eſt ipſe Chriſtus, cuius inſtrumenta ſunt reliqua ſacramenta cum uirtutibus ſuis, propter quod ſe habet ad reliqua ſacramenta ut fons gratiæ, ad riuos gratiarum. Et hinc uerificatur & quòd quilibet quodcumque ſacramentum ſuſcipiens actu, ſuſcipit hoc ſacramentum uoto, & quòd uotum cuiuſque ſacramenti eſt uotum iſtius ſacramenti: nam appetens ſeu ſitiens ad fontis riuulum, ſeu bibens ex riuulo, ad fontem ipſum magis ſitit tanquàm ad principium, & propterea in litera dicitur, quòd ſine huius ſacramenti uoto prima non habetur gratia. Et ſimile eſt hoc ei quod Dominus dicit, Niſi manducaueritis carnem filii hominis, & biberi-

 iis eius

tis eius ſanguinem, non habebitis uitã in uobis: loquitur enim Dominus de manducatione ſpirituali. in uoto ſeu in habitu, in quo cõtinetur manducatio ſpiritualis actualis in uoto. Si uero conſideretur uſus ſacramẽti huius, quo nobis ſacramentaliter iungitur, ſic prima gratia non eſt effectus huius ſacramẽti, niſi per accidens ex parte ſubiecti, ut prædictum eſt, quia datur per modum nutrimenti, quod quia non eſt niſi uiuentis, non facit primam gratiam: qua primo habetur uita ſpiritus, ſed præſupponit illam. Vnde in ar. 3. ad tertiũ Auctor loquens de prima gratie dicit, Sic autem non datur in hoc ſacramento.

Q.76.ar.1. & 2.

excitatur in actum, ſecundum illud ſecundæ Corinth. 5. Charitas Chriſti vrget nos. Et inde eſt, ꝙ ex virtute huius ſacramẽti anima ſpiritualiter reficitur p hoc, quòd anima ſpiritualiter delectatur, & quodammodo inebriatur dulcedine bonitatis diuinæ, ſecundum illud Can. 5. Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi.

Ad 3m dicendum, ꝙ quia ſacramenta operantur ſalutem, quã ſignificant; ideo ſecundum quandam aſſimilationem dicitur, ꝙ in hoc ſacramento corpus offertur pro ſalute corporis, & ſanguis pro ſalute animæ, quàmuis vtrumque ad ſalutem vtriuſque operetur, cũ ſub vtroque totus ſit Chriſtus, vt ſupra dictum eſt †. & licet corpus nõ ſit immediatũ ſubiectũ gratię, ex anima tamen redundat effectus gratiæ ad corpus, dum in præſenti membra noſtra exhibemus arma iuſtitiæ Deo (vt habetur Rom. 6.) & in futuro corpus nonſtrum ſortietur incorruptionẽ & gloriã aię.

### Articvlvs II.

*Vtrum effectus huius ſacramenti ſit adeptio gloriam.*

Inf.q.80.a.2.ad 1. Et Io.6.

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur quòd effectus huius ſacramenti non ſit adeptio glorię. Effectus enim proportionatur ſuæ cauſæ: ſed hoc ſacramentum competit viatoribus, vnde & viaticum dicitur. Cum igitur viatores nondum ſint capaces gloriæ, videtur quòd hoc ſacramentum non cauſet adeptionem gloriæ.

¶ 2 Præt. Poſita cauſa ſufficienti, ponitur effectus: ſed multi accipiunt hoc ſacramentum, qui numquã peruenient ad gloriam, vt patet per Augu. * 21. de ciui. Dei. non ergo hoc ſacramentum eſt cauſa adeptionis gloriæ.

Li.21.c.25. in fi.to.5.

¶ 3 Præt. Maius non efficitur a minori, quia nihil agit vltra ſuam ſpeciem: ſed minus eſt accipere Chriſtum ſub ſpecie aliena, quod fit in hoc ſacramento, quàm frui eo in ſpecie propria, quod pertinet ad gloriã. ergo hoc ſacramentum non cauſat adeptionem gloriæ.

Sed contra eſt, quòd dicitur Ioan 6. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: ſed vita æterna eſt vita gloriæ. ergo effectus huius ſacramenti eſt adeptio gloriæ.

Respon. Dicendum, quòd in hoc ſacramento poteſt conſiderari & id, ex quo habet effectum, ſcilicet, ipſe Chriſtus contentus, & paſſio eius repræſentata, & id, per quod habet effectum, ſcilicet vſus ſacramenti, & ſpecies eius. Et quantum ad vtrumque competit huic ſacramento, quòd cauſet adeptionẽ vitæ æternæ. Nam ipſe Chriſtus per ſuam paſſionem aperuit nobis aditum vitæ æternæ, ſecundum illud Heb. Noui teſtamenti mediator eſt, vt morte intercedẽte, qui vocati ſunt, accipiant repromiſſionem æternæ hæreditatis. unde & in forma huius ſacramenti dicitur: Hic eſt calix ſanguinis mei noui & ęterni teſtamẽti. Similiter etiam refectio cibi ſpiritualis, & vnitas ſignificata per ſpecies panis & vini, habentur quidẽ in præ-

F ſenti, ſed imperfecte: perfecte autem in ſtatu gloriæ. unde Aug. † dicit ſuper illud Ioan. 6. Caro mea vere eſt cibus: Cum cibo & potu id appetant homines, vt non eſuriant neque ſitiant, hoc veraciter non præſtat niſi iſte cibus & potus, qui eos a quibus ſumitur, immortales & incorruptibiles facit in ſocietate ſanctorum, vbi pax erit, & vnitas plena atque perfecta.

Tract.26.I Euang. non multum ante med. to.9.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ſicut paſſio Chriſti, in cuius virtute hoc ſacramentum operatur, eſt quidem cauſa ſufficiens gloriæ, non tamen ita quòd ſtatim per ipſam introducamur in gloriam, ſed oportet, vt prius ſimul cõpatiamur, vt poſtea ſimul

G glorificemur (ſicut dicitur Rom. 8.) ita hoc ſacramẽtum non ſtatim nos in gloriam introducit, ſed dat nobis virtutem perueniendi ad gloriam, & ideo viaticũ dicitur, In cuius figuram legitur 3. Reg. 19. quòd Elias comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius, quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vſque ad montem dei Oreb.

Ad 2m dicendum, quòd ſicut paſſio Chriſti non habet ſuum effectum, in his qui ſe ad eam nõ habẽt, vt debent, ita & per hoc ſacramentum non adipiſcuntur gloriam qui indecenter ipſum ſuſcipiũt. unde Aug. * dicit ſuper Ioan. exponens illa verba, Aliud eſt ſacramentum, & aliud virtus ſacramẽti: Multi de

Tract.26.in Ioan. parũ a med. tomo.9.

H altari accipiunt, & accipiendo moriuntur. Panem ergo cæleſtem ſpiritualiter manducate, innocentiam ad altare apportate. unde non eſt mirum, ſi illi qui innocentiam non ſeruant, effectum huius ſacramenti non conſequuntur.

Ad 3m dicendum, quòd hoc quòd Chriſtus ſub hoc quod Chriſtus ſub aliena ſpecie ſumitur, pertineat ad rationem ſacramenti, quod inſtrumentaliter agit: nihil autem prohibet, cauſam inſtrumentalem producere potiorem effectum, vt ex ſupradictis * patet.

Q. 77. ar. 3. ad 3. & 4.

### Articvlvs III.

¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæ nonæ Articulum tertium.*

I *Vtrum effectus huius ſacramenti ſit remiſſio peccati mortalis.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd effectus huius ſacramenti ſit remiſſio peccati mortalis. Dicitur enim in quadam collecta, Sit hoc ſacramẽtum ablutio ſcelerum: ſed ſcelera dicuntur peccata mortalia. ego per hoc ſacramẽtum peccata mortalia abluuntur.

K ¶ 2 Præt. Hoc ſacramentum agit in uirtute paſſionis Chriſti, ſicut & baptiſmus: ſed per baptiſmum dimittuntur peccata mortalia, ut ſupra * dictum eſt. ergo & per hoc ſacramentum, præſertim cum in forma huius ſacramenti dicatur, Qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

Q.69.ar.1.

¶ 3 Pręt. Per hoc ſacramentum gratia confertur, vt dictum eſt †: ſed per gratiam iuſtificatur homo a peccatis mortalibus, ſecundum illud Rom. 3. Iuſtificati gratis per gratiã ipſius. ergo per hoc ſacramentum remittuntur peccata mortalia.

Ar.1.huius quæſt.

In artic. 3. in reſponſione ad primum, nota nominatim trium expoſitionum ibi allatarum ſecundam differre a prima in hoc, quod perfectio contritionis refertur ad ſcelera cognita, in prima autem ad occulta: quo ad utraq; enim petitur ablutio per contritionem perfectam.

4. diſt. 9. ar. 3. q. 2. co. Et di. 12. q. 2. ar. 2. q. 2.

Ca. 53. parũ a princ. tom. 3. inter opera Aug.

¶ In reſponſione ad ſecundum eiuſdem art. dubium occurrit de ueritate differentiæ poſitæ inter ſuſcipientẽ baptiſmum & ſuſcipientẽ Eucharistiam; quo ad hoc, quòd eſt eſſe uel non eſſe in peccato mortali. Et eſt ratio dubii, quia utrobique ſuſcipiẽs cum conſcientia, & affectu peccati mortalis, indigne ſuſcipit, nec gratiam tunc conſequitur: immo de nouo peccat peccato ſacrilegii, membrum Chriſti ipſo ſe ſacramento fingens.

¶ Ad hoc dr̃ ꝙ differẽtia ſaluatur, & ex parte ſacramenti, & ex parte ſuſcipiẽtis. Ex ſacramẽto qdẽ, quia ſacramentum Euchariſtiæ ex proprio vſu habet rationem nutrimenti, ac per hoc conueniẽtis viuis & non mortuis, baptiſmus autem ex propria ratione habet rationẽ regenerationis, & ablutionis: generatio autem non præſupponit, ſed facit ens & uiuum, & ſimiliter ablutio non præſupponit mundum, ſed mundat. Et propterea ex propriis cõſiderata hæc ſacramenta, ſuſcipiẽtes diſpares habent, Euchariſtia quidẽ uiuum: baptiſmus non uiuum, & immũdum, & hæc differentia in litera ponitur. Ex parte autẽ ſuſcipientis differentia eſt, quòd ſuſcipienti baptiſmũ ſufficit non ponere obicem ad hoc, ut diuinam cõſequatur gratiam, ut ex ſupra habitis patet, quia baptiſmus omnia condonat: ſuſcipienti autem Euchariſtiã non ſufficit non ponere obicẽ, ſed oportet pbare ſeipſum, & ſic de pane illo edere. Nec Auctor in litera dicit conuenienter accedere ad baptiſmum habentem cõſcientiam, & affectũ peccati mortalis, magna eſt enĩ inter utrumq; differentia: nam habens affectũ peccati mortalis ponit obicem, & fictus accederet ad baptiſmum: habens autem eiuſdẽ conſcientiam, & nõ affectum, obicẽ non ponit baptiſmo, licet mortuus & immũdus uiuificandus & abluendus per baptiſmum accedat, quod per Euchariſtiæ ſumptionem nõ eſt expectandum.



Sed contra eſt, quòd dicitur primæ Corin. 11. Qui manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit. Dicit autẽ gloſſ. ibidem, quòd ille manducat & bibit indigne, qui in crimine eſt, vel irreuerenter tractat, & talis mãducat & bibit ſibi iudiciũ, ideſt damnationem. ergo ille qui eſt in peccato mortali, per hoc quòd accipit hoc ſacramentum, magis accumulat ſibi peccatũ, quã remiſſionẽ ſui peccati cõſequatur.

Respon. Dicẽdum, quòd virtus huius ſacramenti poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo ſecũdum ſe, & ſic hoc ſacramentum habet virtutem ad remittendum quæcumque peccata ex paſſione Chriſti, quæ eſt fons & cauſa remiſſionis peccatorũ. Alio modo, poteſt cõſiderari per comparationem ad eum, qui recipit hoc ſacramentum, prout in eo inuenitur, vel nõ inuenitur impedimentum percipiendi huius ſacramenti effectum. Quicũque autem habet conſcientiam peccati mortalis, habet in ſe impedimentum percipiendi effectum hui⁹ ſacramẽti, eo quòd non eſt conueniens ſuſceptor huius ſacramenti: tum, quia non viuit ſpiritualiter, & ita non debet ſpirituale nutrimẽtum ſuſcipere, quod non eſt niſi viuentis: tum, quia non poteſt vniri Chriſto (qđ fit per hoc ſacramentum) dum eſt in affectu peccandi mortaliter, & ideo, vt dicitur in lib. * de Eccleſiaſticis dogmatibus, ſi mens in actu peccãdi eſt, grauatur magis Euchariſtiæ perceptione, quàm purificetur. Vnde hoc ſacramẽtum in eo, qui ipſum percipit in conſcientia peccati mortalis, non operatur remiſſionem peccati. Poteſt tamen hoc ſacramentum, operari remiſſionẽ peccati dupliciter. Vno modo non perceptum actu, ſed voto, ſicut cum quis prius iuſtificatur a peccato. Alio modo etiam perceptũ ab eo, qui eſt in peccato mortali, cuius conſcientiam & affectũ non habet: forte enim primo non fuit ſufficienter contritus: ſed deuote & reuerenter accedens, conſequetur per hoc ſacramentum gratiam charitatis, quæ contritionẽ perficiet, & remiſſionẽ peccati.

Ad primvm ergo dicendum, quod petimus vt hoc ſacramentum ſit ablutio ſcelerũ: vel eorum, quorum conſcientiam non habemus (ſecundum illud. pſalm. 18. Ab occultis meis

A munda me Domine) vel vt contritio in nobis perficiatur ad ſcelerum remiſſionem: vel etiam vt nobis robur detur ad ſcelera vitanda.

Ad 2m dicendũ, quòd baptiſmus eſt ſpiritualis generatio, quæ eſt mutatio de non eſſe ſpirituali in eſſe ſpirituale, & datur per modum ablutionis. & ideo quantum ad vtrũque, non inconuenienter accedit ad baptiſmum, qui habet cõſcientiam peccati mortalis: ſed per hoc ſacramentum homo ſumit in ſe Chriſtũ per modum ſpiritualis nutrimẽti, quod non competit mortuo in peccatis. & ideo non eſt ſimilis ratio.

Ad 3m dicendum, quòd gratia eſt ſufficiens cauſa remiſſionis peccati mortalis: non tamen actu re-

B mittit peccatũ mortale, niſi cũ primo dat peccatori: ſic autẽ nõ datũ hoc ſacramẽto. unde rõ nõ ſequitur.

### Articvlvs IIII.

*Vtrum per hoc ſacramẽtum remittantur peccata uenialia.*

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur quòd per hoc ſacramentum non remittantur peccata venialia. Hoc enim ſacramentum, vt Aug. * dicit ſuper Ioan. eſt ſacramentum charitatis: ſed venialia peccata non contrariantur charitati, vt in Secũda parte † 

Inf.q.87.a.3.cor. & 4. diſ.12.q.2.a.1.q.1.co. & ar.2.q 1. per totum.

C habitum eſt. cum ergo contrarium tollatur per ſuum contrarium, videtur quòd peccata venialia per hoc ſacramentum non remittantur.

Tract.26.in Ioã. a med. to.9. Et refertur de cõſecr. di. 1. c. Hoc ſacramentum. 1.2.q.88.a.1. & 2.

¶ 2 Præt. Si peccata venialia per hoc ſacrametum remittãtur, qua ratione remittitur vnum, remittuntur & omnia: ſed nõ videtur quòd omnia remittantur: quia ſic freqtienter aliquis eſſet abſque omni peccato veniali, contra id, quod dicitur 1. Ioan. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus. non ergo per hoc ſacramentum remittitur aliquod peccatum veniale.

¶ 3 Præt. Cõtraria mutuo ſe expellunt: ſed peccata venialia nõ prohibent a perceptione huius ſacramẽti:

D dicit enim Aug. * ſuper illud Ioan. 6. Patres veſtri mãducauerunt manna in deſerto, & mortui ſunt, Innocentiam, inquit, ad altare apportare: peccata, etſi ſunt quotidiana, nõ ſint mortifera. ergo neque peccata venialia per hoc ſacramentum tolluntur.

Tract.26. ĩ Ioan. parũ ante med. to.9.

Sed contra eſt, quòd Innocẽti⁹ III *. dicit, ꝙ hoc ſacramẽtũ venialia delet, & cauet mortalia.

In lib. 4. de ſacro myſterio altaris, ca. 44. ante med.

Respon. Dicendum, quòd in hoc ſacramento duo poſſunt conſiderari, ſcilicet ipſum ſacramentum & res ſacramenti. & ex vtroque apparet, quòd hoc ſacramentum habet virtutem ad remiſſionem venialium peccatorũ. Nam hoc ſacramentum ſumitur ſub ſpecie cibi nutrientis: nutrimentum autem cibi eſt neceſſarium corpori ad reſtaurandum id, quod quotidie deperditur p actionẽ caloris naturalis. Spiritua-

E liter aũt quotidie aliquid in nobis deperditur ex calore concupiſcientiæ per peccata venialia, quæ diminuunt feruorem charitatis, vt in Secunda parte * habitum eſt. & ideo competit huic ſacramẽto, vt remittat peccata venialia. unde & Amb. † dicit in libro de ſacramentis, quòd iſte panis quotidianus ſumitur in remedium quotidianæ infirmitatis. Res autẽ huius ſacramenti, eſt charitas nõ ſolum quãtum ad habitũ, ſed etiam quantum ad actum, qui excitatur in hoc ſacramento: per * quod peccata venialia ſoluũtur. unde manifeſtum eſt, quòd virtute huius ſacramenti remittuntur peccata venialia.

* 2.2.q.24.ar.10.

Li.5.c.4.a med. to. 4.

* Al. quem

Ad primvm ergo dicendum, quòd peccata venialia, etſi non cõtrariãtur charitati, quãtũ ad habi-

tum: contrariantur tamen ei, quantum ad feruorem actus, qui excitatur per hoc ſacramentum: ratione cuius peccata venialia tolluntur.

Ad 2^m dicendum, quòd illud verbum non eſt intelligendum, quin aliqua hora poſſit homo eſſe abſque omni reatu peccati venialis: ſed quia vitam iſtã ſancti non ducunt ſine peccatis venialibus.

Ad 3^m dicendum, quòd maior eſt virtus charitatis, cuius eſt hoc ſacramentum, quàm venialium peccatorum. Nam charitas tollit per ſuum actum peccata venialia, quæ tamẽ non poſſunt totaliter impedire actum charitatis. & eadẽ ratio eſt de hoc ſacramẽto.

### Articvlvs V.

*Vtrum per hoc ſacramentum tota pœna peccati remittatur.*

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur quòd per hoc ſacramentum tota pœna peccati remittatur. Homo enim per hoc ſacramentum ſuſcipit in ſe effectum paſſionis Chriſti (vt dictum eſt*) ſicut & per baptiſmum: ſed per baptiſmum percipit homo remiſſionem omnis pœnæ, virtute paſſionis Chriſti: quæ ſufficienter ſatisfecit pro omnibus peccatis, vt ex ſupradictis † patet. ergo videtur quòd per hoc ſacramentum homini remittatur totus reatus pœnæ.

Ar. 1. & 2.

Q. 69. ar. 2.

¶ 2 Præt. Alexander Papa dicit, Nihil in ſacrificijs maius eſſe poteſt, quàm corpus & ſanguis Chriſti: ſed per ſacrificia veteris legis, homo ſatisfaciebat pro peccatis ſuis: dicitur enim Leui. 4. & 5. Si peccauerit homo, offeret hoc vel illud pro peccato ſuo, & remittetur ei. ergo multo magis hoc ſacramentũ valet ad remiſſionẽ oĩs pœnæ.

Alexander 1. in epi. ad omnes orth. poſt mediũ illius.

¶ 3 Præt. Conſtat quòd per hoc ſacramentum aliquid de reatu pœnæ dimittitur: vnde & in ſatisfactionem, aliquibus iniungitur, ꝙ pro ſe miſſas faciant celebrari: ſed qua ratione vna pars pœnæ dimittitur, eadem ratione & alia: cum virtus Chriſti quæ in hoc ſacramẽto continetur, ſit infinita. ergo videtur, quòd per hoc ſacramẽtũ tota pœna tollatur.

Sed contra eſt, quòd ſecũdum hoc, nõ eſſet homini alia pœna iniungenda: ſicut nec baptizato iniungitur.

Respon. Dicendum, quòd hoc ſacramentum ſimul eſt ſacrificium & ſacramentum: ſed rationẽ ſacrificij habet, inquantum offertur: rationem autem ſacramẽti inquãtũ ſumitur. Et iõ effectũ ſacramẽti habet in eo, qui ſumit: effectũ autem ſacrificij in eo, qui offert, vel in his, pro quibus offertur. Si igitur conſideretur vt ſacramentũ, habet effectũ dupliciter. Vno modo, directe ex vi ſacramenti, alio modo, quaſi ex quadã concomitãtia: ſicut & circa continentiam ſacramenti dictum eſt.* Ex vi quidẽ ſacramẽti, directe habet illum effectum, ad quem eſt inſtitutũ. Nõ eſt autẽ inſtitutum ad ſatiſfaciendum, ſed ad ſpiritualiter nutriendum per vnionẽ ad Chriſtum & ad membra eius: ſicut & nutrimentum vnitur nutrito. ſed quia hæc vnitas fit per charitatem ex cuius feruore aliquis conſequitur remiſſionem non ſolum culpæ, ſed etiam pœnæ, inde eſt quòd ex conſequenti per quandam concomitantiam ad principalẽ effectum, homo conſequitur remiſſionem pœnæ, nõ quidem totius, ſed ſecundum modum ſuæ deuotionis, & feruoris. Inquantum vero eſt ſacrificium, habet vim ſatisfactiuam, ſed in ſatisfactione magis attẽditur affectus offerentis, quàm quantitas oblationis. unde & Dominus dicit Luc. 21. de vidua, quæ obtulit duo ęra, quòd plus omnibus miſit. Quamuis ergo hæc oblatio ex ſui quãtitate, ſufficiat ad ſatisfaciendũ pro omni pœna: tamen fit ſatisfactoria illis, pro quibus offertur, vel etiam offerentibus, ſecundum quantitatem ſuæ deuotionis, & non pro tota pœna.

Q. 76. ar. 1. & 2.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ſacramentum baptiſmi directe ordinatur ad remiſſionem pœnæ & culpæ, non autem euchariſtia: quia baptiſmus datur homini quaſi commorięti Chriſto; Euchariſtia autem quaſi nutriendo & perficiendo per Chriſtum. unde non eſt ſimilis ratio.

Ad 2^m dicendum quòd alia ſacrificia & oblationes non operantur remiſſionem totius pœnæ, neque quantum ad quantitatem oblati: ſicut hoc ſacrificiũ, neque quantum ad deuotionem hominis, ex qua cõtingit, quòd etiam hic non tollitur tota pœna.

Ad 3^m dicendum, quòd hoc, ꝙ tollitur pars pœnæ, & non tota pœna per hoc ſacramentum, non cõtingit ex defectu virtutis Chriſti, ſed ex defectu deuotionis humanæ.

¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimænonæ Articulum quintũ.*

In art. 5. duo valde notabilia ſunt. Primum eſt, quòd oblatio Euchariſtiæ ex ſui quãtitate ſufficit ad ſatisfaciendum pro omni pœna: ſecundum eſt, quòd hæc oblatio, ſit ſatisfactoria offerẽtibus, vel pro quibus offertur ſecundũm quantitatem ſuæ deuotionis.

4. di. 4 q. 2. ar. 1, q. 2. ad 3. & di. 12. q. 2. ar. 2. q. 3.

¶ Ex primo dicto habes, quòd vna miſſa ex parte ſui eſt ſatisfactoria pro pœnis omnium peccatorum, tam viuentium quàm mortuorum: quoniã vt ſic, eſt valoris infiniti, quoniam Chriſtus offertur. Ex ſecundo autem dicto habes, quòd una miſſa non perdit vim ſatisfactionis ſuæ pro primo offerente ex hoc ꝙ pro ſecundo, tertio, quarto, quinto &c. offertur: ſicut quantitas deuotionis vnius nihil tollit de quantitate deuotionis alteri⁹. Vnde arguendi inſtruẽdique ſimul ſunt homines ignorãter petentes, vel exigentes pro ſua eleemoſyna totam ſibi miſſam dari aut ſuo defunctos. nihil enim minus ipſe habebit, ſi mille alii petant eãdẽ miſſam pro ſeipſis & aliis defunctis, quàm ſi pro ipſo ſolo celebrari dicatur: immo ex huiuſmodi indeuotione ſic petentis damnũ uidetur incurrere, qđ minus ſibi proderit: Diffuſius autem forte hic ſcriberemus de hac re, niſi in primo quolibeto, noſtro iam edito diffuſe hæc veritas declarata fuiſſet ex auctoritate hui⁹ literæ cũ multis aliis &c. Et hæc de q. 79. ſufficiant.

### Articvlvs VI.

*Vtrum per hoc ſacramentum præſeruetur homo a peccatis futuris.*

Ad sextvm ſic proceditur. Videtur ꝙ per hoc ſacramentum non præſeruetur homo a peccatis futuris. Multi .n. digne ſumentes hoc ſacramentum, poſtea ĩ peccatũ cadũt: quod nõ accideret, ſi hoc ſacramẽtũ pręſeruaret a peccatis futuris. nõ ergo effectus hui⁹ ſacramẽti eſt, a peccatis futuris pręſeruare.

4. diſt. 12. q. 2 ar. 2. q. 2. ad 1. & diſ. 45. q. 2. art. 3. q. 1. ad 3.

¶ 2 Præt. Euchariſtia eſt ſacramentum charitatis, vt ſupra* dictum eſt: ſed charitas non videtur præſeruare a peccatis futuris: quia ſemel habita poteſt amitti per peccatum, vt in 2. parte† habitũ eſt. ergo videtur, ꝙ nec hoc ſacramẽtum præſeruet hominẽ a peccato.

Ar. 4. huius quæſt. ad 3.

2. 2. q. 24. 2.

¶ 3 Præt. Origo peccati in nobis, eſt lex peccati, quæ eſt in membris noſtris, vt patet p Apoſt. Ro. 7. ſed mitigatio ſomitis, qui eſt lex peccati, non ponitur effectus hui⁹ ſacramẽti: ſed magis baptiſmi. ergo pręſeruare a peccatis futuris, nõ eſt effectus hui⁹ ſacramẽti.

Sed contra eſt, quòd Dominus dicit Ioan. 6. Hic eſt panis de cælo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur: quod quidem manifeſtum eſt, non intelligi de morte corporali. ergo intelligitur, quòd hoc ſacramentum præſeruet a morte ſpirituali, quæ eſt peccatum.*

* alias quæ eſt p pñã.

Respon.



Respon. Dicendum, quòd peccatum eſt quædã ſpiritualis mors animæ: unde hoc modo præſeruatur aliquis a peccato futuro, quo præſeruatur corpus a morte futura: quod quidem fit dupliciter: uno modo, inquantum natura hominis interius roboratur contra interiora corruptiua, & ſic præſeruatur a morte p cibum & medicinam. Alio modo per hoc, quòd munitur contra exteriores impugnationes, & ſic præſeruatur per arma, quibus munitur corpus: utroque autẽ modo, hoc ſacramentum præſeruat a peccato. Nam primo quidem per hoc, quòd Chriſto coniungit per gratiam, roborat ſpiritualem uitam hominis, tamquã ſpiritualis cibus & ſpiritualis medicina, ſecundum illud pſal. 103. Panis cor hominis confirmat, & Aug.* dicit ſuper Ioan. Securus accede, panis eſt, non uenenum. Alio modo, inquantum eſt quoddam ſignũ paſſionis Chriſti, per quam uicti ſunt dæmones, repellit omnem dæmonum impugnationem: unde Chryſo.* dicit ſuper Io. Vt leones flammam ſpirantes, ſic ab illa menſa diſcedimus terribiles effecti diabolo.

...ct. 16 in ...1 med. ...m. 9.

...m. 45. in ...1 med. il ...10, 3.

Ad primvm ergo dicendum, quòd effectus huius ſacramenti recipitur in homine, ſecũdum hominis cõditionem: ſicut contingit de qualibet cauſa actiua, ꝙ eius effectus recipitur in materia, ſecundum modum materiæ. Homo autem in ſtatu uiæ eſt huius conditionis, quòd liberum arbitrium eius poteſt flecti in bonũ & malum: unde licet hoc ſacramentum quantum eſt de ſe, habeat uirtutem præſeruatiuam a peccato, non tamen aufert homini poſſibilitatem peccandi.

Ad 2^m dicendum, quòd etiam charitas, quantũ eſt in ſe, præſeruat hominem a peccato, ſecundum illud Rom. 13. Dilectio proximi, malum non operatur: ſed ex mutabilitate liberi arb. contingit, quòd aliquis poſt habitam charitatem peccat, ſicut & poſt ſuſceptionẽ huius ſacramenti.

Ad 3^m dicendum, quòd licet hoc ſacramentum non directe ordinetur ad diminutionem fomitis, diminuit tamen fomitem ex quadam conſequentia, inquantum auget charitatem, quia ſicut Auguſtin.* dicit in libro 83. Quæſtionum, augmentum charitatis eſt diminutio cupiditatis. Directe autem confirmat cor hominis in bono: per quod etiam præſeruatur homo a peccato.

...36. pau- ...prin. to ...4.

### Articvlvs VII.

*Vtrum hoc ſacramentum proſit aliis, quàm ſumentibus.*

Ad septimvm ſic proceditur. Videtur quòd hoc ſacramentum non proſit niſi ſumenti. Hoc enim ſacramentum eſt unius generis cum aliis ſacramẽtis*, utpote aliis condiuiſum: ſed alia ſacramenta non proſunt niſi ſumentibus, ſicut effectum baptiſmi non ſuſcipit niſi baptizatus. ergo nec hoc ſacramentum prodeſt aliis niſi ſumenti.

...1. q. 78. ...3. ad 8. ...præſenti ...t. 5. cor. ...4. d. 12. q. ...rt. 2. q. 2. ...4. Et diſ. ...q. 2. art. ...1. ad 3. ...lo 6. lec.

¶ 2 Præt. Effectus huius ſacramenti eſt adeptio gratiæ, & gloriæ, & remiſſio culpæ ad minus uenialis. ſi ergo hoc ſacramentũ haberet effectum in aliis, quàm in ſumentibus, poſſet contingere, quòd aliquis adipiſceretur & gratiam & gloriam & remiſſionem culpæ, abſque actione & paſſione propria, alio ſumente uel offerente hoc ſacramentum.

¶ 3 Præter. Multiplicata cauſa, multiplicatur effectus. ſi ergo hoc ſacramentum prodeſſet aliis, quàm ſumentibus, ſequeretur quòd magis prodeſſet alicui, ſi multi ſumerent hoc ſacramentum, multis hoſtiis in una miſſa conſecratis: quod non habet eccleſiæ conſuetudo, ut ſcilicet multi communicent pro alicuius ſalute. non ergo uidetur quòd hoc ſacramentum proſit niſi ſumenti.

Sed contra eſt, quòd in celebratione huius ſacramẽti fit pro multis aliis deprecatio: quod fruſtra fieret, niſi hoc ſacramentum aliis prodeſſet. hoc ergo ſacramentum non ſolum ſumentibus prodeſt.

Reson. Dicendum, quòd (ſicut prius* dictum eſt) hoc ſacramentum non ſolum eſt ſacramẽtum, ſed etiam eſt ſacrificium: inquantum enim in hoc ſacramento repræſentatur paſſio Chriſti, qua Chriſtus obtulit ſe hoſtiam deo (ut dicitur Epheſ. 5.) habet rationem ſacrificii: inquantum uero in hoc ſacramẽto traditur inuiſibilis gratia ſub uiſibili ſpecie, habet rationem ſacramenti. ſic ergo hoc ſacramentum ſumẽtibus quidem prodeſt, & per modum ſacramẽti, & per modum ſacrificii: quia pro omnibus ſumentibus offertur: dicitur enim in canone miſſæ, quotquot ex hac altaris participatione, ſacroſanctum filii tui corpus, & ſanguinem ſumpſerimus omni benedictiõe cęleſti et gratia repleamur: ſed aliis, qui non ſumunt, prodeſt p modum ſacrificii, inquantum pro ſalute eorum offertur: unde & in canone miſſæ dicitur, Memento domine famulorum famularumque tuarum, pro quibus tibi offerimus, uel qui tibi offerunt, hoc ſacrificium laudis, pro ſe ſuiſque omnibus, pro redemptione animarum ſuarum, pro ſpe ſalutis & incolumitatis ſuæ: et utrumque modum proficiendi Dominus expreſſit, dicens Matth. 26. & Luc. 25. Qui pro uobis, ſcilicet ſumentibus, & pro multis, ſcilicet aliis, effundetur in remiſſionem peccatorum.

Ar. 5. huius quæſt.

Ad primvm ergo dicendum, quòd hoc ſacramentum præ aliis habet, quòd eſt ſacrificium. et ideo non eſt ſimilis ratio.

Ad 2^m dicendum, quòd ſicut paſſio Chriſti prodeſt quidem omnibus, quantum ad ſufficientiam, & ad remiſſionem culpæ, & adeptionem gratiæ, & gloriæ: ſed effectum non habet niſi in illis, qui paſſioni Chriſti coniunguntur per fidem & charitatem, ita & hoc ſacrificium, quod eſt memoriale dominicæ paſſionis, non habet effectum niſi in illis, qui coniunguntur huic ſacramento per fidem & charitatem: unde & Auguſ.* dicit ad Renatũ, Quis offerat corpus Chriſti niſi pro his, qui ſunt membra Chriſti: unde & in canone miſſæ non oratur pro his, qui ſunt extra eccleſiam: illis tamen prodeſt plus uel minus, ſecundum modum deuotionis eorum.

In li. de anima, & eius origine c. 9. to. 7

Ad 3^m dicendum, quòd ſumptio pertinet ad rationem ſacramenti, ſed oblatio pertinet ad rationem ſacrificii. Et ideo ex hoc, quòd aliquis ſumit corp⁹ Chriſti, uel etiam plures, non accreſcit aliis aliquod iuuamentum. Similiter etiam ex hoc, quòd ſacerdos plures hoſtias conſecrat in una miſſa, non multiplicatur effectus huius ſacramenti: quia non eſt niſi unum ſacrificium: nihil enim plus eſt uirtutis in multis hoſtiis cõſecratis, quàm in una, cũ ſub omnibus & ſub una non ſit niſi totus Chriſtus: unde nec ſi aliquis ſimul in vna miſſa multas hoſtias conſecratas ſumat, participabit maiorem effectum ſacramenti. In pluribus uero miſſis multiplicatur ſacrificii oblatio. et ideo multiplicatur effectus ſacrificii & ſacramẽti.

Ar-

### ARTICVLVS VIII.

*Vtrum per ueniale peccatum impediatur effectus huius ſacramenti.*

4.d.12.q.2. ar.1.q.3.Et ar.2.q.1.ad 2. *Tract.26. in Ioã. poſt med.t.9.

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur quòd per ueniale peccatum nõ impediatur effectus huius ſacramenti. Dicit enim Auguſtinus * ſuper illud Ioan. 6. Panes ueſtri manducauerunt manna, & ceter. Panem cæleſtem ſpiritualiter manducate, innocentiam ad altare portate, peccata etſi ſunt quotidiana, non ſint mortifera, Ex quo patet quòd uenialia peccata, quæ quotidiana dicuntur, ſpiritualem manducationem non impediunt: ſed ſpiritualiter manducantes, effectum huius ſacramenti percipiunt. ergo peccata uenialia non impediunt effectum huius ſacramenti.

Q.69.ar.9.

¶2 Præte. Hoc ſacramentum non eſt minoris uirtutis, quàm baptiſmus: ſed effectum baptiſmi (ſicut ſupra† dictum eſt) impedit ſola fictio, ad quam non pertinẽt peccata uenialia: quia ſicut Sap. 1. dicitur, Spiritusſanctus diſciplinæ effugiet fictum: qui tamen per peccata uenialia non fugatur. ergo neque effectũ huius ſacramenti impediunt peccata uenialia.

¶3 Præt. Nihil quod remouetur per actionem alicuius cauſæ, poteſt impedire eius effectum: ſed peccata uenialia tolluntur per hoc ſacramentum. ergo non impediunt eius effectum.

Lib.4.orth. fid ca.14. a med.

SED CONTRA eſt, quòd Damaſcen. * dicit in 4. libro. Ignis eius, quòd in nobis eſt, deſiderii, aſſumens eam quæ ex carbone, id eſt, ex hoc ſacramento ignitionem, comburat noſtra peccata, & illuminet corda noſtra, ut participatione diuini ignis igniamur & deificemur: ſed ignis noſtri deſiderii uel amoris impeditur per peccata uenialia, quæ impediunt feruorem charitatis, ut in ſecunda parte* habitum eſt. ergo peccata uenialia impediunt effectum huius ſacramenti.

* 1.2.q.81. ar.4. Et 2.2. q.24. ar.10.

RESPON. Dicendum, quòd peccata uenialia dupliciter accipi poſſunt: uno modo, prout ſunt præterita: alio modo, prout ſunt actu exercita. Primo quidem modo, peccata uenialia nullo modo impediunt effectũ huius ſacramenti: poteſt enim contingere, quòd aliquis poſt multa peccata uenialia commiſſa, deuote accedat ad hoc ſacramentum, & plenarie huius ſacramẽti conſequatur effectum. Secundo autem modo, peccata uenialia non ex toto impediunt huius ſacramẽti effectum, ſed in parte. Dictum eſt enim,* quòd effectus huius ſacramenti non ſolũ eſt adeptio habitualis gratiæ uel charitatis: ſed etiam quædam actualis refectio ſpiritualis dulcedinis: quæ quidem impeditur, ſi aliquis accedat ad hoc ſacramentum, per peccata uenialia mente diſtractus: non autem tollitur augmentũ habitualis gratiæ uel charitatis.

Art.1.& 2. huius q.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ille, qui cũ actu uenialis peccati ad hoc ſacramentum accedit, habitualiter quidem manducat ſpiritualiter, ſed non actualiter. Et ideo habitualem effectum huius ſacramẽti percipit, non autem actualem.

AD 2m dicendum, quòd baptiſmus non ita ordinatur ad actualem effectum, id eſt, feruorem charitatis, ſicut hoc ſacramentum. Nam baptiſmus eſt ſpiritualis regeneratio, per quam acquiritur prima perfectio, quæ eſt habitus uel forma: hoc autem ſacramentum eſt ſpiritualis manducatio, quæ habet actualem delectationem.



F AD 3m dicendum, quòd illa ratio procedit de uenialibus præteritis, quæ p hoc ſacramentum tollũtur.

## QVAESTIO LXXX.

*De uſu ſeu ſumptione huius ſacramenti in communi, in duodecim articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de uſu, ſiue ſumptione huius ſacramenti. Et primo quidem, in communi. Secundo, quomodo Chriſtus eſt uſus hoc ſacramento.

G

### Circa primum quæruntur duodecim.

¶Primo, Vtrum ſint duo modi manducandi hoc ſacramẽtum, ſcilicet ſacramentaliter & ſpiritualiter.

¶Secundo, Vtrum ſoli homini conueniat manducare ſpiritualiter hoc ſacramentum.

¶Tertio, Vtrum ſolius hominis iuſti ſit manducare ſacramentaliter.

¶Quarto, Vtrum peccator manducans ſacramentaliter, peccet.

¶Quinto, De quantitate huius peccati.

¶Sexto, Vtrum peccator accedens ad hoc ſacramentum ſit repellendus.

H ¶Septimo, Vtrum nocturna pollutio impediat hominem a ſumptione huius ſacramenti.

¶Octauo, Vtrum ſit ſolum a ieiunis ſumendum.

¶Nono, Vtrum ſit exhibendum non habentibus uſum rationis.

¶Decimo, Vtrum ſit quotidie ſumendum.

¶Vndecimo, Vtrum liceat omnino abſtinere.

¶Duodecimo, Vtrum liceat percipere corpus ſine ſanguine.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum diſtingui debeant duo modi manducandi corpus Chriſti.*

I

Inf.ar.2.& 3.cor. Et 4. d.9.ar.1.q.1.ad 1.& q.3.p totũ. Et Io.6.l.7. Et 1.cor.11.lectio.7. fi. Et op.58. c.17.18.19 & 20.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd non debeant diſtingui duo modi manducandi corpus Chriſti, ſcilicet ſacramentaliter, & ſpiritualiter: ſicut enim baptiſmus eſt ſpiritualis regeneratio (ſecundum illud Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, & cet.) ita etiam ſacramentum eſt ſpiritualis cibus, unde Dominus de hoc ſacramento loquens dicit Ioan. 6. Verba quæ ego locutus ſum uobis, ſpiritus & uita ſunt: ſed circa baptiſmum non diſtinguitur duplex modus ſumendi, ſcilicet ſacramentalis, & ſpiritualis. ergo neque circa hoc ſacramentum debet

K hæc diſtinctio adhiberi.

¶2 Præt. Ea, quorum unum eſt propter alterum, nõ debent abinuicem diuidi: quia unum ab alio ſpeciẽ trahit: ſed ſacramentalis manducatio ordinatur ad ſpiritualem, ſicut ad finem. non ergo debet ſacramentalis manducatio contra ſpiritualem diuidi.

¶3 Præter. Ea, quorum unũ non poteſt eſſe ſine altero, non debent contra ſe diuidi: ſed uidetur quòd nullus poſſit manducare ſpiritualiter, niſi etiam ſacramentaliter manducet: alioquin antiqui patres hoc ſacramẽtũ ſpiritualiter manducaſſent, fruſtra etiam eſſet ſacramentalis manducatio, ſi ſine ea ſpiritualis eſſet poſſet. non igitur conuenienter diſtinguitur circa hoc ſacramentum duplex manducatio, ſcilicet ſacramentalis & ſpiritualis.

SED



SED CONTRA, quòd ſuper illud 1. Corin. 11. Qui manducat & bibit indigne, & c. dicit gl.* Duos dicimus eſſe modos manducandi: unum ſacramentalẽ, & alium ſpiritualem.

...d.ibi.

RESPON. Dicendum, quòd in ſumptione huius ſacramenti duo ſunt conſideranda, ſcilicet ipſum ſacramentum, & effectus ipſius, de quorum utroque iam ſupra * dictum eſt. Perfectus igitur modus ſumendi hoc ſacramentum, eſt quando aliquis ita hoc ſacramentum ſuſcipit, quòd percipit eius effectum, contingit autem quandoque (ſicut ſupra dictum eſt*) quòd aliquis impeditur a percipiendo effectu huius ſacramenti: et talis ſumptio huius ſacramenti eſt imperfecta. Sicut igitur perfectum contra imperfectum diuiditur, ita ſacramentalis manducatio, per quam ſumitur ſolum ſacramẽtum ſine effectu ipſius, diuiditur contra ſpiritualem manducationem: per quam quis percipit effectum huius ſacramenti, quo ſpiritualiter homo Chriſto coniungitur per fidem, & charitatem.

...præc. ...præc.ar. ...& 8.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd etiam circa baptiſmum, & alia huiuſmodi ſacramenta ſimilis diſtinctio adhibetur: nam quidam ſuſcipiunt tantum ſacramentum, quidam uero ſacramentum, & rem ſacramenti. In hoc tamen differunt: quia cũ alia ſacramenta perficiantur in uſu materiæ, percipere ſacramentum, eſt ipſa perfectio ſacramenti: hoc autem ſacramentum perficitur in conſecratione materiæ, & ideo uterque uſus eſt conſequens hoc ſacramentũ. In baptiſmo etiam & aliis ſacramentis characterẽ imprimentibus, illi qui accipiunt ſacramentum, recipiunt aliquem ſpiritualem effectum, ſcilicet characterem, quod non accidit in hoc ſacramento. Et ideo, magis in hoc ſacramento diſtinguitur uſus ſacramentalis a ſpirituali, quàm in baptiſmo.

AD 2m dicendum, quòd ſacramentalis manducatio, quæ pertingit ad ſpiritualem, non diuiditur contra ſpiritualem, ſed includitur ab ea: ſed illa ſacramentalis manducatio contra ſpiritualem diuiditur, quæ effectum non conſequitur: ſicut imperfectum quod nõ pertingit ad perfectionem ſpeciei, diuiditur contra perfectum.

...66.ar.11 ...68.art.2. ...73.ar.3.

AD 3m dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt*) effectus ſacramenti poteſt ab aliquo percipi, ſi ſacramentum habeat in uoto, quamuis non accipiat in re. Et ideo, ſicut aliqui baptizantur in baptiſmo flaminis propter deſiderium baptiſmi, antequam baptizentur baptiſmo aquæ; ita etiam aliqui manducant ſpiritualiter hoc ſacramentum antequam ſacramentaliter ſumant: ſed hoc contingit dupliciter: uno modo propter deſiderium ſumendi ipſum ſacramentum, & hoc modo dicuntur baptizari & manducare ſpiritualiter, & non ſacramentaliter, illi qui deſiderant ſumere hæc ſacramenta iam inſtituta: alio modo propter figuram, ſicut dicit apoſtolus primæ Corinthio. 10. Quòd antiqui patres baptizati ſunt in nube, & in mari, & quòd ſpiritualem eſcam manducauerunt, & ſpiritualem potum biberunt: nec tamen fruſtra adhibetur ſacramentalis manducatio: quia plenius inducit ſacramenti effectum ipſa ſacramenti ſuſceptio, quàm ſolum deſideriũ: ſicut ſupra circa baptiſmum dictũ eſt.*

...69.ar.4. ...1, & q. ...11.et



A

### ARTICVLVS II.

*Vtrum ſolius hominis ſit hoc ſacramentum ſpiritualiter ſumere.*

4.d.9.art.2. q.3.& 5. Et 1.Cor.11. le.7.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd non ſolius hominis ſit hoc ſacramentum ſpiritualiter ſumere, ſed etiam angelorum: quia ſuper illud Pſal. 77. Panem angelorum manducauit homo, dicit gloſſa id eſt, corpus Chriſti, qui eſt uere cibus angelorum: ſed hoc non eſſet, ſi angeli ſpiritualiter Chriſtum non manducarent. ergo angeli ſpiritualiter Chriſtum manducant.

B

Tract.26. Io.t.9. Alias quo.

¶2 Præter. Auguſti. † dicit ſuper Ioan. Hunc cibum & potum ſocietatem uult intelligi corporis & membrorum ſuorum, quæ* eſt eccleſia in prædeſtinatis: ſed ad iſtam ſocietatem non ſolum pertinent homines, ſed etiam ſancti angeli. ergo ſancti angeli ſpiritualiter manducant.

¶3 Prætor. Auguſt. * in lib. de uerbis Domini dicit, Spiritualiter manducandus eſt Chriſtus, quoniam ipſe dicit, qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo: ſed hoc conuenit non ſolum hominibus, ſed etiam ſanctis angelis: in quibus per charitatem eſt Chriſtus, & ipſi in eo. ergo uidetur quòd ſpiritualiter mãducare, nõ ſolum ſit

C hominum, ſed etiam angelorum.

Trac.26. in Ioã. parum poſt med.t. 9. refert de conſ.d.2.c. Panem de altari.

SED CONTRA eſt, quòd Aug. † dicit ſuper Ioã. Panem de altari ſpiritualiter manducate, innocentiam ad altare portate: ſed angelorum non eſt accedere ad altare, tamquam aliquid inde ſumpturi. ergo angelorum non eſt ſpiritualiter manducare.

RESPON. Dicendum, quòd in hoc ſacramento continetur ipſe Chriſtus: non quidem in ſpecie propria, ſed in ſpecie ſacramenti. Dupliciter ergo contingit manducare ſpiritualiter ipſum Chriſtum: uno modo, prout in ſpecie conſiſtit: et hoc modo angeli manducant ſpiritualiter ipſum Chriſtum, inquantum ei uniũtur fruitione charitatis perfectæ, & uiſione manifeſta (quem panem expectamus in patria) non per fidem,

D ſicut nos ei hic unimur: alio modo contingit ſpiritualiter manducare Chriſtum, prout eſt ſub ſpeciebus huius ſacramenti, inquantum ſcilicet aliquis credit in Chriſtum cum deſiderio ſumendi hoc ſacramentum. Et hoc non ſolum eſt ſpiritualiter mãducare Chriſtũ, ſed etiam ſpiritualiter manducare hoc ſacramentum, quod non competit angelis. Et ideo licet angeli ſpiritualiter manducent Chriſtum: non tamen cõuenit eis ſpiritualiter manducare hoc ſacramentum.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q ſumptio Chriſti ſub hoc ſacramẽto, ordinatur ſicut ad finẽ ad fruitionem patriæ, qua angeli eo fruuntur. Et quia ea, quæ ſunt ad finem, deriuantur a fine, inde eſt quòd iſta manducatio Chriſti, qua eum ſumimus ſub ſacramento,

E quodammodo deriuatur ab illa manducatione, qua angeli fruuntur Chriſto in patria. Et ideo dicitur homo manducare panem angelorũ, quia primo & principaliter eſt angelorum, qui eo fruuntur in ſpecie propria: ſecundario autem eſt hominum, qui Chriſtũ ſub ſacramento accipiunt.

AD 2m dicendum, quòd ad ſocietatem corporis miſtici pertinent quidem, & homines, & angeli, ſed homines per fidem, angeli autem per manifeſtam uiſionem: ſacramenta autem proportionantur fidei, per quam ueritas uidetur in ſpeculo, & in ænigmate. Et ideo proprie loquendo, non angelis, ſed hominibus

conuenit

conuenit manducare ſpiritualiter hoc ſacramentum.

Ad 3[m] dicendum, quòd Chriſtus manet in hominibus ſecundum præſentem ſtatum per fidem, ſed in angelis beatis eſt per manifeſtam uiſionem. & ideo non eſt ſimile, ſicut dictum eſt.*

In ſolutionibus præc. arg. 1. & 2. in iſto art.

### Articvlvs III.

*Vtrum ſolus homo iuſtus poſſit Chriſtum ſacramentaliter manducare.*

4.d.9.ar.2. q.1.& 2. Et ar.3.q.2.c. ſi. Et di.12. q.1.ar.2 q.2.cor. †Tract.25. in Io. parũ ante med. t.9. refertur de conſ.d.2 ca. Vt quid paras.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd nullus poſſit manducare Chriſtũ ſacramentaliter, niſi homo iuſtus. Dicit enim Auguſt.† in lib. de Remedio pœnitentię, ut quid paras dentem & uentrem? crede, et manducaſti: credere enim in eum, hoc eſt panem uiuum manducare: ſed peccator non credit in eum: quia non habet fidem formatam, ad quã pertinet credere in deum, ut in ſecunda parte habitum eſt.* ergo peccator nõ poteſt manducare hoc ſacramentum, quod eſt panis uiuus.

*2.2. qu. 4. art.5. Q.præc.ar. 4 ad 3.arg.

¶2 Præt. Hoc ſacramentum maxime dicitur eſſe ſacramentum charitatis, ut ſupra dictum eſt: †ſed ſicut infideles priuantur fide, ita omnes peccatores priuãtur charitate. Infideles autem non uidentur poſſe ſacramentaliter ſumere hoc ſacramentum, cum in forma huius ſacramenti dicatur myſterium fidei. ergo pari ratione neque aliquis peccator poteſt corpus Chriſti ſacramentaliter manducare.

¶3 Præt. Peccator magis eſt abominabilis deo, quàm creatura irrationabilis: dicitur enim in pſal. 48. De homine peccatore, Homo, cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis: ſed animal brutum (puta, mus aut canis) non poteſt ſumere hoc ſacramentum: ſicut etiam non poteſt ſumere ſacramentum baptiſmi ergo uidetur quòd pari ratione, neque peccatores hoc ſacramentum manducent.

Sed contra eſt, quòd ſuper illud Ioan. 6. (Patres ueſtri manducauerũt mãna in deſerto, et mortui ſunt) dicit Auguſt.† Multi de altari accipiunt, & accipiendo moriuntur: unde dicit Apoſto. Iudicium ſibi manducat & bibit: ſed non moriuntur ſumendo niſi peccatores. ergo peccatores corpus Chriſti ſacramẽtaliter mãducant, & non ſolum iuſti.

Tract.26. in Ioan. parũ a med ſup illud: ego ſũ panis uitæ. t.9.

Respon. Dicendum, quòd circa hoc quidam antiqui errauerunt, dicentes quòd corpus Chriſti, nec etiam ſacramentaliter a peccatoribus ſumitur, ſed quàm cito labiis peccatoribus contingitur, tam cito ſub ſpeciebus ſacramẽtalibus deſinit eſſe corpus Chriſti: ſed hoc eſt erroneum, derogat enim ueritati huius ſacramenti, ad quam pertinet (ſicut ſupra dictum eſt*) quòd manentibus ſpeciebus corpus Chriſti ſub eis eſſe non deſinat. Species autem manent, quandiu ſubſtantia panis maneret, ſi ibi adeſſet, ut ſupra dictũ eſt.† Manifeſtũ eſt autem, quòd ſubſtantia panis aſſumpta a peccatore, non ſtatim eſſe deſinit, ſed manet quãdiu per calorem naturalem digeratur: unde tandiu corpus Chriſti ſub ſpeciebus ſacramentalibus manet a peccatoribus ſumptis. unde dicendum eſt, quòd peccator ſacramentaliter corpus Chriſti manducare poteſt, & non ſolum iuſtus.

Q.76.ar.6. arti.3. Et q.77.ar.8

Q.77.ar.5. & 8. & aliis eiuſdem q.

Ad primvm ergo dicendum, quòd uerba illa & ſimilia ſunt intelligenda de ſpirituali manducatione, quæ peccatoribus non conuenit. Et ideo ex prauo intellectu horum uerborum uidetur prædictus error F proceſſiſſe, dum neſcierunt diſtinguere inter corporalem & ſpiritualem manducationem.

Ad 2[m] dicendum, quòd etiam, ſi infidelis ſumat ſpecies ſacramentales, corpus Chriſti ſub ſacramento ſumit: unde manducat Chriſtum ſacramentaliter, ſi ly ſacramentaliter, determinat uerbum ex parte mãducati: ſi autem ex parte manducantis, tũc proprie loquendo, non manducat ſacramentaliter: quia non utitur eo quod accipit ut ſacramento, ſed ut ſimplici cibo: niſi forte ĩfidelis intẽderet recipere illud, quod eccleſia confert, licet non haberet fidem uerã circa alios articulos, uel etiam hoc ſacramentum.

G Ad 3[m] dicendum, quòd etiam ſi mus uel canis hoſtiam conſecratam manducet, ſubſtantia corporis Chriſti non deſinit eſſe ſub ſpeciebus, quandiu ſpecies illæ manent: hoc eſt, quandiu ſubſtantia panis maneret, ſicut etiam ſi proiiceretur in lutum: nec hoc uergit in detrimentum dignitatis corporis Chriſti, qui uoluit a peccatoribus crucifigi abſque diminutione ſuæ dignitatis, præſertim cum mus aut canis non tangat ipſum corpus Chriſti, ſecundum propriam ſpeciem, ſed ſolum ſecundum ſpecies ſacramentales: quidam autem dixerunt, quòd ſtatim cum ſacramentum tangitur a mure uel cane, deſinit ibi eſſe corpus Chriſti: quod etiam derogat ueritati ſacramenti, ſicut ſupra dictum eſt*: Nec tamen dicẽdum eſt, quòd H animal brutum ſacramentaliter corpus Chriſti manducet: quia non eſt natum uti eo ut ſacramento: unde non ſacramentaliter, ſed per accidens corpus Chriſti manducat: ſicut manducaret ille, qui ſumeret hoſtiam conſecratam, neſciens eam eſſe conſecratam. Et quia id quod eſt per accidens, non cadit in diuiſione alicuius generis, ideo hic modus manducandi corpus Chriſti, non ponitur tertius præter ſacramentalem & ſpiritualem.

In corp. ar.

### Articvlvs IIII.

I *Vtrum peccator ſumens corpus Chriſti ſacramentaliter peccet.*

Infra, art.7. & 8. cor. Et 4.d.9.ar.3. q.1.& 2. Et artic.4.q.1. cor. Et 1. corinth.11. le.7.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd peccator ſumens corpus Chriſti ſacramentaliter, non peccet: non enim eſt maioris dignitatis Chriſtus ſub ſpecie ſacramenti, quàm ſub ſpecie propria: ſed peccatores tangentes corpus Chriſti ſub ſpecie propria, non peccabant, quin etiam ueniam peccatorum conſequebantur, ſicut legitur Luc. 7. de muliere peccatrice, & Matth. 14. dicitur, quicumque tetigerunt fimbriam ueſtimenti eius, ſalui facti ſunt. ergo non peccant, ſed magis ſalutem conſequuntur, K ſacramentum corporis Chriſti ſumendo.

¶2 Præt. Hoc ſacramentum, ſicut & alia, eſt quædã ſpiritualis medicina: ſed medicina datur infirmis ad ſalutem, ſecundum illud Matth. 9. Non eſt opus ualẽtibus medicus, ſed male habentibus: infirmi autem uel male habentes ſpiritualiter ſunt peccatores.* ergo hoc ſacramentum abſque culpa ſumere poſſunt.

*alias, ergo hoc ſacramentũ corporaliter abſq; culpa ſumi põt.

¶3 Præter. Hoc ſacramentum cum in ſe Chriſtum contineat, eſt de maximis bonis. Maxima autem bona (ſecundum Auguſt.† in lib. de libero arbit.) ſunt quibus nullus male poteſt uti. Nullus autem peccat, niſi per abuſum alicuius rei. ergo nullus peccator ſumens hoc ſacramentum peccat.

Lib.2.c.19. non longe a prin. tom.1

¶4 Præter. Sicut hoc ſacramentum ſentitur guſtu & tactu, ita & uiſu. Si ergo peccator ex eo, quòd ſumit hoc



hoc ſacramentum, peccet, uidetur etiam quòd peccaret uidendo, quod patet eſſe falſum: cum eccleſia omnibus hoc ſacramentum uidendum, & adorandũ proponat. ergo peccator non peccat ex hoc, quòd manducat hoc ſacramentum.

¶5 Præt. Contingit quandoque, quòd aliquis peccator non habet conſcientiam ſui peccati, non tamen talis peccare uidetur, corpus Chriſti ſumendo: quia ſecundum hoc omnes peccarent qui ſumunt, quaſi periculoſe exponentes, cum apoſtolus dicat 1. Cor. 4. Nihil mihi conſcius ſum; ſed nõ in hoc iuſtificatus ſum. nõ ergo uidetur quòd peccatori cedat in culpã, ſi hoc ſacramentum ſumat.

Sed contra eſt, quòd apoſtolus dicit 1. Cor. 11. Qui manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit, ideſt, condemnationem. Dicit autẽ gl. ibidem, quòd indigne manducat, & bibit, qui in crimine eſt, uel irreuerenter tractat. ergo qui eſt in peccato mortali, ſi hoc ſacramentum accipiat, damnationem acquirit, mortaliter peccans.

Q.73.ar.6.

Respon. Dicendum, quòd in hoc ſacramento ſicut in aliis, id quod eſt ſacramentum, eſt ſignum eius, quod eſt res ſacramenti. Duplex autem eſt res huius ſacramenti, ſicut ſupra dictum eſt.* Vna quidem, quæ eſt ſignificata & contenta, ſcilicet ipſe Chriſtus: alia autem eſt ſignificata & non contenta, ſcilicet corpus Chriſti myſticum, quod eſt ſocietas ſanctorum. Quicumque ergo hoc ſacramentum ſumit, ex hoc ipſo ſignificat ſe eſſe Chriſto unitum, & membris eius incorporatum: quod quidem fit per fidem formatam, quam nullus habet cum peccato mortali. Et ideo manifeſtum eſt, quòd quicumque cum peccato mortali hoc ſacramentum ſumit, falſitatem in hoc ſacramento committit, & ideo incurrit ſacrilegium, tamquam ſacramenti uiolator, & propter hoc mortaliter peccat.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Chriſtus in propria ſpecie apparens, non exhibebat ſe tangendum hominibus in ſignum ſpiritualis unionis ad ipſum, ſicut exhibetur ſumendus in hoc ſacramento. Et ideo peccatores eum in propria ſpecie tangentes, non incurrebant crimen falſitatis circa diuina, ſicut peccatores ſumentes hoc ſacramentum. Et præterea Chriſtus adhuc gerebat ſimilitudinem carnis peccati: & ideo conuenienter ſe peccatoribus tangendum exhibebat: ſed remota ſimilitudine carnis peccati per gloriam reſurrectionis, ſe tangi prohibuit a muliere, quæ defectum fidei circa ipſum patiebatur, ſecundum illud Ioan. 20. Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad Patrem meum, ſcilicet in corde tuo, ut Auguſtin.* exponit. Et ideo peccatores qui defectum fidei formatæ patiuntur circa Chriſtum, repelluntur a contactu huius ſacramenti.

Tract.121. in Ioan. a med. ... t.9

Ad 2[m] dicendum, quòd non quælibet medicina cõpetit ſecundum quemlibet ſtatum infirmitatis. Nam medicina, quæ datur iam liberatis a febre, ad confortationem noceret, ſi daretur adhuc febricitantibus: ita etiam baptiſmus, & pœnitentia ſunt quaſi medicinæ purgatiuæ, quæ dantur ad tollendam febrem peccati. hoc autem ſacramentum eſt medicina confortatiua, quæ non debet dari, niſi liberatis a peccato.

Ad 3[m] dicendum, quòd maxima bona intelligit Augu.† uirtutes animę, quibus nullus male utiť, quaſi principiis mali uſus. Vtitur tamen eis aliquis male: quaſi obiectis mali uſus, ut patet in his, qui de uirtutibus ſuperbiunt: ita & hoc ſacramentum quantum A eſt ex ſe, non eſt principium mali uſus, ſed obiectum. unde Auguſt.* dicit: multi indigne accipiunt corpus Chriſti, per quod docemur, quàm cauendum ſit male accipere bonum: ecce enim per bonum factum eſt malum, dum male accipitur bonum: ſicut econtra Apoſtolo per malum factum eſt bonum, cum bene accepit malum, ſcilicet cum ſtimulum Satanæ patienter portauit.

...co in ar... ...m. citato

Tract.62. in Ioan. circa prin. t.9

Ad 4[m] dicendum, quòd per uiſum non accipitur ipſum corpus Chriſti, ſed ſolum ſacramentum eius: quia ſcilicet non pertingit uiſus ad ſubſtantiam corporis Chriſti, ſed ſolum ad ſpecies ſacramentales, ut ſupra dictum eſt.* ſed ille qui manducat, non ſolum ſumit ſpecies ſacramentales, ſed etiam ipſum Chriſtum, B qui eſt ſub eis. Et ideo a uiſione corporis Chriſti nullus prohibetur, qui ſit ſacramentum Chriſti conſecutus, ſcilicet baptiſmum. Non baptizati autem non ſunt admittendi, etiam ad inſpectionem huius ſacramenti, ut patet per Dionyſ.* in lib. Eccleſ. Hierar. ſed ad manducationem non ſunt admittendi, niſi ſoli illi, qui non ſolum ſacramentaliter, ſed etiam realiter ſunt Chriſto coniuncti.

Q.76.ar.7.

Ca. 7. eccl. Hier. par.3. paulo a prĩ.

Ad 5[m] dicendum, quòd hoc quòd non habet aliquis conſcientiam ſui peccati, poteſt contingere dupliciter. Vno modo per culpam ſuam, uel quia per ignorantiam iuris, quæ non excuſat, reputat non eſſe pecC catum quod eſt peccatum (puta ſi aliquis fornicator reputaret ſimplicem fornicationem non eſſe peccatũ mortale) uel quia negligens eſt in examinatione ſuiipſius: contra id quod Apoſtolus dicit 1. Corinthio. 11. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat: Et ſic nihilominus, peccat peccator ſumens corpus Chriſti, licet non habeat conſcientiã peccati, quia ipſa ignorantia eſt ei peccatum: alio modo poteſt contingere ſine culpa ipſius: puta cum doluit de peccato, ſed non eſt ſufficienter contritus: et in tali caſu non peccat ſumendo corpus Chriſti: quia homo per certitudinem ſcire non poteſt, utrum ſit uere contritus: ſufficit enim, ſi in ſe ſigna contritionis in D ueniat, puta ſi doleat de præteritis, & proponat cauere de futuris. Si uero ignorat hoc quod fecit, eſſe actũ peccati, propter ignorantiam facti, quæ excuſat (puta ſi acceſſit ad non ſuam, quam credebat eſſe ſuam) non eſt ex hoc dicendus peccator: ſimiliter etiam ſi totaliter eſt peccatum oblitus, ſufficit ad eius deletionem generalis contritio, ut infra dicetur.* unde iam non eſt dicendus peccator.

Non cõpleuit morte p̃uentus.

### Articvlvs V.

E *Vtrum accedere ad hoc ſacramentum cum conſcientia peccati, ſit grauiſſimum omnium peccatorum.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd accedere ad hoc ſacramentum cum conſciẽtia peccati, ſit grauiſſimum omnium peccatorũ. Dicit enim apoſtolus 1. ad Corinth. 11. Quicumque manducauerit panem, & biberit calicem Domini indigne, re[9] erit corporis & ſanguinis Domini glo. ibidem.* hoc eſt, ac ſi Chriſtũ occiderit, punietur: ſed peccatum

4.d.9. ar.3. q.3. Et 1.co. 11. lect.5.

Gl. interlinearis ibi ĩ ſententia.

¶ *Super Quæſtionis octuageſimæ articulũ quintum.*

IN articulo 5. eiuſdem quæſtio. Durand. occurrit in 4. ſenten diſtin. 9. quæ. 2. art. 2. obiiciens cõtra rationem, & concluſionem Auctoris, in hoc quòd dicit ſacrilegium indigne cõmunicantiũ eſſe grauius peccatũ omnib[9] peccatis, quę ſunt cõtra puras creaturas. ¶ Et contra cõcluſionem quidem dicit ſatis graue uideri plus peccare irreuerenter ſumentem euchariſtiam, quàm iniuſte occidẽtem proximũ.

Contra

Contra rationẽ aũt, q̃a propoſitio dicẽs, ſicut ſe habet obiectũ ad obiectũ, ita ſe habet actus ad actũ, nõ eſt neceſſaria quãdo actus ſunt diuerſarũ rationũ: ſed ſolũ quando ſunt uniꝰ rationis: grauius eſt.n. contumelia dehonorare principẽ quàm ciuem: ſed grauius ẽ occidere ciuẽ, quàm uerbo dehonorare principem.

¶ Ad hoc dr̃, quòd propoſitio eſt neceſſaria in utriſq; actibꝰ: intellecta tñ ut in litera exponitur & cõmuniter ẽt intelligitur. ſ. de grauitate peccatorũ ex proprio genere: hæc.n. ex obiecto, unde habet ſpeciẽ actus, pẽſatur. Et ueritas eius patet, ex eo, ꝙ dicimus maius eſſe peccatũ ſecundũ ſuũ genus blaſphemiã dei quàm homicidiũ, & tamen iſti actus ſunt diuerſarũ rationũ, & ad hoc poſſent multa exempla adduci. Nec graue uꝛ ſapiẽtibus, magis eſſe peccatũ ſecũdum ſuũ genus hoc ſacrilegium, q̃ ſimplex homicidiũ: qm̃ intelligũt homicidiũ eſſe grauius aliunde, ſcilicet ex damno uitæ illato & aliis huiuſmodi.

Chriſtum occidentiũ, uidetur fuiſſe grauiſſimum. ergo & hoc peccatum, quo aliquis cum conſcientia peccati ad menſam Chriſti accedit, uidetur eſſe grauiſſimum.

¶2 Præte. Hieron. dicit in quadam epiſtola, quid tibi cum feminis, qui ad altare cum deo fabularis? dic ſacerdos, dic clerice, qualiter eiſdem labiis filium dei oſcularis, quibus oſculatus es labia meretricis, o Iuda, oſculo Filium hominis tradis. Et ſic uidetur fornicator ad menſam Chriſti accedens peccare, ſicut Iudas peccauit, cuius peccatum fuit grauiſſimum: ſed multa alia peccata ſunt grauiora, q̃ peccatum fornicationis, & præcipue peccatum infidelitatis. ergo cuiuslibet peccatoris ad menſam Chriſti accedentis peccatum eſt grauiſſimum.

¶3 Præt. Magis eſt abominabilis deo immunditia ſpiritualis, quàm corporalis: ſed ſi quis proiiceret corpus Chriſti in lutum uel ſterquilinium, grauiſſimum reputaretur eius peccatum. ergo grauius peccat, ſi ipſum ſumat cum peccato, quod eſt immunditia ſpiritualis. ergo hoc peccatum eſt grauiſſimum.

Sed contra eſt, quòd ſuper illud Ioan. 15. Si non ueniſſem, & locutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent, dicit Auguſt.* hoc intelligendũ eſſe de peccato infidelitatis, quo tenentur cũcta peccata. & ita uidetur hoc peccatum non eſſe grauiſſimum, ſed magis peccatum infidelitatis.

Tract. 89. in Ioan. inter medium & prin. t. 9.

Respon. Dicendum, quòd (ſicut in ſecunda parte dictum eſt*) dupliciter aliquod peccatum poteſt dici grauius alio: uno modo, per ſe: alio modo, p accidens: per ſe quidem ſecundum rationem ſuæ ſpeciei, quæ attenditur ex parte obiecti. Et ſecũdum hoc, quanto id contra quod peccatur, eſt maius, tanto peccatum eſt grauius. Et quia diuinitas Chriſti eſt maior humanitate ipſius, & ipſa humanitas eſt potior quàm ſacramẽta humanitatis, inde eſt quòd grauiſſima peccata ſunt quæ committuntur in ipſam diuinitatem: ſicut eſt peccatum infidelitatis & blaſphemiæ: ſecundario autem ſunt grauia peccata, quæ committuntur in humanitatem Chriſti: unde & Matthæ. 12. dicitur, qui dixerit uerbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit uerbum contra Spiritumſanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro. Tertio autem loco, ſunt peccata, quæ committuntur contra ſacramenta, quæ pertinent ad humanitatem Chriſti: & poſt hoc ſunt alia peccata, contra puras creaturas. Per accidens autem unum peccatum eſt grauius alio ex parte peccantis: puta peccatũ quod eſt ex ignorantia uel infirmitate, eſt leuius peccato, quod eſt ex contemptu uel ex certa ſcientia: & eadem ratio eſt de aliis circunſtantiis. Et ſecundum hoc, iſtud peccatum in quibuſdam poteſt eſſe grauius ſicut in his qui ex actuali contemptu, cum conſcien-

1.2. qu. 73. ar. 6. Et 2.2 q. 73. ar. 3

F tia peccati ad hoc ſacramentum accedunt, in quibuſdam uero minus grauæ: puta in his qui ex quodam timore, ne deprehendantur in peccato, cum conſcientia peccati ad hoc ſacramentum accedunt. Sic ergo patet, quòd hoc peccatum eſt multis aliis grauius ſecundum ſuam ſpeciem: non tamen eſt omnium grauiſſimum.

Ad primum ergo dicendum, quòd peccatum indigne ſumentium hoc ſacramentum, comparatur peccato occidentium Chriſtum, ſecundum ſimilitudinem (quia utrumque committitur cõtra corpus Chriſti) non tamen ſecundum criminis quantitatem: peccatum enim occidentium Chriſtum, fuit multo grauius. G primo quidem, quia illud peccatum fuit contra corpus Chriſti in ſpecie propria: hoc autem peccatum eſt contra corpus Chriſti, in ſpecie ſacramenti. ſecundo, quia illud peccatum proceſſit ex intentione nocendi Chriſto, non autem hoc peccatum.

Ad 2m dicendum, quòd fornicator accipiens corpus Chriſti, comparatur Iudę Chriſtum oſculanti, quãtum ad ſimilitudinem criminis (quia uterque ex ſigno charitatis Chriſtum offendit) non tamen quãtum ad criminis quantitatem, ſicut etiam prius dictũ eſt.† Hæc tamen criminis ſimilitudo non minus competit aliis peccatoribus, quàm fornicatoribus. Nam & per alia peccata mortalia agitur contra charitatem Chriſti, H cuius ſignum eſt hoc ſacramentum, & tanto magis quanto peccata ſunt grauiora: ſecundum quid tamẽ, peccatum fornicationis magis reddit hominem ineptum ad perceptionem huius ſacramenti: inquãtum ſcilicet per hoc peccatum ſpiritus maxime carni ſubiicitur, & ita impeditur feruor dilectionis, qui requiritur in hoc ſacramento. Plus tamen ponderat impedimentum ipſius charitatis, quàm feruoris eius: unde & peccatum infidelitatis, quod funditus ſeparat hominem ab eccleſiæ unitate, ſimpliciter loquendo, maxime hominem ineptum reddit ad ſuſceptionẽ huius ſacramenti, quod eſt ſacramentum eccleſiaſticæ unitatis, ut ſupra dictum eſt.* unde & grauius peccat infidelis accipiens hoc ſacramẽtum, quàm fidelis peccator, & magis contemnit Chriſtum, ſecundũ quòd I eſt ſub hoc ſacramento, præſertim ſi non credat Chriſtum uere ſub hoc ſacramento eſſe: quia quantum eſt in ſe, diminuit ſanctitatem huius ſacramenti, & uirtutem Chriſti operantis in hoc ſacramento, quod eſt cõtemnere ipſum ſacramentũ in ſeipſo. Fidelis autẽ, qui cum conſcientia peccati ſumit, contemnit hoc ſacramentum, non in ſeipſo, ſed quantum ad uſum, indigne accipiens: unde & apoſtolus primæ Corin. 11. aſſignans rationem huius peccati dicit, non diiudicans corpus Domini, id eſt, non diſcernens ipſum ab aliis cibis, quod maxime facit ille, qui nõ credit Chriſtum eſſe ſub hoc ſacramento.

In ſol. pri.

Q. 79. ar. 1. Et q. 73. ar. 4. corp.

K Ad 3m dicendum, quòd ille qui proiiceret hoc ſacramentum in lutum, multo grauius peccaret, quàm ille, qui cum conſcientia peccati mortalis ad hoc ſacramentum accedit. Primo quidem, quia ille hoc faceret ex intentione iniuriam faciendi huic ſacramẽto, quod non intẽdit peccator indigne corpus Chriſti accipiẽs. Secundo, quia homo peccator eſt capax gratiæ, unde etiam magis eſt aptus ad ſuſcipiendum hoc ſacramentum, quàm quæcumque alia irrationalis creatura: unde maxime inordinate uteretur hoc ſacramento, qui proiiceret ipſum canibus ad manducandum, uel qui proiiceret in lutum conculcandum.

Super



¶ *Super Quæſtionis octuageſimæ Articulũ ſextum.*

IN ar. 6. aduerte Duran. in li. 4. d. 9. art. ult. limitare dictum Auctoris hic, ſcilicet Occultis peccatoribꝰ petentibus non põt ſacra communio denegari. diſtinguit.n. de ſacerdote curato ſeu eius uicario ſeu curam gerente, & ſimiliter de tẽpore generalis cõmunionis aut infirmitatis, uel tẽpore alio putatque nõ gerentẽ curã animarũ debere negare communionẽ: ex eo ꝙ non tenetur illum communicare ẽt cũ licentia curati: curatũ aũt extra tempus generalis communionis, perſuaſorie, ſine ſcãdalo tñ, negare cõmunionẽ debere. Mihi aũt uꝛ ꝙ licet cauta ſit diſtinctio Durã. ut petens communionẽ non exequatur ſacrilegiũ quod intẽdit debitum: tamẽ nullũ uideo negandi occulto peccatori publice ſe communioni ingerenti, ſiue ſit ſacerdos curatus, ſiue nõ, modo ſtet paratus in altari cõmunicãs quoſcumq;. Et ratio ẽ: q̃a Chriſti actio, noſtra eſt inſtructio: conſtat autem ꝙ Dominus non tenebatur tunc ad communicãdum apoſtolos, & de facili modicum ſupſedendo potuiſſet ſine ſcãdalo euitare Iudã, in ſtituendo ſacramentũ poſt datã intinctã buccellam, qua ſumpta exiuit foras. Et confirmatur: quia Iudas non petiit cõmunionem, & tñ Dominus apoſtolicũ chorũ communicans, ipſum cum ceteris inuitauit dicens, Comedite, ſeu bibite ex hoc omnes.

¶ Quocirca Duran. diſtinctio locum habere uꝛ, quando ad partem, coram aliis tamen peteret aliq̃s, ut ſacerdos uellet celebrare, & ipſum commuuicare: tum enim qui nõ tenetur communicare tunc occultum peccatorẽ, debet, ſi ſine ſcandalo poteſt ſuum negare miniſterium. Dico autem ſine ſcandalo, quia ſi negatio in dã-

…fra q. 81. …1. cor. Et …1. & 4. d. …ar. 5. q. 1. …to. Et q. …corin. Et …ol. 5. ar.

…decre. 2. …4. c. Sæpe …tingit.

…us p ſin… …miſſã …et cele- …re & cõi …t.

…ertur & …d. 2. c. …prohi- …tio. 9

ARTICVLVS VI.

*Vtrum ſacerdos debeat denegare corpus Chriſti peccatori petenti.*

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quòd ſacerdos debeat denegare corpus Chriſti peccatori petenti. Non enim eſt faciendum contra Chriſti præceptum, propter uitandum ſcandalum, uel infamiam alicuius: ſed Dominus præcepit Matth. 7. Nolite ſanctum dare canibus. Maxime autem datur ſanctum canibus, cum hoc ſacramentum peccatoribus exhibetur. ergo neque propter uitandum ſcandalum, neque propter uitãdã infamiã alicuius, debet hoc ſacramentum peccatori petenti dari.

¶2 Præte. De duobus malis minus malũ eſt eligendũ: ſed minus malũ eſſe uidetur, ſi peccator ĩfametur, uel etiam ſi ei hoſtia non conſecrata detur, quàm ſi ſumens corpus Chriſti, mortaliter peccet. uidetur ergo hoc potius eſſe eligendum, ꝙ uel infametur peccator petens corpus Chriſti, uel etiam quòd detur ei hoſtia non conſecrata.

¶3 Præter. Corpus Chriſti interdũ datur ſuſpectis de crimine, ad eorum manifeſtationẽ: legitur enim in Decret.† 2. quæſtio. 4. Sæpe contingit, ut in monaſteriis monachorum, furta perpetrentur: iccirco ſtatuimus, ut quando ipſi fratres de talibus expurgare ſe debẽt, miſſa ab abbate celebretur, uel ab aliquo ex præſentibus fratribus, et ſic expleta miſſa, omnes communicẽtur in hęc uerba, corpus Chriſti ſit tibi hodie ad probationem. & infra, Si epiſcopo aut presbytero aliquod maleficium fuerit imputatũ, in ſingulis miſſa celebrari debet et cõmunicari,* & de ſingulis ſibi imputatis, innocentem ſe oſtendere: ſed peccatores occultos non oportet manifeſtari: quia ſi frontem uerecundię abiecerint, liberius peccabunt, ut Aug. dicit in lib. de uerbis Domini. ergo peccatoribus occultis non eſt corpus Chriſti dandum, etiam ſi petant.

Sed contra eſt, quòd ſuper illud pſal. 21. Manducauerũt, et adorauerũt omnes pingues terræ, dicit Auguſt.* Non prohibebat diſpenſator pingues terræ; id eſt, peccatores, menſam Domini manducare.

Respon. Dicendum, quòd circa peccatores diſtinguendum eſt. Quidam enim ſunt occulti, quidã uero manifeſti, ſcilicet per euiden-A tiam facti: ſicut publici uſurarii, aut publici raptores: uel etiam per aliquod iudicium eccleſiaſticũ uel ſæculare. Manifeſtis ergo peccatoribus non debet etiam petentibus ſacra communio dari: unde Cyp.† ſcribit ad quendam, Pro dilectione tua conſulendum me exiſtimaſti, quid mihi videatur de hiſtrionibus, & mago illo, qui apud uos cõſtitutus adhuc in artis ſuæ dedecore perſeuerat, an talibus ſacra com-B munio cum ceteris Chriſtianis debeat dari, puto nec maieſtati diuinæ, nec euangelicæ diſciplinæ congruere, ut pudor & honor eccleſię tam turpi & infami contagione fædetur. Si uero non ſunt manifeſti peccatores, ſed occulti, non poteſt eis petentibus ſacra cõmunio denegari: cũ enim quilibet Chriſtianus ex hoc ipſo, quòd eſt baptizatus, ſit admiſſus ad dominicã menſam, non poteſt ei ius ſuum tolli, niſi pro aliqua cauſa manifeſta: un-C de ſuper illud 1. Corinthio. 5. ſi is qui frater nominatꝛ inter uos, &c. dicit glo. Auguſt.* Nos a communione quemquam prohibere non poſſumus, niſi aut ſponte confeſſum, aut in aliquo iudicio eccleſiaſtico uel ſæculari nominatum atq; conuictum: poteſt tamẽ ſacerdos, qui eſt conſcius criminis occulte monere peccatorem occultũ, uel etiam in publico generaliter omnes, ne ad menſam Domini accedant, antequam de peccatis pœni-D teant, & eccleſiæ reconcilientur. nam poſt pœnitentiã & reconciliationem, etiam publicis peccatoribus nõ eſt communio deneganda, præcipue in art. mortis. unde in concilio carthaginenſi † legitur, Scenicis atque hiſtrionibus, ceteriſq; huiuſmodi perſonis, uel apoſtatis conuerſis ad deum, reconciliatio non negetur.

Ad primum ergo dicendũ, quòd ſancta prohibentur dari canibus, id eſt, peccatoribus manifeſtis: ſed occulta non poſſunt publice puniri, ſed ſunt diuino iudicio reſeruanda.

Ad 2m dicendum, quòd licet peius ſit peccatori occulto peccare mortaliter, ſumendo corpus Chriſti, q̃ infamari, tamen ſacerdoti miniſtranti corpus Chriſti, peius eſt peccare mortaliter, infamando iniuſte pecca-E torem occultũ, quàm quòd ille mortaliter peccet, q̃a nullus debet peccatum mortale cómittere, ut alium liberet a peccato. unde Aug. † dicit in lib. q. ſuper Gen. periculoſiſſime admittitur hæc compenſatio, ut nos faciamus aliquid mali, ne alius grauius malum faciat. Peccator tamen occultus potius deberet eligere infamari, quàm indigne ad menſam domini accedere. Hoſtia tamẽ non conſecrata nullo modo debet dari loco conſecratæ: quia ſacerdos hoc faciens, quantum in ſe eſt, facit idololatrare illos, qui credunt eſſe hoſtiã conſecratam, ſiue alios præſentes, ſiue etiam ipſum ſumẽtem: quia ut Aug.* dicit, nemo carnẽ Chriſti manducet, niſi prius adoret. unde extra de celebratione miſſarum, c. de homine, dicitur, licet is, qui pro ſui criminis

num uergeret famæ ipſius petentis, par eſſet ratio in hoc caſu, & in caſu quo ſtaret paratus ad communicandum: poſſet enim ne actus negationis ſuæ, detraheret famæ proximi, communicare ipſum relinquendo ipſi peccatori curã ſumet.

¶ Itẽ in eodem artic. caute nota in nullo caſu dandam, aut accipiendam eſſe hoſtiã non conſecratã, quaſi loco communionis. Dico autem hoc, q̃a etiam ſciente tam cõmunicante quàm accipiente hoſtiã, non eſſe conſecratã, propter præſentes qui in diſtincte adorant, vel adorare poſſunt quãlibet hoſtiam quam deferri uel dari cõſpiciunt, illicitum eſt: nã ſi nullus eſſet omnino præſens, nõ fingeret accipiens ſe cõmunicare, ſed abſtineret omnino.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem art. nota quòd decreta illa, quæ corpus Chriſti quaſi ad examinationẽ ordinarẽt, non fuerunt per concilia uniuerſalia facta: ſed fuit concilium particulariter, ut patet 2. q. 4. & propterea non eſt mirum ſi errauit.

Lib. 1. epiſt. 10. in prin.

In li. de medicina pœnitentiæ, c. 3. in med. t. 9.

In concil. 3 Carthagin. can. 35.

In q. 42. t. 4

In pſal. 98. circa med. expoſitionis to. 8

nis conſcientia reputat ſe indignum peccet grauiter, ſi ſe ingerat, grauius tamē uidetur offendere, qui fraudulenter illud præſumpſerit ſimulare.

Ad 3^m dicendum, quòd decreta illa ſunt abrogata per contraria documenta romanorum pontificū. Dicit enim Stephanus papa, ferri candentis uel aquæ feruentis examinatione, confeſſionem extorqueri a quolibet, ſacri canones non concedunt: ſpontanea enim confeſſione, uel teſtium approbatione, publicata delicta commiſſa ſunt regimini noſtro iudicare: occulta uero & incognita, illi ſunt relinquenda, qui ſolus nouit corda filiorum hominum. Et idem habetur extra de purgationibus, †c. ex tuarum. In omnibus. n. talibus eſſe uidetur dei tentatio. unde ſine peccato fieri non poſſunt, & grauius uideretur, ſi in hoc ſacramēto, quod eſt inſtitutum ad remedium ſalutis, aliquis incurreret iudicium mortis: unde nullo modo corpus Chriſti debet dari alicui ſuſpecto de crimine, quaſi ad examinationem.

Refertur & conſ. d. 2. c. cōſuluiſti.

In decr. lib. 5. ti. 34. c. 8. Ex tuarū.

## Articvlvs VII.

*Vtrum nocturna pollutio aliquem impediat a ſumptione huius ſacramenti.*

2. 2. q. 154. ar. 5. Et 4. d. 9. ar. 4. q. 2. Et uer. q. 28 ar. 3. ad 6.

Ad septimvm ſic proceditur. Videtur quòd nocturna pollutio non impediat aliquem a ſumptione corporis Chriſti. Nullus enim impeditur a ſumptione corporis Chriſti, niſi propter peccatum: ſed nocturna pollutio accidit ſine peccato: dicit enim Auguſt.* 12. ſuper Gen ad literam, ipſa phantaſia, quæ fit in cogitatione ſermocinantis, cum expreſſa fuerit in uiſione ſomniantis, ut inter illam & ueram coniunctionem corporum non diſcernatur, continuo mouetur caro & ſequitur, quòd eum motum ſequi ſolet, cū hoc tam ſine peccato fiat, quàm ſine peccato a uigilantibus dicitur: quod ut diceretur proculdubio cogitatum eſt. ergo nocturna pollutio non impedit hominē ab huius ſacramenti ſumptione.

*Lib. 12. ca. 15. in med. to. 3

¶ 2 Præter. Gregor.† dicit in epiſtola ad Auguſtin. epiſcopum anglorum, ſi quis ſua coniunge non cupidine uoluptatis raptus, ſed tantum creandorum liberorum gratia utitur, ille profecto ſiue de ingreſſu eccleſiæ ſiue de ſumendo corporis dominici myſterio, ſuo eſt iudicio relinquendus: quia prohiberi a nobis non debet accipere, qui in igne poſitus, neſcit ardere. Ex quo patet, quòd carnalis pollutio etiam uigilantis, ſi ſit ſine peccato, non prohibet hominē a ſumptione corporis Chriſti. multo igitur minus prohibet nocturna pollutio dormientis.

In fin. li. 12 regiſtri ad 10. interrogationem, Aug. ca. 10. non longe a fine.

¶ 3 Præt. Nocturna pollutio uidetur ſolam immunditiam corporalem habere: ſed aliæ immunditiæ corporales, quæ ſecundum legem impediebant ab ingreſſu ſanctorum, in noua lege non impediunt a ſumptione huius ſacramenti: ſicut de muliere pariente, uel menſtruata, uel fluxum ſanguinis patiente, ſcribit beatus Greg.* Aug. Anglorum epiſcopo. ergo uidetur quòd neque etiam nocturna pollutio impediat hominem a ſumptione huius ſacramenti.

Loco nunc dicto, parū ante med. c. 10.

¶ 4 Præt. Peccatum ueniale non impedit hominem a ſumptione huius ſacramenti, ſed nec etiam peccatum mortale poſt pœnitentiā: ſed dato quòd nocturna pollutio prouenerit ex aliquo peccato præcedēti (ſiue crapulæ, ſiue turpium cogitationum) plerumque tale peccatum eſt ueniale, & ſi aliquando ſit mortale, pōt contingere quòd de mane pœnitet, & peccatum ſuum cō-

F ſitetur. ergo uidetur, quòd non debeat impediri a ſumptione huius ſacramenti.

¶ 5 Præt. Grauius peccatum eſt homicidii, quàm fornicationis: ſed ſi aliquis de nocte ſomniet ſe homicidiū perpetrare, aut furtum aut quodcumque aliud peccatum, non propter hoc impeditur a ſumptione corporis Chriſti. ergo uidetur quòd multo minus fornicatio ſomniata cum pollutione ſubſequēte, impediat a ſumptione huius ſacramenti.

Sed contra eſt, quòd Leuit. 15. dicitur, Vir, de quo egredietur ſemen coitus, immundus erit uſq; ad ueſperum: ſed immundis non patet aditus ad ſacramēta. ergo uidetur quòd propter pollutionem nocturnam aliquis impediatur a ſumptione huius ſacramenti,

G quod eſt maximum ſacramentum.

Respon. Dicendum, quòd circa pollutionem nocturnam duo poſſunt conſiderari. Vnum quidem, ratione cuius ex neceſſitate impedit hominem a ſumptione huius ſacramenti. Aliud autem, ratione cuius non ex neceſſitate impedit hominem, ſed ex quadam congruentia: ex neceſſitate quidem impedit hominē ab huius ſacramenti perceptionē, ſolum peccatū mortale. Et quamuis nocturna ipſa pollutio ſecundum ſe conſiderata, peccatum mortale eſſe non poſſit: nihilominus tamen ratione ſuæ cauſæ quandoque habet peccatum mortale annexum: et ideo conſideranda eſt cauſa pollutionis nocturnę.

H Quandoque enim prouenit a cauſa extrinſeca ſpirituali, ſcilicet ex dæmonum illuſione: qui ſicut in prima parte habitum eſt,† phantaſmata commouere poſſunt, ex quorū apparitione pollutio interdum ſubſequitur: quandoque uero prouenit pollutio ex cauſa intrinſeca ſpirituali, ſcilicet ex præcedentibus cogitationibus: aliquando autem ex cauſa intrinſeca corporali, uel ex ſuperfluitate ſiue debilitate naturæ, ſiue etiam ex ſuperfluitate cibi uel potus: quælibet autem harum trium cauſarum poteſt, & ſine peccato & cum peccato ueniali uel mortali exiſtere: & ſi quidem ſit ſine peccato uel cum peccato ueniali, non ex neceſſitate impedit ſumptionem huius ſacramenti: ita ſcilicet quòd homo ſumendo ſit reus

Q. 111. ar. 3

I corporis & ſanguinis Domini: ſi uero ſit cum peccato mortali, impedit ex neceſſitate: illuſio enim dæmonū quandoque prouenit ex præcedenti negligentia pręparationis ad * deuotionem, quæ poteſt eſſe & mortale, & ueniale peccatum: quandoque uero prouenit ex ſola nequitia dæmonum uolentium impedire hominē a ſumptione huius ſacramenti. unde legitur in collationibus patrum, quòd cum quidam frater pateretur pollutionem ſemper in feſtis, in quibus erat communicandum: ſeniores comperto, quòd nulla cauſa ab ipſo præceſſerat, decreuerunt quòd propter hoc a communione non ceſſaret, & ita ceſſauit illuſio dæmonū.

Alias, deuotionem, & orationem.

K ſimiliter etiam præcedentes cogitationes laſciuæ, quādoque poſſunt eſſe omnino ſine peccato: puta cū aliquis cauſa lectionis, uel diſputationis cogitur de talibus cogitare. Et ſi hoc ſit ſine concupiſcentia & delectatione, non erunt cogitationes immundæ, ſed honeſtæ, ex quibus tamen pollutio ſequi poteſt, ſicut patet ex auctoritate Auguſt.* ſupra inducta. Quandoque uero præcedentes cogitationes ſunt ex concupiſcentia, & delectatione, & ſi adſit conſenſus, erit peccatū mortale: ſi autem deſit, erit ueniale. Similiter etiā & cauſa corporalis quandoque eſt ſine peccato: puta cū eſt ex infirmitate naturæ: unde & quidam etiam in uigilando abſque peccato fluxum ſeminis patiuntur: uel etiā ſi ſit ex ſuperfluitate naturæ: ſicut enim contingit

In arg. 1.



ſanguinem fluere abſque peccato, ita & ſemen quod eſt ſuperfluitas ſanguinis, ſecundum Philoſophum.† Quandoq; vero eſt cum peccato, puta cum prouenit ex ſuperfluitate cibi vel potus, & hoc etiam poteſt eſſe peccatū veniale vel mortale, licet frequentius peccatum mortale accidat circa turpes cogitationes propter facilitatem conſenſus, quàm circa ſumptionem cibi & potus. Vnde & Greg. * ſcribens Aug. Anglorum epiſcopo dicit, ceſſandum eſſe a communione, quando ex turpibus cogitationibus prouenit, non autem quando prouenit ex ſuperfluitate cibi vel potus, pręſertim ſi neceſſitas adſit. ſic igitur, ex cauſa pollutionis conſiderari poteſt, vtrum nocturna pollutio impediat ex neceſſitate ſumptionem huius ſacramenti. ex quadam vero congruentia impedit quantum ad duo, quorum vnum ſemper accidit, ſcilicet quædam fœditas corporalis, cum qua propter reuerentiā ſacramenti, non decet ad altare accedere (vnde & volentes tangere aliquid ſacrum, manus lauant) niſi forte talis immunditia ſit perpetua vel diuturna, ſicut eſt lepra, vel fluxus ſāguinis, vel aliquid huiuſmodi: aliud autem eſt euagatio mentis quæ ſequitur pollutionem nocturnam, præcipue quando cum turpi imaginatione contingit. Hoc tamen impedimentum, quod ex congruitate prouenit, poſtponi debet propter aliquam neceſſitatem, puta vt Greg†. dicit, cum fortaſſe aut feſtus dies exigit, aut exhibere miniſteriū pro eo, ꝙ ſacerdos alius deeſt, ipſa neceſſitas cōpellit.

Lib. 1. de ... ca. 18 ... med. & c. 19. parum ... prin.

Loco citato in arg. 1. 11. ca. 11. & habetur 33. q. 4. ca. vir cū propria.

A, B, C

Loco iam nunc dicto ad interro. 11. Aug. ca. 11.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ex neceſſitate quidem non impeditur homo a ſumptione huius ſacramenti, niſi propter peccatum mortale, ſed ex quadam conuenientia poteſt homo impediri propter alias cauſas, ſicut dictum eſt*.

*In corp. art.

Ad 2^m dicendum, quòd coitus coniugalis ſi ſit ſine peccato (puta ſi fiat cauſa prolis generandę, vel cauſa reddendi debitum) non alia ratione impedit ſumptionem huius ſacramenti, niſi ſicut dictum eſt† de pollutione nocturna, quæ accidit ſine peccato, ſcilicet propter immunditiam corporalem, & mentis diſtractionem: ratione cuius Hier.† dicit ſuper Matth. ſi panes propoſitionis ab his qui vxores tetigerāt, comedi non poterāt, quanto magis panis, qui de cælo deſcendit, non poteſt ab his, qui coniugalibus paulo ante* vacauere amplexibus, violari atque contingi? non quòd nuptias condemnemus, ſed quòd eo tempore, quo carnes agni manducaturi ſumus, vacare carnalibus operibus non debemus. ſed quia hoc ſecundum congruitatem, & non ſecundum neceſſitatē eſt intelligendum, Greg. †dicit, quòd talis eſt ſuo iudicio relinquendus: ſi vero non amor procreandæ ſobolis, ſed voluptas dominatur in opere (vt ibidem G. ſubdit) tunc prohiberi debet, ne accedat ad ſacrm̄.

In cor. art.

Refert 33. q. 4. c. Sciatis.

Alias hæc ... cō-le... nous.

Ad 3^m dicendum, quòd ſicut Gregor. † dicit in epiſtola ſupradicta ad Auguſt. anglorum epiſcopum, in veteri teſtamēto aliqui polluti dicebantur figuraliter, quod populus nouæ legis ſpiritualiter intelligit. Vnde huiuſmodi corporales immunditiæ, ſi ſint perpetuæ vel diuturnæ, non impediunt ſumptionem huius ſacramenti ſalutaris, ſicut impediebant acceſſum ad ſacramēta figuralia: ſi uero cito tranſeāt (ſicut immunditia pollutionis nocturnę) ex quadam congruentia impediunt ſumptionē huius ſacramenti per illum diem, quo hoc accidit. vnde & Deuter. 23. dicitur: ſi fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus ſit ſomnio, egredietur extra caſtra, & non reuertetur priuſquam ad veſperam lauetur aqua.

Loco citato in arg. ... & habetur 33. q. 4. ca. vir cū propria. ... ſi. regi... ad interroga. 10. med.

A Ad 4^m dicendum, quòd licet per contritionem & confeſſionem auferatur reatus culpæ, non tamen aufertur corporalis immunditia, & diſtractio mentis ex pollutione conſecuta.

Ad 5^m dicēdum, ꝙ ſomnium homicidij non inducit corporalem immunditiam, nec etiam tantam diſtractionem mētis, ſicut fornicatio ſomniata propter delectationis intenſionem: ſi tamen ſomnium homicidij proueniat ex cauſa, quæ eſt peccatum, pręſertim mortale, impedit a ſumptione huius ſacramenti, ratione ſuę cauſæ.

## Articvlvs VIII.

*Vtrum cibus uel potus præaſſumptus impediat ſumptionem huius ſacramenti.*

Ad octavvm ſic proceditur. Videtur quòd cibus vel potus pręaſſumptus nō impediat ſumptionem huius ſacramenti. Hoc enim ſacramentum eſt a Domino inſtitutum in cœna: ſed Dominus poſtquàm cœnauit, hoc ſacramentum diſcipulis ſuis tradidit, ſicut patet Luc. 22. & primæ Cor. 11. ergo videtur quòd etiam poſt alios cibos aſſumptos nos debeamus ſumere hoc ſacramentum.

Infr. art. 9. cor. Et 2. 2. q. 147. ar. 6. ad 2. Et 4. diſt. 8. q. 1. ar. 4. q. 1. & 2. Et 1. Co. 11. lec. 4.

C ¶ 2 Pręt. Primæ Cor. 11. dicitur. Cum conuenitis ad manducandum, ſcilicet corpus Domini, inuicem expectate, ſi quis autem eſurit, domi manducet: et ita videtur quòd poſtquam aliquis domi manducauerit, poſſit in eccleſia corpus Chriſti manducare.

¶ 3 Pręt. In concilio Carthaginenſi legitur, & habetur de conſecr. diſtin. 1. * ſacramenta altaris non niſi a ieiunis hominibus celebrentur, excepto uno die anniuerſario, quo cœna Domini celebratur. ergo ſaltem illa die aliquis poteſt corpus Chriſti poſt alios cibos ſumere.

In conc. 3. Carthagi. can. 29. & habetur de cōſec. diſt. 1. ca. ſacra altaris.

¶ 4 Præt. Sumptio aquæ vel medicinæ, vel alterius cibi, vel potus in minima quantitate, vel reliquiarū

D cibi in ore manentium, neque ieiunium eccleſię ſoluit, neque ſobrietatem tollit, quæ exigitur ad hoc, ꝙ aliquis reuerenter ſumat hoc ſacramentum. ergo per prædicta non impeditur aliquis a ſumptione huius ſacramenti.

¶ 5 Pręt. Quidam de nocte profunda comedūt aut bibunt, & forte totam noctem inſomnem ducentes, de mane percipiunt ſacra myſteria nondum plene digeſti. Minus autē impediretur ſobrietas hominis, ſi in mane parum comederet, & poſtea circa nonam ſumeret hoc ſacramentum, cum etiam ſit quandoque maior diſtantia temporis. ergo videtur quòd talis cibi præaſſumptio non impediat hominem ab

E hoc ſacramento.

¶ 6 Præt. Non minor reuerentia debetur huic ſacramento iam ſumpto, quàm ante ſumptionem: ſed ſumpto ſacramento, licet cibum aut potum ſumere. ergo & ante ſumptionem.

Sed contra eſt, quòd Auguſti. dicit in lib. reſponſionum ad Ianuarium, placuit Spirituiſancto, vt in honorem tanti ſacramenti, prius in os Chriſtiani corpus dominicum intraret, quàm ceteri cibi.

Epiſt. 118. cap. 6. ante med. to. 2.

Respon. Dicendum, quòd aliquid impedit ſumptionem huius ſacramenti dupliciter: uno modo ſecundum ſe, ſicut peccatum mortale, quod habet repugnantiam ad ſignificatum huius ſacramenti, vt ſupra dictum eſt*: alio modo propter prohibitionem eccleſię: & ſic impeditur aliquis a ſumptione huius

* art. pced. & art. 4. huius quęſt.

ſacramenti poſt cibum & potum aſſumptum, triplici ratione. Primo quidem ſicut Aug.† dicit, in honorem huius ſacramenti, vt ſcilicet in os hominis intret, nōdum aliquo cibo vel potu infectum. Secundo, propter ſignificationem, vt ſcilicet detur intelligi, quòd Chriſtus (qui eſt res huius ſacramēti) & charitas eius, debet primo fundari in cordibus noſtris, ſecundum illud Matthæ. 6. Quærite primum regnum dei. Tertio, propter periculum vomitus & ebrietatis, quæ quandoque contingunt ex hoc, quòd homines inordinate cibis vtūtur, ſicut & apoſtolꝰ dicit primæ Cor. 11. Alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt: ab hac tamen generali regula excipiuntur infirmi: qui ſtatim communicādi ſunt, etiam poſt cibum, ſi de eorum periculo dubitatur, ne ſine communione decedant: quia neceſſitas legem non habet. vnde dicitur de conſec.† diſt. 2. Presbyter infirmum ſtatim communicet, ne ſine communione moriatur.

† Epiſ. 118. cap. 6. ante med. to. 2.

† de cōſecr. diſt. 2. cap. Presbyter.

Ad primum ergo dicendum, quòd ſicut Auguſt.* in eodem lib. dicit, neque quia poſt cibos dominus dedit, propterea pranſi aut cœnati fratres ad hoc ſacramentum accipiendum conuenire debent, aut menſis ſuis miſcere: ſicut faciebant quos Apoſtolus arguit & emendat. nāque ſaluator, quo vehementius commendaret myſterij illius altitudinem, vltimū hoc voluit infigere cordibus & memoriæ diſcipulorum: et ideo non præcepit, quod deinceps tali ordine ſumeretur, vt Apoſtolis, per quos eccleſias diſpoſiturus erat, ſeruaret hunc* locum.

* Epiſ. 118. c. 6. ſ med. to. 2.

* Al. modū.

Ad 2m dicendum, quòd illud verbum in gloſſ. ſic exponitur: ſi quis eſurit, & impatiens non vult expectare alios, manducet domi cibos ſuos, ideſt, pane terreno paſcatur, nec poſt euchariſtiam ſumat.

Ex gl. inter lin. ibi colligitur.

Ad 3m dicendum, quòd capitulum illud loquitur ſecundum conſuetudinem aliquando apud aliquos obſeruatam, vt in repræſentationem dominicæ cœnæ illo die a non ieiunis corpus Chriſti ſumeretur: ſed nunc hoc abrogatum eſt. nam ſicut Aug.* in libr. prædicto dicit: per vniuerſum orbem mos iſte ſeruatur, vt ſcilicet corpus Chriſti a ieiunis ſumatur.

* in ep. 118. cap. 6. ante med. to. 2.

Ad 4m dicendum, quòd (ſicut in ſecunda parte habitum eſt*) duplex eſt ieiunium. Primum eſt ieiunium naturæ: quod importat priuationem cuiuſcumque præaſſumpti per modum cibi vel potus, & tale ieiuniū requiritur ad hoc ſacramentum propter prædicta, † et ideo neque poſt aſſumptionem aquæ, vel alterius cibi aut potus, vel etiam medicinæ, in quantūcumque parua quantitate, licet hoc ſacramentum accipere: nec refert vtrum aliquid huiuſmodi nutriat vel non nutriat, aut per ſe, aut cum alijs, dummodo ſumatur per modum cibi vel potus: reliquiæ tamen cibi remanentes in ore, ſi caſualiter tranſglutiantur, non impediunt ſumptionem huius ſacramenti: quia non traiiciuntur per modum cibi, ſed per modum ſaliuæ: et eadem ratio eſt de reliquijs aquæ vel vini, quibus os abluitur: dummodo nō traiciantur in magna quantitate, ſed permiſtæ ſaliuæ, quod vitari nō poteſt. Aliud autem eſt ieiunium eccleſiæ, quod inſtituitur ad carnis macerationem: et tale ieiunium per prædicta non impeditur, quia prædicta non multum nutriunt, ſed magis ad alterandum ſumuntur.

* 2. 2. q. 147. art. 6. ad 2. arg.

† In cor. ar.

Ad 5m dicendum, quòd cum dicitur, quòd hoc ſacramentum prius, quàm alij cibi, debet in os Chriſtiani intrare, non eſt intelligendum abſolute reſpectu totius temporis: alioquin qui ſemel comediſſet vel bibiſſet, numquam poſſet poſtea hoc ſacramentum

F accipere, ſed eſt intelligendum quantum ad eundem diem. et licet principium diei, ſecundum diuerſos diuerſimode ſumatur: nam quidam a meridie, quidam ab occaſu, quidam a media nocte, quidam ab ortu ſolis, diem incipiunt: eccleſia tamen romana diē a media nocte incipit. et ideo ſi poſt mediam noctem aliquis ſumpſerit aliquid per modum cibi vel potus, nō poteſt eadem die hoc ſumere ſacramentum: poteſt vero, ſi ante mediam noctem: nec refert vtrum poſt cibum vel potum aſſumptum dormierit, aut etiam digeſtus ſit, quantum ad rationem præcepti: refert autem quantum ad perturbationem mentis, G quam patiuntur homines propter inſomnietatem vel indigeſtionem. ex quibus ſi mens multum perturbetur, homo redditur ineptus ad ſumptionem huius ſacramenti.

Ad 6m dicendum, quòd maxima deuotio requiritur in ipſa ſumptione huius ſacramenti: quia tunc percipitur ſacramenti effectus, quæ quidem deuotio magis impeditur per præcedentia, quàm per ſequentia: & ideo magis eſt inſtitutum, ꝙ homines ieiunent ante ſumptionem huius ſacramenti, quàm poſt: debet tamen eſſe aliqua mora inter ſumptionem huius ſacramenti, & reliquos cibos. vnde & in miſſa, oratio gratiarum actionis poſt communionem dicitur, & H communicantes etiam ſuas priuatas orationes dicunt: ſecundum tamen antiquos canones ſtatutum fuit a papa Clemente (vt habetur de conſecr. diſt. 2.*) ſi mane dominica portio editur, vſque ad ſextam ieiunent miniſtri, qui eam ſumpſerunt: & ſi 3. vel 4. hora acceperint, ieiunent vſque ad veſperum. Antiquitus enim rarius miſſarum ſolennia celebrabantur, & cum maiori præparatione: nunc autem, quia oportet frequentius ſacra myſteria celebrare, non poſſet de facili obſeruari: & ideo per contrariam conſuetudinem eſt abrogatum.

*de cōſecr. diſt. 2. cap. tribus gradibus.

I

## Articvlvs IX.

*Vtrum non habentes uſum rationis, debeant ſuſcipere hoc ſacramentum.*

Ad nonvm ſic proceditur. Videtur quòd non habentes vſum rationis, non debeant hoc ſacramentum ſuſcipere. requiritur enim, quòd aliquis ad hoc ſacramentum cum deuotione, & præcedente ſui examinatione accedat, ſecundum illud primæ Corin. 11. Probet ſeipſum homo, & ſic de pa K ne illo edat, & de calice bibat: ſed hoc non poteſt eſſe in his, qui carent vſu rationis. ergo non debet eis hoc ſacramentum dari.

¶ 2 Præt. Inter alios qui carent vſu rationis, ſunt etiam arreptitij, qui energumeni dicuntur: ſed tales etiam ab inſpectione huius ſacramenti arcentur, ſecundum Dionyſ.* in lib. eccleſiaſt. hier. ergo carentibus vſu rationis, hoc ſacramentum dari non debet.

* ca. 3. eccl. hier. p. 1.

¶ 3 Præt. Inter alios carentes vſu rationis, maxime pueri vi-

¶ *Super Quæſtionis octuageſimæ Articulum nonum.*

In art. 9 in reſponſione ad vltimum, aduerte circa communionem puerorum & puellarum, cum ad annos diſcretionis peruenerint, iuxta c. vtriuſque ſexus, quòd iudicium de initio diſcretionis debet a parentibus & confeſſore fieri. A parentibus quidem, quoniam continua conuerſatione experiūtur, an filius ſeu filia diſcernere ſciat panem ſpirit ualem a materiali, & cum deuotione præparare ſe ad ſacramētū. A confeſſore vero: quoniam in ipſa cōfeſſione poteſt aduertere quantum diſcretionis aut deuotionis poſſit ineſſe. ¶ Et videtur nimia cautela adhiberi a parentibus non exponentibus puellas decem annorū ad

4. diſt. 9. ar. 5. q. 3 & 4. & diſt. 13. qō. 2 art. 1. q. 4. cor. Et Io. 6 lect. 7.



ad communionem: dicunt enim, quòd ſunt nimis paruæ: cum tamen ſufficiētem habeant & diſcretionem & deuotionem. Et licet ipſi pueri ac puellæ videantur excuſari, retrahentibus parentibus, & confeſſore non præcipiente: quoniam diſciplina ætatis illius exigit, vt maioribus ſuis, pluſquam ſibiipſis, & credāt & pareāt, parentes tamen nō excuſantur.

A dentur eſſe innocentes: ſed pueris hoc ſacramentum non exhibetur. ergo multo minus alijs carentibus vſu rationis.

Sed contra eſt, quòd legitur in concilio Auraſico* (& habetur in decret. 26. q. 6. c. qui recedunt.) Amentibus, quæcumque pietatis ſunt, conferenda ſunt: et ita eſt eis conferendum hoc ſacramentum: quod eſt ſacrm pietatis.

* in Arauſicano cōc. can. 3. habet de conſecr. diſt. 2. Qui recedunt.

Respon. Dicendum, ꝙ aliqui dicuntur non habere vſum rationis dupliciter. vno modo, quia B habent debilem vſum rationis, ſicut dicitur non videns, qui male videt: et quia tales poſſunt aliquam deuotionem huius ſacramenti concipere, non eſt eis hoc ſacramentum denegandum: alio modo: dicūtur aliqui non habere totaliter vſum rationis. aut igitur numquam habuerunt vſum rationis: ſed ſic a natiuitate permanſerunt, et ſic talibus non eſt hoc ſacramentum exhibendum: quia in eis nullo modo præceſſit huius ſacramēti deuotio: aut non ſemper caruerunt vſu rationis, & tunc, ſi prius, quando erant compotes ſuæ mentis, apparuit in eis deuotio huius ſacramenti, debet eis in C articulo mortis hoc ſacramentum exhiberi: niſi forte timeatur periculum vomitus vel expuitionis. vnde in concilio Carthaginēſi legitur* (& habetur in decret. 26. q. 2.) Is qui infirmitate pœnitentiam petit, ſi caſu, dum ad eum ſacerdos inuitatus venit, oppreſſus infirmitate obmutuerit, vel in phreneſim conuerſus fuerit, dent teſtimonium qui eum audierunt, & accipiat pnīam, & ſi continuo credit̃ moriturus, reconcilieť p manus impoſitionē, & infundat̃ ori eius euchariſtia.

* in conc. 4. Cartha. ca. 76. & habetur 26. q 6. c. Is qui in infirmitate.

Ad primvm ergo dicendum, quòd carentes vſu rationis poſſunt deuotionem ad ſacramentum habere, quantum ad aliquos quidem præſentem, quantum ad alios autem præteritam.

Ad 2m dicendum, quòd Dion.* loquitur ibi de D energumenis nondum baptizatis, in quibus ſcilicet nondum eſt vis dæmonis extincta, quæ viget in eis per originale peccatum. ſed de baptizatis, qui corporaliter ab immundis ſpiritibus vexantur, eſt eadem ratio, & de alijs amentibus. vnde Caſſianus dicit, eis qui ab immūdis vexantur ſpiritibus, communionem ſacroſanctam a ſenioribus noſtris numquam meminimus interdictam.

* loco citato in arg.

Ad 3m dicendum, quòd eadem ratio eſt de pueris recenter natis, & de amentibus, qui numquam habuerunt vſum rationis, vnde talibus non ſunt ſacra myſteria danda: quamuis quidam græci contrarium faciant, propter hoc quòd Dionyſ. 2. * Cæleſt. hierar. E dicit, baptizatis eſſe ſacram communionem dandam, non intelligentes, quòd Diony. ibi loquitur de baptiſmo adultorum: nec tamen per hoc aliquod detrimentum vitæ patiuntur, propter hoc ꝙ dominus dicit Ioannis 6. niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: quia ſicut Aug.* ſcribit Bonifacio, tūc vnuſquiſq; fidelium, corporis & ſanguinis domini particeps fit, ſcilicet ſpiritualiter, quādo in baptiſmate membrum corporis Chriſti efficitur: ſed quando iam pueri incipiunt aliqualem vſum rationis habere, vt poſſint deuotionem concipere huius ſacramenti, tunc poteſt eis hoc ſacramentum conferri.

* c. 1. ī par. circa fin.

* Refertur de cōſec. di. 4. cap. Nulli.

## Articvlvs X.

*Vtrum liceat quotidie hoc ſacramentum ſuſcipere.*

Ad decimvm ſic proceditur. Videtur quòd non liceat quotidie hoc ſacramentum ſuſcipere: ſicut. n. baptiſmus repræſentat dominicam paſſionem, ita & hoc ſacramentum: ſed non licet pluries baptizari, ſed ſemel tantū: quia Chriſtus ſemel tantum pro peccatis noſtris mortuus eſt, vt dicitur primæ Pet. 3. ergo videtur, ꝙ non liceat hoc ſacramentum quotidie ſuſcipere.

¶ 2 Præt. Veritas debet reſpondere figuræ: ſed agnus paſchalis, qui fuit figura præcipua huius ſacramenti (vt ſupra dictum*) non mādūcabatur, niſi ſemel in anno: ſemel etiam in anno eccleſia celebrat Chriſti paſſionem, cuius hoc ſacramentum eſt memoriale. ergo videtur, quòd non liceat quotidie ſumere hoc ſacramentum, ſed ſolum ſemel in anno.

* q 73. art. 6.

¶ 3 Præt. Huic ſacramento, in quo totus Chriſtus continetur, maxima reuerentia debetur. ad reuerentiā aūt pertinet, ꝙ aliquis ab hoc ſacro abſtineat. vñ & laudatur Centurio, q dixit Mat. 8. Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, & Petrus, qui dixit Lucæ. 5. Exi a me domine, quia homo peccator ego ſum. ergo nō eſt laudabile, ꝙ homo quotidie hoc ſacramentum ſuſcipiat.

¶ 4 Præt. Si eſſet laudabile, frequenter hoc ſacramentum accipere, quanto frequentius ſumeretur, tanto eſſet laudabilius: ſed maior eſſet frequētia, ſi homo pluries in die ſumeret hoc ſacramentum. ergo eſſet laudabile, quòd homo pluries in die communicaret: quod tamen non habet eccleſiæ conſuetudo. non ergo videtur eſſe laudabile, quòd aliquis quotidie hoc ſacramentum accipiat.

¶ 5 Præt. Eccleſia intendit ſuis ſtatutis fidelium vtilitati prouidere: ſed ex ſtatuto eccleſiæ fideles tenentur ſolum ſemel communicare in anno: vnde dicitur* extra de pœniten. & remiſ. Omnis vtriuſque ſexus fidelis ſuſcipiat reuerenter, ad minus in paſcha euchariſtiæ ſacramentum, niſi forte de proprij ſacerdotis conſilio ob aliquam rationabilem cauſam, ad tempus ab eius perceptione duxerit abſtinendum. non ergo eſt laudabile, quòd quotidie hoc ſacramentum ſumatur.

¶ *Super Quæſtionis octuageſimæ Articulum decimum.*

In ar. 10. circa quotidianam celebrationem, nota Aug. verbum. Sic viue, vt quotidie merearis accipere: qm̄ per ſic viuere intelligendū eſt, ſpiritualem vitā ſic ducere, vt quotidiana cōione ſemp augeatur: alioquin non ſic viuitur, vt quotidie mereamur accipere. Nam qui quotidie mereť accipere, debet quotidie ſic eſſe diſpoſitꝰ, vt fructum euchariſtiæ percipiat, fructus aūt ſpūalis huius cibi eſt, non ſolū actualis refectio ſpiritus, ſed augmētum gratiæ: qm̄ p totum tp̄s præſentis vitæ ſumus in ſtatu augmenti.

4. diſt. 12. q. 3. ar. 1. Et 1. cor. 11. lec. 7.

¶ Propter quod crebro, aut quotidie celebrantes diſcutiāt in ſeipſis fructū præteritæ celebratiōis, & ſm ꝑfectum vel defectum, quem experiuntur in ſe, proſequantur, vel a ꝓſecutione deſiſtant: qui. n. multis celebrationibꝰ peractis ad actus virtutum non melius ſe habet, q̄ prius, paſſionibuſque non minus ſubiicit̃, quàm prius, parum aut nihil celebrando proficit. Dico autem parum: quia forte quo ad aliquam actualē deuotionem proficit. Dixi quoq; poſt multas celebrationes: quoniā non audeo aſſerere, in qualibet celebratiōe oportere celebrātem eſſe diſpoſitum ſic, vt per quamlibet celebrationem augeatur habitus gratiæ. Dicet. n. forte quiſpiam, quòd etiam puer in ſtatu augmenti, nō ex quolibet ſumpto cibo ſingillatim augeť, quāuis hoc non multū vrgere videatur: qa augmentū corporale a virtute naturali determinata ad naturalem diſpoſitionem fit: augmētum autem charitatis a diuina fit virtute, qñcūq; aīa ad hoc ſe ſufficienter præparauerit.

* In decre. li. 5. tit. 38. ca. Omnis vtriuſque ca. 8.

In ſer. 28. parum ante mediū, tom. 10.

SED CONTRA eſt, quòd Aug. dicit in libr. de verbis domini. Iſte panis quotidianus eſt, accipe quotidie, vt quotidie tibi proſit.

RESPON. Dicendum, ꝙ circa vſum huius ſacri duo poſſunt conſiderari. vnum quidē, ex parte ipſius ſacri, cuius virtus eſt hominibus ſalutaris. et ideo vtile eſt quotidie ipſum ſumere, vt homo quotidie eius fructum percipiat. vnde Ambr.* dicit in lib. de ſacris, ſi quotieſcūq; effunditur ſanguis Chriſti, in remiſſionem peccatorum effunditur, debeo ſemper accipere: qui ſemper pecco, debeo ſemper habere medicinam. alio modo, poteſt cōſiderari ex parte ſumentis, in quo requiritur, vt cum magna deuotione & reuerentia ad hoc ſacramentum accedat: et ideo ſi aliquis ſe quoti- G die ad hoc paratum inueniat, laudabile eſt, ꝙ quotidie ſumat. vnde Aug.* cum dixiſſet, Accipe quod quotidie tibi proſit, ſubiungit, ſic viue, vt quotidie merearis accipere: ſed quia multoties in pluribus hominū, multa impedimenta huius deuotionis occurrūt, propter corporis indiſpoſitionem vel animæ, nō eſt vtile omnibus hominibus, quotidie ad hoc ſacramentum accedere, ſed quotieſcumque ſe ad illud homo inuenerit præparatum. vnde in lib. de eccleſiaſt. dogmatibus * dicitur, quotidie euchariſtiæ communionem accipere, nec laudo, nec vitupero.

* lib. 4. c. 6. a med. to. 4

* In ſer. 28. de verb. domini. parum ante med. tom. 10.

* cap. 53. in prin. habet liber hic inter opa Auguſt. to. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd per ſacr̄m baptiſmi configuratur homo morti Chriſti, in ſe ſu- H ſcipiens eius characterem: & ideo ſicut Chriſtus ſemel mortuus eſt, ita ſolum ſemel debet homo baptizari: ſed per hoc ſacramentū non recipit homo Chriſti characterem: ſed ipſum Chriſtum, cuius virtus manet in æternum. vnde Hebr. 10. dicitur, vna oblatione conſumauit in ſempiternum ſanctificatos: & ideo quia quotidie homo indiget ſalutifera Chriſti virtute, quotidie poteſt laudabiliter hoc ſacramentum ſuſcipere: et quia præcipue baptiſmus eſt ſpiritualis regeneratio, ideo ſicut homo ſemel carnaliter naſcitur, ita debet ſemel ſpiritualiter renaſci per baptiſmum, vt Aug.* dicit ſuper illud Ioā. 3. Quomodo poteſt homo naſci cum ſit ſenex? ſed hoc ſacramentum eſt cibus ſpiritualis: vnde ſicut cibus corporalis quotidie I ſumitur, ita & hoc ſacramentum quotidie ſumere, laudabile eſt. vnde dominus Luc. 11. docet petere, Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. in cuius expoſitione Auguſt.* dicit in lib. de verbis Domini, ſi quotidie accipis, ſcilicet hoc ſacramentum, quotidie tibi eſt hodie, tibi quotidie Chriſtus reſurgit: hodie enim eſt, quando Chriſtus reſurgit.

* tract. 9. in euan. Ioā. non multum ante med. to. 9.

* In ſer. 28. de verb. domini a med. tom. 10.

AD 2m dicendum, ꝙ agnus paſchalis præcipue fuit figura huius ſacramenti, quantum ad paſſionē Chriſti, quæ repræſentatur per hoc ſacramentum: et ideo ſemel tantum in anno ſumebatur, quia Chriſtus ſemel mortuus eſt, & propter hoc etiam eccleſia celebrat ſemel in anno memoriam paſſionis Chriſti: ſed K in hoc ſacramento traditur nobis memoriale paſſionis Chriſti per modum cibi, qui quotidie ſumitur: et ideo quantum ad hoc ſignificatur per māna, quod quotidie dabatur populo in deſerto.

AD 3m dicendum, ꝙ reuerentia huius ſacramenti habet timorem amori coniunctum (vnde timor reuerentiæ ad deū, dicitur timor filialis, vt in ſecunda parte* dictum eſt) ex amore. n. prouocatur deſiderium ſumendi, ex timore aūt conſurgit humilitas reuerendi: et ideo vtrūque pertinet ad reuerentiam huius ſacramenti, & ꝙ quotidie ſumatur, & quòd aliquando abſtineatur: vnde Augu.* dicit, ſi dixerit quiſpiam non F quotidie accipiendam euchariſtiam, alius contra, faciat vnuſquiſq; quod ſecundum fidē ſuam pie credit eſſe faciendum: neque enim litigauerunt inter ſe Zacchæus, & ille Centurio, cum alter eorū gaudens ſuſcepit Dominum, alter dixit, Non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, ambo Saluatorem honorificātes, quamuis non uno modo: amor tamen & ſpes, ad quę ſemper ſcriptura nos prouocat, præferuntur timori. vnde & cum Petrus dixiſſet, Exi a me Domine, quia homo peccator ſum, reſpondit Ieſus, noli timere.

* 1. 2. q. 67. art. 4. ad 2. Et 2. 2. q. 19. art. 9. & alijs.

* Epiſt. 118. c. 3. to. 2.

AD 4m dicendum, quòd quia dominus dicit, Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, non eſt pluries in die communicandum, vt ſaltem per hoc, ꝙ aliquis ſemel in die communicat, repræſentetur vnitas paſſionis Chriſti.

AD 5m dicendum, ꝙ ſecundum diuerſum ſtatum eccleſiæ, diuerſa circa hoc ſtatuta emanauerunt. nam in primitiua eccleſia, quādo magna vigebat deuotio fidei Chriſtianæ, ſtatutum fuit, vt quotidie fideles communicarent. vnde Anacletus papa* dicit, peracta conſecratione, omnes communicent, qui noluerint eccleſiaſticis carere liminibus: ſic enī & Apoſtoli ſtatuerūt, & ſancta Romana tenet eccleſia. poſtmodum vero diminuto fidei feruore, Fabianus papa† indulſit, vt ſi non frequentius, ſaltem ter in anno, omnes communicent, ſcilicet in paſcha, pentecoſte, & natali Domini. Soter* etiam papa in cœna domini dicit eſſe communicandum, vt habetur in decret. de conſecrat. diſtinct. 2. poſtmodum propter iniquitatis abundantiam refrigeſcente charitate multorum, ſtatuit Innocentius III. † vt ſaltem ſemel in anno, ſcilicet in paſcha, fideles communicent: conſulitur tamen in lib. de eccleſiaſticis dogmatibus,* omnibus diebus dominicis eſſe communicandum.

* In ep. ſua 1. in med. illius. & habet de conſecr. diſt. 1. ca. Epiſcopus.
† De cōſec. diſt. 2. cap. Etſi nō frequentius.
* In epi. ad epiſ. Italię, de conſec. diſt. 2. c. in cœna.
† Inn. III. in cōc. Lat. can. 21.
* c. 53. circa prin. habet lib. hic inter opa Auguſt. to. 3.

### ARTICVLVS XI.

*Vtrum liceat omnino a communione ceſſare.*

I AD VNDECIMVM ſic proceditur. Videtur quòd liceat ceſſare omnino a communione: laudatur enim Centurio de hoc, Matthæi octauo, Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum. Cui comparatur ille, qui reputat a communione ſibi eſſe abſtinendum, vt dictum eſt*. cum ergo numquam legatur Chriſtum in eius domum veniſſe, videtur quòd liceat alicui toto tempore vitæ ſuæ a cōmunione abſtinere.

* ar. preced. in arg. 3.

K ¶ 2 Præt. Cuilibet licet abſtinere ab his, quæ non ſunt de neceſſitate ſalutis: ſed hoc ſacramentum non eſt de neceſſitate ſalutis, vt ſupra dictum eſt. † ergo licet a ſumptione huius ſacramenti omnino ceſſare.

Q. 73. ar. 3.

¶ 3 Præt. Peccatores non tenentur communicare. vnde Fabianus Papa* cum dixiſſet, Ter in anno omnes communicent, adiunxit, niſi forte quis maioribus criminibus impediatur. ſi ergo illi, qui non ſunt in peccato, tenentur communicare, videtur quòd melioris cōditionis ſint peccatores, quàm iuſti, quod eſt inconueniens. ergo videtur, quòd etiam iuſtis liceat a cōmunione ceſſare.

* Habet de cōſec. di. 2. c. Etſi non frequenti.

SED CONTRA eſt, quòd Dominus dicit Ioan. 6. Niſi manducaueritis carnem filii hominis & biberitis eius ſanguinem, non Ɓ habebitis vitam in vobis.

RESPON. Dicendum, quòd (ſicut ſupra* dictum eſt) duplex eſt modus percipiendi hoc ſacramentum, ſcilicet ſpiritualis, & ſacramentalis: manifeſtum eſt autem, quòd omnes tenentur ſaltem ſpiritualiter manducare, quia hoc eſt Chriſto incorporari, vt ſupra† dictum eſt. Spiritualis autem manducatio includit votum, ſeu deſiderium percipiendi hoc ſacramentum, vt ſupra* dictum eſt: & C ideo ſine voto percipiendi hoc ſacramentum, non poteſt homini eſſe ſalus: fruſtra autem eſſet votum, niſi impleretur, quādo opportunitas adeſſet. & ideo manifeſtum eſt, quòd homo tenetur hoc ſacramentum ſumere, non ſolum ex ſtatuto eccleſiæ, ſed ex mandato Domini dicentis Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem: ex ſtatuto autem eccleſiæ ſunt determinata tempora exequendi Chriſti præceptum.

* art. 1. huius quæſt. & q. 73. ar. 3. ad 1.
Q. 73. ar. 3.
Ibidem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut Grego.* dicit in Paſtorali, Illa eſt vera humilitas, cum ad reſpuendum quod vtiliter præcipitur, pertinax non eſt: & ideo non poteſt eſſe laudabilis humilitas, ſi contra præceptum Chriſti & eccleſiæ aliquis omnino a communione abſtineat: neq; enim Cēturioni præceptū fuit, vt Chriſtum in ſua domo reciperet.

* 3. p. omnis admonit. ſcilicet cap. 6. ſe ... [In 1. parte ca. 6. circa princ.]

AD 2m dicendum, quòd hoc ſacramentum dicitur non eſſe neceſſitatis, ſicut baptiſmus, quantum ad pueros, quibus poteſt eſſe ſalus ſine hoc ſacramento, non autem ſine ſacramento baptiſmi: quantum vero ad adultos, vtrumque eſt neceſſitatis.

4. diſt. 12. q. 3. art. 1.

AD 3m dicendum, quòd peccatores magnum detrimentum patiuntur, ex hoc quòd repelluntur a perceptione huius ſacramenti, vnde per hoc non ſunt melioris conditionis. & licet in peccatis permanentes non excuſentur propter hoc a tranſgreſſione præcepti, pœnitentes tamen, qui, vt Innocen.* dicit, ſecundum conſiliū ſacerdotis abſtinent, excuſantur.

### ARTICVLVS XII.

*Vtrum liceat ſumere corpus Chriſti ſine ſanguine.*

C AD DVODECIMVM ſic proceditur. Videtur quòd non liceat ſumere corpus Chriſti ſine ſanguine: dicit enim Galaſius papa*, & habetur de conſecrat. diſtinct. 2. Comperimus, quòd quidam ſumpta tantummodo corporis ſacri portiōe, a calice ſacrati cruoris abſtinent, qui proculdubio (quoniam neſcio qua ſuperſtitione docentur aſtringi) aut integra ſacramenta percipiant, aut ab integris arceantur. non ergo li- D cet ſumere corpus Chriſti ſine eius ſanguine.

* Innoc. in conc. Latera. can. 21. & habetur li. 5 decret. tit. 38. c. 12.

Infra q. 82. art. 4. Et 4. diſt. 12. qō. 3. art. 1. q. 2.
* de cōſecr. diſt. 2. cap. Cōperimꝰ.

§ 2 Pręt. Ad perfectionem huius ſacramenti concurrit & manducatio corporis & potatio ſanguinis, vt ſupra habitum eſt†: ſi ergo ſumatur corpus ſine ſanguine, erit ſacramentum imperfectum, quod ad ſacrilegium pertinere videtur. vnde ibidem Gelaſ.* ſubdit, quia diuiſio vnius eiuſdēque myſterij ſine grandi ſacrilegio prouenire non poteſt. E

† q. 74. ar. 1. & 76. ar. 2. ad arg. 1.
* Loco citato in arg. 1.

*¶ Super Quæſtionis octuageſimæ Articulum vndecimum.*

IN articul. 11. eiuſdem quæſtio. circa illud, Fruſtra autem eſſet votum, niſi impleretur quādo opportunitas adeſſet, aduerte, quòd opportunitas non ſumitur hic pro commoditate ſola, ſed iūcta neceſſitati acſi diceretur, quando opus eſſet. Dico autem hoc, quia conſtat communionem non eſſe in præcepto, quoties commoditas communicandi adeſt: cum ſit præceptum affirmatiuum, obligans ex natura ſua tempore non commoditatis, ſed neceſſitatis, quod autem ſit illud tempus neceſſitatis, cum eccleſia iam determinauerit ad ſemel in anno, non oportet ſolicitum eſſe: curioſus tamen diſputator ex iis, quæ de tempore vrgente adultos ad baptiſmū ſcripta ſunt, inueniet.

¶ Aduerte hoc in loco hanc materiam non apparere vſquequaque claram: qm̄ multi doct. & Auctor in 4. ſent. diſt. 9. q. 1. art. 1. tenent communionem, non eſſe ex Chriſti, ſed eccleſiæ præcepto neceſſariam, & rationes in litera allatæ inferentes cōmunionem eſſe ſub præcepto Chriſti, probabiles ſunt: nā prima ex communiter confeſſis, ſ. ꝙ manducatio ſpiritualis huius ſacramēti ſit de neceſſitate ſalutis, procedit. ſecunda autem ex mandato domini, hoc facite in meam commemorationem. Non oportet propterea accipere has rationes, vt coactiuas: qm̄ primam poſſet quis ſubterfugere, dicendo ꝙ licet mā ducatio ſpiritualis huius ſacri claudat in ſe votum manducationis ſacramentalis, non oportet tamen, quòd manducatio ſpiritualis Chriſti claudat in ſe votum manducationis ſacramentalis: angeli. n. manducāt ſpiritualiter Chr̄m, & non manducant ſpiritualiter hoc ſacramentum, nec habent votum manducandi ſacramentaliter, & ſimiliter habens baptiſmum in voto tantum, manducat ſpiritualiter Chriſtum, & nō niſi remotiſſime habet in voto manducationem ſacramentalem. doctores autē communiter loquē do, indiſtincte vocant ſpiritualē manducationem Chriſti, & ſpiritualē mā ducationem ſacramenti euchariſtiæ, acſi vnum & idem eſſent, cōi nomine appellando vtramque ſpiritualem mā ducationem corporis & ſanguinis Domini: cum tamen, formaliter loquendo, diſtinguātur formaliter: quoniam vna reſpicit corpus Chriſti myſticū abſolute, altera vero idem corpus Chriſti myſticum, vt ſacramento euchariſtiæ ſignificatur & confertur. Prima fit fide formata abſolute, vel viſione beata: ſecunda fit fide formata deſiderante hoc ſacr̄m.

¶ Secunda autem ratio euadi poteſt, dicendo præceptum domini cadere non ſuper hoc facere, ſed ſuper relationem ipſius facere ad ſuam commemorationem, iuxta interpretationem eccleſiæ vtentis hoc domini mandato ſub his verbis, Hæc quotieſcumque feceritis, in mei memoriam facietis. Et idem ſenſus habetur 1. ad Cor. 11. cum de calice ſubditur, Hoc facite quotieſcumque bibetis in meam commemorationem. Tutior ꝓinde apparet via Auctoris hic: quāuis cogēs rō nō appareat.

*¶ Super Quæſtionis octuageſimæ Articulum duodecimum.*

IN art. 12. circa communionem ſub vtraque ſpecie, aduertendum eſt, eſſe duos extremos errores vitandos, alter eſt eorū, A qui tenent, oportere populum communicare ſub vtraque ſpecie. alter eſt eorum, qui tenent populum communicantem ſub vtraque ſpecie, peccare. Vtrique errant, primi quidem, damnando eos qui non communicant ſub vtraque ſpecie: alij autem damnando communicantes ſub vtraque ſpecie. ſancta autem mater eccleſia media via incedēdum docet, & vtrumque poſſe fieri licite tradit: quoniam ſi ad ſacramentum ſpectatur, communio ſub vtraque ſpecie licita habetur, & ſi ad reuerentiam ſacramento debitam ſpectetur, licite a communione ſanguinis populus abſtinet, vt in litera dicitur. Et hæc intelligē, loquendo abſolute de ſacramento & ipſius reuerētia: nam deſcendendo ad ritus conſuetudineſque eccleſiarū, videtur ſeruandus in qualibet eccleſia mos in ea ab antiquo ſeruatus (ſi debita ſacramento reuerētia tuta eſt ibi) nec nouitate aliqua perturbandus: præſumptionis ſiquidē vitio nō careret, introducere communionem ſub vtraq; ſpecie, vbi non eſt conſueta: immo a ſchiſmatis nota non eſſet alienum: ꝓpterea quòd apud ſolos ſchiſmaticos in partibus occidentalibus hic mos vigere videtur.

*¶ Triplex quæſtio de communione ſub vtraque ſpecie.*

OCcurrit hic circa communionem, ſub vtraque ſpecie, triplex quæſtio perſpicaciter diſcutienda propter nouitates, ſcilicet de neceſſitate, de vtilitate, & de congruentia.

*QVAESTIO PRIMA.*

*An communio ſub vtraque ſpecie ſit in præcepto.*

QVAERITVR primo, an communio ſub vtraque ſpecie ſit in præcepto. Videtur enim, quòd ſic. primo ex verbis domini Ioan. 6. Niſi manducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis, vbi manifeſte de neceſſitate ſalutis explicatur eſſe manducare carnem, & bibere ſanguinem Chriſti. Si dicatur quòd textus iſte non loquitur de manducatione ſacramentali, ſed ſpirituali, habetur nihilominus intentum: qm̄ mādu care ſpiritualiter, claudit in ſe votum manducandi ſacramentaliter: & ſimiliter bibere ſpiritualiter, claudit in ſe uotum bibendi ſacramental'r. hinc enim manifeſte ſequitur, quòd ſi eſt de neceſſitate ſalutis

mãducare & bibere hoc ſacramentum ſpiritualiter, oportet de neceſſitate quoque ſalutis eſſe manducare & bibere illud ſacramentaliter: alioquin fruſtra eſſent huiuſmodi vota ſeu deſideria, quæ nũmquam oporteret implere. Et declaratur vis huius proceſſus ex ſimili in baptiſmo flaminis, qaod claudit in ſe votum baptiſmi fluminis, vt patet applicanti.

¶ Secundo, ex præcepto Domini Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem: monſtrat enim ly hoc, quod ipſe dominus fecit, ſcilicet cõſecrare & tradere ſub vtraque ſpecie.

† Q.74.ar. 1.& 76.art. 2.ad 1.

* Q.76.ar. 2.ad 1.

¶ Tertio, ex perfectione ſacramenti. Cadit enim ſub diuino præcepto perfectio ſacramenti: conſtat autem ſacramentum hoc integrari ex vtraque ſpecie, quoniam eſt vnum ſacramentum vnitate perfectiõis: ex cibo enim & potu conſtat alimentum perfectum. Si dicatur, quòd quãuis ſub diuino præcepto cadat perfectio ſacramenti, nõ tamẽ perfectio vſus vbi ſacramẽtum diſtinguitur ab illius vſu, vt contingit in propoſito, contra: ſacramentum hoc eſt propter ipſius vſum: alimentum enim eſt propter alendum. ergo ſi perfectio ſacramẽti eſt præcepta, multo magis pręcepta eſt perfectio ipſius vſus, quanto magis finis eſt magis intentus, quam id, quod eſt ad finem.

¶ 3 Præt. Hoc ſacramentum celebratur in memoria dominicæ paſſionis (vt ſupra dictum eſt†) & ſumitur pro animę ſalute: ſed paſſio Chriſti magis exprimitur in ſanguine quàm in corpore, ſanguis etiam pro ſalute animæ offertur, vt ſupra habitum eſt.* potius ergo eſſet abſtinendum a ſumptione corporis, quàm a ſumptione ſanguinis. ergo accedentes ad hoc ſacr̃m, nõ debent ſumere corpus Chriſti ſine eius ſanguine.

SED CONTRA eſt, multarum eccleſiarum vſus, in quibus populo cõicanti dat̃ corpus Chr̃i ſumendum, nõ autem ſanguis.

RESPON. Dicendum, quòd circa vſum huius ſacramenti duo poſſunt conſiderari: vnum ex parte ipſius ſacr̃i: aliud, ex parte ſumẽtiũ: ex parte quidẽ ipſius ſacr̃i conuenit, ꝙ vtrũque ſumatur, ſcilicet & corpus & ſanguis, quia in vtroque conſiſtit perfectio ſacramenti. Et ideo, quia ad ſacerdotem pertinet hoc ſacramentum conſecrare & perficere, nullo modo debet corpus Chriſti ſumere ſine ſanguine: ex parte autem ſumentium requiritur ſumma reuerentia, & cautela, ne aliquid accidat, quod vergat ad iniuriam tanti myſterij: quod præcipue poſſet accidere in ſanguinis ſumptione, qui quidem ſi incaute ſumeretur, de facili poſſet effundi: & quia creuit multitudo populi Chriſtiani, in qua continentur ſenes & iuuenes, & paruuli, quorum quidam nõ ſunt tãtæ diſcretionis vt cautelã debitã circa vſum huius ſacr̃i adhibeant, ideo ꝓuide in quibuſdã eccleſijs G obſeruatur, vt populo ſanguis ſumendus non detur, ſed ſolum a ſacerdote ſumatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Gelaſius loquitur quãtum ad ſacerdotes: qui ſicut totum conſecrant ſacramentum, ita etiam toti communicare debent. vt.n. legitur in cõcilio* Toletano, Quale erit ſacrificiũ, cui nec ipſe ſacrificãs particeps eſſe dignoſcit̃.

*De cõſec. diſt. 2. cap. Relatum.

AD 2^m^ dicendum, quòd H perfectio huius ſacramenti non eſt in vſu fidelium, ſed in conſecratione materiæ. Et ideo nihil derogat perfectioni huius ſacramenti, ſi populus ſumat corpus ſine ſanguine, dummodo ſacerdos conſecrans ſumat vtrumq;.

AD 3^m^ dicendum, quòd repræſentatio dominicæ paſſionis agitur in ipſa conſecratione huius ſacramenti, in qua non debet corpus ſine ſanguine conſecrari. Poteſt autem a populo, corpus ſine I ſanguine ſumi. Nec exinde ſequitur aliquod detrimentum: quia ſacerdos in perſona omnium ſanguinem offert, & ſumit, & ſub vtraque ſpecie totus Chriſtus continetur, vt ſupra habitum eſt.

IN OPPOSITVM eſt communis doctorum auctoritas, cum conſuetudine Romanæ eccleſiæ, cum omnibus fere occidentalibus eccleſijs.

¶ In hac quęſtione ſex ſunt agenda. primo narrabitur varia circa hoc obſeruatio. ſecundo diſtinguentur difficultates quatuor circa hoc. tertio tractabitur prima difficultas. quarto tractabitur ſecunda. quinto tractabitur tertia. ſexto tractabitur quarta.

¶ Quo ad primum Neſtorius & Pelagius, cum ſequacibus aſtruxerunt vniuerſaliter ſeruandam communionem ſub vtraque ſpecie: diuerſa tamen ratione moti. Neſtorius enim putauit ſub ſpecie panis corpus tantum Chriſti eſſe, & ſub ſpecie vini ſanguinem tantum: quia in morte Chriſti, ſanguis fuit ſeparatus a corpore. & propterea ſub vtraque ſpecie oportebat ſacramentum ſumi, vt integer Chriſtus ſumeretur in memoriam mortis eius. Pelagius autem motus ex verbis domini Ioan. 6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis, vtramque ſacramenti ſpeciem etiã ad infantes baptizatos extendit, dogmatizando, quòd ſi infans non poſſet ſacramentalem panem ſumere, deberet panis contritus cum ſanguine infundi in os infantis, & ſi quippiam eiectum eſſet, eſſe illud comburẽdum: iuxta præceptum antiquum de agno Paſchali, ſi quid reſiduũ fuerit, igne cõburetis. Et hinc forte olim græcorum illorum, quos Auctor in litera 9. art. nominauit, & ſimiliter paulo ante centum annos Bohemorum abuſus in communicando infantes ortus eſt, quodam Iacobello nouitatem communionis ſub vtraque ſpecie Bohemis ſuggerente. Hæc de primo.

F ¶ Quo ad ſecundum, tres ſunt differentiæ conſiderandæ: prima eſt inter infantes & adultos. ſecunda eſt inter ſacerdotes & alios adultos. tertia eſt inter conficientes hoc ſacramentum, & non conficientes. Emergunt ſiquidem ex his tribus differentijs quatuor ſpeciales difficultates. prima eſt, an cõmunio ſub vtraque ſpecie ſit neceſſaria omnibus, comprehẽdendo ẽt infantes. ſecunda eſt, an ſit neceſſaria omnibus adultis, tertia eſt, an ſit neceſſaria omnibus ſacerdotibus. quarta eſt, an ſit neceſſaria omnibus conficientibus: quęlibet enim harum difficultatũ habet opinantes ꝓ vtraque parte. Hæc de ſecundo.

¶ Quo ad tertium, circa primam difficultatem (an ſcilicet cõmunio ſub vtraque ſpecie ſit neceſſaria etiam infantibus) quicquid garrire poſſint hæretici tenẽtes partem affirmatiuã: aut quicũque errantes communicãtes ſub vna tantum ſpecie infantes clara luce manifeſtum eſt, infantibus neutro modo ſacramentum hoc eſſe exhibendũ. Tũ, quia fundamẽtum ex ſcriptura ſumptũ a Pela. Niſi mãducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinẽ, nõ habebitis vitam in vobis, pro eis nõ facit, qm̃ intellectũ de ſacramentali mãducatione hæreſim inducit manifeſtã, ſ. ꝙ baptiſmus, non ſufficiat infantibus ad vitam æternam.

* Q.76. articulo 2.

Si.n. ad baptizatos infantes dr̃, niſi ſumpſeritis hoc ſacr̃m euchariſtiæ, non habebitis vitam in vobis, conſequens eſt, ꝙ ex baptiſmo non habeant vitam, & conſequenter ſi cum ſolo baptiſmo decederent non haberent vitam æternã, quod conſtat heręſim eſſe damnatam. tum, quia ſacr̃m euchariſtiæ datur vt alimentum animæ: propterea.n. datur ſub ſpecie panis & vini. alimentũ autem ſicut non datur, niſi viuenti (non.n. põſt ſumi a mortuis) ita non datur niſi habenti aliquam operationem vitalem: fruſtra.n. alimentũ poneretur in os impotẽtis illo quouis modo vti, nam nihil prodeſt alimentum alicui, qui ad il- K lud vt mortuus ſe habet: ſed infans baptizatus nullam habet operationem vitalem ſecundum vitam ſpiritualem. ergo ei nõ conuenit ſumere alimentum ſpirituale.

¶ At ſi contra hanc rationem obiiciatur, falſum aſſumere: quia eccleſia conſueuit infirmis adultis in extremo vitæ ſenſibiliter conſtitutis, vel etiam phreneſim patientibus, euchariſtiam tribuere ſine omni operatione vitali interioris ſpiritus, facile excluditur obiectio, animaduertendo, ꝙ licet tales adulti in extremo conſtituti, nullam habeant pro tunc vitalem ſpiritus operationem, habuerunt tamen eam ante petendo implicite, vel explicite hoc ſacramentum, & propterea negatur amentib⁹ a natiuitate, ſicut & in factibus, quoniam vtrique nec pro tũc, nec antea actum aliquem ſpiritus habuerunt.

¶ Si vero obiecerit quiſpiam falſum in adducta ratione ſubſumi, eo quòd infantes habent vitales ſpiritus operationes, ſ. credere & abrenuntiare ſatanæ: etſi non ſpiritu proprio, ſpiritu tamen eccleſiæ, vt patet cum baptizantur, facile quoq; hæc obiectio excluditur, quoniam ſi ſic eſſet, accommodaſſet eccleſia has



A has operationes vitales pueris in ſuſceptione euchariſtiæ, ſicut accõmmodauit eis in ſuſceptione baptiſmi, & cum huiuſmodi accommodatio nullibi facta ſit reſpectu euchariſtiæ, conſequens eſt vt nõ niſi propria voluntate fingatur. In promptu.n. ratio eſt quare in baptiſmo habeat locum huiuſmodi accommodatio, & non poteſt habere locum in euchariſtia: per baptiſmum.n. generatur infans in filium dei, generatio autem non exigit cooperationem eius qui generatur: & propterea accommodatio eccleſiæ non neceſſitatis, ſed ſolennitatis cæremonialis eſt in baptiſmo, per euchariſtiam autem nutritur ſumens illam. nutritio autem exigit cooperationem vitalem eius, qui nutritur: & propterea accommodatio cæremonialis non ſupplet actus perſonales, neceſſarios ſumenti euchariſtiam. vnde ſtat ratio ſolida: tum quia hoc etiam verbis domini repugnat, cum primo tradidit hoc ſacramentum. dixit enim, accipite & manducate: docens per hoc, quòd illis tantum eſt tribuẽdum, qui poſſunt aut potuerunt manducare corporaliter: ita quòd ſicut non regeneratur baptiſmo, niſi carnaliter natus, ita non B ſumitur hoc ſacramentum, niſi carnaliter manducatum, & ꝓpterea infans, qui numquam potuit, nec poteſt manducare carnaliter panem, ab ipſo domino excluditur a manducatione ſacramentali. Hæc de tertio.

¶ Quo ad quartum, an communio ſub vtraque ſpecie neceſſaria ſit omnibus fidelibus adultis, ex argumentis in principio adductis apparet pars affirmatiua vera, ex vſu autem eccleſiæ monſtratur falſa. Et qm̃ maxima vis ſit in ſæpe dictis verbis domini, Ioã. 6. Ideo ſubtilius diſcutienda ſunt, & imprimis notandum vltra duos manducandi modos, qui conſueuerunt diſtingui circa hoc ſacramentum, inueniri alium modum manducandi non ſacramentum, ſed Chriſtum: ita quòd conficiuntur tres modi manducandi Chriſtum, ſ. vel ſacramentaliter, vel ſpiritualiter, ſub ſacrameno tamen in re aut in voto, vel pure ſpiritualiter.

¶ Et vt clarius percipiatur quod dicimus, declarandum ex cõuenientia & differentia, & deinde probandum ex ſcriptura eſt quod dicimus: conueniunt ſiquidem hi duo modi manducãdi C Chriſtum ſpiritualiter, in hoc quid vterq; ponit manducantẽ eſſe Chriſti membrum viuum. Differunt autem primo in hoc, ꝙ manducare Chriſtum eſt ex ſuo genere manducatio pure ſpiritualis: manducare autem ſpiritualiter Chriſtum in euchariſtia, eſt manducatio alligata ad ſacramentum re vel voto. et hoc quidem teſtatus eſt Auctor in ſecundo huius quæſtionis articulo, cum dixit, Alio modo contingit ſpiritualiter manducare Chriſtum, prout eſt ſub ſpeciebus huius ſacramenti, inquantum. ſ. aliquis credit in Chriſtum, cum deſiderio ſumendi hoc ſacramentum. vbi manifeſte apparet, ſpiritualem manducationem euchariſtiæ claudere in ſe ordinem ad ſacramẽtum. Manducatio autem Chriſti abſolute quòd ſit ex ſuo genere pure ſpiritualis, ex eo patet, quòd huiuſmodi manducatio terminari poteſt, & ad deitatem ſecundum ſe, iuxta illud Luc. 22. D Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo (ibi.n. nulla erit ratio ſacramenti, ſed pure ſpiritualiter edent & bibẽt deum ſicuti eſt, ſicut ipſa Chriſti anima deo fruitur) & ad ſpiritualia dona gratiæ, iuxta illud Ioan. 4. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum, &c. Et hinc differunt ſecundo in hoc, quòd manducare ſpiritualiter Chriſtum ſub ſacramento, proprium eſt viatoribus in nouo teſtamento adultis, manducare autem pure ſpiritualiter Chriſtum. cõmune eſt comprehenſoribus & viatoribus, ſcriptum eſt enim, Panem angelorum manducauit homo, commune quoque eſt noui & veteris teſtamenti iuſtis: ſcriptum eſt enim, ꝙ non aliud nomẽ datum eſt ſub cælo, in quo oportet homines ſaluos fieri. & demum commune eſt iuſtificatis infantibus, & adultis: per baptiſmum enim Chriſti membra viua etiam infantes fiunt.

¶ Probatur autem hic modus comedendi Chriſtum ſpiritualiter, quòd non ſit confictus aut nouiter adinuentus, tum ex eo, ꝙ omnes fatemur Chriſtum eſſe panem angelorum hominum, tum ex eo ꝙ huiuſmodi manducatio millies habetur in ſcriptura, & nulla eſt ratio, quare non poſſit terminari ad Chriſtum, ſicut terminatur ad alia & ſuperius inducta, & quę poſſent induci, vt eſt illud Prouer. 9. in perſona Sapientiæ, Venite, comedite panem meum, & bibite vinũ quod miſcui vobis, &c. Nec propterea arguendi ſunt doctores inſufficientię, qui duos tantum modos manducandi diſtinxerunt: qm̃ de modis manducandi Chriſtum ſub ſacramento tractabant: tales autẽ modi non ſunt niſi duo, nos autem ex ipſis ſacris doctoribus appoſuimus hunc alium modum ſpiritualiter manducandi non ſacramentum, ſed Chriſtum, vt hinc clariorem redderemus ſenſum euangelij & ſanctorum doctorum.

¶ His itaq; præmiſſis dicimus, ꝙ ſæpe dicta domini verba, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis, intelliguntur ad literam de manducatione ſpirituali Chriſti, abſtrahendo tam a manducatione ſacramentali, q̃ a manducatione ſpirituali ſacramenti in re vel in voto, probaturq; tripliciter, primo ex textu euangelico: ſecundo ex cõtextu eiuſdem: tertio auctoritate ſanctorum. textus imprimis ipſe, dum dicit, Niſi manducaueritis, non habebitis vitam in vobis, manifeſte monſtrat, quòd de illa mãducatione & bibitione loquitur, ſine qua non poteſt eſſe vita ſpiritualis in nobis: ſed ſola manducatio ſpiritualis Chriſti eſt illa, ſine qua non poteſt eſſe vita in nobis. ergo de ipſa ſola loquitur textus euangelicus. Maior eſt nota per ſe: minor autem propter dictionem excluſiuam habet duas partes, alteram affirmatiuam ſ. manducatio ſpiritualis Chriſti eſt illa, ſine qua nõ poſſumus habere vitam (& hæc etiam eſt per ſe nota intelligentibus terminos: qm̃ manducare ſpiritualiter Chriſtum, eſt eſſe Chriſti membrum viuum, conſtat.n. ꝙ niſi ſimus Chriſti membra viua, non poſſumus habere vitam ſpiritus in nobis) alteram negatiuam, ſcilicet nulla alia mãducatio eſt, ſine qua non eſt vita in nobis, et hoc probatur ex eo, quòd tam ſine mãducatione ſacramentali, q̃ ſine manducatione ſpirituali ſacramenti huius in re vel in voto, poteſt eſſe, & de facto eſt vita in nobis, vt teſtatur vita infantium baptizatorum, quibus firmiter credimus baptiſma ſolum abſque aliquo alio ſacramento ſufficere ad vitam æternam.

¶ Nec mihi aliquis occurrat, dicendo ꝙ baptiſmus habet annexum votum ſacramenti euchariſtiæ: quoniam huiuſmodi ſententia, cum in ſacris inuenitur doctoribus, venerabiliter ſuſcipienda eſt, in ſuo tamen ordine: hoc eſt, vt adaptatio quædam, & non vt inde argumentum ſumatur efficax ad firmandam veritatem eorum, quæ in quæſtione fidei verſantur. ſecundum nãque veritatem baptiſmus ex ſe ſolo ſufficit ad vitã æternam, & non mendicat hoc ex aliquo annexo voto alterius ſacramenti. Si.n. hoc ex annexo voto haberet: non ipſi baptiſmo, ſed illi alteri ſacramento, infantium baptizatorum ſalus attribueretur & attribuenda eſſet: cum tamen non ſolum eccleſia vniuerſalis cum ſanctis doctoribus, ſed etiam dominus ipſe baptiſmo attribuat vitam ſpiritus, vt patet Ioan. 3. Vbi cum dixiſſet Nicodemo, niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, nõ poteſt introire in regnum dei, ſtatim ſubdit effectum huius regenerationis eſſe vitam ſpiritus dicens, Quod natũ eſt ex carne, caro eſt, & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt.

¶ Et confirmatur hoc, quia in idem redit, dicere baptiſmum dare vitam ex voto alterius ſacramenti, & dicere, baptiſmum non ſufficere ad vitã, & hoc ſi proprie & formaliter loquimur, vt loqui debemus, & ſcripturæ intelligendæ ſunt. Patet autem non intendi a ſacris doctoribus, per huiuſmodi adaptationem baptiſmum habere in voto manducare carnem filij hominis, & bibere eius ſanguinem in ſacramento ex hoc, quòd ipſi ſacri doctores tenent huiuſmodi votum non eſſe de neceſſitate ſalutis: quoniã tenent quòd communicare ſub vtraque ſpecie, non eſt de neceſſitate ſalutis, cũius oppoſitum eſſet verum, ſi in baptiſmo manducaretur ſpiritualiter panis ſacramentalis, & biberetur ſpiritualiter ſanguis ſacramentalis: nam quod tunc fit voto, neceſſe eſt poſtea exequi in re, quando opportunitas aderit. Stat ergo ſolida fundata ratio ſuper textu euangelico, qui eſt lex generaliſſima a Chriſto promulgata, & non minus neceſſaria quam illa alia lex, Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu, non poteſt introire in regnum Dei. Nec oportet laborare ad hoc probandum, quoniam apperta ſunt vtrobique verba Domini, & ad literam intellecta hæc continent.

¶ Deinde probatur hoc idem ex contextu euangelii. Vbi aduertendum eſt, quòd doctrina iſta Domini incœpit occaſionaliter ſicut doctrina, quam dominus dedit Samaritanæ de aqua viua, occaſione ſumpta ex aqua naturali, vt patet Ioan. 4. Iu- E dæi enim poſt miraculum de quinque panibus & duobus piſcibus, quærentes Ieſum, audierunt ab ipſo, Quæritis me, quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis, & ſtatim ſubdidit dominus, Operamini non cibum, qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam. Et ſic inchoato ſermone de cibo ſpirituali, quæſierunt iudæi, intelligentes per cibum ſpiritualem opera ſancta, Quid faciemus vt operemur opera dei? & audierunt a domino, vt crederent in ipſum, declarando quòd cibus ſpiritualis ac opus dei eſſet credere in ipſum. quo audito iudæi quæſierunt ab eo ſignum, vt ſic crederent ipſi; commemorantes ſignum mannæ in deſerto, tamquam panis cæleſtis, quaſi dicerent (vt Auguſtinus exponit.) Si vis vt credamus tibi, fac plus nobis, quàm fuerit factum patribus noſtris, qui manducauerunt manna in deſerto. Et tunc dominus, vbi prius de cibo locutus fuerat, ad cibi ſpeciem deſcendit, proponens panem ſpiritualem, & primo quidem proponit panem verum eſſe non quemcumque, ſed eum, qui de cælo deſcendit, & dat vitam mundo,

& ſubdit ſe eſſe panem vitæ, & de cælo deſcēdiſſe. Manifeſtatq; horum duorum primum ex actibus ſpiritualibus, ſcilicet quòd venire ad ipſum, & credere in ipſum, tollit totaliter famem, & ſitim mentis, & tandem etiam corporis. Et interpoſita murmuratione iudæorum de ſecundo, ſcilicet quòd deſcendit de cælo. & eorum repreſſione, manifeſtat ſecundum, de quo murmurauerant: ex ſpiritualibus quoque actibus, ſc licet, quòd credere in ipſum eſt habere vitam æternam, & ex differentia inter manducantes manna & ipſum: quia illi mortui ſunt, ſi quis autem manducauerit ex ipſo, non morietur, ſed viuet in æternum. Et in calce amplius explanans dominus panem, de quo loquebatur, ad carnem de cendit dicens, Et panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Quo audito litigabant iudæi adinuicem, quomodo poteſt hic nobis dare carnem ſuam ad manducandum? & tunc dixit eius Ieſus, Niſi manducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Vbi diligenter aduertendo clara luce patet, quòd cum G totus præcedens ſermo fuerit de actibus pure ſpiritualibus, de ſpirituali quoque manducatione & potatione ipſius Chriſti carnis & ſanguinis, ſermo præſens ad literam eſt. *Poſt panes* enim materiales primo de cibo ſpirituali, deinde de pane cæleſti, quia iudæi obiicientes manna, adduxerunt ſcripturam, Panem de cælo dedit eis manducare, & poſtea de carne & ſanguine. Et iterum rediens dominus ad panem, qui de cælo deſcendit, & ipſius excellentiam ſupra manna, concluſit ſermonem, vt reſponderet iudæis de pane dato de cælo, & monſtraret ſe & non manna, eſſe panem verum, qui de cælo deſcendit. Carnis quoque & ſanguinis meminit: vt doceret non ſufficere ad vitam noſtram credere in ipſum Chriſtum, panem qui de cælo deſcendit, hoc eſt deum & *hominem, ſed oportet etiam* credere ipſius pro mundi vita paſſionem & mortem, in qua ſanguis ſeparatus fuit a carne: hoc enim eſt quod aperte dominus ſubdidit, *cum dixit*, Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mūdi vita: caro enim ſua pro mundi vita fuit caro paſſā & occiſa pro H mundi vita: morte enim ſua viuificauit mundum. vnde & litigantibus de hoc iudæis, ſtatim de carne & ſanguine, & non de ſpeciebus ſacramentalibus ſubdidit, niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem &c. & ſine interuallo declarauit quid ſit mādu care eius carnem, & bibere eius ſanguinem, ſubdens, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. vbi etiam vitam corporis conſequendā, non tunc tamen, *ſed in nouiſſimo die* a manducantibus eius carnem & bibentibus eius ſanguinem explanauit. Quocirca cum ex ſolo ſenſu literali trahatur efficax argumentum, & ſenſus literalis ex contextu præcipue pendeat, & ad literam tam ex textu, quàm ex contextu de ſpiritualibus actibus ſermo ſit, conſequens eſt, vt textus iſte de ſpirituali manducatione Chriſti carnis & ſanguinis, hoc eſt de fide in ipſum & morte eius, ſermo ſit.

¶ Et ſi quæratur quare Chriſtus noſtram in ipſum, & mortem I eius fidem ſub metaphora manducationis, & bibitionis docuerit, in promptu *eſt ratio* multiplex. Primo vt monſtraretur, quòd noſtra in ipſum coniunctio per fidem formatam eſſet participatio cæleſtis beatitudinis, de quà ſcriptum eſt, Inebriabūtur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Secundo, vt monſtraretur ſe eſſe patris ſapientiam, quæ dixerat Prouerb. 9. Venite comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis. Tertio, vt monſtraretur, quòd etiam caro ſua occiſa & ſanguis ſuus etiam ſeparatus a carne, haberent vim ſatiatiuam mentis humanæ, & hinc diſceremus carnis & ſanguinis Chriſti coniunctionem ad deitatem, ex qua vim ſatiatiuam *intellectus & affectus* habent. Quarto, vt ſic fundamenta iacerentur ad manducationem & bibitionem ſacramentalem: nam ex hoc, ꝙ credere in Chriſtum & mortem eius, eſt ſatietas mentis & refectio ſapientiæ & participatio q̄dam cæleſtis fælicitatis, facile diſcere poſſumus, quòd digne K ſumere ſacramenta corporis & ſanguinis domini, eſt & cæleſtis participatio conuiuij, & in ſapientiæ mēſa edere & bibere &c. Et hinc proceſſit, vt a doctoribus ſacris extendatur, quandoq; textus iſtius capituli ad ſacramentum euchariſtiæ, & manducandum & bibendum ſacramentaliter, digne tamen, Chriſtum ſeu carnem & ſanguinem eius: quamuis multiplex alias ſit huius ratio, ſ. quia res, de qua eſt ſermo in textu iſto, eſt res ſignificata ſacramēto Euchariſtiæ: familiare eſt. n. ſignati condōnes, ſigno attribuere. Et quia vnus atque idem ſm̄ ſubſtantiam eſt panis ſpiritualis & panis ſacramentalis, & manducare ac bibere ſpiritualiter Chriſtum, & manducare ac bibere ſpiritualiter ſacrm̄, ſunt vnum & idem ſecundum ſubſtantiam, ſola relatione ad ſacrm̄ ſenſibile dr̄ia: hinc. n. fit vt tam in ſcriptis, q̄ in ſermonibus in quibus huiuſmodi dr̄ia propoſitum nō variat, frequentiſſimo vſu, vnum pro alio ponamus aut exponamus.

F. ¶ Tertio, probatur idem auctoritate ſanctorum. Et primum, ꝙ hæc ſit cōis ſanctorum & theologorū̄ expoſitio: q̄m cōiter exponitur de ſpirituali manducatione carnis, & ſpirituali potu ſanguinis Chriſti: deinde probatur idem ſenſus auctoritate Aug ad Boniſa. exponentis hanc dn̄i legem adimpleri in infantibus baptizatis, dicendo, tunc vnuſquiſq; fidelium corporis & ſanguinis dn̄i particeps fit, q̄n in baptiſmo membrum Chri efficitur. vbi videre potes vtrū̄q;. ſ. quòd de mā ducare & bibere ſpiritualiter corpus & ſanguinem Chriſti, intelligitur lex domini, & quòd lex illa extendit ſe ad omnes, ſicut & illa, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu &c. et eundem ſenſum explicat idem Auguſt. ſuper Ioannem, dicens, Hunc cibum & potum ſocietatem vult intelligi corporis & membrorum ſuorum, quod eſt eccleſia, &c.

¶ Ex quibus omnibus coniunctis, cum dicendis in ſolutione argumentorum, manifeſtum relinquitur, ꝙ cōio ſub vtraque G ſpecie nō eſt neceſſaria adultis omnibus: *cum nullum ad hoc* habeatur præceptum, nullaq; ad hoc ratio cogat, & innumeræ Chriſti eccleſiæ, cum eccleſiarum omnium magiſtra romana eccleſia oppoſitum doceant ac faciant. Hæc de quarto.

¶ Quo ad quintum, an cōmunio ſub vtraq; ſpecie ſit neceſſaria omnibus ſacerdotibus, quia hoc coincidit cum quæſtione illa, an quilibet ſacerdos teneatur quādoq; celebrare, & hoc ex p oſito tractabitur inferius in art. vlt. q. 82. ideo nunc pertrāſeundum eſt, ne idem ſæpius repetatur. Hæc de quinto.

¶ Quo ad ſextum, an communio ſub vtraque ſpecie ſit neceſſaria omnibus conſecrantibus, clare patet quæſtionis ſolutio ex decreto Gelaſij papę de conſec. diſt. 2. c. cōperimus. vbi grande ſacrilegium eſſe dicitur, celebrantem ſumere ſub altera tantum ſpecie, & in c. præcedenti damnantur celebrantes, & in nulla ſpecie ſumentes. Et quoniam hoc in dubium non vertitur, ideo hæc de ſexto ſufficiant.

¶ Ad primvm ergo in oppoſitum ex dictis patere poteſt H reſponſio conſiſtens in hoc, quòd præceptum domini intelligitur de cibo & potu ſpirituali carnis & ſanguinis domini. Et licet manducare ſpiritualiter ſacramentum corporis, & ſanguinis Chriſti, claudat in ſe votum manducandi & *bibendi* ſacramentaliter: non eſt tñ verum, ꝙ manducare & bibere ſpūaliter carnem & ſanguinem Chriſti, claudat in ſe votum manducādi & bibendi ſacramentaliter: ſed claudit in ſe beneficium, qd̄ ſignificatur & confertur corporis & ſanguinis ſacramento, ſcilicet eſſe Chriſti & eccleſiæ membrum viuum.

¶ Ad ſecundum de Chriſti mandato, Hoc facite in meam commemorationem, īdetur ad hoc, vt oīs cauillatio tollatur, quadrupliciter. Primo, ꝙ illa verba dn̄i habent triplicē vim: ſunt. n. inſtitutoria celebrationis euchariſtię in eccleſia, vt patet: ſunt & collatiua poteſtatis ſacerdotalis ad conſecrandam euchariſtiam: cōiter. n. fatemur per hęc verba Apoſtolos eſſe ordinatos in ſacerdotes: ſunt & præceptiua non ipſius operis, ſed ordinis ad ſuam cōmemorationem, qd̄ eſt præcipere ordinem operis I in ſui memoria, vt eccleſia atteſtatur, vtens his domini verbis in miſſa ſub hac forma, Hęc quotieſcūque feceritis, in mei memoriam facietis. vbi manifeſte explicatur præcipi non opus ipſum, ſed ordinationem operis in ſui memoriam. Et ſi arguat quis ex vi inſtitutoria, ſ. ꝙ ex hoc ipſo, ꝙ dominus inſtituit hoc ſacrm̄ ſub vtraque ſpecie obligamur ad ſeruandā eius inſtitutionem, facile patet nullitas argumenti: tum quia ſufficit, ꝙ hoc ſeruetur ab aliquibus de eccleſia, hoc eſt ſacerdotibus celebrantibus, ad quos ſolos in apoſtolis ſermo dominicus tunc dirigebat, vt ex hoc pateat, ꝙ ſoli ſacerdotes poſsūt hoc facere, quòd Chriſtus fecit, ſcilicet conſecrare ſacramentum corporis & ſanguinis domini: tum, quia ad obligandos ſingulos de eccleſia ſub præcepto, plus requiritur quam inſtitutio ſacramenti, vt patet de ſacramento confirmationis, & extremæ vnctionis, quorum neutrum eſt de neceſſitate ſalutis: quamuis eorum contemptus eſſet damnabilis. et ſic ex his verbis K domini non habetur præceptum ſumendi ſub vtraque ſpecie: ſed quòd ſumentes ſumant in ſui memoriam, hoc eſt ſi ſumimus, in ipſius memoriam ſumamus, iuxta eccleſiæ expoſitionem, Hæc quotieſcumque feceritis, in mei memoriam facietis.

¶ Secundo dicitur, quòd poſito, quòd præcipiatur per hæc domini verba ipſum opus, non propterea argumentum vrget: quoniam ly hoc, non demonſtrat vtrumque opus, quod Chriſtus legitur feciſſe, ſcilicet conſecrare & tradere ſumendum. et ratio eſt: quia ſi ly hoc, demonſtraret vtrumque opus, vt præceptum a domino, ſequeretur, quòd quilibet celebrans teneretur ſub præcepto domini ad tradendum hoc ſacramentum alijs, quod omnium eccleſiarum pias aures offendit, cum conſtet multos ſanctos ſacerdotes carentes cura animarum, & in monaſterijs & extra ſæpe celebraſſe, & numquàm tradidiſſe, & quotidie ſic fiat ab innumeris ſacerdotibus irreprehenſibiliter.

Et ſecundum



Et ſecundum hoc, non habetur hinc præceptum traditionis ſub vtraque ſpecie, ac per hoc, non habetur hinc præceptum ſuſcipiendi ab alijs ſub vtraq; ſpecie. nam non celebrantium ſumptio traditionem præſupponit, cum nullus talium ſumat, niſi ſibi traditam euchariſtiam.

¶ Tertio dicitur, quòd dato, quòd ly hoc, demonſtraret omne opus, ſcilicet conſecrare, ſumere & tradere ſub vtraque ſpecie, & quòd intelligatur præcipi omne huiuſmodi opus, adhuc argumentum non cogit: quoniam cum præceptum hoc ſit affirmatiuū, & *præcepti affirmatiua* obligent ſemper, ſed nō pro ſemper, ſed pro tempore neceſſitatis, conſequens eſt, vt ex hoc domini præcepto ſacerdotes, non teneantur tradere ſub vtraque ſpecie, niſi neceſſitas communicandi ſub vtraque ſpecie aduenerit, ac per hoc ſi huiuſmodi neceſſitas alicubi numquā interuenit: numquàm ſacerdos reus violati præcepti eſt. Exemplum, præceptum de honorandis parentibus factum, quia eſt eſt affirmatiuum, intelligitur tempore neceſſitatis, & propterea ſi numquàm contingit parentes meos neceſſitatem habere ſubuentionis meæ, numquàm ego reus præcepti ſum: & quia *in innumeris* Chriſti *eccleſijs* Ro. *eccleſiam imitantibus* numquàm cōtingit alicui non celebranti neceſſitas communicandi ſub vtraque ſpecie (quoniam docente Spiritusſancto contenti ſunt communione ſub ſpecie panis) ideo nullus ſacerdos in huiuſmodi eccleſijs reus eſt violati præcepti dominici.

¶ Quarto dicitur, ex ipſo ordine textus euangelici, quòd hoc domini præceptum nullibi inuenitur a domino traditum niſi reſpectu ſacramenti ſub ſpecie panis tantum, ita quòd ly hoc, nihil demonſtrat de pertinentibus ad calicem, & propterea ex iſto præcepto argumentum ſumptum, ſi efficax eſt gladius eſt *Goliath*: quoniam hinc ſequitur, quòd ſola panis ſancti communio, præcepta eſt tradenda. Et probatur quod dicimus, primo ex auctoritate euangelij: ſolus enim inter euangeliſtas Lucas verba hæc poſuit in cap. 22. vbi expreſſe refert dominū C ante conſecrationem calicis, poſt tamen conſecrationem panis, dixiſſe, Hoc facite in meam commemorationem. Secundo, auctoritate Pauli Apoſt. 1. ad Cor. 11. vbi refert dominum dixiſſe, Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem: poſt conſecrationem autem calicis Lucas de hoc nihil refert: Paulus *autem apoſtolus refert* Chriſtum dixiſſe, Hoc facite quotieſcumque bibetis in meam commemorationem. Vbi ex ipſa diuerſitate verborum a Paulo narratorum, manifeſte apparet, quòd de ſacramento ſub ſpecie panis dominus dixit abſolute, hoc facite in meam commemorationem: de eodem autem ſacramento ſub ſpecie vini non dixit abſolute, Hoc facite: ſed dixit quòd hoc facerent, quotieſcūque biberent, in ſuam commemorationē. Vbi meridiana luce clarius patet, ꝙ non præcipitur bibere, ſed quòd quotieſcumque bibimus, in ſuam commemorationem hoc faciamus. Et hinc ſequitur, quòd ſi ex hoc D *præcepto domini, Hoc facite in meam commemorationem* efficax argumentum ad communionem populi ſumitur: optime ſequitur abſque vlla controuerſia, quòd non eſt præcepta communio populi niſi ſub ſpecie panis. Et confirmatur iſte ſenſus ex eo, quòd in numero ſingulari dicitur, Hoc facite, & non dixit, hæc facite, ſicut per oppoſitum eccleſia volens vtramque ſignificare ſpeciem ſacramenti, explicat in numero plurali dicens, Hæc quotieſcumque feceritis, in mei memoriam facietis.

¶ Ad tertium argumentum dicitur, cōcedendo quòd tam perfectio ſacramenti *in conſecratione*, quàm *perfectio eiuſdem* in vſu eſt ſub præcepto, & hoc propter allatam, obijciendo, rationem, ſcilicet quòd ſacramentū hoc ſuapte natura eſt propter vſum, & perfectio ſacramenti eſt propter perfectionem vſus. unde & grande ſacrilegium eſſe dixit Gelaſius diuidere myſterium hoc, quo ad vſum: ſed non propterea argumentum hinc E ſumptum vrget ad vſum vtriuſq; ſpeciei in communione populi. Et ratio eſt, quia perfectio ſacramenti ſecundum vſum, non dependet niſi a per ſe cōcurrente ad ſacramentum illud, quemadmodum ceterarum rerū perfectiones, non attenduntur ſecundum ea, *quæ ſunt per accidens*: ſed in ordine ad ea quæ concurrunt per ſe: alioquin numquàm res aliqua ſuam perfectionem ſortiretur, ſolus autem ſacerdos concurrit per ſe ad perfectionem huius ſacramenti tam conſecrando, quàm vtendo: & propterea ſicut ſacrilegus eſſet ſacerdos, conſecrando panem, & non vinum, ita ſacrilegij reus eſſet ſumendo panem ſanctum, & non ſumendo calicem. Et quidem, quòd ſacerdos concurrat per ſe ad conſecrationem & vſum huius ſacramenti, clare patet; quòd autem ſolus concurrat per ſe, patet tum ex eo, quòd ſolus ſufficit ad perfectionem ſacramenti, tam conſecrando quàm vtendo: tum, ex eo quòd populi communio poſt conſumatum ſacrificium atque ſacramentū, tam quo ad conſecrationem quàm quo ad oblationem & vſum ſu-

A peruenit, ſacerdos enim per ſeipſum perfecit hęc omnia: quod autem ſuperuenit alicui poſt illius perfectionē, non eſt de concurrentibus per ſe ad illius perfectionem: tum, ex eo quòd accidentaliter coniungitur perfecto vſui huius ſacramēti, quòd aliquis circunſtantiū ſit communicandus, quod ex eo patet, quòd nihil minus perfectum eſt ſacramentū & in ſe & in vſu, ſi nullus circunſtantium communicet: ſi enim perfectio vſus dependeret ab aliorum communione, non poſſet abſque ſacrilegij vitio ſacramenti huius vſus eſſe, niſi aliquis ex circunſtantibus communicaret: ſicut non poteſt abſque ſacrilegio, eius vſus a celebrante omitti aut diuidi. Quocirca manifeſtum eſt, quòd ex perfectione huius ſacramenti, tam quo ad conſecrationem, quàm quo ad vſum per ſe (ea enim quæ ſunt per accidens, & ab arte & a ſcientia relinquuntur) non habetur neceſſitas communicandi populum ſub vtraque ſpecie, ſed neceſſitas communicandi ſeipſum celebrantem ſub vtraque ſpecie.

B Et hæc de prima quæſtione dicta ſufficiant.

## QVAESTIO II.

*An vtilius ſit ſumere euchariſtiam ſub vtraque ſpecie, quàm ſub ſpecie panis tantum.*

Qvaeritvr ſecundo, an vtilius ſit ſumere euchariſtiam ſub vtraque ſpecie, quàm ſub ſpecie panis tantum. Et videtur quòd ſic.

¶ Primo, ex parte ſacramenti, quia vtilius eſt ſumere ſacramentum integrum ſeu integre, quàm imperfectum ſeu partialiter. Et ſi dicatur; quòd nō eſt hic differentia ſecundum perfectum & *imperfectum, integrum aut diminutum*, totum vel partem, niſi in ſignificando, contra: ſacramenta efficiunt quod ſignificant. ergo imperfectio in ſignificādo redundat in imperfectio- C nem in conferendo: alioquin aliud efficeret & aliud ſignificaret, dum ſignificaret partem, & efficeret totum.

¶ Secundo, ex parte quoq; ſacramenti, vtilius eſt tangi a Chriſto pluribus diuerſarum rationum inſtrumentis, quàm vno tantum: ſed communicans ſub vtraq; ſpecie, tangitur a Chriſto inſtrumentis diuerſarum rationum: communicans autem ſub altera tantum tangitur a Chriſto vno tantum inſtrumento. ergo. Maior eſt per ſe nota: quoniam diuerſarum rationū inſtrumenta ad diuerſas vtilitates per ſe ordinantur, vt patet in artificialibus. Minor autem manifeſtatur: quia ſpecies vini, vel ſaltem potatio ipſa inſtrumentū eſt quoddam ipſius Chriſti ad lætificandam animam: & ſimiliter ſpecies panis vel ſaltem manducatio ipſa inſtrumentum eſt Chriſti ad confirmandum hominis animum: ſicut de aqua baptiſmi Auguſt. dicit, quòd corpus tangit, & cor abluit. Et confirmatur, quia potus ſacramentalis ſignificat potum ſpiritualem: regula autem ge- D neralis eſt, quòd ſacramentales actus ſunt inſtrumenta, aut *quaſi* inſtrumenta diuinæ virtutis. Et confirmatur rurſus ex eo, quòd ſi ſignificatus effectus per ſumptionem euchariſtiæ non prouenit in ſumentem, dicimus, quòd hoc non eſt ex defectu ſacramenti, quin conferret quod ſignificaret, ſicut & cetera ſacramenta conferunt quod ſignificant, ſed ex indiſpoſitione ſūmentis: hæc enim omnia atteſtantur, quòd huiuſmodi ſacramentalibus Chriſtus utitur ut inſtrumentis, quod erat aſſumptum: conſtat. n. hæc. ſ. ſpeciem panis & uini ſeu manducationem & bibitionem ſacramentales, diuerſarum eſſe rationum, ſicut diuerſarum ſunt rationum in eſſe naturali.

¶ Tertio, ex effectuū differentia: vtilius eſt comedere ſpiritualiter & bibere ſpiritualiter ſacramentum hoc, quàm illud ſpiritualiter comedere tantum. Et ſi dicitur, quòd comedere ſpiritualiter, & bibere ſpiritualiter, ſunt idem, contra: tum, quia comedere ſpiritualiter eſt actus intellectus, utpote ſpectans ad E fidem & contemplationem, iuxta illud Eccleſ. 15. Cibauit illū pane uitæ & intellectus, & illud Auguſt Crede & manducaſti. Bibere uero eſt actus affectiuæ partis, utpote ſpectans ad dulcedinem charitatis & delectationem ſpiritus, iuxta illud, Et uinum lætificat cor hominis, & rurſus, Torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Et confirmatur hoc ex ipſa diuerſitate ſignorum: diuerſa enim ſigna ſacramentalia oportet diuerſa quoque habere ſignificata. Et propterea, quia manducare & bibere ſunt diuerſa ſigna ſacramentalia, conſequens eſt, ut diuerſa quoque habeant ſignificata: ſi enim idem ſignificarent, alterum ſuperfluum eſſet in ſignificando. Et confirmatur rurſus, ex proprietate attributorum ſignatorum: nam calici ſacramentali attribuitur, quòd ſignificat expreſſe mortem Chriſti, redemptionemque per illius ſanguinem peractam, uitam animæ lætitiam cordis &c.

¶ Quarto arguitur ducendo ad inconueniens: ſacerdos celebrans ſumpto ſacramento ſub ſpecie panis, quæritur an poſtea ſumendo ſub ſpecie uini aliquid utilitatis ſpiritualis acquirat,

quirat, aut nihil. Si dicatur, quòd acquirit aliquid ſpiritualis vtilitatis intus in anima, habetur intentum, ſcilicet quòd vtilius eſt ſumere ſub vtraque ſpecie, quàm ſub altera tantum. Et rurſus, cum par ſit ratio, proportionaliter tamen de ſacerdote, & laico digne ſumente, vtilius erit laico digne ſumenti ſumere ſub vtraque ſpecie, quàm ſub altera tantum. Si dicatur, quòd nihil ſpiritualis fructus acquirit ex calice, ſequitur quòd potus ille ſacramentalis non confert ſacerdoti quod ſignificat, & cum infructuoſitas iſta non proueniat ex parte ſacramenti: quoniam calix ille eſt calix vitæ non ſolum contentiuus, ſed collatiuus, nec proueniat ex parte ſacerdotis (quoniam ſupponimus ipſum digne celebrare) conſequens eſt quòd *non niſi temere*, & voluntarie negatur fructus ſumptionis ſub ſecunda ſpecie.

IN OPPOSITVM eſt Auctor in litera huius 12. artic. in calce dicens: poteſt autem a populo corpus ſine ſanguine ſumi: nec exinde ſequitur aliquod detrimentum: quia ſacerdos in perſona omnium ſanguinem offert & ſumit, & ſub vtraq; ſpecie totus Chriſtus continetur. Vbi clare vides dictũ: nec exinde ſequitur aliquod detrimentum, quod falſum eſſet, ſi damnum ſpiritualis fructus populus incurreret, ſumendo corpus, & non ſumendo calicem.

¶ *Ad euidentiam veritatis quæſtionis huius, tria agenda ſunt: primo, declarandæ ſunt duæ radices difficultatis: ſcdo, proſequemur primam radicem: & tertio proſequemur ſecundam.*

¶ Quo ad primum ſciendum eſt, quòd quia ſacramenta nouæ legis conferunt quod ſignificant, ideo in duplici conſueuerũt locari genere: quatenus enim conferunt, locantur in genere cauſæ inſtrumentalis, aut quaſi inſtrumentalis: quatenus vero ſignificant, locantur in genere ſigni *ſenſibilis*: & propterea de ſacramentis dupliciter loqui cõtingit, vel vt habent rationem cauſæ, vel vt habent rationem ſigni. cum enim de virtute ſacramentorũ eſt ſermo, ad cauſalitatem ſacramenti ſpectatur: virtus enim cauſalitatem ſonat: & ſimiliter cum de ſacramentali medicina eſt ſermo, ad cauſalitatem quoque ſpectatur: inter cauſas enim medicina locatur. Et breuiter cum de efficacia, aut effectu alicuius ſacramenti agitur, ad cauſalitatem ſpectatur: quando autem de ſignificato aut ſignificatione ſacramenti eſt ſermo, clare liquet quòd ſacramentum inquantum ſignum tractatur.

¶ Duabus igitur in ſacramento inuentis conditionibus, ſcilicet quòd eſt cauſa, & quòd eſt ſignum, quòd confert & quòd *ſignificat, difficultas in propoſita* quæſtione ex vtraque oritur. Nam ex eo, quòd dominicus calix non minorem habet virtutem, quàm ſacra hoſtia, nec minus natus eſt conferre quàm ſacra hoſtia confert, rationi contentaneum eſt, vt quemadmodum ſacræ hoſtiæ eſus proprium habet fructum ſpiritus in anima edentis, ac per hoc duplex fructus vtiliorem monſtrat ſumptionem ſacramenti ſub vtraque ſpecie, quàm ſub altera tantum. Similiter, quia non minus dominicus calix cũ eius potu ſacramentali ſignificat interiorem fructum ſpiritus, quàm ſacra hoſtia cum eius eſu ſignificat interiorem ſpiritus fructũ, conſequens eſt, *vt ſicut* donum ſpiritus ſignificatum eſu ſacræ hoſtiæ abſque dubio acquiritur, ita donum ſpiritus ſignificatum potu ſacramenti calicis abſque dubio habeatur a digne bibente, & ſic ex multiplicato dono iuxta diuerſitatem ſigni, vtilius concluditur communicare ſub vtraque ſpecie, quàm ſub altera tantum.

¶ Oritur ergo tota huius quæſtionis difficultas ex diuerſitate ſacramentalis cauſæ, vel ſacramentalis ſigni, aut vtriuſque: & propterea diligenter diſcutienda eſt primo virtus, atq; cauſalitas huius ſacramenti, & deinde ſignificatio. His enim pateſactis, *facile erit nodum ſoluere quæſtionis*. Hæc de primo.

¶ Quo ad ſecundum, vt clare appareat veritas, vt cognoſcatur quid in euchariſtiæ ſacramento eſt cauſa, & quomodo cauſat, declaranda per ordinem ſunt tria. Primum eſt, quòd cauſans non eſt virtus aliqua in ſacramento aut diuina aſſiſtentia: ſed eſt res contenta in euchariſtia. Secundum eſt, quòd huiuſmodi res contenta cauſans non eſt minus rés concomitanter contenta, quàm res contenta ex vi cõuerſionis. Tertium eſt, quòd res contenta in hoc ſacramento cauſat abſque aliquo ſenſibili inſtrumento. Primum horum, ſcilicet quòd res cauſans ſeu *cõferens* ſpiritualem fructum in ſumptione euchariſtiæ eſt res, contenta in euchariſtia, ab omnibus eſt confeſſum, qui confitentur Chriſtum realiter contineri ſub hoc ſacramento; ipſe enim Chriſtus perfectus deus, & perfectus homo eſt largitor omnis fructus gratiæ, & eſt res contenta ſub hoc ſacramento. Et hinc abſque controuerſia habetur, quòd non oportet recurrere in vſu huius ſacramenti ad virtutẽ aliquam in ſacramento poſitam per modum intentionis, aut ad diuinam aſſiſtentiam, ſicut in aliorum ſacramentorum vſu, & in huius ſacramenti conſecratione recurritur. Singulare eſt enim in hoc ſa- F cramento, in quo ſolo vſus a conſecratione ſeparatur, quòd ipſum fontem gratiæ præſentialiter habeat, vt rem in ſacramento contentam, & ex hac ſingulari excellentia prouenit, vt ſicut per ſeipſum in ſeipſo fons gratiæ ſub ſacramento continetur, ita per ſeipſum conferat ſacramenti fructum.

¶ Secundum autem, ſcilicet quòd nõ minus ad conferendum fructum huius ſacramenti concurrit res contenta concomitanter, quàm res contenta ex vi ſacramenti ſeu conuerſionis, declaratur recolendo, quòd dupliciter res aliqua continetur ſub hoc ſacramento, *vel ex vi ſacramenti ſeu conuerſionis*, & ſic ſub hoſtia continetur corpus Chriſti tantum, ita quòd nec ſanguis nec anima deitas ſic continetur ſub hoſtia: & ſimiliter in calice ex vi ſacramenti ſolus ſanguis continetur, ita quòd nec Chriſti corpus, nec anima, nec deitas, ſic continetur ſub ſpecie vini: vel concomitanter, & ſic ſub hoſtia cõtinetur tam ſanguis Chriſti, quàm eius anima & deitas: & ſimiliter ſub G ſpecie vini continentur concomitanter Chriſti corpus, anima & deitas. Ex his enim cõſtat, quòd nec ſub ſpecie panis, nec ſub ſpecie vini cõtinetur Chriſti anima, & ſimiliter deitas, niſi concomitanter. *Quo ſtante declaratur propoſitum ſic: Spiritualis* fructus euchariſtiæ non minus cauſatur a Chriſti anima & ab eius deitate, quàm a Chriſti corpore ſeu ſanguine: ſed tam deitas quàm anima Chriſti eſt res concomitanter exiſtens ſub ſacramento. ergo non minus cauſat fructum ſpiritualem euchariſtiæ res concomitanter contenta, quàm res ex vi ſacramenti contenta. proceſſus totus eſt clarus cum minore iam declarata. Prima autem propoſitio per ſe euidens eſt: tum, quia deitas præſens perſonaliter eſt, quæ maxime confert fructum hunc ſpiritualem: tum, quia Chriſtus in ſacramento præſens cõfert voluntarie dona ſui ſpiritus: *voluntaria autem collatio principaliter* & maxime pendet a voluntate, quæ eſt in anima: tum, quia plus eſt, quàm quod dixi. nam tã ſanguis quàm corpus H Chriſti vim cibandi, atque potandi habet ex coniunctione ad deitatem: niſi .n. eſſet corpus verbi & ſanguis verbi, quod in principio erat deus non conferret vitam æternam.

¶ Tertium autem, ſcilicet quòd Chriſtus in hoc ſacramento contentus, confert per ſeipſum, & nõ per aliquod ſenſibile inſtrumẽtum, ſpiritualem fructum, declaratur tripliciter. Primo, quia vbi eſt præſens agens ſufficiens per ſeipſum, non eſt opus *inſtrumento, nec conuenit adhiberi inſtrumentum.*

¶ *Secundo*, quia ſic ſe habet eſus & potus ſacramentalis ad hoc alimentum ſpiritus, ſicut ſe habet tam manducatio quàm, potus naturalis ad alimentũ corporale: ſed in nutritione corporali panis & uinum non per inſtrumenta, ſed ſecundum ſeipſa alunt: quoniam ut dicitur in 2. de anima, alimentum ſecundum ſuam ſubſtantiam nutrit: & ſimiliter edere & bibere non ſunt inſtrumenta alimenti corporalis ad alendum cor- I pus: ſed comedere concurrit, ut adducens alimentum ſiccum, & bibere ut adducens alimentum humidum: conſtat autem ſecundum *philoſophiam*, quòd *approximatio agentis & patientis*, alimenti & aliti non locatur inter inſtrumenta. Relinquitur igitur ex hoc, ꝙ Chriſtus continetur in hoc ſacramento ut alimentum (ut ſpecies panis & uini atteſtantur) quòd ipſe ſecundum ſeipſum nutriat ſpiritum ſumentium, & ſimiliter ex hoc, quòd ad ſumentiũ animas peruenit eo ipſo, quòd manducatur & bibitur ſacramentaliter, quòd eſu & potu ſacramentali non utitur ut inſtrumentis, ſed ut approximationibus alimenti ad hominem, qui alendus eſt.

¶ Tertio, quia de diuinis ſacramẽtis oportet ſapere ad ſobrietatem, *non excedendo limites patrum noſtrorum: accepimus* autem ex eccleſiæ doctrina incomprehenſibilẽ, ac ineffabilem coniunctionem Chriſti & ſpecierum ſacramentalium ſub ratione continentis & contenti ueraciter præſentis & ſigni & ſignati, & huiuſmodi, & nõ ſecundum rationem agentis & in- K ſtrumenti, & propterea uoces huiuſmodi tamquàm prophanæ nouitates uitandæ ſunt.

¶ Ex quibus omnibus infertur primo, quòd in calice & hoſtia non ſunt diuerſæ uirtutes collatiuæ ſpiritualis gratiæ: ſed vna tantum eſt res utrobique conferens, ſcilicet Chriſtus ipſe ſecundum ſeipſum, & non per uirtutes medias. Infertur ſecundo, quòd in hoſtia & calice, Chriſtus non utitur diuerſis inſtrumentis ad conferendum fructum ſpiritus: quia utrobiq; nullo utitur ſenſibili inſtrumento ad huiuſmodi collationem: & quia excluſa omni uirtute media, & excluſo omni inſtrumento medio, nulla remanet ex parte Chriſti præſentis differentia cauſandi, diſtribuendi ſeu conferendi ſub utraque ſpecie, niſi uoluntas diuidens ſingulis, prout vult: ideo infertur tertio, ꝙ quæcumq; argumenta ad probandam diuerſitatem fructuum ſpiritualium in ſumptione utriuſque ſpeciei, ex diuerſitate uirtutum ſacramentalium, uel ſacramentalium inſtrumentorũ, uel modorum conferendi & aliorum eiuſmodi, ex falſo procedunt principio, nihilque ualent utpote abſque fundamento erecta. Quo fit ut conſiderando ſacramentum euchariſtiæ infra latitudinem cauſæ, prout eſt collatiuum ſpiritualis gratiæ, nutritiuum animæ & medicina eiuſdem, nulla ſit differentia inter ſpecies ipſas inter ſe, & ſimiliter nulla ſit differentia inter vtramque ſimul & alteram tantum: quoniam vt ex dictis patet, una & eadem omnino abſque omni uirtute media, abſque omni ſenſibili *inſtrumento medio* eſt vtrobique, & in altera tantum cuiuſcumque ſpiritualis doni cauſa, ſcilicet Chriſtus ipſe perſonaliter præſens ſecundum deitatem & humanitatem. Hæc de ſecundo.

¶ Quo ad tertium, aduertendum eſt, quòd diuerſitas in ſignificando quæ ingerit difficultatem, dupliciter inuenitur in hoc ſacramento. Inuenitur ſiquidem & diuerſitas ſigni: quia aliud ſignum eſt ſpecies panis cum ipſius eſu, & aliud ſignũ eſt ſpecies vini cum eius potu, & diuerſitas modi ſignificandi. Et hæc inuenitur dupliciter, hoc eſt comparando ſpecies inter ſe, ſicut expreſſius ſignificat redemptionem noſtrã per *Chriſti* mor- B tem calix, in quo, ut ſeparatus monſtratur ſanguis a corpore, quàm hoſtia, & comparando vtramq; ſimul ſpeciem ſacramenti ad alteram tantum: nam utraque ſimul ſignificat integre refectionem ſpiritualem: ſingulæ autem ſpecies imperfecte repręſentant illam, una ſcilicet ut cibum, & altera ut potum.

¶ Nulla autem harum diuerſitatum, ſi diligenter perſpexerimus, diuerſitatem aliquã in fructu ſpirituali huius ſacramenti arguit: quod quadrupliciter manifeſtatur. Primo, ex communibus: quoniam nec ſignorum diuerſitas nec diuerſus modus ſignificandi, diuerſitatem arguit in re ſignata: ſed una eademque res omnino immutata, & diuerſis ſignis & diuerſimode poteſt ſignari, ut patet cum unus idemque homo repręſentatur per imaginem in ſpeculo, & per ſtatuam, picturam &c. & ab una perfectius, & ab alia imperfectius repręſentatur: ex his enim diuerſitatibus in ſignis & ſignificationibus nulla circa rem ſignatam uarietas monſtratur.

¶ Secundo declaratur exemplo in baptiſmo: immerſio ſiquidẽ, quæ in celebratione baptiſmi fit, ſignificat eum qui baptizatur, conſepeliri Chriſto, & emerſio ſignificat reſurgere eundem cum Chriſto in nouitatem uitæ, iuxta *illud Apoſtoli* ad Ro. 6. Conſepulti ſumus cum Chriſto per baptiſmũ in mortem, ut quomodo Chriſtus ſurrexit a mortuis, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. *Si tamen* aliquis baptizatur non per modũ immerſionis, ſed per modum effuſionis aut aſperſionis, deficit tunc baptiſmo dictus modus ſignificandi, & non propterea is qui baptizatur, minus eſt conſepultus Chriſto, aut minus reſurgit in nouitatem uitæ, quàm ille qui baptizatus eſt per immerſionem. Hinc enim manifeſte habes, quòd non ſolum in communi loquendo, diuerſitas ſeu defectus in modo ſignificandi, nullam uarietatem arguit in re ſignata: ſed etiam in ſpeciali de ſacramentalibus ſignis loquẽdo defectus in ſignificando nihil adimit de fructu ſacramẽti, & plenitudo in ſignifican- D do, nihil adiungit ad fructum ſacramenti: ęquale ſiquidem donum ex baptiſmo recipiunt baptizatus per immerſionem & baptizatus per aſperſionem, quàmuis magna ſit diuerſitas vtrobique in ſignificando.

¶ Tertio ex ratione, quia aliud eſt diminute ſeu partialiter ſignificare, & aliud eſt ſignificare diminutum ſeu partem. Primum inuenitur in ſingulis ſeorſum huius ſacramenti ſpeciebus, ſecundum autem non: & ut patet nõ ſequitur ex primo. Similiter aliud eſt plenius ſeu expreſſius ſignificare, & aliud eſt pleniorem fructum ſignificare, & ſimiliter aliud eſt integre *ſignificare*, & aliud eſt totaliter ſignificare, & ſimiliter aliud eſt diuerſis ſignis ſignificari, & aliud eſt diuerſa ſignificari. Diuerſitas namque tam ſignorum, quàm modorum ſignificandi, in ſignis ipſis ſiſtit, & non pertranſit ad rem ſignatam: ſunt enim conditiones ſignorum, & non rei ſignatæ: & propterea inter ſigna & ſignorum conditiones aduertenda eſt differentia hæc, E quòd ſigno quidem reſpondet ſignatum, ſed diuerſitati ſignorum non reſpondet diuerſitas rei ſignatæ: & ſimiliter modo ſignandi non reſpondet modus rei ſignatæ. Et ratio eſt, quia una & eadem omnino immutata res, poteſt & diuerſis ſignis *& diuerſimode ſignari*.

¶ Quarto, declaratur deſcendendo ad propoſitum ſacramentũ exemplariter, diuerſa in primis ſigna, ſcilicet hoſtia comeſta, & calix bibitus, non diuerſos ſacramenti fructus, ſed unum atq; eundem ſpiritualem fructum ſignificant: nam manducare & bibere ſpiritualiter, unum & idem ſunt, ut teſtatur Auguſt. ſuper Ioan. homil. 25. ſuper illo textu, Qui uenit ad me, non eſuriet, & qui credit in me, non ſitiet in æternum. Ioan. 6. Inquit enim, Qui uenit ad me, hoc eſt, quod ait, qui credit in me: & quod dixit, non eſuriet, hoc intelligendum eſt, & non ſitiet umquam: utroque enim *illa ſignificatur æterna ſatietas*, ubi nulla eſt egeſtas. Vbi ex hoc, quòd ſitire & eſurire ponitur idem, manifeſte patet, quòd manducare & bibere ſunt A idem, & quòd alimentum ſatians eſu, & alimentum ſatians potu, ſunt idem ſecundum rectum philoſophiæ iudicium, iuxta illud 3. phy. *Si* poſſe ſanari & poſſe infirmari ſunt idem, ſanari & infirmari ſunt quoque idem, & ſimiliter ſanitas & infirmitas ſunt idem.

¶ Diuerſi deinde modi ſignificandi, non diuerſos fructus *ſpiritualis modos ſignificant, ſed excellentem illum fructum* diuerſimode ſignificari decet, ut ſic ſignificante uno, & ſic repræſentante alio, & ſic repræſentante utroque unus & idem fructus inadæquatus omnibus & ſingulis ſignis, utpote ſuper excedens quæcumque huiuſmodi ſigna quocumque modo illum ſignificantia, utcumque innoteſcat, & in ſumma ueneratione habeatur, & toto corde deſideretur. Conſentaneum autem rationi eſſe patet, ut diuerſa ſigna ſenſibilia & diuerſimode ſignificantia, ad unum ſpiritualem intelligibilis ordinis fructum repræſentandũ ſint inſtituta a diuina ſapien- B *tia diſponente omnia ſuauiter: ſenſibilia enim* ualde defectiue repræſentant excellentiam intelligibilium rerum, & præcipue tam excelſam rem quæ eſt hoc ſacramento ſignata, & eſt illius fructus, interna ſcilicet ſatietas ſpiritus, ſecundum participationem æternæ ſatietatis. unde non ſolum ex ipſis ſacramentalibus ſignis, ſed & ex alijs innumeris defectiue ſignificatur huius ſacramenti fructus. Nec obſtat, quòd dicatur: euchariſtiam ſub utraque ſpecie integre repræſentare internam refectionem: quoniam huiuſmodi integritas ſeu totalitas repræſentandi non ſimpliciter & abſolute, ſed reſpectiue ad ſingulas ſpecies *intelligitur, tamquàm ſi diceretur, quòd totum* euchariſtiæ ſacramentum repręſentat internam refectionem nõ partialiter, ut ſpecies panis, nec partialiter ut ſpecies uini, ſed cõplectendo utrumque. Cum quo ſtat, quòd utrumque ſimul imperfecte illam repræſentat, ſed non ita imperfecte ſicut alterum tantum: ſingulæ enim ſpecies & ambæ ſimul repræſen- C tant non partem, ſed totam internam refectionem ſpiritus: ſed non repræſentatur totaliter ab aliqua earum, nec ab ambabus ſimul, nec ab innumeris alijs. patet ergo diuerſitatem ſacramentalium ſignorum & modorum ſignificandi in hoc euchariſtię ſacramento, nullam *inferre diuerſitatem in fructu ſpi*rituali ſignificato.

¶ Nec ex admiſto conferendi actu, diuerſificari ſignificatum ſacramenti fructum putes. nam ſi diuerſitas ſigni & modi ſignandi non redundat in ſignatum, quod per ſe reſpicit ſignũ, multo minus huiuſmodi diuerſitas redundabit in collatum, quod per accidens ſeu per quandam annexionem reſpicit. Et confirmatur, quia ſicut communiter fatemur ſacramentis nouæ legis conferri quod ſignificatur, ita communiter abhorremus, ꝙ modus conferendi cõmenſuretur modo ſignificandi.

¶ *Ex quibus omnibus collige*, quòd quatuor *inuentis* in euchariſtiæ ſacramento integro, ſcilicet re contenta, qui Chriſtus D eſt: modo continendi, ſcilicet ex ui ſacramenti & concomitanter: ſignis ſignificatione cum modo ſignificandi, & collatione, cum conſtet, quòd maior utilitas ſpiritus ſpectet ad maiorem collationem a re contenta procedentem, & non ad modũ continentiæ: nec ad diuerſitatem ſignorum, ſignificationum, aut modorum ſignificandi, & res contenta ſub utraque ſpecie ſit omnino una & eadem, & non magis conferat ſpiritualem fructum ſub una quàm ſub alia, aut ſub utraque quàm ſub una, utpote *nullo mediante inſtrumento* nullaque *mediante* uirtute utens in huiuſmodi collatione, conſequens eſt, ut nulla maior utilitas ſpiritualis fructus proueniat in ſumente ſacramentum ſub utraque ſpecie, quam proueniat in ſumente ſacramentum ſub altera tantum ſpecie. Et hoc intellige ceteris paribus, ita quòd ut exemplariter dicatur, ſi ſunt hic duo æqualiter diſpoſiti ad communionem, & unus communicet ſub ſpecie panis tantum, alter uero ſub utraque ſpecie, non E plus prodeſt, quo ad gratiam & ſpiritualem fructum ſacramentum euchariſtiæ communicanti ſub utraq; ſpecie, quàm communicanti ſub ſpecie panis tantum. Et ratio eſt dicta, quia nõ interuenit maior collatio, quàmuis interueniat maior ſignificatio. Hæc de tertio.

AD ARGVMENTA in oppoſitum reſpondendo, dicitur ad primum, quòd ſine dubio utilius eſt ſumere totum fructum ſacramenti, quàm partem fructus eiuſdem: non tamen utilius eſt ſumere totum ſacramentum, quàm partem ſacramenti, ubi tota uis ſacramenti non minus eſt in parte quàm in toto, ſicut eſt in propoſito: quoniam totus Chriſtus continetur in toto ſacramento & in qualibet eius parte, nec eſt differentia niſi in ſignificando, non totum, uel partem, perfectum uel imperfectum: ſed in ſignificando partialiter uel integre, perfecte uel imperfecte: unde cum inſtatur, quòd ſacramenti pars aliud ſignificaret, & aliud conferret: quia ſignificaret partem & conferret totum, duplex defectus committitur. Primus eſt, qui dictus eſt, quòd pars ſacramenti ſignificet partem fructus: ſignificat

ficat enim totum fructum, ſed partialiter. Secundus eſt, ꝙ dato quòd ſignificaret partem, & conferret totum non propterea derogaretur regulæ ſacramentali, qua dicitur, ſacramenta conferunt quod ſignificant: quoniam verificaretur quòd conferret id quod ſignificat, quàmuis vltra hoc conferret aliquid plus. Multum.n. inter ſe diſtant hęc, conferre aliud, & conferre illud & aliquid plus: vnde ex hoc, ꝙ pars ſacramenti confert quicquid confert totum, & affirmatur quòd confert quod ſignificat, & quòd confert plus quàm explicite ſignificet.

¶ Ad ſecundum dicitur, quòd *minor eſt falſa: non ſunt enim* inſtrumenta Chriſti contenti in euchariſtia ſpecies ſacramentales aut vſus earum, vere & proprie loquendo: quod ideo addo, quoniam ſi alicubi ſcriptum inueniatur, quòd hæc ſunt inſtrumenta, aut quaſi inſtrumenta diuina, pie exponendum eſt, vel de inſtrumento ad excitandam deuotionem, & non ad conferendum ſacramenti fructum, vel inſtrumenti nomine intelligendum eſt id, ſine quo non. ſecundum enim huiuſmodi extenſionem nominum verificatur, quòd ſpecies & earum vſus ſunt inſtrumenta ad fructum ſacramenti, quia ſine eis in re vel in voto non confertur ſacramenti fructus a re contenta ſub ſacramento. vbi ſcito, quòd huiuſmodi ſpecies, & vſus earum conueniunt cum alijs ſacramentis, non ſolum in ſignificando, ſed etiam in conferendo: & propterea ſicut aqua baptiſmi corpus tangit, & cor abluit, ſic hoſtia ſacra corpus tangit, & cor alit. Sed multum differunt in modo conferendi: quoniã in alijs ſacramentis Chriſtus mediante virtute ſacramentali confert effectum: hic autem immediate per ſeipſum fructum confert ſacramenti: & propterea eſto cautus cum obijciuntur huiuſmodi ſimilitudines.

¶ Ad confirmationem dicitur, quòd actus ſacramentales ſunt in duplici differentia: quidam enim ſunt, qui interueniunt in ipſa confectione ſacramenti, & de his verificatur quòd ſunt actus inſtrumentales: quidam vero ſunt, qui poſt confectum ſacramentum, ad vſum ſolummodo ſpectant ſacramenti, & hi non ſunt actus inſtrumentales ad conferendum ſacramenti fructum: ſed vt dictum eſt, ſe habent vt approximationes nutrimenti ad id quod nutritur: tales autem ſunt de quibus eſt ſermo præſens.

¶ Ad aliam confirmationem dicitur, quòd non ideo ſimile reddimus iudicium de euchariſtia & baptiſmo & alijs ſacramentis, dicendo quòd non prouenit ex defectu ſacramenti ſi infructuoſe quandoque ſuſcipiuntur, quaſi eodem modo Chriſtus operetur in hoc ſacramento & in alijs: cum conſtet, quòd nõ eodem modo Chriſtus eſt in hoc ſacramento & in alijs: quoniam hic eſt per ſeipſum præſens, in alijs per ſuam virtutem vel aſſiſtentiam: ſed hoc ideo dicitur, quia quantum ad collationem ſpiritualis gratiæ idem eſt iudicium: in omnibus enim confertur ſpirituale donum, ſi digne ſuſcipiuntur.

¶ Ad tertium dicitur, quòd ceteris paribus, non eſt vtilius ſpiritualiter comedere & bibere ſacramentum, quàm comedere tantum: quia comedere & bibere ſpiritualiter Chriſtum, ſunt vnum & idem inter ſe, & non differunt a comedere & bibere ſpiritualiter euchariſtiam, niſi ſola relatione ad ſacramentum: conſtat enim quòd vtilitas graduatur ſecundum interiorem Spiritus fructum, & non ſecundum relationem ad ſacramentum: quoniam relatio huiuſmodi non facit melius, ſed ſolam habitudinem ad ſenſibile ſignum, in quo Chriſtus continetur appoſite. quòd autem comedere & bibere ſpiritualiter, idem ſint, manifeſtat dominus, Ioan. 6. dum ter vnum & eundem fructum attribuit manducationi carnis ſuæ, & potui ſanguinis ſui. Primo, cum dicit, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Secundo, cum dicit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. Tertio, cum dicit, Qui mãducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo: vbi patet, ꝙ ſemper vnicus manducationi & potui appoſitus eſt fructus. Primo, vita in nobis: ſecundo, vita æterna: tertio, manſio in Chriſto, & econtra.

¶ Ad inſtantiam autem, quòd manducare eſt actus intellectus, & bibere actus affectus, reſpondetur, quòd hæc ſunt vera ſecũdum quandam appropriationem, & non ſecundum proprietatem: & hoc tam in via quàm in patria: nam in via tam manducare, quàm bibere ſpiritualiter, ſpectat ad credere in Chriſtum: quia actus cum ſit fidei formatæ, & intellectus & affectus eſt: in patria autem fruitio beata, vtriuſque quoque partis perfectio eſt. In cuius ſignum cum dictum eſſet, quòd cibaret illum pane vitæ & intellectus, ſubiectum eſt, & aqua ſapientia potauit illum, vt monſtraretur ſapientia ad intellectum pertinens, & cibus & potus: & ſimiliter non ſolum dictum eſt, Torrente voluptatis tuæ potabis eos, ſed inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: vbi tam vbertas domus, quàm voluptas ad potum relata eſt, vt monſtraretur identitas cibi & potus.

F ¶ Ad confirmationem vero, de diuerſitate ſignorum dicitur, quòd non oportet diuerſis ſignis ſenſibilibus reſpondere diuerſa ſignata intelligibilia: nec propter hoc, quòd multa ſigna vnum & idem ſignatum ſignificant, aliquod ſuperfluit: tum, quia inadæquate ſingula repræſentant illud intelligibile: tum, quia ſapienter diuina prouidentia huiuſmodi ſigna inſtituit ad noſtram eruditionem, *exercitationem*, *humiliationem*, conformitatem &c.

¶ Ad vltimam confirmationem, de appropriatis, reſpondetur diſtinguendo de ſignificatione vel collatione, & ſimiliter de proprio vel appropriato. Et dicitur, quòd reſpectu actus ſignificandi explicite (de tali enim ſignificãdi modo loquor) aliquid eſt proprium uni ſpeciei, & aliquid proprium alteri: reſpectu autem actus nihil eſt alicui proprium: quoniam totum quod confertur a Chriſto ſub vna ſpecie, confertur etiam ab eodem ſub alia. Appropriatum tamen inueniri poteſt reſpectu vtriuſque actus: nam redemptio per Chriſti mortem, *appropriatur* G calici in repræſentando, & vita animæ appropriatur eidem in conferendo: ſicut vita corporis appropriatur in conferendo hoſtiæ, iuxta illud, Vt duplicis ſubſtantiæ totum cibaret hominem: & ſimiliter lætitia appropriatur calici in conferendo, & firmitas hoſtiæ, iuxta illud, Dedit fragilibus corporis ferculũ, dedit & triſtibus ſanguinis poculum: ſed huiuſmodi appropriationes tam in ſignificando, quàm in conferendo, in nullo variant fructum ſacramenti, quum totus & ita plene & perfecte conferatur ſub vna ſpecie, ſicut ſub vtraque: ſicut in diuinis ex hoc, quòd patri appropriatur potẽtia, & filio ſapientia, & ſpirituiſancto bonitas, non minus ſingula quæque perſona eſt ſapientia, potentia, bonitas.

¶ Et per hoc, patet reſponſio, ad quæcumque ſimilia quæ poſſunt obijci, de appropriatis fructibus calicis: nihil enim minus omnium fructuum appropriatorum calici percipitur H ex ſacra hoſtia. Et ratio iam dicta eſt: quia hæc non ſunt propria, ſed appropriata.

¶ Ad quartum argumentum dicitur, declinando vtrumque extremum quæſtionis propoſitæ arguendo, & media via incedendo, & diſtinguendo de diſpoſitione ſacerdotis in dei gratia celebrãtis: dupliciter ſiquidem poteſt inueniri diſpoſitus poſt ſumptum ſacramentum ſub ſpecie panis, vel ſine augmento ſpirituali, vel cum augmento ſpirituali: & ſiquidem inuenitur diſpoſitus cũ augmento ſpirituali, ita vt dignior ſit ſuſcipiendo ſub ſecunda ſpecie, quam fuerit ſuſcipiendo primam, recipit proculdubio ſumendo calicem ſpiritualem fructum ſacramenti, qui gratia maior eſt intenſiue, aut extenſiue, & ſic diſpoſitus nullus vmquàm dubitauit vtilius eſſe communicare ſub vtraque ſpecie, quàm ſub altera tantum: ſi vero inuenitur ſine ſpirituali augmento diſpoſitus, nihil ſpiritualis fructus ex ſumptione calicis percipit: quoniã idem eſt vtrobiq; agens, & idem patiens æqualiter vtrobique diſpoſitum, & perinde, I quo ad interiorem fructum ſe habet, ac ſi poſt ſumptã hoſtiam vnam aliam ſumeret, vt contingit ſumentibus reliquias ſacramenti: vnde infructuoſitas iſta non eſt ex parte rei contentæ ſub ſpecie vini: ſed eſt ex æquali diſpoſitione communicantis, & identitate numerali rei contentæ ſub vtraque ſpecie, per ſeipſam immediate conferentis fructum ſacramenti: hæc enim ſimul concurrentia efficiunt, quòd non magis fructuoſa eſt communio ſub vtraque ſpecie, quàm ſub prima tantum. *Et ſi* his adiunxeris, quòd populus communiter non eſt tantæ perfectionis, vt ad hęc incrementa ſe pręparet, videbis conſequenter ꝙ non eſt vtilius populo communicare ſub vtraq; ſpecie, quam communicare ſub altera tantum: in cuius ſignum non apparent meliores homines in partibus vbi communicãt ſub vtraq; ſpecie, hominibus alibi ſeu ibi communicantibus ſub altera tantum ſpecie. Hæc de ſecunda quæſtione.

K
## *QVAESTIO III.*

*An expediat eccleſiæ Chriſti, quòd populus communicet ſub vtraque ſpecie.*

QVAERITVR tertio, vtrum expediat eccleſiæ Chriſti, quòd populus communicet ſub vtraq; ſpecie: videtur enim quòd ſic. Primo, exemplo Chriſti, qui etiam Iudam communicauit ſub vtraq; ſpecie, & immediate ante dixerat, Exemplum enim meum dedi vobis &c.

¶ Secundo, exemplo primitiuæ eccleſiæ: tunc.n. populus communicabat ſub vtraque ſpecie, vt patet 1. ad Cor. 11.

¶ Tertio, exemplo diuturnæ perſecutionis: nam huiuſmodi conſuetudo perſeuerauit nõ ſolum tempore martyrum (quos Cyprianus dominico poculo præconfortandos cenſuit) ſed &  tempore pacis eccleſiæ, cũ legamus factas non ſolum patenas, ſed etiam calices miniſteriales. quare enim miniſteriales dicti ſunt, niſi quia non ad offerendum, ſed ad miniſtrandum populo Chriſti ſanguinem deſeruiebant.

¶ Et ſi amplius perſpectum fuerit, quòd in ordine Ciſtercieñ. alicubi communio fieri legitur ſub vtraque ſpecie, apparebit quòd tempore inſtitutionis ordinis Ciſtercienſis, perſeuerabat conſuetudo communicandi ſub vtraque ſpecie: quoniam non eſt veriſimile, ſi conſuetudo illa ceſſauerat, ꝙ monaſteriũ aliquod præſumpſiſſet abolitam conſuetudinem renouare.

¶ Et confirmatur, quia tam actio, quàm doctrina priſcorum ſanctorum præfertur actioni & doctrinæ poſteriorum, ac per hoc expediens videtur eccleſiæ Chriſti ſequi veſtigia priſcorũ patrum, & imitari eos quantum poſſumus.

¶ Præterea, Duorum licitorum illud, vt magis expediens eſt eligendum, quod clarius & tutius & magis conſentaneum eſt: ſed communicare ſub vtraque ſpecie eſt clarius, tutius & magis conſentaneum. ergo. Declaratur minor: quòd ſit quidem clarius, quia nullam habet obſcuritatem difficultatum, B quas habet communio ſub vna ſpecie: quòd vero ſit tutius, quia nullius omiſſionis periculo ſe exponit cui ſe exponit communicans ſub altera ſpecie tantum, omittendo communionem alterius: quòd ſit autem magis conſentaneum, quia conſona inſtitutioni ſacramenti & integritati ipſius, & integritati ſenſibilis refectionis.

¶ Præterea, Quod congruit ex his, quæ ſunt per ſe, eſt magis expediens eo quod congruit ex his, quæ ſunt per accidens: ſed communio ſub vtraque ſpecie, congruit ex his, quæ ſunt per ſe, quia congruit ex ipſa perfectione ſacramenti, communio autem ſub ſpecie panis tantum congruit ex his, quæ ſunt per accidens: quia oritur ex ineptia quorundam communicantiũ. ergo magis expedit eccleſiæ Chriſti, cõmunicare populum ſub vtraque ſpecie, quàm ſub ſpecie panis tantum.

IN OPPOSITVM eſt conſuetudo innumerarũ eccleſiarum.

¶ Ad euidentiam huius quæſtionis ſciendum eſt, quòd vſus C euchariſtiæ medius eſt inter vtentem, & ſacramentum, & propterea conſonus vtrique debet eſſe: ſed cum duplex ſit euchariſtiæ vſus (vel primarius, ſpectans ad conſecrantem, vel ſecundarius, ſpectans ad populum) hæc eſt quantum ad propoſitum ſpectat, inter vtrumque vſum differentia, quòd vſus primarius debet conſonare ſpeciebus ſacramenti, eo quòd perfectio vſus primarij ſpectat ad perfectionem ſacramenti vt finis, & propterea, vt prædictum eſt, ſacrilegij reus eſſet ſacerdos celebrans omittendo communionem calicis: vſus autem ſecundarius de congruo decet, quòd conſonet ſpeciebus ſacramenti: quia in ipſo non conſiſtit perfectio ſacramenti, vt prædictum eſt, & quia communio populi *in vſu ſecundario* huius ſacramenti conſiſtit, ideo ex parte ſacramenti decet talem vſum, ideſt, communionem populi cõgruere ſpeciebus ſacramentalibus, hoc eſt, quòd fiat ſub vtraque ſpecie, ex parte vero vtentis populi debetur huic vſui reuerentia: tenetur enim populus communicare abſque irreuerentia, immo & cum reuerentia debita tanto ſacramento.

¶ Duobus igitur cõgruentibus populari vſui huius ſacramenti, altero ex parte ſignorum ſacramentaliũ, altero ex parte populi communicantis, ſi vtrumque nequit prudenter fieri, appendenda *ſunt in ſtatera hinc & inde ſeruanda & omittenda*, vt diſcernatur quid magis expedit. Et ex vna quidem parte appendenda eſt communio popularis ſub vtraque ſpecie cum periculo irreuerentiæ in ſpargendo ſanguinem Chriſti, ex altera vero parte appendenda eſt communio popularis ſub ſpecie panis tantum, cum tuta reuerentia ſacramenti, & ſic perſpiciendo conditiones vtriuſque partis, diſcernetur veritas. Apparet autem diligenter conſiderando, quòd cõmunio popularis ſub vtraque ſpecie cum periculo irreuerentiæ, habet peccatum ſacrilegij annexũ, imputandum non ſolum irreuerentiam committenti, ſed populo & eccleſiæ rectoribus: communio autem popularis ſub ſpecie panis tantum, nullum habet annexum peccatum, nullumve damnum.

¶ Declaro ſingula, & primo primum: quòd enim popularis communio ſub vtraq; ſpecie habeat annexam irreuerentiam ſacramenti, experientia teſtari poteſt, & ratio monſtrat. nam in populis tanta eſt diuerſitas communicantium, vt impoſſibile ſit (humano more de impoſſibili loquendo) fieri communionem tot populorum ſub vtraque ſpecie, abſque effuſione ſanguinis ſub ſpecie vini. quòd uero huiuſmodi irreuerentia ſit ſacrilegij peccatum, per ſe notum eſt: quoniam eſt irreuerentia rei ſacratiſſimæ. Nec excuſatur a ſacrilegij vitio propterea quòd non ex propoſito, ſed ex incautela aut incuria huiuſmodi irreuerentia accidit: quoniam ſpecies peccati ex obiecto ſumitur, & non ex occaſione peccandi, ſicut nec blaſphemia dei a ſua recedit ſpecie: quia incaute prolata eſt: huiuſmodi enim circunſtantiæ excuſant a tanto, ſed non a toto: quòd autem ſacrilegium hoc imputetur populo & rectoribus A eccleſiæ, ex eo patet, quòd huiuſmodi ſacrilegium non eſt inter *caſus inopinatos*, aut raro *contingentes*, ſicut *inter caſus* raro contingentes eſt, quòd ſacerdos celebrans, dum ſeipſum communicat, aliquid ſpargat ſanguinis Chriſti: imprudentiæ autem rectoris imputatur defectus non rarus, ſi poteſt prouidere, & non prouidet: & ſimiliter populo, qui mauult caſum ſacrilegij non rarum accidere, quàm abſtinere a communione ſub vtraque ſpecie, rationabiliter imputatur.

¶ Deinde declaratur ſecundum: quòd enim in communione populari ſub ſpecie panis tantum, nullum interueniat peccatum, ex eo conuincitur, quòd ſi communio ſub ſpecie panis tantum, eſſet peccatum, numquàm *eſſet licita*: conſtat autem quòd in paraſceue ſacerdos ſub ſpecie tãtum panis communicat non ſolum licite, ſed ſancte. non eſt igitur communio ſub altera ſpecie tantum, peccatum: quòd etiam non habeat annexum damnum, ex ſuperius dictis iam patet: quia B ceteris paribus non eſt minus fructuoſa communio ſub altera ſpecie tantum, quàm ſub utraque. Ex quibus manifeſte apparet magis expedire Chriſti eccleſię communionem populi ſub ſpecie panis tantum, quàm ſub utraque.

¶ Et ſi perſpicacius conſideratum fuerit, inuenietur ex prædictis, quòd utilior eſt populo *Chriſtiano communio* ſub ſpecie panis tantum, quàm ſub utraque ſpecie: quoniam reuerentia tuta, cui innititur populus communicans ſub ſpecie panis tantum, non caret mercede ſua, & prudenter communicare, fructuoſius eſt ſpiritui, quàm minus prudenter. Et forte in pœnam huiuſmodi imprudentiæ, incautelæ ac ſacrilegij emergentis, diuino iudicio ſchiſmatici ſunt populi, communicantes hodie ſub vtraque ſpecie.

¶ Expedit igitur Chriſtianis populis communicare ſub ſpecie panis tantum, & ad euitandum ſacrilegij periculum, & ad meritum tam obedientiæ prælatis *ſedis apoſtolicæ* communione C habentibus parendo, q̃ reuerentiæ, magnificãdo plus ſacramentum hoc, q̃ affectum proprium ad vtramque ſpeciem.

AD PRIMVM ergo in oppoſitum de exemplo Chriſti, dicitur ꝙ Spũſſanctus docuit & docet eccleſiã, non expedire illi imitari oẽs cõditiones, quæ interuenerũt in actionib⁹ Chriſti.

¶ Nec hæc ego ſomnio, ſed manifeſte patet Chriſtum in prima huius ſacramenti conſecratione, & traditione duo ſeruaſſe, ſcilicet quòd poſt cœnam conſecratio & communio facta eſt, & quod ſub utraque ſpecie communicarunt omnes: Eccleſia autem non poſt cœnam, ſed ieiuna *conſecrationem* & communionem perficit, non imitando Chriſtum in hoc, & proculdubio ratione reuerentiæ ieiuna communicat. ſi igitur Chriſti actio, quo ad hanc conditionem non ſolum licite, ſed meritorie omittitur ob reuerentiam tanti ſacramenti, par eſt ob reuerentiam eiuſdem ſacramenti omittere etiam alteram conditionem, ſcilicet ſub utraque ſpecie: immo magis comD munio popularis exigit omiſſionem utriuſque ſpeciei, quàm cõmunio ſacerdotis omiſſionem ſobriæ manducationis: quoniam hic nullum eſt, niſi ex eccleſiæ ſtatuto peccati periculũ: ibi autem interuenit ſacrilegij periculum ex conditione ſumentium. vnde ſicut eccleſia prouide ſtatuit, ut ieiuni communicemus, ita prouide quoque ſeruat, ut ſub ſpecie panis tantum, populus communicet: & in utroque obedit Chriſto non ſecundum ſimilitudinem actionis, ſed ſecundum intentionem agentis: de intentione ſiquidem Chriſti eſt reuerentia magis, quàm exterior ſimilitudo operis.

¶ Ad ſecundum de exemplo primitiuæ eccleſiæ, dicitur quòd ratione paucitatis Chriſtianorum fiebat tunc abſque periculo ſacrilegij communio ſub utraque ſpecie: nunc autem, quia non poteſt abſque *ſacrilegij* periculo *tanta* multitudo populi communicare ſub utraque ſpecie, non expedit imitari in hoc primitiuam eccleſiam. Et cum hac reſponſione ſatisfit arguE mentis omnibus ex imitatione priſcorum, & tam diuturnæ conſuetudinis antiquæ. Poſſet tamen aliter, & forte uerius, utendo, etiam ratione dictæ reſponſionis, dici, quòd numquàm fuit uniuerſalis conſuetudo in tota eccleſia communicandi populum ſub utraque ſpecie: ſed alicubi fuit hoc conſuetum, & alicubi non. In cuius ueritatis ſignum in primitiua eccleſia aliter legimus factam communionem Hieroſolymis, & aliter in *eccleſia Corinthiorum*. apud *Corinthios enim* communicabant ſub utraque ſpecie, ut patet 1. ad Corin. 11. Hieroſolymis uero ſola ſub ſpecie panis communio legitur, ut patet Act. 2. ubi dicitur, Erant autem perſeuerantes in doctrina apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. Poſt ſucceſſum quoque temporum utrumque quoque legimus in ſacris canonibus: nam inuenitur communio laica, quæ communio ſub ſpecie panis tantum interpretatur, & inuenitur quòd pœnitẽtibus in extremo euchariſtia infundatur, quod ad communionem calicis ſpectare conſtat: quoniam infundi liquorum eſt: unde uidetur quòd argumentum

tum ex uniuerſali conſuetudine ſupponit falſum : immo ex exordio primitiuæ eccleſiæ, quando omnes ſimul erant Apoſtoli, argumentum ſumitur ad oppoſitum ex hoc ipſo, quòd Hieroſolymis, ubi erat magna multitudo fidelium, ſola communio ſub ſpecie panis tradita populo legitur: hinc enim tam uehementer aucta multitudine fideliũ imitamur doctrinã omnium Apoſtolorum, communicando populũ ſub ſpecie panis tantum.

¶ Et licet ratio ſumpta ex tanta multiplicatione Chriſtiani populi ſit ſolidũ, ac præcipuum fundamentum conſuetudinis communicandi populum ſub ſpecie panis tantũ: poſſet nihilominus ſecundaria ratio aſſignari, quare eccleſiæ, quæ, olim ſub utraque ſpecie communionem faciebant, deſtiterunt ab illa conſuetudine, ex defectu ſcilicet feruoris & deuotionis in populis : ut enim in præcedenti queſtione dictum eſt, communio ſub vtraque ſpecie ſi fructuoſior eſſe debet, quàm cõmunio ſub ſpecie panis tãtum, duplicata debent eſſe incrementa ſpiritus, quæ cũ defecerint, prouide, tam paſtor eccleſiæ, quàm populus abſtinendum a communione ſub utraque ſpecie cenſuit, recognoſcendo cõmunicantium imperfectionem.

Infra q. 84. art. 7. ad 4. Et 4. di. 11. q. 3. ar. 1.

¶ Et quòd huiuſmodi imperfectionem Chriſtianæ incurrerint eccleſiæ, ex hoc apparet, ꝙ uix populus ſimplicem præparationem facit pro communione ſemel in anno.

¶ Quòd vero olim excellens fuerit profectus ſpiritus, patet & ex eo, quòd quotidie aut quaſi quotidie communicabant, & ex eo quòd ſacri canones excludebant ab auditione miſſæ omnes non communicantes, ut patet de conſec. diſt. 2. c. peracta: hinc enim rationabiliter conijcere poſſumus, quòd ſicut recognoſcẽdo imperfectionem poſteriorum deſtitit eccleſia a quotidiana cõmunione populi, & ab expellendo a miſſa non communicantes, ita recognoſcẽdo imperfectionem communem, deſtitit a communione ſub utraque ſpecie, utpote reddita infructuoſa, ac periculoſa communi populo.

¶ Et per hæc, patet reſponſio ad tria prima argumenta.

¶ Ad quartum uero dicitur, quòd maior diſtinguenda eſt, ſimpliciter, uel ſecundum quid, & ſi ſimpliciter & abſolute intelligitur, uera eſt, ceteris paribus: ſi uero ſecundum quid, eſt falſa manifeſte. Intellecta igiť maiore abſolute & ſimpliciter in ſenſu, qui uerificatur, dicitur quòd minor eſt falſa. Et ut ſingillatim manifeſtetur in ſingulis partibus eius, dicitur quòd licet communicare ſub utraque ſpecie populum, ſit clarius ſecundum ſenſum, & quo ad nos: non tamen eſt clarius ſecundum intellectum, & ex parte rei contentæ. Difficultates ſiquidem, quæ occurrunt, ex parte noſtri & non ex parte rei, & ex ſignis ſenſibilibus, non ex re contenta conſurgunt. Quòd aut ſit tutius, falſiſſimum eſt. Et cũ dicitur, ꝙ nullius omiſſionis periculo ſe exponit, reſpondetur quòd licet non omittat ſignum ſenſibile: omittit tamen popularis communio prudentiam debitam in cauendo ab irreuerentia ſacramenti, & exponit ſe periculo commiſſionis ſacrilegij, a quibus tuta eſt communio populi ſub ſpecie panis tantum. quòd uero dicitur de magis conſentaneo, oporteret dicere, magis conſentaneo rationi rectæ, aut ꝑcepto Chriſti. Communio ſiquidem populi ſub ſpecie utraque, licet ſit magis cõſentanea, per modum aſſimilationis inſtitutioni ſacramenti, & integritati ſacramenti, & integritati ſenſibilis refectionis : communio tamen populi ſub panis ſpecie tantũ eſt magis conſentanea, & præcepto Chriſti, Hoc facite in meam commemorationẽ, ut prædeclaratum eſt, ex ordine literæ euangelicę, & rationi rectæ, curam gerenti de reuerentia huius ſacramenti. Et illud quidem ſpectat ad conſentaneum, ſecundum quid, hoc autem ad conſentaneum ſimpliciter & abſolute: quia hoc conſurgit ex omnibus conſideratis, illud autem ad ſimilitudinẽ exteriorem tantum reſpiciendo.

¶ Ad quintum autem dicitur, quòd falſum ſubſumit, ſcilicet tenentia ſe ex parte ſumentis concurrere per accidens ad uſum huius ſacramẽti: uſus enim licet ſit huius ſacramenti ut rei, qua utimur, hoc eſt materiæ, eſt tamen utentis, ut proprius actus ſeu operatio : nõ accidit aũt operationi rectitudo ex parte operantis, immo adeo per ſe ex hac parte exigit rectitudinẽ, ut niſi operatio recta ſit ex parte operantis, non poſſit eſſe recta, ſimpliciter & abſolute loquendo : & in propoſito plus inuenitur, ſcilicet quòd conditio, de qua loquimur ex parte utentis, non ſiſtit in ipſo utente, ſed redundat in ſacramentum: quoniam attenditur ſecundum reuerentiam uel irreuerentiam ad ſacramentum : & propterea undique ruit argumentum.

¶ Et hæc de communione populari ſub utraque ſpecie dicta pro nunc ſufficiant.

## QVAESTIO LXXXI.

*De modo, quo Criſtus uſus eſt hoc ſacramento, in quatuor articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderãdum eſt, de vſu huius ſacramenti, quo Chriſtus vſus eſt in prima ſui inſtitutione.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum Chriſtus ſumpſerit ſuum corpus & ſanguinem.
¶ Secundo, Vtrum Iudæ dederit.
¶ Tertio, Quale corpus ſumpſerit aut dederit, vtrũ ſcilicet paſſibile vel impaſſibile.
¶ Quarto, Quomodo ſe habuiſſet Chriſtus ſub hoc ſacramento, ſi fuiſſet in triduo mortis reſeruatum, aut conſecratum.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum Chriſtus ſumpſerit ſuum corpus & ſanguinem.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus non ſumpſerit corpus ſuum & ſanguinem. Non enim de factis Chriſti & dictis aſſeri debet, quod auctoritate ſacræ ſcripturæ nõ traditur: ſed in euangelijs non habetur, ꝙ Chriſtus corpus ſuum manducauerit, aut ſanguinem ſuũ biberit. non ergo eſt hoc aſſerendum.

¶ 2 Præt. Nihil poteſt eſſe in ſeipſo, niſi forte ratione partium, prout ſcilicet vna pars eius eſt in alia, vt habetur 4. phyſicor.* ſed illud quod manducatur & bibitur, eſt in manducante & bibente. cum igitur totus Chriſtus ſit ſub vtraque ſpecie ſacramenti, videtur impoſſibile fuiſſe, quòd ipſe ſumpſerit hoc ſacramentum.

Lib. 4. text. 34. tom. 2.

¶ 3 Præt. Duplex eſt ſumptio huius ſacramenti, ſcilicet ſpiritualis & ſacramentalis : ſed ſpiritualis non competebat Chriſto, quia nihil a ſacramẽto accepit, & per conſequens nec ſacramẽtalis, quę ſine ſpirituali eſt imperfecta, vt ſupra habitum eſt.* ergo Chriſtus nullo modo hoc ſacramentum ſumpſit.

q. præc. ar. 11.

SED CONTRA eſt, quòd Hierony.* dicit ad Leſbiam, dominus Ieſus Chriſtus ipſe conuiua & conuiuium, ipſe comedens, & qui comeditur.

*q. 2. ad Hedibiam. to. 4. refertur de conſecr. di. 2. c. Neq Moiſes.

RESPON. Dicendum, quòd quidam dixerũt, quòd Chriſtus in cœna corpus & ſanguinem ſuum diſcipulis ſuis tradidit, non tamen ipſe ſumpſit: ſed hoc non videtur conuenienter dici : quia Chriſtus ea, quæ ab alijs obſeruanda inſtituit, ipſe primitus obſeruauit: vnde & ipſe prius baptizari voluit, quàm alijs baptiſmum imponeret, ſecundum illud Actuum 1. Cœpit Ieſus facere, & docere : vnde, & primo ipſe corpus ſuum & ſanguinem ſumpſit, & poſtea diſcipulis ſumendum tradidit: & hoc eſt, quod Ruth 3. ſuper illud,

¶ *Super Quæſtionem octuageſimamprimam.*

IN tota quæſtio. 81. hoc ſolum occurrit circa quarti artic. materiam recolendum, quòd Scotica chimera ſuperius relata, hinc apparet, vt eſt. Nihil enim minus corpus Chriſti ſub ſacramento nihil fuiſſet, ſi Chriſti corpus in propria ſpecie annihilatum fuiſſet, quàm in triduo corpus Chriſti ſub ſacramento fuiſſet mortuum, quia in propria ſpecie fuit mortuum : cum tamen Scotus hoc concedat, & primum neget : utrumque enim, ſcilicet eſſe mortuum, & eſſe nihil, ſunt de numero eorum, quæ conueniunt ſeu quæ conuenirent Chriſti corpori abſolute, & non in ordine ad extrinſeca, ut clare patet, & propterea quodcumque eorum Chriſti corpori in propria ſpecie contingeret, aſſerendum eſſet de eodem ſub ſacramento.

Cum.



...ſ. ordi.

Cumque comediſſet & bibiſſet &c. dicit gloſſ.* quòd Chriſtus comedit & bibit in cœna, cum corporis & ſanguinis ſui ſacramentum diſcipulis tradidit : vnde quia pueri communicauerunt carni & ſanguini, & ipſe participauit eiſdem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in euangelijs legitur, quòd Chriſtus accepit panem & calicem, non eſt autem intelligendum, quòd acceperit ſolum in manibus, vt quidam dicunt : ſed eo modo accepit, quo alijs accipiendum tradidit. vnde cum diſcipulis dixerit, Accipite, & comedite: & iterum, Accipite, & bibite : intelligendum eſt, quòd ipſe accipiens comederit & biberit : vnde & quidam metrice dixerunt, Rex ſedet in cœna, turba cinctus duodena: Se tenet in manibus, ſe cibat ipſe cibus.

...6. art. 5.

AD 2m dicendum, quòd, ſicut ſupra* dictum eſt, Chriſtus, ſecundum quòd eſt ſub hoc ſacramento, comparatur ad locum, non ſecundum proprias dimenſiones, ſed ſecundum dimenſiones ſpecierum ſacramentalium, ita quòd in quocumq; loco vbi ſunt illæ ſpecies, eſt ipſe Chriſtus : & quia ſpecies illæ potuerunt eſſe in manibus, & in ore Chriſti, ipſe totus Chriſtus potuit eſſe in ſuis manibus & in ſuo ore: nõ autem hoc potuiſſet eſſe, ſecundum quòd comparatur ad locum per proprias dimenſiones.

...5. art. 1.

AD 3m dicendum, quòd, ſicut ſupra* dictum eſt, effectus huius ſacramenti eſt, nõ ſolum augmentum habitualis gratiæ, ſed etiam quædam actualis delectatio ſpiritualis dulcedinis : quàmuis autẽ Chriſto gratia non fuerit augmẽtata ex ſuſceptione huius ſacramenti : habuit tamen quandam ſpiritualem delectationem in noua inſtitutione huius ſacramenti : vnde ipſe dicebat Luc. 22. Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum, quod Euſebius exponit de nouo myſterio noui teſtamenti: quod tradebat diſcipulis. & ideo ſpiritualiter manducauit, & ſimiliter ſacramentaliter, inquantum corpus ſuũ ſub ſacramento ſumpſit, quod ſacramentum ſui corporis intellexit & diſpoſuit : aliter tamen quàm ceteri ſacramentaliter & ſpiritualiter ſumant,* qui augmentum gratiæ ſuſcipiunt ſub ſacramentalibus ſignis, quibus indigent ad veritatis perceptionem.

*Alias, qui augmentũ gratię ſuſcipiunt, & ſacramentalibus ſignis indigent, &c.

### ARTICVLVS II.

*Vtrum Chriſtus dederit Iudæ corpus ſuum.*

4. diſ. 11. q. 1. ar. 2. q. 1. ad 2. Et Io. 13. lec. 3. ſi. & lec. 4. fin.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus Iudę non dederit corpus ſuum. Vt enim legitur Matth. 26. Poſtquàm dedit dominus corpus ſuum, & ſanguinem diſcipulis, dixit eis, Non bibam amodo de hoc genimine vitis, vſque in diem illum, cum illud bibam vobiſcum nouum in regno patris mei. Ex quo videtur, quòd illi quibus corpus ſuum & ſanguinem dederat, cum eo eſſent iterum bibituri: ſed Iudas poſtea cum ipſo non bibit. ergo non accepit cum alijs diſcipulis corpus Chriſti, & ſanguinem.

¶ 2 Præt. Dominus impleuit quod præcepit, ſecundũ illud Act. 1. cœpit Ieſus facere & docere: ſed ipſe præcepit Mat. 7. Nolite ſanctum dare canibus. cum ergo ipſe cognoſceret Iudã eſſe peccatorem, videtur quod ei corpus ſuum, & ſanguinem non dederit.

¶ 3 Præt. Chriſtus ſpecialiter legitur Iudæ panem intinctum porrexiſſe, Ioan. 13. Si ergo corpus ſuum ei dedit, videtur quòd ſub bucella ei dederit, præcipue cum legatur ibidem, quòd poſt bucellam introiuit in eum ſathanas. vbi Aug.* dicit, Hinc nos docemur, quàm ſit cauendum male accipere bonũ: ſi enim corripitur qui non diiudicat, ideſt, non diſcernit corpus domini a ceteris cibis, quomodo nõ damnabitur qui ad eius mẽſam fingens ſe amicum, accedit inimicus? ſed cum bucella intincta non accepit corpus Chriſti: vt enim Auguſt.* dicit ſuper illud Ioan. 13. cum intinxiſſet panem, dedit Iudæ Simonis Scariothis: non, vt putant quidam, negligenter legentes, tunc Iudas corpus Chriſti accepit. ergo videtur quòd Iudas corpus Chriſti non acceperit.

Trac. 62. in Ioan. circa princ. to. 9.

Trac. 62. in Io. in med. tom. 9.

SED CONTRA eſt, ꝙ Chryſ.† dicit, Iudas particeps exiſtens myſteriorum, conuerſus non eſt: vnde fit ſcelus eius vtrinque immanius: tum, quia tali propoſito imbutus adijt myſteria : tum, quia adiens melior factus non fuit, nec metu, nec beneficio, nec honore.

Homil. 46. in Ioã. non remote ante fi. to. 3.

RESPON. Dicendum, quòd Hilarius* poſuit ſuper Matthæum, quòd Chriſtus Iudæ corpus ſuum & ſanguinem non dedit : & hoc quidem conueniens fuiſſet, conſiderata malitia Iudæ; ſed quia Chriſtus nobis debuit eſſe exemplum iuſtitiæ, non conueniebat eius magiſterio, vt Iudam occultum peccatorem, ſine accuſatore & euidenti probatione ab aliorum communione ſepararet, ne per hoc daretur exemplum prælatis eccleſiæ, ſimilia faciendi, & ipſe Iudas exaſperatus, inde ſumeret occaſionem peccandi. Et ideo dicendum eſt, quòd Iudas cum alijs diſcipulis corpus domini & ſanguinem ſuſcepit, vt dicit Diony.* in lib. eccleſ. hierar. & Auguſt. ſuper Ioan.†

Canon. 30. in Mat. circa med.

Diony. c. 3. eccleſ. hier. par. 3. non lõge a prin. †Aug. trac. 62. in euã. Io. tom. 9.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa eſt ratio Hilar.* ad oſtendendum, quòd Iudas corpus Chriſti non ſumpſit: nõ tamen cogit, quia Chriſtus loquitur diſcipulis a quorum collegio Iudas ſe ſeparauit, non autem Chriſtus eum excluſit: & ideo Chriſtus quantum eſt in ſe, etiam cum Iuda vinum in regno dei bibit : ſed hoc conuiuium ipſe Iudas repudiauit.

*Loco citato in corp. art.

AD 2m dicendum, quòd Chriſto nota erat Iudæ iniquitas, ſicut deo : non autem erat ſibi nota per modum, quo hominibus innoteſcit : & ideo Chriſtus Iudam nõ repulit a communione, vt daret exemplum, tales peccatores occultos non eſſe ab alijs ſacerdotibus expellendos.

AD 3m dicendum, quòd ſine dubio Iudas ſub pane intincto corpus Chriſti nõ ſumpſit, ſed ſimplicem panem: ſignificatur autem fortaſſis, vt Augu.* ibidem dicit, per panis intinctionem fictio Iudæ: vt enim inficiantur nonnulla, tinguntur: ſi autem bonũ aliquid hic ſignificat tinctio (ſcilicet dulcedinem bonitatis diuinæ: quia panis ex intinctione ſapidior redditur) idẽ bonum ingratum non immerito eſt ſecuta damnatio. Et propter hanc ingratitudinem id, quod eſt bonum, factum eſt ei malum: ſicut accidit circa ſumentes corpus Chriſti indigne. & ſicut Aug.† ibidem dicit intelligendum eſt, quòd dominus iam antea diſtribuerat omnibus diſcipulis ſuis ſacramentũ corporis & ſanguinis ſui, vbi & ipſe Iudas erat, ſicut Lucas narrat. Ac deinde ad hoc vẽtum eſt, vbi ſecundum narrationem Ioan. Dominus per bucellam tinctam, atque porrectam ſuum exprimit proditorem.

Trac. 62. in Ioan. circa med. to. 9.

Ibid.

### ARTICVLVS III.

*Vtrum Chriſtus ſumpſerit & diſcipulis dederit corpus ſuum impaſſibile.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus ſumpſerit, & diſcipulis dederit corpus ſuum impaſſibile : quia ſuper illud Mat. 17. Transfiguratus

4. di. 11. q. 3 ar. 3. Et diſ. 12. q. 1. ar. 3 q. 1. cor.

Gloſſ.ordi. ibid. guratus eſt ante eos, dicit quædam gloſſ.* Illud corpus quod habuit per naturam, dedit diſcipulis in cœna non mortale & paſſibile. Et Leuit. 2. ſuper illud, Si oblatio tua fuerit de ſartagine, dicit gloſſ.† Crux ſuper omnia fortis, carnem Chriſti, quæ ante paſſionem non videbatur eſui apta, poſt aptam fecit: ſed Chriſtus dedit corpus ſuum, vt aptum ad manducandum. ergo dedit tale, quale habuit poſt paſſionem, ſcilicet impaſſibile, & immortale. († Ibidem.)

¶2 Præt. Omne corpus paſſibile, per contactum & manducationem patitur. ſi ergo corpus Chriſti erat paſſibile, per contactum & comeſtionem diſcipulorum paſſum fuiſſet.

¶3 Præt. Verba ſacramentalia non ſunt modo maioris virtutis, quando proferuntur a ſacerdote in perſona Chriſti, quàm tunc quando fuerunt prolata ab ipſo Chriſto: ſed nunc virtute verborum ſacramentalium, in altari conſecratur corpus Chriſti impaſſibile & immortale. ergo multo magis tunc.

In lib.4. de ſacr.myſte. altaris c.12 poſt med. SED CONTRA eſt, quòd ſicut Innoc. III. † dicit, tale corpus tūc dedit diſcipulis, quale habuit: habuit autem tunc corpus paſſibile & mortale. ergo corpus paſſibile & mortale diſcipulis dedit.

RESPON. Dicendum, quòd Hugo de ſancto Victo. poſuit, ꝙ Chriſtus ante paſſionem diuerſis temporibus quatuor dotes corporis glorificati aſſumpſerit, ſcilicet ſubtilitatem in natiuitate, quando exiuit de clauſo vtero Virginis: agilitatem, quando ambulauit ſiccis pedibus ſuper mare: claritatem, in transfiguratione: impaſſibilitatem, in cœna, quando corpus ſuum diſcipulis tradidit manducandum, & ſecūdum hoc dedit diſcipulis ſuis corpus ſuum impaſſibile & immortale: ſed quicquid ſit de alijs, de quibus ſupra dictum eſt, * quid ſentiri debeat, circa impaſſibilitatem tamen impoſſibile eſt eſſe quod dicitur: manifeſtum eſt enim, quòd idem corpus Chriſti erat quod a diſcipulis tunc in propria ſpecie videbatur, & in ſpecie ſacramenti ſumebatur: non autem erat impaſſibile, ſecundum quòd in propria ſpecie videbatur, quin immo erat paſſioni paratum: vnde nec ipſum corpus Chriſti, quod in ſpecie ſacramenti dabatur, impaſſibile erat. Impaſſibili tamen modo erat ſub ſpecie ſacramenti, quod in ſe erat paſſibile: ſicut inuiſibiliter quod in ſe erat viſibile: ſicut enim viſio requirit contactum corporis, quod videtur, ad circūſtans medium viſionis, ita paſſio requirit cōtactum corporis, quod patitur, ad ea quæ agunt: corpus autem Chriſti ſecundum quòd eſt ſub ſacramento, vt ſupra dictum eſt, † non comparatur ad ea quæ circunſtant, mediantibus proprijs dimenſionibus, quibus corpora ſe tangunt, ſed mediantibus dimenſionibus ſpecierum panis & vini: & ideo ſpecies illæ ſunt quæ patiuntur & videntur, non autem ipſum corpus Chriſti.

(q.28. art.2. ad 3. & q. 54.ar.1. ad 1.) (q.76 art.4. 5. & 6.)

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Chriſtus dicitur nō dediſſe corpus ſuum mortale & paſſibile: quia nō dedit mortali & paſſibili modo. Crux autem fecit carnem Chriſti aptam mūducationi, inquantum hoc ſacramentum repræſentat paſſionem Chriſti.

AD 2m dicendum, quòd ratio illa procederet, ſi corpus Chriſti ſicut erat paſſibile, ita paſſibili modo fuiſſet ſub ſacramento.

q.76.ar.4. AD 3m dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt,* accidentia corporis Chriſti ſunt in ſacramento ex reali concomitantia, non autem ex vi ſacramenti, ex qua eſt ibi ſubſtantia corporis Chriſti: & ideo virtus verborum ſacramentalium ad hoc ſe extendit, vt ſit ſub F ſacramento corpus Chriſti, ſcilicet quibuſcumque accidentibus realiter in eo exiſtentibus.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum ſi hoc ſacramentum tempore mortis Chriſti fuiſſet ſeruatum uel conſecratum, ibi moreretur.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd ſi hoc ſacramentum tempore mortis Chriſti fuiſſet ſeruatum in pixide, vel ab aliquo Apoſtolorū conſecratum, non ibi moreretur. Mors enim Chriſti accidit per eius paſſionem: ſed Chriſtus impaſſibili modo etiam tunc erat in hoc ſacramento. ergo non poterat mori in hoc ſacramento. (4.di.10.ar. 2.q.1.co.& diſ.11.q.3. art.4. Et 4. cont. c.64. Et quol. 5. ar.11.ad 1. Et Io.6.le. 6. fin. Et 1. Cor.11.lec. 6. fin.)

¶2 Præt. In morte Chriſti ſeparatus fuit ſanguis eius a corpore: ſed in hoc ſacramento ſimul eſt corpus Chriſti & ſanguis. ergo Chriſtus in hoc ſacramento non moreretur.

¶3 Præt. Mors accidit per ſeparationem animæ a corpore: ſed in hoc ſacramento continetur tam corpus, quàm anima Chriſti. ergo in hoc ſacramento non poterat Chriſtus mori.

SED CONTRA eſt, quòd idem Chriſtus, qui erat in cruce fuiſſet in ſacramento: ſed in cruce moriebatur. ergo & in ſacramento conſeruato moreretur.

H RESPON. Dicendum, quòd corpus Chriſti idem in ſubſtantia eſt in hoc ſacramento & in propria ſpecie, ſed non eodem modo: nam in propria ſpecie contingit circunſtantia corpora per proprias dimenſiones, non autem prout eſt in hoc ſacramento, vt ſupra dictum eſt: * & ideo quicquid pertinet ad Chriſtum ſecundum quòd in ſe eſt, poteſt attribui ei & in propria ſpecie & in ſacramento exiſtenti: ſicut viuere, mori, dolere, animatum vel inanimatum eſſe, & cetera huiuſmodi: quæcumque vero conueniunt ei per comparationem ad corpora extrinſeca, poſſunt ei attribui in propria ſpecie exiſtenti, non autem prout eſt in ſacramēto: ſicut irrideri, conſpui, crucifigi, flagellari, & cetera huiuſmodi: vnde & quidam metrice dixerunt, Pixide ſeruato poteris ſociare dolorem. Innatum, ſed non illatus conuenit illi. († ar. præced. & q.76.ar. 4.5.& 6.)

In corp.ar. AD PRIMVM ergo dicendum, quòd, ſicut dictum eſt, † paſſio conuenit corpori paſſo per comparationem ad agens extrinſecum: & ideo Chriſtus, ſecundum quòd eſt ſub hoc ſacramento, pati non poteſt: poteſt tamen mori.

q.76. art.1. ad 1. AD 2m dicendum, quòd, ſicut ſupra dictum eſt,* ſub ſpecie panis eſt corpus Chriſti ex vi conſecrationis: ſanguis autem ſub ſpecie vini: ſed nunc quidem, quando realiter ſanguis Chriſti non eſt ſeparatus ab eius corpore, ex reali concomitantia & ſanguis Chriſti eſt ſub ſpecie panis ſimul cum corpore, & corpus ſub ſpecie vini ſimul cū ſanguine: ſed ſi tempore paſſionis Chriſti, quando realiter ſanguis fuit ſeparatus a corpore Chriſti, fuiſſet hoc ſacramentum conſecratum, ſub ſpecie panis fuiſſet ſolum corpus, & ſub ſpecie vini fuiſſet ſolum ſanguis.

In ſolu.præced. & loco ibi citato. AD 3m dicendum, quòd, ſicut ſupra † dictum eſt, anima Chriſti eſt in hoc ſacramento ex reali concomitantia, quia non eſt ſine corpore: non autem ex vi conſecrationis: & ideo ſi tunc fuiſſet hoc ſacramentum conſecratum vel peractum, quando anima erat a corpore realiter ſeparata, non fuiſſet anima Chriſti ſub hoc ſacramento: non propter defectum virtutis verborum, ſed propter aliam diſpoſitionem rei.

QVAR-



# QVAESTIO LXXXII.

*De miniſtro huius ſacramenti, in decem articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de miniſtro huius ſacramenti.

## Circa primum quæruntur decem.

¶Primo, Vtrum conſecrare hoc ſacramentum ſit proprium ſacerdotis.
¶Secundo, Vtrum plures ſacerdotes ſimul poſſint eandem hoſtiam conſecrare.
¶Tertio, Vtrum diſpenſatio huius ſacramenti pertineat ad ſolum ſacerdotem.
¶Quarto, Vtrum liceat ſacerdoti conſecranti a cōmunione abſtinere.
¶Quinto, Vtrum ſacerdos peccator poſſit conficere hoc ſacramentum.
¶Sexto, Vtrum miſſa mali ſacerdotis minus ualeat, quàm boni.
¶Septimo, Vtrum hæretici ſchiſmatici uel excommunicati poſſint conficere hoc ſacramentum.
¶Octauo, Vtrum degradati.
¶Nono, Vtrum peccent, a talibus communionem recipientes.
¶Decimo, Vtrum liceat ſacerdoti omnino a celebratione abſtinere.

## ARTICVLVS I.

*Vtrum conſecratio huius ſacramenti ſit propria ſacerdotis.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd conſecratio huius ſacramenti non ſit propria ſacerdotis. Dictum eſt enim* ſupra, quòd hoc ſacramentum conſecratur uirtute uerborum, quæ ſunt forma huius ſacramenti: ſed illa uerba non mutantur, ſiue dicantur a ſacerdote, ſiue a quocumque alio. ergo uidetur quòd non ſolus ſacerdos, ſed etiam quilibet alius poſſit hoc ſacramentum conſecrare. (d.13.q.1. ...q.1 Et ...d.17.q.3. ...3.q.1.co. ...d.24.q.2 ...1.q.2. ...Et ar.2. ...q.78 ar.4.)

¶2 Præt. Sacerdos hoc ſacramentum conficit in perſona Chriſti: ſed laicus ſanctus eſt unitus Chriſto ꝑ charitatem. ergo uidetur quòd etiam laicus poſſit hoc ſacramentum conficere: unde & Chryſ.* dicit ſup Matth. quòd omnis ſanctus eſt ſacerdos. (Chryſo. hom. 43. in Matth. in ...ere im ...non re ...a pri. ...79. ...67 ar.3.)

¶3 Præter. Sicut baptiſmus ordinatur ad hominum ſalutem, ita & hoc ſacramentum, ſicut ex ſupradictis patet: † ſed etiam laicus poteſt baptizare, ut ſupra dictū eſt. * non ergo eſt proprium ſacerdotis conficere hoc ſacramentum.

¶4 Præter. Hoc ſacramentum perficitur in conſecratione materiæ: ſed alias materias conſecrare, ſcilicet chriſma & oleum ſanctum, & oleum benedictū, pertinet ad ſolum epiſcopum: quarum tamen conſecratio non eſt tantæ dignitatis, ſicut conſecratio euchariſtiæ, in qua eſt totus Chriſtus. ergo non eſt proprium ſacerdotis, ſed ſolius epiſcopi, hoc ſacramentum conficere.

SED CONTRA eſt, quòd Iſidor.† dicit in quadā epiſtola, & habetur in decret. d.25. Ad presbyterū pertinet ſacramentum corporis, & ſanguinis Domini in altari dei conficere. (...dec d.25 ...Perlectis: ...dicitur ...dorus id ...bere in ...ad Lu ...dum.)

RESPON. Dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum A eſt*) hoc ſacramentum eſt tantæ dignitatis, quòd non conficitur niſi in perſona Chriſti. Quicumque autem aliquid agit in perſona alterius, oportet hoc fieri per poteſtatem ab illo conceſſam: ſicut autem baptizato conceditur a Chriſto poteſtas ſumendi hoc ſacramentum, ita ſacerdoti, cum ordinatur, confertur poteſtas hoc ſacramentum conſecrandi in perſona Chriſti. Per hoc enim ponitur in gradu eorum, quibus dictum eſt a Domino, hoc facite in meam commemorationem. Et ideo dicendum eſt, quòd proprium eſt ſacerdotum conficere hoc ſacramentum. (Q.78.ar.1. & 4.)

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd uirtus ſacramentalis in pluribus conſiſtit, & non in uno tantum, B ſicut uirtus baptiſmi conſiſtit in ipſis uerbis, & in aqua: unde & uirtus conſecratiua non ſolum conſiſtit in ipſis uerbis: ſed etiam in poteſtate ſacerdoti tradita in ſua conſecratione & ordinatione, cum ei dicitur ab epiſcopo. Accipe poteſtatem offerendi in eccleſia ſacrificium, tam pro uiuis quàm pro mortuis. Nam & uirtus inſtrumentalis in pluribus inſtrumentis conſiſtit, per quæ agit principale agens.

AD 2m dicendum, quòd laicus iuſtus unitus eſt Chriſto unione ſpirituali per fidem, & charitatem, non autem per ſacramentalem poteſtatem. Et ideo habet ſpirituale ſacerdotium ad offerendum ſpirituales hoſtias, de quibus dicitur in pſal. 50. Sacrificium C deo ſpiritus contribulatus, & Roman. 12. Exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuentem: unde & primæ Petri 2. dicitur: ſacerdotium ſanctum, offerre ſpirituales hoſtias.

AD 3m dicendum, quòd perceptio huius ſacramēti non eſt tantæ neceſſitatis, ſicut perceptio baptiſmi, ut ex ſupradictis patet.* Et ideo licet in neceſſitatis articulo laicus poſſit baptizare, non tamen poteſt hoc ſacramentum conficere. (Q. præc ar. 12. ad 2. Et q.73.ar.3.)

AD 4m dicēdū, quòd epiſcopus accipit poteſtatem, ut agat in perſona Chriſti ſuper corpus eius myſticū, id eſt ſuper eccleſiam. Quam quidem poteſtatem non accipit ſacerdos in ſua conſecratione, licet poſſit eam D habere ex epiſcopi commiſſione. Et ideo ea, quæ non pertinent ad diſpoſitionem corporis myſtici, non reſeruantur epiſcopo, ſicut conſecratio huius ſacramenti. Ad epiſcopum uero pertinet tradere non ſolum populo, ſed etiā ſacerdotibus ea, ex quibus poſſunt propriis officiis uti. Et quia benedictio chriſmatis & olei ſancti, & olei infirmorum, & aliorum, quæ conſecrantur (puta altaris, eccleſiæ, ueſtium, & uaſorum) præſtat quandam idoneitatem ad ſacramenta perficiēda, quæ pertinent ad officium ſacerdotum, ideo tales conſecrationes epiſcopo reſeruantur, tāquam principi totius E eccleſiaſtici ordinis.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum plures ſacerdotes poſſint unā, & eandem hoſtiam conſecrare.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd plures ſacerdotes non poſſint unam, & eādem hoſtiam conſecrare. Dictum eſt enim ſupra, * quòd plures non poſſunt ſimul unum baptizare: ſed non minor uis eſt ſacerdotis cōſecrantis, quàm hominis baptizantis. ergo etiā nō poſſunt ſimul (Q.67.ar.6.)

¶ *Super Quæſtionis octuageſimæquintæ Articulum ſecūdū.*

IN artic. 2. q. 82. circa pluralitatem ſimul concelebrantiū, Durandus occurrit in 4. d. 13. contrarius ualde huic pluralitati, & rationibus, & auctoritatibus pro ea. Putat enim quòd conſuetudo iſta eſt periculoſa, & magis eſt abolēda quàm ſeruanda. Confutat aūt rationē i litera ab Auctore ..atā ab Innocentio (4.d.13.q.1. ar.2.q.2.)

centio ſumptam de concœnatione apoſtolorum cum Chriſto: F quia licet concœnauerint, non tamen concelebrarunt. Confutat applicatio nem omnium uerborum ad unum inſtans: quia uix, aut numquam fieri poteſt, quòd omnes ſimul proferant: nec recipit ſpecialem prouidentiā Spiritusſancti in huiuſmodi, quæ ſunt particularium eccleſiarum & non omnium.

¶ Quocirca duabus exiſtētibus opinionibus extremis de hac pluralitate, altera Innocentii, quā ſequitur Auctor: altera Durandi totaliter cōtraria, et pro uia Innocentii maxime urget antiqua conſuetudo plurium eccleſiarū, & ſpecialiter Roma. pro uia autem Durādi ratio urgere uidetur: nam ſecundū ueritatem ratio de concœnantibus diſcipulis Chriſto, potius adaptatio quàm ratio eſt, quum ipſi nō conſecrauerint. Et ſimiliter, quòd uerba conſecrationis dicta ante uel poſt inſtās, quo eadem complentur ab epiſcopo, referantur ad illud idem inſtans, uoluntarie dicitur: meminiſſe.n. oportet, quòd dū tractaretur de pluribus baptizantibus unū, utroq; dicēte & abluente, concluſum eſt quòd ſi non ſimul baptizant, primus ſolus baptizat Et ſimiliter hic dicendū eſt, ſi ſecundum rectā rationem iudicādum eſt.

Tract.26. in Io. t.9

Ar. præc.

¶ Poſſet media uia teneri dicendo ex eccleſiaſtico ſtatuto ſeu more eſſe, quòd noui ſacerdotes cōcelebrēt dicendo ſimul cū epiſcopo conſecrationis uerba: ex abuſiōe autē interuenire quòd unus prius, alter poſt uerba conſecrationis proferat. Probaturq; hoc ex pontificali Romāo, ubi dicitur. Curet pontifex, ut moroſe, & alte canonem dicat. Et ſubditur, ꝙ eodē momēto debēt ab ordinatis uerba conſecrationis dici, quo dicūtur ab epiſcopo: ſed uia hęc minus uera uidetur: tū quia licet hoc ſtatutum inueniatur in pontificali romano a tēpore Innocentii VIII. in antiquis tñ pontificalibus hoc nō habetur: tum quia Auctor in litera ex Innocentio III. expreſſe ſatagit ad ſaluandum uerba prolata non ſimul, dum dicit quòd nō reiteratur cōſecratio ſuper eadem materia propter intentionem omnium ad unum inſtans: ubi niſi ſupponeret unum prius & alterum poſt conſecrationis uerba dicere, uanus eſſet labor, & recurſus ad intentionem pro eodem inſtanti: de his enim quę ſimul proferuntur nulla eſt quæſtio reiterationis: tum quia ſtatutum hoc eſt quoddammodo impoſſibile: quoniam quamtulacumque minima morula uerba unius præfinirentur antequam alter terminaret, in reiterationem ſuperfluitatemque incideretur: quoniam, ut patet ex ſupradictis, in inſtanti fit conſecratio ſeu conuerſio.

Li.4. de ſacro altaris myſterio, c. 25. circa medium.

¶ Et ſcito, quòd omnes referre intentionem ſuam ad inſtans unū quo epiſcopus conſecrat, ſaluat quidē ꝙ non formaliter ſit reiteratio conſecrationis ſuper materia eadē (quia non ex intentione hac dicuntur uerba ut iteretur cōſecratio) ſed non excludit, quin ſit iteratio conſecrationis materialiter: quia prolatio exterior conſecratiua ſuperadditur a poſt dicētibus, ſi quilibet concelebrat, ut ſupponunt.

¶ Ex quibus omnibus tutiorem partem eligendo, duo ī facto ſeruāda ſunt. primum eſt circa prolationem exteriorem, quòd quilibet ordinatus ſeruet ritum illius eccleſiæ, dicendo totum canonem. Secundum eſt, circa intentionem, quòd non habeat determinate intentionem conſecrandi, & ſimiliter non habeat determinate intentionem non conſecrandi, ſed habeat intentionem debitam: hoc eſt, proponat apud ſe, Intendo dicere cum ea intentione, qua debeo dicere. ſic enim tutiſſima uia omnes ordinati incedunt, & ſoli epiſcopo relinquunt intentionem determinatam ad conſecrandum, nullaque relinquitur difficultantibus quæſtio, dum dubiis exiſtentibus actibus tutior pars electa eſt. His enim ſeruatis, ſatis ſit utrique opinioni, ſcilicet tenentiū quòd ordinati concelebrāt & tenentium, quòd ordinati non concelebrant: ſed dicunt tantum.

¶ Et hæc quidem de ordinatis presbyteris. De conſecrato autem epiſcopo ſecus dicendum abſque dubio eſt, quoniam Romanum pōtificale antiquum expreſſe habet, quòd conſecratori pontifici celebranti, debet conſecratus concelebrare. Et ſubditur, quòd legat & faciat omnia quæ ſunt in canone miſſæ: de his enim dicendum eſt, quòd de facto ambo conſecrant eandem materiam ſimul: quoniam in eodem altari mutuo ſe expectantes concelebrant: quod non continet difficultatem, aut quaſi impoſſibilitatem, quæ contingit in multitudine presbyterorum, qui ſimul ordinantur.

plures unam hoſtiam conſecrare.

¶ 2 Præter. Quod poteſt fieri per unum, ſuperflue fit per multos. In ſacramentis autem nihil debet eſſe ſuperfluum. cum ergo unus ſufficiat ad conſecrandum, uidetur quòd plures nō poſſint unam hoſtiam conſecrare.

¶ 3 Præter. Sicut dicit Auguſt.* ſuper Ioan. hoc ſacramentum eſt ſacramentum unitatis: ſed contrarium unitati eſſe uidetur multitudo. ergo non uidetur conueniens eſſe huic ſacramento, quòd plures ſacerdotes eādem hoſtiā cōſecrēt. G

SED CONTRA eſt, quòd ſecundum conſuetudinem quarundam eccleſiarum, ſacerdotes, cum de nouo ordinantur, concelebrāt epiſcopo ordinanti.

RESPON. Dicendum, quòd (ſicut dictum eſt*) ſacerdos, cum ordinatur, cōſtituitur in gradu eorum, qui a Domino acceperūt poteſtatem conſecrandi in cœna. Et ideo ſecundum cōſuetudinē quarundam eccleſiarum, ſicut apoſtoli Chriſto cœnanti concœnauerūt; ita noui ordinati, epiſcopo ordinanti concelebrant. Nec propter hoc iteratur conſecratio ſuper eandem hoſtiam: quia ſicut Innocen. III.* dicit, omnium intentio debet ferri ad idem inſtans conſecrationis. H

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Chriſtus non legitur ſimul baptizaſſe cum apoſtolis, quando iniunxit eis officium baptizandi. et ideo non eſt ſimilis ratio. I

AD 2m dicendū, quòd ſi quilibet ſacerdotū operaretur in uirtute propria, ſuperfluerent alii celebrantes, uno ſufficienter celebrāte: ſed quia ſacerdos non conſecrat niſi in perſona Chriſti, multi autem ſunt unum in Chriſto, ideo non refert utrum per unum, aut per multos hoc ſacramentum conſecretur: niſi quòd oportet ritum eccleſiæ ſeruari. K

AD 3m dicendum, quòd euchariſtia eſt ſacramentum unitatis eccleſiaſticæ, quæ attenditur ſecundum hoc, quòd multi ſunt unum in Chriſto.

ARTICVLVS III.

*Vtrum diſpenſatio huius ſacramēti pertineat ſolum ad ſacerdotem.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd non pertineat ſolum ad ſacerdotem diſpenſatio huius ſacramēti. Sanguis.n. Chriſti nō minus pertinet ad hoc ſacramentum, quàm corpus: ſed ſanguis Chriſti diſpenſatur p diacones: unde & beatus Laurent.* dixit beato Sixto, Experire utrum idoneum miniſtrum elegeris, cui commiſiſti dominici ſanguinis diſpenſationem. ergo et pari ratione diſpenſatio corporis Chriſti non pertinet ad ſolos ſacerdotes.

4.d.11.q.4. ar.1.q.1.ad 3. Et di.13. q.1.ar.3.q. 1.&2.

Vt habetur in eius legenda.

¶ 2 Præter. Sacerdotes conſtituuntur miniſtri ſacramentorum: ſed hoc ſacramentum perficitur in cōſecratione materiæ, non in uſu, ad quem pertinet diſpenſatio. ergo uidetur, quòd non pertineat ad ſacerdotem corpus Domini diſpenſare.

¶ 3 Præter. Dionyſi.* dicit in lib. eccleſ. hier. quòd hoc ſacramentum habet perfectiuā uirtutē, ſicut & chriſma: ſed ſignare chriſmate baptizatos, non pertinet ad ſacerdotem, ſed ad epiſcopum. ergo etiā diſpenſare hoc ſacramentum, pertinet ad epiſcopum, non ad ſacerdotem.

Ca.3. eccle. hier. par.1. Et c.4

SED CONTRA eſt, quòd dicitur* de conſec. d.2. Peruenit ad notitiā noſtram, quòd quidam presbyteri laico, aūt feminæ corpus Domini tradunt ad deferendum infirmis. igitur interdicit ſynodus, ne talis præſumptio ulterius fiat: ſed presbyter per ſemetipſum infirmos communicet.

De conſ. d. 2. c. peruenit.

¶ Super



RESPON. Dicendum, quòd ad ſacerdotem pertinet diſpenſatio corporis Chriſti, propter tria. Primo quidem, quia (ſicut dictum eſt*) ipſe conſecrat in perſona Chriſti. Ipſe autem Chriſtus ſicut conſecrauit corpus ſuum in cœna, ita & aliis ſumendum dedit. unde ſicut ad ſacerdotem pertinet conſecratio corporis Chriſti, ita ad eum pertinet diſpenſatio. Secundo, quia, ſacerdos conſtituitur medius inter deum & populum: unde ſicut ad eum pertinet dona populi deo offerre, ita ad eum pertinet dona ſanctificata diuinitus, populo tradere. Tertio, quia in reuerentiam huius ſacramenti, a nulla re contingitur niſi conſecrata: unde & corporale & calix conſecrantur, & ſimiliter manus ſacerdotis, ad tangendum hoc ſacramentum: unde nulli tangere licet, niſi in neceſſitate, puta ſi caderet in terram, uel in aliquo alio neceſſitatis caſu. A B

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd diaconus quaſi propinquus ordini ſacerdotali, aliquid participat de eius officio, ut ſcilicet diſpenſet ſanguinem, nō autem corpus, niſi in neceſſitate iubente epiſcopo uel presbytero. Primo quidem, quia ſanguis Chriſti continetur in uaſe, unde non oportet quòd tangatur a diſpenſante, ſicut tangitur corpus Chriſti. Secūdo, quia ſanguis deſignat redemptionem a Chriſto in populū deriuatam: unde & ſanguini admiſcetur aqua, quæ ſignificat populum. Et quia diaconi ſunt inter ſacerdotem & populum, magis conuenit diaconibus diſpenſatio ſanguinis, quàm diſpenſatio corporis.

AD 2m dicendum, quòd eiuſdem eſt, hoc ſacramētum diſpenſare & conſecrare, ratione iam dicta. †

AD 3m dicendum, quòd ſicut diaconus in aliquo participat illuminatiuam uirtutem ſacerdotis, inquantum diſpenſat ſanguinem, ita ſacerdos participat perfectiuam diſpenſationem epiſcopi, inquantum diſpenſat hoc ſacramentum, quo perficitur homo ſecūdū ſe per comparationem ad Chriſtum: aliæ autem perfectiones, quibus homo perficitur per comparationem ad alios, epiſcopo reſeruantur.

¶ *Super Quæſtionis octuageſimæ ſecundæ. Articulum quartum.*

IN calce 4. arti. aduerte, ſacerdotem poſſe quidem de conſilio iterum conſecrare & ſumere, quādo ſub ſpecie carnis aut ſanguinis ſacramentum apparet, non teneri tamen ad hoc: quoniam actor miraculi ſacerdotem a lege ſumendi abſoluit. Et ꝓpterea, Auctor in litera prius libertatem ſacerdotis dixit, deinde cōſilium dedit.

ARTICVLVS IIII.

*Vtrum ſacerdos conſecrans teneatur ſumere hoc ſacramentum.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd ſacerdos conſecrans non teneatur ſumere hoc ſacramentum. In aliis enim conſecrationibus, ille qui conſecrat materiam, nō utitur ea, ſicut epiſcopus conſecrans chriſma, nō linitur eodem: ſed hoc ſacramentum conſiſtit in conſecratione materię. ergo ſacerdos perficiens hoc ſacramentum, non neceſſe habet uti eodem, ſed poteſt licite a ſumptione eius abſtinere. E

¶ 2 Præter. In aliis ſacramentis miniſter non præbet ſacramentum ſibiipſi: nullus enim baptizare poteſt ſeipſum, ut ſupra dictum eſt * ſed ſicut baptiſmus ordinate diſpenſatur, ita & hoc ſacramentum. ergo ſacerdos perficiens hoc ſacramentum, non debet ipſum ſumere a ſeipſo.

¶ 3 Præter. Contingit quandoque, quòd miraculoſe corpus Chriſti in altari apparet ſub ſpecie carnis, & ſanguis ſub ſpecie ſanguinis, quæ non ſunt apta cibo, et potui, unde (ſicut ſupra* dictum eſt) propter hoc ſub alia ſpecie traduntur, ne ſint horrori ſumentibus. ergo ſacerdos conſecrans, non ſemper tenetur ſumere hoc ſacramentum.

Q.75. ar.5. Et q.76. ar. 8.

SED CONTRA eſt, quòd in Concilio toletano legitur, & habetur* de conſ. d. 2. c. relatum, Modis omnibus tenendum eſt, ut quotieſcumq; ſacrificans Corpus Chriſti & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti in altari immolat, totiens perceptionis corporis, & ſanguinis Chriſti participem ſe præbeat.

In concil. Tole. 5. can. 5. de conſe. d.2. c. Relatum.

RESPON. Dicendum, quòd (ſicut ſupra* dictum eſt) euchariſtia non ſolum eſt ſacramentum, ſed etiam ſacrificium. Quicumque autem ſacrificium offert, debet ſacrificii fieri particeps: quia exterius ſacrificium quod offertur, ſignum eſt interioris ſacrificii, quo quis ſeipſum offert deo, ut Auguſtinus * dicit 10. de Ciuit. dei: unde per hoc quòd participat ſacrificio, oſtendit ad ſe ſacrificium interius pertinere. Similiter etiam per hoc, quòd ſacrificium populo diſpenſat, oſtendit ſe eſſe diſpenſatorem diuinorum, quorum ipſe primo debet eſſe particeps, ſicut Dionyſi.* dicit in libro eccleſi. Hierar. Et ideo ipſe ante ſumere debet, quàm populo diſpenſet: unde & in prædicto capit.* legitur, quale eſt ſacrificium, cui nec ipſe ſacrificās particeps eſſe dignoſcitur? Per hoc autem fit particeps, quòd de ſacrificio ſumit, ſecundum illud apoſtoli 1. Corinth. 10. Nonne qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris? Et ideo neceſſe eſt quòd ſacerdos quotieſcumque conſecrat, ſumat integre hoc ſacramentum. B C

Q.79. ar.5. & 7

Lib.10. c.5. t.5.

Ca.3. eccle. hier. declinādo ad fi. Eod. can.5. 12. concilii Toler.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd conſecratio chriſmatis uel cuiuſcumque alterius materiæ, non eſt ſacrificium, ſicut conſecratio euchariſtiæ. et ideo non eſt ſimilis ratio.

AD 2m dicendum, quòd ſacramentum baptiſmi perficitur in ipſo uſu materiæ. Et ideo nullus poteſt baptizare ſeipſum, quia in ſacramēto non poteſt eſſe idē agens & patiens: unde nec in hoc ſacramento ſacerdos conſecrat ſeipſum, ſed panem, & uinum, in qua conſecratione perficitur ſacramentum: uſus autem ſacramenti eſt conſequenter ſe habens ad hoc ſacramentum. et ideo non eſt ſimile. D

AD 3m dicendum, quòd ſi miraculoſe corpus Chriſti in altari ſub ſpecie carnis appareat, aut ſanguis ſub ſpecie ſanguinis, non eſt ſumendum. Dicit enim Hieron.* ſuper Leuit. De hac quidem hoſtia, quę in Chriſti commemoratione mirabiliter fit, edere licet, de illa uero, quam Chriſtus in ara crucis obtulit, ſecundum ſe nulli edere licet. Nec propter hoc ſacerdos tranſgreſſor efficitur: quia ea quæ miraculoſe fiūt, legibus non ſubduntur. Conſulendum tamen eſſet ſacerdoti, quòd iterato corpus, & ſanguinem Domini conſecraret & ſumeret.

Refertur de conſ. d. 2. c. De hac.

ARTICVLVS V. E

*Vtrum malus ſacerdos euchariſtiam conſecrare poſſit.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd malus ſacerdos euchariſtiam conſecrare non poſſit. Dicit enim Hieron.* ſuper Soph. ſacerdotes qui euchariſtiæ ſeruiunt, et ſanguinem Domini populis diuidunt, impie agunt in lege Chriſti, putantes euchariſtiam precantis facere uerba non uitam, & neceſſariā eſſe ſolennem orationem, & ſacerdotis merita, de qui-

4. d.18. q.2 ar.2. q.3. ad 2.

Super illud Soph. 3 Sacerdotes polluerunt ſanctū to.6

bus dicitur, ſacerdos in quacumque fuerit macula, nõ accedat offerre oblationes Domino: ſed ſacerdos peccator cum ſit maculoſus, nec uitam habet nec merita huic conuenientia ſacramẽto. ergo ſacerdos peccator non poteſt conſecrare euchariſtiam.

Lib. 4. orth. fi. c. 14. non lõge a med. In dec. 1. q. 1. c. Sacroſã cta.

¶ 2 Præter. Damaſ.* dicit in 4. lib. quòd panis, & uinum per aduentum ſancti Spiritus, ſupernaturaliter tranſit in corpus & ſanguinem Domini: ſed Gelaſius Papa dicit (ſicut habetur in decr. 1. quæſt. 1. c. ſacroſancta) quomodo ad diuini myſterii conſecrationem, cæleſtis Spiritus inuocatus adueniet, ſi ſacerdos, qui eũ adeſſe deprecatur, criminoſis plenus actionibus comprobetur? ergo per malum ſacerdotem non poteſt euchariſtia conſecrari.

Circa med. illius.

¶ 3 Præter. Hoc ſacramentum ſacerdotis benedictione conſecratur: ſed benedictio ſacerdotis peccatoris non eſt efficax ad conſecrationem huius ſacramenti, cum ſcriptum ſit Mala. 2. Maledicam benedictionibus ueſtris, & Dionyſi.* dicit in epiſtola ad Demophilum monachum, perfecte cecidit a ſacerdotali ordine, qui non eſt illuminatus: & audax quidem nimium mihi uidetur talis, ſacerdotalibus manum apponens, & audet immundas infamias (non enim dicam orationes) ſuper diuina ſymbola Chriſtiformiter enuntiare.

Refertur 1. q. 1. c. intra catholicã. Et de conſ. d. 2. c. Vtrũ ſub.

Sed contra eſt, quòd Auguſt.* dicit in li. de corpore Domini, intra eccleſiam catholicam, in myſterio corporis & ſanguinis Domini, nihil a bono maius nihil a malo minus perficitur ſacerdote: quia non in merito cõſecrantis, ſed in uerbo perficitur Creatoris, & uirtute Spiritusſancti.

Art. 1. & 2. huius q.

Respon. Dicendum, quòd (ſicut ſupra* dictũ eſt) ſacerdos conſecrat hoc ſacramentum non uirtute propria, ſed ſicut miniſter Chriſti, in cuius perſona cõſecrat hoc ſacramentum. Non autem ex hoc ipſo deſinit aliquis miniſter eſſe Chriſti, quòd eſt malus: habet enim Dominus bonos & malos miniſtros ſeu ſeruos: unde Matth. 24. Dominus dicit, Quiſputas eſt fidelis ſeruus & prudens, & cet. & poſtea ſubdit, ſi autem dixerit malus ille ſeruus in corde ſuo, &c. Et apoſtolus dicit 1. Corinth. 4. Sic nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti, & tamen poſtea ſubdit, Nihil mihi conſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum. erat ergo certus ſe eſſe miniſtrum Chriſti: tamen nõ erat certus ſe eſſe iuſtũ. Poteſt ergo aliquis eſſe miniſter Chriſti, etiam ſi iuſtus non ſit. Et hoc ad excellentiam Chriſti pertinet, cui ſicut uero deo ſeruiunt non ſolum bona, ſed etiam mala, quæ per ipſius prouidentiã in eius gloriam ordinantur: unde manifeſtum eſt, quòd ſacerdotes etiam ſi non ſint iuſti, ſed peccatores, poſſunt euchariſtiam conſecrare.

Loco citato in arg.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Hierony.* per illa uerba improbat errorem ſacerdotũ, qui credebant ſe digne poſſe euchariſtiam conſecrare, ex hoc ſolo ꝙ ſunt ſacerdotes, etiam ſi ſint peccatores: quod improbat Hieron. per hoc, quòd maculoſi ad altare accedere prohibentur, non tamen remouetur, quin ſi acceſſerint, ſit uerum ſacrificium quod offerunt.

In princ. c. citati in argum. 1.

Ad 2[m] dicendum, quòd ante illa uerba Gelaſ. Papa* præmittit, ſacroſancta religio, quæ catholicã continet diſciplinã, tantã ſibi reuerentiã uendicat, ut ad eã quilibet niſi pura conſciẽtia nõ audeat peruenire. Ex quo manifeſte apparet eius intentionis eſſe, ꝙ peccator ſacerdos non debet ad hoc ſacramentũ accedere: unde per hoc ꝙ ſubdit, quomodo cæleſtis ſpiritus aduocatus adueniet, intelligi oportet ꝙ nõ aduenit ex merito ſa-

F cerdotis, ſed ex uirtute Chri, cuius uerba ꝓfert ſacerdos.

Ad 3[m] dicendum, quòd ſicut eadem actio, inquãtum fit ex praua intentione miniſtri, poteſt eſſe mala: bona autem, inquantum fit ex bona intentione Domini, ita benedictio ſacerdotis peccatoris, inquantũ ab ipſo indigne fit, eſt maledictione digna (& quaſi infamia ſiue blaſphemia, & non oratio reputatur) inquantum autẽ profertur ex perſona Chriſti, eſt ſancta, & efficax ad ſanctificandum: unde ſignanter dicitur, Maledicam benedictionibus ueſtris.

## Articvlvs VI.

G *Vtrum miſſa mali ſacerdotis minus ualeat, quàm miſſa ſacerdotis boni.*

Ad sextvm ſic proceditur. Videtur quòd miſſa ſacerdotis mali non minus ualeat quàm miſſa ſacerdotis boni. Dicit enim Gregor. † in Regiſtro, Heu in quàm magnum laqueum incidunt, qui diuina & occulta myſteria, plus ab aliis ſanctificata

H poſſe fieri credunt, cum unus idemque Spiritusſanctus ea myſteria occulte, atque inuiſibiliter operando ſanctificet: ſed hæc occulta myſteria celebrantur in miſſa, ergo miſſa mali ſacerdotis non minus ualet, quàm miſſa boni.

¶ 2 Præter. Sicut baptiſmus traditur a miniſtro in uirtute Chriſti, qui baptizat, ita & hoc ſacramentum in perſona Chriſti conſecratur: ſed non melior baptiſmus datur a meliori miniſtro, ut ſupra

I dictum eſt.* ergo etiam neque melior miſſa eſt, quæ celebratur a meliori ſacerdote.

Q. 64. ar. 5. Et q. 67. ar. 5. & aliis.

¶ 3 Præter. Sicut merita ſacerdotum differunt per bonum, & melius, ita etiam differunt per bonum & malum. Si ergo miſſa melioris ſacerdotis eſt melior, ſequitur quòd miſſa mali ſacerdotis ſit mala, quod eſt inconueniẽs: quia malitia miniſtrorum non poteſt redundare in Chriſti myſteria: ſi-

K cut Auguſt.* dicit in lib. de Baptiſmo. ergo neque miſſa melioris ſacerdotis eſt melior.

Li. 2. contra literas Petiliani ca. 47. circa finẽ aliis uerbis t. 7

Sed contra eſt, quòd habetur in Decretis 1. quæſtio. prima, † Quanto ſacerdotes fuerint digniores, tanto facilius in neceſſitatibus, pro quibus clamabãt, exaudiuntur.

In dec. 1. q. 1. c. ipſi ſacerdotes.

Respon. Dicendum, quòd in miſſa duo eſt conſiderare, ſcilicet ipſum ſacramentum, quod eſt principale, & orationes, quæ in miſſa fiunt pro uiuis, & mor-

¶ *Super Quæſtionis octuageſimæ ſecundæ Articulum ſextum.*

In ar 6. circa illud, Oratio a ſacerdote malo prolata in perſona totius eccleſiæ, eſt fructuoſa, duo ſũt aduertenda. Primũ, quod minus dicitur, quàm intendatur: nã intenditur non ſolũ, ꝙ eſt fructuoſa, ſed et ꝙ non eſt minus fructuoſa quo ad alios, quàm boni ſacerdotis. Et ratio in litera inuenit: quia miniſteriũ in ꝑſona eccleſiæ, nõ eſt minus fructuoſũ, quàm miniſterium in perſona Chriſti: miniſter aũt Chriſti, ſiue bonus, ſiue malus, æque ſanctificat. igitur miniſter eccleſiæ ſiue bonus, ſiue malus æque impetrat.

4. d. 13. q. 1. ar. 2. q. 5. Refert hoc in decr. 1. q. 1. ca. Multi ante med.

¶ Alterũ eſt, ꝙ Scotus in q. ult. 13. d. 4. ſent. in oppoſitã partem declinat, ea ratione, quia meritum quod dicitur eſſe in celebratione miſſæ, ut miſſa eſt, non eſt abſtractũ, ſicut idæa Platonis. ergo oportet quod ſit realiter aliquod meritũ ergo totius eccleſiæ uel alicuius membri: ſed non eſt totius eccleſiæ, niſi quia alicuius partis, non eſt autẽ partis malæ & mortuæ in toto, ſicut eſſet partis uiuæ, id eſt exiſtentis & operantis in charitate. ergo in miſſa non eſt tantum meritum cuiuſcumque, quando eſt mali, ſicut quando eſt boni.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ ſi ratio iſta contra æqualem ualorem miſſæ inquantum in perſona eccleſiæ oratur affertur, ſoluẽda eſt, dicẽdo quòd meritum eccleſiæ non eſt abſtractum, ſed ipſius eccleſiæ ratione partium ſuarum uiuarũ in ipſa, & nõ ratione illius partis ſuæ mor-



tuæ, ꝗ miniſtrat tunc, & cum dr, pars mortua nõ meretur ſicut uiua, uerũ eſt, quo ad meritũ ex ꝑſona ꝓpria: ſed ſecus eſt, quo ad meritũ ex ꝑſona eccleſiæ: cum quo ſtat, ꝙ parte uiua miniſtrãte melior ſit ſimpliciter miſſa: quia undiq; tũc cõcurrit meritũ. ſ. ex perſona eccleſiæ, & ex perſona propria.

tuis. Quantum ergo ad ſacramentum, non minus ualet miſſa ſacerdotis mali, quàm boni: quia utrobique idem conficitur ſacramentum. Oratio etiam quæ fit in miſſa poteſt conſiderari dupliciter: uno modo, inquantum habet efficaciã ex deuotione ſacerdotis orantis: et ſic non eſt dubium, quòd miſſa melioris ſacerdotis magis eſt fructuoſa: alio modo, inquantũ oratio in miſſa profertur a ſacerdote in perſona totius eccleſiæ, cuius ſacerdos eſt miniſter: quod quidem miniſterium etiã in peccatoribus manet, ſicut ſupra dictum eſt † de miniſterio Chriſti. unde etiam quantum ad hoc[d] eſt: fructuoſa non ſolum oratio ſacerdotis peccatoris in miſſa, ſed etiam omnes eius[d] orationes, quæ facit in eccleſiaſticis officiis, in quibus gerit perſonam eccleſiæ: licet orationes eius priuatæ non ſint fructuoſæ, ſecundum illud Prouerb. 28. Qui declinat aures ſuas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.

Ar. præced. D. 959.

D. 1141.

Ad primvm ergo dicendũ, quod Greg. loquitur ibi, quantum ad ſanctitatem diuini ſacramenti.

Ad 2[m] dicendum, quòd in ſacramento baptiſmi nõ fiunt ſolennes orationes, pro omnibus fidelibus, ſicut in miſſa: et ideo quantum ad hoc non eſt ſimile: eſt autem ſimile quantum ad effectum ſacramenti.

Ad 3[m] dicendum, quòd per uirtutem Spiritusſancti (qui per unitatem charitatis communicat inuicem bona membrorum Chriſti) fit, quòd bonũ priuatum, quod ẽ in miſſa ſacerdotis boni, eſt fructuoſum aliis. Malum autem priuatum unius hominis non poteſt alteri nocere, niſi per aliquem conſenſum, ut Aug.* dicit in lib. contra Parmenianum.

Li. 1. ex ca. 4. t. 7. Et ex inſta. 5. in lo. t. 9

## Articvlvs VII.

*Vtrũ hæretici ſchiſmatici, et excõmunicati poſſint cõſecrare.*

4. d. 13. q. 1. ar. 1. q. 3. Et in poſi. lit. Ioan. Et d. 18. q. 1. ar. 2. q. 1. ad 2. Et diſt. 19. q. 1. ar. 2. q. 3. ad primum. Et quol. 12. ar. 16

Ad septimvm ſic proceditur. Videtur quòd hæretici, ſchiſmatici & excommunicati, euchariſtiam conſecrare non poſſint. Dicit enim Aug † quòd extra eccleſiam catholicam non eſt locus ueri ſacrificii. Et Leo papa dicit,* & habetur in Decretis 1. q. 1. Aliter, ſcilicet quàm in eccleſia, quæ corpus Chriſti eſt, nec rata ſunt ſacerdotia, nec uera ſacrificia: ſed hæretici, ſchiſmatici, & excommunicati ſunt ab eccleſia ſeparati. ergo non poſſunt uerum ſacrificium conficere.

In li. ſen. ex Aug. collecta, c. 15. t. 3.

Leo i epiſ. 78. habetur 1. q. 1. ca. In eccleſia dei, 1. q. 2. c. Arriauos.

§ 2 Præt. Sicut ibidem legitur, Inno. † Papa dicit, arrianos ceteraſque eiuſmodi peſtes, quia laicos eorũ ſub imagine pœnitentiæ ſuſcipimus, non uidentur clerici eorum cum ſacerdotii aut cuiuſpiam myſterii ſuſcipiẽdi dignitate eſſe, quibus ſolum baptiſma ratum eſſe permittimus: ſed non poteſt aliquis conſecrare euchariſtiam, niſi ſit cum ſacerdotii dignitate. ergo hæretici & ceteri huiuſmodi, non poſſunt euchariſtiam conſecrare.

§ 3 Præt. Ille qui eſt extra eccleſiã, non uidetur aliquid poſſe agere in perſona totius eccleſiæ: ſed ſacerdos cõſecrans euchariſtiam, hoc agit in perſona totius eccleſiæ: quod patet ex hoc, quòd omnes orationes proponit in perſona eccleſiæ. ergo uidetur quòd illi qui ſunt extra eccleſiam, ſcilicet hæretici, ſchiſmatici, & excommunicati, non poſſint conſecrare euchariſtiam.

lib. 2. c. 13. t. 7

Sed contra eſt, quod Aug.* dicit in 2. Cõtra Par-

A menianum, ſicut baptiſmus in eis, ſcilicet hæreticis, ſchiſmaticis & excommunicatis, ita ordinatio manſit integra: ſed ex ui ordinationis ſacerdos poteſt conſecrare euchariſtiam. ergo hæretici, ſchiſmatici & excõmunicati, cum in eis maneat ordinatio integra, uidetur quòd poſſint conſecrare euchariſtiam.

Respon. Dicendum, quòd quidam dixerunt, ꝙ hæretici, ſchiſmatici & excommunicati, quia ſunt extra eccleſiam, non poſſunt conficere hoc ſacramentũ. Sed in hoc decipiuntur: quia ſicut Aug.* dicit in 2. cõtra Parmenianum, aliud eſt aliquid omnino non habere, aliud autem non recte habere: & ſimiliter etiam eſt

Li. c. 13. ante med. to. 7

B aliud non dare, & aliud non recte dare: Illi igitur, qui intra eccleſiam conſtituti, receperunt poteſtatem conſecrandi euchariſtiam in ordinatione ſacerdotii, recte quidem habent poteſtatem, ſed non recte ea utuntur, ſi poſtmodum per hæreſim aut ſchiſma uel excommunicationem, ab eccleſia ſeparentur. Qui autem ſic ſeparati ordinantur, nec recte habent poteſtatem, nec recte utuntur. Quòd tamen utrique poteſtatem habeãt, patet per hoc, quòd (ſicut Aug.* ibidem dicit) cum redeunt ad unitatem eccleſiæ, non reordinantur, ſed recipiuntur in ſuis ordinibus. Et quia cõſecratio euchariſtiæ eſt actus conſequens ordinis poteſtatem, illi qui ſunt ab eccleſia ſeparati per hæreſim, aut ſchiſma, uel

Li. 2. contra Parmenianum ca. 13. t. 7.

C excommunicationem, poſſunt quidem conſecrare euchariſtiam, quæ ab eis conſecrata uerum corpus et ſanguinem Chriſti continet, non tamen hoc recte faciũt, ſed peccant facientes: et ideo fructum ſacrificii nõ percipiunt, quod eſt ſacrificium ſpirituale.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ auctoritates illæ & ſimiles intelligendæ ſunt, quantum ad hoc ꝙ nõ recte extra eccleſiam ſacrificium offertur: unde extra eccleſiam non poteſt eſſe ſpirituale ſacrificium, quod eſt uerum ueritate fructus, licet ſit uerum ueritate ſacramenti, ſicut etiã ſupra dictum eſt,* ꝙ peccator ſumit corpus Chriſti ſacramentaliter, ſed non ſpiritualiter.

Q. 80. ar. 3.

Ad 2[m] dicendum, quòd ſolus baptiſmus permit-

D titur eſſe ratus hæreticis & ſchiſmaticis, quia poſſunt licite baptizare in articulo neceſſitatis. In nullo autem caſu licite poſſunt euchariſtiam conſecrare, uel alia ſacramenta conferre.

Ad 3[m] dicendum, quòd ſacerdos in miſſa in orationibus quidem loquitur in[d] perſona eccleſiæ, in cuius unitate conſiſtit. Sed in conſecratione ſacramenti loquitur in perſona Chriſti, cuius uicem in hoc gerit per ordinis poteſtatem. et ideo ſi ſacerdos ab unitate eccleſiæ præciſus, miſſam celebret, quia poteſtatẽ ordinis non amittit, conſecrat uerum corpus & ſanguinẽ Chriſti: ſed quia eſt ab eccleſiæ unitate ſeparatus, orationes eius efficaciam non habent.

D. 959.

E

## Articvlvs VIII.

*Vtrum ſacerdos degradatus poſſit hoc ſacramentũ cõficere.*

4. d. 13. q. 1. ar. 1. q. 4. Et quol. 12. ar. 16

Ad octavvm ſic proceditur. Videtur quòd ſacerdos degradatus non poſſit hoc ſacramentum conficere. Nullus enim conficit hoc ſacramẽtum, niſi per poteſtatem conſecrandi quam habet: ſed degradatus non habet poteſtatem conſecrandi, licet habeat poteſtatem baptizandi, ut dicit Canon. 1. q. 1. c. quidam.* ergo uidetur, quòd presbyter degradatus non poſſit euchariſtiam conſecrare.

Habetur in decr. 1. q. 1. cap. Quod quidã, circa medium.

§ 2 Præter. Ille qui aliquid dat, poteſt etiam auferre: ſed epiſcopus dat presbytero poteſtatem conſecran-

di, ordinando ipſum. ergo etiam poteſt ei auferre, degradando eum.

¶ 3 Præter. Sacerdos per degradationem, aut amittit poteſtatem conſecrandi, aut ſolam executionem: ſed non ſolam executionem: quia ſic non plus amitteret degradatus quàm excommunicatus, qui etiam executione caret. ergo uidetur quòd amittat poteſtatē conſecrandi: et ita uidetur, quòd non poſſit conficere hoc ſacramentum.

Lib.2.c.13. t.7.

Sed contra eſt, quòd † Aug. in 2. contra Parmenianum probat, quòd apoſtatæ a fide non carent baptiſmate, per hoc quòd per pœnitentiā redeuntibus non reſtituitur, & ideo amitti nō poſſe iudicatur: ſed ſimiliter degradatus, ſi reconcilietur, non eſt iterū ordinandus. ergo non amiſit poteſtatem conſecrandi, & ita ſacerdos degradatus poteſt conficere hoc ſacramētum.

Q.63.ar.5.

Respon. Dicendum, quòd poteſtas conſecrandi eucharistiam, pertinet ad characterem ſacerdotalis ordinis. Character autem quilibet, quia cum quadam conſecratione datur, indelebilis eſt, ut ſupra dictum eſt,* ſicut & quarumcumq; rerum cōſecrationes perpetuæ ſunt, nec amitti, nec reiterari poſſunt: unde manifeſtū eſt, quòd poteſtas conſecrandi nō amittitur per degradationem. Dicit enim † Aug. in 2. Contra Parmenianū, vtrumque, ſcilicet baptiſmus & ordo, ſacramentū eſt, & quadam conſecratione vtrumque homini datur: illud, cum baptizatur: iſtud, cum ordinatur: ideoque non licet a catholicis vtrumque iterari. et ſic patet, quòd ſacerdos degradatus poteſt conficere hoc ſacramentum.

Lib.2.c.13 a med.t.7.

Ad primvm ergo dicendū, quòd canon ille non loquitur aſſertiue, ſed inquiſitiue, ſicut ex circunſtantia literæ haberi poteſt.

Ad 2m dicendum, quòd epiſcopus non dat poteſtatem ſacerdotalis ordinis propria uirtute, ſed inſtrumētaliter, ſicut miniſter dei, cuius effectus per hominē tolli non poteſt, ſecundum illud Matth. 19. Quos deus coniunxit, homo non ſeparet. Et ideo epiſcopus non poteſt hāc poteſtatem auferre: ſicut nec ille qui baptizat, poteſt auferre characterem baptiſmalem.

Ad 3m dicendum, quòd excommunicatio eſt medicinalis, & ideo excommunicatis non aufertur executio ſacerdotalis poteſtatis, quaſi in perpetuum, ſed ad correctionem uſq; ad tempus. Degradatis autē aufertur executio, quaſi in perpetuum condemnatis.

¶ *Super Quæſtionis octuageſimæſecūdæ Articulum nonum.*

In ar. 9. aduerte diſputationes, & inueſtigatiōes, & canones de participātibꝰ in ſacramētorū perceptione & ceteris diuinis, cū excōicatis, ſuſpēſis, &c. hodie vacare, pp ſtatutū in concilio Conſtantienſi, quo cōceſſum eſt oībus Chri. fidelibus participare cū excōmunicatis, &c. niſi in duobus caſibus .ſ. ſi fuerint nominatim denuntiati, uel notorie percuſſerint clericū, ut refert Archiēps Florētinus in 3. par. ſummæ ſuæ, ti. 28

Supr. q.64. ar.9. ad ſecūdum & ter. Et 4. diſ.13. q.1. ar.3. q.3. Refert hoc in dec. 1. q. 1. c. Neque in prin.

## Articvlvs ix.

*Vtrum liceat ab excommunicatis, uel hæreticis, ſeu peccatoribus, communionem recipere, & eorum miſſam audire.*

Ad nonvm ſic proceditur. Videtur ꝙ aliquis licite poſſit communionem recipere a ſacerdotibus hæreticis uel excommunicatis, uel etiam peccatoribus, & ab eis miſſam audire. Sicut enim † Aug. contra Petilianum dicit, neque in homine bono, neque in homine malo aliquis dei fugiat ſacramenta: ſed ſacerdotes quāuis ſint peccatores & hæretici, uel excommunicati, uerum conficiunt ſacramentum. ergo uidetur, quòd non ſit uitandum ab eis communionem accipere, uel eorū miſſam audire.

¶ 2 Præter. Corpus Chriſti uerum, figuratiuum eſt corporis myſtici, ſicut ſupra dictum eſt: † ſed a prædictis ſacerdotibus uerum corpus Chriſti conſecratur. ergo videtur quòd illi, qui ſunt de corpore myſtico, poſſint eorum ſacrificiis communicare.

¶ 3 Prēt. Multa peccata ſunt grauiora quàm fornicatio: ſed non eſt prohibitum audire miſſas ſacerdotum aliter peccantium. ergo etiam non debet eſſe prohibitū audire miſſas ſacerdotum fornicariorum.

Sed contra eſt, quòd canon dicit 32.* diſt. Nullus miſſam audiat ſacerdotis, quem indubitanter concubinam nouit habere. & † Greg. dicit in 3. dial. quòd pater perfidus arrianum epiſcopum miſit ad filiū, ut de eius manu ſacrilegæ conſecrationis communionē perciperet: ſed uir deo deditus arriano epiſcopo uenienti exprobrauit, ut debuit.

Diſt.32. ca. Nullus. Greg.lib.3. Dialo. c.31 parū a principio.

Respon. Dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt*) ſacerdotes ſi ſint hæretici, uel ſchiſmatici, uel excōmunicati, uel etiā peccatores: quamuis habeant poteſtatem conſecrandi euchariſtiam, nō tamen ea recte utuntur, ſed peccant utentes. Quicumq; autem communicat alicui in peccato, ipſe particeps peccati efficitur: unde & in 2. Canon. * Ioan. dicitur, quòd qui dixerit ei, aue (ſcilicet hæretico) communicat operibus illius malignis. et ideo non licet a prædictis communionem accipere, aut eorum miſſam audire. Differt tamē inter prædictas ſectas. Nam hæretici & ſchiſmatici, & excommunicati, ſunt per ſententiam eccleſiæ, executione conſecrandi priuati, & ideo [d] peccat quicumq; eorum miſſam audit, uel ab eis accipit ſacramenta: ſed non omnes peccatores ſunt per ſententiam eccleſiæ executione huius poteſtatis priuati. Et ſic quamuis ſint ſuſpenſi quantum ad ſe ex ſententia diuina, nō tamen quantum ad alios ex ſententia eccleſiæ. Et ideo uſque ad ſententiam eccleſiæ licet ab eis communionem accipere, & eorum miſſam audire: unde ſuper illud 1. Corinth. 5. Cum huiuſmodi nec cibū ſumere, dicit glo. † Aug. Hoc dicendo, noluit hominem ab homine iudicari ex arbitrio ſuſpitionis, uel etiam extraordinario uſurpato iudicio: ſed potius ex lege dei ſecundum ordinem eccleſiæ, ſiue ultro confeſſum, ſiue accuſatum & conuictum.

Art.5.7. & 8. huius q.

Circa finē illius.

D.900.

Eſt Aug. in li. de utilitate pœnit. a med. to.9 Habetur ēt hic li. to.10 inter 50. homil. Et eſt ultima.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ in hoc quòd refugimus audire miſſas talium ſacerdotum, aut ab eis communionem recipere, non refugimus dei ſacramēta, ſed potius ea ueneramur (unde hoſtia a talibus ſacerdotibus conſecrata, eſt adoranda, & ſi reſeruetur, licite poteſt ſumi a ſacerdote legitimo) ſed refugimus culpam indigne miniſtrantium.

Ad 2m dicendum, quòd unitas corporis myſtici eſt fructus corporis ueri percepti. Illi autem qui indigne percipiunt uel miniſtrant, priuantur fructu, ut ſupra dictum eſt. † et ideo non eſt ſumendum ex eorum diſpenſatione ſacramentum, ab eis qui ſunt in unitate eccleſiæ.

Q.80.ar 4. Et ar.7. huius q.

Ad 3m dicendum, quòd licet fornicatio nō ſit grauior ceteris peccatis, tamē ad eam proniores ſunt homines propter carnis concupiſcentiam. Et ideo ſpecialiter hoc peccatum ſacerdotibus prohibitum eſt ab eccleſia, & ne aliquis audiat miſſam concubinarii ſacerdotis. Sed hoc intelligēdum eſt de notorio, uel per ſententiam, quæ fertur in conuictum, uel per confeſſionē in iure factam, uel quando non poteſt peccatum aliqua tergiuerſatione celari.

¶Super



¶ *Super Quæſtionis octuageſimæ ſecundæ Articulum decimum.*

In ar. 10. Scito hāc eſſe difficultatē, an ſacerdoti liceat totaliter a celebratiōe abſtinere, & hæc bene ſoluitur in litera negatiue. Exigit ſiqdē recta ratio, quū potētia ſit pp actū, & gratia ſit propter uſum, ut cōmoditate oblata ceſſanteq; oī impedimento, homo quādoq; potentia gratiaque in hiſq ad deum ſunt, utatur.

4.d.12.q.3. ar.2.q.3. Et ſ.li.13.q.1. ar.2.q.1

## Articvlvs x

*Vtrum liceat ſacerdoti, omnino a cōſecratione euchariſtiæ abſtinere.*

Ad decimvm ſic proceditur. Videtur quòd liceat ſacerdoti, omnino a conſecratione euchariſtiæ abſtinere. Sicut enim ad officiū ſacerdotis pertinet euchariſtiā cōſecrare, ita etiā baptizare, & ī aliis ſacramentis miniſtrare: ſed ſacerdos nō tenetur miniſtrare in aliis ſacramentis, niſi propter curā animarum ſuſceptā. ergo uidetur, ꝙ nec ēt teneatur euchariſtiā cōſecrare, ſi curam non habeat animarū.

¶ 2 Præt. Nullus tenetur facere quod ſibi nō licet, alioquin eſſet perplexus: ſed ſacerdoti peccatori uel etiā excommunicato, non licet euchariſtiam conſecrare, ut ſupra dictum eſt. † ergo uidetur, quòd tales non teneantur ad celebrandū, et ita nec alii: alioquin ex ſua culpa commodum reportarent.

Ar.7. huius quæſt.

¶ 3 Præt. Dignitas ſacerdotalis non perditur per ſubſequentem infirmitatem: dicit enim* Gelaſius Papa, & habetur in decretis. d. 55. Præcepta canonica ſicut nō patiuntur uenire ad ſacerdotium debiles corpore, ita ſiquis in eo fuerit conſtitutus, ac tunc fuerit ſauciatus amittere non poteſt, quod tempore ſuæ ſynceritatis accepit. Contingit autem quandoque, quòd ordinati in ſacerdotes, incurrunt aliquos defectus, ex quibus a celebratione impediuntur, ſicut eſt lepra uel morbus caducus, uel aliquid aliud huiuſmodi. non ergo uidetur, quòd ſacerdotes ad celebrādum teneantur.

Gelaſ. Palladio epiſ. ſcribens: Habetur in decretis d 55. ca. Præcepta canonica.

Sed contra eſt, quòd Amb. dicit in quadam oratione, Graue eſt, ꝙ ad menſam tuā mundo corde et manibus innocentibus non uenimus: ſed grauius eſt, ſi dū peccata metuimus, etiā ſacrificiū nō reddamus.

Respon. Dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd ſacerdos poteſt omnino a conſecratione licite abſtinere, niſi teneatur ex cura ſibi commiſſa celebrare populo & ſacramenta præbere: ſed hoc irrationabiliter dicitur: quia unuſquiſque tenetur uti gratia ſibi data, cum fuerit opportunum, ſecūdum illud 1. ad Corinth. 6. Hortamur ne in uacuum gratiam dei recipiatis. Opportunitas autem ſacrificium offerendi, non ſolum attenditur per comparationem ad fideles Chriſti, quibus oportet ſacramenta miniſtrari, ſed principaliter per comparationem ad deum, cui conſecratione huius ſacramenti ſacrificium offertur. unde ſacerdoti etiam ſi non habeat curam animarum, nō licet omnino a celebratione ceſſare: ſed ſaltē uidetur, quòd celebrare teneatur in præcipuis feſtis, & maxime in illis diebus, in quibus fideles communicare conſueuerūt, & hinc eſt quòd 2. Mach. 4. contra quoſdam ſacerdotes dicitur, quòd iā non circa altaris officia dediti erāt contempto templo, & ſacrificiis neglectis.

Ad primvm ergo dicendū, quòd alia ſacramenta perficiuntur in uſu fidelium. Et ideo in aliis miniſtrare non tenetur niſi ille, qui ſuper fideles ſuſcipit curā: ſed hoc ſacramentum perficitur in conſecratione euchariſtiæ, in qua ſacrificium deo offertur, ad quod ſacerdos obligatur deo ex ordine iam ſuſcepto.

Ad 2m dicendum, quòd ſacerdos peccator, ſi per ſententiam eccleſiæ ſit executione ordinis priuatus, uel ſimpliciter uel ad tempus, redditus eſt impotēs ad ſacrificium offerendum, et ideo obligatio tollitur: hoc autem cedit ſibi in detrimentū ſpiritualis fructus magis quàm in emolumentum. Si uero non ſit priuatus poteſtate celebrandi, non ſoluitur obligatio, nec tamen perplexus eſt: quia poteſt de peccato pœnitere, & celebrare.

Ad 3m dicendum, quòd debilitas uel ægritudo ſuperueniens ordini ſacerdotali, ordinem non tollit, executionem tamen ordinis tollit quantum ad conſecrationem euchariſtiæ. Quandoque quidem propter impoſſibilitatem executionis, ſicut ſi priuetur oculis, aut digitis, aut uſu linguæ: quandoque autē propter periculum, ſicut patet de eo, qui patitur morbum caducū, uel etiam quamcumque alienationē mentis: quandoque propter abominationē: ſicut patet de leproſo, qui non debet publice celebrare: poteſt tamen miſſam dicere occulte, niſi lepra adeo inualuerit, quòd per corroſionē membrorum, eū ad hoc reddiderit impotētē.

## *QVAESTIO LXXXIII.*

*De ritu huius ſacramenti, in ſex articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandum eſt de ritu huius ſacramenti.

### Circa primum quæruntur duodecim.

¶ Primo, Vtrum in celebratione huius myſterii Chriſtus immoletur.

¶ Secundo, De tempore celebrationis.

¶ Tertio, De loco & aliis, quæ pertinent ad * apparatum huius celebrationis. Alias aptitudinem.

¶ Quarto, De his, quæ in celebratione huius myſterii dicuntur.

¶ Quinto, De his, quæ circa celebrationem huius myſterii fiunt.

¶ Sexto, De defectibus, qui circa celebrationē huius ſacramenti occurrunt.

## Articvlvs i.

*Vtrum in hoc ſacramento Chriſtus immoletur.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd in celebratione huius ſacramenti, Chriſtus non immoletur. Dicitur enim Hebr. 10. Quòd Chriſtus una oblatione conſumauit in ſempiternum ſanctificatos: ſed illa oblatio fuit eius immolatio. Chriſtus ergo non immolatur in celebratione huius ſacramenti.

Infra art. 2. cor. & ad 1. & 2.

¶ 2 Prēter. Immolatio Chriſti facta eſt in cruce, in qua tradidit ſemetipſum oblationem, & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis, ut dicitur epheſ. 5. ſed in celebratione huius myſterii Chriſtus non crucifigitur. ergo nec immolatur.

¶ 3 Præter. Sicut* Auguſt. dicit in 4. lib. de trinitat. in immolatione Chriſti idem eſt ſacerdos & hoſtia: ſed in celebratione huius ſacramenti non eſt idem ſacerdos & hoſtia. ergo celebratio huius ſacramenti non eſt Chriſti immolatio.

Li.4.ca.14. in fine, & c. 7. in princ. to.3.

Sed contra eſt, quòd † Aug. dicit in li. ſen. Proſperi, ſemel immolatus eſt in ſemetipſo Chriſtus, & tamen quotidie immolatur in ſacramento.

Habetur de conſ. d. 2. c. Semel immolatur.

Respon. Dicendum, ꝙ duplici ratione celebratio huius ſacramenti dicitur immolatio Chriſti. Pri-

In lib. q. ad ſimplicium q. 3. parũ ante med. t. 4.

mo quidem, quia ſicut dicit* Aug. ad ſimplicium: ſolent imagines earum rerũ nominibus appellari, quarũ imagines ſunt: ſicut cum intuentes tabulam aut parietem pictum, dicimus: ille Cicero eſt, & ille Saluſtius. Celebratio autem huius ſacramenti (ſicut ſupra dictũ eſt†) imago quædam eſt repręſentatiua paſſionis Chriſti, quæ eſt uera eius immolatio. et ideo celebratio huius ſacramẽti dicitur Chriſti immolatio. unde† Amb. dicit ſuper epiſtolam ad Hebr. in Chriſto ſemel oblata eſt hoſtia, ad ſalutem ſempiternam potens. quid ergo nos? nonne per ſingulos dies offerimus? ſed ad recordationem mortis eius. alio modo, quantum ad effectũ paſſionis Chriſti: quia ſcilicet per hoc ſacramentũ par-

Q. 79. ar. 1. & 3 & 73. ar. 6
In c. 10. ad Hebr. non procul a prin. to. 5
D. 584.

G ticipes efficimur fructus[d] dominicæ paſſionis. unde in quadam dominicali oratione ſecreta dicitur: quoties huius hoſtiæ commemoratio celebratur, opus noſtræ redemptionis exercetur. quantum igitur ad primũ modum, poterat dici Chriſtus immolari, etiam in figuris ueteris teſtamenti: unde & Apoc. 13. dicitur: quorum nomina non ſunt ſcripta in libro uitæ agni, qui occiſus eſt ab origine mundi: ſed quantum ad ſecundum modum proprium eſt huic ſacramento, quòd in eius celebratione Chriſtus immoletur.

In c. 10. ad Hebræos, non remote a princ. tom. 5

Ad primvm ergo dicendũ, quòd ſicut† Ambr. ibidem dicit: una eſt hoſtia (quam ſcilicet Chriſtus obtulit, & nos offerimus) & non multæ, quia ſemel oblatus eſt Chriſtus. Hoc autem ſacrificium exemplum eſt

H illius: ſicut enim quod ubique offertur, unum eſt corpus & non multa corpora, ita & unum ſacrificium.

Ad 2^m dicendum, quòd ſicut celebratio huius ſacramenti eſt imago repræſentatiua paſſionis Chriſti, ita altare eſt repræſentatiuũ crucis ipſius, in qua Chriſtus in propria ſpecie immolatus eſt.

Ad 3^m dicendum, quòd per eandem rationem etiam ſacerdos gerit imaginem Chriſti, in cuius perſona & uirtute uerba pronuntiat ad conſiderandum, ut ex ſupradictis patet.* et ita quodammodo idem eſt ſacerdos & hoſtia.

Quæſt. 82. ar. 1. & 3.

## Articvlvs II.

*Vtrum conuenienter ſit determinatũ tempus celebrationis.*

4. d. 13. q. 1. ar. 2. q. 4.
Ar. præc.
In præfat. 2 pſal. 21. circa prin. t. 8.

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur quòd incõuenienter ſit determinatum tempus celebrationis huius myſterii. Hoc enim ſacramentũ eſt repræſentatiuum dominicæ paſſionis, ut dictum eſt: † ſed commemoratio dominicæ paſſionis fit in eccleſia ſemel in anno. dicit enim* Aug. ſuper pſal. 21. Quotieſcumq; paſcha celebratur, numquid toties Chriſtus occiditur? ſed tamen anniuerſaria recordatio repræſentat quod olim factum eſt, & ſic nos facit moueri, tamquam uideamus in cruce pendentem Dominum. ergo hoc ſacramẽtũ nõ debet celebrari, niſi ſemel in anno.

K ¶ 2 Præt. Paſſio Chriſti commemoratur in eccleſia 6. feria ante paſcha, non autem in feſto natalis. Cum ergo hoc ſacramentum ſit commemoratiuum dominicæ paſſionis, uidetur inconueniens eſſe, quòd in die natalis ter celebretur hoc ſacramentum: in paraſceue aũt totaliter intermittitur.

¶ 3 Præt. In celebratione huius ſacramenti eccleſia debet imitari inſtitutionem Chriſti: ſed Chriſtus conſecrauit hoc ſacramentum hora ſerotina. ergo uidetur, quòd hora tali debeat hoc ſacramentum celebrari.

Leo in epiſ. 81. c. 2. circa prĩcipiũ. Et habetur de conſ. d. 1 c. Neceſſe ẽ.

¶ 4 Præt. Sicut habetur de conſe. diſt. 1. † Leo Papa ſcribit Dioſcoro alexãdrino epiſcopo, quòd in prima par-

F te diei miſſas celebrare licet: ſed dies incipit a media nocte, ut ſupra dictum eſt. ergo uidetur quòd etiam poſt mediam noctem liceat celebrare.

¶ 5 Præt. In quadam dominicali oratione ſecreta dicitur, Concede nobis domine quæſumus hæc frequentare myſteria: ſed maior erit frequentia, ſi etiam pluribus horis in die ſacerdos celebret. ergo uidetur, quòd non debeat prohiberi ſacerdos pluries celebrare in die.

Sed contrarivm eſt conſuetudo, quam ſeruat eccleſia ſecundum canonum ſtatuta.

Ar. præc. Et q. 79. ar. 1.

Respon. Dicendum, quòd (ſicut dictum eſt*) in celebratione huius myſterii attenditur repræſentatio dominicæ paſſionis, & participatio fructus eius. Et ſecũ-

G dum utrumq; oportuit determinare tempus aptum celebrationi huius ſacramenti. Quia enim fructu dominicæ paſſionis quotidie indigemus, propter quotidianos defectus, quotidie in eccleſia regulariter hoc ſacramentum offertur. unde & Dominus nos petere docet Luc. 11. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie; quod exponens† Aug. lib. de uerbis Domini dicit: ſi quotidianus eſt panis, cur poſt annum illum ſumas, quemadmodum Gręci in oriẽte facere conſueuerunt? accipe quotidie, quod quotidie tibi proſit. Quia uero dominica paſſio celebrata eſt a tertia hora uſque ad nonam, ideo regulariter in illa parte diei, ſolẽniter hoc ſacramentum in eccleſia celebratur.

In ſerm. 18 parũ a medio t. 10.

Ad primvm ergo dicendum, quòd in hoc ſa-

H cramento recolitur paſſio Chriſti, ſecũdum quòd eius effectus ad fideles deriuatur: ſed tempore paſſionis recolitur paſſio Chriſti ſolum ſecũdum hoc, quòd in ipſo capite noſtro fuit perfecta: quod quidem factũ eſt ſemel: quotidie autem fructum dominicę paſſionis fideles percipiũt. Et ideo illa commemoratio fit ſemel in anno, hoc autem quotidie & propter fructũ & propter iugem memoriam.

Ad 2^m dicendum, quòd ueniente ueritate, ceſſat figura. Hoc autem ſacramentum eſt figura quædam, et exemplum dominicę paſſionis, ſicut dictũ eſt.* Et ideo in die quo ipſa paſſio Domini recolitur, prout realiter

In corp. & locis ibidẽ citatis.

I geſta eſt, non celebratur conſecratio huius ſacramẽti; ne tamẽ eccleſia ea etiam die ſit ſine fructu paſſionis, per hoc ſacramentum nobis exhibito, corpus Chriſti conſecratum in die præcedenti reſeruatur ſumendum in illo die: non autem ſanguis, propter periculum, & quia ſanguis ſpecialius eſt imago dominicæ paſſionis, ut ſupra dictum eſt. † Nec uerum eſt, quod quidam dicunt, quòd per immiſſionem particulæ corporis Chriſti in uinum, conuertatur uinũ in ſanguinem: hoc. n. aliter fieri non poteſt, quàm per conſecrationem factam ſub debita forma uerborum. In die autem natiuitatis plures miſſæ celebrantur propter triplicẽ Chriſti natiuitatem: quarũ una eſt æterna, quæ, quantũ ad nos eſt occulta. et ideo una miſſa cantatur in nocte, in cuius introitu dicitur, Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Alia autem eſt temporalis, ſed

Q. 78. ar. 5 ad 2. Et q. 76. art. 2. ad 2.
De conſ. d. 1. c. Nocte.

K ſpiritualis, qua ſcilicet Chriſtus oritur tamquam lucifer in cordibus noſtris, ut dicitur 2. Petri 1. et propter hoc cantatur miſſa in aurora, in cuius introitu dr̃ lux fulgebit hodie ſuper nos. Tertia eſt Chriſti natiuitas temporalis & corporalis, ſecundum quã uiſibilis nobis proceſſit ex utero uirginali, carne indutus. Et ob hoc cantatur tertia miſſa in clara luce, in cuius introitu dicitur: puer natus eſt nobis: licet ecõuerſo poſſit dici quòd natiuitas æterna ſecundum ſe eſt in plena luce: & ob hoc in euãgelio tertię miſſæ fit mentio de natiuitate æterna: ſecundum autem natiuitatem corporalem,



ad literam natus eſt de nocte, in ſignum quòd veniebat ad tenebras infirmitatis noſtræ. unde & in miſſa nocturna dicitur euangelium de corporali Chriſti natiuitate: ſicut etiam & in alijs diebus in quibus occurũt plura Dei beneficia, vel recolenda, vel expetenda, plures miſſæ celebrantur in die: puta vna pro feſto, & alia pro ieiunio, vel pro mortuis.

Q. 73. ar. 5.

Ad 3^m dicẽdum, quòd (ſicut dictũ eſt ſuperius*) Chriſtus voluit vltimo hoc ſacramentum diſcipulis tradere, vt fortius eorum cordibus imprimeretur. & ideo poſt cœnam in fine diei hoc ſacramentum conſecrauit, & diſcipulis ſuis tradidit. A nobis tamen celebratur hora dominicæ paſſionis, ſcilicet diebus feſtis in tertia, quãdo crucifixus eſt linguis iudęorum, vt dicitur Mar. 15. & quãdo Spiritusſanctus deſcendit ſuper diſcipulos, vel diebus profeſtis ĩ ſexta: quãdo crucifixus eſt in manibus militũ, vt habetur Ioã. 19. vel diebus ieiuniorum in nona, quando voce magna clamans emiſit ſpiritum, vt dicitur Matth. 27. Poteſt tamẽ tardari, maxime quando ſunt ordines faciẽdi, & præcipue ſabbatho ſancto, tũ propter prolixitatem officij, tum quia ordines pertinent ad diem dominicam, vt habetur in Decret. diſtin. 75. cap. † quod a patribus. Poſſunt tamẽ miſſæ calebrari in prima parte diei propter aliquam neceſſitatem, vt dicitur de conſecr. diſtinct. 1. cap. Neceſſe eſt &c.

Decr. di. 75 ca. Quod a patribus.
De cõſ. diſ. 1. ca. Neceſſe eſt.

Ad 4^m dicendum, quòd regulariter miſſa debet celebrari in die, & non in nocte: quia ipſe Chriſtus eſt præſens in hoc ſacramento, qui dicit Ioan. 9. Me oportet operari opera eius, qui miſit me donec dies eſt: venit nox quando nemo poteſt operari, quandiu in mundo ſum, lux ſum mundi: ita tamẽ quòd principiũ diei accipiatur non a media nocte: nec etiam ab ortu ſolis, ideſt, quando ſubſtantia ſolis apparet ſuper terram, ſed quando incipit apparere aurora: tunc enim quodammodo dicitur ſol ortus, inquantum claritas radiorum eius apparet. unde & Marc. 16. dicitur, quòd mulieres venerunt ad monumentum orto iam ſole: cum tamẽ venerint, cum adhuc tenebræ eſſent ad monumẽtum, vt dicitur Ioan. 20. Sic enim hanc contrarietatem ſoluit† Auguſt. in lib. de conſen. Euang. Specialiter tamẽ in nocte natalis Domini miſſa celebratur propter hoc, quòd Dominus in nocte natus eſt, vt dicitur de conſecr.* diſtinct. 1. cap. Nocte &c. & ſimiliter etiam in ſabbatho ſancto circa noctis principium, propter hoc quòd Dominus nocte ſurrexit, ideſt, cum adhuc tenebræ eſſent ante manifeſtum ſolis ortum.

Li. 3. ca. 24. aliquantulum a prin. tom. 4.
De conſec. diſt. 1. c. Nocte.

Ad 5^m dicendum, quòd ſicut habetur de cõſecr. diſtinct. 1. ex Decreto † alexand. Papæ, ſufficit ſacerdoti vnam miſſam in die vna celebrare: quia Chriſtus ſemel paſſus eſt, & totum mundum redemit: & valde felix eſt, qui vnam digne celebrare poteſt: quidam tamen pro defunctis vnam faciunt, alteram[d] de die, ſi neceſſe ſit. Qui vero pro pecunia aut adulationibus ſęculariũ, vna die præſumunt plures celebrare miſſas, nõ æſtimo euadere damnationem. & extra de celebr. miſſ. dicit* Inn. 3. quòd excepto die natiuitatis dominicæ (niſi cauſa neceſſitatis ſuadeat) ſufficit ſacerdoti ſemel in die vnã miſſam ſolũmodo celebrare.

De conſ. di. 1. c. Sufficit
D. 581.
In decreta. li. 3. tit. 41. c. Conſului ſti.

## Articvlvs III.

*Vtrum oporteat hoc ſacramentum celebrari in domo & uaſis ſacris.*

4. di. 13. q. 1 ar. 1. q. 5. & diſt. 24. q. 2. ar. 2. ad 9.

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd non opor-

A teat hoc ſacramẽtum celebrari in domo & vaſis ſacris. Hoc enim ſacramentum eſt repræſentatiuum dominicæ paſſionis: ſed Chriſtus non eſt paſſus in domo, ſed extra portam ciuitatis, ſecundum illud Hebr. vlti. Ieſus, vt ſanctificatet per ſuum ſanguinem populũ, extra portam paſſus eſt. ergo videtur quòd hoc ſacramentum nõ debeat celebrari in domo, ſed magis ſub diuo.

B ¶ 2 Præt. In celebratione huius ſacramẽti debet eccleſia imitari morem Chriſti & apoſtolorum: ſed domus, ĩ qua primo Chriſtus hoc ſacramentum confecit, non fuit cõſecrata: ſed fuit quoddã cõe cœnaculum, a quodam patrefamilias præparatum, vt habetur Lucæ 22. Legitur etiam Actorum 2. quòd Apoſtoli erant perdurantes vnanimiter in templo, & frãgẽtes circa domos panem, & ſumebant ci-

C bum cũ exultatione. ergo nec modo oportet domos eſſe conſecratas, in quibus hoc ſacramentum celebratur.

¶ 3 Præt. Nihil fruſtra ĩ Eccleſia fieri debet, quæ ſpiritusſancto gubernatur, ſed fruſtra videtur adhiberi conſecratio eccleſiæ vel altari, & huiuſmodi rebus inanimatis, quæ nõ ſunt ſuſceptiuæ gratiæ vel ſpiritualis virtutis. Inconuenienter igitur huiuſmodi conſecrationes in eccleſia fiunt.

D ¶ 4 Præt. Solum diuina opera debent recoli cum quadam ſolẽnitate, ſecundũ illud pſalm. 91. In operibus manuum tuarum exultabo: ſed eccleſia vel altare opere humano cõſecratur, ſicut & calix & miniſtri, & alia huiuſmodi: ſed horũ conſecrationes non recoluntur celebriter in eccleſia. ergo neque cõſecratio eccleſiæ vel altaris, cum ſolennitate recoli debet.

¶ 5 Præt. Veritas debet reſpondere figuræ: ſed in veteri teſtamẽto, quod gerebat figuram noui, non fiebat altare de lapidibus ſectis. dicitur

E enim Exod. 20. Altare de terra facietis mihi. quòd ſi altare lapideũ feceris mihi, non ædificabis illud de ſectis lapidibus. Exodi etiã 27. mandatur fieri altare de lignis ſethim veſtitis ære, vel etiã auro, vt habetur Exod. 25. ergo videtur inconuenienter obſeruari in eccleſia, quòd altare fiat ſolũ de lapide.

¶ 6 Præt. Calix cum patena repræſentat ſepulcrum Chriſti, quod fuit exciſum in petra: vt in euangelijs habetur. ergo calix debet de petra fieri, & non ſolum de argen

*¶ Super Quæſtionis octuageſimætertiæ Articulum tertiũ.*

In ar. 3. quæſt. 83. ad tertium dubiũ occurrit de virtute altaris, eccleſię, & aliorum inanimatorum conſecratorum: an ſit ſolum ex parte noſtri (qui inde concipimus reuerentiam ac deuotionem) an ex parte rei, & ſi ex parte rei, an ſit in ipſis rebus virtus aliqua ſpiritualis, an ſola diuina aſſiſtentia, & an generali modo tantum, an ſpeciali quodã modo diuina ibi uirtus aſſiſtat.

¶ Ad horum euidẽtiam ſciendum eſt, quòd ſunt in hac re modi dicendi duo extremi. Alter, quòd huiuſmodi conſecrationes ab eccleſia, adinuentæ, ex parte tantum noſtra ſe tenent: ita quòd deuotio noſtra eſt, quæ effectus diuinæ uirtutis prouocat apparere ibi magis quã alibi: quoniã Deus nullo ſpeciali modo eſt in his poſt cõſecrationem, quo prius non erat. Et ratio eſt, quia conſecrationes iſtæ ſunt humana opera, nihil conferentes rei conſecratæ ſecundũ rem. Alter, quòd per huiuſmodi conſecrationes adipiſcũtur res ipſæ quandã uirtutem ſpiritualem, quæ eſt quædã qualitas intentionalis, uelut intẽtio coloris in aere, & ſuper uerba literæ huius fundatur. Vterque autem modus uitandus uidetur, & media uia progrediendo, dicendũ eſt, quòd per huiuſmodi cõſecrationes adipiſcuntur conſecratæ res ſpiritualem uirtutem inchoatiue, & in hoc ipſo ſortiuntur diuinam præſentiam ſpeciali modo. Conſecrationes ſiquidem eccleſiaſticæ nõ ſunt humana tantum opera, ſed ſunt efficaces ex Chriſti ſacerdotio: a quo ſicut per ſeipſum efficaciam habent ſacramentales operationes, quæ ab ipſo immediate ſunt inſtituta ſacramenta, ita participatum in miniſtris ſuis efficaciam præbet conſecrationibus, quæ ab ipſis fiunt.

ſiũt.ita ꝙ ex Chriſti ſacerdotio diffuſo, participato in nobis, res conſecratæ habiles redduntur ad excitandã in nobis reuerentiam, & deuotionem, ſicut aqua ex tactu carnis Chriſti redditæ ſunt habiles ad baptiſmum, & huiuſmodi habilitas uocatur ſpiritualis uirtus inchoatiue. Et hinc apparet, quòd Deus qui ante conſecrationem, erat ecclesiæ præſens, ſicut aliis rebus per præſentiam, eſſentiam, & potentiam, ſit poſtea præſens altari, Eccleſiæ, & aliis huiuſmodi ſpeciali modo, ſicut nouo inſtrumento ad excitandam reuerentiam & deuotionem circa diuinum cultum. Perducitur autem ad complementum huiuſmodi uirtus, cum diuina huiuſmodi aſſiſtentia actualiter utitur re conſecrata ad excitandã deuotionem, reuerẽtiam, uel aliquem alium effectum, ad quem res conſecrata eſt faciendũ. Conſonare autem doctrinam hanc ſupradictis, & literæ huic, & his quæ communiter opinamur de rebus inanimatis cõſecratis, facile patet applicando, præter hoc quòd probabilis ualde eſt.

Dicta in titu. & i arg.

¶ Et hæc de Eucharistia dicta pro nunc ſufficiant.

to, vel auro, vel ſtanno.

¶ 7 Præt. Sicut aurũm pretioſius eſt inter materias vaſorum, ita panni ſerici pretioſiores ſunt inter alios pãnos. ergo ſicut calix ſit de auro, ita pallæ altaris debent de ſẽrico fieri, & nõ ſolũ de pãno lineo.

¶ 8 Præt. Diſpenſatio ſacramentorum, & ordinatio eorundẽ ad miniſtros eccleſiæ pertinet, ſicut diſpenſatio rerum temporaliũ ſubiacet ordinationi principum ſęcularium; vnde & Apoſtolus dicit 1. Cor. 4. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpẽſatores myſteriorum dei: ſed ſi circa diſpẽſationem rerum temporalium aliquid fiat contra ſtatuta principũ, habetr irritũ. ergo ſi hæc quæ dicta* ſunt, cõuenienter ſunt ſtatuta per prælatos eccleſiæ, videtur quòd ſine his corpus Chriſti cõfici nõ poſſit. & ſic videtur ſequi, ꝙ verba Chriſti non ſint ſufficiẽtia ad hoc ſacramentum conficiẽdum; quod eſt inconueniens. non ergo videtur conueniẽs fuiſſe, quòd hæc circa celebrationem huius ſacramenti ſtatuerentur.

Sed contra eſt, quòd ea quæ per eccleſiam ſtatuũtur, ab ipſo Chriſto ordinantur, qui dicit. Matthæi. 18. Vbicumque fuerint, duo uel tres cõgregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.

Respon. Dicendum, quòd in his quæ circunſtant hoc ſacramentum, duo conſiderantur: quorum vnum pertinet ad repræſentationem eorum, quæ circa dominicam paſſionẽ ſunt acta: aliud autem pertinet ad reuerentiam huius ſacramenti, in quo Chriſtus ſecũdum veritatẽ continetur, & nõ ſolum in figura. unde & conſecrationes adhibentur his rebus, quæ veniunt in vſum huius ſacramenti: tum, propter ſacramenti reuerentiam, tum ad repræſentandum effectum ſacramẽti*, qui ex paſſione Chriſti prouenit, ſecundum illud Hebræ. vltim. Ieſus vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum &c.

Alias ſanctitatis.

Ad primvm ergo dicendum, quòd regulariter hoc ſacramentũ celebrari debet in domo, per quam ſignificatur eccleſia, ſecũdum illud primæ Timoth. 3. Vt ſcias quomodo oporteat te in domo dei cõuerſari, quæ eſt eccleſia dei viui: extra eccleſiam enim non eſt locus veri ſacrificij, vt* Auguſtinus dicit. & quia eccleſia non erat cõcludenda ſub finibus gentis iudaicæ, ſed erat in vniuerſo mũdo fundãda, ideo paſſio Chriſti non eſt celebrata intra ciuitatem iudęorum, ſed ſub diuo, vt ſic totus mundus ſe haberet ad paſſionem Chriſti, vt domus. & tamen, vt dicitur de conſecratione†, diſtinct. 1. cap. concedimus, in itinere poſitis ſi eccleſia defuerit, ſub diuo, ſeu in tẽtorio ſi tabula altaris conſecrata, ceteraque ſacra myſteria ad id officium pertinentia, ibi affuerint, miſſarum ſolennia celebrari concedimus.

In lib. ſent. quæ ex Augu. decerptæ ſunt c. 15. tom. 3. in fi.

De conſec. di. 1. c. Concedimus, in medio illi⁹.

Ad 2m dicẽdum, quòd domus, in qua hoc ſacramẽtum celebratur, eccleſiam ſignificat, ſicut & eccleſia nominatur: quæ conuenienter conſecratur, tũ, ad repræſentandam ſanctificationem, quam eccleſia cõſecuta eſt per paſſionem Chriſti, tum etiam ad ſignificandam ſanctitatem, quæ requiritur in his, qui hoc ſacramentum ſuſcipere debẽt. Per altare autem ſignificatur ipſe Chriſtus, de quo dicit Apoſtolus Hebræ. vltim. Per ipſum offerimus hoſtiã laudis Deo. unde & conſecratio altaris ſignificat ſanctitatem Chriſti, de qua dicitur Lucæ. 1: Quod ex te naſcetur ſanctum vocabitur filius Dei. unde de conſecratione diſtinct. prima dicitur †: Altaria placuit non ſolum vnctione chriſmatis, ſed etiã ſacerdotali benedictione ſacrari. & ideo regulariter non licet celebrare hoc ſacramentum, niſi in domibus conſecratis. Vnde ſicut habetur de conſecratione* diſtinct. 1. Nullus preſbyter miſſas celebrare præſumat, niſi in conſecratis ab Epiſcopo locis. Propter quod etiam, quia pagani non ſunt de eccleſia, nec alij infideles, ideo eadem diſtinctione legitur†, Eccleſiam, in qua mortuorum cadauera infidelium ſepeliuntur, ſanctificare non licet: ſed ſi apta videtur ad cõſecrandum, inde euulſis corporibus, & raſis parietibus vel tignis eius loci, reædificetur: ſed ſi hæc conſecrata prius fuerit, miſſas in ea celebrare licet, tamen ſi fideles fuerant, qui in ea ſepulti ſunt. Propter neceſſitatem tamen poteſt hoc ſacramentum peragi in domibus non conſecratis, vel violatis: ſed tamen de conſenſu Epiſcopi. unde in eadem diſtinctione legitur†. Miſſarum ſolennia non vbique, ſed in locis ab Epiſcopo conſecratis, vel vbi ipſe permiſerit, celebranda eſſe cenſemus. Non tamen ſine altari portatili conſecrato. unde in eadem diſtinct. legitur†: Cõcedimus ſi eccleſiæ fuerint incẽſæ, vel combuſtæ in Capellis cum tabula conſecrata, miſſas iterum celebrari. quia enim ſanctitas Chriſti fons eſt totius eccleſiaſticæ ſanctitatis, ideo in neceſſitate ſufficit ad peragendum hoc ſacramẽtum, altare ſanctificatum. Propter quod etiam numquam eccleſia ſine altari conſecratur: tamen ſine eccleſia quandoque conſecratur altare cum reliquijs ſanctorum, quorum vita abſcondita eſt cum Chriſto in deo. Vnde in eadem diſtinctione legitur*, Placuit vt altaria, in quibus nullum corpus aut reliquiæ martyris conditæ probantur, ab Epiſcopis, qui eiſdem locis præſunt, ſi fieri poteſt, euertantur.

De conſec. di. 1 c. altaria in 2.

De conſec. di. 1. c. Nullus presbyter.

De conſec. di. 1. ca. Eccleſiam.

De conſec. di. 1. ca. Miſſarum.

Ead. diſt. 1. conſec. c. cõcedimus.

De conſec. di. 1. c. Placuit.

Ad 3m dicẽdũ, quòd Eccleſia, & altare, & alia huiuſmodi inanimata, conſecrantur, non quia ſint gratiæ ſuceptiua, ſed quia ex conſecratione adipiſcũtur quandam ſpiritualem virtutem, per quam apta redduntur diuino cultui, vt ſcilicet homines deuotionẽ quandam exinde percipiant, vt ſint paratiores ad diuina, niſi hoc propter irreuerẽtiã impediatur. unde & 2. Machabæorum 3. dicitur: Vere dei virtus quædam eſt in loco: nam ipſe qui habet in cælis habitationẽ, uiſitator & auditor eſt loci illius. Et inde eſt, quòd huiuſmodi ante conſecrationem emũdãtur & exorcizantur, ut exinde uirtus inimici pellatur. Et eadẽ ratione eccleſiæ, quæ ſanguinis effuſione, aut cuiuſcumque ſemine pollutæ fuerint, reconciliantur: quia per peccatum ibi commiſſum, apparet ibi aliqua operatio inimici. Propter quod etiam in eadem diſtinctione legitur†: Eccleſias Arrianorum ubicũq; inueneritis catholicas, eas diuinis precibus & operibus abſque ulla mora conſecrate. Vnde & quidam probabiliter dicunt, quòd per ingreſſum eccleſię conſecratę homo cõſequitur remiſſionẽ peccatorũ uenialium, ſicut & per aſperſionem aquæ benedictæ: inducentes quod in pſalm. 84. dicitur, Benedixiſti Domine terrem tuam, remiſiſti iniquitatem plebis tuæ. & ideo propter uirtutem, quæ ex cõſecratione eccleſiæ acquiritur, conſecratio eccleſiæ non iteratur. unde in eadem diſtinctione ex concilio Niceno legitur† : eccleſijs ſemel Deo conſecratis, non debet iterum conſecratio adhiberi, niſi aut ab igne exuſtæ, aut ſanguinis effuſione, aut cuiuſq̃ ſemine pollutæ fuerint: quia ſicut infans a qualicumque ſacerdote in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti ſemel baptizatus, non debet iterum baptizari; ita nec locus Deo dicatus, eſt iterum cõſecrandus, niſi propter cauſas quas ſuperius nominauimus: ſi tamen fidẽ ſanctę Trinitatis tenuerint qui cõſecrauerunt, alioquin qui ſunt extra eccleſiam, conſecrare non poſſunt: ſed ſicut in eadem diſtinct. legitur, †Eccleſiæ uel altaria, quæ ambigua ſunt de cõſecratione, cõſecrẽtur. Propter hoc ẽt, ꝙ aliquã ſpiritualẽ uirtutẽ adipiſcũtur per conſecrationẽ, in eadẽ diſtinctione ſtatutum legitur† : Ligna eccleſiæ dedicatæ, non debent ad aliud opus iungi niſi ad aliam eccleſiam, uel igni cõburẽda, uel ad profectum in monaſterio fratribus: in laicorum autem opera non debent admitti. & ibidem legitur† : Altaris palla, cathedra, candelabrum, & uelum, ſi fuerint uetuſtate cõſumpta, incẽdio dẽtur: cineres quoq; eorũ ĩ baptiſterio inferãtur, aut ĩ pariete, aut in foſſis pauimẽtorũ iactẽtur, ne introeũtiũ pedibus inquinenť.

De conſec. di. 1. c. Eccle. Arrianorum.



De conſec. diſt. 1. c. Eccleſiis ſemel.

De conſec. diſt. 1. c. Eccleſiæ vel alt.

Cap. Ligna eccleſiæ.

De conſec. di. 1. c. Altaris palla.

Ad 4m dicendum, quòd quia conſecratio altaris repræſentat ſanctitatem Chriſti, conſecratio uero domus ſanctitatem totius eccleſiæ: ideo conuenientius recolitur cum ſanctitate & ſolẽnitate conſecratio eccleſiæ uel altaris, quàm aliorũ quæ conſecrantur. Propter quod etiam octo diebus ſolennitas dedicationis agitur, ad ſignificandam beatam reſurrectionẽ Chriſti & membrorum eccleſiæ. Nec eſt opus ſolius hominis conſecratio eccleſiæ & altaris, cũ habeat ſpiritualem virtutem. unde de conſecratione diſtin. eadẽ dicitur† : Solennitates dedicationum eccleſiarũ per ſingulos annos, ſolenniter ſunt celebrandæ: quòd autem octo diebus encænia ſint celebranda, in lib. Reg. perfecta dedicatione tẽpli, reperies, ſcilicet 3. Reg. 8.

De conſec. di. 1. c. Solẽnitate.

Ad 5m dicendum, ꝙ ſicut legitur de conſecratione*, diſtinctione prima: altaria, ſi non ſint lapidea, Chriſmatis unctione non conſecrentur. Quod quidem cõpetit & ſignificationi huius ſacramẽti: tum, quia altare ſignificat Chriſtum, dicitur autẽ primæ Corinthiorm decimo: Petra autem erat Chriſtus: tũ ẽt, quia corpus Chriſti in ſepulcro lapideo fuit reconditum. Competit etiam quo ad uſum ſacramenti: lapis enim & ſolidus eſt, & de facili poteſt inueniri ubique: quod nõ erat neceſſarium in ueteri lege vbi fiebat in vno loco altare. Quòd autem mandatur altare fieri de terra, vel de lapidibus inſectis, fuit ad idolatriam remouendam.

De conſec. di. 1. c. Altaris.

Ad 6m dicendum eſt, quòd ſicut in diſtinctione eadem dicitur cap. Vaſa† quondam ſacerdotes non aureis, ſed ligneis calicibus vtebantur. Zepherinus aũt Papa patenis vitreis miſſam celebrari conſtituit, deinde Vrbanus omnia fecit argentea. Poſtmodum autem ſtatutum eſt, vt calix Domini cum patena, ſiue ex auro omnino ſiue ex argento fiat, vel ſaltem ſtanneus calix habeatur: de ære aũt aut ex aurichalco non fiat, quia hoc vini virtute æruginem parit, pariterque vomitum prouocat. Nullus autem in ligneo ſeu vitreo calice præſumat miſſam cantare: quia. ſ. lignum poroſum eſt, & ſanguis conſecratus in eo remaneret: vitrum autem fragile eſt, & poſſet fractionis periculũ imminere, & eadẽ ratio eſt de lapide. & ideo propter reuerentiam ſacramenti ſtatutum eſt, vt ex prædictis materijs calix fiat.

De conſec. di. 1. c. Vaſa, in quibus habetur hoc totum.

Ad 7m dicendum, ꝙ vbi potuit ſine periculo fieri, eccleſia ſtatuit circa hoc ſacramentum id, quod expreſſius repræſentat paſſionem Chriſti. Non erat autem tantum periculum circa corpus, quod ponitur in corporali ſicut circa ſanguinem, qui continetur in calice. & ideo licet calix non fiat de petra: corporale tamen fit de panno lineo, quo corpus Chriſti fuit inuolutum. unde in epiſtola Silueſtri papæ in eadem diſtinctione legitur†, Conſulto omnium ſtatuimus, vt ſacrificium altaris non in ſerico panno aut intincto, quiſquã celebrare miſſam præſumat; ſed in pãno lineo ab Epiſcopo cõſecrato, ſicut corp⁹ Chriſti ĩ ſindone linea & mũda ſepultum fuit. Competit etiam pannus lineus propter ſui munditiam, ad ſignificandam conſcientiæ puritatem: & propter multiplicem laborem, quo talis pannus præparatur, ad ſignifiandam Chriſti paſſionem.

De conſec. di. 1. ca. Cõſulto.

Ad 8m dicendum, quòd diſpenſatio ſacramẽtorum pertinet ad miniſtros eccleſiæ: ſed conſecratio eorum eſt ab ipſo deo. & ideo miniſtri eccleſiæ non habent aliquid ſtatuere circa formam cõſecrationis: ſed circa vſum ſacramenti, & modum celebrandi. & ideo ſi ſacerdos verba conſecrationis proferat ſuper materia debita, cum intentione conſecrandi, abſque omnibus prædictis. ſ. domo & altari, calice, & corporali conſecratis, & ceteris huiuſmodi per eccleſiam inſtitutis, cõſecrat quidẽ in rei veritate corpus Chriſti: peccat tamẽ grauiter, ritum eccleſiæ non ſeruans.

### Articvlvs IIII.

*Vtrum conuenienter ordinentur ea, quæ circa hoc ſacramentum dicuntur.*

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur quòd inconuenienter ordinentur ea, quæ circa hoc ſacramentum dicuntur. Hoc enim ſacramẽtum verbis Chriſti conſecratur, vt Ambroſ. dicit in lib. de Sacramentis. Non ergo debent aliqua alia in hoc ſacramẽto dici, quàm verba Chriſti.

4. diſ. 1. q. 1. art. 5. q. 1. ad 2. Et diſ. 8. in expoſ. lit. Et diſt. 13. ĩ expo. lit. prin. & diſt 15. q. 4 a. 3. q. 1. co. Et 1. Timo. 2. lect. 1.

¶ 2 Præt. Verba & facta Chriſti nobis per euangelium innoteſcunt: ſed quædam dicuntur circa conſecrationem huius ſacramenti, quæ in euangelijs non ponũtur: non. n. legitur in euangelio ꝙ Chriſt⁹ in conſecratione huius ſacramẽti, oculos ad cælum leuauerit. ſimiliter etiã in euangelijs dicitur: Accipite, & comedite, nec ponitur omnes, cum in celebratione huius ſacramenti dicatur: Eleuatis oculis in cælum: & iterum, Accipite & manducate ex hoc omnes. inconuenienter ergo huiuſmodi verba dicuntur in celebratione huius ſacramenti.

¶ 3 Præt. Omnia ſacramenta ordinantur ad ſalutẽ fideliũ: ſed in celebratione aliorum ſacramẽtorũ nõ fit communis oratio pro ſalute fideliũ defunctorũ. ergo in conuenienter fit in hoc ſacramento.

¶ 4 Præt. Baptiſmus dicitur ſpecialiter fidei ſacramẽtum. ea ergo quæ pertinẽt ad inſtrutionem fidei, magis debent circa baptiſmum tradi, quàm circa hoc ſacramentum, ſicut doctrina apoſtolica & euangelica.

¶ 5 Præt. In omni ſacramento exigitur deuotio fidelium

liũ. non ergo magis in hoc ſacramento, quàm in alijs deberet excitari deuotio fideliũ per laudes diuinas, & per admonitiones, puta cũ dicitur, Surſum corda.

¶6 Præt. Miniſter huius ſacramenti eſt ſacerdos, vt dictum eſt †. (Q. 82. ar. 1.) Omnia ergo quæ in hoc ſacramento dicũtur, a ſacerdote dici deberent, & non quædam a miniſtris, quædam a choro.

¶7 Præt. Hoc ſacramentum per certitudinem operatur virtus diuina. Superflue ergo ſacerdos petit huius ſacramenti perfectionem, cum dicit, Quam oblationem tu deus in omnibus &c.

¶8 Præt. Sacrificium nouæ legis multo eſt excellentius, quàm ſacrificium antiquorum patrum. Inconueniẽter ergo Sacerdos petit, ꝙ hoc ſacrificiũ habeatur ſicut ſacrificium Abel, Abrahæ, & Melchiſedec.

¶9 Præt. Corpus Chriſti, ſicut non incipit eſſe in hoc ſacramento per loci mutationem (vt ſupra dictum eſt *) (Q. 75. ar. 2.) ita etiam nec eſſe deſinit. inconuenienter ergo ſacerdos petit, Iube hoc perferri per manus ſancti angeli tui in ſublime altare tuum.

(De conſec. di. 1. c. Iacobus frater Domini. Alias ĩ ſcripturis addiderunt nobis.)

SED CONTRA eſt, quòd dicitur de conſecratione diſtinct. 1. Iacobus frater domini ſecundum carnem, & Baſilius cæſarienſis epiſcopus * ediderunt miſſæ celebrationem. ex quorũ auctoritate patet cõuenienter ſingula circa hoc dici.

RESPON. Dicendũ, ꝙ quia in hoc ſacramento totũ myſterium noſtræ ſalutis comprehenditur, ideo præ ceteris ſacramentis cum maiori ſolẽnitate agitur. & quia ſcriptum eſt Eccleſiaſt. 4. Cuſtodi pedẽ tuum ingrediens domum Domini, & Eccleſiaſt. 18. Ante orationem præpara animam tuam, ideo ante celebrationem huius myſterij, primo quidem præmittitur præparatio quædam, ad digne agenda ea quæ ſequũtur. Cuius præparationis prima pars eſt laus diuina, quæ fit in introitu, ſecundum illud Pſal. 49. Sacrificiũ laudis honorificabit me, & illic iter, quo oſtendam illi ſalutare dei. Et ſumitur hoc, vt pluries de Pſalmis, vel ſaltem cum Pſalmus cantatur, quia vt † Dion. dicit in 3. c. Eccleſ. hierar. (Ca. 3. Eccl. hierar. inter principiũ & medium.) Pſalmi comprehendunt per modum laudis, quicquid in ſacra ſcriptura continetur. Secunda pars continet commemorationem præſentis miſeriæ, dum miſericordia petitur, dicendo, Kyrie eleiſon, ter quidem pro perſona Patris, ter autẽ pro perſona Filij, cum dicitur, Chriſte eleiſon, & ter pro perſona Spiritusſancti, cum ſubditur Kyrie eleiſon, contra triplicem miſeriam, ignorantiæ, culpæ, & pœnæ, vel ad ſignificandum ꝙ omnes perſonæ ſunt in ſe inuicem. Tertia autem pars commemorat cæleſtem gloriam, ad quam tendimus poſt præſentem vitam & miſeriam, dicendo, Gloria in excelſis Deo, quę cantatur in feſtis, in quibus commemoratur cæleſtis gloria: intermittitur autem in officijs luctuoſis, quæ ad commemorationem miſeriæ pertinent. Quarta autem pars continet orationem, quam ſacerdos pro populo facit, vt digni habeantur tantis myſterijs. Secundo, autem præmittitur inſtructio fidelis populi, quia hoc ſacramentum eſt myſterium fidei, vt ſupra habitum eſt: * (Q. 78. ar. 3.) quæ quidem inſtructio diſpoſitiue quidem fit per doctrinam prophetarũ & apoſtolorum, quæ ĩ eccleſia legitur per lectores & ſubdiaconos. Poſt quam lectionem, cãtatur a choro graduale, quod ſignificat profectum vitæ, & alleluia, quod ſignificat ſpiritualem exultationẽ, vel tractus in officijs luctuoſis, qui ſignificat ſpiritualem gemitum: hæc enim conſequi debent in populo ex prædicta doctrina. Perfecte autem populus inſtruitur per doctrinam Chriſti F in euangelio contentam, quæ a ſummis miniſtris legitur, ſcilicet a Diaconibus. & quia Chriſto credimus tamquam diuinæ veritati (ſecundum illud Ioã. 8. Si veritatem dico vobis, quare nõ creditis mihi?) lecto euangelio, ſymbolum fidei cantatur, in quo populus oſtẽdit, ſe per fidem Chriſti doctrinæ aſſentire. Cantatur autem hoc ſymbolum in feſtis, de quibus fit aliqua mentio in ſymbolo, ſicut in feſtis Chriſti & beatæ Virginis & apoſtolorum (qui hanc fidẽ fundauerunt) & alijs huiuſmodi. Sic igitur populo præparato & inſtructo, conſequenter acceditur ad celebrationem myſterij, quod quidem & offertur vt ſacrificium, & conſecratur, & ſumitur vt ſacramentum. G Vnde primo peragitur oblatio: ſecundo conſecratio materiæ oblatæ: tertio eiuſdem perceptio. Circa oblationem vero duo aguntur, ſcilicet laus populi in cantu offertorij (per quod ſignificatur lætitia offerẽtium) & oratio ſacerdotis, q̃ petit vt oblatio populi ſit deo accepta, (vnde & 1. Paralipome. 29. dixit Dauid, Ego in ſimplicitate cordis mei lætus obtuli vniuerſa hæc, & populum tuum qui hic repertus eſt, vidi cum ingẽti gaudio tibi offerre donaria) & poſtea orat dicens: Domine Deus cuſtodi hanc voluntatem. Deinde circa conſecrationem, quæ ſupernaturali virtute agitur, primo excitatur populus ad deuotionem in præfatione, H vnde & monetur ſurſum corda habere ad Dominum. & ideo finita præfatione, populus deuote laudat diuinitatẽ Chriſti, cũ angelis dicens, Sanctus, Sanctus, Sanctus: & humanitatẽ cum pueris dicẽs, Benedictus qui venit. Deinde ſacerdos ſecreto commemorat, primo quidem pro quibus hoc ſacrificium offert, ſ. pro vniuerſali eccleſia, & pro his qui in ſublimitate ſunt conſtituti 1. Timo. 2. & ſpecialiter quoſdam qui offerunt, vel pro quibus offertur. Secundo, commemorat ſanctos, quorum patrocinia implorat, pro prædictis, cum dicit, communicantes & memoriam venerantes &c. Tertio, petitionem concludit cũ dicit, vt hæc oblatio ſit illis pro quibus offertur, ſalu- I taris. Deinde accedit ad ipſam cõſecrationem, in qua primo petit conſecrationis effectum, cum dicit, quã oblationem tu Deus &c. Secundo conſecrationẽ peragit per verba Saluatoris, cum dicit, Qui pridie &c. Tertio, excuſat præſumptionem per obedientiam ad mandatum Chriſti, cũ dicit, Vnde & memores. Quarto petit hoc ſacrificium peractum, eſſe Deo acceptũ, cum dicit: Supra quæ propitio &c. Quinto, petit huius ſacrificij & ſacramenti effectum. Primo quidem, quantum ad ipſos ſumentes, cum dicit: Supplices te rogamus. Secundo, quantum ad mortuos, qui iam ſumere non poſſunt, cum dicit: memento etiam Domine &c. Tertio, ſpecialiter quantum ad ipſos ſacerdotes offerentes, cum dicit, Nobis quoque peccatoribus &c. K Deinde agit̃ de pceptione ſacramenti, & primo præparatur populus ad percipiẽdum, primo quidem, per orationem communem totius populi (quæ eſt oratio dominica, in qua petimus panem quotidianum nobis dari) & etiam priuatam, quam ſpecialiter ſacerdos pro populo offert, cum dicit: Libera nos quæſumus domine &c. Secundo, præparatur populus per pacem, quæ datur dicendo, Agnus dei. Eſt enim hoc ſacramentum vnitatis & pacis, vt ſupra dictum eſt †. (Q. 79. ar. 1. & q. 73. ar. 4.) In miſſis tamen defunctorum, in quibus ſacrificiũ offertur, non pro pace præſenti, ſed pro requie mortuorum, pax intermittitur. Deinde ſequitur perceptio ſacramenti, primo percipiente ſacerdote, & poſtmodum alijs dante: quia vt * Diony. (Ca. 3. Eccl. hierar. non multũ procul a fine.)



dicit 3. ca. Eccle. hierar. ille qui alijs diuina tradit, primo debet ipſe particeps eſſe. Vltimo autem tota miſſæ celebratio in gratiarum actione terminatur, populo exultante pro ſumptione myſterij (quod ſignificat cantus poſt communionẽ) & ſacerdote per orationẽ gratias offerente, ſicut & Chriſtus celebrata cęna cum diſcipulis, hymnũ dixit, vt dicitur Mat. 26.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd conſecratio ſolis verbis Chriſti cõficit: alia vero neceſſe eſt addere ad præparationẽ populi ſumẽtis, ſicut dictũ eſt †. (In cor. initio.)

AD 2m dicendum, quòd ſicut dicitur Ioãnis vltimo, Multa ſunt a Domino facta vel dicta quæ Euangeliſtæ non ſcripſerunt: inter quæ fuit hoc, quòd Dominus in cœna oculos leuauit in cęlum: quod tamen B Eccleſia ex traditione Apoſtolorum habuit. Rationabile enim videtur, vt qui in ſuſcitatione Lazari (vt habetur Ioan. 11.) & in oratione, quam pro diſcipulis fecit, Ioan. 17. oculos leuauit ad Patrem, in huius ſacramenti inſtitutione multo magis hoc fecerit, tamquam in re potiori. Quod autem dicitur, Manducate & comedite, non differt quantũ ad ſenſum: nec multum refert quid dicatur, præſertim cũ verba illa non ſint de forma, vt ſupra dictum eſt †. (Q. 77. ar. 3. & art. 1. ad 1. argum.) Quod autem additur, omnes, intelligitur in verbis euãgelij: licet nõ exprimatur: quia ipſe dixerat Ioan. 6. Niſi manducaueritis carnẽ filij hominis, nõ habebitis vitã ĩ vobis.

AD 3m dicendum, quòd euchariſtia eſt ſacramẽtum totius eccleſiaſticæ vnitatis. & ideo ſpecialiter C in hoc ſacramẽto magis, quàm in alijs debet fieri mẽtio de omnibus, quæ pertinẽt ad ſalutẽ toti⁹ eccleſiæ.

AD 4m dicendum, quòd inſtructio fidei eſt duplex. Vna, quæ fit nouiter imbuendis. ſ. catechumenis: & talis inſtructio fit per * baptiſmum. (Alias circa.) Alia autem eſt inſtructio, qua inſtruit̃ fidelis populus, qui cõmunicat huic myſterio, & talis inſtructio fit in hoc ſacramẽto: & tñ ab hac ĩſtructione nõ repellũtur etiã catechumeni & infideles. unde dicitur de conſec. diſtin. 1. * (De conſec. di. 1. c. Epiſ.) Epiſcopus nullum prohibeat ingredi eccleſiam, & audire verbum Dei, ſiue gentilem, ſiue hæreticum ſiue iudæum, vſque ad miſſam catechumenorum, in qua ſcilicet continetur inſtructio fidei.

AD 5m dicendum, quòd in hoc ſacramento, & D maior deuotio requiritur quàm in alijs ſacramentis (propter hoc quòd in hoc ſacramento totus Chriſtus continetur) & etiã cõmunior; quia in hoc ſacramento requiritur deuotio totius populi, pro quo ſacrificium offertur, & non ſolum percipientium ſacramentum, ſicut in alijs ſacramẽtis. & ideo vt † Cyprianus dicit, (In li. de ordi. domini. non multũ remote ante finem.) Sacerdos præfatione præmiſſa parat fratrũ mentes, dicendo: ſurſum corda, vt dũ reſpondet plebs, habemus ad Dominũ, admoneatur nihil aliud ſe, quàm Deum cogitare debere.

AD 6m dicẽdũ, ꝙ in hoc ſacramẽto (ſicut dictũ eſt) † (In ſolut. ad 3. arg. ĩ iſto ar.) tangũtur ea quæ pertinent ad totã eccleſiã. & ideo E quædã dicunt̃ a choro, quæ pertinẽt ad populũ: quorũ quædã chorus totaliter proſequit̃, quæ ſcilicet toti populo inſpirantur, quædam vero populus proſequitur, ſacerdote inchoante, qui perſonam Dei gerit in ſignum, quòd talia peruenerũt ad populum ex reuelatione diuina, ſicut fides & gloria cæleſtis & ideo ſacerdos inchoat Symbolum fidei, & Gloria in excelſis Deo. Quædam vero dicuntur per miniſtros, ſicut doctrina veteris & noui teſtamenti, in ſignum, quòd per miniſtros a Deo miſſos, eſt doctrina hæc populis annuntiata. Quædam vero ſacerdos ſolus proſequitur: quæ ſcilicet ad proprium officium ſacerdo- A tis pertinent, vt ſcilicet dona & preces offerat pro populo, ſicut dicitur Hebr. 5. In his tamen quædam dicit publice, ſcilicet quæ pertinent & ad ſacerdotem, & ad populũ, ſicut ſunt orationes communes: quędã vero pertinẽt ad ſolũ ſacerdotẽ, ſicut oblatio & conſecratio & ideo quæ circa hæc ſunt dicenda, occulte a ſacerdote dicuntur. In vtriſque tamen excitat attentionẽ populi dicendo, Dñs vobiſcũ, & expectat aſſenſum dicentium, Amen. & ideo etiam in his quæ ſecrete dicuntur, publice præmittit, Dominus vobiſcum. & ſubiungit, Per omnia ſæcula ſæculorum. Vel ſecrete aliqua ſacerdos dicit, in ſignũ, ꝙ circa Chriſti paſſionẽ diſcipuli, nõ niſi occulte cõfitebãtur Chriſtum.

B AD 7m dicendum, quòd efficacia verborum ſacramentaliũ impediri poteſt per intentionem ſacerdotis: nec tamen eſt inconueniens, quòd a Deo petamus id, quod certiſſime ſcimus ipſum facturũ, ſicut Chriſtus Ioann. 17. petijt ſuam clarificationẽ. Non tamẽ videtur ibi ſacerdos orare, vt conſecratio impleatur, ſed vt nobis fiat fructuoſa. Vnde ſignanter dicit, Vt nobis corpus & ſanguis fiat. & hoc ſignificãt verba, quæ præmittit dicens: Hanc oblationem facere digneris benedictam, ſecundum † Auguſtinũ, (De conſec. di. 2. c. Vtrũ ſub. a medio.) ideſt, per quam benedicamur, ſcilicet per gratiã, aſcriptã ideſt, per quam in cælo aſcribamur: ratam, ideſt, per quam de viſceribus Chriſti eſſe cenſeamur: rationabilem, C ideſt, per quam a beſtiali ſenſu exuamur: acceptabilẽ, vt qui nobiſipſis diſplicemus, per hanc acceptabiles eius vnico filio ſimus.

AD 8m dicendum, quòd licet hoc ſacramentum ex ſeipſo præferatur omnibus antiquis ſacrificijs: tamen ſacrificia antiquorum fuerunt Deo acceptiſſima ex eorum deuotione. Petit ergo ſacerdos, vt ſic hoc ſacrificiũ acceptetur a Deo ex deuotione offerentium, ſicut illa accepta fuerunt Deo.

AD 9m dicendum, quòd ſacerdos non petit, neque quòd ſpecies ſacramenles deferantur in cælum, neque corpus Chriſti verum, quod ibi eſſe non deſinit; ſed petit hoc pro corpore myſtico (quod ſcilicet in hoc ſacramento ſignificatur) vt ſcilicet orationes ſacerdotis & populi angelus aſſiſtens diuinis myſte- D rijs, Deo repræſentet, ſecundum illud Apocalypſ. 8. Aſcendit fumus incenſorum de oblationibus ſanctorum de manu angeli. Sublime autem altare dei dicitur, vel ipſa eccleſia triumphans, in quam transferri petimus, vel ipſe deus, cuius participationem petimus: de hoc enim altari dicitur Exod. 20. Non aſcendes ad altare meum per gradus, ideſt, in Trinitate gradus nõ facies. Vel per Angelũ intelligitur ipſe Chriſtus, qui eſt magni cõſilij Angelus, qui corpus ſuum myſticum deo patri coniungit, & eccleſiæ triumphãti. & propter hoc etiã miſſa nominatur: quia per angelum ſacerdos preces ad deum mittit, ſicut populus E per ſacerdotẽ: vel quia Chriſtus eſt hoſtia nobis miſſa a deo. unde & in fine miſſæ Diaconus in feſtiuis diebus populum licentiat, dicens: Ite, miſſa eſt, ſcili. hoſtia ad deũ per angelũ, vt ſcilicet ſit deo accepta.

### ARTICVLVS V.

*Vtrum ea quæ in celebratione huius ſacramenti agũtur, ſint conuenientia.*

(4. ſentẽ. diſ. 12. in expo. lit. Et opu. 65. ca. 5. Et opu. 66. per totum.)

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd ea quæ in celebratione huius Sacramenti agũtur non ſint conuenientia. Hoc enim ſacramẽtum ad nouum teſtamentum pertinet, vt ex forma ipſius apparet.

paret. In nouo autem teſtamento non ſunt obſeruan-F dæ cæremoniæ veteris teſtamenti, ad quas pertinebat quòd ſacerdos & miniſtri aqua lauabantur, quando accedebant ad offerẽdum; legitur enim Exod. 30. Lauabunt Aaron & filij eius manus ſuas ac pedes, quando ingreſſuri ſunt tabernaculum teſtimonij; & quãdo acceſſuri ſunt ad altare. nõ eſt ergo cõueniẽs, ꝙ ſacerdos lauet manus ſuas inter miſſarũ ſolennia.

¶ 2 Præt. Ibidem Dominus mãdauit, quòd Aarõ adoleret incenſum ſuaue fragrãs ſuper altare, quod erat ante propitiatorium: quod etiam pertinebat ad cæremonias veteris teſtamenti. inconueniẽter ergo in miſſa ſacerdos thurificatione vtitur.

¶ 3 Præt. Ea quæ in ſacramentis eccleſiæ aguntur, non G ſunt iteranda. Inconuenienter igitur Sacerdos multoties iterat cruce ſignationes ſuper hoc ſacramẽtũ.

¶ 4 Præt. Apoſtolus dicit Hebr. 7. Sine vlla contradictione, quod min⁹ eſt, a maiori benedicitur: ſed Chriſtus qui eſt in hoc ſacramento, poſt conſecrationem eſt multo maior ſacerdote. inconuenienter igitur ſacerdos poſt conſecrationem, benedicit hoc ſacramentum, cruce ſignando.

¶ 5 Præt. In ſacramento eccleſiæ nihil debet fieri, quod ridiculoſum videatur. Videtur autem ridiculoſum geſticulationes facere, ad quas pertinere videtur, quòd ſacerdos quãdoque brachia extendit, manus iungit, digitos complicat, & ſeipſum* inclinat. ergo hoc non debet fieri in hoc ſacramento.

* Alias incuruat.

H

¶ 6 Præ. Ridiculoſum etiã videtur, ꝙ ſacerdos multoties ſe ad populũ vertit, & multoties populũ ſalutet. nõ ergo debẽt hęc fieri ĩ celebratione hui⁹ ſacramẽti.

¶ 7 Præt. Apoſto. 1. Corinth. 1. pro inconuenienti habet, quòd Chriſtus diuiſus ſit: ſed poſt conſecrationẽ Chriſtus eſt in hoc ſacramento. inconuenienter ergo hoſtia frangitur a ſacerdote.

¶ 8 Præt. Ea quæ in hoc ſacramẽto agũtur, paſſionem Chriſti repræſentãt: ſed in paſſione Chriſti corp⁹ fuit diuiſum ĩ locis quĩque vulnerũ. ergo corp⁹ Chriſti in quinque partes frangi deberet magis, quàm in tres.

¶ 9 Præt. Totũ corpus Chriſti in hoc ſacramento ſeor-I ſum conſecratur a ſanguine. Inconuenienter ergo vna pars eius ſanguini miſcetur.

¶ 10 Præt. Sicut corpus Chriſti proponitur in hoc ſacramento vt cibus, ita & ſanguis Chriſti vt potus: ſed ſumptioni corporis Chriſti non adiungitur in celebratione miſſæ alius corporalis cibus. inconuenienter igitur ſacerdos poſt ſumptionem ſanguinis Chriſti, vinum non conſecratum ſumit.

¶ 11 Præt. Veritas debet reſpõdere figurę: ſed de agno paſchali, qui fuit figura hui⁹ ſacramẽti, mãdatꝰ ꝙ non remaneret ex eo quicquã vſque mane. incõuenienter igitur hoſtiæ cõſecratę reſeruãtur, & nõ ſtatĩ ſumunť.

¶ 12 Præt. Sacerdos pluraliter loquitur audientibus, cum dicit, Dominus vobiſcum, & Gratias agamus: ſed inconueniens videtur pluraliter loqui vni ſoli & maxime minori. ergo inconueniens videtur, quòd ſa-K cerdos vno tantum miniſtro præſente, celebret miſſam. Sic igitur videtur, quòd inconuenienter aliqua agantur in celebratione huius ſacramenti.

Sed in contrarium eſt, eccleſiæ cõſuetudo, quę errare nõ põt: vtpote Spiritu ſctõ ĩſtructa.

Respon. Dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt*) in ſacramentis dupliciter aliquid ſignificatur, ſcilicet verbis & factis, ad hoc quòd ſit perfectior ſignificatio. Significãtur autem verbis in celebratione huius ſacramenti, quędam pertinentia ad paſſionẽ Chriſti, quæ reprę̨ſentatur in hoc ſacramento, vel etiam ad corpus myſticum, quod ſignificatur in hoc ſacramento, & quædam pertinentia ad vſum huius ſacramenti, qui debet eſſe cum deuotione & reuerẽtia. & ideo in celebratione huius myſterij quędam aguntur ad repræſentandam paſſionem Chriſti, vel etiam diſpoſitionem corporis myſtici, & quædam aguntur pertinẽtia ad deuotionẽ, & reuerẽtiã hui⁹ ſacramẽti.

Quæſt. 60. ar. 5. & 6.

Ad primum ergo dicendum, quòd ablutio manuum fit in celebratione miſſæ, propter reuerẽtiã hui⁹ ſacramẽti. & hoc dupliciter. Primo, quidẽ, quia aliqua pretioſa tractare nõ cõſueuimus, niſi manibus ablutis. vnde indecens videtur, quòd ad tãtum ſacramentum aliquis accedat manibus etiam corporaliter inquinatis. Secundo, propter ſignificationem: quia vt Dionyſ.* dicit 3. eccleſ. hierar. extremitatum ablutio ſignificat emundationem etiam a minimis peccatis, ſecundum illud Ioan. 13. Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet. & talis emundatio requiritur ab eo, qui accedit ad hoc ſacramentum: quod etiam ſignificatur per confeſſionem, quæ fit ante introitum miſſæ. & hoc idem ſignificabat ablutio ſacerdotum in veteri lege, vt ibidem Dionyſ.* dicit. Nec tamen eccleſia hoc ſeruat tãquã cæremoniale veteris legis præceptum, ſed quaſi ab eccleſia inſtitutum, ſicut quiddam ſecundum ſe conueniens. & ideo non eodẽ modo obſeruatur ſicut tunc: prætermittitur enim pedũ ablutio, & ſeruatur ablutio manuũ, quæ poteſt fieri magis in promptu, * & quæ ſufficit ad ſignificandam perfectam mundationem. Cum enim manus ſit organum organorum (vt dicitur tertio de anima*) omnia opera attribuuntur manibus, unde in Pſalm. 23. dicitur, Lauabo inter innocentes manus meas.

De manuũ & digitorũ ablutione.

Ca. 3. eccle. hierar. a medio illius.

Eodem loco nunc dicto.

Alias, quæ magis ſufficit.

Lib. 3. text. 38. tom. 2.

Ad 2$^{m}$ dicendum, quòd etiam thurificatione nõ utimur quaſi cæremoniali prę̨cepto legis, ſed ſicut eccleſiæ ſtatuto. unde non eodem modo utimur, ſicut in lege ueteri erat ſtatutum: Pertinet autem ad duo. Primo quidem, ad reuerentiam huius ſacramenti, ut ſcilicet, per bonum odorem depellatur ſi quid corporaliter praui odoris in loco fuerit, quod poſſet prouocare horrorem. Secundo, pertinet ad repræſentandum effectum gratiæ, qua ſicut bono odore Chriſtus plenus fuit (ſecundum illud Gen. 27. ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni) & a Chriſto deriuatur ad fideles officio miniſtrorum, ſecundum illud 2. Cori. 2. Odorem notitiæ ſuæ ſpargit per nos in omni loco. & ideo undiq; thurificato altari, p quod Chriſtus deſignatur, thurificãtur omnes per ordinẽ.

De Thurificatione.

Ad 3$^{m}$ dicendum, quòd ſacerdos in celebratione miſſæ utitur cruceſignatione, ad exprimendã paſſionem Chriſti, quæ ad crucẽ eſt terminata. Eſt autem paſſio Chriſti quibuſdam quaſi gradibus peracta. Nã primo fuit Chriſti traditio, quæ facta eſt a deo, Iuda, & iudæis: quod ſignificat trina cruceſignatio, ſupra illa uerba, Hæc dona, hæc munera, hæc ſancta ſacrificia illibata. Secũdo fuit Chriſti uenditio. eſt autem uenditus ſacerdotibus, ſcribis & phariſæis. Ad quod ſignificandum fit iterum trina cruceſignatio ſupra illa uerba, Benedictam, aſcriptam, ratam. Vel ad oſtendendum pretium uenditionis, ſcilicet triginta denarios. Additur autem & duplex ſuper illa uerba, Vt nobis corpus & ſanguis &c. ad deſignandam perſonam Iudæ uenditoris & Chriſti uenditi. Tertio autem, fuit præſignatio paſſionis Chriſti facta in cœna. Ad quod deſignandum fiunt tertio duæ cruces, una in conſecratione corporis, alia in cõſecratione ſanguinis. vbi vtrobique dicitur, Benedixit. Quarto au-A tem fuit ipſa paſſio Chriſti. unde ad reprę̨ſentandum quinque plagas Chriſti, fit quarto quintuplex cruceſignatio ſuper illa verba, Hoſtiam puram, hoſtiã ſanctam, hoſtiam immaculatam, panem ſanctũ vitæ æternæ, & calicem ſalutis perpetuæ. Quinto, repræſentatꝰ extenſio corporis & effuſio ſanguinis, & fructus paſſionis per trinam cruceſignationem, quæ fit ſuper illis verbis, Corpus & ſanguinem ſumpſerimus, omni benedictione &c. Sexto, repræſentatur triplex oratio, quam fecit in cruce. Vnam pro perſecutoribus, cum dixit, Pater ignoſce illis. Secundam pro liberatione a morte, cum dixit, Deus meus Deus meus, vt quid de-B reliquiſti me? Tertia pertinet ad adeptionem gloriæ, cum dixit, Pater in manus tuas commendo Spiritum meum. Et ad hoc ſignificandum, fit trina cruceſignatio ſuper illa verba, Sanctificas, viuificas, benedicis &c. Septimo, repræſentantur tres horæ, quibus pependit in cruce. ſ. a ſexta vſque ad horam nonam. & ad hoc conſignificandum fit iterum trina cruceſignatio ad illa verba, Per ipſum, & cũ ipſo, & in ipſo. Octauo autem repræſentatur ſeparatio animæ a corpore per duas cruces ſubſequẽter extra calicem factas. Nono autem repræſentatur reſurrectio tertia die facta, per tres cruces, quæ fiunt ad illa verba, Pax Domini-C ſit ſemper vobiſcum. Poteſt autem breuius dici, ꝙ cõſecratio huius ſacramenti, & acceptatio huius ſacrificij, & fructus ipſius procedit ex virtute crucis Chriſti. & ideo vbicumque fit mentio de aliquo horum, ſacerdos cruceſignatione vtitur.

De crucis variæ ĩ miſſa ſignificatione.

Ad 4$^{m}$ dicendum, quòd ſacerdos poſt conſecrationẽ non vtitur cruce ſignatione ad benedicendũ & conſecrandũ, ſed ſolũ ad commemorandam virtutem crucis & modũ paſſionis Chriſti, vt ex dictis patet*.

In ſolut. pcęd.

Ad 5$^{m}$ dicendum, quòd ea quæ ſacerdos in miſſa facit, non ſunt ridiculoſæ geſticulationes: fiunt enim ad aliquid repræſentandum. Quòd enim ſacerdos brachia extendit poſt conſecrationem, ſignificat extenſionem brachiorum Chriſti in cruce. Leuat etiã manus orando, ad deſignandum ꝙ oratio eius dirigitur pro populo ad deum, ſecundum illud Thren. 3. Leuemus corda noſtra cum manibus ad dominum in cælos. & Exod. 17. dicitur, ꝙ cum leuaret Moyſes manus, vincebat Iſrael. Quòd autem manus interdũ iungit, & ſe inclinat, eſt ſuppliciter & humiliter orantis, & deſignat humilitatem & obedientiam Chriſti, ex qua paſſus eſt. Digitos autem iungit poſt conſecrationem, ſcilicet pollicem cum indice, quibus corpus Chriſti conſecratum tetigerat, vt ſi qua particula digitis adhæſerit, non diſpergatur, quod pertinet ad reuerentiam ſacramenti.

Ad 6$^{m}$ dicendum, ꝙ quinquies ſe ſacerdos vertit ad populum, ad ſignificandum ꝙ Dominus die reſurrectionis quinquies ſe manifeſtauit, vt ſupra dictum eſt* in tractatu de reſurrectione Chriſti. Salutat autẽ ſepties populum. ſ. quinque vicibus, quibus ſe conuertit ad populum, & bis quando ſe non conuertit (ſcilicet cum ante præfationem dicit, Dominus vobiſcum, & cum dicit, Pax Domini ſit ſemper vobiſcũ) ad deſignandũ ſeptiformem gratiã Spiritusſancti: Epiſcopus aũt celebrans in feſtis, in prima ſalutatione dicit, Pax vobis, quod poſt reſurrectionẽ diſcipulis dixit Dñs, cuius perſonã repræſentat præcipue epiſcopus.

Quæſt. 55. ar. 3, arg. 3.

Ad 7$^{m}$ dicendum, ꝙ fractio hoſtiæ tria ſignificat: primo quidem ipſam diuiſionem corporis Chriſti, quæ facta eſt in paſſione: ſecundo diſtinctionem corporis myſtici ſecundum diuerſos ſtatus: tertio diſtributionem gratiarum procedentium ex paſſione Chriſti, vt Diony.* dicit 3. c. eccleſ. hierar. unde talis fractio non inducit diuiſionem Chriſti.

Ca. 3. eccl. hiera. a medio.

Ad 8$^{m}$ dicendum, ꝙ ſicut Sergius papa dicit* (& habetur de conſecr. diſtin. 2.) triforme eſt corpus Domini. Pars oblata in calicẽ miſſa, corpus Chriſti quod iam reſurrexit, monſtrat. ſ. ipſum Chriſtum, & beatã Virginem, vel ſiqui alij ſancti cum corporibus iã ſunt in gloria. Pars comeſta, ambulans adhuc ſuper terrã, quia. ſ. viuentes in terra, ſacramento* vtuntur, & paſſionibus conteruntur, ſicut & panis comeſtus conteritur dentibus. Pars in altari vſque ad finem miſſæ remanens, corpus in ſepulcro, quia vſque in finem ſæculi, corpora ſanctorum in ſepulcris erunt, quorum tamen animæ ſunt vel in purgatorio vel in cœlo. Hic tamen ritus non ſeruatur modo, vt ſcilicet, vna pars ſeruetur vſque in finem miſſe, propter periculũ. Manet tamen eadem ſignificatio partium: quam quidã metrice expreſſerunt dicentes,

De conſec. diſt. 2. c. triforme.

Alias vniũtur.

*Hoſtia diuiditur in partes, tincta beatos*
*Plene, ſicca notat viuos, ſeruata ſepultos.*

Quidam tamen dicunt, quòd pars in calicem miſſa, ſignificat eos, qui viuunt in hoc mundo, pars autem extra calicẽ ſeruata ſignificat plene beatos. ſ. quantũ ad animã & corpus: pars aũt comeſta, ſignificat ceteros.

Ad 9$^{m}$ dicendum, ꝙ per calicem duo poſſunt ſignificari. Vno modo ipſa paſſio Chriſti, quæ repræſentatur in hoc ſacramento, & ſm hoc per partem in calicem miſſam, ſignificantur illi, qui adhuc ſunt participes paſſionum Chriſti. Alio modo, poteſt ſignificari fruitio beata, quæ etiam in hoc ſacramento præfiguratur. & ideo illi quorum corpora iam ſunt in plena beatitudine, ſignificantur per partẽ in calicẽ miſſam. Et eſt notandũ, ꝙ pars in calicẽ miſſa, non debet populo dari in ſupplemẽtũ communionis, quia panem intinctum non porrexit Chriſtus, niſi Iudæ proditori.

D

Ad 10$^{m}$ dicendum, ꝙ vinum ratione ſuæ humiditatis eſt ablutiuum. & ideo ſumitur poſt ſuſceptionẽ huius ſacramenti, ad abluendum os, ne aliquæ reliquiæ remaneant, quod pertinet ad reuerentiam ſacramenti. unde extra de celebratione miſſarum, ca.* ex parte: Sẽper ſacerdos vino os perfundere debet, poſtquam totum percepit euchariſtiæ ſacramentum, niſi cum eodem die aliam miſſam debuerit celebrare, ne ſi forte vinum perfuſionis acciperet, celebrationem aliam impediret. & eadem ratione perfundit vino digitos, quibus corpus Chriſti tetigerat.

In decret. li. 3. tit. 41. c. ex parte, & eſt c. 5.

Ad 11$^{m}$ dicendum eſt, ꝙ veritas quantũ ad aliquid debet reſpondere figuræ, quia. ſ. non debet pars hoſtiæ conſecratæ, de qua ſacerdos & miniſtri vel etiam populus communicat, in craſtinum reſeruari. unde, E vt habetur de conſecratio. diſti. 2. Clemens Papa* ſtatuit, ꝙ tanta holocauſta in altari offerantur, quanta populo ſufficere debeant, quòd ſi remanſerint, in craſtinum non reſeruentur, ſed cum timore & tremore clericorum diligentia conſumantur: quia tamen hoc ſacramentum quotidie ſumendũ eſt (non autẽ agnus paſchalis quotidie ſumebatur) ideo oportet alias hoſtias conſecratas pro infirmis conſeruare. unde in eadem diſt. legitur,* Preſbyter euchariſtiam ſemper habeat paratam, vt quando quis infirmatus fuerit, ſtatim eũ communicet, ne ſine communione moriatur.

De conſec. diſt. 2. c. Tribus gradibus.

De conſec. di. 2. c. Preſbyter.

Ad 12$^{m}$ dicẽdũ, ꝙ in ſolẽni celebratione miſſæ, plures debẽt adeſſe. unde Soter papa* dicit, vt habetur de conſec. diſ. 1. Hoc quoq; ſtatutũ eſt, vt nullus preſbyterorum

De conſec. di. 2. c. Hoc quoque ſtatutum eſt.

ſbyterorũ, miſſarũ ſolennia celebrare præſumat, niſi duobus præſentibus, ſibiq; reſpõdẽtibus, ipſe tertius habeatur: quia cũ pluraliter ab eo dicitur, Dominus vobiſcũ, & illud inſecretis, orate pro me, apertiſſime cõuenit, vt ipſi⁹ reſpõdeat ſalutationi Vnde & ad maiorẽ ſolennitatẽ, ibidẽ ſtatutũ legit, ꝙ epiſcop⁹ cũ pluribus miſſarũ ſolennia peragat: in miſſis tamẽ priuatis ſufficit vnũ habere miniſtrũ, qui gerit perſonã totius populi catholici, ex cuius perſona ſacerdoti pluraliter reſpondet.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum poſſit ſufficienter occurri defectibus circa celebrationem huius ſacramenti occurrentibus, ſtatuta eccleſiæ obſeruando.*

4.diſ.13. in expoſi. lit.

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ nõ poſſit ſufficiẽter ocurri defectibus, qui circa celebrationẽ huius ſacramẽti occurrũt, ſtatuta eccleſię obſeruãdo. Cõtingit enim quãdoq;, ꝙ ſacerdos ante cõſecrationẽ, vel poſt moritur, vel alienat, vel aliqua alia infirmitate impeditur, ne ſacramẽtum ſumere poſſit, & miſſam perficere. ergo videtur ꝙ nõ poſſit impleri ſtatutum eccleſiæ, quo præcipitur ꝙ ſacerdos conſecrans, ſuo ſacrificio communicet.

¶ 2 Præt. Contingit quandoque, ꝙ ſacerdos ante conſecrationẽ vel poſt recolit ſe aliquid comediſſe vel bibiſſe, vel etiam alicui peccato mortali ſubiacere, vel etiam excommunicationi, cuius prius memoriã non habebat. neceſſe eſt ergo, ꝙ ille qui eſt in tali articulo cõſtitutus, peccet mortaliter, cõtra ſtatutum eccleſiæ faciens, ſiue ſumat, ſiue non ſumat.

¶ 3 Præt. Contingit quãdoq;, ꝙ ĩ calicẽ muſca vel aranea, vel aliqᵈ animal venenoſum cadit poſt cõſecrationem, vel etiã cognoſcit ſacerdos calici uenenũ eſſe ĩmiſſum ab aliquo meleuolo cauſa occidendi ipſum. In quo caſu ſi ſumat, videt mortaliter peccare, ſe occidẽdo vel Deũ tẽtãdo; ſimiliter ſi nõ ſumat peccat, contra ſtatutũ eccleſiæ faciẽs. ergo videtur eſſe perplexus & ſubiectus neceſſitati peccãdi, quod ẽ incõueniẽs.

¶ 4 Præ. Cõtingit quãdoq; ꝙ p negligẽtiã miniſtri, aut aqua nõ ponitur in calice, aut etiã nec vinũ, & hoc ſacerdos aduertit. ergo in hoc etiam caſu videt eſſe perplexus, ſiue ſumat corp⁹ ſine ſanguine (quaſi ĩperfectũ faciẽs* ſacr̃m) ſiue nõ ſumat nec corpus nec ſanguinẽ.

Alias ſacrificium.

¶ 5 Præt. Cõtingit quãdoque, ꝙ ſacerdos nõ recolit ſe dixiſſe verba cõſecrationis, vel etiã alia quæ ĩ celebratiõe hui⁹ ſacramẽti dicũt. Vr̃ ergo peccare ĩ hoc caſu, ſiue reiteret verba ſup eãdẽ materiã, q̃ forte iã dixerat ſiue vtat pane & vino nõ cõſecratis, quaſi cõſecratis.

¶ 6 Præt. Contingit quandoque propter frigus, quòd ſacerdoti dilabitur hoſtia in calicem, ſiue ante fractionem, ſiue poſt. In hoc ergo caſu non poterit ſacerdos ritum eccleſiæ implere, vel de ipſa fractione, vel etiam de hoc, quòd ſola tertia pars mittatur in calicẽ.

¶ 7 Præt. Cõtingit quãdoq;, ꝙ p negligentiã ſacerdotis ſanguis Chriſti effundit, vel etiam, ꝙ ſacerdos ſacramẽtũ ſumptũ vomit, aut etiã quòd hoſtiæ cõſecratæ, tandiu cõſeruantur, vt putreſiant, vel etiã a muribus corrodãtur, vel etiam qualitercũque perdãtur. In quibus caſibus nõ videtur poſſe huic ſacramento debita reuerentia exhiberi ſecũdum eccleſiæ ſtatuta. Non videtur ergo, ꝙ his defectibus ſeu periculis occurri poſſit, ſaluis eccleſiæ ſtatutis.

SED CONTRA eſt, quòd ſicut deus, ita eccleſia non præcipit aliquid impoſſibile.

RESPON. Dicendum, ꝙ periculis ſeu defectibus circa hoc ſacramẽtum contingentibus dupliciter poteſt occurri. Vno modo præueniẽdo, ne. ſ. periculum accidat: alio modo ſubſequẽdo, vt. ſ. id quod accidit emendetur vel adhibendo remedium, vel ſaltem per pęnitẽtiã ei⁹ qui negligẽter egit circa hoc ſacramẽtũ.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd ſi ſacerdos morte, aut infirmitate graui occupetur ante conſecrationẽ corporis & ſanguinis Domini, non oportet vt per aliũ ſuppleatur. Si vero incępta cõſecratione hoc acciderit (puta cõſecrato corpore ante conſecrationẽ ſanguinis, vel etiam cõſecrato vtroque) debet miſſæ celebritas per aliũ expleri. Vnde, vt habetur in Decretis. 7. quæſtion. 1. cap. nihil, in Toletano* cõcilio legitur, Cẽſuimus cõuenire, vt cũ a ſacerdotibus miſſarũ tempore myſteria ſacra cõſecrãtur, ſi ægritudinis accidat cuiuſlibet euẽtus, quo cœptũ nequeãt explere myſterium, ſit liberũ epiſcopo vel preſbbytero alteri, cõſecrationem exequi incępti officij. Nõ enĩ aliud competit ad ſupplementũ initiatis myſterijs, quàm vt aut incipientis aut ſubſequentis benedictione ſint completa ſacerdotis, quia nec perfecta videri poſſunt, niſi perfecto ordine compleantur. Cũ. n ſimus omnes vnum in Chriſto, nihil contrarium diuerſitas perſonarum format, vbi efficaciam proſperitatis vnitas fidei repræſentat. Ne tamen quod naturæ languoris cauſa conſulitur, in præſumptionis perniciem cõuertatur, nullus abſq; præuentu patentis moleſtiæ, miniſter vel ſacerdos, cum cęperit imperfecta officia, præſumat omnino relinquere. ſi quis hoc temerarie præſumpſerit, excommunicationis ſentẽtiam ſuſtinebit.

Cõcil. 7. Tolet. can. 1. vel 2. ſecundum diuerſos codices. Et habetur 7. Q. 1. ca. Nihil.

AD 2ᵐ dicendũ, ꝙ vbi difficultas occurit, ſemper eſt accipiendũ illud, quod habet minus de periculo. Maxime autem periculoſum circa hoc ſacramentum eſt, qđ eſt contra perfectionẽ huius ſacramenti: quia hoc eſt immane ſacrilegium. Minus autem eſt illud, quod pertinet ad qualitatem ſumentis. & ideo ſi ſacerdos poſt conſecrationem incęptam, recordetur ſe aliquid comediſſe, vel bibiſſe, nihilominus debet pficere ſacrificium, & ſumere ſacramentum. Similiter ſi recordetur ſe peccatum aliquod commiſiſſe, debet pœnitere cum propoſito confitendi & ſatisfaciendi, & ſic non indigne, ſed fructuoſe ſumere ſacramentũ. Et eadem ratio eſt ſi meminerit ſe excommunicationi cuicumque ſubiacere. debet enim aſſumere propoſitum humiliter abſolutionem petendi, & ſic per inuiſibilem pontificem Ieſum Chriſtum abſolutionem conſequetur quantum ad hunc actum, ꝙ peragat diuina myſteria. Si vero ante conſecrationem alicuius prædictorum ſit memor, tutius reputarem, maxime in caſu manducationis & excõmunicationis, ꝙ miſſam incęptã deſereret, niſi graue ſcãdalum timeretur.

AD 3ᵐ dicendum, ꝙ ſi muſca, vel aranea in calicẽ ante conſecrationem ceciderit, aut etiam venenum deprehenderit eſſe immiſſum, debet effundi, & abluto calice, denuo aliud vinum poni conſecrandum. Si uero aliquid horum poſt conſecrationem acciderit, debet animal caute capi, & diligenter lauari & comburi, & ablutio cum cineribus in ſacrarium mitti. Si uero uenenum ibi eſſe deprehẽderit immiſſum, nullo modo debet ſumere, nec alij dare, ne calix uitæ uertatur in mortem: ſed debet diligenter in aliquo uaſculo ad hoc apto cum reliquiis conſeruari. Et ne ſacramentum remaneat imperfectum, debet aliud uinum apponere in calicem, & denuo reſumere a cõſecratione ſanguinis, & ſacrificium perficere.

AD



AD 4ᵐ dicendum, quòd ſi ſacerdos ante conſecrationem ſanguinis, & poſt conſecrationẽ corporis percipiat, aut uinum, aut aquam non eſſe in calice, debet ſtatim apponere, & conſecrare: ſi vero poſt conſecrationis verba perceperit, quòd aqua deſit, debet nihilominus procedere: quia impoſitio aquæ, vt ſupra dictum eſt,* non eſt de neceſſitate ſacramenti: debet tamen puniri ille, ex cuius negligentia hoc contingit. Nullo autem modo debet aqua vino iam conſecrato miſceri: quia ſequeretur corruptio ſacramenti pro aliqua parte, vt ſupra dictum eſt.* Si vero percipiat poſt verba conſecrationis, quòd vinum nõ fuerit poſitum in calicem: ſi quidẽ hoc percipiat ante ſumptionem corporis, debet depoſita aqua, ſi ibi fuerit, imponere vinum cum aqua, & reſumere a uerbis cõſecrationis ſanguinis: ſi vero hoc perceperit poſt ſumptionẽ corporis, aliam hoſtiam apponere debet, iterum conſecrandam ſimul cum ſanguine: quod ideo dico, quia ſi diceret ſola verba conſecrationis ſanguinis, non ſeruaretur debitus ordo conſecrandi: & ſicut dicitur* in prædicto cap. Toletani concilij, perfecta videri non poſſunt ſacrificia, niſi perfecto ordine compleantur: ſi vero inciperet a conſecratione ſanguinis, & repeteret omnia verba conſequentia, non competeret, niſi adeſſet hoſtia conſecrata, cum in verbis illis occurrant quædam dicenda, & fienda non ſolum circa ſanguinem, ſed etiã circa corpus. Et debet in fine iterum ſumere hoſtiam conſecratam & ſanguinem, non obſtante etiam, ſi prius ſumpſerit aquam, quæ erat in calice: quia præceptũ de perfectione ſacramenti maioris eſt ponderis, quàm præceptum quòd hoc ſacramentum a ieiunis ſumatur, vt ſupra dictum eſt.*

q.74. art.7.

q.77. art.8.

In Cõc. Tolet. 7. can. 1. vel 2. ſecundũ aliquos codices.

q.80. art.8. & q.82. ar. 4.

AD 5ᵐ dicendum, quòd licet ſacerdos non recolat ſe dixiſſe aliqua eorum, quæ dicere debuit, non tamen debet ex hoc mente perturbari: non. n. qui multa dicit, recolit omnium, quæ dixit: niſi forte aliquid in dicendo apprehenderit ſub ratiene iam dicti: ſic enim aliquid efficitur memorabile. Vnde ſi aliquis attente cogitet illud quod dicit, non tamen cogitet ſe dicere illud, non multum poſtea recolit ſe dixiſſe: ſic enim fit aliquid obiectum memoriæ, inquantum accipitur ſub ratione præteriti: ſicut dicitur* in lib. de memoria; ſi tamen ſacerdoti probabiliter cõſtet ſe aliqua omiſiſſe: ſiquidem non ſunt de neceſſitate ſacramenti, non exiſtimo quòd propter hoc debeat reſumere, immutãdo ordinem ſacrificij: ſed debet vlterius procedere: ſi vero certificetur ſe omiſiſſe aliquid eorum, quę ſunt de neceſſitate ſacramẽti, ſcilicet formas conſecrationis, cum forma conſecrationis ſit de neceſſitate ſacramenti, ſicut & materia, idem videtur faciendum quod dictum eſt * in defectu materiæ, vt ſcilicet reſumatur a forma conſecrationis, & cetera per ordinem reiterentur, ne mutetur ordo ſacrificij.

In li. de memoria. c. 1. to. 2. inter opera Ariſ.

In ſolut. ad 4. argu. hic in illo art.

AD 6ᵐ dicendum, quòd fractio hoſtiæ conſecratæ, & ꝙ vna ſola pars mittatur in calicẽ, reſpicit corpus myſticum, ſicut admiſtio aquę ſignificat populum: & ideo horum prætermiſſio non facit imperfectionem ſacrificij, vt propter hoc ſit neceſſe aliquid reiterare circa celebrationem huius ſacramenti.

AD 7ᵐ dicendum, quòd, ſicut legitur de conſec. diſtinct. 2. ex Decreto Pij papæ, * ſi per negligentiam aliquid de ſanguine ſtillauerit in tabulam, quæ terræ adhæret, lingua lambetur, & tabula radetur: ſi vero non fuerit tabula, terra radetur, & igni conſumetur, & cinis intra altare condetur, & ſacerdos quadraginta diebus pœniteat: ſi autem ſuper altare ſtillauerit calix, ſorbeat miniſter ſtillam, & tribus diebus pœniteat. Si ſuper linteum altaris, & ad aliud ſtilla peruenerit, decem diebus pęniteat. Si vſque ad tertium, nouem diebus pœniteat. Si vſque ad quartum, viginti diebus pœniteat, & linteamina quæ ſtilla tetigerit, tribus vicibus lauet miniſter calice ſubtus poſito, & aqua ablutionis ſumatur, & iuxta altare recondatur: poſſet etiam ſumi in potum a miniſtro, niſi propter abominationem dimitteretur: quidã autem vlterius partem illam linteaminum incidunt & comburunt: & cinerem in altari vel ſacrario reponunt. ſubditur autem ibidem ex pœnitentiali Bedæ* præsbyteri, ſi quis per ebrietatem vel voracitatem euchariſtiã euomuerit, quadraginta diebus pœniteat, ſi laicus eſt: clerici vel monachi ſeu diaconi & præsbyteri, ſeptuaginta diebus pœniteãt: epiſcopus, nonaginta: ſi autem infirmitatis cauſa euomuerint, ſeptem diebus pœniteant. Et in eadem diſtinct. legitur ex concilio arelatenſi: † Qui non bene cuſtodierit* ſacramentum, & mus vel aliquod aliud animal illud comederit, quadraginta diebus pœniteat. Qui autem perdiderit illud in eccleſia, aut pars eius ceciderit, & non inuenta fuerit, triginta diebus pœniteat. Et eadem pœnitentia videtur dignus ſacerdos, per cuius negligentiam hoſtiæ conſecratæ putreſiunt: prædictis autem diebus debet pœnitens ieiunare, & a communione ceſſare. Penſatis tamen conditionibus negotij & perſonæ poteſt minui, vel addi ad pœnitentiam prædictam: hoc tamen obſeruandum eſt, quòd vbicumque ſpecies integræ inueniuntur, ſunt reuerenter conſeruandæ, vel etiam ſumendæ: quia manentibus ſpeciebus, manet ibi corpus Chriſti, vt ſupra* dictum eſt. Ea vero, in quibus inueniuntur, ſi commode fieri poteſt, ſunt comburenda, cinere in ſacrario recondito: ſicut de raſura tabulæ dictum eſt.*

De conſec. diſ. 2. Si per negligẽtiã.

Ead. diſt. 2. c. Si quis p ebrietatẽ.

† Ead. di. 2. c. Qui bene non cuſtodierit.

* alias ſacrificium.

q.77. art.5. & locis ibi citatis.

* In iſtius ſolut, prin.

## QVAESTIO LXXXIIII.

*De ſacramento pœnitentiæ, in decem articulos diuiſa.*

CONSEQVENTER conſiderandum eſt, de ſacramento pęnitentiæ. Circa quod primo cõſiderandum eſt, de ipſa pœnitentia. Secũdo, de effectu ipſius. Tertio, de partibus eius. Quarto, de ſuſcipientibus hoc ſacramentũ. Quinto, de poteſtate miniſtrorum, quę ad claues pertinet. Sexto, de ſolennitate huius ſacr̃i.

Circa primum duo conſideranda ſunt. Primo, de pœnitentia, ſecundum quòd eſt ſacramentum. Secundo, de pœnitentia, ſecũdum quòd eſt virtus.

### Circa primum quæruntur decem.

¶ Primo, Vtrum pœnitentia ſit ſacramentum.

¶ Secũdo, De ꝓpria materia eius.

¶ Tertio, De forma ipſius.

¶ Quarto, Vtrũ impoſitio manus requiratur ad hoc ſacramentũ.

¶ Quinto, Vtrũ hoc ſacramentũ ſit

¶ *Super Quæſtionem octuageſimamquartam.*

IN primis duobus artic. tria dicenda occurrũt. Primum, de materia ſacramẽti pœnitentiæ, ex qua cum forma cõſtituitur ſacramentum, an ſcilicet hoc ſacramẽtum habeat materiam, ex qua conſtituatur. Et mouetur hoc dubium propter Scot. in 4. diſtinct. 16. quæſtio. 1. dicentem huius ſacramenti nullam partem eſſe actum pœnitentis: ſed ſacramentum hoc eſſentialiter conſiſtere in abſolutione: ita quòd ſecundum eum ſacramentum pœnitentiæ nõ conſtituitur ex materia & forma contra cõmunem doctrinam in 1. diſtinct. 4. ſent. immo cõtra doctrinam ſacri concilij ſub Eugenio IIII. ubi dicitur, ꝙ omnia ſacramenta conſtant

ſtant ex rebus tamquàm materia, & uerbis tamquàm forma, & ſpecialiter de ſacramento pœnitentiæ dicitur, cuius quaſi materia ſunt actus pœnitentis.

¶ Nec ratio Scot. valet ſcilicet, quia nullus actus pœnitentis eſt aliquid ſententiæ ſacerdotis: quoniam ſupponit hæc ratio ſacramentũ hoc conſiſtere eſſentialiter ĩ ſola abſolutione.

¶ Quocirca ſequendo & communem & ſacri Concilij doctrinam, dicendum eſt ſacramentũ pœnitentiæ cõſtare ex uerbis abſolutionis ut forma, & actu ſeu actibus pęnitentis, ut materia proxima. Nec alia quęrenda eſt, de hoc ratio, niſi auctoritas utraque iam adducta & conſonantia: quia ſcilicet conſonant cõditiones ſacramenti huic toti conſtituto ex actu pœnitentis & abſolutione & in ſignificando, & in cauſando, & in paſſiua inſtitutione diuina.

4. diſ. 14. q. 1. art. 1. q. 1. Et di. 22. q. 2. ar. 3. q. 2. cor. *refertur 1. q. 1. c. Multi ſęculariũ circa med.

¶ Secundum eſt, circa rem huius ſacramenti, quæ ſcilicet eſt & res & ſacramẽtum, an ſcilicet ſit interior pęnitentia, an ornatus aliquis. Et quoniam magna uidetur altercatio de ornatu, nec intẽtionis meæ eſt ſcribere ad cõtradicendum alijs, dimiſſa unicuique probabilitate ſuæ opiniõis, dicam quid ſecundum Auctorem, & rationem rectam uidetur ſentiendum.

¶ De ſacramentis nil aliud ſentiendũ eſt, niſi quod accepimus: ex acceptis autem tam ex parte cauſalitatis attributæ ſacramento, quàm ex parte rei & ſacramenti, quàm etiam ex parte ſubiecti diſponendi ad gratiam, ultimum ſacramenti effectum, nec neceſſario nec probabiliter ornatus ponitur. nam cauſalitas ſacramenti ſufficienter ſaluatur reſpectu gratiæ, etiam ſi nihil aliud cauſaret: res uero & ſacramentũ ſufficienter ſaluatur hic per interiorem pœnitentiã.

*quæſt. 66.

¶ Diſpoſitio autem ad gratiam, quæ tamen tantum ponderatur a ponentibus ornatum, tripliciter monſtratur aliena ab ornatu. Primo, ex parte gratiæ: quoniam gratia non eſt talis forma in anima, ut egeat alia forma prædiſponente ad ipſam. Fallax ſiquidem imaginatio eſt putare, quòd ſicut lignum, ſi debet igniri, debet prius calefieri, ut calor diſponat ad formam ignis, ita anima, ſi debet per gratiã fieri deiformis, debet prius ornari. Nullam ſiquidem talem diſpoſitionem gratia exigit, ut patet in infantibus baptizatis, quibus infunditur gratia abſque aliqua alia forma prædiſponente. Nec obſtat character: quoniam, ut ex ſupra dictis patet, character non ponitur, ut diſponat ad gratiam: quod eius ſubiectum, quod eſt intellectus, teſtatur: diſpoſitio enim ad gratiam, quæ eſt in eſſentia animæ, non eſt in intellectu, ut de ſe patet. Secundo, ex parte adultorum, quibus tantum confertur ſacramentum pœnitentiæ. Nam in adultis diſpoſitio ad gratiam eſt proprius actus ipſius adulti, iuxta illud, Qui creauit te ſine te, non ſaluabit te ſine te: & iuxta ſupradicta in ſecundo lib. de iuſtificatione impij. Tertio, ex parte pœnitentis: pœnitens enim

F inquantum pœnitens non diſponitur, niſi per actus pœnitentiæ: omnis enim alia diſpoſitio per accidens ſe haberet ad pœnitentem: & propterea ſi ornatus poneretur diſponere, non niſi per accidens concurreret ad diſponendum pœnitentem: quod autem eſt per accidens, non eſt per ſe tribuendum ſacramento pœnitentiæ. Commentitius ergo uidetur ornatus huiuſmodi; ſed ut in litera dicitur, interior pœnitentia, eſt res, & ſacramentum.

q. 66. ar. 1.

¶ Et ſi modum quęris ac ſufficientem rationem, diſtingue, trifariam poſſe inueniri pœnitentem. Primo, ut ſit ita attritus, quòd eius attritio cum ſacramento pęnitentię in uoto ſufficiat ad remiſſionem peccatorum: ita quòd attritio ſua eſt tanta quòd ex ſacramento in uoto fit contritio, iuxta illud, Dixi, confitebor, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Secundo, quòd attritio ſit tam modica, ut cum ſacramento in uoto, non fiat contritio: ſed tamen ſit tanta, quòd cum ſacramento in re, fiat contritio: plus enim operatur ſacramentum in re, quàm in voto. Tertio, poſſet eſſe tam exigua attritio, ut nec etiam cum ſacramento in re, fieret contritio: & talis non ſuſciperet remiſſionem peccatorum ex ſacramento pœnitentiæ. Vbi apparet, nullo eſſe op⁹ ornatu ad hoc, ut ex ui ſacramenti attritus fiat contritus. Modus autem quo hoc fit, eſt quòd deus utrimque operatur: concurrit ſiquidem ex parte pœnitentis ad interiorem pœnitentiam, inſpirando illam, ut in litera dicitũr, non ſolum ſecundum ſe, ſed etiam in ordine ad ſacramentum: quod ex eo patet, quòd ex interiori motu pœnitens ſubijcit ſe clauibus. Et rurſus concurrit deus ex parte ſacramenti, ordinando ſacramentales actus exteriores ad interiorem pœnitentiam, dum utitur ſacramento ipſo ad excitandum &

K perficiendum interiorem actum pœnitentis: ſic enim excitando & perficiendo, facit de attrito contritum, dum mediante ſacramento, utitur etiam interiori actu pœnitentis ad remiſſionem peccatorum: per hoc enim fit interior pœnitentis actus, res & ſacramentum. Et per hoc apparet, quòd ſacramentum ſignificat, & cauſat interiorem pœnitentiam: & interior pœnitentia ſic cauſata, ſignificat & cauſat remiſſionem peccatorum: ſunt enim hæc inſtrumenta ſubordinata principali agenti, deo ſcilicet: ſicut baculus, quo moueo lapidem, eſt inſtrumentum ſubordinatum alteri inſtrumento, puta manui, qua moueo baculum &c. Tertium eſt, quòd Auctor ſeipſo doctior, cum in 4. ſentent. putaſſet ſolam formam in ſacramento pœnitentiæ habere cauſalitatem, ſicut in ſacramento euchariſtiæ, & uerificaſſet, quòd totum ſacramentum compoſitum ex materia, & forma cauſat ratione partis, ſcilicet formæ, hoc in loco altius ſentit, ut expreſſius declarat inferius in artic. vlti. quæſtio. 86. ſcilicet quòd totum ſacramentum pœnitentiæ, compoſitum ſcilicet ex materia & forma, ideſt, ex actu pœnitentis & abſolutione (ſit. n. ex his unum ſacramentum) cauſat remiſſionem peccatorum ratione utriuſque partis: principalius quidem, ratione formæ: ſecundario autẽ ratione materiæ, hoc eſt actuũ pœnitentis, ut ſub ordinãtur clauibus eccleſiæ, hoc eſt, ꝙ actũ pœnitentis ex hoc ipſo, quòd pars efficitur ſacramenti, utitur deus ut parte materiali ſui inſtrumenti ad cauſandam remiſſionẽ peccatorum: ſicut ex hoc ipſo, quòd aqua aſſumitur ad baptizandum, utitur illa deus, ut parte materiali ſui inſtrumenti ad regeneràdũ filios ſuos.

de neceſſitate ſalutis.

¶ Sexto, De ordine eius ad alia ſacramenta.

¶ Septimo, De inſtitutione eius.

¶ Octauo, De duratione ipſius.

¶ Nono, De continuitate eius.

¶ Decimo, Vtrum poſſit iterari.

ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum pœnitentia ſit ſacramentum.*

G

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd pœnitentia non ſit ſacramentum. Gregor. enim dicit, & habetur in Decret.* 1. quæſtio. 1. Sacramenta ſunt baptiſmus, chriſma, corpus & ſanguis Chriſti, quæ ob id ſacramenta dicuntur, quia ſub tegumento corporalium rerum diuina virtus ſecretius operatur ſalutẽ: ſed hoc non contingit in pœnitentia: quia nõ adhibentur aliquæ corporales res, ſub quibus diuina virtus operetur ſalutem. ergo pœnitentia nõ eſt ſacramentum.

¶ 2 Præt. Sacramenta eccleſiæ a miniſtris Chriſti exhibentur, ſecundum illud 1. Corin. 4. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpẽſatores myſteriorũ dei: ſed pęnitentia non exhibetur a miniſtris Chriſti: ſed interius a deo hominibus inſpiratur, ſecundum illud Hiere. 31. Poſtquàm conuertiſti me, egi pœnitentiam. ergo videtur, quòd pœnitentia non ſit ſacramentum.

¶ 3 Præt. In ſacramentis, de quibus iam ſupra diximus,* eſt aliquid, quod eſt ſacramentum tantum: aliquid, quod eſt res & ſacramentum: aliquid vero, quod eſt res tantum, vt ex præmiſſis patet:* ſed hoc non inuenitur in pœnitentia. ergo pœnitentia non eſt ſacramentum.

SED CONTRA eſt, quòd ſicut baptiſmus adhibetur ad purificandum a peccato, ita & pœnitentia. vnde & Petrus dixit Simoni Act. 8. Pœnitentiam age ab hac nequitia tua: ſed baptiſmus eſt ſacramẽtum, vt ſupra habitum eſt.* ergo pari ratione & pœnitentia.

q. 66. ar. 1.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut Greg.* dicit in c. ſupra dicto, Sacramẽtum eſt in aliqua celebratione, cum res geſta ita fit, vt aliquid ſignificatiue accipiamus, qđ ſancte accipiendum eſt. Manifeſtũ

Refertur loco citato in arg.

H eſt autem, quòd in pœnitentia ita res geſta fit, quòd aliquid ſanctum ſignificatur, tam ex parte peccatoris pœnitentis, quàm ex parte ſacerdotis abſoluentis. nam peccator pœnitens, per ea quæ facit & dicit, oſtendit cor ſuum a peccato receſſiſſe: ſimiliter etiam ſacerdos per ea, quę agit & dicit circa pœnitentem, ſignificat opus dei remittentis peccata. vnde manifeſtum eſt, quòd pœnitentia, quæ in eccleſia agitur, eſt ſacramentum.

I AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ nomine corporalium rerum intelligũtur large etiam ipſi exteriores actus ſenſibiles, qui ita ſe habent in hoc ſacramento, ſicut aqua in baptiſmo, vel chriſma in cõfirmatione. eſt aũt attendendum, quòd

Alias actus humani ſẽſibiles.

A in illis ſacramentis, in quibus confertur excellens gratia, quæ ſuperabundat omnẽ facultatem humani actus, adhibetur aliqua corporalis materia exterius: ſicut in baptiſmo, ubi fit plena remiſſio peccatorum, & quantum ad culpam & quantum ad pœnam, & in confirmatione, ubi datur plenitudo Spiritusſancti, & in extrema vnctione, ubi confertur perfecta ſanitas ſpũalis, quę proueniunt ex uirtute Chriſti, quaſi ex quodam extrinſeco principio. vñ ſi qui actus

B humani ſunt in talibus ſacramentis, non ſunt de eſſentia ſacramentorũ, ſed diſpoſitiue ſe habẽt ad ſacramenta. In illis aũt ſacramentis, quæ habent effectũ correſpondentẽ humanis actibus, ipſi* actus humani ſunt loco materiæ, ut accidit in pœnitẽtia & matrimonio: ſicut etiam in medicinis corporalibus, quædam ſunt res exterius adhibitæ, ſicut emplaſtra & electuaria: quædam uero ſunt actus ſanãdorum, puta exercitationes quædã.

C AD 2^m dicendum, quòd in ſacramentis, quæ habent corporalem materiam, oportet quòd illa materia adhibeatur a miniſtro eccleſię, qui gerit perſonam Chriſti, in ſignum quòd excellentia uirtutis in ſacramento operantis eſt a Chriſto. In ſacramento autem pœnitentiæ, ſicut dictum eſt,* ſunt actus humani pro materia, qui proueniunt ex inſpiratione interna: vnde materia non exibetur a miniſtro, ſed a deo interius operante: ſed complementum ſacramenti exhibet miniſter, dum pœnitentem abſoluit.

In ſolut. præced.

AD 3^m dicendum, quòd etiam in pœnitentia eſt aliquid, quod eſt ſacramentum tantum, ſcilicet actus exterius exercitus, tam per peccatorem pœnitentem, quàm etiam per ſacerdotem abſoluentem: res autem & ſacramentum, eſt pœnitentia interior peccatoris: res autem tantum & non ſacramentum, eſt remiſſio peccati: quorum primum totum ſimul ſumptum eſt cauſa ſecundi: primum autem & ſecundum, ſunt quodammodo cauſa tertij. D



ARTICVLVS II.

*Vtrum peccata ſint propria materia huius ſacramenti.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd peccata non ſint propria materia huius ſacramenti. Materia enim in alijs ſacramentis per aliqua E uerba prolata ſanctificatur, & ſanctificata effectum ſacramenti operatur: peccata autem non poſſunt ſanctificari, eo quòd contrariantur effectui ſacramẽti, qui eſt gratia remittens peccata. ergo peccata non ſunt materia propria huius ſacramenti.

Lib. de medicina pœnit. c. 2. nõ lõge a princip. tom. 9.

¶ 2 Præt. Aug.* dicit in lib. de pœnitentia: nullus poteſt inchoare nouam uitam, niſi eum ueteris uitæ pœniteat: ſed ad uetuſtatem uitæ pertinent non ſolum peccata, ſed etiam pœnalitates præſentis uitæ. non ergo peccata ſunt propria materia pœnitentiæ.

¶ 3 Præt. Peccatorũ quoddam eſt originale, quoddam mortale, quoddam ueniale: ſed pœnitentiæ ſacramentum non ordinatur contra originale peccatum, quod tollitur per baptiſmum, neq; contra peccatum mortale, qđ tollitur per confeſſionem peccatoris, nec etiam cõtra ueniale, quod tollitur per tunſionem pectoris, & per aquam benedictam, & alia huiuſmodi. ergo peccata non ſunt propria materia pœnitentiæ.

SED CONTRA eſt, quòd Apoſtolus dicit 2. Cor. 12. Non egerunt pœnitentiam ſuper immunditia, & fornicatione, & impudicitia quam geſſerunt.

RESPON. Dicendum, quòd duplex eſt materia, ſcilicet proxima & remota: ſicut ſtatuæ proxima materia eſt metallum, remota uero, aqua: dictum eſt* autem, ꝙ materia proxima huius ſacramenti ſunt actus pœnitentis: cuius materia ſunt peccata, de quibus dolet, & quæ confitetur, & pro quibus ſatisfacit. vnde relinquitur, quòd remota materia pœnitentiæ, ſint peccata, nõ acceptanda, ſed deteſtanda & deſtruenda.

Ar. præced. ad 1. & 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de proxima materia ſacramenti.

AD 2^m dicendum, quòd uetus & mortalis uita eſt obiectum pœnitentiæ, non ratione pœnæ: ſed ratione culpæ annexæ.

AD 3^m dicendum, ꝙ pœnitentia quodammodo eſt de quolibet peccatorũ genere: non tamen eodem modo. nam de peccato actuali mortali, eſt pęnitẽtia proprie & principaliter: proprie quidem, *quia proprie dicimur pœnitere de his, quæ noſtra voluntate commiſimus: principaliter aũt, quia ad deletionẽ peccati mortalis, hoc ſacramentum eſt principaliter inſtitutum. De peccatis autem uenialibus eſt quidem pœnitentia proprie, inquantũ ſunt noſtra uoluntate facta: non tñ contra hęc principaliter eſt hoc ſacramentum inſtitutum. De peccato uero originali pęnitentia, nec principaliter eſt (quia contra ipſum nõ ordinatur hoc ſacramentum, ſed magis baptiſmus) nec ẽt proprie: quia peccatũ originale non^d eſt noſtra uoluntate peractum, niſi forte inquantum uoluntas Adę reputatur noſtra, ſecundum modum loquendi, quo Apoſt. dicit Ro. 5. In quo omnes peccauerunt: inquantum tamen large accipitur pœnitentia pro quacumq; deteſtatione rei præteritæ, poteſt dici pœnitentia de peccato originali, ſicut loquitur Aug.* in lib. de pœnitentia.

D. 1006.

In li. de vera & falſa pęn. cap. 8. to. 4. Et in lib. de pęn. medicina, cap. 2. to. 9.

ARTICVLVS III.

*Vtrum hæc ſit forma huius ſacramenti, Ego te abſoluo.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd hæc non ſit forma huius ſacramenti, Ego te abſoluo. Formæ enim ſacramentorum ex inſtitutione Chriſti & eccleſiæ uſu habentur: ſed Chriſtus non legitur hanc formam inſtituiſſe, neque etiam in communi uſu habetur, quinimmo in quibuſdam abſolutionibus, quæ in eccleſia publice fiunt, ſicut in prima & completorio, & in cœna domini, abſoluens non utitur oratione indicatiua, ut dicat, Ego uos abſoluo, ſed oratione deprecatiua, cum dicit, Miſereatur ueſtri oĩpotens deus, uel abſolutionẽ & remiſſionem tribuat uobis omnipotens deus. ergo hæc non eſt forma hu-

¶ *Super Quæſtionis octuageſimæquartæ Articulum tertium.*

4. diſ. 22. q. 2. ar. 2. q. 2. & 3. Et op. 22.

IN articul. 3. eiuſdem quæſtio. in reſponſione ad tertiũ circa formam abſolutionis aduerte, quòd licet forma abſolutionis conſiſtat in illis duobus uerbis, ſcilicet abſoluo te, ut in litera dicitur, & habetur ex Concilio florent. ſub Eugenio IIII nihilominus ſi quis alijs uerbis uteretur (puta Remitto tibi peccata) ſacramentũ eſſet perfectum.

¶ Quod & ratione & auctoritate monſtratur. Ratione quidem: quia uirtus ſacramentalis non

Refertur de pœn. diſt. 1. cap. Multiplex nõ ꝓcul a prin. & dicit eſſe in epiſt. ad Theodorũ, quæ eſt 89. in Leone.

eſt a deo obligata, ita his uerbis, quin ſit etiã collata equipollentibus: auctoritas autẽ ſumitur primo ex euãgelio: quia dominus inſtituendo cõfeſſores, dixit, Quorum remiſentis peccata, remittuntur eis. Secũdo, ex Auctore in hac litera cõparãte iſtas duas formas, ſ. per abſoluere uel remittere, quarum utraq; ex uerbis domini ſumitur, & dicente quòd illa quæ fit per abſoluere, eſt magis cõgrua: quia magis congruit uerbis domini, dum de uirtute clauium loquebatur: differentia autem ſecundũ magis vel minus cõgruum, non tollit uirtutem ſacramenti. Accedit ad hoc Sco. in 4. diſt. 14. q. 4. qui tamen forte nimis late locutus eſt, dicens, quòd ſufficit quòd exprimatur actus ſententiæ abſoluentis.

¶In reſponſione ad quartum, ubi dicitur, quòd apoſtolis nõ eſt data poteſtas ut ſanarent infirmos &c. intellige regulariter: non enim eſt conceſſum apoſtolis, ut regulariter ſanarent ex poteſtate infirmos, quàmuis hoc fuerit eis quandoque conceſſum. Et hoc ſufficit ad differentiam in litera intẽtam inter poteſtatẽ ſacramentalẽ, & poteſtatem faciendi miracula: quia poteſtate ſacramentali ordinarię poſſumus remittere peccata: poteſtate autem miracula faciendi, non poterãt ordinarie ſanare infirmos auctoritatiue, ſed deprecatiue.

¶In reſponſione ad quintum circa ultimam expoſitionẽ, ubi dicitur, Ego te abſoluo, ideſt, ſacramentum abſolutionis tibi impendo, aduerte, ꝙ huiuſmodi expoſitio ex forma uerborũ non importat formã abſolutionis in actu exercito: ſicut ſignificat illã hæc enunciatio, Ego abſoluo te. Hac.n. ſacerdos

Ar. 1. huius quæſt. ad 2.

ius ſacramenti, Ego te abſoluo. F

¶2 Præt. Leo Papa* dicit, ꝙ indulgentia dei, niſi ſupplicationibus ſacerdotum nequit obtineri: loquitur autem de indulgentia dei, quæ præſtatur pœnitentibus. ergo forma huius ſacramẽti debet eſſe per modum deprecationis.

¶3 Præt. Idem eſt abſoluere a peccato, quod peccatum remittere: ſed ſolus deus peccatum remittit, qui etiam ſolus interius hominẽ a peccato mundat, vt Auguſt. dicit ſuper Ioan. ergo uidetur quòd G ſolus deus a peccato abſoluat. non ergo debet ſacerdos dicere, Ego te abſoluo, ſicut non dicit, Ego tibi peccata remitto.

¶4 Præt. Sicut dominus dedit poteſtatem diſcipulis abſoluendi a peccatis, ita etiam dedit eis poteſtatem curandi infirmitates, & ut dæmonia ejcerent, & ut languores ſanarent, ut habetur Matth. 10. & Luc. 9. ſed ſanando infirmos Apoſtoli non utebantur his uerbis, H ego te ſano, ſed ſanet te dominus Ieſus Chriſtus, ſicut Petrus dixit paralytico, vt habetur Act. 9. ergo videtur, quòd ſacerdotes habentes poteſtatẽ apoſtolis a Chriſto traditam, non debeant vti hac forma uerborum, Ego te abſoluo, ſed abſolutionem tribuat tibi Chriſtus.

¶5 Præt. Quidam hac forma vtentes, ſic eam exponunt, Ego te abſoluo, ideſt, abſolutum oſtendo: ſed nec hoc etiam ſacerdos facere I poteſt, niſi ei diuinitus reueletur: vnde legitur Mat. 16. antequàm Petro diceretur, Quodcumque ſolueris ſuper terram &c. dictum eſt ei, Beatus es Simon bariona: quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui eſt in cælis. ergo videtur ꝙ ſacerdos, cui non eſt facta reuelatio, præſumptuoſe dicat, Ego te abſoluo, etiam ſi exponatur, ideſt, abſolutum oſtendo.

Sed contra eſt, quòd ſicut dominus dixit diſcipulis Mat. K ult. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, ita dixit Petro, Matth. 16. Quodcumq; ſolueris ſuper terram: ſed ſacerdos auctoritate illorum uerborũ Chriſti fretus dicit, Ego te baptizo. ergo eadem auctoritate dicere debet in hoc ſacramento, Ego te abſoluo.

Respon. Dicendum, quòd in qualibet re perfectio attribuitur formæ: dictum eſt autem ſupra,* quòd hoc ſacramẽtum perficitur per ea quæ ſunt ex parte ſacerdotis. vnde oportet quòd ea, quæ ſunt ex parte pœnitentis, ſiue ſint uerba ſiue facta, ſint quædam materia huius ſacramenti, ea uero quæ ſunt ex parte ſacerdotis, ſe habeant per modum formæ: cum autẽ ſacramenta nouæ legis efficiant quod figurant, vt ſupra dictũ eſt,* oportet quòd forma ſacramenti ſignificet id, quod in ſacramento agitur, proportionaliter materiæ ſacramenti: vnde forma baptiſmi eſt, Ego te baptizo, & forma confirmationis eſt, Conſigno te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, eo quòd huiuſmodi ſacramẽta perficiuntur in uſu materiæ: in ſacramento autem euchariſtiæ, quod conſiſtit in ipſa conſecratione materiæ, exprimitur ueritas cõſecrationis, cũ dicitur, Hoc eſt corpus meum. Hoc autem ſacramentum, ſcilicet pœnitentiæ, non conſiſtit in conſecratione alicuius materiæ, nec in vſu alicuius materiæ ſanctificatę, ſed magis in remotione cuiuſdam materiæ, ſcilicet peccati, prout peccata dicuntur eſſe materia pœnitentiæ, ut ex ſupra dictis patet.* talis autem remotio ſignificatur a ſacerdote cũ dicitur, Ego te abſoluo. Nam peccata ſunt quædam vincula, ſecundum illud Prouer. 5. Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum quiſque conſtringitur: vnde patet quòd hæc eſt conuenientiſſima forma huius ſacramenti, Ego te abſoluo.

Ad primum ergo dicendum, quòd iſta forma aſſumitur ex ipſis uerbis Chriſti, quibus Petro dixit, Quodcumque ſolueris ſuper terram &c. & tali forma eccleſia utitur in ſacramentali abſolutione: huiuſmodi autem abſolutiones in publico factæ, non ſunt ſacramentales, ſed ſunt orationes quædã ordinatę ad remiſſionem uenialium peccatorum. vnde in ſacramentali abſolutione non ſufficeret dicere, Miſereatur tui omnipotens deus, uel abſolutionem & remiſſionem tribuat tibi deus; quia per hæc verba ſacerdos abſolutionem non ſignificat fieri, ſed petit ut fiat: præmittitur tñ ẽt in ſacramentali abſolutione talis oratio, ne impediatur effectus ſacramenti ex parte pęnitentis, cuius actus materialiter quodammodo ſe habent in hoc ſacramento, non autem in baptiſmo, uel in confirmatione.

Ad 2^m^ dicendum, quòd uerbum Leonis eſt intelligendũ quantum ad deprecationem, quæ præmittitur abſolutioni: nõ autem ſe

q. 60. art. 1. & 62. art. 1. & 3.

ipſe exercet ipſam abſolutionẽ, faciendo quod ſignificat: ſacramentum .n. efficit qđ ſignificat: dicendo autem, ſacramẽtum abſolutionis tibi impendo, nõ ſignificat ſe abſolutionis actũ exercere: ſicut ſi diceretur, Ego baptiſmi ſacramentum tibi impendo, non ſignificaret ex forma uerborum, quòd ego exercerem actũ baptizandi: ſed utrobique ſignificatur actus, vt materia ſacramẽti impenſi ſeu actus impendendi: ſi autem cõſiderentur dicta uerba ſecundum ſenſum, ſic conueniens ac perfecta inuenitur expoſitio: quoniam æquipollet huic, ſacramentaliter abſoluo te: idem eſt enim impẽdere ſacramentum abſolutionis, & ſacramentaliter abſoluere. Et ꝑ hãc expoſitionem excluditur ex parte miniſtri præſumptio ſeu uſurpatio diuinæ poteſtatis, & ex parte effectus ambiguitas. Nã ly ſacramentaliter, diſtinguit a duobus, ſcilicet a principaliter & a pure ſpiritualiter: ſol' .n. deus eſt qui principaliter abſoluit a peccatis: & ſimiliter ſolus deus pure ſpiritualiter abſoluit a peccatis: ſacramento uero homo abſoluit inſtrumentaliter & ſigno ſenſibili, ut patet. Et hinc fit, ut effectus ſacramenti, ſcilicet abſolutio ĩterior a peccatis, qui ex parte ſacramenti eſt certiſſimus non ſignificetur in ambiguo, etiam ſi ex parte pœnitentis male diſpoſiti impediatur, qui non ſignificatur abſolutio, ut recipitur interius in pœnitente: ſed ut exit exterius a miniſtro ſacramenti, ex qua parte conſtat abſolutionem eſſe certiſſimam.

¶Et ſi nouitius hoc nõ penetrat, fingat deum dicere Petro, Abſoluo te, & confeſſorem dicere Ioãni, Abſoluo te & uideat differentiam, quòd

Ar. præced.



quòd abſolutio Petri eſt vtrinque certa: quia deus non diceret, abſoluo te, niſi etiam vere intus abſolueretur. Abſolutio vero Ioãnis eſt, & ſignificatur certa ex parte cõfeſſoris tantum: quia ſacramentum abſolutionis impẽdit, quia ſacramentaliter abſoluit, & intus poteſt impedimentum inueniri ex fictione pœnitentis.

q. 62. art. 4. & 64. art. 1. & 2.

mouet quin ſacerdotes abſoluant. A

Ad 3^m^ dicendum, quòd ſolus deus per auctoritatem, & a peccato abſoluit, & peccatum remittit: ſacerdotes tamen utrumq; faciũt per miniſterium, inquantum ſcilicet uerba ſacerdotis in hoc ſacramẽto inſtrumentaliter operantur in uirtute diuina, ſicut etiam in alijs ſacramentis. Nam virtus diuina eſt, quæ interius operatur in omnibus ſacramentalibus ſignis, ſiue ſint res, ſiue uerba, ſicut ex ſupra dictis patet: * vnde & dominus expreſſit vtrumq;. nam Matthæ. 16. dixit Petro, Quodcumque ſolueris ſuper terram &c. & Ioan. 20. dixit diſcipulis, Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. ideo tamen ſacerdos potius dicit, Ego te abſoluo, quàm, Ego tibi peccata remitto: quia hoc magis congruit uerbis, quæ dominus dixit, uirtutem clauium oſtendens, per quas ſacerdotes abſoluunt: quia tamen ſacerdos ſicut miniſter abſoluit, conuenienter apponitur aliquid, quod pertineat ad primam auctoritatem dei, ſcilicet ut dicatur, Ego te abſoluo, in nomine Patris & Filij & Spiritusſancti, uel per uirtutem paſſionis Chriſti, uel auctoritate dei, ſicut Diony.* exponit 3. c. cæleſt. hierar. Quia tamen hoc non eſt determinatum ex uerbis Chriſti, ſicut in baptiſmo, talis appoſitio relinquitur arbitrio ſacerdotis.

Ca. 7. eccle. hierar. non multũ procul a fine. Et in cęleſ. hierar. c. 3.

Ad 4^m^ dicendum, quòd Apoſtolis non eſt data poteſtas ut ipſi ſanarent infirmos, ſed ut ad eorum orationem infirmi ſanarentur. Eſt autem eis collata poteſtas operandi inſtrumentaliter, ſiue miniſterialiter in ſacramentis: & ideo magis poſſunt in formis ſacramentalibus exprimere actum ſuum, quàm in ſanationibus infirmitatum. In quibus tamen non ſemper modo deprecatiuo utebantur, ſed quandoque modo indicatiuo & imperatiuo: ſicut Act. 3. legitur, quòd Petrus dixit claudo, Quod habeo, hoc tibi do: in nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula.

Ad 5^m^ dicendum, quòd iſta expoſitio, Ego te abſoluo, ideſt, abſolutum oſtendo, quantum ad aliquid quidem uera eſt, non tamen eſt perfecta: ſacramenta enim nouæ legis, non ſolum ſignificant, ſed etiam faciunt quod ſignificant. Vnde ſicut ſacerdos baptizando aliquem, oſtendit hominem interius ablutum per verba & facta, & non ſolum ſignificatiue, ſed etiam effectiue, ita etiam cum dicit, Ego te abſoluo, oſtendit hominem abſolutum non ſolum ſignificatiue, ſed etiam effectiue: nec tamen loquitur quaſi de re incerta: quia ſicut alia ſacramenta nouæ legis habent de ſe certum effectum ex uirtute paſſionis Chriſti, licet poſſit impediri ex parte recipientis, ita etiam & in hoc ſacramento. vnde Auguſt. * dicit in lib. de adult. coniu. Nõ eſt turpis, nec difficilis poſt patrata & purgata adulteria reconciliatio coniugij, ubi per claues regni cælorũ nõ dubitatur fieri remiſſio peccatorum: vnde nec ſacerdos indiget ſpeciali reuelatione ſibi facta, ſed ſufficit generalis reuelatio fidei, per quam remittuntur peccata. unde reuelatio fidei dicitur Petro facta fuiſſe: eſſet autem perfectior expoſitio: Ego te abſoluo, ideſt, ſacramentum abſolutionis tibi impendo.

Lib. 2. ca. 9. in prin. to. 6.

## Articvlvs IIII.

*Vtrum impoſitio manuum ſacerdotis requiratur ad hoc ſacramentum.*

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur quòd impoſitio manuũ ſacerdotis requiratur ad hoc ſacramentum: dicitur enim Mar. vlt. Super ægros manus imponent, & bene habebunt: ægri autem ſpiritualiter ſunt peccatores, qui recipiunt bonam habitudinem per hoc ſacramentum. ergo in hoc ſacramento eſt manus impoſitio facienda.

4. cõt. gen. c. 71. Et op. 22. cap. 4.

¶2 Præt. In ſacramento pœnitentiæ recuperat homo B Spiritumſanctum amiſſum: vnde ex perſona pœnitentis dicitur in Pſal. 50. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me: ſed Spiritusſanctus datur per impoſitionem manuum: legitur enim Act. 8. quòd apoſtoli imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritumſanctum, & Mat. 19. dicitur, quòd oblati ſunt domino paruuli, ut eis manus imponeret. ergo in hoc ſacramento eſt facienda manus impoſitio.

¶3 Præt. Verba ſacerdotis in hoc ſacramento nõ ſunt maioris efficacię, quàm in alijs ſacramẽtis: ſed in alijs ſacramentis non ſufficiunt uerba miniſtri, niſi aliquẽ actum exerceat: ſicut in baptiſmo ſimul cum hoc, ꝙ C ſacerdos dicit, ego te baptizo, requiritur corporalis ablutio. ergo etiam ſimul cum hoc, quòd ſacerdos dicit, ego te abſoluo, oportet quòd aliquem actũ exerceat circa pœnitentem, imponendo ei manus.

Sed contra eſt, quòd cum dominus dixit Petro, Quodcumque ſolueris ſuper terram &c. nullam mentionem de manus impoſitione fecit: neque etiam cum omnibus apoſtolis ſimul dixit, Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. non ergo ad hoc ſacramentum requiritur impoſitio manuum.

Respon. Dicendum, quòd impoſitio manuum in ſacramentis eccleſiæ fit ad deſignandũ aliquem copioſum gratiæ effectum: quo illi quibus manus im- D ponũtur, quodammodo per quandam ſimilitudinem continuantur miniſtris, in quibus copia gratiæ eſſe debet. & ideo manus impoſitio fit in ſacramento cõfirmationis, in quo confertur plenitudo Spiritusſancti, & in ſacramento ordinis, in quo confertur quædã excellentia poteſtatis in diuinis myſterijs. vnde & 2. ad Tim. 1. dicitur, Reſuſcites gratiam dei, quę eſt in te per impoſitionem manuum mearum: ſacramentum autem pœnitentiæ non ordinatur ad conſequendam aliquam excellentiam gratiæ, ſed ad remotionem peccatorum: & ideo ad hoc ſacramentum non requiritur manuum impoſitio, ſicut etiam nec ad baptiſmũ: in quo tamen fit plenior remiſſio peccatorum.

E Ad primvm ergo dicendum, quòd illa manus impoſitio non eſt ſacramentalis, ſed ordinatur ad miracula perficienda, ut ſcilicet per contactum manus hominis ſanctificati, etiam corporalis infirmitas tollatur: ſicut etiam legitur de domino Mar. 6. quòd infirmos manibus impoſitis curauit, & Matth. 8. legitur, quòd leproſum mundauit per contactum.

Ad 2^m^ dicendum, quòd non quælibet acceptatio Spiritusſancti requirit manus impoſitionem: quia etiam in baptiſmo accipit homo Spiritumſanctum, nec tamen fit ibi manus impoſitio: ſed acceptio Spiritusſancti cum plenitudine requirit manus impoſitionem, quod pertinet ad confirmationem.

Ad 3^m^ dicendum, quòd in ſacramentis, quæ per-

ficiuntur in uſu materiæ, miniſter habet aliquem actũ corporalem exercere circa eum, qui ſuſcipit ſacramentum: ſicut in baptiſmo & confirmatione & extrema unctione: ſed hoc ſacramentum non conſiſtit in uſu alicuius materiæ exterius appoſitæ: ſed loco materiæ ſe habent ea, quæ ſunt ex parte pœnitentis. vnde ſicut in euchariſtia ſacerdos ſola prolatione verborum ſuper materia perficit ſacramentum, ita etiam ſola uerba ſacerdotis abſoluentis ſuper pœnitentẽ, perficiunt abſolutionis ſacramentum. Et ſi aliquis actus corporalis eſſet ex parte ſacerdotis neceſſarius, non minus competeret crucis ſignatio, quæ adhibetur in euchariſtia, quàm manus impoſitio in ſignũ, quòd per ſanguinem crucis Chriſti remittuntur peccata: & tamen non eſt de neceſſitate huius ſacramenti, ſicut nec de neceſſitate euchariſtiæ. G

### ARTICVLVS V.

*Vtrum hoc ſacramentum ſit de neceſſitate ſalutis.*

Sup. q. 65. ar. 1. cor. Et art. 2. ad 4. Et ar. 4. co. Et 4. di. 14. q. 2. ar. 5. & 1 prin. exp. lit. Et 4. cõtra c. 71. † Auguſ in hoc loco tom. 8.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd hoc ſacramentum non ſit de neceſſitate ſalutis: quia ſuper illud Pſal. 125. † Qui ſeminant in lachrymis &c. dicit gloſſ. Noli eſſe triſtis, ſi adſit tibi bona uolũtas, unde metitur pax: ſed triſtitia eſt de ratione pœnitentiæ, ſecundum illud 2. Corinth. 7. Quæ ſecundum deum eſt triſtitia, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. ergo bona uoluntas ſine pœnitentia ſufficit ad ſalutem. H

¶ 2 Præt. Prouer. 10. dicitur, Vniuerſa delicta operit charitas. & infra 15. Per miſericordiam & fidem purgantur peccata: ſed hoc ſacramentum non eſt, niſi ad purgandum peccata. ergo habendo charitatem & fidem & miſericordiam, poteſt quiſque ſalutem conſequi, etiam ſine pœnitentiæ ſacramento.

¶ 3 Præt. Sacramenta eccleſiæ initium habent ab inſtitutione Chriſti: ſed ſicut legitur Io. 8. Chriſtus mulierem adulteram abſoluit abſque pœnitentia. ergo videtur, quòd pœnitentia non ſit de neceſſitate ſalutis.

SED CONTRA eſt, ꝙ dominus dicit Luc. 8. Si pœnitentiam non habueritis, omnes ſimul peribitis. I

RESPON. Dicendum, quòd aliquid eſt neceſſarium ad ſalutem dupliciter. vno modo abſolute: alio modo ex ſuppoſitione: abſolute quidem neceſſarium eſt ad ſalutem illud, ſine quo nullus ſalutem conſequi poteſt: ſicut gratia Chriſti, & ſacramentum baptiſmi per quod aliquis in Chriſto renaſcitur. Ex ſuppoſitione autem eſt neceſſarium ſacramentum pœnitentiæ: quod quidem eſt neceſſarium non omnibus, ſed peccato ſubiacentibus: dicitur enim 2. Para. vlt. Et tu deus iuſtorum non poſuiſti pęnitentiam iuſtis, Abraham, Iſaac & Iacob his, qui tibi non peccauerunt. Peccatum autem cum conſumatum fuerit, generat mortem, vt dicitur Iacobi. 1. Et ideo neceſſarium eſt ad ſalutem peccatoris, quòd peccatum remoueatur ab eo; K quod quidem non poteſt fieri ſine pœnitentiæ ſacramento, in quo operatur uirtus paſſionis Chriſti per abſolutionem ſacerdotis ſimul cum opere pœnitentis, qui cooperatur gratiæ ad deſtructionem peccati: ſicut enim dicit Aug.* ſuper Ioan. Qui creauit te ſine te, non iuſtificabit te ſine te. vnde patet quòd ſacramentum pœnitentiæ eſt neceſſarium ad ſalutem poſt peccatum, ſicut medicatio corporalis, poſtquàm homo in morbum periculoſum inciderit.

De uerb. apoſt. ſerm. 15. to. 10.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd gloſſ. illa videtur eſſe intelligenda de eo, cui adeſt bona uolun- F tas ſine interpolatione, quæ fit per peccatum: talis enim non habet triſtitiæ cauſam: ſed ex quo bona uoluntas tollitur per peccatum, non poteſt reſtitui ſine triſtitia, qua quis dolet de peccato præterito, quod pertinet ad pœnitentiam.

AD 2^m dicendum, quòd ex quo aliquis peccatum incurrit, charitas, fides & miſericordia non liberant hominem a peccato ſine pœnitentia: requirit enim charitas, quòd homo doleat de offenſa in amicũ commiſſa, & quòd amico homo ſtudeat ſatisfacere: requirit etiam ipſa fides, vt per virtutem paſſionis Chriſti, quæ in ſacramentis eccleſiæ operatur, quærat iuſtificari a peccatis: requirit etiam & ipſa miſericordia ordinata, vt homo ſubueniat pœnitendo ſuæ miſeriæ, quam per peccatum incurrit, ſecundum illud Prou. 14. Miſeros facit populos peccatum: vnde eccleſ. 30. dicitur, Miſerere animæ tuæ, placens deo.

AD 3^m dicendum, quòd ad poteſtatem excellentię, quam ſolus Chriſtus habuit, ut ſupra dictum eſt,* pertinuit quòd Chriſtus effectum ſacramenti pœnitentiæ, qui eſt remiſſio peccatorum, contulit mulieri adulteræ ſine exterioris pœnitentiæ ſacramento, licet non ſine interiori pœnitentia, quam ipſe in ea per gratiam eſt operatus. q. 64. ar. 3.

### ARTICVLVS VI.

*Vtrum pœnitentia ſit ſecunda tabula poſt naufragium.*

4. di. 2. q. 1. art. 3. ad 5. Et di. 14. q. 1. ar. 2. q. 4. Et di. 16. q. 4. ar. 1. q. 1. ad 1.
* glo. Hier. in illum locum to. 5.

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quòd pœnitentia non ſit ſecunda tabula poſt naufragium: quia ſuper illud Iſa. 3. Peccatum ſuum quaſi ſodoma prædicauerunt, dicit gloſſ.* Secunda tabula poſt naufragium, eſt peccata abſcondere: pœnitentia autem non abſcondit peccata, ſed magis ea reuelat. ergo pœnitentia non eſt ſecunda tabula.

¶ 2 Præt. Fundamentum in ædificio, non tenet ſecundum, ſed primum locum: pœnitentia autem in ſpirituali ædificio eſt fundamentum, ſecundũ illud Heb. 6. Non rurſus iacientes fundamentũ pœnitentiæ ab operibus mortuis, unde & præcedit ipſum baptiſmum, ſecundum illud Act. 2. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum. ergo pœnitentia non debet dici ſecunda tabula.

¶ 3 Præt. Omnia ſacramenta ſunt quædam tabulæ, id eſt, remedia contra peccatum: ſed pœnitentia non tenet ſecundum locũ inter ſacramenta, ſed magis quartum, ut ex ſupra dictis patet.* ergo pœnitentia non debet dici ſecunda tabula poſt naufragium. *q. 65. ar. 1. & 2.

SED CONTRA eſt, quòd Hiero. † dicit, quòd ſecunda tabula poſt naufragium eſt pœnitentia. † Hierony. ſuper illud Eſa. 3. peccatum ſuũ quaſi Sodoma tom. 5.

RESPON. Dicendum, quòd id quod eſt per ſe, naturaliter prius eſt eo, quod eſt per accidẽs: ſicut & ſubſtantia prior eſt accidente: ſacramenta autem quędam per ſe ordinantur ad ſalutem hominis, ſicut baptiſmus, qui eſt ſpiritualis generatio, & confirmatio, quæ eſt ſpirituale augmentum, & euchariſtia, quæ eſt ſpirituale nutrimentum: pœnitentia autem ordinatur ad ſalutem hominis quaſi per accidens, ſuppoſito quodam, ſcilicet ex ſuppoſitione peccati: niſi enim homo peccaret actualiter, pœnitentia non indigeret: indigeret tamen baptiſmo & confirmatione & euchariſtia: ſicut & in vita corporali non indigeret homo medicatione niſi infirmaretur: indigeret autem homo per ſe ad uitam generatione, augmento, & nutrimento. & ideo pœnitentia tenet ſecundũ



locum reſpectu ſtatus integritatis, qui confertur & A conſeruatur per ſacramenta prædicta: vnde & metaphorice dicitur ſecũda tabula poſt naufragium. Nam primum remedium mare tranſeuntibus eſt, vt conſeruentur in naui integra. Secundum autem remedium eſt poſt nauem fractam, vt quis tabulæ adhæreat: ita etiam primum remediũ in mari huius vitæ eſt, quòd homo integritatem ſeruet: ſecundum autem remedium eſt, ſi per peccatum integritatem perdiderit, quòd per pœnitentiam redeat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd abſcondere peccata cõtingit dupliciter. Vno modo, dum ipſa peccata fiunt: eſt autem peius peccare publice quàm occulte: tum, quia peccator publicus videtur ex maiori B contemptu peccare: tum etiam, quia peccat cum ſcandalo aliorum: & ideo quoddam remedium eſt in peccatis, quod aliquis in occulto peccet. Et ſecundũ hoc dicit gloſſ.* quòd ſecunda tabula poſt naufragium eſt peccata abſcondere, non quòd per hoc tollatur peccatum, ſicut per pœnitentiam, ſed quia per hoc, peccatum fit minus. alio modo, aliquis abſcondit peccatum prius factum per negligentiam confeſſionis, & hoc contrariatur pœnitentię. Et ſic abſcondere peccatum, non eſt ſecunda tabula: ſed magis contrarium tabulæ: dicitur enim Prouer. 28. Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur. Citata in arg. 1.

AD 2^m dicendum, quòd pœnitentia non poteſt dici C fundamentum ſpiritualis ædificij ſimpliciter, id eſt, in prima ædificatione: ſed eſt fundamentum[d] in ſecunda reædificatione, quæ fit per deſtructionem peccati. Nã primo redeuntibus ad deũ, occurrit pęnitentia. Apoſtolus tamen ibi loquitur de fundamento ſpiritualis doctrinæ: pœnitentia autem, quæ baptiſmum præcedit, non eſt pœnitentiæ ſacramentum. D. 657.

AD 3^m dicendum, quòd tria præcedentia ſacramenta pertinent ad nauem integram, id eſt, ad ſtatum integritatis, reſpectu cuius pœnitentia dicitur ſecunda tabula.

### ARTICVLVS VII.

*Vtrum hoc ſacramentum fuerit conuenienter in noua lege inſtitutum.*

¶ *Super Quæſtionis octuageſimæquartæ Articulum ſeptimum.*

4. diſt. 22. q. 2. ar. 3.

IN art. 7. circa illud, quòd pęnitentia eſt de iure naturali, quo ad dolorẽ & doloris remediũ, & aliquod ſignum doloris, aduerte ꝙ dupliciter poſſunt hæc verba intelligi. Primo, ſimpliciter & abſolute, vt ſonant. Et ſic magnam habent difficultatem, ſi non ſunt falſa: tũ, quia ſi peccatum nõ fuit ſcãdaloſum ſeu maniſeſtum alijs, nulla apparet ratio naturalis ad ſigna doloris: tum, quia abſtrahendo a documentis fidei, dolor ſeu triſtitia de præterito peccato nullã videtur habere rationem remedij, & ꝓpterea ſuperfluũ videt̃ dolere de malis præteritis. Accedit ad hæc, ꝙ difficile eſt noſſe quid homo infra ius naturæ ſolum ſtando, cognoſceret de abolitione peccati, per aliud quàm per ceſſationem a peccando. Alio autem modo intelligũtur, ſuppoſita ĩ homine cognitione fidei, ita quòd ſuppoſita fide, non ex fide, ſed ex rõne naturali ꝓuenit, ꝙ homo doleat de peccatis cõmiſſis, & quòd dolorem in remediũ aſſumat, & quòd aliquod ſignum doloris oſtendat, quàmuis hoc tertium intelligendum ſit ſicut de exteriori religionis cultu videtur, quòd in cõmuni ſit de iure naturæ. Dictat enim naturalis ratio homini fideli, vt doleat de offenſa creatoris: & quia nullum aliud ex nobis eſt remedium, niſi cor humilitatum, ideo huiuſmodi humiliationem in remedium doloris, hoc eſt peccati dolendi quærat.

Ar. præced.

q. 62. art. 5. & q. 64. ar. 1.

Ar. 2. huius quæſt.

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Videtur quòd hoc ſacramentum non fuerit conuenienter inſtitutum in noua lege. Ea enim quæ ſunt de iure naturali, inſtitutione non indigent: ſed pœnitere de malis quæ quis geſſit, eſt de iure naturali: non enim poteſt aliquis bonum diligere, quin de contrario doleat. ergo pœnitentia non fuit conuenienter inſtituta in noua lege.

¶ 2 Præt. Illud quod fuit in veteri lege, inſtituendum non fuit in noua: * ſed etiam in veteri lege, fuit pœnitentia: vnde & dominus conqueritur Hier. 28. dicens, Nullus eſt qui agat pęnitentiam ſuper peccato ſuo, dicens, Quid feci? ergo pœnitentia non debuit inſtitui in noua lege.

¶ 3 Præt. Pœnitentia conſequenter ſe habet ad baptiſmum, cum A ſit ſecũda tabula, vt ſupra dictum eſt: * ſed pœnitentia videtur a domino inſtituta ante baptiſmum: nã in principio prædicationis ſuæ dixiſſe dominus legitur Matth. 4. Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorũ. ergo hoc ſacramentum nõ fuit conuenienter inſtitutum in noua lege.

¶ 4 Præt. Sacramenta nouæ legis inſtitutionem habent a Chriſto, ex cuius virtute operantur, vt ſupra dictum eſt:* ſed Chriſtus non B videtur inſtituiſſe hoc ſacramẽtũ, cum ipſe nõ ſit vſus eo, ſicut alijs ſacramẽtis quæ ipſe inſtituit. ergo hoc ſacramentum non fuit conuenienter inſtitutum in noua lege.

SED CONTRA eſt, ꝙ dicit dominus Luc. vlt. Oportebat Chriſtũ pati, & reſurgere a mortuis die tertia, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gentes.

RESPON. Dicendum, ꝙ, ſicut ſupra dictum eſt,* in hoc ſacramento C actus pœnitentis ſe habet ſicut materia: id autem quod eſt ex parte ſacerdotis, qui operatur vt miniſter Chriſti, ſe habet vt formale & completiuũ ſacramenti: materia vero etiam in alijs ſacramentis præexiſtit a natura, vt aqua, vel ab arte, vt panis: ſed quòd talis materia ad ſacramentũ aſſumatur, inſtitutione indiget hoc determinante: ſed forma ſacramenti & virtus ipſius totaliter eſt ex inſtitutione Chriſti, ex cuius paſſione procedit virtus ſacramentorum. ſic ergo huius ſacra- D menti materia præexiſtit a natura (ex naturali enim ratione homo mouetur ad pœnitendum de malis quæ fecit) ſed quòd hoc, vel illo modo homo pœnitẽtiam agat, eſt ex inſtitutione diuina: vnde & dominus in principio prædicationis ſuę indixit hominibus, vt nõ ſolum pœniterent, ſed etiam pœnitentiam agerent, ſignificans determinatos modos actuum, qui requiruntur ad hoc ſacramentum: ſed id, quod pertinet ad officium miniſtrorum, determinauit Matth. 16. vbi dixit Petro, Tibi dabo claues regni cælorum &c. Efficaciam autem huius ſacramenti & originem virtutis eius, maniſeſtauit poſt reſurrectionem Luc. vlt. vbi dixit, quòd oportet prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gẽtes, præmiſſo de paſſione & reſurrectione: ex virtute .n. E nominis Ieſu Chriſti patientis, & reſurgentis, hoc ſacramentum efficaciam habet in remiſſionem peccatorum: & ſic patet conuenienter hoc ſacramentum in noua lege inſtitutum fuiſſe.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd de iure naturali eſt, quòd aliquis pœniteat de malis quæ fecit, quantum ad hoc, quòd doleat feciſſe, & doloris remedium quærat per aliquem modum, & quòd etiam aliqua ſigna doloris oſtendat, ſicut & Niniuitæ fecerunt, vt Ionæ 3. legitur. In quibus tamen aliquid fuit adiunctum fidei, quam conceperant ex prædicatione Ionæ, vt ſcilicet hoc agerent ſub ſpe veniæ conſequendæ a deo, ſecundum illud quod ibi legitur, Quis ſcit,

ſi conuertatur, & ignoſcat deus, & reuertatur a furore iræ ſuæ, & non peribimus? ſed ſicut alia quæ ſunt de iure naturali, determinationem acceperunt ex inſtitutione legis diuinæ, vt in ſecunda parte dictũ eſt,* ita etiam & pœnitentia.

1.2.q.99.& 110.ar.1.& 95.art.2.

Ad 2m dicendum, quòd ea quæ ſunt iuris naturalis, diuerſimode determinationem accipiunt in veteri & in noua lege, ſecundum quòd congruit imperfectioni veteris legis, & perfectioni nouæ: vnde & pœnitentia in veteri lege aliquam determinationem habuit, quantum quidem ad dolorem, vt eſſet magis in corde, quàm in exterioribus ſignis, ſecundum illud Iohel 2. Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra: quantum autem ad remedium doloris quærendum, vt aliquo modo miniſtris dei peccata ſua confiterentur, ad minus in generali. vnde dominus Leuit. 5. dicit, Anima quæ peccauerit per ignorantiam, offeret arietem immaculatum de gregibus ſacerdoti, iuxta menſuram æſtimationemque peccati, qui orabit pro eo, quòd neſciens fecerit & dimittetur ei: in hoc enim ipſo, quòd oblationem faciebat aliquis pro peccato ſuo, quodammodo ſuum peccatum ſacerdoti confitebatur, & ſecundum hoc dicitur Prouer. 28. Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur: nondum autem erat inſtituta poteſtas clauium, quæ a paſſione Chriſti deriuatur, & per conſequens nondum erat inſtitutum, ꝙ aliquis doleret de peccato cum propoſito ſubijciendi ſe per confeſſionem & ſatisfactionem clauibus eccleſiæ, ſub ſpe conſequendæ veniæ, virtute paſſionis Chriſti.

Ad 3m dicendum, quòd ſi quis recte conſideret ea, quæ dominus dixit de neceſſitate baptiſmi Io. 3. tempore præceſſerunt ea, quæ dixit Matth. 4. de neceſſitate pœnitentiæ. nam id quod dixit Nicodemo de baptiſmo, fuit ante incarcerationem Ioan. de quo poſtea ſubditur, quòd baptizabat: illud vero quod de pœnitentia dixit Matth. 4. fuit poſt incarcerationem Ioannis: ſi tamen prius ad pœnitentiam induxiſſet, quàm ad baptiſmum, hoc ideo eſſet quia etiam ante baptiſmum requiritur quædam pœnitentia: ſicut & Petrus dicit Act. 2. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum.

Ad 4m dicendum, quòd Chriſtus non eſt vſus baptiſmo, quem ipſe inſtituit: ſed eſt baptizatus baptiſmo Io. vt ſupra dictum eſt:* ſed nec etiam actiue vſus eſt ſuo myniſterio, quia ipſe non baptizabat communiter, ſed diſcipuli eius, vt dicitur Io. 4.* quàmuis credendum ſit, quòd diſcipulos ſuos baptizauerit, vt Aug.* dicit ad Celeucianum: vſus autem huius sacramenti ab eo inſtituti, nullo modo ſibi competebat: nec quantum ad hoc, ꝙ ipſe pœniteret, in quo peccatum non fuit, neq; quantum ad hoc, quòd hoc ſacramentum alijs præberet: quia ad oſtendendam miſericordiam, & virtutem ſuam, effectum huius ſacramenti ſine ſacramento præbebat, vt ſupra dictum eſt:* ſacramentũ aũt euchariſtiæ & ipſe ſumpſit, & alijs dedit: tum, ad commendandam excellentiam huius ſacramenti: tum, quia hoc ſacramentum eſt memoriale ſuæ paſſionis, in qua Chriſtus eſt ſacerdos & hoſtia.

q.39. art.1. & 2.

In epi.108. to.2. habef etiam lib. 3 de anima & eius origine c.9. tomo 7.

Ar.5.huius q. ad 3.

¶ *Super Quæſtionis octuageſimæquartæ Articulum octauum & nonum.*

Inf.ar.9.ad 1.& 4. diſt. 17.q. 2.ar. 4.q.1.& 2.

IN art. 8. & 9. aduerte, quòd diſpli*cere dupliciter ſumitur, ſcilicet contrarie vel negatiue. Et quãdo ſumitur contrarie, ſignificat actum cõtrarium ad placere, quando vero ſumitur negatiue, nõ ſignificat aliquem actum, ſed ſolummodo non placere. Cum ergo in litera dicitur, quòd ſemper debet homini diſplicere, quòd peccauit vel aliquid ſimile, ſufficit quòd intelligatur negatiue, ideſt, non placere. Et patet hunc eſſe ſenſum literæ: qa contra diſplicere diſtinguit placere, dũ ſubdit: ſi.n. ei placeret peccaſſe &c. niſi enim diſplicere, ita cõmuniter ſumptum fuiſſet, ſcilicet ſiue contrarie ſiue negatiue, non licuiſſet pro ratione reddere: ſi enim placeret ei peccaſſe &c. nam potuiſſet dici, quòd nec diſplicet, nec habet actũ placendi, ſed non placet peccaſſe. Et hinc habes, quòd ſufficit ad neceſſariam pœnitentiam poſt habitam contritionem, quòd non placeat peccaſſe, nec eſt opus exire in actum diſplicentiæ nouæ.*

## Articvlvs VIII.

*Vtrum pœnitentia debeat durare uſque ad finem uitæ.*

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur quòd pœnitentia non debeat durare vſque ad finem vitæ. Pœnitentia enim ordinatur ad deletionem peccati: ſed pœnitens ſtatim conſequitur remiſſionẽ peccatorum, ſecundum illud Ezech. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quę operatus eſt, vita viuet, & non morietur. ergo non oportet vlterius pœnitentiam protendi.

¶ 2 Præt. Pœnitentiam agere pertinet ad ſtatum incipientium: ſed homo de hoc ſtatu debet procedere ad ſtatum proficientium, & vlterius ad ſtatum perfectorum. ergo nõ debet homo pœnitentiam agere vſque ad finem vitæ.

¶ 3 Præt. Sicut in alijs ſacramentis homo debet ſeruare ſtatuta eccleſiæ, ita & in hoc ſacramento: ſed ſecundum canones determinata ſunt tẽpora pęnitendi, vt ſcilicet ille, qui hoc vel illud peccatum cõmiſerit, tot annis pœniteat. ergo videtur, quòd non ſit pęnitentia extendenda vſque ad finem vitæ.

Sed contra eſt, quòd Auguſt.* dicit in lib. de pęnitẽt. Quid reſtat nobis, niſi dolere in vita? vbi enim dolor finitur, deficit pœnitentia: ſi vero pœnitentia finitur, quid derelinquitur de venia?

In lib. de vera & falſa pœni. c. 13. circa med. tom. 4.

Respon. Dicendum, quòd duplex eſt pœnitentia, ſcilicet interior & exterior: interior quidẽ pœnitentia eſt, qua quis dolet[d] de peccato commiſſo. Et talis pœnitentia debet durare vſque ad finem vitę: ſemper enim debet homini diſplicere, quòd peccauit: ſi enim ei placeret peccaſſe, iam ex hoc ipſo peccatũ incurreret, & fructum veniæ perderet: diſplicentia autem dolorem cauſat in eo, qui eſt ſuſceptiuus doloris, qualis eſt homo in hac vita. poſt hanc vitam autem ſancti nõ ſunt ſuſceptiui doloris: vnde diſplicebunt eis peccata præterita ſine omni triſtitia, ſecundum illud Iſa. 65. Obliuioni traditæ ſunt anguſtiæ priores. Pœnitentia vero exterior eſt, qua quis exteriora ſigna doloris oſtendit, & verbotenus peccata ſua confitetur ſacerdoti abſoluenti, & iuxta eius arbitrium ſatisfacit. Et talis pœnitentia non oportet, quòd duret vſque ad finem vitæ, ſed vſque ad determinatum tempus ſecundum menſuram peccati.

D. 530.

Ad primvm ergo dicendum, quòd vera pœnitentia nõ ſolum remouet peccata præterita, ſed etiam præſeruat hominem a peccatis futuris. quàmuis igitur homo in primo inſtanti veræ pœnitentiæ remiſſionem cõſequatur præteritorum peccatorum: oportet tamen in homine perſeuerare pœnitentiam, ne iterum incidat in peccatum.

Ad 2m dicendum, ꝙ agere pœnitentiam interiorẽ ſimul & exteriorem, pertinet ad ſtatum incipiẽtium, qui ſcilicet de nouo redeunt a peccato: ſed pœnitentia interior habet locum etiam in proficientibus & perfectis, ſecundum illud Pſ. 38. Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum. vnde & ipſe Paulus dicebat primæ Corin. 15. Non ſum dignus vocari apoſtolus, quoniam perſecutus ſum eccleſiam dei.



Ad 3m dicendum, ꝙ illa tẽpora præfiguntur pœnitentibus, quantum ad actionem exterioris pniæ.

## Articvlvs IX.

*Vtrum pœnitentia poſſit eſſe continua.*

4.di.14.q.1. ar.4.q.1.

AD NONVM ſic proceditur. Videtur quòd pœnitentia non poſſit eſſe continua. dicitur enim Hier. 31. Quieſcat vox tua a ploratu, & oculi tui a lachrymis: ſed hoc eſſe non poſſet, ſi pœnitentia continuaretur, quæ conſiſtit in ploratu & lachrymis. ergo pœnitentia non poteſt continuari.

¶ 2 Præt. De quolibet bono opere debet homo gaudere, ſecundum illud Pſal. 99. Seruite domino in lætia: ſed agere pœnitentiam eſt bonum opus. ergo de hoc ipſo debet homo gaudere: ſed non poteſt homo ſimul gaudere & triſtari, vt patet per Philoſophum in 9. Ethic. ergo non poteſt eſſe, quòd pœnitens continue triſtetur de peccatis præteritis, quod pertinet ad rationem pœnitentiæ. ergo pœnitentia non poteſt eſſe continua.

¶ 3 Præt. Secundæ ad Cor. 2. Apoſt. dicit, Conſolamini, ſcilicet pœnitentem, ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur, qui eiuſmodi eſt: ſed conſolatio depellit triſtitiam, quæ pertinet ad rationem pœnitentię. ergo pœnitentia non debet eſſe continua.

Sed contra eſt, quòd Aug.* dicit in lib. de pœnitentia, dolor in pœnitentia cõtinue cuſtodiatur.

*In lib. de vera & falſa pœnit. c. 13. circa finem. tom. 4.

Respon. Dicendum, quòd pœnitere dicitur dupliciter, ſecundum actum & ſecundum habitum. Actu quidem impoſſibile eſt, quòd homo continue pœniteat: quia neceſſe eſt, quòd actus pœnitentis ſiue interior, ſiue exterior, interpoletur ad minus ſomno, & alijs quæ ad neceſſitatem corporis pertinent. alio modo dicitur pœnitere ſecundum habitum. et ſic oportet, quòd homo continue pœniteat, & quantum ad hoc, quòd homo numquam aliquid contrarium pœnitentiæ faciat, per quod habitualis diſpoſitio pœnitentis tollatur, & quantum ad hoc, quòd debet homo in propoſito gerere, quòd ſemper ſibi prę terita peccata diſpliceant.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ploratus & lachrymæ ad actum exterioris pœnitentiæ pertinent, qui non ſolum non debet eſſe cõtinuus, ſed nec etiam oportet, ꝙ duret vſq; ad finem vitæ, vt dictum eſt.* vnde & ſignanter ibi ſubditur, quia eſt merces operi tuo. eſt autem merces operis pœnitentis, plena remiſſio peccati, & quantum ad culpam & quantum ad pœnam, poſt cuius conſecutionem nõ eſt neceſſe, quòd homo vlterius exteriorem pœnitentiam agat: per hoc tamen non excluditur continuitas pœnitentiæ, qualis dicta eſt.*

*art. pced.

*art. pced.

Ad 2m dicendum, quòd de dolore & gaudio dupliciter loqui poſſumus. vno modo, ſecundum quòd ſunt[d] paſſiones appetitus ſenſitiui. Et ſic nullo modo poſſunt eſſe ſimul, eo quòd ſunt omnino contrariæ, vel ex parte obiecti (puta cum ſunt de eodem) vel ſaltem ex parte motus cordis: nam gaudium eſt cum dilatatione cordis, triſtitia vero cum conſtrictione. et hoc modo loquitur philoſophus* in 9. Ethic. alio modo poſſumus loqui de gaudio & triſtitia, ſecundum quòd conſiſtunt in ſimplici actu voluntatis, cui aliquid placet vel diſplicet: et ſecundum hoc, non poſſunt habere contrarietatem, niſi ex parte obiecti, puta cum ſunt de eodem & ſecundum idem: et ſic non poſſunt ſimul eſſe gaudium & triſtitia: quia non poteſt ſimul idem ſecundum idem placere & diſplicere. Si vero gaudium & triſtitia ſic accepta, nõ ſint de eodem ſecundum idem, ſed vel de diuerſis, vel de eodẽ ſecundum diuerſa, ſic non eſt contrarietas gaudij & triſtitiæ. vnde nihil prohibet hominem ſimul gaudere & triſtari: puta ſi videamus iuſtum affligi, ſimul placet nobis eius iuſtitia, & diſplicet eius afflictio: et hoc modo ſimul poteſt alicui diſplicere, quòd peccauit, & placere ꝙ hoc ei diſplicet cum ſpe veniæ: ita ꝙ ipſa triſtitia ſit materia gaudij. vnde & Aug.* dicit in lib. de pœnitentia, ſemper doleat pœnitens, & de dolore gaudeat. ſi tamen triſtitia nullo modo compateretur ſibi gaudium, per hoc non tolleretur habitualis continuitas pœnitentiæ, ſed actualis.

D. 530.

*ca. circa ... arg. 2.

* In lib. de vera & falſa pœnitẽ. cap. 13. in fine to. 4.

Ad 3m dicendum, quòd ſecundum Philoſophũ* in 2. Ethic. ad virtutem pertinet tenere medium in paſſionibus. Triſtitia autem quæ in appetitu ſenſitiuo pœnitentis conſequitur ex diſplicentia voluntatis, paſſio quædam eſt. vnde moderanda eſt ſecundum virtutem, & eius ſuperfluitas eſt vitioſa: quia inducit in deſperationem: quod ſignificat Apoſtolus ibidem dicẽs: ne maiori triſtitia abſorbeatur, qui eiuſmodi eſt. et ſic cõſolatio, de qua ibi Apoſtolus loquitur, eſt moderatiua triſtitiæ: non autem totaliter ablatiua.

*li. 2. ex c. 3. 6 & 9. haberi poteſt. tom. 5.

## Articvlvs X.

*Vtrum ſacramentum pœnitentiæ debeat iterari.*

4.diſt.14.q. 1.ar.4.q.3. & ar.5.q.2. et Heb.6.

AD DECIMVM ſic proceditur. Videtur quòd ſacramentum pœnitentiæ non debeat iterari. dicit enim Apoſtolus Heb. 6. Impoſſibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati, & guſtauerunt cæleſte donum, & participes ſunt facti Spiritusſancti, & prolapſi sũt, renouari rurſus ad pœnitentiam: ſed quicumque pœnituerunt, ſunt illuminati, & acceperunt donum Spiritusſancti. ergo quicũque peccat poſt pœnitentiam, non poteſt iterato pœnitere.

¶ 2 Præt. Ambr.* dicit in lib. de pœnitentia: reperiuntur qui ſæpius agendam pœnitentiam putant, qui luxuriantur in Chriſto. nam ſi vere pœnitentiam agerent, iterandam poſtea non putarent: quia ſicut vnum eſt baptiſma, ita vna eſt pœnitentia: ſed baptiſmus non iteratur. ergo nec pœnitentia.

In lib. 2. de Pœnit. c. 10 poſt med. tom. 1.

¶ 3 Præt. Miracula, quibus dominus infirmitates corporales ſanauit, ſignificant ſanationes ſpiritualiũ infirmitatum, quibus ſcilicet homines liberantur a peccatis: ſed non legitur quòd dominus aliquem cæcum bis illuminauerit, vel quòd aliquem leproſum bis mundauerit, aut aliquem mortuum bis ſuſcitauerit. ergo videtur, quòd nec alicui peccatori bis per pœnitentiam veniam largiatur.

¶ 4 Præt. Greg.* dicit in Ho. Quadrageſimæ: pœnitentia eſt, anteacta peccata deflere, & flenda iterum nõ committere. et Iſid.† dicit in lib. de ſummo bono, Irriſor eſt & non pœnitens, qui adhuc agit quod pœnitet. ſi ergo aliquis vere pœniteat, non iterum peccabit. ergo non poteſt eſſe, ꝙ pœnitentia iteretur.

Hom. 34. in euãge. poſt medium illius.

† li. 2. c. 16. in principio. et habet de pœnit. diſt. 3. ca. Irriſor.

¶ 5 Præter. Sicut baptiſmus habet efficaciam ex paſſione Chriſti, ita & pœnitentia: ſed baptiſmus nõ iteratur propter vnitatem paſſionis & mortis Chriſti. ergo pari ratione nec pœnitentia iteratur.

¶ 6 Præt. Ambr.* dicit, ꝙ facilitas veniæ, incentiuum

* Hoc ha-

bet Ambr. ſer.8. i Pſal. 118. aũ med. to.4. refert 23. cauſ. q. 4. cap. Eſt iniuſta, & dicitur eſſe Amb.

uum præbet delinquendi. ſi ergo deus veniam frequẽter præbet per pœnitentiam, videtur quòd ipſe hominibus præbeat incẽtiuum delinquendi. Et ſic videretur delectari in peccatis, quod eius bonitati non congruit. non ergo poteſt pœnitentia iterari.

Sed contra eſt, quòd homo inducitur ad miſericordiam exemplo diuinæ miſericordiæ, ſecundum illud Luc. 6. Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt: ſed dominus hanc miſericordiã diſcipulis ſuis imponit, vt ſæpius remittant fratribus contra ſe peccantibus. vnde ſicut dicitur Matth. 18. Petro quærenti, Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei, vſque ſepties? reſpondit Ieſus, Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties. G ergo etiam deus ſæpius per pœnitentiam veniam peccantibus præbet, præſertim cum doceat nos petere, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

Respon. Dicendum, quòd circa pœnitentiam quidam errauerunt, dicentes nõ poſſe hominem per pœnitentiam ſecundo conſequi veniam peccatorum: quorum quidam, ſcilicet Nouatiani hoc intantum extenderunt, vt dicerent poſt primam pœnitentiam, quæ agitur in baptiſmo, peccantem non poſſe per pœnitentiam iterato reſtitui. Alij vero fuerunt hæretici (vt Aug.* dicit in lib. de pœnitentia) qui poſt baptiſmum dicebant quidem eſſe vtilem pœnitentiam, non tamen pluries, ſed ſemel tantum. H Videntur autem huiuſmodi errores ex duobus proceſſiſſe. Primo quidem ex eo, quòd errabant circa rationem veræ pœnitentiæ. Cum enim ad veram pœnitentiam charitas requiratur (ſine qua non delentur peccata) credebant, quòd charitas ſemel habita non poſſit amitti, & per conſequens pœnitentia ſi ſit vera, numquam per peccatum tollatur, vt ſic ſit neceſſe eam iterari: ſed hoc improbatum eſt* in ſecunda parte, vbi oſtenſum eſt, ꝙ charitas ſemel habita propter libertatem arbitrij poteſt amitti, & per conſequens poſt veram pœnitentiã; poteſt aliquis peccare mortaliter. ſecũdo ex eo, quòd errabant circa æſtimationem grauitatis peccati: putabant enim adeo graue eſſe peccatum, quod aliquis cõmittit poſt veniam impetratam, quòd non ſit poſſibile ipſum remitti. In quo quidem errabant, & ex parte peccati (quod etiam poſt remiſſionem conſecutam, poteſt eſſe, & grauius & leuius, quàm fuerit primum peccatum remiſſum) & multò magis contra infinitatem diuinæ miſericordiæ, quæ ſuperat omnem numerum & magnitudinem peccatorum, ſecundum illud Pſal. 50. Miſerere mei deus ſecundum magnã miſericordiam tuam, & ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam. vnde reprobatur verbum Cain, dicentis Geneſ. 4. Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear: et ideo miſericordia dei peccantibus, per pœnitentiam veniã prębet abſque vllo termino: K vnde dicitur 2. Para. vlt. Immẽſa & inueſtigabilis miſericordia promiſſionis tuæ ſuper malitiam hominum. vnde manifeſtum eſt, ꝙ pœnitentia pluries eſt iterabilis.

* In lib. de vera & falſa pœnitẽ. cap. 5. to. 4.

2.2. qõ. 24. art. 11.

Ad primum ergo dicẽdum, quòd quia apud Iudæos erant ſecundum legem quædam lauacra inſtituta, in quibus pluries ſe ab immunditijs purgabant, credebãt aliqui iudæorum, quòd etiam per lauacrum baptiſmi aliquis pluries purificari poſſet. Ad quod excludendum, Apoſtolus ſcribit hebræis, quòd impoſſibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati, ſcilicet per baptiſmum, rurſum renouari ad pœnitentiam, ſcilicet F per baptiſmum, qui eſt lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritusſancti, vt dicitur ad Tit. 3. Et rationem aſſignat, ex hoc, quòd per baptiſmum homo Chriſto commoritur, vnde ſubditur, rurſus crucifigẽtes ſibimetipſis filium dei.

Ad 2m dicendum, quòd Amb. loquitur de pñia ſolenni, quæ in eccleſia non iteratur, vt infra dicetur.

Ad 3m dicendum, ꝙ ſicut Auguſt.* dicit in lib. de pœnitentia, multos cæcos & in diuerſo tempore dominus illuminauit, & multos debiles confirmauit, oſtendens in diuerſis illis eidem ſæpe peccata dimitti: vt quem prius ſanauit leproſum, alio tempore illuminet cæcum. ideo enim tot ſanauit cæcos, claudos, & aridos, ne deſperet de ſe peccator. ideo non ſcribitur aliquem niſi ſemel ſanaſſe, vt quilibet timeat iungi peccato. medicum ſe vocat, & non ſanis, ſed male habẽtibus opportunum: ſed qualis hic medicus, qui malum iteratum neſciret curare? medicorum eſt centies infirmum, cẽties curare: qui ceteris minor eſſet, ſi alijs poſſibilia ignoraret.

* In lib. de vera & falſa pœnit. c. 5. tom. 4.

Ad 4m dicendum, ꝙ pœnitere eſt anteacta peccata deflere, & flenda non committere, ſcilicet ſimul dũ flet, vel actu vel propoſito. Ille enim eſt irriſor & non pœnitens, qui ſimul dum pœnitet agit quod pœnitet; vel proponit iterum ſe facturum quod geſſit, vel etiã actualiter peccat eodẽ vel alio genere peccati. Quòd autem aliquis poſtea peccat, vel actu vel propoſito, non excludit quin prima pœnitentia vera fuerit: nũquam. n. veritas prioris actus excluditur per actũ contrarium ſubſequentẽ: ſicut enim vere cucurrit, qui poſtea ſedet, ita vere pœnituit, qui poſtea peccat.

Ad 5m dicendum, ꝙ baptiſmus habet virtutem ex paſſione Chriſti, ſicut quædam ſpiritualis generatio cum ſpirituali morte præcedentis vitę. Statutum autem eſt hominibus ſemel mori, & ſemel naſci: et ideo ſemel tantum debet homo baptizari: ſed pœnitentia habet virtutem ex paſſione Chriſti, ſicut ſpiritualis medicatio, quæ frequenter iterari poteſt.

Ad 6m dicendum, quòd ſecundum Auguſt.* in lib. de pœnitentia, conſtat deo multum diſplicere I peccata, qui ſemper præſto eſt ea deſtruere, ne ſoluatur quod creauit, nec corrumpatur quod amauit, ſcilicet per deſperationem.

* In lib. de vera & falſa pœnitẽ. cap. 5. non longe a pri cipio to. 4.

## QVAESTIO LXXXV.

*De ſacramento pœnitentiæ ſecundum quòd eſt uirtus, in ſex articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandum eſt de pœnitentia, ſecundum quòd eſt virtus.

Et circa hoc quæruntur ſex.

¶ Primo, Vtrum pœnitentia ſit virtus.
K ¶ Secundo, Vtrum ſit virtus ſpecialis.
¶ Tertio, ſub qua ſpecie virtutis contineatur.
¶ Quarto, De ſubiecto eius.
¶ Quinto, De cauſa ipſius.
¶ Sexto, De ordine eius ad alias virtutes.

### Articvlvs primvs.

*Vtrum pœnitentia ſit uirtus.*

4. diſt. 14. q. 1. art. 1. q. 2. & art. 3. q. 1. cor. & ad 2. & q. 2. & 4.

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd pœnitentia non ſit virtus. Pœnitẽtia enim eſt quoddam ſacramentum alijs ſacramentis connumeratum,



*q. pręced. art. 1. & q. 65. art. 1. †lib. 4. cap. vlt. tom. 5.

vt ex* ſupradictis patet: ſed nullum aliud ſacramentorum eſt virtus. ergo neque pœnitentia eſt virtus. A

¶ 2 Præt. Secundum Philoſophum † 4. Ethic. verecundia nõ eſt virtus: tum, quia eſt paſſio habens corporalem immutationem: tum etiam, quia non eſt diſpoſitio perfecti, cum ſit de turpi acto, quod non habet locum in homine virtuoſo: ſed ſimiliter pœnitentia eſt quædam paſſio habens corporalem immutationem, ſcilicet ploratum (ſicut Greg.* dicit, quòd pœnitere eſt peccata præterita plangere) eſt etiã de turpibꝰ factis. ſ. de peccatis, quæ non habent locum in homine virtuoſo. ergo pœnitentia non eſt virtus.

*Hom. 34. in euã. poſt mediũ. Et in regiſtro lib. 9. c. 39. non longe a fine.

¶ 3 Præt. Secundum Philoſophum 4. Ethic. nullus eſt ſtultus eorum, qui ſunt ſecundum virtutem: ſed ſtultum videtur dolere de commiſſo præterito, quod B non poteſt non eſſe, quod tamen pertinet ad pœnitentiam. ergo pœnitentia non eſt virtus.

Sed contra eſt, quòd præcepta legis dantur de actibus virtutum: quia legislator intendit ciues facere virtuoſos, vt dicitur* 2. Ethic. ſed præceptũ diuinæ legis eſt de pœnitentia, ſecũdum illud Mat. 4. Pœnitentiam agite, &c. ergo pœnitentia eſt virtus.

*lib. 2. c. 1. a med. to. 5

Respon. Dicendum, quòd ſicut ex dictis* patet, pœnitere eſt de aliquo prius a ſe facto dolere. Dictum eſt aũt ſupra† quòd dolor vel triſtitia dupliciter dicitur. vno modo, ſecũdum quòd eſt paſſio quædam appetitus ſenſitiui, & quantum ad hoc pœnitentia non eſt virtus, ſed paſſio. Alio modo, ſecundum quòd C conſiſtit in [d] volũtate, & hoc modo eſt, cum quadam electione: quæ quidem ſi ſit recta, neceſſe eſt, quòd ſit actus virtutis:* dicitur enim 2. Ethic. ꝙ virtus eſt habitus electiuus, ſecundum rationem rectam. pertinet autem ad rationem rectam, vt aliquis doleat, de quo dolendum eſt, & eo modo & fine, quo dolendum eſt: quod quidem obſeruatur in pœnitentia, de qua nunc loquimur: nam pœnitens aſſumit moderatum dolorẽ de peccatis præteritis, cum intentione remouendi ea. vnde manifeſtum eſt, ꝙ pœnitentia, de qua nunc loquimur, vel eſt virtus, vel actus virtutis.

*In iſto ar. et arg. 2. & q. præced. †Q. præce. art. 9.

D. 530.

*lib. 2. c. 2. & 6. to. 5.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ (ſicut dictum eſt*) in ſacramento pœnitentiæ materialiter ſe habent D actus humani: quod non contingit in baptiſmo vel confirmatione: et ideo cum virtus ſit principium alicuius actus, potius pœnitentia eſt virtus vel cum virtute, quàm baptiſmus ſeu confirmatio.

Q. pręced. art. 1. 2. 3.

Ad 2m dicendum, quòd pœnitentia ſecundum quòd eſt paſſio, non eſt virtus, vt dictum eſt,* ſic autem habet corporalem tranſmutationem adiunctam: eſt tamen virtus, ſecundum ꝙ habet ex parte voluntatis electionem rectam: quod tamen magis poteſt dici de pœnitentia quàm de verecundia. nam verecundia reſpicit turpe factum vt pręſens, pro quo timet confundi: pœnitentia vero vt præteritum. eſt autem contra perfectionem virtutis, quòd aliquis in E præſenti habeat turpe factum, de quo oporteat eum verecundari: non eſt autem contra perfectionem virtutis, quòd aliquis prius commiſerit turpia facta, de quibus oporteat eum pœnitere, cum ex vitioſo fiat aliquis virtuoſus.

*In corp. artic.

Ad 3m dicendum, quòd dolere de eo, quòd prius factum eſt, cum intentione conandi ad hoc, quòd factum non fuerit, eſſet ſtultum. Hoc autem non intendit pœnitens, ſed dolor eius eſt diſplicentia ſeu reprobatio facti pręteriti cum intentione remouẽdi ſequelam ipſius, ſcilicet offenſam dei, & reatum pœnæ. et hoc non eſt ſtultum.

### Articvlvs II.

*Vtrum pœnitentia ſit ſpecialis uirtus.*

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur quòd pœnitentia nõ ſit ſpecialis virtus. eiuſdem enim rationis videtur eſſe gaudere de bonis prius actis, & dolere de malis perpetratis: ſed gaudium de bono prius facto, non eſt ſpecialis virtus, ſed eſt quidam affectus laudabilis ex charitate proueniẽs, B vt patet per Aug.* 14. de Ciuitate dei. vnde & Apoſtolus primæ ad Corinth. 13. dicit, ꝙ charitas non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati. ergo pari ratione nec pœnitentia, quæ eſt dolor de peccatis præteritis, eſt ſpecialis virtus, ſed eſt quidam affectus ex charitate proueniens.

*lib. 14. c. 7. a med. to. 5

¶ 2 Præt. Quælibet virtus ſpecialis habet materiam ſpecialem: quia habitus diſtinguuntur per actus, & actus per obiecta: ſed pœ C nitentia non habet materiam ſpecialem: ſunt enim eius materia peccata pręterita circa quamcumque materiam. ergo pœnitentia non eſt ſpecialis virtus.

¶ 3 Præt. Nihil expellitur, niſi a ſuo contrario: ſed pœnitentia expellit omnia peccata. ergo contrariatur omnibus peccatis. non ergo eſt ſpecialis virtus.

Sed contra eſt, quòd de ea datur ſpeciale legis pręceptũ, vt ſupra habitum eſt.*

Q. præced. art. 5. & 7.

D Respon. Dicendum, quòd (ſicut in ſecunda parte habitum eſt*) ſpecies habituum diſtinguuntur ſecundum ſpecies actuum: et ideo vbi occurrit ſpecialis actus laudabilis, ibi neceſſe eſt ponere ſpecialem habitum virtutis. manifeſtum eſt autem, quòd in pœnitentia inuenitur ſpecialis ratio actus laudabilis, ſcilicet operari ad deſtructionem peccati præteriti, inquantum eſt dei offenſa, quod non pertinet ad rationem alterius E virtutis. vnde neceſſe eſt ponere, ꝙ pœnitentia eſt ſpecialis virtus.

* 1.2. q. 54. art. 1. ad 1. & art. 2.

Ad primvm ergo dicendum, quòd a charitate deriuatur aliquis actus dupliciter: vno modo ſicut ab ea elicitus. et talis actꝰ virtuoſus non requirit aliam virtutem præter charitatem: ſicut diligere bonum, gaudere de eo, & triſtari de oppoſito. Alio modo aliquis actus a charitate procedit, quaſi a charitate imperatus: et ſic quia ipſa imperat omnibus virtu-

¶ *Super Quæſtionis octuageſimæquintæ Articulum ſecũdũ.*

Dvbium occurrit magnũ circa materiam huius ſecundi articuli, an pœnitẽtia virtus, ſit vere & proprie vna ſpecialis virtus diſtincta a ceteris virtutibus. Et eſt ratio dubij non ſola varietas opinionum, ſed quoniã vtrinq; ratio vrget. Nam ꝙ ſit vna virtus diſtincta ab alijs, Auctoris ratio in litera cõcludit, dicens, operari ad deletionem peccati præteriti, inquantum eſt offenſa dei, per quãdam recompẽſationem, habet ſpecialem rationem actus laudabilis non pertinentem ad rationem alterius virtutis ergo pœnitentia, cui iſte actus attribuitur, ẽ ſpecialis virtus. Ad partem autem negatiuam vrget duplex rõ vna ex proprijs: qa nulla virtus exigit aut præexigit habentem ipſam ſub illius contrario, ſed pœnitentia præexigit pœnitentẽ fuiſſe ſub peccato, quod contrariatur pœnitentiæ. ergo pœnitẽtia non eſt ſpecialis virtus. Et hæc ratio conuincit intellectũ meum. Quę & confirmatur, quia virtutum ſemina sũt ita nobis inſita, vt poſſint a nobis acquiri cũ auxilio diuino, & recta ratione, &c. vt non ſit neceſſe nos peccare, ſi omnes habendæ ſunt virtutes in actu: ſed ad pœnitentiæ virtutem habẽdam in actu impoſſibile eſt nos peruenire, niſi peccatum interueniat. igitur non eſt virtus ſpecialis. nec euaditur hæc confirmatio ex hoc, quòd pœnitentia poneretur virtus non acquiſita, ſed infuſa: quoniam ſimile eſt de vtriſque iudiciũ, quo ad hoc, ꝙ non oportet peccare, vt virtutes habeamus in actu. Et cõfirmatur iterum ex parte ſubiecti: quia i Chriſto fuerunt omnes virtutes, & tamen ĩ ipſo

tibus (vtpote ordinans eas ad finē ſuum) actus a charitate procedēs, poteſt etiam ad aliam ſpecialem virtutem pertinere. ſi ergo in actu pœnitentis cōſideretur ſola diſplicentia peccati præteriti, hoc immediate ad charitatem pertinet, G ſicut & gaudere de bōis præteritis: ſed intentio operandi ad deletionem peccati præteriti, requirit ſpecialem virtutem ſub charitate.

Ad 2^m^ dicendum, quòd pœnitentia habet quidem realiter generalem materiam, inquantum reſpicit omnia peccata: ſed tamen ſub ratione ſpeciali, inquantum ſcilicet ſunt emēdabilia per actum hominis cooperantis deo ad ſuam iuſtificationem.

Ad 3^m^ dicendum, quòd quælibet virtus ſpecialis formaliter expellit habitum vitij oppoſiti: ſicut albedo expellit nigredinem ab eodem ſubiecto: ſed pœnitentia expellit omne peccatum effectiue, inquantum operatur ad deſtructionem peccati, prout eſt remiſſibile ex diuina gratia homine cooperante. vnde non ſequitur, quòd ſit virtus generalis.

ipſo non fuit pœnitentia. Altera ratio eſt, ex parte obiecti: quia ſcilicet obiectum hoc. ſ. offenſa, vt recompenſabilis per actum proprium, &c non requirit propriam virtutem. Quod ex duobus apparet. primo, ex eo quòd inter homines obiectum hoc laudabili actu voluntario attingitur, vt patet cum is qui aliquē offendit, humiliat ſe illi, confitendo ſe male feciſſe, dolēdo de offenſa, & ſubiiciendo ſe illi ad recompenſandam offenſam: per hos. n. actus recuperat etiā offenſi gratiā, iuxta illud, Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos. Et tamē nulla virt^9^ ſpecialis ponitur propter actū, aut obiectum iſtud. proportionaliter igitur loquendo, nulla eſt ponenda ſpecialis virtus ad recompenſandam dei offenſam. Secundo ex eo, ꝙ ad huiuſmodi recōpenſationē inuenitur alia virtus ſufficiens, ſ. religio: religionis. n. actus ē ſubiicere ſe deo redderéq; debitū deo, non minus offenſo ꝙ̄ benefactori, ita ꝙ ſicut reddere deo debitum ob beneficia ſuſcepta, non exigit ſpecialem virtutem vltra religionem, eadem ratione reddere deo debitum ob offenſam ī eum, ad religionem quoque ſpectabit: cadunt. n. hæ ſpeciales rationes debiti. ſ. pro beneficijs, vel pro offenſis, ſub illa cōi ratione debiti, quam attendit religio. Et confirmatur, quia præcipuus actus pœnitentiæ coincidit cum actu primo religionis: ſubiectio. n. hominis ad deum, eſt præcipuum quod pœnitentiæ virtus offert deo in recompenſam, quam eandem offert religio. Secundum actum quidem deuotionis, abſolute: ſecundum vero actum gratitudinis, pro beneficijs receptis: ſecundum actum pœnitentiæ, pro offenſa commiſſa. vnde ſicut religionis quidā actus eſt recompenſare beneficia, ita recompenſare peccata. Et confirmatur hoc: quia in lege veteri actu religionis expiabatur peccatum, & *Dauid cor* contritum & humiliatum: (quod eſt ipſa emenda pro peccato) ſacrificium appellat.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis recolendum eſt, ꝙ non vertitur in dubium, an actus pœnitentiæ ſit actus laudabilis & virtuoſus, ſed an exigat virtutem ſpecialem: ita quòd habitus eius ſit virtus diſtincta a reliquis virtutibus. Et mihi quidem videtur, ꝙ non ſit virtus diſtincta propter primas rationes allatas ex parte ſubiecti & obiecti, ſed ꝙ actus pœnitētiæ eſt act^9^ religionis: quod vt clarius percipiatur, diſtingue duos actus K pnīæ: alterum, ad recompēſandum offenſam: alterum, ad recōpenſandum indulgētiam. nā peccando, & deum offendimus, & nobis plus indulſimus, ꝙ̄ fas erat, & primum quod eſt præcipuum in pnīa, vocatur ſatisfacere quo ad culpā, ſcd͂m ſatisfacere quo ad pœnam. Horum autem actuum (vt ex his quæ inter homines videmus ad diuina aſcendamus) primus conſiſtit in tribus, ſ. diſplicentia de offenſa, confeſſione peccati, & ſubmiſſione ſui ad offenſum: cum his. n. tribus recurrit homo ad hominem pro venia. Et ſi his non placatur offenſus, nulla reſtat recta via obtinendi reconciliationem offenſi. Secunda autem ſatisfactio conſiſtit in luendo pœnam, vt clare patet. Ex his autem ad diuinam reconciliationem aſcendendo, eadem tria ſufficere credimus ad diuinam miſericordiam prouocandam. Horum autem nullum aliam virtutem ꝙ̄ charitatem religionemq; requirit: nam diſplicētia offenſæ in deum, actus eſt charitatis cuius eſt gaudere, & complacere in bono diuino. Cōfeſſio aūt peccati non ſolum exterior, ſed etiam interior, actus F eſt religionis abſque alia virtute media imperatus rationi, cuius eſt enuntiare peccatum. Submiſſio autem ſui ad deum, religionis actus eſt, nec aliquid addit ratio pnīæ, niſi cauſam, ſ. ꝓ offenſa: ſicut ratio gratitudinis addit pro beneficio. Et probatur ratione, quia religionis actus eſt quo excellentiam diuinā, nſamq; ſubiectionē ad deū profitemur: ſed vterq; iſtorum actuū. ſ. interior cōfeſſio, & voluntaria ſubmiſſio, in vtriuſque profeſſione cōſiſtit. Nam qui confitetur deo aduerſus ſe iniuſtitiam ſuam, ſubmittendo ſe & confeſſione & ſubmiſſione ſubiectionem ſuam fatetur, ſimul & excellentiā diuinam, cui ſe ſubmittit, cuius excellentiſſima omnipotentia parcendo manifeſtatur, cuiq; ꝓprium eſt miſereri ſemper, & parcere. Eſt igitur velle operari ad recompenſationem offenſæ propriæ deo, religionis actus elicitus. Et cōfirmatur: quia virtus pnīæ nō eſt virtus (vt infra patebit) acquiſita, ſed infuſa: non ex ratione naturali, ſed ex lumine diuinæ relationis vim habens, eodēq; curſu, quo religio currit accepta. In cuius ſignū inter præcepta religionis, ita ſunt ſacrificia & orationes I pro peccatis, ſicut pro beneficijs.

¶ Nec ꝓpterea arguimus Auctorem: qm̄ verum eſt, pnīam eſſe ſpecialem virtutem, latiori vocabulo vtendo. Nec hoc mirum videatur alicui, aut nouum in doctrina Auctoris: qm̄ in præcedenti libro ſimile quid apparet, dum poſita eſt virginitas ſpecialis virtus, quæ tamen non eſt, niſi religio determinata ad tā excellentem materiam. Reliquus vero actus pnīæ. ſ. ſatisfacere quo ad pœnam, poteſt poni actus religionis imperatus mediāte virtute vindicatiuæ iuſtitiæ participatæ in ſubdito: ita ꝙ peccator puniat ſe quaſi miniſter dei vindicantis. Poteſt etiam poni actus religionis immediate, pro quanto religio ipſa debitam pœnam exoluit, vt perficiatur ſatisfactio debita a filio ſeruoque domino ac patri: hoc. n. iuſtum ſm̄ quid religio attendit inter hominem & deum, cum iuſtum ſimpliciter eſſe nequeat. Potes autem percipere hanc quoque ſatisfactionem ſpectare ad religionem, ex eo ꝙ nonnullus cultus eſt diuinæ excellentiæ ex noſtra ſubiectione, vt voluntarie huiuſmodi pœnas offeramus ei pro vſurpatis contra aut præter voluntatem diuinam. Et hæc de hac difficultate dicta ſufficiant: proſequemur in ſequentibus tractatum de pœnitentia, ea dicendo quæ ſtant cum vtraque opinione. ſ. ꝙ pnīa ſit vna virtus per ſe diſtincta a reliquis, & ꝙ pœnitentia coincidat cum religione totaliter aut principaliter, & cum iuſtitia forte vindicatiua ſeu commutatiua, quo ad actum ſecundarium.

ARTICVLVS III.

*Vtrum uirtus pœnitentiæ ſit ſpecies iuſtitiæ.*

Infr. art. 4. cor. & 4. di. 14. q. 1. art. 1. q. 4. ad 4. & q. 5. per to. & diſt. 15. q. 1. art. 1. q. 3. ad 4.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd virtus pœnitentiæ non ſit ſpecies iuſtitiæ. Iuſtitia enim non eſt virtus theologica, ſed moralis, vt in ſecunda parte patet: * pœnitentia autem videtur eſſe virtus theologica, quia habet deum pro obiecto: ſatisfacit enim Deo, cui etiam reconciliat peccatorem. ergo videtur, ꝙ pœnitentia non ſit ſpecies iuſtitiæ.

* 1.2. q. 61. art. 2. & 3.

¶ 2 Præt. Iuſtitia cum ſit virtus moralis, cōſiſtit in medio: ſed pœnitentia non conſiſtit in medio, H ſed in quodam exceſſu, ſecundum illud Hier. 6. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. ergo pœnitentia non eſt ſpecies iuſtitiæ.

¶ 3 Præt. Duæ ſunt ſpecies iuſtitiæ (vt dicitur in 5. Ethic.*) ſcilicet diſtributiua & commutatiua: ſed ſub neutra videtur pœnitentia contineri. ergo videtur ꝙ pœnitentia non ſit ſpecies iuſtitiæ.

* li. 5. Ethi. ca. 4. to. 5.

¶ 4 Præt. Super illud Luc. 6. Beati qui nunc fletis, dicit gloſ.* ecce

* gl. ordinaria ibid.



prudentia, qua oſtenditur quàm A hæc terrena ſint miſera, & quàm beata cæleſtia: ſed flere eſt actus pœnitentiæ. ergo pœnitentia magis eſt ſpecies prudentiæ quàm iuſtitiæ.

SED CONTRA eſt, quòd Auguſt * dicit in lib. de pœnitentia, Pœnitentia eſt quædam dolentis vindicta, ſemper puniens in ſe quod dolet commiſiſſe: ſed vindictam facere pertinet ad iuſtitiā: vnde Tullius * in ſua Rheto. ponit vindicatiuam vnam ſpeciem iuſtitiæ. ergo videtur, quòd pœnitentia B ſit ſpecies iuſtitiæ.

* In lib. de uera & falſa pœnitē. c. 8. a med. tom. 4.

* lib. 2. de inuētione fol. 4. ante finem.

RESPON. Dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt *) pœnitentia non habet, quòd ſit virtus ſpecialis ex hoc ſolo, quòd dolet de malo perpetrato (ad hoc enim ſufficeret charitas) ſed ex eo, quòd pœnitens dolet de peccato commiſſo, inquantum eſt offenſa dei, cum emendationis propoſito. Emendatio autem offenſæ contra aliquem commiſſæ, non fit per ſolam ceſſationem offenſæ, ſed exigitur vlterius quædam recompenſatio, quæ habet locum in offenſis C in alterum commiſſis, ſicut & retributio: niſi quòd recompenſatio eſt ex parte eius, qui offendit (vtpote cum ſatisfactione) retributio autem eſt ex parte eius, in quem eſt offenſa commiſſa. Vtrumque autem ad materiam iuſtitiæ pertinet: quia vtrumque eſt commutatio quædam. vnde manifeſtum eſt, quòd pœnitentia ſecundum quòd eſt virtus, eſt pars [d] iuſtitiæ. ſciendum tamen eſt, quòd ſecundum D Philoſophum * in 5. Ethic. dupliciter dicitur iuſtum, ſcilicet ſimpliciter & ſecundum quid. ſimpliciter quidem iuſtum, eſt inter æquales, eo quòd iuſtitia eſt æqualitas quædam, quod ipſe vocat iuſtum politicum vel ciuile, eo quòd omnes ciues æquales ſunt, quantum ad hoc, quòd immediate ſunt ſub principe, ſicut liberi exiſtentes. Iuſtum autem [d] ſecundum quid dicitur, quod eſt inter illos, quorum vnus eſt ſub poteſtate alterius: ſicut ſeruus ſub domino, filius ſub patre, vxor ſub viro. Et tale iuſtum conſideratur in pœnitentia. vnde pœnitens recurrit ad deum, cum emendationis propoſito, ſicut ſeruus ad dominum, ſecundum illud Pſal. 122. Sicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum, ita oculi noſtri ad dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri. et ſicut filius ad patrem, ſecūdum A illud Luc. 15. Pater peccaui in cælum & coram te. et ſicut vxor ad virum, ſecundum illud Hier. 3. Fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit dn̄s.

art. prçced.

D. 1017.

* li. 5. Ethi. ca. 6. to. 5.

D. 803.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd (ſicut in 5. Ethic.* dicitur) iuſtitia eſt virtus ad alterum. Ille autem, ad quem eſt iuſtitia, nō dicitur eſſe materia iuſtitiæ, ſed magis res quæ diſtribuuntur, vel commutantur. vnde & materia pœnitentiæ non eſt deus, ſed actus humani quib^9^ deus offenditur vel B placatur: ſed deus ſe habet, ſicut ille, ad quem eſt iuſtitia. Ex quo patet, ꝙ * iuſtitia non eſt virtus theologica: quia non habet deum pro obiecto vel materia.

* lib. 5. c. 1. non longe a fine to. 5.

* Alias pœnitentia.

Ad 2^m^ dicendum, ꝙ medium iuſtitiæ eſt æqualitas, quæ conſtituitur inter illos, inter quos eſt iuſtitia, vt dicitur in 5. Ethic.* In quibuſdam autem nō poteſt perfecta æqualitas conſtitui propter alterius excellentiam: ſicut inter patrem & filium, inter deum, & hominem, vt Philoſophus * dicit in C 8. Ethic. vnde in talibus ille, qui eſt deficiens, debet facere quicquid poteſt. nec tamen hoc erit ſufficiēs ſimpliciter: ſed ſolum ſecundum acceptationem ſuperioris. et hoc ſignificatur per exceſſum, qui attribuitur pœnitentiæ.

* lib. 5. ca. 1. & 2. to. 5.

* lib. 8. cap. ult. to. 5.

Ad 3^m^ dicendum, quòd ſicut eſt commutatio quædam in beneficijs (cum ſcilicet aliquis pro beneficio recepto gratiam rependit) ita etiam eſt commutatio in offen- D ſis, cum aliquis pro offenſa in alterum commiſſa, vel inuitus punitur, quod pertinet ad vindicatiuā iuſtitiam, vel voluntarie recompenſat emēdam, quod pertinet ad pœnitentiam, quæ reſpicit perſonam peccatoris, ſicut iuſtitia vindicatiua perſonam iudicis. vnde manifeſtum eſt, quòd vtraque ſub iuſtitia commutatiua continetur.

Ad 4^m^ dicendum, quòd pœnitentia licet ſit directe ſpecies iu- E ſtitiæ: comprehendit tamen quodammodo ea, quę pertinēt ad omnes virtutes. inquantum enim eſt iuſtitia quędam hominis ad deum, oportet quòd participet ea, quæ ſunt virtutum theologicarum, quę habent deum pro obiecto. vnde pœnitentia eſt, cum fide paſſionis Chriſti, per quam iuſtificamur a peccatis, & cum ſpe veniæ, & cum odio vitiorum, quod pertinet ad charitatem. inquātum vero eſt virtus moralis, participat aliquid prudentiæ, quæ eſt directiua om-

¶ *Super Quæſtionis octuageſimæquintæ Articulum tertium.*

IN art. 3, tria aduertenda occurrunt. primum eſt de actu pœnitentiæ, an contineatur ſub commutatiua iuſtitia. Secundum eſt, an ſiſtat in commutatiua iuſtitia. Tertium eſt, an reddat æquale ſimpliciter, vel ſecundum acceptationem dei tantum. Et primum quidem propter Sco. qui in 4. ſent. diſtin. 14. quæſt. 2. poſuit actum pnię eſſe actum iuſtitiæ punitiuæ, quæ diſtinguitur contra iuſtitiam commutatiuam: tenuit n. pœnitentem, vt miniſtrum iudicis punire ſe, vt culpa ordinetur per pœnam, ac per hoc cum actus iudicis ſit vindicare, ſeu velle infligere pœnam ꝓ peccato, qui eſt act^9^ iuſtitiæ vindicatiuæ, idem actus erit in pœnitente, tamquam exequente cōtra ſeipſum vindictam a iudice ſtatutam. Secundum vero dubium motum eſt propter Duran. diſtinc. 14. articu. 2. vbi ponit pœnitentiam eſſe idem, qđ iuſtitia commutatiua: quia ordinat hominem ad alterum, ideſt deum in ratione debiti propter offenſam. Tertium autem mouetur propter Scot. vbi ſupra. quæſt. 3. tenentem, quòd æquale ex natura rei poſſet reddi, ita ꝙ pœna eſſet æqualis culpę, vt ſic culpa ſufficienter ordinetur propter pœnā.

¶ Ad horum euidentiam notādum eſt primo, quòd Auctor loquitur de pœnitentia, vt eſt recōpenſatiua deo, tam pro culpa quàm ꝓ pœna, Scotus vero ſolam pœnæ rationem habuit: nec poſuit pœnitētiam ad reconciliandum deum offenſum, ſed ſolummodo ad puniendam culpam commiſſam. vnde aduerte ſecundo, quòd Auctor poſuit pœnitentem, vt alterum extremum reſpectu dei: Scotus vero poſuit pœnitentem in vtroque extremo dum ponit ipſum ex vna parte, ut *miniſtrum* iudicis uindicantem, & ex altera parte ponit ipſum ut reū, in quem fit uindicta, conſtituendo æqualitatem pœnæ ad culpam, & propterea non eſt mirum, ſi uaria dicuntur ab *iſtis*. Verum ſi diligentius perſpectum fuerit, & præcipuus pœnitentiæ actus conſideratus fuerit, apparebit ꝙ prima pœnitentiæ intentio eſt operari ad recōciliationem offenſi per recognitionem peccati, & ſubmiſſionem ſui, iuxta illud, Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. ubi impietatem dixit, non pœnā monſtrās per hoc, quòd huiuſmodi ſui ipſius accuſatio apud deū remiſſioni offenſæ cooperatur, utpote ad illam ordinata. Et hinc ſequitur, quòd pœnitens ut pœnitens, nō tenet perſonam miniſtri & rei: ſed rei tantūmodo non puniendi tantum, ſed principalius reconciliandi per proprium opus ad diuinam miſericordiam accedentis. Vnde ad primum dubium dicitur, ꝙ licet pœnitētia quo ad actum ſecundarium, qui eſt ſolutio pœnæ, ſit forte act^9^ iuſtitiæ uindicatiuæ: quia tamen uindicta fit ſecundum æquale iuſtitiæ commutatiuæ, ex hoc *ipſo non* excluditur iuſtitia commutatiua, ſed includitur, ſicut genus includitur in ſpecie: nec. n. aliter diſtinguitur uindicatiua contra commutatiuam, niſi ſicut ſpecies diſtinguitur a genere. Ad *ſecundum uero* dubium dicitur, quòd cum inter deum & hominem non ſit iuſtū ſimpliciter, ſed ſecundum quid, nō uidetur erudite dictum, ꝙ pœnitentia coincidit cum iuſtitia abſolute. Nec ratio allata *hoc infert*: quoniā oportet addere, quòd reddit debitum æquale, quod hic non ſaluatur. Ad tertium autem dicēdum puto, quòd in æquiuoco laboramus: quoniam nos de ęquali ad totū quod debetur ex peccati ratione, loquimur, & dicimus nō poſſe reddi ęquale deo. Ille uero de æquali ad ſolā pœnā tpalē, quæ poſt reconciliationem ſoluenda reſtat, loqui uī, quam æqualitatē fieri poſſe non uī negandū. cum Iob dicat, Vtinam appenderētur peccata mea, quib^9^ iram merui, & calamitas, quam patior in ſtatera, quaſi arena maris hæc grauior appareret.

¶ *Super*

nium moralium virtutum: ſed ex ipſa ratione iuſtitię non ſolum habet id quod iuſtitiæ eſt, ſed etiam ea quę ſunt temperantiæ & fortitudinis, inquantum ſcilicet ea, quæ delectationem cauſant, ad temperantiam pertinent, vel terrorem incutiunt, quem fortitudo moderatur, in commutationem iuſtitiæ veniunt. et ſecundum hoc ad iuſtitiam pertinet, & abſtinere a delectabilibus, quod pertinet ad temperantiam, & ſuſtinere dura, quod pertinet ad fortitudinem.

*¶ Super Quæſtionis octuageſimæquintæ Articulum quartum.*

IN art. 4. intellige nouitie, quòd ſicut iuſtitia eſt volũtas ius ſuum vnicuique tribuens, ita pœnitentia eſt volũtas tribuens deo ius ſuum pro peccato contra eum commiſſo. eſt enim (ſiue ſit idem quod religio ſiue non) talis voluntas: quoniam pars eſt iuſtitiæ, quę in actu voluntatis conſiſtit. Reddit autem pœnitentia deo ius ſuum pro offenſa, confitendo, deteſtando, ac ſubmittẽdo ſe peccatorẽ deo offenſo: hoc. n. eſt æquale ſecundum quid, quod ab homine reddi poteſt: quo ad pœnam vero affligendo ſe, &c.

¶ Et quoniam huiuſmodi volũtas ex maiori, vel minori poteſt affectu procedere, ideo varia inuenitur diſpoſitio vere pœnitentium: maior minorq; fructus diuinæ gratiæ inde percipitur.

4. diſt. 14. q. 2. art. 3. q. 1. per to. & q. 4. cor.

*In lib. de vera & falſa pęnit. c. 8. a medio. tom. 4.

*ca. 1. to. 2.

ARTICVLVS IIII.

*Vtrum uoluntas ſit proprie ſubiectum pœnitentiæ.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd ſubiectum pœnitentiæ non ſit proprie voluntas. Pœnitentia enim eſt triſtitiæ ſpecies: ſed triſtitia eſt in concupiſcibili, ſicut & gaudium. ergo pœnitentia eſt in concupiſcibili.

¶ 2 Præt. Pœnitentia eſt vindicta quædam ſicut Auguſ. *dicit in lib. de pœnitentia: ſed vindicta videtur ad iraſcibilem pertinere: quia ira eſt appetitus vindictæ. ergo videtur, quòd pœnitentia ſit in iraſcibili.

¶ 3 Præt. Præteritum eſt proprium obiectum memoriæ, ſecundum Philoſophum * in lib. de Memoria: ſed pœnitentia eſt de præterito, vt dictum eſt. ergo pœnitentia eſt ĩ memoria ſicut ĩ ſubiecto.

¶ 4 Pręt. Nihil agit vbi non eſt: ſed pœnitẽtia excludit peccatum ab omnibus viribus animæ. ergo pœnitentia eſt in qualibet vi animæ, & non in voluntate tantum.

SED CONTRA, Pœnitentia eſt ſacrificium quoddam, ſecũdum illud pſal. 50. Sacrificiũ deo ſpiritus contribulatus: ſed offerre ſacrificium eſt actus voluntatis, ſecũndum illud pſal 53. Voluntarie ſacrificabo tibi. ergo pœnitentia eſt in voluntate.

RESPON. Dicendum, quòd de pœnitentia dupliciter loqui poſſumus. Vno modo, ſecundum quòd eſt paſſio quædam: et ſic cum ſit ſpecies triſtitiæ, eſt in cõcupiſcibili ſicut in ſubiecto. Alio modo, ſecundum ꝙ eſt virtus: & ſic, ſicut dictum eſt, * eſt ſpecies iuſtitiæ. Iuſtitia autem (vt in ſecunda parte habitum eſt†) habet pro ſubiecto appetitum rationis, qui eſt volũtas: vnde manifeſtum eſt, quòd pœnitentia, ſecundum ꝙ eſt virtus, eſt in voluntate ſicut in ſubiecto, & propri' eius actus eſt propoſitum emẽdandi deo illud, quod contra eum commiſſum eſt.

* art. ꝓced. † 1. 2. q. 56. art. 6.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de pœnitentia, ſecundum quòd eſt paſſio.

AD 2^m dicẽdum, ꝙ vindictã appetere ex paſſione de alio, ꝑtinet ad iraſcibilẽ: ſed appetere vel facere vindictam ex rõne de ſe vel de alio, pertinet ad volũtatẽ.

AD 3^m dicendum, quòd memoria eſt vis apprehenſiua præteriti: pœnitentia autem non pertinet ad vim apprehenſiuam, ſed ad appetitiuã, quæ præſup- F ponit actum apprehenſiuæ. vnde pœnitentia non eſt in memoria: ſed præſupponit eam.

AD 4^m dicendum, quòd voluntas (ſicut in prima parte habitum eſt*) mouet oẽs alias potentias aĩæ. et ideo non eſt inconueniens, ſi pœnitentia in voluntate exiſtens, aliquid in ſingulis potẽtijs animæ operetur. 1. 1. qõ. 81. art. 4.

ARTICVLVS V.

*Vtrum principium pœnitentiæ ſit ex timore.*

G AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd principiũ pœnitentiæ non ſit ex timore. pœnitentia. n. incipit in diſplicentia peccatorum: ſed hoc pertinet ad charitatem, vt ſupra dictum eſt.* ergo pœnitentia magis oritur ex amore, quàm ex timore.

¶ 2 Pręt. Ad pœnitentiam homines prouocantur per expectationem regni cæleſtis, ſecũdum illud Matth. 3. & 4. Pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cælorum: ſed regnum cælorum eſt H obiectum ſpei. ergo pœnitẽtia magis ꝓcedit ex ſpe, quàm ex timore.

¶ 3 Præt. Timor eſt quidam actus interior hominis: pœnitentia autẽ non videtur in nobis eſſe ex opere hominis, ſed ex opere dei, ſecundũ illud Hier. 31. poſtq̃ cõuertiſti me, egi pœnitentiam. ergo pœnitentia non procedit ex timore.

SED CONTRA eſt, quòd Iſa. 26. dicitur, ſicut quæ concepit, I cum appropinquauerit ad partũ, dolens clamat in doloribus ſuis, ſic facti ſumus, ſcilicet per pœnitẽtiam. et poſtea ſubditur ſecundum aliam literam, A timore tuo domine concepimus, & quaſi parturiuimus, & peperimus ſpiritum ſalutis, id eſt, pœnitentiæ ſalutaris, vt per pręmiſſa patet.* ergo pœnitentia procedit ex timore. * ex qõ. ꝓced. art. 6.

RESPON. Dicendum, quòd de pœnitentia loqui poſſumus dupliciter. vno modo quantũ ad habitum: et ſic immediate a deo in- K funditur ſine nobis principaliter operantibus: non tamen ſine nobis diſpoſitiue cooperantibus per aliquos actus. alio modo poſſumus loqui de pœnitentia quãtum ad actus, quibus deo operanti in pœnitentia cooperamur. quorum actuum primum principium eſt dei operatio conuertentis cor, ſecundum illud Thren. vlti. Conuerte nos domine ad te, & conuertemur: ſecundus actus eſt motus fidei: tertius eſt motus timoris ſeruilis, quo quis timore ſuppliciorũ a peccatis retrahitur: quartus act' eſt motus ſpei, quo quis ſub ſpe veniæ conſequendæ aſſumit propoſitum emẽdandi. quintus actus eſt motus charitatis, quo alicui peccatum diſplicet, ſecundum ſeipſum, & non iam propter ſupplicia. Sextus actus eſt motus timoris filialis, quo propter reuerentiã dei aliquis emendam deo voluntarius offert. Sic igitur patet, ꝙ actus pœnitentiæ a timore ſeruili procedit, ſicut a primo motu affectus ad hoc ordinato, a timore autem filiali ſicut ab immediato, & proximo principio.

*¶ Super Quæſtionis octuageſimæquintæ Articulum quintũ & ſextum.*

IN art. 5. & 6 ſimul ne fallaris nouitie intelligens, actus, quibus deo in pœnitentia cooperamũr, eſſe actus procedentes a virtute pœnitentiæ. Hoc n. falſum eſt: cum multi actus illi, ſcilicet qũi ſine charitate eſſe poſſunt, præcedant pœnitentiam, vt eſt virtus: & tamen ſunt actus boni, quibus deo cooperamur ad pœnitentiam conſequendam. Nec te tũrbet actus timoris ſeruilis: quoniam pro timore pœnarum ſumitur, & eſt bonus, & non pro timore pœnarum tantum.

4. diſt. 14. q. 1. art. 2. q. 1. per to. & q. 2. cor. *art. 3. hui' quæſt.

¶ In eodem art. 6. dubium occurrit ex Sco. & Durand. an pœnitentia ſit virtus acquiſita. Nam Scotus vbi ſupra, qõ 3. tenet pœnitentiam eſſe virtutem acquiſitam, quia voluntas ex frequentatis actibus pœnitendi poteſt generare in ſe habitum inclinantem ad ſimiles actus, & ille erit vere virtus: quia rectiſſimę rationi conſonus. Et amplius ſentit, quòd poteſt eſſe informis: quia poteſt manere cum peccato mortali. Duran. autem vbi ſupra negat ipſam eſſe virtutẽ infuſam: quia nulla talis eſt præter theologicas.

¶ Ad huius euidentiam ſciendum eſt, quòd eſſe virtutem infuſam, contingit dupliciter, vel per ſe, vel per accidens. Per ſe quidem virtus infuſa eſt, quæ nec ex natura, nec ex acquiſitione, ſed ſola infuſione haberi poteſt, vt charitas. Per accidens autem eſt, quæ ex ſuo genere nata eſt acquiri, ſed accidit ꝙ in hoc ſit infuſa, vt cum deus infundit alicui habitum ſciẽtię moralis vel naturalis, aut habitũ tẽperantiæ ſeu fortitudinis. Rurſus ſciendum eſt, quòd aliud eſt habere aliquẽ habitum electiuum ſecundum rõnem rectam, & aliud eſt habere ſimilẽ habitũ ſ̃m rationem virtutis. verbi grã, aliud eſt habere habitum amoris acquiſitũ ex frequentibus actib' amandi deum, & ꝓximum etiam ſ̃m regulas fidei, & aliud eſt habere virtutem charitatis. habere. n. virtutẽ charitatis, ẽ habere habitum infuſum diuidentem filios dei a filijs perditionis: habere aũt habitum acquiſitæ charitatis nõ eſt habere huiuſmodi virtutẽ, quæ eſt donũ dei, vt ex ſe patet.

¶ His præmiſſis dr̃, ꝙ quia pœnitentia, eſt per ſe virtus infuſa, quantũcũq; ex frequentatis pœnitendi actibus ſimilis habitus generari poſſit, nũq̃ tñ perueniet ad plenã rationem virtutis pœnitentiæ: quia nũq̃ perueniet ad hoc, ꝙ ſit donum reconcilians deo offenſo. Quòd autem pœnitentia ſit virtus per ſe infuſa, ex eo patet, ꝙ oẽs illæ virtutes, quæ ex ſuo genere ordinãt hominem ſecundum ſtatũ vitæ gratiæ, ſunt ex ſuo genere infuſæ: vtpote excedentes ſtatum vitæ, quę eſt ſ̃m naturã & rationem naturalem: ſed virtutem pnĩæ, cõſtat ad ſtatum vitæ, quæ eſt ſecundũ gratiam dei pertinere, ſicut & religionẽ, ut eſt circa ſacra, circa uenerationẽ dei, unius & trini, &c. Vnde apparet falsũ eſſe ſolas theologales uirtutes eſſe infuſas, & uirtutem pnĩæ poſſe eẽ informẽ ſeu cum peccato mortali, optimeque Auctorẽ dixiſſe, ꝙ actus & habitus charitatis ſimul ſũt tp̃e cũ actu & habitu pnĩæ, cum iuſtificatur impius. Et ꝑ hoc patet reſponſio ad obiecta.

4. diſ. 14. q. 1. art. 1. q. 6 ad 6. & art. 1. q. 2.

*gl. ordinaria ibid.



AD PRIMVM ergo dicendum, quòd peccatum primo incipit homini diſplicere (maxime peccatori) propter ſupplicia, quæ reſpicit timor ſeruilis, quàm ꝓpter dei offenſam vel peccati turpitudinem, quod pertinet ad charitatẽ.

AD 2^m dicendum, quòd in regno cælorum appropinquante intelligitur aduentus regis, non ſolum præmiantis, ſed etiam puniẽtis. vnde & Matth. 3. Ioannes baptiſta dicebat, Progenies viperarum, quis demonſtrabit vobis fugere a ventura ira?

AD 3^m dicendum, quòd ipſe etiam motus timoris procedit ex actu dei conuertentis cor. vnde dicitur Deut. 5. Quis det eos talem habere mentem, vt timeant me? et ideo per hoc, quòd pœnitentia a timore procedit, non excluditur quin procedat ex actu dei conuertentis cor.

ARTICVLVS VI.

*Vtrum pœnitentia ſit prima uirtutum.*

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quòd pœnitentia ſit prima virtutum: quia ſuper illud Matth. 3. Pœnitentiam agite, dicit gloſ. * Prima virtus eſt, per pœnitẽtiam punire veterem hominem, & vitia odiſſe.

¶ 2 Pręt. Recedere a termino, prius eſſe videtur, quàm accedere ad terminum: ſed omnes aliæ virtutes pertinere videntur ad acceſſum ad terminum (quia per omnes ordinatur homo ad bonum agendum) pœnitentia autem videtur ordinari ad receſſum a malo. ergo pœnitentia videtur eſſe prior omnibus alijs virtutibus.

¶ 3 Pręt. Ante pœnitentiam eſt peccatum in anima: ſed ſimul cum peccato nulla virtus animæ ineſt. ergo nulla virtus eſt ante pœnitentiam; ſed ipſa videtur eſſe prima, A quæ alijs aditum aperit, excludendo peccatum.

SED CONTRA eſt, quòd pœnitentia procedit ex fide, ſpe, & charitate, ſicut iam dictum eſt.* non ergo eſt pœnitentia prima virtutum. * art. ꝓced.

RESPON. Dicendum, quòd in virtutibus non attenditur ordo temporis quantum ad habitus: quia cum virtutes ſint connexæ (vt in ſecunda parte habitum eſt*) omnes ſimul incipiunt eſſe in anima: ſed dicitur vna earum eſſe prior altera ordine naturę, qui conſideratur ex ordine [d] actuum, ſecundum. ſ. ꝙ actus vnius virtutis præſupponit actum alterius virtutis. ſecundum hoc igitur dicendum eſt, quòd actus quidam laudabiles etiam tempore præcedere poſſunt B actum, & habitum pœnitẽtiæ: ſicut actus fidei & ſpei informium, & actus timoris ſeruilis. Actus autem & habitus charitatis ſimul ſunt tempore, cum actu & habitu pœnitentię, & cum habitibus aliarum virtutum. nam ſicut in ſecunda parte habitum eſt,* in iuſtificatiõe impij ſimul eſt motus liberi arbitrij in deũ, (qui eſt actus fidei per charitatem formatus) & motus liberi arbitrij in peccatum, qui eſt actus pœnitentiæ: horum tamen duorum actuum, primus naturaliter præcedit ſecundum. nam actus virtutis pœnitentiæ eſt contra peccatum ex amore dei, vnde primus actus eſt ratio & cauſa ſecundi. Sic igitur pœnitentia non eſt ſimpliciter prima virtutum, nec ordine tem- C poris, nec ordine naturæ: quia ſecundum ordinem naturæ ſimpliciter præcedunt ipſam virtutes [d] theologicæ: ſed quantum ad aliquid eſt prima inter ceteras virtutes ordine temporis, quãtum ad eius actum, qui primus occurrit in iuſtificatione impij: ſed ordine naturæ videntur eſſe aliæ virtutes priores, ſicut quod eſt per ſe, eſt prius eo, quod eſt per accidẽs. nam aliæ virtutes, per ſe videntur eſſe neceſſarię ad bonum hominis: pnĩa aũt ſuppoſito quodam. ſ. peccato præexiſtenti, ſicut etiam dictum eſt* circa ordinem ſacramenti pœnitentiæ ad alia ſacramenta pręedicta.

* 1. 2. q. 65. art. 1.

D. 1177.

1. 2. q. 113. art. 3. & 8.

D. 1018.

Q. 66. ar. 4.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ gl illa loquitur D quantum ad hoc, ꝙ actus pœnitentiæ primus eſt tempore inter actus aliarum virtutum moralium.

AD 2^m dicendum, quòd in motibus ſucceſſiuis recedere a termino, eſt prius tempore quàm peruenire ad terminum, & prius natura, quantum eſt ex parte ſubiecti, ſiue ſecũdum ordinem cauſæ materialis: ſed ſecundum ordinem cauſæ agentis, & finalis, prius eſt peruenire ad teminũ: hoc enim eſt quod primo agens intendit. et hic ordo præcipue attenditur in actibus animæ, vt dicitur in 2. Phyſic.

AD 3^m dicendum, quòd pœnitentia aperit aditum virtutibus, expellendo peccatum per virtutem fidei & charitatis, quæ ſunt naturaliter priores: ita tamen E aperit eis aditum, quòd ipſæ ſimul intrant cum ipſa. nam in iuſtificatione impij ſimul cum motu liberi arbitrij in deum & in peccatum, eſt remiſſio culpæ & infuſio gratiæ, cum qua ſimul infunduntur omnes virtutes, vt in ſecunda parte habitum eſt.* 1. 2. q. 113. art. 7. & 8. Et q. 65. ar. 3. & 2.

*QVAESTIO LXXXVI.*

*De effectu pœnitentiæ quo ad mortalium peccatorum remiſſionem, in ſex articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de effectu pœnitentiæ. Et primo, quantum ad remiſſionem peccatorum mortalium: ſecundo, quãtum ad remiſſionem peccatorum venialiũ: tertio, quãtum ad reditum peccatorum dimiſſorum:

quarto

quarto quantum ad reſtitutionem virtutum.

## Circa primum quæruntur ſex.

¶ Primo, Vtrum omnia peccata mortalia per pœnitentiam auferantur.
¶ Secundo, Vtrum poſſint ſine pœnitentia tolli.
¶ Tertio, Vtrum vnum poſſit remitti ſine alio.
¶ Quarto, Vtrum pœnitentia auferat culpam remanente reatu.
¶ Quinto, Vtrum remaneant reliquię peccatorum.
¶ Sexto, Vtrum auferre peccatum, ſit effectus pnīæ inquantum eſt virtus, an inquantum eſt ſacramentū.

### Articvlvs primvs.

*Vtrum per pœnitentiam omnia peccata remoueantur.*

Infra q.87. art.1. & 4. diſt.14 q.2. art.1.q.1.& diſt.16. q͂ō. 1.ar.2. q 3. & 3.contra cap.196. & opuſc.3. c. 146. *gl.interlinearis, ibi. * lib.1 in vltimo fol.li. tom.4.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd per pœnitentiam non omnia peccata remoueantur. dicit enim Apoſtolus Heb. 12. quòd Eſau non inuenit pœnitentiæ locum, quãquam cum lachrymis inquiſiſſet eam glof.* ideſt, non inuenit locum veniæ & benedictionis per pœnitentiam. & 2. Mach. 9. dicitur de Antiocho, orabat ſceleſtus deum, a quo non erat miſericordiam conſecuturus. non ergo videtur, quòd per pœnitentiam omnia peccata tollantur.

¶ 2 Præt. Auguſ.† dicit in lib. de ſermone domini in monte, ꝙ tanta labes eſt illius peccati, ſcilicet cum poſt agnitionem dei per gratiam Chriſti, oppugnat aliquis fraternitatem, & aduerſus ipſam gratiam, inuidiæ facibus agitatur, vt deprecandi humilitatē ſubire non poſſit, etiam ſi peccatum ſuum mala conſcientia agnoſcere & annuntiare cogatur. non ergo omne peccatum poteſt per pœnitentiam tolli.

¶ 3 Præt. Dominus dicit Matth. 12. Qui dixerit contra Spiritumſanctum verbum, non remittetur ei neque in hoc ſæculo neque in futuro. non ergo omne peccatum remitti poteſt per pœnitentiam.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Ezech. 18. Omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt, non recordabor amplius.

RESPON. Dicendum, ꝙ hoc, quòd aliquod peccatum per pœnitentiam tolli nō poſſit, poteſt contingere dupliciter: uno modo, quia aliquis de peccato pœnitere non poſſet: alio modo, quia pœnitentia non poſſet delere peccatum. Primo quidem modo, non

D. 151. poſſunt per pœnitentiam deleri peccata [d] dæmonum, & etiam hominum damnatorum: quia affectus eorū ſunt confirmati in malo: ita quòd non poteſt eis diſplicere peccatum inquantum eſt culpa, ſed ſolum diſplicet eis pœna, quam patiuntur, ratione cuius aliquam pœnitentiam, ſed infructuoſam habent, ſecundum illud Sap 5. Pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes. vnde talis pœnitentia non eſt K

D. 1019. cum ſpe veniæ: ſed cum deſperatione. tale autem [d] non poteſt eſſe aliquod peccatum hominis viatoris, cuius liberum arbitrium flexibile eſt ad bonum & ad malū. Vnde dicere, quòd aliquod peccatum ſit in hac vita, de quo quis pœnitere non poſſit, erroneum eſt. Primo quidem, quia per hoc tolleretur libertas arbitrij. Secūdo, quia per hoc derogaretur virtuti gratiæ, per quam moueri poteſt cor cuiuſcumque peccatoris ad pœnitendum, ſecundum illud Prouerb. 21. Cor regis in manu dei, & quocumque voluerit, vertet illud. Quòd autem ſecundo modo non poſſit per verā pœnitentiam aliquod peccatum remitti, eſt etiam erro-

F neum. primo quidem, quia repugnat diuinæ miſericordiæ, de qua dicitur Ioel. 2. quòd benignus & miſericors eſt, & patiens, & multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malitia: vinceretur enim quodammodo deus ab homine, ſi homo peccatū vellet deleri, quod deus delere non vellet. Secundo, quia hoc derogaret virtuti paſſionis Chriſti, per quam pœnitentia operatur, ſicut & cetera ſacramenta, cum ſcriptum ſit primæ Ioan. 2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non ſolum noſtris, ſed etiam totius mundi. vnde ſimpliciter dicendum eſt, quòd omne peccatum in hac vita per pœnitentiam veram deleri poteſt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Eſau non

G vere pœnituit: quod patet ex hoc, quòd dixit, venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Similiter etiam, nec Antiochus vere pœnituit: dolebat enim de culpa præterita, non propter offenſam dei, ſed propter infirmitatem corporalem, quam patiebatur.

AD 2^m^ dicendum, quòd illud verbum Auguſt. ſic intelligendum eſt: tanta eſt labes illius peccati, vt deprecandi humilitatem ſubire non [d] poſſit, ſcilicet de facili, ſecundum quòd dicitur illud non poſſe ſanari, qui non poteſt de facili ſanari: poteſt tamen hoc fieri per diuinæ gratiæ virtutem, quæ etiam interdum in profundum maris conuertit, vt dicitur in pſalm. 67. D. 1005.

AD 3^m^ dicendum, quod illud verbum, vel bla-

H ſphemia contra Spiritumſanctum eſt finalis impœnitentia, vt Auguſt.* dicit in lib. de verbis domini: quę penitus irremiſſibilis eſt: quia poſt finem huius vitæ non eſt remiſſio peccatorū. vel ſi intelligatur per blaſphemiam Spirituſſancti peccatum, quod ſit ex certa malitia, vel etiam ipſa blaſphemia Spirituſſancti, dicitur non remitti, ſcilicet de facili: quia tale peccatum non habet in ſe cauſam excuſationis: vel quia pro tali peccato punitur aliquis, & in hoc ſæculo & in futuro, vt in ſecunda parte oppoſitum eſt.

* In ſer.11, a medio ad finē to.10.

* 2.2.q.14 art.1. 2.3 & 4.

### Articvlvs II.

I *Vtrum ſine pœnitentia peccatum remitti poſſit.*

Infr. art.3. cor.& q.87 art.1 cor.& 4. diſt.14.q. 2. art. 5.& diſt.16.q.4 art.2.q.1.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd ſine pœnitentia peccatum remitti poſſit. nō enim eſt minor virtus dei, circa adultos quàm circa pueros: ſed pueris peccata dimittit ſine pœnitentia. ergo etiam & adultis.

¶ 2 Præt. Deus virtutem ſuam ſacramentis non alligauit: ſed pœnitentia eſt quoddam ſacramentū.

K ergo virtute diuina poſſunt peccata ſine pœnitentia dimitti.

¶ 3 Præt. Maior eſt miſericordia dei, quàm miſericordia hominis: ſed homo interdum remittit offenſam ſuam homini etiam non pœnitenti. vnde & ipſe dominus mandat Matthæ. 5. Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos. ergo multo magis deus dimittit offenſam ſuam hominibus non pœnitentibus.

SED CONTRA eſt, quòd Dominus dicit Hiere. 18. Si pęnitētiam egerit gens illa a malo quod fecit, agam & ego pęnitentiam ſuper malo quod cogitaui, vt facerem ei. & ſic econtrario uidétur, quòd ſi homo pęnitētiam non agat, quòd deus ei non remittat offenſam.

B RESPON. Dicendum, quòd impoſſibile eſt peccatum actuale mortale ſine pęnitentia remitti, loquendo de pœnitentia, quæ eſt uirtus. Cum enim peccatum ſit dei offenſa, eo modo deus peccatum remittit, quo remittit offenſam in ſe commiſſam. Offenſa autem, directe opponitur gratię: ex hoc enim dicitur aliquis alteri eſſe offenſus, ꝙ repellit eum a gratia ſua. Sicut autem habitum eſt * in ſecūda parte, hoc intereſt inter gratiam dei & gratiam hominis, quòd gratia hominis non cauſat, ſed præſupponit bonitatem ueram vel apparentem ī homine grato, ſed gratia dei cauſat bonitatem in homine grato: eo quòd bona voluntas dei, quæ in nomine gratiæ intelligitur, eſt cauſa omnis boni creati. unde poteſt contingere, quòd homo remittat offenſam, qua offenſus eſt alicui, abſque aliqua immutatione voluntatis eius: non autem contingere poteſt, quòd deus remittat offenſam alicui abſque immutatione voluntatis eius. Offenſa autem peccati mortalis, procedit ex hoc, quòd voluntas hominis eſt auerſa a Deo per conuerſionē ad aliquod bonum commutabile. unde requiritur ad remiſſionem diuinæ offenſæ, quòd voluntas hominis ſic immutetur, vt conuertatur ad Deum cum deteſtatione conuerſionis prędictæ & propoſito emendæ, quod pertinet ad rationem pęnitentiæ, ſecundum quòd eſt virtus. & ideo impoſſibile eſt, quòd peccatū alicui remittatur ſine pęnitentia, ſecundum quòd eſt virtus. Sacramētum autem pęnitentiæ (ſicut ſupra dictum eſt*) perficitur per officium ſacerdotis ligantis & ſoluentis: ſine quo poteſt Deus peccatum remittere, ſicut remiſit Chriſtus mulieri adulteræ, vt legitur Ioan. 8. & peccatrici, vt legitur Luc. 7. quibus tamen non remiſit peccata ſine virtute pęnitentiæ. nam ſicut Greg. * dicit in homil. per gratiā traxit intus, ſcilicet ad pęnitentiam, quam per miſericordiam ſuſcepit foris.

1.2. q.110, ar.1.

Q.84.ar.3.

Homil. 33. in euange. non longe a prin.

C AD PRIMVM ergo dicendū, quòd in pueris non eſt niſi peccatum originale, quod non conſiſtit in actuali deordinatione voluntatis, ſed in quadam habituali deordinatione naturæ, vt in ſecunda parte habitum eſt.* & ideo remittitur eis peccatum cum habituali immutatione per infuſionē gratiæ & virtutum, non autem cū actuali: ſed adulto ī quo ſunt actualia peccata, quæ conſiſtunt in deordinatione actuali voluntatis, non remittuntur peccata, etiam in baptiſmo, ſine actuali immutatione voluntatis, quod fit per

D pęnitentiam.

1.2.q.82. ar.1.

AD 2^m^ dicendum, quòd ratio illa procedit de pęnitentia, ſecundum quòd eſt ſacramentum.

AD 3^m^ dicendum, quòd miſericordia dei eſt maioris virtutis q̃ miſericordia hominis in hoc, ꝙ immutat voluntatem hominis ad pęnitendum, quod miſericordia hominis facere non poteſt.

¶ *Super Quæſtionis octuageſimæſextæ Articulum ſecundum.*

IN art. 2. quæſ 86. circa illud, Offenſa directe opponitur gratiæ, & eius rationem, ex hoc. n. dicitur aliquis alteri eſſe offenſus, ꝙ repellit eum a gratia ſua, dubium occurrit, tum quia falſum eſt offenſam directe opponi gratię: cum offenſa ſit in voluntate, gratia autem ſecundum Auctorem in eſſentia animæ: non eſt ergo directe oppoſitio, ſiue priuatiua, ſiue contraria, cum vtrique requirat identitatem ſubiecti: tū quia falſum ē, quòd aſſumitur pro ratione: nam ex parte offenſi hæc duo, ſcilicet eſſe offenſum, & abiicere a ſua gratia offendētem, nec ſunt idem, nec ſecūdum eſt ratio primi: ſed primum ſe habet vt cauſa ſecundi, ut patet in exemplo: prius enim offendor contumelia a Petro, & ex hac denominor offenſus paſſiue: deinde per actum propriæ uoluntatis meæ abiicio Petrum a mea gratia, quia prius offendit me: ubi manifeſte patet, non ex hoc dici me offenſum, quia abiicio Petrum a mea gratia: ſed econtra, cauſaliter tamen, ideo me abiicere Petrum a mea gratia, quia offenſus ſum: tum, quia hæc duo. ſ. eſſe offenſum, & abiicere a ſua gratia offendentem, non ſunt inſeparabiliter cōnexa: ſed ſtat aliquem eſſe offenſum, & tamen non abiicere a ſua gratia offendentem, vt ſæpe contingere uidetur inter uirū & uxoré adulteram, ſeu inter patrem & filium ingratū: offenſi enim retinent adhuc uxorem ſeu filiū in ſua gratia. Ruit ergo fundamentum hoc in litera poſitum.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ offenſa poteſt dupliciter conſiderari. Primo, ex parte act⁹ quo infertur offenſa, & ſic offenſa directe opponitur charitatis rectitudini in actu debitæ: eſt. n. deformitas actus, priuans perfectione charitatiua. Alio modo ex parte ſuppoſiti offendentis: perſona enī eſt quæ primo offendit, act⁹ autem quo offendit quaſi inſtrumentū pſonæ eſt, & ſic proprie, & formaliter conſideratur offenſa: & ſic offenſa directe opponitur gratiæ, demeritorie tamen. nam offendēs eo ipſo, ꝙ offendit demeretur, & quantum in ſe eſt, priuat ſe gratia eius, quē offendit. Vnde quia offendēs ut ſic, quātum in ſe eſt abiicit a ſe gratiam offenſi, recte dicitur ꝙ offenſa directe gratiæ opponitur, priuatiue, demeritorie. Vbi etiā uidere potes ſaluari identitatem ſubiecti primi denominati tā a gratia, quàm ab offenſa: nam perſona eſt quæ primo offendit, & quæ primo grata eſt.

¶ Ad ſecundum uero dicitur, ꝙ procedit ex malo intellectu literæ: aliud eſt enim, formaliter loquendo, eſſe offenſum ab aliquo, & aliud eſt ultra hoc quod eſt eſſe offenſum, habere ſe ut offenſum. Primum enim. ſ. eſſe offenſum, nihil ponit aut tollit in offenſo, ſed ſolā denominationem. ſecundum autem addit actum, quo ſe habet ut offenſus. Obiectiones igitur ſecundo & tertio loco inductæ, acceperunt eſſe offenſum, quo ad primum, litera uero utitur eſſe ſeu dici offenſum quo ad utrumque, ſcilicet & ad eſſe offenſum, & quo ad habere ſe ut offenſum. Conſtat autem quòd in hoc conſiſtit offenſum habere ſe, ut offenſum, quòd abiicit a ſua gratia offendentem: quantumcumque enim offenſus quis ſit, niſi abiiciat offendentem a ſua gratia, non ſe habet ut offenſus. Et ad hoc forte denotandum uſurpauit Auctor nouam conſtructionem grammaticaliter, dicens, offenſum alteri abiicere eum a ſua gratia dicendo, offenſus alte-

A *ri, intelligi uoluit, habens ſe ut offenſum ad alterum. Et iuxta hunc ſenſum intellecta litera omnes excludit obiectiones, quoniam omnes in æquiuoco laborant.*

¶ Et ex hoc ſenſu patet ratio ſolutionis ad primum: nam offenſa ut ſic, meretur ut offenſus ſe habeat, ut offenſus, quod nihil aliud eſt, quàm quòd offenſus repellat a ſua gratia offendentem.

¶ In eodem art. aduerte, quòd dupliciter loqui poſſumus de poſſibili ſeu impoſſibili in hac materia, dum dicitur quòd īpoſſibile eſt peccatum alicui remitti ſine pęnitentiæ virtute: & ſimiliter quòd non poteſt cōtingere, quòd deus remittat offenſam alicui abſq; immutatione uoluntatis eius, uel de poſſibili ſecundum potētiam ordinariam, uel de poſſibili ſecūdum potentiam abſolutam. Et ſi quidē ſit ſermo de poſſibili ſecundum potentiam ordinariā, nulla relinquitur difficultatis diuerſa opinio: omnes enim fatemur, ꝙ qui creauit te ſine te, non ſaluabit te ſine te: ſed ſi de poſſibili abſolute ſit ſermo, accedit quæſtio cū Scot. tractata a nobis ſuperius in commentariis ſuper Prima ſecūdæ, q͂ō. c. 13. ar. 2. & ideo nunc repetē dam hanc difficultatem non puto: ſed pro præſenti propoſito ſufficit uerificare ea quæ in litera dicunt͛, ſ͂m poſſibile uel īpoſſibile penes potentiā ordinariā.

¶ In eodē ar. & ſpecialiter ī rñſione ad primū, ꝓ quāto ad oēm remiſſionē peccatorū actualium, actualis immutatio uoluntatis cōcurrēs attribuit̄ pœnitētiæ ēt in baptiſmo, dubiū occurrit: qm̄ falſum hoc vr̄, quia propoſitū emēdę in qua ratio formalis pœnitētiæ dr̄ cōſiſtere, nō habet locū in adulto cōſequente ꝑ baptiſmū plenā remiſſionē oium pctōrū: qm̄ vt Amb.

E docuit baptiſmus omnia cōdonat, nullumq; luctū &c. requirit.

¶ Ad hoc dicitur, quòd baptiſmus nō pręſupponit, ſed affert ſecum actū pœnitētiæ virtutis perfectū: qm̄ ſicut baptiſmus datur ī remiſſionē peccatorū, ita qui baptizatur, ſuſcipit illū in remiſſionem peccatorum: ac per hoc in ipſa ſuſceptione baptiſmi ſubiiciendo ſe illi, & fatetur ſe peccaſſe & deteſtatur priorē vitā, moriēdo illi, & ſubijcit ſe Deo vt nouū Chriſti mēbrum. Et quia hoc totū eligit in remiſsionē peccatorū, euidēter cōſtat interuenire in baptiſmo propoſitū emendæ, non futuræ, ſed præſentis, quę magis voluntas ac electio emendæ dicēda eſt: eligere ſiquidē hęc in remiſsionē peccatorū, eſt eligere emendā pro peccatis quo ad culpam, & quo ad pœnā ratione tāti beneficii, quantum eſt baptiſma. Non igitur eſt intelligendū baptiſmum omnia condonare, ſic quòd nullum actum in adulto requirat, ſed ſic, quòd opportunos actus ſecū affert, nec eget adminiculo alieno. Et hic eſt optimus modus omnia condonandi,

ARTICVLVS III.

*Vtrum poſſit per pœnitetiam unū peccatū ſine alio remitti.*

1.2.q.73.a.1.& 3.diſt.36 art.5 & 4.di 15.q.1 arti 3,q.1,cor.& diſt.16.q.2.art,1.q.2.cor.& di.18.q.2,ar.5.q.3.ad 1.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd poſſit per pœnitētiam vnum peccatum ſine alio remitti. Dicitur enim Amos 4. Plui ſuper vnam ciuitatem, & ſuper alteram ciuitatem non plui: pars vna compluta eſt, & pars ſuper quā nō plui, aruit. quod exponens Gregor.* ſuper Ezech. dicit, Cū ille qui proximum odit, ab alijs vitijs ſe corrigit, vna eademque ciuitas ex parte compluitur, & ex parte arida manet: quia ſunt qui cū quædam vitia reſecāt, in alijs grauiter perdurant. ergo poteſt unum peccatum per pœnitentiam dimitti ſine alio.

Homil. 10. Ezech. circa mediū.

¶ 2 Pret. Ambr.† dicit ſuper Beati immaculati in via, Prima conſolatio eſt, quia non obliuiſcitur miſereri deus; ſecunda per punitionem, vbi & ſi fides deſit, pœna ſatisfacit, & releuat. Poteſt ergo aliquis releuari ab aliquo peccato, manente peccato infidelitatis.

In Pſa. 118 ſerm. 18. in princ. to. 4. refertur de conſec. di. 3 c. 1. conſolatio.

¶ 3 Præt. Eorum quæ non neceſſe eſt eſſe ſimul, vnū poteſt auferri ſine alio; ſed peccata (vt in ſecunda parte habitum eſt.*) non ſunt connexa, & ita vnum eorum poteſt eſſe ſine alio. ergo etiam unum eorum poteſt remitti ſine alio per pœnitentiam.

1.2.q.73.a.1.

¶ 4 Præt. Peccata ſunt debita, quę nobis relaxari petimus, cum dicimus in oratione dominica, Dimitte nobis debita noſtra &c. ſed homo quandoque dimittit unum debitum ſine alio. ergo etiam deus per pœnitentiam dimittit vnum peccatum ſine alio.

¶ 5 Præt. Per dilectionem dei relaxantur hominibus peccata, ſecundum illud Hier. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans: ſed nihil prohibet, quin deus diligat hominem quantum ad vnum, & ſit ei offenſus quantum ad aliud, ſicut peccatorem diligit quantum ad naturam: odit autem quātum ad culpam. ergo videtur poſſibile, quòd deus per pęnitentiam remittat vnum peccatum ſine alio.

In li. de uera, & falſa pœnit. c. 6. parum ante medium tom. 4.

SED CONTRA eſt, ꝙ Aug.* dicit in li. de pęnitētia, Sūt plures quos pęnitet peccaſſe, ſed nō omnino, reſeruantes ſibi quædam in quibus delectentur: non animaduertētes, Dominum ſimul mutum & ſurdum a dæmonio liberaſſe, per hoc docens nos numquam niſi de omnibus ſanari.

D. 10 I

RESPON. Dicendū, ꝙ impoſſibile eſt per pęnitētiam vnum peccatum ſine alio remitti. Primo quidem, quia peccatum remittitur inquantum tollitur dei offenſa per gratiam. Vnde in ſecunda parte habitum eſt,* quòd nullum peccatum poteſt remitti ſine gratia: omne autem peccatum mortale contrariatur gratię, & excludit eam. Vnde impoſſibile eſt, ꝙ vnum peccatum ſine alio remittatur. Secundo, quia (ſicut oſtenſum eſt*) peccatum mortale non poteſt ſine vera pęnitentia remitti, ad quam pertinet deſerere peccatum, inquantum eſt contra deum: quod quidē eſt commune omnibus peccatis mortalibus: ubi autem eſt eadem ratio, & idem effectus. Vnde nō poteſt eſſe vere pęnitens, qui de vno peccato pęnitet, & non de alio. Si enim diſpliceret ei illud peccatum, quia eſt cōtra deum ſuper omnia dilectū (quod requiritur ad rationem veræ pęnitētiæ) ſequeretur quòd de omnibus peccatis pęniteret. Vnde ſequitur, quòd impoſſibile ſit vnum peccatum per pęnitentiam remitti ſine alio. Tertio, quia hoc eſſet contra perfectionem miſericordiæ dei, cuius perfecta ſunt opera, ut dicit Deut. 32. unde cuius miſeretur, totaliter miſeretur. & hoc eſt quod Aug.* dicit in li. de pęnitentia, Quædā impietas infidelitatis eſt, ab illo qui iuſtus & iuſtitia eſt dimidiam ſperare veniam. F

Q. 109. art. 7. & q. 113. ar. 2.

Ar. præced.

In li. de ue. & falſa pœnit. c. 6. non longe a fine tomo. 4.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illud uerbum Gregor. non eſt intelligendum quantum ad remiſſionē culpę, ſed quantum ad ceſſationem ab actu: quia interdum ille qui plura peccata conſueuit committere, deſerit unum, non tamen aliud: quod quidem fit auxilio diuino, quod tamen non pertingit uſque ad remiſſionem culpæ.

AD 2m dicendum, quòd in uerbo illo Amb. Fides non poteſt accipi, qua creditur in Chriſtum: quia ut Aug.* dicit ſuper illud Ioan. 15. Si non ueniſſem, & locutus eis nō fuiſſem peccatū nō haberēt. ſ. infidelitatis: hoc enī eſt peccatū, quo tenent cūcta peccata: ſed accipitur fides pro conſcientia: quia interdū per pęnas, quas quis patienter ſuſtinet, cōſequit remiſſionem peccati, cuius conſcientiam non habet. G

Tracta. 89. in Ioan. inter prin. & med. to. 9.

AD 3m dicēdū, ꝙ peccata quāuis nō ſint cōnexa, quātū ad cōuerſionē ad bonū commutabile: ſunt tamē cōnexa quātū ad auerſionē a bono incōmutabili, ī qua cōueniūt omnia peccata mortalia. & ex hac parte habēt rationē offenſæ, quā oportet p pęnitētiā tolli.

AD 4m dicēdū, ꝙ debitū exterioris rei (puta pecuniæ) nō cōtrariat amicitiæ, ex qua debitū remittit: & ideo poteſt vnū dimitti ſine alio, ſed debitū culpæ cōtrariatur amicitiæ: & ideo una culpa uel offenſa non remittit ſine altera. ridiculū enim videt, ꝙ etiā ab homine aliqs ueniā peteret de una offenſa, & nō de alia. H

AD 5m dicēdū, ꝙ dilectio qua deus diligit hominis naturā, nō ordinat ad bonū glorię, a quo impedit homo per quodlibet peccatum mortale: ſed dilectio gratię p quā fit remiſſio peccati mortalis, ordinat hominem ad uitā ęternā, ſm illud Rom. 6. Gratia Dei, uita ęterna. Vnde non eſt ſimilis ratio.

ARTICVLVS IIII.

*Vtrum remiſſa culpa per pœnitentiam remaneat reatus pœnæ.*

I

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ remiſſa culpa per pęnitentiam, nō remaneat reatus pęnę. Remota enim cauſa, remouetur effect⁹: ſed culpa eſt cauſa reatus pœnę: ideo enim eſt aliquis dignus pęna, quia culpā commiſit. ergo remiſſa culpa, non poteſt remanere reatus pęnę.

¶ 2 Pręt. Sicut Apoſtolus dicit Ro. 5. Donum Chriſti eſt efficacius q̃ peccatum: ſed peccando homo ſimul incurrit culpam, & pęnę reatum. ergo multo magis per donū gratię, ſimul remittitur culpa, & tollitur pœnę reatus. K

¶ 3 Pręt. Remiſſio peccatorum fit in pœnitentia per virtutem paſſionis, ſecundum illud Rom. 3. Quē propoſuit deus propitiatorē, per fidem in ſanguine ipſius, propter remiſſionem præcedentium delictorum: ſed paſſio Chriſti eſt ſufficienter ſatisfactoria, pro omnibus peccatis, vt ſupra habitum eſt.* non ergo poſt remiſſionem culpę remanet aliquis reatus pęnæ.

Supr. q. 67. art. 3. ad 3. & q. 69. ar. 10. ad 3. & 4. diſ. 14. q. 2. arti. 1. & ro. 11. lect. 4. Et Heb. 6.

Q. 68. & 99 & q. 79. ar. 5.

*¶ Super Quæſtionis octuageſimæ ſextæ Articulum quartū.*

IN arti. 4. eiuſdem quæſtio. in reſponſione ad primū, pro quanto ibi dicitur, quòd remiſſio peccato mortali remanet inordinata conuerſio ad commutabile bonum, pro qua debetur reatus pœnæ temporalis, aduerte ſentētiā hāc ītelligi de poſſibili & quo ad iordinationē: nō .n. neceſſe eſt remanere huiuſmodi conuerſioné, ſed poteſt ſimul totū tolli. Et ſimiliter dato, ꝙ nō totū ſit ſublatū, non eſt neceſſe remanere ipſam cōuerſionē ſed in ordinationē, quæ fuit ipſius conuerſionis. Pōt .n. qui pctō auaritiæ deliquit, ante remiſſionem peccati dimiſſis auaritiæ actibus & inclinationibus, ī oppoſitos actus conuerti. & tunc apparet, ꝙ adueniēte gratia remittēte peccatū prioris auaritiæ, nō remanet cōuerſio illi⁹ habitualis ad cōmutabile bonū, ſed inordinatio ipſi⁹ incurſa, per pœnam temporalē ordinanda: ratione ſiquidē illi⁹ inordinationis remanet reatus pœnę tēporalis, tādiu, quouſq; culpabilis inordinatio ordinata ſufficienter fuerit per pœnam.



SED CONTRA eſt, ꝙ 2. Reg. 12. dicitur, ꝙ cum Dauid pœnitens dixiſſet ad Nathan, Peccaui dño, dixit Nathan ad illum, Dñs quoque tranſtulit peccatū tuū, non morieris: veruntamen filius qui natus eſt tibi, morte morietur: quod fuit in pœnam pręcedentis peccati, vt ibidem dicitur. ergo remiſſa culpa, remanet reatus alicuius pœnæ. A

RESPON. Dicendum, ꝙ, ſicut in ſecunda parte habitū eſt,* in peccato mortali ſunt duo. ſ. auerſio ab incommutabili bono, & cōuerſio ad cōmutabile bonū inordinata. ex parte ergo auerſionis ab incōmutabili bono, conſequitur peccatū mortale reatus pœnę æternæ, vt qui contra æternum bonū peccauit, in æternū puniatur: ex parte .n. conuerſionis ad bonū cōmutabile, inquantum eſt inordinata, conſequitur peccatum mortale reatus alicuius pœnæ: quia inordinatio culpæ non reducitur ad ordinem iuſtitiæ, niſi per pœnā: iuſtum eſt .n. vt qui voluntati ſuæ plus indulſit, q̃ debuit, cōtra voluntatem ſuā aliquid patiatur: ſic .n. erit æqualitas. vnde Apoc. 18. dicitur, Quantum glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentū & luctum: quia tamen conuerſio ad bonū cōmutabile eſt finita, non habet ex hac parte peccatum ꝙ debeatur ei pœna æterna. vnde ſi ſit inordinata conuerſio ad bonum commutabile ſine auerſione a deo, ſicut eſt in peccatis[d] venialibus, non debetur peccato pœna æterna, ſed temporalis. quando igitur per gratiam remittitur culpa, tollitur auerſio animæ a deo, inquantum per gratiam anima deo coniungitur: vnde & per cōſequens ſimul tollitur reatus pœnæ æternæ, poteſt tamen remanere reatus alicuius pœnæ temporalis. B C

D, 259.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd culpa mortalis vtrumq; habet, & auerſionem a deo & conuerſionem ad bonum creatum: ſed ſicut in ſecunda parte habitum eſt,* auerſio a deo, eſt ibi ſicut formale: conuerſio autem ad bonum creatū, eſt ibi ſicut materiale. Remoto autem formali cuiuſcumque rei, tollitur ſpecies, ſicut remoto rationali tollitur ſpecies humana: & ideo ex hoc ipſo dicitur culpa mortalis remitti, ꝙ per gratiam tollitur auerſio mentis a deo ſimul cum reatu pœnæ æternæ: remanet tamen illud quod eſt materiale. ſ. inordinata conuerſio ad bonum creatum, pro qua debetur reatus pœnæ temporalis. D

1.2. q8. 71. art. 6.

AD 2m dicendum, ꝙ, ſicut in ſecunda parte habitū eſt,* ad gratiam pertinet operari in homine iuſtificando ipſum a peccato, & cooperari hoī ad recte operandum. Remiſſio igitur culpæ & reatus pœnæ æternæ, pertinet ad gratiā operantem, ſed remiſſio reatus pœnæ temporalis pertinet ad gratiam cooperantem, inquantum. ſ. homo cum auxilio diuinæ gratiæ patienter pœnas tolerando, abſoluitur etiam a reatu pœnæ temporalis. ſicut igitur prius eſt effectus gratiæ operantis, quàm gratiæ cooperantis, ita etiam prius eſt remiſſio culpæ & pœnæ æternæ, quàm plena abſolutio a pœna temporali: vtrumq; enim eſt a gratia, ſed primū a gratia ſola, ſecundū, ex gratia & libero arbitrio. E

1.2. q. 109. art. 7. & q8. 111. arti. 2.

AD 3m dicendum eſt, ꝙ paſſio Chriſti de ſe ſufficiēs eſt ad tollendū oēm reatū pęnæ non ſolum æternę, ſed ēt temporalis, & ſecundum modū quo homo participat virtutem paſſionis Chriſti, percipit ēt abſolutionem a reatu pœnæ. In baptiſmo aūt homo participat totaliter virtutem paſſionis Chriſti, vtpote per aquā, & ſpiritū Chriſto cōmortuus peccato, & in eo regeneratus ad nouam vitā, & ideo in baptiſmo homo conſequitur remiſſionē reatus totius pœnæ. In pœnitentia vero conſequitur virtutē paſſionis Chriſti, ſecundum modum propriorum actuum, qui ſunt materia pœnitentiæ, ſicut aqua baptiſmi, vt ſupra dictum eſt.* Et ideo non ſtatim per primum actū pœnitentiæ quo remittitur culpa, ſoluitur reatus totius pœnæ: ſed completis omnibus pœnitentiæ actibus.

Q. 84. ar. 1. & 3.

ARTICVLVS V.

*Vtrum remiſſa culpa mortali, tollantur omnes reliquiæ peccati.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd remiſſa culpa mortali, tollātur omnes reliquię peccati. Dicit enim† Aug. in lib. de pœnitētia: Numquàm dominus aliquem ſanauit, quem omnino non liberauit: totū enim hominem ſanauit in ſabbatho: quia & corpus ab infirmitate, & animam ab omni contagione: ſed reliquiæ peccati pertinent ad infirmitatem peccati. ergo non videtur poſſibile quòd remiſſa culpa, remaneant reliquiæ peccati.

Supra ar. 4. ad 3. Et 4. diſt. 14. q. 2. ar. 1. q. 3. & 1. cor. 11. lec. 7.

† In li. de vera & falſa pęnit. ca. 9. poſt mediū tom. 4.

¶ 2 Præt. Secundum Diony. 4. c. de diui. no. bonum eſt efficacius q̃ malum: quia malum non agit niſi virtute boni: ſed homo peccando, ſimul totam infectionem peccati incurrit. ergo multo magis pœnitendo liberatur etiam ab omnibus peccati reliquijs.

Ca. 4. part. 4. inter prīcipiū & medium.

¶ 3 Præt. Opus dei efficacius eſt, q̃ opus hominis: ſed per exercitium humanorum operum ad bonum, tolluntur reliquiæ peccati contrarij. ergo multo magis tolluntur per remiſſionem culpæ, quæ eſt opus dei.

SED CONTRA eſt, ꝙ Marci 8. legitur, ꝙ cæcus illuminatus a dño, primo reſtitutus eſt ad imperfectum viſum (vnde ait, Video homines velut arbores ambulantes) deinde reſtitutus eſt perfecte, ita vt videret clare omnia. Illuminatio aūt cæci, ſignificat liberationem peccatoris. Poſt primam * ergo remiſſionem culpæ, qua peccator reſtituitur ad viſum ſpūalem, adhuc remanent in eo aliquæ reliquiæ peccati præteriti.

*Alias poſt pęnitentiā ergo &cet.

RESPON. Dicendum, quòd peccatum mortale ex parte conuerſionis inordinatæ ad bonum commutabile, quandam diſpoſitionem cauſat in anima, vel etiam habitum, ſi actus frequenter iteretur: ſicut autem dictum eſt, † culpa peccati mortalis remittitur, inquantum tollitur per gratiam auerſio mētis a deo. Sublato autem eo, quod eſt ex parte auerſionis, nihilominus remanere poteſt id, quod eſt ex parte conuerſionis inordinatæ, cum hanc contingat eſſe ſine illa, ſicut prius dictum eſt. † & ideo nihil prohibet quin remiſſa culpa, remaneant diſpoſitiones ex præcedentibus actibus cauſatæ, quæ dicuntur peccati reliquiæ. Remanent tamen debilitatæ & diminutæ,* ita quòd homini non dominentur. Et hoc magis per modum diſpoſitionum, quàm per modum habituū: ſicut etiā remanet fomes poſt baptiſmum.

Ar. præced.

Ar. præced.

*Alias itaꝙ homini nō dominētur magis per modū diſpoſitionū.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ deus totū hoīem perfecte curat: ſed qnq; ſubito, ſicut ſocrum Petri ſtatim reſtituit perfectæ ſanitati, ita vt ſurgens miniſtraret illis, vt legitur Lucę. 4. quandoq; aūt ſucceſſiue: ſicut dictum eſt de cæco illuminato, Marc. 8. Et ita etiā ſpiritualiter quandoq; tanta commotione conuertit cor hominis, vt ſubito perfecte conſequatur ſanitatē ſpiritualem, non ſolum remiſſa culpa, ſed ſublatis omnibus peccati reliquijs, vt patet de Magdalena, Luc. 7. Quandoq; autem prius remittit culpam per gratiam operantem, & poſtea per gratiam cooperantem ſucceſſiue tollit peccati reliquias.

Q. 44. ar. 3. ad 2.

Ad 2m dicendum, quòd peccatum etiam quandoque ſtatim inducit debilem diſpoſitionem, utpote per unum actum cauſatam: quandoque autem fortiorem, cauſatam per multos actus.

Ad 3m dicendum, quòd uno actu humano non tollũtur omnes reliquiæ peccati: quia ut dicitur ĩ Prędicamentis, prauus ad meliores exercitationes deductus, ad modicũ aliquid proficiet, ut melior ſit. Multiplicato autem exercitio ad hoc peruenit, ut ſit bonus uirtute acquiſita. Hoc autem multo efficacius facit diuina gratia, ſiue uno, ſiue pluribus actibus.

## Articvlvs VI.

*Vtrum remiſſio culpæ ſit effectus pœnitentiæ.*

Ad sextvm ſic proceditur. Videtur quòd remiſſio culpæ non ſit effectus pœnitentiæ, ſecundum quòd eſt uirtus. Dicitur enim pœnitentia, uirtus ſecũdum quòd eſt principium humani actus: ſed humanus actus non operatur ad remiſſionẽ culpæ, quæ eſt effectus gratiæ operantis. ergo remiſſio culpæ non eſt effectus pœnitentiæ, ſecundum quòd eſt virtus.

¶ 2 Præt. Quædã aliæ virtutes ſunt excellentiores pęnitẽtia: ſed remiſſio culpæ non dicitur effectus alicuius alterius virtutis. ergo etiam non eſt effectus pœnitentiæ, ſecundum quòd eſt virtus.

¶ 3 Præt. Remiſſio culpæ non eſt niſi ex virtute paſſionis Chriſti, ſecundum illud Hebr. 9. Sine ſanguinis effuſione non fit remiſſio: ſed pœnitentia, inquantum eſt ſacramentum, operatur in virtute paſſionis Chriſti, ſicut & cetera ſacramenta, vt ex ſupradictis patet. † ergo remiſſio culpæ non eſt effectus pœnitentiæ inquantum eſt virtus, ſed inquantum eſt ſacramentum. [Q.62.ar.2.]

Sed contra, Illud eſt proprie cauſa alicuius, ſine quo eſſe nõ poteſt: omnis enim effectus dependet a ſua cauſa: ſed remiſſio culpæ poteſt eſſe a deo ſine pœnitentiæ ſacramento, non autem ſine pęnitentia ſecũdum quòd eſt virtus, vt ſupra dictum eſt. † unde & ante ſacramenta nouæ legis pœnitentibus deus peccata remittebat. ergo remiſſio culpæ eſt præcipue effectus pœnitentię ſecundum quod eſt virtus. [Ar. præced.]

Respon. Dicendum, quòd pœnitentia eſt virtus, ſecũdũ quòd eſt principium quorundam actuũ humanorum. Actus autẽ humani, qui ſunt ex parte peccatoris, materialiter ſe habent in ſacramento pœnitentiæ. Omne autem ſacramentum producit effectum ſuum non ſolum virtute formæ, ſed etiã virtute materiæ: ex vtroque enim eſt vnum ſacramẽtum, vt ſupra habitũ eſt. † unde ſicut remiſſio culpæ fit in baptiſmo, non ſolum virtute formæ, ſed etiam virtute materiæ, ſcilicet aquę, principalius tamen virtute formæ, ex qua & ipſa aqua virtutem recipit: ita etiam & remiſsio culpæ eſt effectus pęnitẽtiæ, principalius quidem ex virtute clauium, quas habent miniſtri, ex quorũ parte accipitur id, quod eſt formale in hoc ſacramento (vt ſupra dictum eſt†) ſecundario autem ex vi actuum pœnitentis, pertinentium ad virtutem pęnitẽtiæ, tamen prout hi actus aliqualiter ordinãtur ad claues eccleſię. & ſic patet, quòd remiſsio culpę eſt effectus pœnitentię, ſecundum quòd eſt virtus; principalius tamen, ſecundum quòd eſt ſacramentum. [Q.60.ar.6. ad 2. & art. 7.] [Q.84.ar.3.]

Ad primvm ergo dicendũ, quòd effectus gratię operantis eſt iuſtificatio impij, vt in ſecũda parte dictum eſt. † in qua, vt ibidem dictum eſt, non ſolum eſt gratię infuſio & remiſsio culpę, ſed etiam motus liberi arbitrij in deum, qui eſt actus fidei formatę, & motus liberi arbitrij in peccatum, qui eſt actus pœnitentię. Hi tamen actus humani ſunt ibi, vt effectus gratię operantis, ſimul producti cum remiſsione culpę. unde remiſsio culpę nõ fit ſine actu pœnitentię virtutis, licet ſit effect⁹ gratię operãtis. [Li.2.q.113 ĩ diuiſione quæſtion.]

Ad 2m dicendum, quòd in iuſtificatione impij nõ ſolũ eſt actus pœnitentię, ſed etiam actus fidei, vt dictum eſt.* & ideo remiſsio culpę non ponitur effectus ſolum pęnitentię virtutis: ſed principalius fidei & charitatis. [In ſolutione præcedẽti. Et 1.2.q.113.art.4.]

Ad 3m dicẽdum, quòd ad paſſionem Chriſti ordinatur actus pęnitentię virtutis, & per fidem, & per ordinem ad claues eccleſię. & ideo vtroq; modo cauſat remiſſionem culpę virtute paſſionis Chriſti.

Ad Id aũt, quod in cõtrariũ obijcitur, dicẽdũ eſt, ꝙ actus pœnitentię virtutis habet, ꝙ ſine eo nõ poſſit fieri remiſſio culpę, inquãtũ eſt inſeparabilis effectus gratię, per quam principaliter culpa remittitur, quę etiam operatur in omnibus ſacramentis. & ideo per hoc non poteſt concludi, niſi quòd gratia eſt principalior cauſa remiſſionis culpę, quàm pœnitentię ſacramentum. Sciendum tamen, quòd etiam in veteri lege & in lege naturę, erat aliqualiter ſacramentum pœnitentię, vt ſupra dictum eſt*. [Q.84.ar.7. ad 2.]

¶ *Super Quæſtionis octuageſimæ ſextæ Articulum ſextũ.*

In ar. 6. eiuſdẽ q. pro quãto remiſſio culpæ ponitur effectus pęnitentię, ſecundum quòd eſt virtus, ideſt virtutis ſeu virtuoſus actus, dubiũ occurrit quoniam hoc videtur repugnare antedictis ab Auctore. Nam ſi remiſſio culpæ eſt effectus pœnitentiæ, vt eſt actus virtuoſus, oportet ꝙ ſit effectus nõ ſolius gratiæ, ſed gratiæ & libe. arbit. quoniam act⁹ huiuſmodi virt⁹ liberi arbitrii act⁹ eſt. Oppoſitum autem dixit Auctor in hac eadem q. art. 4. ad ſecundum, dicendo de remiſſione culpæ & de plena abſolutione, quòd vtrũq; ẽ a gratia, ſed primũ a gratia ſola, ſecundum ex gratia & libe. arbitrio: ſi enim eſt a ſola gratia, vt diſtinguitur contra liberum arbitrium, ſequitur quòd non ſit a gratia & a liberi arbitrii actu virtuoſo. [diſ.4.14.q.2.ar.1.q.1.]

¶ Adhoc dicitur, ꝙ quicquid alii forte ſomnient diſtinguẽdo in propoſito concurſum liber. arbit. actiue vel pure paſſiua, actus libe. arbit. in iuſtificatione ĩpii concurrẽtes, ſiue in deum ſiue in pctm̃, sũt vere actus non ſolum liberi arbitrii ſed a libero arbitrio ſuauiter enim omnia diſponens diuina Sapientia (quæ creauit me ſine me non paſſiue, quoniã creatio in me terminata eſt, ſed ſine me cooperante, non ſaluat me ſine me cooperãte) mouet per gratiam ſuam liberum arbitrium ad obſequendum gratiæ ꝑ hoc, quòd utitur illa ſecundum illam operando. Et propterea actus lib. arb. tã reſpectu dei, quàm reſpectu peccati in iuſtificatione inuẽti ſunt effectus gratiæ operantis, & non ponunt in numerum cũ ipſa gratia operante, & propterea dictio excluſiua addita gratiæ non excludit huiuſmodi actus liberi arbitrii, utpote ſuos effectus. cum enim dicitur, ſola cauſa facit hoc non excluditur, qn faciat illud mediãte aliquo ſuo effectu. Et hunc eſſe ſenſum Auctoris, apparet in calce huius art. vbi dicitur, ꝙ actus pœnitentiæ virtutis habe, ꝙ ſine eo nõ poſſit fieri remiſſio culpę, ĩquãtum eſt inſeparabilis effectus gratiæ. Nec obſtant allegata in oppoſitũ, quoniã ibi loquitur de gratia, vt diſtinguit contra liberum arbitrium abſolute, & non contra liberum arb. ut eſt effectus ipſius gratiæ. Vnde oppoſito modo uidentur ſe habere actus liberi arbitrii. & gratia penes operandum & cooperandum. nam in gratia operante liberum arbitrium ſe habet ut cooperans, in gratia uero cooperante liberum arbitrium ſe habet quaſi ut operans, & proptera cõnumeratur gratiæ.





# Qvaestio LXXXVII.

*De remiſſione uenialium peccatorũ, in quatuor articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandum eſt, de remiſſione venialium peccatorum.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrũ ſine pœnitentia peccatum veniale poſſit dimitti.

¶ Secũdo, Vtrum poſſit dimitti ſine gratiæ infuſione.

¶ Tertio, Vtrum peccata venialia remittantur per aſperſionem aquæ benedictæ, & epiſcopalem benedictionem, & tunſionẽ pectoris, & orationem dominicã, & alia huiuſmodi.

¶ Quarto, Vtrum veniale peccatũ poſſit remitti ſine mortali.

## Articvlvs primvs.

*Vtrum peccatum ueniale poſſit remitti ſine pœnitentia.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur ꝙ veniale pctm̃ poſſit remitti ſine pœnitẽtia. Pertinet. n. vt ſupra dictum eſt, † ad rationem veræ pœnitentiæ, ꝙ non ſolum homo doleat de peccato præterito, ſed etiam proponat cauere de futuro: ſed ſine tali propoſito peccata venialia dimittuntur, cum certũ ſit, ꝙ homo ſine peccatis venialibus præſentem vitam ducere non poteſt. ergo peccata venialia poſſunt remitti ſine pœnitentia. [Inf. ar. 2. ad 2. & 3. & ar. 3 cor. Et 4. diſ. 16. q. 2. ar. 2. q. 2. ad 1. Et diſ. 21. q. 2. ar. 1. cor. Et Ma. q. 7. art. 12. cor.] [†q. 84. art. 10. ad 4. argum.]

¶ 2 Præt. Pœnitentia non eſt ſine actuali diſplicentia peccatorum: ſed peccata venialia poſſunt dimitti ſine diſplicentia actuali eorum, ſicut patet in eo, qui dormiens occideretur propter Chriſtum: ſtatim enim euolaret, quod non contingit manentibus peccatis venialibus. ergo peccata venialia poſſunt remitti ſine pœnitentia.

¶ 3 Præt. Peccata venialia opponuntur feruori charitatis, vt in ſecũda parte dictum eſt: * ſed vnum oppoſitorum tollitur per aliud. ergo per feruorem charitatis, quem cõtingit eſſe ſine actuali diſplicentia peccati venialis, fit remiſſio peccatorum venialium. [1.2.q.71. & 2.2.q 24.a. 8. ad 2.]

Sed contra eſt, ꝙ Aug.* dicit in lib. de pœnit. ꝙ eſt quædam pęnitentia, quæ quotidie agitur in eccleſia pro peccatis venialibus: quæ fruſtra eſſet, ſi ſine pœnitẽtia peccata venialia poſſent dimitti. videtur ergo ꝙ pctã venialia non poſſint ſine pœnitentia dimitti. [In li. de medicina pen. Et li. de vtilitate pœn. c. 2. tom. 9.]

Respon. Dicendum, ꝙ remiſſio culpæ, ſicut dictum eſt,* fit per cõiunctionem hominis ad deum, a quo aliqualiter ſeparat culpa: ſed hęc ſeparatio perfecte quidem fit per peccatum mortale: imperfecte autem per peccatum veniale: nam per peccatũ mortale mens omnino a deo auertitur, vtpote contra charitatem agens: per peccatum autem veniale retar- [q. præced. art. 2. & q. 86. ar. 4.]

¶ *Super Quæſtionis octuageſimæſeptimæ Articulum primum.*

In 1. ar. q. 87. dubium duplex occurrit. Primũ circa literam: vbi dicitur, Exigitur ad remiſſionem peccati mortalis, vt homo actualiter ſingula mortalia deteſtetur: videtur. n. hoc falſum: tum quia deteſtatio vniuerſalis ſufficit ad gratiam; aliàquin non poſſet homo peccator ſubito ingemiſcendo, conſequi gratiam: cum non poſſit homo tã ſubito rememorari ſingula peccata: tum quia deteſtari ſingula mortalia, aut intelligitur ſingulariter, aut in vniuerſali: ſed ſingulariter nõ poteſt intelligi, cum ridiculum videatur etiam in cõfeſſione de ſingulis ſingillatim cõfiteri: ſi autem intelligitur vniuerſaliter, ſequitur quòd nõ erit opus rememorari ſingula.

¶ Alterum dubium eſt circa illud . ſ. virtualis diſplicentia non ſufficit ad remiſſionem peccati mortalis, niſi quantum ad oblita: videtur. n. hoc eſſe falſum: quoniã ex domini ſententia, dimiſſa ſunt peccatrici peccata multa, quoniã dilexit multum: conſtat enim quòd dilectio non eſt niſi virtualis diſplicentia.

¶ Ad horum euidentiam duplici vtẽdũ eſt, diſt. Prima de remiſſione peccatorũ dupliciter, hoc eſt plena, vel quo ad culpam tantum, & regulariter vel ex ſpeciali gratia. Secunda eſt de diſplicentia peccati formali vel virtuali, & formali, generali, vel vniuerſali. vocatur autem diſplicentia formalis quæ formaliter eſt diſplicentia, quæ poteſt dupliciter contingere . ſ. vt ſit vniuerſalis, comprehendens . ſ. omnia peccata commiſſa, cum vera voluntate ab omnibus & ſingulis abſtinendi: & hoc poteſt eſſe in momento & eſt contritio ſufficiens ad remiſſionem infinitorum peccatorũ mortalium: quia ſufficit ad gratiam habendã, quãtũ eſt, ex parte hominis, iuxta illud Ezech. In quacumque hora ingemuerit peccator &c. & talis diſplicentia videtur fuiſſe in latrone, & crebro accidere creditur his, qui vere conuertuntur ad deum poſt multa crimina. alio autem modo contingit diſplicentia formalis, cum homini diſplicet ſe peccaſſe, ita quòd & omnia & ſingula ſua peccata in generali ſibi diſplicent, & vellet in ea amplius non incidere, non tamen peruenit ad hoc, quòd vere vult ſeu proponit amplius nõ incidere, & hæc non ſufficit ad remiſſionem peccati mortalis: virtualis autem diſplicentia vocatur, quæ non eſt formaliter diſplicentia, ſed eſt formaliter alius actus, puta dilectio dei, tantæ vis, vt ex eo nata ſit ſequi diſplicentia peccati, ita quòd ſi tunc occurreret memoria peccati, ex vi illius actus ſequeretur formalis diſplicentia peccati: & ſic omnis actus dilectionis dei ex charitate procedens, poteſt dici virtualiter diſplicentia peccati mortalis.

¶ His prælibatis ad primum dubium dicitur, quòd verba Auctoris vera ſunt de peccati mortalis remiſſione plena & regulari: quoniam regulariter non fit remiſſio peccati mortalis, quo ad culpam & oẽm pęnã, niſi homo quantũ in ſe eſt, deteſtetur ſingula mortalia: ſicut in ſingulis plus ſibi indulſit, ꝙ̃ debuit.

¶ Cum autem quæritur, an de ſingulis ſingillatim &c. reſpondetur ꝙ hoc poteſt dupliciter intelligi: vel ꝙ cuilibet peccato ſingillatim debeatur ſua propria deteſtatio, ita ꝙ quot fuerunt peccata, tot oporteat eſſe deteſtationes & ſatisfactiões, & hoc eſt ridiculũ aſſerere, cum nec ẽt cõfitendo, oporteat tot eſſe actus in cõfitendo quot ſunt peccata: contingit . n. vnico actu confiteri mille fornicationes: vel quòd quodlibet peccatum terminet deteſtationẽ ſeu ſatisfactionem. Et hic eſt ſenſus literæ, ita ꝙ ſicut in confeſſione dũ peccator dicit, Peccaui millies in fornicatione, iſte vnicus cõfeſſionis actus terminatur actualiter ad ſingulas mille fornicationum, ita quo ad actus interiores dũ peccatori diſplicent mille fornicationes, actualiter deteſtatur ſingulas, illo vno & eodẽ actu. Et ad hoc ſeruit inquiſitio diligens ad rememorãdũ, cuius litera meminit: nã oblita ſeu non occurrẽtia peccata in ſeipſis, ſicut actualiter non adſũt ante mentem peccatoris, ita nec actualiter terminãt deteſtationẽ ſeu diſplicentiam, & hæc non actualis terminatio ſuppletur, quo ad plenam remiſſionẽ ex vniuerſali diſplicẽtia, deteſtatione, ac ſatisfactione, quæ virtualiter includeret ſatisfactionem, quæ debetur hmõi nõ occurrentibus.

¶ Ad ſecundũ dubiũ dr̃, ꝙ Auctor loquitur de plena remiſſione & regulariter: quĩ plena remiſſio regulariter exigit contritionẽ & confeſſionẽ ſingulorũ, vbi oportet adeſſe diſplicentiã formalẽ, & non ſolũ virtualẽ. Magdalenæ aũt diſplicentiã formalẽ licet non legamus, ſed virtualẽ cũ in actu dilectionis, & fidei: lacrymæ ñ formali diſplicẽtiæ atteſtant̃. In cuius ſignũ, cũ poſt reſurrectionẽ Lazari pedes dñi iterũ vngeret, & capillis tergeret, lacrymæ non affuerunt, quia iã peccatrix nõ erat: dñs aũt originalem ſeu principalem actum qui eſt cauſa diſplicentiæ formalis, pro cauſa remiſſionis adducens, non excluſit proximum actum diſplicentiæ formalis: quàmuis ſi ex ſpeciali dono dei ſola diſplicentia virtualis affuiſſet, ſufficienter ſaluatur concurſus pœnitentiæ implicite & virtualiter.

¶ In rñſione, ad ſecundũ, aduerte idẽ eſſe iudiciũ de dormiẽte occiſo pro Chriſto vel baptizato, qd intelligo ſecundũ merita ſecundarũ cauſarũ. Nã ſi quis iuiſſet dormitũ cũ propoſito dicẽdi mane mendaciũ officioſum, & interim dormiens occideretur pro Chriſto, crediderim ego ex diuina largitate ẽt illius peccati pleniſſimã remiſſionem per martyriũ cõſequi, quàmuis per baptiſmum illius remiſſionem non conſequeretur, ꝑꝑ voluntatem actualiter actualitate virtuali peccato inhærentẽ.

¶ In reſponſione ad tertium, circa materiam argumenti, ſcilicet peccatum veniale opponi feruori charitatis, Durandus in 4. ſent. diſ. 16. q. 1. ar. 2. occurrit, dicens hoc eſſe falſum: tũ, quia nec formaliter, nec conſecutiue opponitur feruori charitatis.

datur affectus hominis ne promptè in deum feratur: & ideo vtrũque peccatum per pœnitentiam quidem remittitur, quia per vtrũque deordinatur voluntas hominis per immoderatam conuerſionem ad bonum creatum; ſicut .n. peccatum mortale remitti non poteſt quandiu voluntas peccato adhæret, ita etiam nec peccatũ veniale: quia manente cauſa manet effectus. Exigitur aũt ad remiſſionem peccati mortalis perfectior pœnitentia, vt. ſ. homo actualiter peccatũ mortale commiſſum deteſtetur quantum in ipſo eſt, vt ſcilicet diligentiã adhibeat ad rememorandum ſingula peccata mortalia, vt ſingula deteſtetur: ſed hoc non requiritur ad remiſſionem venialium peccatorum: non tamen ſufficit habitualis diſplicentia quę habetur per habitũ charitatis, vel pœnitentiæ virtutis: quia ſic charitas non compateretur peccatum veniale, quod patet eſſe falſum. vnde ſequitur, ꝙ requiratur quædam virtualis diſplicentia, puta cũ aliquis hoc modo fertur ſecũdum affectum in deum & res diuinas, vt quicquid ſibi occurreret, quod eum ab hoc motu retardaret, diſpliceret ei, & doleret ſe commiſiſſe, etiam ſi actu de illo non cogitaret: quod tamen nõ ſufficit ad remiſſionem peccati mortalis, niſi quantum ad peccata oblita poſt diligentem inquiſitionem.

Ad primvm ergo dicendum, quòd homo in gratia conſtitutus poteſt vitare omnia peccata mortalia & ſingula: poteſt ẽt vitare ſingula peccata venialia, ſed non omnia, vt patet ex his, quæ in ſecunda parte dicta ſunt.* & ideo pœnitentia de peccatis mortalibus requirit, ꝙ homo ꝓponat abſtinere ab omnibus & ſingulis peccatis mortalibus: ſed ad pœnitentiam peccatorum venialiũ requiritur, quòd homo proponat abſtinere a ſingulis, non tamen ab omnibus: quia hoc infirmitas huius vitæ non patitur: debet tamen habere propoſitum ſe præparandi ad peccata venialia minuenda, alioquin eſſet ei periculum deficiendi, cum deſereret appetitum proficiendi, ſeu tollendi impedimẽta ſpiritualis profectus, quæ ſunt peccata venialia.

1.2. q.109, art. 8. & q. 74. art. 3. ad 2.

Ad 2m dicendum, quòd paſſio pro Chriſto ſuſcepta, ſicut ſupra dictum eſt,* obtinet vim baptiſmi: & ideo purgat ab omni culpa & veniali & mortali, niſi actualiter voluntatem peccato inuenerit inhærentem.

q.66, ar. 11.

Ad 3m dicendum, quòd feruor charitatis virtualiter implicat diſplicentiam venialium peccatorũ, vt ſupra dictum eſt.*

q.79. ar.4.

## Articvlvs II.

*Vtrum ad remiſſionem uenialium peccatorum requiratur gratiæ infuſio.*

Supra q.65. art.1. ad 8. & infra pręſenti q. art. 3. co. Et ar. 4. ad 2. Et 4. di. 16. q.2. ar.2. q.1. Et Mal. q.7. artic. 11. cor. & ad 14. & art. 12. cor. & ad 1.

Ad secvndvm ſic proceditur. Vr̃ ꝙ ad remiſſionẽ venialium peccatorum requiratur gratiæ infuſio. Effectus.n. non eſt ſine propria cauſa: ſed propria cauſa remiſſionis peccatorum eſt gratia: non enim ex meritis proprijs peccata hominis remittũtur, vnde dicitur Epheſ. 2. Deus qui diues eſt in miſericordia propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, & cũ eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto, cuius gratia ſaluati eſtis. ergo peccata venialia nõ remittunť ſine gratię infuſione.

¶ 2 Præt. Peccata venialia nõ remittuntur ſine pœnitentia: ſed in pęnitentia infunditur gratia, ſicut & in alijs ſacramentis nouæ legis. ergo peccata venialia non remittuntur ſine gratiæ infuſione.

¶ 3 Præt. Peccatum veniale maculam quãdã animæ infert: ſed macula nõ aufertur niſi per gratiã, quę eſt ſpiritualis animæ decor. ergo videtur ꝙ peccata venialia nõ dimittantur ſine gratiæ infuſione.

Sed contra eſt, ꝙ peccatum veniale adueniens, non tollit gratiam, neq; etiam diminuit eã, vt in ſecunda parte habitum eſt.† ergo pari ratione ad hoc ꝙ peccatum veniale remittatur, non requiritur nouæ gratiæ infuſio.

2.2.q.24.2. 10.

Respon. Dicẽdum, ꝙ vnumquodq; tollitur per ſuum oppoſitum. Peccatum autem veniale non contrariatur habituali gratiæ vel charitati, ſed retardat actum eius, inquantum nimis inhæret homo bono creato, licet non cõtra Deũ, vt in ſecunda parte habitum eſt.* & ideo ad hoc ꝙ peccatum veniale tollatur, non requiritur ꝙ infundatur aliqua habitualis gratia: ſed ſufficit aliquis mot⁹ gratię, vel charitatis ad eius remiſſionem. Quia tamen in habentibus vſum liberi arbitrij, ĩ quibus ſolis poſſunt eſſe venialia peccata, non cõtingit eſſe infuſionem gratiæ ſine actuali motu liberi arbitrij in deũ & in peccatum; ideo quãdocumq; de nouo gratia infunditur, peccata venialia remittuntur.

1.2.q.88.2. 1. & in 2.2. q.24. ar.10.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ etiam remiſſio peccatorũ uenialium eſt effectus gratiæ, per actum ſcilicet quem de nouo elicit: nõ autem per aliquid habituale de nouo animæ infuſum.

Ad 2m dicẽdum, ꝙ peccatum veniale nũquã remittiť ſine aliquali actu pœnitẽtiæ virtutis, explicito ſ. vel implicito, vt ſupra dictũ eſt: † poteſt tñ remitti peccatum veniale ſine pęnitentiæ ſacramento, qđ in abſolutione ſacerdotis formaliter perficitur, vt ſupradictum eſt.* & ideo non ſequitur ꝙ ad remiſſionẽ venialis peccati requiratur gratiæ infuſio: quæ licet ſit in quolibet ſacramento, non tamen eſt in quolibet actu virtutis.

Ar. præced.

Ad 3m dicẽdum, quòd ſicut in corpore contingit eſſe maculã dupliciter, vno modo per priuationem eius, qđ requiritur ad decorẽ, puta debiti coloris aut debitæ proportionis mẽbrorũ, alio modo per ſuperinductionem alicuius impedientis decorem, puta luti aut pulueris, ita etiam animæ inducitur macula vno modo per priuationẽ decoris gratiæ per peccatũ mortale, alio modo per inclinationem affectus inordinatã ad aliquid temporale: & hoc fit per peccatum veniale. & ideo ad tollendam maculã peccati mortalis requiritur infuſio gratiæ: ſed ad tollendam maculã uenialis pecccati, requiritur aliquis actus procedens ex gratia, per quam remoueatur inordinata adhæſio ad rem temporalem.

---

F tis. Et quòd non formaliter, probat, quia nec mortale peccatũ opponitur formaliter charitati; quoniam conſiſtit vtrumque in deordinatione actus, cui formaliter opponitur reordinatio actus. Quòd uero nec conſecutiue probat ex differentia inter mortale & ueniale in hoc; quia mortale nõ ſtat cum charitate; & ideo opponitur conſecutiue illi, ueniale autem ſtat cũ charitatis feruore; & ideo nec conſecutiue opponitur illi; tum, quia charitatis feruor non delet ueniale ſine diſplicentia; ſola autẽ diſplicentia ſine tali feruore illud delet.

G ¶ Ad hoc dicitur, ꝙ argumentũ ſupponit unum falſum. ſ. peccatum mortale non opponi formaliter charitati: nam licet charitati habituali peccatũ mortale non opponatur formaliter (quia act⁹ non opponitur formaliter habitui) ſed demeritorie: quia peccans mortaliter meretur priuari charitatis habitu, idem tamen mortale peccatum, quatenus diuino opponitur bono actuſque eſt inimicitię ad deum, formaliter opponitur amicitiæ ad deum. Et propterea ſicut actualis inimicitia opponitur formaliter actuali amicitię, ita peccatum mortale opponitur formaliter actui charitatis, qui eſt actualis amicitia ad deũ: vnde deordinatio actus peccati mortalis primo importat deordinationem cõtrarie reſpectu diuinæ amicitiæ: quia hic primo habet rationem peccati mortalis, ut patet ex hoſtili pęna hinc ſibi debita, & ſecundario habet deordinationem reſpectu moralis ordinis, ac per hoc ordinatio, cui formaliter opponitur mortale peccatũ, eſt ordinatio amicitiæ diuinæ, quam conſtat eſſe charitatem. Quocirca peccatũ ueniale, cũ in hoc differat a mortali, ꝙ mortale eſt contra diuinam amicitiam, ueniale aũt eſt pręter illam, bene dictũ eſt ab Auctore, ꝙ opponitur feruori charitatis: pro quanto retardat affectũ hoĩs ab his, quæ ſunt promptæ amicitiæ officia.

H ¶ Et cum dicitur, ꝙ compatitur ſecum feruorem charitatis, reſpondetur ꝙ licet compatiatur ſecũ aliquẽ feruorẽ charitatis, nõ tñ oẽm, in cuius ſignũ feruor patrię nullũ cõpatiť ueniale. ¶ Et ſi inſtetur, quis eſt ille feruor in hac uita, qui non compatitur ſecũ veniale reſpondetur, ꝙ eſt ille qui uirtualiter claudit in ſe diſplicentiã oĩs retrahentis a diuinæ ardore amicitię, ſiue charitas habitualis ſit magna ſiue parua; qđ patet ex eo ꝙ talis actualis feruor affect⁹ ex charitate, ſi vere hr̃, delet oẽ ueniale, ita ꝙ pro tũc ſic affectus hõ eſt ſine oĩ ueniali quo ad culpã. ¶ Ad ſecundam aũt obiectionem dicitur, ꝙ non eſt ex inſufficientia feruoris charitatis, ꝙ mediante diſplicentia deleat ueniale, ſed hoc eſt ex ordine cauſarũ & effectuum: ſicut nõ eſt ex inſufficientia charitatis, ꝙ mediãte pœnitẽtia deleat mortale. ¶ Quod autẽ dicitur, ꝙ ſola diſplicentia ſine tali feruoré delet ueniale, poteſt bene & male intelligi: ſi. n. intelligatur ſine feruore actus eliciti a charitate, tunc quodammodo eſt verum & quodammodo falſum: uerum quidem quo ad hoc, quia ſine tali feruore cauſante, diſplicẽtia a charitate imperata delet ueniale: falſum autem quo ad hoc, ꝙ hmõi diſplicentia omnino ſit abſoluta a tali feruore: qm̃ diſponit ſeu parat affectũ promptiorem ad talem charitatis feruorẽ, ſicut ueniale retardabat ab hmõi feruore: ſi uero intelligatur per feruorem talẽ feruor cuiuſcumque actus a charitate quomodolibet procedẽtis, ſic male intelligiť, quia diſplicẽtia nõ niſi charitate informata delet ueniale, ut inferius ar. 4. patet. hmõi. n. diſplicẽtia, qua deletur ueniale, quidam charitatis feruor eſt: feruet. n. per eum charitas ad cõſumptionem uenialium impedientium, ſeu retardantium affectũ a motu erga ea quæ dei ſunt.

D. 397.

¶ *Super Quæſtionis octuageſimæſeptime Articulum ſecundum.*

In art. 2. einſdem queſtionis aliquid occurrit notãdum, & aliquid dubitandum. Diligenter ſiquidẽ notandũ eſt, ab Auctore hic expreſſe haberi, quod ſuperius dixim⁹ de effectu euchariſtiæ, ſ. ꝙ non infunditur noua gratia, nec augetur per illam ſine actu liberi arbitrij diſponente ad ſuſceptionem ſeu augmentum: dicitur. n. hic, ꝙ non contingit eſſe infuſionem gratiæ in adultis ſine actuali motu liberi arbitrij in deũ, & in peccatum, & proportionaliter intelligendum eſt, de augmento gratiæ.

I ¶ Dubitandum aũt occurrit de illata ex prędicta ſententia, cõcluſione. ſ. ideo quandocũq; de nouo gratia infunditur peccata uenialia remittuntur. Et eſt ratio dubij: tum, quia non omnis actus charitatis remittit peccata uenialia: tunc quia non omnis deteſtatio peccati remittit peccata uenialia. Vtrumq; tñ videtur ſequi ex hac illatione, ſi bona eſt: qm̃ ex concurſu actus liberi arbitrij in deũ & in peccatum, infertur ꝙ infuſio gratiæ remittit uenialia.

K ¶ Ad horum euidentiam ſciendum eſt, ad remiſſionem uenialium quatuor concurrere, duo ex parte cauſæ, & duo ex parte effectus. Exigitur enim ad remiſſionem uenialiũ ex parte cauſæ, & quòd homo ſit in gratia, & quòd actualiter utatur illa. Et primum quidem habes ab Auctore in art. ult. huius q. quia ſola gratia dei eſt remiſſiua peccati: ſecundum autem habetur in artic. præcedenti, & pluries repetitur in hac quæſtione: & quoniam primum poteſt eſſe ſine ſecundo, ideo gratia compatitur ſecum peccata uenialia: ſecundum autem, quod non poteſt eſſe ſine primo, non ſic accipiendũ eſt, quaſi quilibet actus charitatis deleat uenialia: quoniam hoc eſſe falſum, ex eo probatur quòd ſequeretur, peccata uenialia regulariter deleri ſine diſplicentia tam actuali, quàm uirtuali: multi enim ſunt actus charitatis neutram diſplicentiam annexam habentes, quales ſunt actus non feruentes religionis &c. ab habente charitatem eliciti. intelligendum eſt ergo, quòd ad deletionem uenialium ultra habitum gratiæ requiritur actus charitatis uirtualiter, uel formaliter inferens diſplicentiam uenialium, ut ex 1. art.



1. ar. q. huius habere potes. Et propterea qcũq; remiſsiua dñr pctõrum uenialiũ, ad dictam diſplicentiam conducunt, ut patet etiam inducẽdo per illa tria, quæ in 3. ar. numerantur remiſſiua uenialiũ. nam in tertio ſubintelligitur diſplicentia uirtualis, in ſecũdo diſplicentia formalis: in primo autem diſplicentia formalis communiter uidetur, ſi gratia infunditur, aut uirtualis, ſi gratia augeť.

A ¶ Ex parte autẽ effectus conſideratur primo remiſſio culpæ, & ſecundario remiſſio pœnæ. Et culpa quidem remittitur ſm̃ Auctorẽ in tertio ad tertiũ, tum uirtute alicuius ſatisfactionis, tum uirtute charitatis, cui⁹ actus excitať. quod ſic intelligo: per ſatisfactionẽ enim aliquam intelligo aliquem illorũ actuũ, quos pœnitẽtiæ uirtus deo reddit pro recompẽſatione peccati quoad culpam, puta diſplicẽtiã ſeu dolorẽ, confeſſionẽ interiorẽ, uel ſubiectionẽ, uel aliquid hmõi. non. n. tã exacta requiritur pœnitẽtia ĩ remiſſiõe culpæ uenialis, qualis de remiſſione mortaliũ ſuperi⁹ deſcripta eſt. Pęnę uero remiſſio iuxta quantitatẽ feruoris in litera eadẽ quantificatur ab Auctore, & bene: ita tñ ut ꝑ feruorẽ intelligas nõ ſolũ feruorẽ actus eliciti a charitate, ſed etiã actus imperati ab eadem, puta diſplicẽtię, ſeu deteſtatiõis peccati: iuxta feruorẽ ſiqdẽ alteri⁹ eorũ, quicũq; ſit ille, pl⁹ uľ min⁹ remittiť pęna venialiũ

¶ Ad obiectionẽ in oppoſitũ, dicitur ꝙ ex litera nõ ſequiť id qđ obiiciendo inferť: ſed ſolũmõ ꝙ deteſtatio peccati & actus charitatis interuenientes ĩ infuſione gratiæ, delent uenialia. Conſtat autẽ quòd deteſtatio quę aſſequitur infuſionẽ gratię, nõ eſt qualiſcumq; deteſtatio: ſed talis & tanta ut diuinæ mereatť præſentiã grę. Et ſimiliter actus charitatis ſeu fidei formatę in Deũ, nõ eſt quicũq; charitatis act⁹, ſed ex tali ac tanto conatu prouenienſ, ut diuinæ adſit infuſio gratiæ: in huiuſmodi. n. deteſtatione pctĩ & motu ĩ deũ, interuenit taliter uirtualiter deteſtatio & uenialium grauiorũ, quæ diſpoſuerũt ad mortalia, & uenialiũ, q impedierũt acceſſum ad hãc mutationẽ dexteræ Excelſi. & cõiter iter uenire ẽt uť dolor de offenſa dei ĩ cõi, in quo claudiť deteſtatio uenialiũ ĩ gñe. raro. n. uel nũquã accidere uť, accedẽtib⁹ ad ſacramẽta, ut doleãt ꝑciſe de mortali pctõ, cõiter. n. in cõi peccatorũ dolor occurrit.

## Articvlvs III.

*Vtrum uenialia peccata remittantur per aſperſionem aquæ benedictæ &c. huiuſmodi.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur ꝙ uenialia peccata non remittantur per aſperſionem aquæ benedictæ, & epiſcopalem benedictionem, & alia huiuſmodi. Peccata. n. uenialia non remittunť ſine pęnitentia, ut dictum eſt: † ſed pęnitẽtia per ſe ſufficit ad remiſſionẽ venialiũ peccatorũ. ergo iſta nihil operantur ad huiuſmodi remiſſionem.

Supr. q. 65. art. 1. ad 6. & 8. & q. 83. ar. 3. ad 3. Et 4. diſ. 16. q. 2. art. 2. q. 4. & di. 17. q. 3. art. 3. q. 3. & di. 21. q. 2. art. 1. & 2. Et mal. q. 7. ar. 12.

Ar. 1. huius quæſt.

¶ 2 Præt. Quodlibet iſtorum eandem relationem habet ad vnum peccatũ veniale, & ad omnia. Si ergo per aliquod iſtorũ remittitur aliquod peccatum veniale, ſequitur, quòd pari ratione remittãtur omnia: & ita per vnam tunſionem pectoris, vel per vnam aſperſionem aquæ benedictæ, redderetur homo immunis ab omnibus peccatis venialibus, qđ videť incõueniẽs.

¶ 3 Præt. Peccata venialia inducunt reatum alicuius pœnæ, licet temporalis: dicitur enim 1. Cor. 3. de eo qui ſuperædificat lignum, fœnum, & ſtipulam, ꝙ ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem: ſed huiuſmodi, per quæ dicitur peccatum veniale dimitti, vel nullã vel minimam pœnam in ſe habent. ergo non ſufficiũt ad plenam remiſſionem venialium peccatorum.

Sed contra eſt, qđ † Aug. dicit in lib. de Pęnitentia, ꝙ pro leuibus peccatis pectora noſtra tundimus, & dicimus, Dimitte nobis debita noſtra. & ita uidetur ꝙ tũſio pectoris & oratio dominica cauſent remiſſionem uenialium peccatorum. & eadem ratio uidetur eſſe de alijs.

In li. de medicina pęniten. 2. to.

Respon. Dicẽdum, ꝙ (ſicut dictũ eſt †) ad remiſſionẽ uenialis peccati nõ requiriť nouæ gratiæ infuſio: ſed ſufficit aliquis actus procedens ex gratia, quo aliquis deteſteť peccatũ ueniale uel explicite, uel ſaltem implicite: ſicut cũ aliquis feruenter moueť in deũ. & ideo triplici ratione aliqua cauſant remiſſionẽ uenialiũ peccatorũ. Vno modo, inquantũ in eis infunditur gratia: quia ꝑ infuſionẽ gratiæ tollũtur venialia peccata, ut ſupra dictũ eſt.* & hoc modo per euchariſtiã & extremam unctionem, & uniuerſaliter per omnia ſa-

Ar. 2. huius quæſt.

cramenta nouæ legis, in quibus confertur gratia, peccata venialia remittuntur. ſecundo, inquantum ſunt cũ aliquo motu deteſtatiõis peccatorũ. & hoc mõ cõfeſſio generalis, tunſio pectoris, & oratio dominica, operãtur ad remiſſionẽ venialiũ peccatorũ. nã in oratione dominica petimus, Dimitte nobis debita noſtra. tertio modo, inquãtũ ſunt cũ aliquo motu reuerẽtiæ in deũ, & ad res diuinas. & hoc mõ, benedictio epiſcopalis, aſperſio aquæ benedictæ, q̃libet ſacramẽtalis vnctio, oratio ĩ eccleſia dedicata, & ſi aliqua alia ſunt hmõi, operant' ad remiſſionẽ venialiũ peccatorũ.

Ad primvm ergo dicẽdum, ꝙ omnia iſta cauſant remiſſionem peccatorum venialium, inquantũ inclinant animam ad motum pœnitentiæ, qui eſt deteſtatio peccatorum, vel implicite, vel explicite.

Ad $2^m$ dicendũ, ꝙ omnia iſta quantũ eſt de ſe, operantur ad remiſſionem omnium peccatorum venialium: poteſt tamen impediri remiſſio, quãtum ad aliqua peccata venialia, quibus mẽs actualiter inhæret: ſicut & p fictionẽ interdũ impedit' effectus baptiſmi.

Ad $3^m$ dicẽdũ, ꝙ per prædicta tolluntur quidẽ peccata venialia quantũ ad culpã, tũ virtute alicuius ſatiſfactionis, tũ etiã virtute charitatis, cuius motus p p̃dicta excitat'. Nõ aũt p quodlibet prędictorũ ſemper tollitur totus reatus pœnæ: quia ſic qui eſſet omnino immunis a peccato mortali, aſperſus aqua benedicta, ſtatim euolaret: ſed reatus pœnæ remittitur per prædicta ſm modũ feruoris in deum, qui per prædicta excitatur, quandoq; magis, quãdoq; autẽ minus.

## Articvlvs IIII.

*Vtrum ueniale peccatum poſſit remitti ſine mortali.*

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur ꝙ veniale peccatum poſſit remitti ſine mortali: quia ſuper illud Ioan. 8. Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illã lapidem mittat, dicit quædam glo. ꝙ omnes illi erant in peccato mortali: venialia enim eis dimittebãtur per cæremonias. ergo veniale peccatũ poteſt remitti ſine mortali.

¶ 2 Præt. Ad remiſſionem peccati venialis non requiritur gratiæ infuſio, requiritur autem ad remiſſionem mortalis. ergo veniale peccatum poteſt remitti ſine mortali.

¶ 3 Prę. Plus diſtat peccatum veniale a mortali, q̃ ab alio veniali: ſed vnum veniale poteſt dimitti ſine alio, vt dictum eſt †. ergo veniale poteſt dimitti ſine mortali.

Sed contra eſt, ꝙ dicit' Mat. 5. Amen dico tibi: non exies inde. (.ſ. ex carcere, in quẽ intruditur hõ pro peccato mortali) donec reddas nouiſſimũ quadrãtẽ: per quẽ ſignificat' veniale peccatũ. ergo veniale pctm̃ ñ remittit' ſine mortali.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ, ſicut ſupra dictũ eſt †, remiſſio culpæ cuiuſcũque numquam fit niſi per virtutẽ gratiæ: quia vt Apoſto. dicit Rom. 4. ad gratiã dei pertinet, ꝙ Deus alicui nõ imputet peccatum, quod gl. ibi exponit de veniali. * Ille autem qui eſt in peccato mortali, caret gratia dei. Vnde nullum veniale ſibi remittitur.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ venialia ibi dicuntur irregularitates ſiue immunditiæ, quas contrahebant ſecundum legem.

Ad $2^m$ dicendum, ꝙ licet ad remiſſionem peccati venialis non requiratur noua infuſio habitualis gratiæ, requiritur tamẽ aliquis gratiæ actus, qui non poteſt eſſe in eo, qui ſubiacet peccato mortali.

Ad $3^m$ dicendum, ꝙ peccatũ veniale non excludit omnem actũ gratiæ, per quẽ poſſunt omnia peccata venialia dimitti: ſed peccatũ mortale excludit totaliter habitũ gratiæ, ſine quo nullum peccatum mortale vel veniale remittitur. & ideo non eſt ſimilis ratio.

¶ *Super Quæſtionis octuageſimæ ſeptimæ Articulum quartum.*

In ar. 4. in corpore aduerte rationem mouentem Auctorem non ſe tenere ex parte pęnæ, ſed ex parte culpæ, quia .ſ. nulla culpa a deo remittitur, niſi per virtutẽ gratiæ, quod ſi Durã. aduertere voluiſſet, aut ſoluiſſet hanc rationem, aut ceſſaſſet ab obiiciendo. ipſe. n. in 4. ſent. diſt. 16. q. 1. ar. 2. contra hanc doctrinam obiicit tripliciter.

¶ Primo, quia culpa venialis cõſiſtit ĩ deordinatione volũtatis, quæ tollitur per debitam diſplicentiam eius, quod indebite placuit.

¶ Secundo, q a puer non baptizatus in originali exiſtens peccato, quando venit ad etatẽ, poteſt primo peccare venialiter, & ſtatim mori. Et tunc proceditur, an punietur pœna æterna pro peccato veniali, an pœna temporali &c.

¶ Tertio, per opera bõa facta extra charitatem poteſt aliquis ſecundum omnes mereri de congruo aliquod bonũ tẽporale. ergo expiationem pœnæ temporalis debitæ peccato veniali.

¶ Ad hæc facile dicitur, ꝙ culpa peccati venialis non tollit ſolummodo rectitudinẽ actus voluntarii, ſed etiam ordinem ad actualẽ dilectionẽ dei: eſt enim impeditiuum feruoris charitatis, & ex hac parte habet rationem cuiuſdã offenſæ dei. Et propterea dato, ꝙ ſiſtẽs in peccato mortali poſſit reparare rectitudinẽ venialis peccati (puta, quia ex mendace iocoſe uel officioſe, habituat' eſt ad veritatem dicendam etiam iocoſe & officioſe) non ppterea remiſſionẽ conſecutus eſt p̃teritę culpę, qua aliquo modo deum offendit, quoniam nulla offenſa ſine gratia a deo dimittit'. Nec diſplicẽtia illa quæ in hoc ponitur, ſufficit ad remiſſionem culpæ: quia non eſt deo accepta, ſine gratia, vt in litera dicitur ex Pſal. & Apoſtolo & gl Beatus vir, cui non imputauit domin' peccatum &c.

¶ Ad ſecundum dicitur, quòd ſi caſus accideret, & peccatum illud veniale æternaliter puniretur per accidẽs, hoc eſt rõne ſtatus, quia eſſet in ſtatu, in quo ſemper maneret culpa, manente autem culpa in æternum, debet etiam pœna eſſe æterna, vt ipſemet Duran. in eodẽ lib. approbat.

¶ Ad tertiũ dicitur, ꝙ q̃cquid ſit de pœna, negandum eſt ꝙ per bona opera facta extra charitatẽ poſſit aliquis mereri de congruo remiſſionẽ culpæ, & propterea argumẽtum non militat contra pręſentẽ doctrinam.

Infr. q. 90. art. 4. ad 3. Et 4. di. 16. q. 2. ar. 1. q. 2. & 3.

Ar. præced. ad 2. & q. præce. ar. 3.

Q. præced. arti. 6. & q. 86. ar. 3.

Gl. interlinearis ibid. ſuper illud Beatus cui non imputauit Dominus peccatum.

## *Qvæstio LXXXVIII.*

*De reditu peccatorum per pœnitentiã dimiſſorum, in quatuor articulos diuiſa.*

Deinde cõſiderandum eſt de reditu peccatorum per pęnitentiã dimiſſorũ.

### Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum peccata per pœnitentiam dimiſſa, redeãt ſimpliciter per ſequens peccatum.

¶ Secundo, Vtrũ aliquo modo per ingratitudinem redeant ſpecialius ſecundum quędã peccata.

¶ Tertio, Vtrum peccata redeant in æquali reatu.

¶ Quarto, Vtrum illa ingratitudo, per quam redeunt, ſit ſpeciale peccatum.

## Articvlvs I.

*Vtrum peccata dimiſſa redeant per ſequens peccatum.*

Ad primvm ſic procedit'. Videt' quòd peccata dimiſſa, redeant per ſequens peccatum. Dicit enim † Auguſtinus in libro de Baptiſmo: Redire dimiſſa peccata, vbi fraterna charitas non eſt, apertiſſime Dominus in euãgelio docet in illo ſeruo, a quo dimiſſum debitum dominus repetijt, eo quòd ille conſeruo ſuo debitum nollet dimittere: ſed fraterna charitas tollitur, per quodlibet peccatum mortale. ergò per quodlibet ſequens mortale peccatum, redeunt peccata prius per pęnitentiam dimiſſa.

¶ 2 Præt. Super illud Lucæ 11. Reuertar in domum meam vnde exiui, dicit * Beda, Timendus eſt iſte verſiculus, nec non exponendus, ne culpa quam in nobis extinctã credebamus, per incuriam nos vacantes opprimat. hoc autem non eſſet niſi rediret. ergo culpa per pęnitentiam dimiſſa redit.

¶ 3 Præt. Ezechiel. 18. Dominus dicit, *Si auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, omnes iuſtitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur*: ſed inter alias iuſtitias quas fecit, etiam præcedens pœnitentia continetur, cum ſupra dictum † ſit pœnitentiam eſſe partẽ iuſtitiæ. ergo poſtquam pœnitens peccat, non imputatur ei pręcedẽs pœnitentia, per quam conſecutus eſt veniam peccatorum. redeunt ergo illa peccata.

¶ 4 Præt. Peccata præterita per gratiam tegũtur, vt patet per Apoſtolum Roma. 4. inducentem illud Pſalmiſtæ 31. Beati quorũ remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata: ſed per peccatũ mortale ſequens gratia tollitur. ergo peccata quæ fuerãt prius commiſſa, remanent detecta. & ita videtur quòd redeant.

Sed contra eſt, ꝙ Apoſtolus dicit Roman. 11. Sine pœnitẽtia ſunt dona & vocatio Dei: ſed peccata pœnitẽtis ſunt dimiſſa per donum dei. ergo per peccatum ſequens non redeunt dimiſſa peccata, quaſi deus de dono remiſſionis pœniteat.

¶ Præt. † Auguſtinus dicit in libr. reſponſionum Proſperi: Qui receditɑ Chriſto, & alienatus a gratia, finit hanc vitam; quid niſi in perditionem vadit? ſed non in id, quod dimiſſum eſt recidit, nec pro originali peccato damnabitur.

Respon. Dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt *) in peccato mortali ſunt duo, ſcilicet auerſio a deo, & cõuerſio ad bonum creatum. Quicquid autem eſt ex parte auerſionis in peccato mortali, ſecundum ſe conſideratum eſt commune omnibus peccatis mortalibus: quia per quodlibet peccatum mortale homo auertitur a deo. unde & per conſequens macula, quæ eſt per priuationem gratiæ, & reatus pœnæ æternæ communia ſunt omnibus peccatis mortalibus. & ſecũdum hoc intelligitur id, quod dicit' Iacobi 2. Qui offendit in vno factus eſt *omnium reus*: ſed ex parte conuerſionis, peccata mortalia ſunt diuerſa, & interdum cõtraria. Vnde manifeſtum eſt, quòd ex parte conuerſionis, peccatum mortale ſequens non facit redire peccata mortalia prius abolita: alioquin ſequeretur, quòd homo per peccatum prodigalitatis reduceretur in habitum vel diſpoſitionem auaritiæ prius abolitæ. & ſic contrariũ eſſet cauſa ſui contrarij, quod eſt impoſſibile. ſed conſiderãdo in peccatis mortalibus id, quod eſt ex parte auerſionis abſolutæ, per peccatum mortale ſequens redit illud, quod fuerat in prioribus peccatis ante dimiſſionem, inquãtum per peccatum mortale ſequẽs homo priuatur gratia, & fit reus pęnæ æternæ, ſicut & prius erat. Verum quia auerſio in peccato mortali, ex conuerſione quodammodo cauſatur, recipiunt ea, quæ ſunt ex parte auerſionis quodammodo diuerſitatem per comparationem ad diuerſas conuerſiones ſicut ad diuerſas cauſas: ita quòd ſit alia auerſio, & alia macula, & alius reatus, prout cõſurgit ex alio & alio actu peccati mortalis. & hoc modo, in quæſtionem vertitur, vtrum macula & reatus pœnæ æternæ ſecundum quòd cauſabantur ex actibus peccatorum prius dimiſſorum, redeant per peccatum mortale ſequens. Quibuſdã igitur viſum eſt, ꝙ ſimpliciter etiã hoc modo redeant. ſed hoc nõ poteſt eſſe: quia opus dei per opus hoĩs irritari non poteſt. Remiſſio autem peccatorum priorum, fuit opus diuinæ miſericordiæ. unde non poteſt irritari per ſequens peccatum hominis, ſecundum illud Rom. 3. Nũquid incredulitas illorum fidem dei euacauit? & ideo alij ponentes peccata redire, dixerunt, quòd deus non remittit peccata pœnitenti poſtmodum peccaturo, ſm præſcientiam, ſed ſolum ſecundum præſentem iuſtitiam: præſcit enim ſe pro his peccatis eum æternaliter puniturum, & tamen per gratiam facit eum præſentialiter iuſtum. ſed nec hoc ſtare poteſt: quia ſi cauſa abſolute ponatur, & effectus ponitur abſolute. Si igitur nõ abſolute fieret per gratiam, & gratiæ ſacramenta peccatorum remiſſio, ſed cum quadam conditione in futurum dependente, ſequeretur quòd gratia & gratiæ ſacramenta non eſſent ſufficiens cauſa remiſſionis peccatorum, quod eſt erroneum, vtpote derogans gratiæ dei. & ideo nullo modo poteſt eſſe, quòd macula & reatus præcedentium peccatorum, redeant ſecundum quòd ex talibus actibus cauſabantur. Contingit autem, quòd ſequens actus peccati, virtualiter continet reatum prioris peccati, inquantum ſcilicet aliquis homo ſecundo peccans, ex hoc ipſo videtur grauius peccare quàm prius peccauerat, ſecundum illud Rom. 2. Secundum duritiam tuam, & cor impœnitens theſaurizas tibi iram in die irę, ex hoc ſcilicet ſolo, quòd contemnitur dei bonitas, quę ad pœnitentiam expectat. Multo autem magis contemnitur dei bonitas, ſi poſt remiſſionem prioris peccati, ſecundo peccatum iteretur: quanto maius eſt beneficium peccatum remittere, quàm peccatorem ſuſtinere. Sic igitur per peccatum ſequens pœnitentiam, redit quodammodo reatus peccatorum prius dimiſſorum, non inquantum cauſabatur ex illis peccatis prius dimiſſis, ſed inquãtũ cauſatur ex peccato vltimo perpetrato, qđ aggrauatur ex peccati, priorib'. & hoc nõ eſt peccata

¶ *Super Quæſtionis octuageſimæoctauæ Articulum primũ.*

In ar. 1. q. 88. circa illud, homo ſecundo peccans, ex hoc ipſo videtur grauius peccare, quàm prius peccauerat, dubiũ occurrit. nam falſum videtur ſecũdum peccatum eſſe grauius primo, imo totũ oppoſitũ: quoniam primum peccatum eſt caſus ab innocentia: ſecundum autẽ addit ſordem ſordi, iuxta illud, Qui ſordid' eſt ſordeſcat adhuc. Cõſtat autem maioris ingratitudinis eſſe peccare contra beneficium innocẽtiæ, ex quo aggrauatur primũ peccatũ, quàm contra beneficiũ expectationis ad pœnitentiam, ex quo aggrauatur ſecundũ peccatum.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ nõ eſt hic ſermo cõparatiuus peccatorum penes grauitatem, ſed continentiæ, quaſi virtualis prioris peccati ĩ poſteriori non ſimpliciter, ſed ſecundum quid: hoceſt ſecundum aliquam certã ſpecialem rationẽ: puta quia poſterius peccatum eſt cõtra ſuſtinentẽ indignũ ſuſtineri. Et ideo cũ hac doctrina ſtat, ꝙ primum peccatum fuerit ex ppria ſpecie grauius, puta blaſphemia Dei, ſecundo exiſtente peccato gulæ. & ſecundũ rationem ingratitudinis, puta, quia primum fuit contra beneficium innocentiæ, ſecundum autẽ etiam ſi leuiſſimum ex ſua ſpecie mortale eſſet, ſemper habet hanc aggrauantem circunſtantiam ingratitudinis ex priore peccato conſurgẽtem, quod eſt contra hoc beneficium expectationis indigni ex priore cõmiſſo peccato: ſecundum hanc enim circũſtantiam grauius eſt ſecundum peccatum, quàm primũ. Et hinc Auctor ad ſimilem grauitatem ſecundum ſimilem circunſtantiam procedit in litera: peccatum enim poſt pęnitentiam, vt in tertio patet articulo, non oportet eſſe grauius abſolute peccato dimiſſo: ſed ſemper eſt grauius ſecundum quid, hoceſt ſecundum hanc circunſtãtiam, qua eſt contra eũ, qui remiſit priora peccata. ſecundũ hanc enim circunſtantiam peccatum poſt pęnitentiam cõtinere dicitur virtualiter peccata pri' dimiſſa: quia ex illis peccatis conſurgit, hæc circunſtãtia aggrauans peccatum poſt pęnitentiam.

Inf. ar. 2. & 3. cor. Et 4. diſ. 22. q. 1. ar. 1.

Li. 1. de baptiſmo, contra donatiſ. c. 12. in medio to. 7

Beda in Lucã. c. 58. nõ multum remote ante finem to. 2.

Q. 85. ar. 3.

Referé hoc de pœni. di. 4. c. Qui recedit. id habet Proſper in reſponſ. ad 2. rationẽ gallorũ.

Q. 86. ar. 4.

peccata dimiſſa redire ſimpliciter, ſed redire ſecundum quid, inquantum ſcilicet, virtualiter in peccato ſequenti continentur.

Ad primum ergo dicendum, quòd illud verbum Aug. videtur eſſe intelligendum de reditu peccatorum, quantum ad reatum pœnæ æternæ in ſe cõſideratum: quia ſcilicet, poſt pęnitentiam peccans, incurrit reatum pœnæ æternæ, ſicut & prius: non tamẽ omnino propter eandem rationem. Vnde† Aug. in li. de reſponſionibus Proſperi, cum dixiſſet, quòd non id, quod remiſſum eſt recidit, nec pro originali peccato dãnatur, ſubdit: qui tamen ea morte afficitur, quæ ei propter peccata dimiſſa debebatur: quia ſcilicet incurrit mortẽ æternã, quã meruerat p peccata p̃terita.

Proſper in reſponſione ad 2. rationem Gallorum. Et refert de pœnit. di. 4. ca. Qui recedit.

G

Ad 2^m dicendum, quòd in illis verbis non intendit dicere Beda, ꝙ culpa prius dimiſſa hominẽ opprimat per reditũ reat⁹ præteriti: ſed p iterationẽ actus.

Ad 3^m dicendum, quòd per ſequens peccatum, iuſtitiæ priores obliuioni traduntur, inquantum erãt meritoriæ vitæ æternæ: non tamen inquantum erant impeditiuæ peccati. unde ſi aliquis peccet mortaliter poſtquam reſtituit debitum, non efficitur reus, quaſi debitum non reddidiſſet. & multo minus traditur obliuioni pęnitẽtia pri⁹ acta, quãtũ ad remiſſionẽ culpæ, cũ remiſſio culpæ magis ſit opus Dei q̃ hominis.

H

Ad 4^m dicendum, quòd gratia ſimpliciter tollit maculam, & reatum pœnę æternę. Tegit autem actus peccati pręteritos, ne ſcilicet propter eos Deus hominem gratia priuet. & reum habeat pœnę æternæ. & quod gratia ſemel fecit, perpetuo manet.

## Articvlvs II.

*Vtrum peccata dimiſſa, redeant per ingratitudinem quæ ſpecialiter eſt ſecundum odium fraternum, apoſtaſiam a fide, contemptum confeſſionis, & dolorem de pœnitentia habita.*

4. diſ. 22. q. 1. ar. 1. cor. & ar. 3.

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur quòd peccata dimiſſa nõ redeant per ingratitudinem, quæ ſpecialiter eſt ſecundum quatuor genera peccatorum, ſcilicet ſecundum odium fraternum, apoſtaſiam a fide, cõtemptum confeſſionis, & dolorem de pœnitentia habita, ſm ꝙ quidam metrice dixerunt:

I

Fratres odit, apoſtata fit, ſpernitque fateri.

Pœnituiſſe piget, priſtina culpa redit. Tanto. n. eſt maior ingratitudo, quãto grauius eſt peccatũ, qđ quis cõtra Deum committit poſt beneficium remiſſionis peccatorum: ſed quędam alia peccata ſunt his grauiora, ſicut blaſphemia contra Deum, & peccatũ in Spiritum ſanctũ. ergo videtur, quòd peccata dimiſſa nõ redeant magis ſecundum ingratitudinẽ commiſſam, ſecundum hæc peccata, quàm ſecundum alia.

Habet̃ de pęnit. di. 4. c. Si Iudas.

¶ 2 Præt. *Rabanus dicit, Nequam ſeruum tradidit deus tortoribus, quoaduſque redderet vniuerſum debitum, quia non ſolum peccata quæ poſt baptiſmũ homo egit reputabuntur ei ad pœnam, ſed & originalia, quæ in baptiſmo ſunt ei dimiſſa: ſed etiam peccata venialia inter debita computantur, pro quibus dicimus, Dimitte nobis debita noſtra. ergo ipſa etiã redeunt per ingratitudinem. & pari ratione videtur, quòd per peccata venialia redeant peccata prius dimiſſa, & non ſolum per peccata prædicta.

K

¶ 3 Præt. Tanto eſt maior ingratitudo, quanto poſt maius beneficium acceptum aliquis peccat: ſed beneficium Dei eſt etiam ipſa innocentia, qua peccatũ vitamus: dicit enim† Aug. in 2. confeſſ. Gratiæ tuæ deputo quęcumque peccata non feci. Maius autem donum eſt innocẽtia, q̃ etiã remiſſio omniũ peccatorũ. ergo non minus eſt ingratus Deo qui peccat poſt innocentiam, quàm qui peccat poſt pœnitentiam. & ita videtur quòd per ingratitudinem, quæ fit ſecundum peccata prędicta, non maxime redeãt peccata dimiſſa.

Li. 2. confeſ. cap. 7. ante med. to. 1.

F

Sed contra eſt, quòd* Grego. dicit 18. Moral. Ex dictis euangelicis conſtat, quòd ſi quid in nos delinquitur, ex corde non dimittimus, & illud rurſus exigitur, quod nobis iam per pęnitentiam dimiſſum fuiſſe gaudebamus. & ita propter odium fraternum ſpecialiter peccata dimiſſa redeunt ſecundum ingratitudinem. & eadem ratio videtur de alijs.

Li. 4. dialo. c. 60. circa finem.

Respon. Dicẽdum, quòd (ſicut ſupra dictũ eſt*) peccata dimiſſa, per pœnitentiam redire dicuntur, in quãtum reatus eorum ratione ingratitudinis, virtualiter continetur in peccato ſequenti. Ingratitudo autẽ poteſt committi dupliciter: vno modo, ex eo quòd aliquid fit contra beneficium. & hoc modo per omne peccatum mortale quo deũ offendit, redditur homo ĩgratus deo, qui peccata remiſit. & ſic per quodlibet peccatum mortale ſequẽs, redeũt peccata prius dimiſſa, ratione ingratitudinis: alio modo committitur ingratitudo non ſolum faciendo contra ipſum beneficium, ſed etiam faciendo contra formam beneficij præſtiti: quæ quidem forma ſi attendatur ex parte benefactoris, eſt remiſſio debitorum. Vnde contra hanc formam facit, qui fratri petenti veniam non remittit: ſed odium tenet. Si autem attendatur ex parte pęnitentis, qui recipit hoc beneficium, inuenitur ex parte eius duplex motus liberi arbitrij: quorum primus eſt motus liberi arbitrij in deum, qui eſt actus fidei formatæ, & contra hoc facit homo apoſtatando a fide: ſecundus autem eſt motus liberi arbitrij in peccatum, qui eſt actus pœnitentiæ. Ad quem primo pertinet (vt ſupra dictũ eſt†) quòd homo deteſtetur peccata præterita, & contra hoc facit ille, qui dolet ſe pœnituiſſe. Secũdo ptinet ad actũ pęnitentię, vt pęnitens proponat ſe ſubijcere clauibus eccleſię per confeſſionem, ſecundũ illud. pſalmi 31. Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meã Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. & contra hoc facit ille, qui contemnit confiteri ſecũdum quòd propoſuerat. & ideo dicitur quòd ſpecialiter ingratitudo horum peccatorum, facit redire peccata prius dimiſſa.

Ar. præced.

Q. 85. ar. 5. & 6.

Ad primvm ergo dicendum, quòd hoc non dicitur ſpecialiter de iſtis peccatis, quia ſint ceteris grauiora: ſed quia directius opponuntur beneficio remiſſionis peccatorum.

Ad 2^m dicendum, quòd etiam peccata venialia, & ipſum originale redeunt modo prædicto,* ſicut & peccata mortalia, inquantum contemnitur dei beneficium, quo hęc peccata ſunt remiſſa: non tamen per peccatum veniale aliquis incurrit ingratitudinem: quia homo peccando venialiter, nõ facit contra deũ, ſed præter ipſum. & ideo per peccata venialia, nullo modo peccata dimiſſa redeunt.

In corp. ar.

Ad 3^m dicendum, quòd beneficium aliquod habet penſari dupliciter: uno modo ex quãtitate ipſius beneficij. & ſecundum hoc innocentia eſt maius dei beneficium quàm pęnitentia, quæ dicitur ſecunda tabula poſt naufragium: alio modo, poteſt penſari beneficium ex parte recipiẽtis, qui minus eſt dignus, & ſic magis fit ſibi gratia: vnde & ipſe magis ẽ ingratus ſi contemnat. & hoc modo beneficium remiſſionis culpæ eſt maius, inquantum pręſtatur totaliter indigno, & ideo ex hoc ſequitur maior ingratitudo.

A r-



## Articvlvs III.

*Vtrum per ingratitudinem peccati ſequentis, conſurgat tantus reatus, quantus fuerat pecatorũ prius dimiſſorum.*

¶ *Super Quæſtionis octuageſimæoctauæ articulum tertium.*

IN ar. 3. eiuſdem q. intellige nouitie ingratitudinem non habere quantitatem ex quantitate beneficii, quamuis habeat ex illo ſpeciẽ, ſicut nec odiũ habet quantitatem ex obiecto odio habito. non. n. oportet tantum eſſe odium, quantum eſt odibile: contingit. n. unum & idem plus, & minus odio haberi. Et ſimiliter non oportet tantum eſſe amorem, quantum eſt amatum: eſt enim aliquid plus amabile quàm ametur, & ſic de aliis. Quantificatur autem ingratitudo ex beneficio (ut in litera dicitur) proportionaliter, & hoc eſt dicere, quòd ſi cõparentur duæ ingratitudines ad duo beneficia, uerum eſt ꝙ ceteris paribus quanto beneficium maius eſt beneficio, tanto ingratitudo maior eſt ingratitudine. Et propterea tanto peccatum poſt pœnitentiam eſt ſecundũ ingratitudinis circumſtantiam grauius, quanto contra maius eſt beneficium remiſſionis peccatorũ. Et quia beneficium remiſſionis quantificatur ſecundum peccata dimiſſa, ideo tãto grauius quis poſt pœnitẽtiam peccat, quanto maior peccator prius fuit, & ceteris paribus quanto pluries dimiſſa ſibi peccata fuerunt.

4. d. 22. q. 1. ar. 2. q. 3.

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd per ingratitudinem peccati ſequentis conſurgat tantus reatus, quantus fuerat peccatorum prius dimiſſorũ: quia ſecundum magnitudinẽ peccati eſt magnitudo beneficii, quo peccatum dimittitur, & per conſequens magnitudo ingratitudinis, qua hoc beneficium cõtemnitur: ſed ſecundum quantitatem ingratitudinis, eſt quantitas reatus cõſequẽtis. ergo eſt tãt⁹ reatus qui conſurgit ex ingratitudine ſequẽtis peccati, quãtus fuit reatus omnium pręcedentium peccatorum.

B

¶ 2 Pręt. Magis peccat qui deum offendit, quàm qui offendit hominem: ſed ſeruus manumiſſus ab aliquo domino, reducitur in eandem ſeruitutem, a qua prius fuit liberatus, uel etiam in grauiorem. ergo multo magis ille, qui contra deum peccat poſt liberationem a peccato, reducitur in tantum reatũ pœnæ, quantũ primo habuerat.

C

¶ 3 Præt. Matth. 18. dicitur, quòd iratus Dominus tradidit eum (cui replicantur peccata dimiſſa, propter ingratitudinem) tortoribus quoaduſq; redderet uniuersũ debitum: ſed hoc non eſſet, niſi conſurgeret ex ingratitudine reatus, quantus fuit omnium præteritorum peccatorũ. ergo æqualis reatus per ingratitudinem redit.

D

Sed contra eſt, quòd dicitur Deut. 25. Pro menſura peccati erit et plagarum modus. Ex quo patet, quòd ex paruo peccato non conſurgit magnus reatus: ſed quandoq; peccatum mortale ſequens, eſt multo minus quolibet peccatorũ prius dimiſſorum. non ergo ex peccato ſequenti redit tãtus reatus, quantus fuit peccatorum prius dimiſſorum.

Respon. Dicendum, quòd quidam dixerunt, ꝙ ex peccato ſequenti, propter ingratitudinem conſurgit tantus reatus, quantus fuit reatus peccatorũ prius dimiſſorum ſuper reatum proprium huius peccati: ſed hoc non eſt neceſſarium, quia ſicut ſupra dictum eſt,† reatus præcedentium peccatorum non redit per peccatum ſequens, inquantum ſequebatur ex actibus præteritorum peccatorum, ſed inquantum conſequitur actum ſequẽtis peccati. Et ideo oportet, quòd quãtitas reatus redeuntis, ſit ſecundum grauitatem peccati ſubſequentis. Poteſt autem contingere, quòd grauitas peccati ſubſequentis adæquetur grauitati omniũ peccatorum præcedentium: ſed hoc nõ ſemper eſt neceſſe, ſiue loquamur de grauitate eius, quam habet ex ſua ſpecie (cum quandoque peccatum ſequens ſit fornicatio ſimplex, peccata uero præterita fuerunt adulteria, uel homicidia, ſeu ſacrilegia) ſiue etiã loquamur de grauitate, quam habet ex ingratitudine annexa. nõ enim, oportet, quòd quantitas ingratitudinis ſit abſolute æqualis quantitati beneficii ſuſcepti, cuius quantitas attenditur ſecundum quantitatem peccatorum prius dimiſſorum. contingit enim quòd contra idem beneficium unus eſt multum ingratus, uel ſecundum intenſionem contemptus beneficii, uel ſecundum grauitatem culpæ contra benefactorem commiſſæ, alius autem parum, uel quia minus contemnit, uel quia minus contra benefactorem agit: ſed proportionaliter quantitas ingratitudinis, adæquatur quantitati beneficii: ſuppoſito enim æquali contemptu beneficii, uel offenſa benefactoris, tanto erit grauior ingratitudo, quanto beneficium fuit maius. unde manifeſtum eſt, quòd non eſt neceſſe, quòd propter ingratitudinem, ſemper per peccatũ ſequens redeat tantus reatus, quãtus fuit præcedentium peccatorum, ſed neceſſe eſt ꝙ proportionaliter quanto peccata prius dimiſſa fuerũt plura & maiora, tãto redeat maior reatus per qualecumque ſequens mortale peccatum.

E

Ar. 1. huius

A

B

Ad primvm ergo dicendum, quòd beneficium remiſſionis culpę recipit quantitatem abſolutam, ſecundum quantitatem peccatorum prius dimiſſorum: ſed peccatum ingratitudinis non recipit quantitatem abſolutam ſecundum quantitatem beneficii, ſed ſecundum quantitatem contemptus uel offenſæ, ut dictum eſt.† & ideo ratio non ſequitur.

C

In corp. art.

Ad 2^m dicendum, quòd etiam ſeruus manumiſſus non reducitur in priſtinam ſeruitutem pro qualicumq; ingratitudine: ſed pro aliqua graui.

Ad 3^m dicendum, quòd illi, cui peccata dimiſſa replicantur propter ſubſequentem ingratitudinẽ, redit uniuerſum debitum, inquantum quantitas peccatorum præcedentium proportionaliter inuenitur in ingratitudine ſubſequenti, non autem abſolute, ut dictum eſt.*

In corp. ar.

D

## Articvlvs IIII.

*Vtrum ingratitudo, ratione cuius ſequens peccatum facit redire peccata prius dimiſſa, ſit ſpeciale peccatum.*

¶ *Super Quæſtionis octuageſimæoctauæ Articulum quartum.*

IN ar. 4. eiuſdem q. aduerte nouitie, ingratitudinẽ, de qua eſt ſermo, nõ eſſe ſpeciale peccatũ non ſolum ea ratione, quia ipſa & peccatũ, puta fornicatio poſt pœnitentiam, non conſtituunt duo peccata. ſ. ingratitudinis & fornicationis, ſed ea potius ratione, quia huiuſmodi ingratitudinis circunſtantia nõ apponit circa peccatum poſt pœnitentiã deformitatem alterius ſpeciei ab ipſo peccato, immo ingratitudo iſta trahit̃ ad ſpeciẽ peccati quod circumſtat, puta fornicationis, ſi peccatũ poſt pœnitentiam eſt fornicatio, & ſic de aliis: ſimile eſt. n. de ſimilibus conſequentibus ad omnia peccata

2. 2. q. 107. arti. 2. ad 1. Et 4. diſ. 22. q. 1. ar. 3. q. 3.

Ad qvartvm ſic ꝓceditur. Videtur quòd ingratitudo, ratione cuius ſequens peccatum facit redire peccata prius dimiſſa, ſit ſpeciale peccatum. Retributio. n. gratiarum pertinet ad contra paſſum, quod requiritur in iuſtitia, ut patet per† Philoſophum 5. Eth. ſed iuſtitia eſt ſpecialis uirtus. ergo ingratitudo ẽ ſpeciale peccatũ.

E

Li. 5. c. 5. nõ remote a prin. t. 5.

¶ 2 Præt. *Tullius in 2. Rhetor. ponit quòd gratia ẽ ſpecialis uirtus: ſed ingratitudo opponitur gratiæ. ergo ingratitudo eſt ſpeciale peccatum.

Li. 2. de Inuent. fol. 4. ante fi. lib.

¶ 3 Præter. Specialis effectus a ſpeciali cauſa procedit: ſed ingratitudo habet ſpecialem effectum, ſcilicet quòd facit aliqualiter redire peccata prius dimiſſa. ergo in-

ſta mortalia puta odio dei, & contẽptu diuini præcepti: qui libet enim peccans mortaliter, interpretatiue & contemnit diuinum pręceptum quod tranſgreditur, & in odium inimicitiæ diuinæ charitati oppoſitum incidit. Hæ tamen circunſtantiæ ad eandem pertinent ſpeciẽ peccati, in qua eſt peccatum, cuius ſunt circunſtantiæ, & non trahunt peccatum in ſpeciem odii diuini, & ſpeciem inobediẽtiæ, prout ſecũdum ſe hæc ſunt ſpecialia peccata, ad quas tamẽ ſpecies traherẽt, ſi quis ex dei odio & contemptu præcepti forni caretur.

Ar.2.huius quæſt.

D.992. Lib.5.cap.2 nõ remote a prin.t.5.

gratitudo eſt ſpeciale peccatum. F

SED CONTRA, Illud quod cõſequitur omnia peccata, non eſt ſpeciale peccatum: ſed per quodcumque peccatũ mortale aliquis efficitur deo ĩgratus, ut ex pręmiſſis patet. * ergo ingratitudo nõ eſt ſpeciale peccatum.

RESPON. Dicendum, quòd ingratitudo peccantis quandoq; eſt ſpeciale peccatum, quandoque autem non, ſed eſt circunſtantia generaliter conſequens omne peccatum mortale, quod contra deum committitur: peccatum enim ſpeciem recipit ex intentione peccantis. unde ut † Philoſ. dicit 5. ethic. ille qui mœchatur, ut furetur, magis eſt fur, quàm mœchus. Si igitur aliquis peccator in contemptũ dei, & ſuſcepti beneficii aliquod peccatum committat, illud peccatum trahitur ad ſpeciem ingratitudinis. & hoc modo, ingratitudo peccantis eſt ſpeciale peccatum. ſi uero aliquis intendens aliquod peccatum committere, puta homicidiũ, aut adulterium non retrahatur ab hoc propter hoc ꝙ pertinet ad dei contemptum, ingratitudo non erit ſpeciale peccatum, ſed trahetur ad ſpeciem alterius peccati, ſicut circunſtantia quædam. vt autem* Aug. dicit in li. de natura & gratia, non omne peccatum eſt ex cõtemptu, & tamen in omni peccato deus contemnitur in ſuis præceptis. vnde manifeſtum eſt, quòd ingratitudo peccantis quandoq; eſt ſpeciale peccatũ, ſed non ſemper. & per hoc patet reſponſio ad obiecta. Nã primæ rationes concludunt quòd ingratitudo ſecũdum ſe ſit quædam ſpecies peccati. Vltima autem ratio concludit, quòd ingratitudo ſecundum quòd inuenitur in omni peccato, non ſit ſpeciale peccatum.

In li. de natura & gra. c.29.t.7.

## QVAESTIO LXXXIX.

*De uirtutum recuperatione per pœnitentiam, in ſex articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandũ eſt de recuperatione uirtutũ per pœnitentiam.

Et circa hoc quæruntur ſex.

¶Primo, Vtrum per pœnitentiam reſtituantur uirtutes.

¶Secundo, Vtrum reſtituantur in æquali quantitate.

¶Tertio, Vtrum reſtituatur pœnitenti æqualis dignitas.

¶Quarto, Vtrum opera uirtutum, per peccatum ſequens mortificentur.

¶Quinto, Vtrum opera mortificata per peccatum, per pœnitentiam reuiuiſcant.

¶Sexto, Vtrum opera mortua, id eſt, abſq; charitate facta, per pœnitentiam uiuificentur.

I K

¶ *Super Quæſtionis octuageſimænonæ Articulum primum.*

IN qu. 89. quatuor notanda occurrũt. Primum in art. 1. ad ſecũdũ, ubi dr̃ quòd contritio ſe habet, ut ultima diſpoſitio ad gratiã conſequendã. Sciendũ eſt. n. dupliciter ſumi contritionẽt uel pro ipſo actu nudo: uel ꝑ ipſo actu informato charitate: perfectus ſiquidẽ dolor de peccatis commiſſis cũ uolũtate ſatisfaciẽdi, &c. contritio dr̃, formata quidẽ ſi charitate ueſtita cõſideretur, abſolute uero ſi nuda ſumat̃. Et ſic nude cõſiderauit eã Auctor, cũ dixit ꝙ ẽ ultima diſpoſitio ad gratiã: formata aũt charitate cõſideratur, cũ deſcribit̃ quòd eſt dolor charitate informatus.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum per pœnitentiam uirtutes reſtituantur.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd per pœnitentiam uirtutes non reſtituãtur. Nõ enim poſſent uirtutes amiſſæ, per pœnitentiam reſtitui, niſi pœnitẽtia virtutes cauſaret: ſed pœnitẽtia cum ſit uirtus, nõ poteſt eſſe cauſa omnium uirtutum: præſertim cũ quędam uirtutes ſint naturaliter priores pœnitentia, ſcilicet fides, ſpes, & charitas, vt ſupra dictum eſt. † ergo per pęnitentiam non reſtituuntur virtutes. G

¶2 Præt. Pœnitentia in quibuſdam actibus pœnitentis conſiſtit: ſed uirtutes gratuitæ nõ cauſantur ex actibus noſtris: dicit enim* Auguſtin. in lib. de libero arbi. quòd virtutes deus in nobis ſine nobis operatur. ergo uidetur, quòd per pœnitentiam non reſtituantur virtutes.

¶3 Præter. Habens uirtutem ſine difficultatę & delectabiliter actus virtutum operatur: unde† Philoſ. dicit in 1. Ethic. quòd nõ eſt iuſtus qui non gaudet iuſta operatione: ſed multi pœnitentes adhuc difficultatem patiuntur in operando actus virtutum. non ergo per pœnitentiam reſtituuntur virtutes. H

SED CONTRA eſt, quòd Lucæ 15. legitur. Pater mandauit quòd filius pœnitens indueretur ſtola prima, quæ ſecundum Ambro. eſt amictus ſapientię, quam ſimul cõſequuntur omnes uirtutes, ſecundum illud Sap. 8. ſobrietatem, & iuſtitiam docet, prudentiam & virtutem, quibus vtilius nihil eſt in uita hominibus. ergo per pœnitẽtiam omnes uirtutes reſtituũtur. I

RESPON. Dicendum, quòd per pœnitentiam remittuntur peccata, ut dictum eſt: † remiſſio autem peccatorum non poteſt eſſe niſi ꝑ infuſionem gratiæ. vnde relinquitur, quòd per pœnitentiam homini gratia infundatur.[d] Ex gratia autem conſequuntur omnes virtutes gratuitæ, ſicut ex eſſentia animæ fluunt omnes potentiæ, ut in ſecunda parte habitum eſt. * unde relinquitur, quòd per pœnitentiã omnes uirtutes reſtituantur. K

AD PRIMVM ergo dicendum, quod eodem modo pœnitentia reſtituit uirtutes, per quem modum eſt cauſa gratiæ, ut iam dictum eſt. † Eſt autem cauſa gratiæ inquantum eſt ſacramentum,

¶ Secundum notandum eſt in 2. artic. in calce cor. ubi dicitur & eadẽ ratio eſt de uirtutibus, q̃ ex gratia conſequũtur. Poteſt ſiquidẽ hoc dupliciter intelligi, uel referẽdo ſingulas virtutes ad ſingulas pro eis diſpoſitiones ĩ reſurgente, uel referendo quãtitatem uirtutũ ad quantitatẽ gratiæ. Et primo quidẽ intellectu ſenſus eſſet, ꝙ reſurgẽs a peccato, recupat aliquã infuſam uirtutẽ maiorẽ, & aliquã minorẽ ſi ad unã magis ſe diſpoſuit, q̃ ad aliã: ſicut recuperat gratiã maiorẽ uel minorẽ, prout magis uel minus ſe diſponit ad illã. Iuxta ſcd̃m uero ĩtellectũ ſenſus eſſet, ꝙ recuperans gratiã minorẽ recuperat ẽt uirtutes minores, & ſi recuperat gratiã æqualẽ deperditæ, recuperat ẽt uirtutes æquales, & ſi maiorẽ, maiores. Quicq̃d aũt de ueritate primi dicti ſcd̃m ſe ſit, præſenti tñ literæ ſecundus ſolus ſenſus conſonat: qm̃ in litera redditur ratio quare eſt eadem ratio, de gratia & uirtutibus. Et ratio quæ redditur, eſt ſequela uirtutũ ex gratia: ex hoc enim ꝙ uirtutes conſequuntur ad gratiã, abſq; ſcrupulo ambiguitatis cuiuſq; deducitur, quòd ad maiorẽ gratiã ſequũtur maiores uirtutes, & ad minorẽ minores.

¶ Tertio aduertendũ eſt in 5. ar. in cor. ubi de irregularitate homicidii, ex defenſione cõmiſſi tangitur. Diſtinguendũ ſiquidem eſt de defenſione. Nã quædã eſt neceſſitas ad homicidiũ, cumq; ſcilicet nõ põt totaliter ſe defendẽdo, ſuũ euadere inuaſorem, niſi occidat illum, & hæc nõ ĩducit irregularitatẽ ꝑ noua iura, condita ſcilicet poſt tranſitum beati Tho. ut patet in 6. de homicidio c. unico. Defenſio autem non urgẽs ad homicidium, & olim & nunc irregularem conſtituit, & de hac textus iſte intelligendus eſt.

¶ Quarto aduertendum eſt in 5. artic. in cor.

Sup. q. 152. arti. 3. ad 3. Et 4. diſ. 14. q. 2. ar. 2.

Q. 85. art. 6

Ex li. 2. cap. 18. t. 1

Li. 1. ca. 8. a med. t. 5.

Q. 86. ar. 1.

D. 677.

1. 2. q. 110. ar. 4. ad 1.

Ex corp. ar.



cor. iuncto cũ reſponſione ad tertium, quòd aliud eſt loqui de opere meritorio, & aliud eſt loqui de quantitate operis meritorii. Cũ enim mortificata reuiuiſcunt, ſemper omnia opera meritoria quæ mortificata erãt reuiuiſcunt: quoniã iſti, in quo reuiuiſcunt debita eſt uita æterna ex ui illorum priorum operum, & non ſolum ex ui, præſentium operum ita quòd hoc operatur reuiuiſcere, quod ex pluribus capitibus debetur huic uita æterna, ſcilicet ex meritis prioribus, & ex meritis poſterioribus: ſed quantitas operis meritorii non ſemper ꝛuiuiſcit ſimpliciter: quoniam non ſemper recuperat propriam efficaciam, quæ eſt perducere hũc ad tantum gradum beatitudinis æternæ, ut patet in eo qui reſurgit in minori gratia, ita quòd in illa minore decedit. Talis enim numquam perueniet ad illũ beatitudinis gradum, quem quantitas prioris meriti debitum ſibi fecerat. Et in promptu cauſa huius non reuiuiſcẽtiæ eſt ipſa reſurgentis indiſpoſitio: ſicut. n. ſi non reſurrexiſſet a peccato, mortificata merita non ſibi reuixiſſent (quia peccatum proprium impediuiſſet meritorum efficaciam) ita reſurgendo a peccato, cũ minore tamen gratia ex hoc ipſo indiſpoſitus eſt ad ſuſcipiendum fructũ maioris meriti. ipſe. n. minor conatus reſurgentis, & ad maiora non progredientis impedimentum præſtat efficaciæ quantitatis magni meriti præcedentis. Et facit ut quantitas illa nõ reuiuiſcat ſibi ſimpliciter & abſolute: cũ quo tamen ſtat quòd reuiuiſcit illi ſecundũ quid, hoc eſt quo ad gaudium accidentale: quia, ut in litera dicitur, plus gaudebit de maiore merito pręcedẽte quàm de minore, quod ſubſequutum eſt.

Q. 86. ar. 5

Inf. ar. 5. ad 3. Et 3. d. 31 q. 1. ar. 4

Augu. in li. de correct. & gratia, c 9. poſt med. t. 7.

Hoc habet Aug. 3. hypognoſticõ a medio illius to. 7

nam inquantum eſt uirtus, eſt magis gratiæ effectus. Et ideo non oportet, quòd pœnitentia, ſecundum quòd eſt uirtus, ſit cauſa omnium aliarum virtutum: ſed quòd habitus pœnitentiæ, ſimul cum habitibus aliarum uirtutum, per ſacramentum pœnitẽtiæ cauſentur. A

AD 2m dicendum, quòd in ſacramento pœnitentię, actus humani ſe habent materialiter: ſed formalis uis huius ſacramenti dependet ex uirtute clauium, et ideo virtus clauium effectiue cauſat gratiã et uirtutes, inſtrumentaliter tamẽ. ſed actus primus pœnitentis ſe habet, ut ultima diſpoſitio ad gratiã conſequendam, ſcilicet contritio: alii uero ſequentes actus pœnitentiæ, procedunt iam ex gratia, & uirtutibus. B

AD 3m dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt*) quandoque poſt primum actum pœnitentiæ, qui eſt contritio, remanent quædam reliquiæ peccatorum, ſcilicet diſpoſitiones ex prioribus actibus peccatorũ cauſatæ, ex quibus præſtatur difficultas quædam pœnitẽti, ad operandum opera uirtutũ: ſed quantum eſt ex ipſa inclinatione charitatis & aliarum uirtutũ, pœnitens opera uirtutis delectabiliter & ſine difficultate operatur: ſicut ſi uirtuoſus, per accidens difficultatẽ pateretur in executione actus uirtutis propter ſomnũ, aut aliquam corporis indiſpoſitionẽ. C D

### ARTICVLVS II.

*Vtrum poſt pœnitentiam reſurgat homo in æquali uirtute.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd poſt pœnitentiam reſurgat homo in æquali uirtute. Dicit enim apoſt. Roman. 8. Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Vbi dicit gl.* Auguſt. quòd hoc adeo uerum eſt, ut ſi qui horum deuient & exorbitent, hoc ipſum eis deus faciat in bonum proficere: ſed hoc non eſſet, ſi homo reſurgeret in minori uirtute. ergo uidetur quòd nũquam pœnitens reſurgat in minori uirtute.

¶ 2 Præter. † Ambroſius dicit, quòd pœnitentia res optima eſt, quæ omnes defectus reuocat ad perfectum: ſed hoc non eſſet, niſi uirtutes in ęquali quantitate recuperarentur. ergo per pœnitentiam ſemper recuperatur æqualis uirt9.

¶ 3 Præter. Super illud Geneſ. 1. Factum eſt ueſpere & mane dies unus, dicit gloſſ. Veſpertina lux eſt, a qua quis cecidit, matutina, in qua reſurgit: ſed lux matutina eſt maior ueſpertina. ergo aliquis reſurgit in maiori gratia uel charitate, quàm prius habuerit: quod etiam uidetur per id, quod Apoſtol. dixit Roman. 5. Vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia. A

SED CONTRA, Charitas proficiens uel perfecta, eſt maior quàm charitas incipiens: ſed quandoque aliquis cadit a charitate proficiente, reſurgit autem in charitate incipiente. ergo ſemper reſurgit homo in minori uirtute.

RESPON. Dicendum, quòd (ſicut dictum eſt†) motus liberi arbitrii, qui eſt in iuſtificatione impii, eſt ultima diſpoſitio ad gratiam: unde in eodem inſtanti eſt gratiæ infuſio, cum prædicto motu liberi arbitrii, ut in ſecunda parte habitum eſt. * In quo quidem motu comprehenditur actus pœnitentiæ, ut ſupra dictũ eſt. Manifeſtum eſt autem, quòd formæ, quæ poſſunt recipere magis & minus, intenduntur & remittuntur, ſecundum diuerſam diſpoſitionem ſubiecti, ut in ſecunda parte habitum eſt. † Et inde eſt, quòd ſecundum quòd motus liberi arbitrii, in pœnitentia eſt intenſior uel remiſſior, ſecundum hoc pœnitens conſequitur maiorem uel minorem gratiam. Contingit autem intenſionem motus pœnitentis, quandoq; proportionatam eſſe maiori gratiæ, quàm illa, a qua ceciderat per peccatum: quandoque autem æquali, quãdoque uero minori. Et ideo pœnitens quandoque reſurgit in maiori gratia, quàm prius habuerat, quandoque autem in æquali, quandoque etiam in minori, & eadem ratio eſt de uirtutibus, quæ ex gratia conſequuntur. B C

Ar. præced. ad 3.

Q. 113. art. 5. & 7. in 1. 2.

1. 2. qu. 52. ar. 1. & 2. et q 66. ar. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non omnibus diligentibus deum cooperatur in bonum hoc ipſum quòd per peccatum a dei amore cadunt: quod patet in his qui cadunt, & numquam reſurgunt, uel qui reſurgunt, iterum caſuri: ſed his tãtum, qui ſecũdum propoſitũ uocati ſunt ſancti, id eſt, prædeſtinatis, qui quotieſcumq; cadant, finaliter tamen reſurgunt. Cedit ergo eis in bonum hoc, quòd cadunt, non quia ſẽper in maiori gratia reſurgant: ſed quia reſurgunt in permanentiori gratia: non quidem ex parte ipſius gratiæ, quia quanto gratia eſt maior, tanto de ſe eſt permanentior: ſed ex parte hominis, qui tanto ſtabilius in gratia permanet, quanto eſt cautior et humilior. unde & gl.* ibidem ſubdit, quòd ideo proficit eis in bonũ, quòd cadunt, quia humiliores redeũt atq; doctiores. D

Aug. loco citato in arg.

AD 2m dicendum, quòd pœnitentia quantum eſt de ſe, habet uirtutem reparandi defectus ad perfectũ, & etiam promouendi in ulteriorem ſtatum: ſed hoc quandoq; impeditur ex parte hominis, qui remiſſius mouetur in deum, & in deteſtationem peccati, ſicut etiam in baptiſmo aliqui adulti conſequuntur maiorem uel minorem gratiam, ſecundum quòd diuerſimode ſe diſponunt, E

AD 3m dicendum, quòd aſſimilatio illa utriuſque gratiæ ad lucem ueſpertinam, & matutinam, fit propter ſimilitudinem ordinis, quia poſt lucem ueſpertinam ſequuntur tenebræ noctis, poſt lucem autem matutinam ſequitur lux diei, non autem propter ſimilitudinem maioris uel minoris quantitatis. Illud etiam uerbum Apoſtoli intelligitur de gratia Chriſti, quæ ſuperat omnem abundantiam humanorum peccatorũ: non autem eſt uerum in omnibus, quòd quanto abundantius peccauit, tanto abundantiorem gratiam conſequatur,

ſequatur, penſata quantitate habitualis gratiæ. Eſt tamen (F) ſuperabundans gratia, quantum ad ipſam gratiæ rationem: quia magis gratis beneficium remiſſionis magis peccatori confertur: quamuis quandoq; abundanter* peccantes, abundanter doleant, & ſic abundantiorem habitum gratiæ & uirtutum conſequuntur, ſicut patet in Magdalena.

*Alias non habetur, ly abundanter peccantes.

¶ Ad id uero, quod in contrarium obiicitur dicendũ, quòd una & eadem gratia maior eſt proficiens quàm incipiens: ſed in diuerſis hoc non eſt neceſſe: unus.n. incipit a maiori gratia, quàm alius habeat in ſtatu profectus, ſicut Greg.* dicit in 2. Dialog. Quatenus & præſentes & ſecuturi omnes agnoſcerẽt, Benedictus puer conuerſionis gratiam a quanta perfectione cœpiſſet.

Lib. 2. ca. 2. ante med.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum per pœnitentiam reſtituatur homo in priſtinam dignitatem.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd per pœnitentiam non reſtituatur homo in priſtinam dignitatem: quia ſuper illud Amos 5. Virgo Iſrael cecidit. dicit gloſſ.* Non negat poſſe reſurgere, ſed non reſurget uirgo Iſrael: quia ſemel aberrans ouis, & ſi reportetur humeris paſtoris, non habet tantam gloriam, quantam quæ numquam errauit. (H) ergo per pœnitentiam non recuperat homo priſtinam dignitatem.

3. d. 31. q. 1. ar. 4. q. 1. ad 2. & 4. d. 14 q. 1. ar. 5. q. 1. ad 3. Et d. 19. q. 1. ar. 3 q. 2. ad 2. Et diſt. 37. q. 2. ar 2. ad 4.

* Gl. ordin. ibid.

¶ 2 Præt. Hiero.* dicit, Quicumque dignitatem diuini gradus non cuſtodiunt, contenti fiant animam ſaluare: reuerti enim in priſtinum gradum difficile eſt. Et Innoc. Papa* dicit, quòd apud Niceam conſtituti canones, pœnitentes etiam ab infimis officiis clericorum excludunt. non ergo per pœnitentiam homo recuperat priſtinam dignitatem.

Refertur in decre d. 50. ca. quicũq;.

* Innoc. 1. epi. 6. ad Agapitum & Maced. habetur d. 50. c. 1. Canon. apud.

¶ 3 Præte. Ante peccatum poteſt aliquis ad maiorẽ gradum aſcendere, non autem hoc poſt peccatum conceditur pœnitenti: dicitur enim Ezec. 44. Leuitæ qui receſſerunt a me, numquam appropinquabunt mihi, ut (I) ſacerdotio fungantur. Et ſicut habetur in decret. d. 50 in Hilerdenſi* concilio legitur, Hi qui ſancto altari deſeruiunt, ſi ſubito in flenda carnis fragilitate corruerint, et domino reſpiciente digne pœnituerint, officiorum ſuorum ſic loca recipiant, ut non poſſint ad altiora officia ulterius promoueri. non ergo pœnitentia reſtituit hominem in priſtinam dignitatem.

In decret. d. 50. ca. hi q. altari.

SED CONTRA eſt, quòd ſicut in eadem diſt. legitur, Greg.* ſcribens Secundino, dicit, poſt dignam ſatisfactionem credimus hominem poſſe redire ad ſuũ honorem. Et in concilio Agathenſi* legitur, contumaces clerici, prout dignitatis ordo permiſerit, ab epiſcopis corrigantur: ita ut cum eos pœnitẽtia correxerit, gradum ſuum dignitatemque recipiant.

Greg. lib. 7. ſui regiſtri ca. 53. circa med. refertur d. 50. ca. Quia ſanctitas tua.

Refertur d. 50. c. Contumaces, & ſumitur ex cõcil. Agathẽſi c. 2. uel 1. ut aliqui libri habent.

RESPON. Dicendum, quòd homo per peccatum duplicem dignitatem amittit: unam, quantum ad deũ, (K) aliam uero, quantum ad eccleſiam: quantum autem ad deum, amittit duplicem dignitatem, unam principalem, qua ſcilicet computatus erat inter filios dei per gratiam: & hanc dignitatem recuperat per pœnitentiam, quod ſignificatur Lucæ. 15. in filio prodigo, cui pœnitenti pater iuſſit reſtitui ſtolam primã, & anulum, & calciamenta. Aliam uero dignitatem amittit ſecundariam, ſcilicet innocentiam, de qua (ſicut ibidem legitur) gloriabatur filius ſenior dicẽs, ecce tot annis ſeruio tibi, & numquam mandatum tuum præteriui: & hanc dignitatem pœnitens recuperare non poteſt. Recuperat tamen quandoque aliquid maius: quia, ut Greg.* dicit in Homil. de centum ouibus, qui erraſſe a deo ſe conſiderant, damna præcedentia lucris ſequentibus recompenſant. Maius ergo gaudium de eis fit in cælo: quia & dux in prælio plus eum militem diligit, qui poſt fugam reuerſus hoſtem fortiter premit, quàm illum qui numquam terga præbuit, & numquam aliquid fortiter fecit. Dignitatem autem eccleſiaſticam homo per peccatum perdit, quia indignum ſe reddit ad ea, quæ competunt dignitati eccleſiaſticæ exercenda: quam quidem recuperare prohibetur, uno modo, quia non pœnitet: (G) unde Iſidor. ad Miſſianum* epiſcopum ſcribit (ſicut in eadem diſtinct.† legitur cap. Domino.) Illos ad priſtinos gradus redire canones præcipiunt, quos pœnitẽtiæ præceſſit ſatisfactio, uel condigna peccatorum cõfeſſio. At contra hi, qui a uitio corruptionis nõ emẽdantur, nec gradum honoris, nec gratiam recipiunt communionis. Secundo, quia pœnitentiam negligenter facit: unde in eadem diſtin. cap.* ſi quis diaconus, dicitur, cum in aliquibus nec compunctio humilitatis, nec inſtantia orandi apparet nec ieiuniis, uel lectionibus eos uacare uideamus, poſſumus agnoſcere ſi ad priſtinos honores redirent, cum quanta negligentia permanerẽt. Tertio, ſi commiſit aliquod peccatum, quod habet irregularitatem annexam: unde in eadem diſt.* (H) ex concilio Martini papæ dicitur, ſi quis uiduam, aut ab alio relictam duxerit, non admittatur ad clerum, ꝙ ſi irrepſerit, deiiciatur. Similiter ſi homicidii, aut facto aut pcepto, aut cõſilio, aut defenſione poſt baptiſmũ conſcius fuerit. Sed hoc non eſt ratione peccati, ſed ratione irregularitatis. Quarto propter ſcandalũ: unde & in eadem diſt. legitur c. de his uero, Rabanus* dicit, Hi qui deprehenſi uel capti fuerint publice in piurio, furto, atq; fornicatione, & ceteris huiuſmodi criminibus, ſecundũ canonũ ſacrorum inſtituta a proprio gradu decidant, quia ſcandalum eſt populo dei, tales perſonas ſuper ſe poſitas habere: qui autem de prædictis peccatis abſconſe a ſe commiſſis, occulte ſacerdoti confitentur, ſi ſe per ieiunia & eleemoſynas, uigiliaſque, & ſacras orationes purgare curauerint, his etiam gradu proprio ſeruato ſpes ueniæ de miſericordia dei promittenda eſt. Et hoc eſt quod dicitur extra de qualitate ordinandorum, cap.* quæſitum, Si crimina ordine iudiciario comprobata, uel alias notoria non fuerint, præter reos homicidii, poſt pœnitẽtiam in ſuſceptis, uel iam ſuſcipiendis ordinibus impedire non poſſunt.

Hom. 34. in euang. in illud, gaudiũ eſt in cælo ſuper uno.

Alias Miſſanum.

In dec. diſt. 50. ca. Dñe ſancto, parum a principio.

In dec. d. 50 c. ſi quis Diaconus: circa medium.

Diſt. 50. ca. ſi qs uiduã.

Raban* in li. Pœn. c. 1. Refertur d. 50. c. de his uero.

In decr. li. 1. tit. 11. Et eſt de tẽporibus ordinationũ ca. 17. & eſt ultimum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd eadem ratio eſt de recuperatione[d] uirginitatis & de recuperatione innocentiæ, quæ pertinet ad ſecundariam dignitatem quo ad deum.

D. 1169.

AD 2^m dicendum, quòd Hieronymus in uerbis illis non dicit eſſe impoſſibile, ſed eſſe difficile hominem recuperare poſt peccatum priſtinum gradũ: quia hoc non conceditur niſi perfecte pœnitenti, ut dictum eſt.* Ad ſtatuta autem canonum, quæ hoc prohibere uidentur, reſpondet* Aug. Bonifacio ſcribens, ut conſtitueretur in eccleſia, ne quiſquam poſt alicuius criminis pœnitentiam, clericatum accipiat, uel ad clericatum redeat, uel in clericatu maneat, non deſperatione indulgentiæ, ſed rigore factũ eſt diſciplinæ, alioquin contra claues eccleſię datas diſputabitur, de quibus dictum eſt,* Quæcumq; ſolueritis ſuper terram, ſoluta erunt & in cælo. Et poſtea ſubdit, nam & ſanctus

In corp. ar. Aug. in epi. 50. ad Bonifacium; aliquantulum ante finem epiſt. t. 2.

Eodẽ loco nunc proxime dicto.



(A) Dauid de criminibus mortiferis egit pœnitentiã, & tamen in honore ſuo perſtitit, & beatum Petrum qñ amariſſimas lachrymas fudit, vtique dñm negaſſe pœnituit, & tñ apoſtolus permanſit: ſed non ideo putanda eſt ſuperuacua poſteriorum doctorum diligentia: qui vbi ſaluti nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt: experti, vt credo, aliquorum fictas pœnitentias per affectatas honorum* potentias.

*alias pompas.

AD 3^m dicendum, quòd illud ſtatutum intelligitur de illis, qui publicam pœnitentiam agunt: qui poſtmodum non poſſunt ad maiorem prouehi gradum. nam & Petrus poſt negationem, paſtor ouium Chriſti conſtitutus eſt, vt patet Ioan. vlt. vbi etiam Chryſ. dicit,* quòd Petrus poſt negationem & pœnitentiam, oſtendit ſe habere maiorem fiduciam ad Chriſtum: (B) qui.n. in cœna non audebat interrogare, ſed Ioanni interrogationem commiſit, huic poſtea & præpoſitura fratrum credita eſt, & non ſolum non committit alteri interrogare quæ ad ipſum pertinent, ſed de reliquo ipſe pro Ioanne magiſtrum interrogat.

*Hom. 87. in Ioan. parum ante med. to. 3.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum opera uirtutũ in charitate facta poſſint mortificari.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd opera virtutum in charitate facta, mortificari nõ poſſint. Quod enim non eſt, immutari non poteſt: ſed mortificatio eſt quædam mutatio de vita in mortem. cum ergo opera virtutum poſtquam facta ſunt, iã non (C) ſint, videtur quòd vlterius mortificari non poſſint.

2. 2. q. 132. art. 3. ad 1. & 3. diſ. 36. art. 5. ad 1. & 4. diſt. 14. q. 2. ar. 3. q. 1. Et diſ. 21. q. 1. art. 1. q. 1. ad 3. Et diſ. 22. q. 1. art. 1. ad 6.

¶ 2 Præt. Per opera virtutum in charitate facta, homo meretur vitam æternam: ſed ſubtrahere mercedẽ merenti, eſt iniuſtitia, quæ non cadit in deum. ergo non poteſt eſſe, quòd opera virtutum in charitate facta, per peccatum ſequens mortificentur.

* Hebr. 6.

¶ 3 Præt. Fortius non corrumpitur a debiliori: ſed opera charitatis ſunt fortiora quibuslibet peccatis: quia vt dicitur Prouerb. 10. Vniuerſa delicta operit charitas. ergo videtur ꝙ opera in charitate facta, per ſequens mortale peccatum mortificari non poſſint. (D)

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Ezech. 18. Si auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua, omnes iuſtitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur.

RESPON. Dicendum, ꝙ res viua per mortẽ perdit operationem vitæ. vnde per quandam ſimilitudinem dicuntur res mortificari, quando impediuntur a ſuo proprio effectu vel operatione. Effectus autẽ operum virtuoſorum, quæ in charitate fiunt, eſt perducere ad vitam æternam, quod quidem impeditur per peccatum mortale ſequens, quod gratiam tollit: et ſecundum hoc opera in charitate facta, mortificari dicuntur per ſequens peccatum mortale.

(E) AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut opera pctõrũ tranſeunt actu, & manẽt reatu, ita opera in charitate facta, poſtquã tranſeunt actu, manent merito in dei acceptatione. et ſecundum hoc mortificantur, inquãtum impeditur homo, ne conſequatur ſuã mercedẽ.

AD 2^m dicendũ, ꝙ ſine iniuſtitia põt merces ſubtrahi merenti, qñ ipſe reddidit ſe indignum mercede per culpam ſequentem. nam & ea quæ homo iam accepit, quandoque iuſte propter culpam perdit.

AD 3^m dicendum, quòd non eſt propter fortitudinem operum peccati, ꝙ mortificantur opera prius in charitate facta: ſed eſt propter libertatem voluntatis, quæ poteſt a bono in malum deflecti.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum opera mortificata per peccatum, per pœnitentiam reuiuiſcant.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd opera mortificata per peccatum, per pœnitẽtiam non reuiuiſcant. ſicut enim per pœnitentiam ſubſequentem remittũtur peccata præterita, ita etiam per peccatum ſequens mortificantur opera prius in charitate facta: ſed peccata dimiſſa per pœnitentiam non redeunt, vt ſupra dictum eſt.* ergo videtur, ꝙ etiam opera mortificata, per charitatem non reuiuiſcant.

4. diſ. 14 q. 2. ar. 3. q. 3. Et diſt. 22. q. 1. art. 1. ad 6. et Hebr. 6. lec. 1. et lec. 3.

*q. præced. art. 1.

¶ 2 Præt. Opera dicuntur mortificari, ad ſimilitudinem aĩalium, quæ moriuntur, vt dictum eſt:† ſed aĩal (B) mortuum, non põt iterum viuificari. ergo nec opera mortificata, poſſunt iterum per pñiam reuiuiſcere.

† art. pced.

¶ 3 Præt. Opera in charitate facta, merẽtur gloriam ſecundum quantitatem gratiæ vel charitatis: ſed qñque per pœnitentiam homo reſurgit in minori gratia vel charitate. ergo non conſequitur gloriam ſecundũ meritum priorum operum. et ita videtur, ꝙ opera per peccatum mortificata, non reuiuiſcant.

SED CONTRA eſt, ꝙ ſuper illud Ioel. 2. Reddã vobis annos, quos comedit locuſta. dicit* gl. Non patiar perire vbertatem, quam cum perturbatione animi amiſiſtis: ſed illa vbertas eſt meritum bonorũ operum, qđ fuit perditum per peccatum. ergo per pœnitentiam reuiuiſcunt opera meritoria prius facta.

*gl. interlinearis ibidem.

(C) RESPON. Dicendum, quòd quidam dixerunt, ꝙ opera meritoria per peccatum ſequẽs mortificata, non reuiuiſcunt per pœnitentiam ſubſequentem, cõſiderantes, ꝙ opera illa non remaneant, vt iterum viuificari poſſint: ſed hoc impedire non poteſt, quin viuificentur: non.n. habent vim perducendi in vitã ęternam (quod pertinet ad eorum vitam) ſolum, ſm ꝙ actu exiſtunt, ſed etiam poſtquam actu eſſe deſinunt, ſecundum ꝙ remanent in acceptatione diuina. Sic autem remanent quãtum eſt de ſe, etiam poſtquam per peccatum mortificãtur: quia ſemper deus illa opera, (D) prout facta fuerunt, acceptabit, & ſancti de eis gaudebunt, ſecundum illud Apoc. 2. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam: ſed ꝙ iſti, qui ea fecit, non ſint efficacia ad ducendum in vitã æternam, prouenit ex impedimẽto peccati ſuperuenientis, p quod ipſe redditus eſt indignus vita æterna. Hoc autem impedimentum tollitur per pœnitentiam, inquantum per eã remittuntur peccata. vnde reſtat, ꝙ opera prius mortificata, per pœnitentiam recuperant efficaciam perducendi eum, qui fecit ea, in vitam æternam, quod eſt ea[d] reuiuiſcere. Et ita patet, quòd opera mortificata, per pœnitentiam reuiuiſcunt.

D. 951.

(E) AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ opera peccati, per pœnitentiam abolentur ſecundum ſe: ita. ſ. ꝙ ex eis vlterius deo indulgente, nec macula, nec reatus inducatur: ſed opera in charitate facta non abolentur a deo, in cuius acceptatione remanẽt: ſed impedimentum accipiunt ex parte hominis operantis: et ideo remoto impedimento, quod eſt ex parte hominis operãtis, deus implet ex parte ſua illud, qđ opa merebantur.

AD 2^m dicendum, ꝙ opera in charitate facta non mortificantur ſecundum ſe (ſicut dictum eſt†) ſed ſolum per impedimentum ſuperueniens ex parte operãtis. Animalia autem moriuntur ſecundum ſe, inquantum priuantur principio vitæ: et ideo non eſt ſimile.

† In corp. art.

AD 3^m dicẽdum, ꝙ ille qui per pœnitentiam reſurgit in

git in minori charitate, conſequetur quidem præmiũ eſſentiale, ſecundum quantitatem charitatis, in qua inuenitur, habebit tamen gaudium majus de operib⁹ in prima charitate factis, q̃ de operibus quæ in ſecunda fecit, quod pertinet ad pręmium accidentale.

ARTICVLVS VI.

*Vtrum per pœnitentiam ſubſequentem, etiam opera mortua uiuificentur.*

4.diſt.14.q. 2.art.3.q.1 & diſ.15. q. 1.art.3.q.4. & 5.

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quòd per pœnitentiam ſubſequentem etiam opera mortua (quæ ſcilicet non ſunt in charitate facta) viuificentur. Difficilius enim videtur, quòd ad vitam perueniat illud, quod fuit mortificatum (quod numquam fit ſecundum naturam) quàm illud, quod numquam fuit viuum, viuificetur: quia ex non viuis, ſecundum naturam aliqua viua generantur: ſed opera mortificata, per pœnitentiã viuificantur, vt dictum eſt.* ergo multo magis opera mortua viuificantur.

Art. pœced.

¶ 2 Præt. Remota cauſa, remouetur effectus: ſed cauſa, quare opera de genere bonorum ſine charitate facta, non fuerunt viua, fuit defectus charitatis & gratiæ: ſed iſte defectus tollitur per pœnitẽtiam, ergo per pœnitentiam opera mortua viuificantur.

In illud Aggæi 1. ſeminaſtis &c. tom. 6.

¶ 3 Præt. Hierony. dicit, Si quando videris inter multa mala opera facere peccatorem quẽquam, aliqua quæ iuſta ſunt, non eſt tam iniuſtus deus, vt propter multa mala obliuiſcatur paucorum bonorum: ſed hoc maxime videtur, quando mala pręterita per pœnitentiam tolluntur. ergo videtur, quòd poſt pœnitentiam deus remuneret priora bona opera in ſtatu peccati facta, quod eſt ea viuificari.

SED CONTRA eſt, quòd Apoſtolus dicit primę Corin. 13. Si diſtribuero in cibos pauperũ oẽs facultates meas, & ſi tradidero corpus meũ ita vt ardeã, charitatem aũt non habuero, nihil mihi prodeſt. hoc aũt non eſſet, ſi ſaltem per pniam ſubſequentem viuificarentur. non ergo pnĩa viuificat opera prius mortua.

RESPON. Dicendum, quòd opus aliquod dicitur mortuum dupliciter. vno modo effectiue: quia.ſ. eſt cauſa mortis: et ſecundum hoc opera peccati dicuntur opera mortua, ſecundum illud Heb. 9. ſanguis Chriſti emundabit conſcientias noſtras ab operibus mortuis. hæc igitur opera mortua non viuificantur p pœnitentiam, ſed magis abolentur, ſecundum illud Hebr. 6. Non rurſus iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis. Alio modo dicuntur opera mortua priuatiue, ſ. quia carent vita ſpirituali, quæ eſt ex charitate, per quam anima deo coniũgitur, ex quo viuit ſicut corpus per animam: et per hunc modum etiam fides, quæ eſt ſine charitate, dicitur mortua, ſecundum illud Iac. 2. Fides ſine operibus mortua eſt. et per hunc etiam modum omnia opera, quæ ſunt bona ex genere, ſi ſine charitate fiant, dicuntur mortua, inquantum. ſ. non procedunt ex principio vitæ, ſicut ſi dicamus ſonum citharæ vocem mortuam. Sic igitur differentia mortis & vitæ in operibus, eſt ſecundum comparationem ad principium, a quo procedũt. opera autem non poſſunt iterum a principio procedere (quia tranſeunt) & iterum eadem numero reſumi non poſſunt. vnde impoſſibile eſt, q opera[d] mortua iterum fiant viua per pœnitentiam.

D. 951.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in rebus naturalibus, tam mortua quàm mortificata carent principio vitæ: ſed opera dicuntur mortificata non ex parte principij, ex quo proceſſerunt, ſed ex parte impedi- F menti extrinſeci. mortua autẽ dicuntur ex parte principij: et ideo non eſt ſimilis ratio.

AD 2^m dicendum, quòd opera de genere bonorũ ſine charitate facta, dicuntur mortua propter defectũ charitatis & gratiæ, ſicut principij. hoc autem non præſtatur eis per pœnitentiam ſequentem, vt ex tali principio procedant. vnde ratio non ſequitur.

AD 3^m dicendum, quòd deus recordatur bonorum, quæ quis facit in ſtatu peccati, non vt remuneret ea in vita æterna, quod debetur ſolis operibus viuis. i. ex charitate factis: ſed remunerat ea temporali G remuneratione, ſicut † Gregorius dicit in hom. de Diuite & Lazaro, q niſi diues ille aliquod bonũ egiſſet, & in præſenti ſæculo remunerationem accepiſſet, nequaquam ei Abraham diceret, Recepiſti bona in vita tua. vel etiam hoc poteſt referri ad hoc, quod patietur tolerabilius iudicium. vnde dicit † Aug. in lib. de Patientia, nõ poſſumus dicere, ſchiſmatico melius fuiſſet, vt Chriſtum negando nihil eorum pateretur quæ paſſus eſt confitendo, ſed æſtimandum eſt,[d] tolerabilius ei futurum iudicium, quàm ſi Chriſtum negãdo, nihil eorum pateretur, vt illud quod ait Apoſtolus, Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt, intelligatur H ad regnum cælorum[d] obtinendum, non ad extremi ſupplicij iudicium tolerabilius ſubeundum.

hom. 40. in euãg. circa medium illius.

Lib. de patientia, ca. 26. in med. tom. 4.

D. 426. & 1142.

D. 950.

*QVAESTIO. XC.*

*De partibus pœnitentiæ in generali, in quatuor articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de partibus pœnitentiæ.

¶ Et primo in generali.

¶ Secundo in ſpeciali de ſingulis.

Circa primum quæruntur quatuor.

I

¶ Primo, Vtrum pœnitentia habeat partes.

¶ Secundo, De numero partium.

¶ Tertio, Quales partes ſint.

¶ Quarto, De diuiſione eius in partes ſubiectiuas.

ARTICVLVS I.

*Vtrum pœnitentiæ debeant partes aſſignari.*

AD PRIMVM ſic procedit. Videtur quòd pœnitentiæ non debeant partes aſſignari. Sacramẽta. n. ſunt, in quibus diuina virtus K ſecretius operatur ſalutem: ſed virtus diuina eſt vna & ſimplex. non ergo pœnitentiæ cum ſit ſacramentum, debent partes aſſignari.

¶ 2 Præt. Pœnitentia & eſt virtus, & eſt ſacramentum: ſed ei, inquantum eſt virtus, non aſſignantur partes, cum virtus ſit habitus quidam, qui eſt ſimplex qualitas mentis: ſimiliter etiam & pœnitẽtiæ, inquantum eſt ſacramentum, non videtur quòd ſint partes aſſignandæ: quia baptiſmo & alijs ſacramentis non aſſignantur partes.

*¶ Super Quæſtionem nonageſimam.*

IN qõne 90. in qua de partibus pœnitentiæ agitur, ſcilicet contritione, confeſſione, & ſatisfactione, ſciẽdum eſt varias inueniri de hoc opiniones. Scotus namque in 4. ſenten. diſt. 16. qõ. 1. tenet, quòd iſta tria nullo mõ ſunt partes ſacramenti pœnitentiæ. Et fundamentum eius eſt: quia apud ipſum in eodem 4. diſt. 14. q. 4. ſacramentum pœnitentiæ eſt abſolutio ſacramentalis, cuius nulla pars eſt contritio, quæ eſt quoddam ſpirituale in anima: neque confeſſio: quia nihil eſt ipſius ſententiæ ſacerdotis, ſed eſt actus rei accuſantis ſeipſum: neque ſatisfactio, quæ ſequitur abſolutionem ſacramentalem. Durandus vero in 4. ſent diſt. 14. q. 2. art. 1. tenet ſacramentum pœnitentiæ integrari ex abſolutione, vt forma, & confeſſione, vt materia, contritionem vero nõ ponit eius partem, ſed diſpoſitionem præuiam: ſatisfactionem autem pro cõſequente. Auctor autem, vt patet in

4. diſ. 16. q. 1. ad 1. q. 1. & 4.



in litera, tenet hæc tria eſſe partes pœnitentiæ ſacramenti ex parte materiæ. Et quoniã Auctoris uia canonizata eſt ab vniuerſali ſynodo ſub Eugenio IIII. ubi ſic legimus, Quartũ ſacramentum eſt pœnitentia, cuius quaſi materia ſunt act⁹ pœnitentis: qui in tres diſtinguũtur partes, quarũ prima eſt cordis contritio, ad quã pertinet ut doleat d' peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cetero, ſecunda eſt oris confeſſio, ad quam pertinet ut peccator omnia peccata quorum memoriã habet, ſuo ſacerdoti confiteatur integraliter, tertia eſt ſatisfactio pro peccatis, ſecundũ arbitriũ ſacerdotis: quæ quidem præcipue fit per orationẽ, ieiuniũ & eleemoſynã. Forma huius ſacramẽti ſunt uerba abſolutionis, quæ ſacerdos profert quũ dicit, ego te abſoluo. hæc ibi. Ideo ſanctæ matris eccleſiæ doctrina mõſtrat, tam Scoti quàm Durandi opiniones deficere: ex hoc. n, quòd pœnitentiæ ſacramẽtum conſtare dicitur ex actibus pœnitentis, ut materia, & abſolutione, ut forma, ſequitur q ſacramẽtum pœnitentiæ non eſt ſola abſolutio ſacerdotis, ex hoc uero quòd actus pœnitentis, qui ſunt ut materia ſacramenti, diſtingui dicuntur in tres partes. ſ. contritionẽ, confeſſionem & ſatisfactionem ſequitur quòd non ſola confeſſio ut materia in ſacramento pœnitentiæ. Stat ergo ſolida Auctoris doctrina.

Q. 84. art. 2

D. 852. Li. 2. tex. 31 to. 2.

Q. 84. arti. 1. & 3

Art. ſeq.

*¶ Super Quæſtionis nonageſimæ Articulũ ſecundum.*

IN eiuſdem q. ar. 2. in reſponſione ad primum dubium occurrit circa ipſam reſponſionem, pro quãto dicit, quòd contritio ſecundum eſſentiam non eſt pars ſacramenti: uirtualiter autem pertinet ad exteriorem pœnitentiam, id eſt, eſt pars ſacramenti, in-

A ergo pœnitentiæ nullo modo debent partes aſſignari.

¶ 3 Præt. Pœnitentię materia eſt peccatum, ut ſupra dictum eſt: * ſed peccato non aſſignantur partes. ergo etiam nec pœnitentia ſunt partes aſſignandæ.

SED CONTRA eſt, quòd partes ſunt, ex quibus perfectio alicuius integratur: ſed pœnitentiæ perfectio integratur ex pluribus, ſcilicet ex contritione, confeſſione, et ſatisfactione. ergo pœnitentia habet partes.

B RESPON. Dicẽdum, quòd partes rei ſunt, in quas materialiter totum diuiditur: habent enim ſe partes ad totum,[d] ſicut materia ad formam. unde in 2. * Phyſico. partes ponuntur in genere cauſæ materialis, totum autem in genere cauſæ formalis. Vbicumque igitur ex parte materiæ inuenitur aliqua pluralitas, ibi eſt inuenire partium rationem. Dictum eſt autem ſupra, * quòd in ſacramento pœni C tentiæ, actus humani ſe habẽt per modum materiæ. Et ideo cũ plures actus humani requirantur ad pœnitentiæ perfectionem, ſcilicet contritio, confeſſio, & ſatisfactio (ut infra patebit*) conſequens eſt, quòd ſacramentum pœnitentiæ habeat partes.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quodlibet ſacramentum habet ſimplicitatem ratione uirtutis diuinæ, quæ in eo operatur: ſed virtus diuina propter ſui magnitudinem, operari poteſt & per unum, & per multa, ratione quorum alicui ſacramento poſſunt partes aſſignari.

AD 2^m dicendũ, quòd pœnitentiæ, ſecundum quòd eſt uirtus, non aſſignantur partes: actus. n. humani, qui multiplicantur in pęnitentia, non comparantur ad habitum uirtutis, ſicut partes, ſed ſicut effectus. unde relinquitur q partes aſſignentur pœnitentiæ, inquantum eſt ſacramentũ, ad quod actus humani cõparantur, ut materia. In aliis autem ſacramẽtis materia non ſunt actus humani, ſed aliqua res exterior, una, ſiue ſimplex, ut aqua uel oleum, ſiue compoſita, ut chriſma: et ideo aliis ſacramentis non aſſignãtur partes.

AD 3^m dicendum, quòd peccata ſunt materia remota pœnitẽtiæ inquantũ ſcilicet ſunt materia, uel obiectum humanorum actuũ, qui ſunt propria materia pœnitentiæ, prout eſt ſacramentum.

ARTICVLVS II.

*Vtrum conuenienter aſſignentur partes pœnitentiæ, cõtritio, confeſſio, & ſatisfactio.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd inconuenienter aſſignentur partes pœnitentiæ, contritio, confeſſio, & ſatisfactio. Contritio enim eſt in corde (& ſic pertinet ad interiorem pœnitentiam) confeſſio autem eſt in B ore, & ſatisfactio in opere, & ſic duo ultima pertinent ad exteriorẽ pœnitentiam. Pœnitentia autẽ interior non eſt ſacramẽtum, ſed ſola pœnitentia exterior, quæ ſenſui ſubiacet. non ergo conuenienter aſſignantur hæ partes ſacramento pœnitentiæ.

¶ 2 Præt. In ſacramento nouæ legis cõfertur gratia, ut ſupra habitum eſt.* ſed in ſatisfactione non cõfertur aliqua gratia. ergo ſatisfactio non eſt pars ſacramenti.

C ¶ 3 Præt. Non eſt idẽ fructus rei, & pars: ſed ſatisfactio eſt fructus pœnitentiæ, ſecundum illud Luc. 3. Facite fructus dignos pœnitẽtiæ. ergo non eſt pars pęnitentiæ.

¶ 4 Pręt. Pęnitentia ordinatur contra peccatum: ſed peccatum poteſt perfici ſolum in corde, per cõſenſum, ut in ſecunda parte habitum eſt. ergo & pęnitentia. non ergo pęnitentiæ debent partes poni cõfeſſio oris & ſatisfactio opis.

SED CONTRA, Videtur quòd D debeant poni plures partes pęnitẽtiæ. Pars enim hominis ponitur non ſolũ corpus, quod eſt eius materia, ſed etiam anima, quę eſt eius forma: ſed tria prædicta, * cũ ſint actus pęnitẽtis, ſe habent ſicut materia, abſolutio autem ſacerdotis ſe habet per modum formæ. ergo abſolutio ſacerdotis debet poni quarta pars pęnitentiæ.

RESPON. Dicendum, quòd E duplex eſt pars, ut dicitur in quinto* Metaph. ſcilicet pars eſſentiæ, & pars quantitatis. Partes eſſentię ſunt naturaliter qdẽ forma et materia, logice aũt eſt genus & differentia. Hoc autem modo quodlibet ſacramentũ diſtinguitur in materiã & formã, ſicut in partes eſſentiæ: unde & ſupra dictũ eſt, * q ſacramenta conſiſtunt in rebus, & uerbis: ſed quia[d] quãtitas ſe tenet ex parte materię, partes quãtitatis ſunt partes materiæ. Et hoc modo ſacramẽto pęnitẽtię ſpecialiter aſſignãtur partes, (ut dictũ eſt*) quãtũ ad act⁹ pęnitẽtis, q ſunt materia hu

quantum implicat propoſitum confitendi & ſatisfaciendi: ſecundum enim reſpõſionem hanc non ſũt tres ſed duæ partes pœnitentiæ, quoniam contritio, ut diſtinguitur a cõfeſſione & ſatisfactione, non eſt pars pœnitẽtiæ, & ſic Auctor ſibiipſi contrarius inuenitur.

¶ Ad hoc dicitur, quod in contritione plura inueniuntur: inter quæ unum eſt uelle recompenſare ad arbitrium ſacerdotis. Et ratione huius ponitur prima pars pœnitentię ſacramenti, tãquã initium eius, ita quòd actus iſte interior, licet ſecundum ſe nõ ſpectet ad exteriorẽ pœnitentiam, ut eſt tamen ratio & initiũ exterioris pœnitentiæ ad exteriorẽ ſpectat pœnitentiam. Sicut in aliis uidemus tam bonis quàm malis, quòd interiores actus & paſſiones, ut ſunt rationes exteriorum, ad extrinſeca ſpectant iudicia: aliter enim iudicat offendẽs ex odio, aliter offendens ex ira, &c. Et præter communem hanc rationem ſpecialis in propoſito interuenit ratio, quæ ex differẽtia inter recompenſationem puræ iuſtitiæ et recompenſationẽ iuſtitiæ & amicitiæ facile patet. Recompẽſatio enim iuſtitię attenditur ſecundum æqualitatem exteriorem, ſiue ſponte ſiue inuite fiat recompenſatio, ut patet tã in ſolutione pecuniæ quàm in abſciſſione membrorum ſeu uapulatione, &c. ſatisfactũ eſt enim iuſtitiæ etiam ſi inuitus reus ſoluerit, aut paſſus fuerit: recompẽſatio autem iuſtitię & amicitiæ, niſi ſponte fiat a reo, nihil ualet: quoniã non eſt recõcliatiua. Et quoniam ad ſacramentum pœnitentiæ ſpectat recompẽſatio reconciliatiua, ideo ad hoc denotandum initium, & ratio eius ponitur uelle, recompenſare: qd' uelle, quia clauditur in contritione, ideo cõtritio ponit' prima pars

4.d.16.q.1. ar.1.q.2. & 4: & diſ. 17. q.3.ar.3. q. 4.d.22.q.2. ar.1.q.2.ad 3. Et 2. Co. 7.lect.3.

Q. 62.ar.1. & 3.

1.2.qu.72. art.7

Poſita in argumẽto 1.

Li.5. tex.7. to.3

Q. 60.ar.5. & 6.

D.945.

Ar. præc.

ius ſacramenti. Dictum eſt autem F ſupra,†quòd alio modo fit recompenſatio offenſæ in pęnitentia, & in uindicatiua iuſtitia. Nam in uindicatiua iuſtitia fit recompenſatio ſecundum arbitrium iudicis, non ſecũdum uoluntatem offendentis uel offenſi, ſed in pęnitẽtia fit recõpẽſatio offenſæ ſecundum uoluntatem peccantis, & ſecundum arbitrium dei, in quem peccatur: quia hic non quæritur ſola reintegratio æqualitatis iuſtitiæ, (ſicut in iuſtitia uindicatiua) ſed magis reconciliatio amicitiæ, G quod fit dum offendens recompenſat ſecundum uoluntatẽ eius, quem offendit. Sic igitur, requiritur ex parte pęnitentis: primo quidem uolũtas recompenſandi, quod fit per cõtritionẽ: ſecũdo, quòd ſe ſubijciat arbitrio ſacerdotis loco dei; quod fit in cõfeſſione: tertio, quòd recompẽſet ſecundum arbitrium miniſtri dei: quod fit in ſatisfactione, & ideo cõtritio, confeſſio, & ſatisfactio, H ponuntur partes pęnitentiæ.

Ad primum ergo dicendũ, quòd contritio, ſecundum eſſentiã quidem eſt in corde, & pertinet ad interiorem pęnitẽtiam: uirtualiter autem pertinet ad exteriorem pęnitentiam, inquantum ſcilicet implicat propoſitum confitendi & ſatisfaciendi.

Ad 2^m dicendum, quòd ſatiſfactio confert gratiam, prout eſt in propoſito: & auget eam, prout eſt in executione; ſicut etiã baptiſmus I in adultis, vt ſupra dictum eſt†.

Ad 3^m dicendum, quòd ſatiſfactio eſt pars pęnitentiæ ſacramẽti, fructus autẽ, pęnitẽtiæ virtutis.

Ad 4^m dicendum, quòd plura requiruntur ad bonum, quod procedit ex integra cauſa, quàm ad malũ, quod procedit ex ſingularibus defectibus, ſecundum * Dionyſ. 4. cap. de Diui. nom. & ideo licet peccatum perficiatur in conſenſu cordis, ad perfectionem tamen pęnitentię requiritur & contritio cordis, & confeſſio oris, & ſatisfactio operis.

Ad contrarium vero patet ſolutio per ea, quæ dicta ſunt*.

### Articvlvs III.

*Vtrũ prædicta tria ſint partes integrales pœnitentiæ.*

Ad tertivm ſic proceditu. Videtur quòd prædicta tria non ſint partes integrales pęnitentiæ. Pœnitentia enim, vt dictum eſt,†contra peccatum ordinatur: F ſed peccatum cordis, oris & operis, ſunt partes ſubiectiuæ peccati, & nõ partes integrales: quia peccatum de quolibet horum prædicatur. ergo etiam in pęnitentia contritio cordis, confeſſio oris, & ſatisfatio operis, non ſunt partes integrales.

¶ 2 Præt. Nulla pars integralis in ſe continet aliam ſibi condiuiſam: ſed contritio continet in ſe confeſſionẽ & ſatisfactionem in propoſito. ergo nõ ſunt partes integrales.

G ¶ 3 Præt. Ex partibus integralibus ſimul, & æqualiter conſtituitur totum: ſicut linea ex ſuis partibus: ſed hoc non contingit hic. ergo prædicta non ſunt partes integrales pęnitentiæ.

Sed contra, Illæ dicuntur partes ĩtegrales, ex quibus perfectio totius integratur: ſed ex tribus prędictis†integratur perfectio ipſius pęnitẽtię. ergo ſunt partes ĩtegrales pęnitentię.

H Respon. Dicendũ, quòd quidam dixerunt hęc tria eſſe partes ſubiectiuas pęnitentię. ſed hoc nõ poteſt eſſe: quia ſingulis partibus ſubiectius adeſt tota[d] virtus toti[9], & ſimul & ęqualiter; ſicut tota virtus animalis, inquantum eſt animal, ſaluatur ĩ qualibet ſpecie animalis, quæ ſimul & ęqualiter diuidunt animal, ſed hoc nõ eſt in propoſito. & ideo alij dixerũt, quòd ſunt partes potentiales, ſed nec hoc verum eſſe poteſt: quia ſingulis partibus potentialibus adeſt totum, ſecundum totam eſſentiã: ſicut tota eſſentia animæ adeſt cuilibet eius potentię, ſed hoc non eſt in propoſito. unde relinquitur, quòd prædicta tria ſint partes integrales pęnitentiæ. Ad quarum rationem exigitur, vt totum non adſit ſingulis partibus, neque ſecundum totam virtutem eius, neque ſecũdum totam eius eſſentiã, ſed oĩbus ſimul.

D. 970.

Ad primvm ergo dicendũ, quòd peccatum, quia rationẽ mali K habet, poteſt in vno tantum perfici, vt dictũ eſt. † & ideo peccatum quod in ſolo corde perficitur, eſt vna ſpecies peccati. Alia[d] vero ſpecies eſt peccatũ, quod perficitur in corde & ore, Tertia uero ſpecies eſt peccatum, quod perficitur in corde & opere. & huiuſmodi peccati partes quaſi integrales ſunt, quod eſt ĩ corde, & quod eſt ĩ ore, & quod eſt in opere. & ideo pęnitẽtię, quę in his tribus perficitur, hęc tria ſunt partes integrales.

Art. præce, ad 4.

D. 99[?]

Ad 2^m dicendum, quòd vna pars integralis, poteſt cõtinere totum, licet non ſecundum eſſentiã. A fundamentum enim quodammodo uirtute continet totum ædificium. Et hoc modo contritio continet uirtute totam pęnitentiam.

Ad 3^m dicendum, quòd omnes partes integrales habent ordinem quendam adinuicẽ: ſed quędam habent ordinem tantum in ſitu, ſiue conſequenter ſe habeant ſicut partes exercitus, ſiue ſe tãgãt ſicut partes acerui, ſiue etiam colligentur, ſicut partes domus, ſiue etiam continuẽtur, ſicut partes li- B neæ. Quædam uero habent inſup ordinem uirtutis, ſicut partes animalis, quarum prima uirtute eſt cor, & aliæ quodam ordine uirtutis dependent abinuicem. Tertio modo ordinantur ordine temporis, ſicut partes temporis, & motus. Partes igitur pœnitentiæ habent adinuicem ordinem uirtutis & temporis, quia ſunt actus: non autem ordinem ſitus, quia nõ habent poſitionem.

---

Q.85.ar.3. ad 3.

pars ſacramenti pœnitentiæ, & dicitur in litera de ea, quòd non ſecundum eſſentiam, ſed uirtualiter, hoc eſt ut eſt initiũ, & ratio recompenſationis, eſt pars ſacramẽti pęnitentiæ. Auctor enim p illa uerba, inquantum. ſ. implicat propoſitũ confitendi & ſatisfaciendi circũloquitur uoluntatem recompenſandi, quam in cor. art. concluſerat eſſe primam partem pœnitentiæ, Vnde patet, quòd contritio non ſolum ſecundũ ſe, ſed ut eſt prima pars pœnitentiæ, diſtinguitur a confeſſione & ſatisfactione, nam uoluntas recompenſandi diſtinguitur a ſubiectione & ab executione.

¶ Et per hæc patet reſponſio ad Scot. & Duran. utentes hoc argumento.

¶ In eodem ar. in reſponſione ad ſecundum nota diligenter & prædica doctrinã hãc, quòd ſatisfactio ſacramentalis auget gratiã ex hoc, quòd eſt pars ſacramenti. Et potes hoc intelligere ex differentia, quæ eſt inter ſatisfactionem ſacramentalem, & non ſacramẽtalem. nam ſatisfactio ſacramẽtalis ualet non ſolum ſecundum ſe, ſed etiam ex uirtute clauium, ſatisfactio autem non ſacramentalis ualet ſolum ſecundum ſe: quoniam a clauibus non emanauit, quocirca plus prodeſt un[9] ieiunii dies, aut unum pſalteriũ ex impoſitione confeſſoris, quàm ſine tali ĩpoſitione. Et hinc ſequũtur duo. primũ, ꝙ pœnitentes errãt paruam ſatisfactionem uolentes ſibi a confeſſore imponi. ſecundum, quòd cõfeſſores minus bene prouident pœnitentibus, paratis tamen, dando eis leuem pœnitẽtiam: ipſa enim prorogatio ſatisfactionis ſacramentalis uirtute clauium, & augere nata ẽ gratiam, & plus ualere ad ſatisfaciendũ pro peccatis.

¶ In eadem reſponſione ſoluenda occurrit obiectio Duran. in 4. di. 16. q. 1. contra ſatisfactionẽ: quia id non eſt pars ſacramenti, ſine quo ſacramentum eſt cõpletum, uel deficiente una parte ſacramenti ſacramentum nullum eſt: ſed ſine ſubſecuta ſatisfactione, ſacramentum pęnitentiæ iam fuit uerũ ſacramentũ. ergo.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ pars eſt duplex, eſſentialis uel integralis. Et ſine parte quidẽ eſſentiali ſacramentum nullũ eſt: ſicut nec homo eſt ſi deſit anima aut corpus. Sed ſine una parte ĩtegrali ſacramẽtum uerum quidem, ſed imperfectum eſſe poteſt: ſicut homo ſine manu eſt uerus homo, ſed mancus. Satisfactio autem non ponitur pars eſſentialis ſacramẽti pœnitentiæ, ſed integralis: eſt. n. pars actuũ pœnitentis, qui ſunt ut materia ſeu pars eſſentialis ſacramenti: ſicut manus eſt pars corporis humani, quod eſt materia & pars eſſentialis hominis.

Q.68.ar.2. & q.69.ar. 8.

Ca.4. parte 4. inter finem & medium.

In corp. ar.

4. diſ. 16. q. 1. ar. 1. q. 3.

Q.84.ar.3.

Art. præce, poſitis ĩ argu. 1.

¶ *Super Quæſtionis nonageſimæ Articulum tertium.*

In ar. 3. eiuſdẽ q. in reſponſione ad primum, ſcito quòd peccata cordis, oris, & operis, dupliciter diſtinguuntur inter ſe: primo ſpecifice: ſecundo, gradualiter. Nam ſi ſumatur peccatum, ſecundũ ſuã rationem conſumatum, & diſtinguatur in peccatum cordis, uel oris, uel operis, ſic eſt diſtinctio non ſolum ſpecifica, ſed generica. Nam peccatum cordis eſt illud, quod ĩ ſolo actu interiori conſumatur, ut eſt infidelitas odium Dei, & huiuſmodi. Peccatum uero oris eſt, quod ĩ ipſo ore conſumatur ut contumelia, blaſphemia, detractio, & huiuſmodi. Peccatũ autẽ operis eſt, quod in exteriori opere cõſumatur, ut adulterium, homicidium furtum, & huiuſmodi.

¶ Si uero peccatum aliquod,



aliquod, quod in opere conſumatur, diſtinguatur in cogitationem, locutionẽ & opus, puta qñia primo deliberauit hominẽ occidere, deinde dicit ſe occiſurum & demum occidit illũ, ſic diſtinctio non eſt ſpecifica: quoniã omnia iſta peccata ſunt unius ſpeciei. ſed eſt gradualis: quoniã gradatim peccatum conſumaẽ ex eo quòd eſt in corde & quòd ẽ in ore, &c. Et ſi bene pſpexeris literã, utrãque, ĩ eadẽ inuenies

¶ Et hæc tã de hac q̃ſtione, q̃ de toto hoc opere ab Auctore edito dicta ſufficiãt: hic enim felici trãſitu ad cæleſtẽ patriam præuentus diu[9] Thomas ſcribẽdi finem fecit: unde reſidua alio modo tractanda ſunt.

---

### Articvlvs IIII.

*Vtrum conuenienter diuidatur pœnitentia in pœnitentiam ante baptiſmum, pœnitentiam mortalium, & pœnitentiam uenialium.*

4. d. 16. q. 1. ar. 2. q. 1. & 5. cor. Et Mat. 3.

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur quòd inconuenienter diuidatur pęnitentia in pęnitentiã ante baptiſmum, pęnitentiam mortalium, & pęnitentiam uenialium. pęnitentia enim eſt ſecunda tabula poſt naufragium (ut ſupra dictum eſt) baptiſmus autẽ prima. Illud ergo quod eſt ante baptiſmum, nõ debet poni ſpecies pęnitentiæ.

Q.84.ar.6.

¶ 2 Præt. Quod poteſt deſtruere maius, poteſt etiã deſtruere minus: ſed mortale eſt maius peccatum, quàm ueniale. Illa uero pęnitentia, quæ eſt de mortalibus, ea A dem etiam eſt de uenialibus. non ergo debent poni diuerſæ ſpecies pęnitentiæ.

¶ 3 Pręt. Sicut poſt baptiſmũ peccat uenialiter et mortaliter, ita etiam ante baptiſmum. ſi ergo poſt baptiſmũ diſtinguitur pęnitentia uenialium & mortalium, pari ratione debet diſtingui ante baptiſmum. non ergo cõuenienter diuiditur pęnitentia per has ſpecies.

Sed contra eſt, quòd * Aug. in lib. de pęnitentia, ponit prædictas tres pęnitentiæ ſpecies.

In li. de ueri. pœnit. & de medicina pœniten. c. 2. & 9

Respon. Dicendum, quòd hæc diuiſio eſt pęnitentiæ ſecundum quòd eſt uirtus. Eſt autem conſiderandum, quòd quælibet uirtus operatur ſecundum congruentiam temporis, ſicut & ſecundum alias debitas B circunſtantias: unde & uirtus pęnitentiæ actum ſuũ habet in hoc tempore, ſecundum quòd conuenit nouæ legi. Pertinet autem ad pęnitentiã, ut deteſtetur peccata præterita, cum propoſito immutandi uitam in melius, quod eſt quaſi pęnitentię finis. Et quia moralia recipiunt ſpeciem ſecundum finem, ut in ſecunda parte habitum eſt, †conueniens eſt, quòd diuerſæ ſpecies pœnitentiæ accipiantur ſecundũ diuerſas immutationes, quas pęnitens intendit. Eſt autem triplex immutatio a pœnitente intenta. Prima quidem per regenerationem in nouam uitam, & hæc pertinet ad pęnitentiam, quæ eſt ante baptiſmum. Secunda autẽ immutatio eſt per reformationem uitæ præteritæ iã cor- C ruptæ, et hæc pertinet ad pęnitentiam mortalium poſt baptiſmum. Tertia autem immutatio eſt in perfectiorem operationem uitæ, & hæc pertinet ad pęnitentiã uenialium, quæ remittuntur per aliquem feruentem actum charitatis, ut ſupra dictum eſt.†

1. 2. q. 1. art. 3. & q. 18. ar. 4. & 6

Q.87.ar.2. & 4.

Ad primvm ergo dicendum, quòd pęnitẽtia quæ eſt ante baptiſmum, non eſt ſacramẽtum, ſed eſt actus uirtutis, diſponens ad ſacramentum baptiſmi.

Ad 3^m dicendum, quòd pęnitentia, quæ delet peccata mortalia, delet etiam uenialia: ſed non conuertitur. Et ideo hæ duæ pęnitentiæ ſe habent, ſicut perfectum & imperfectum.

Ad 3^m dicendum, quòd ante baptiſmũ non ſunt D peccata uenialia ſine mortalibus. Et quia ueniale ſine mortali dimitti non poteſt, ut ſupra dictum eſt, * ideo ante baptiſmum non diſtinguitur pęnitentia mortalium & uenialium.

Q.87.ar.4.

F I N I S.

## Series chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,
AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO.

Omnes ſunt quaterniones, præter OO, ſunt quinternio.

R O M AE,

Apud Iulium Accoltum, M D L X X.


SIC · CREDE